

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI

AC DOMINO D. CAROLO LOTHARINGO CARDI-

nali ac Principi illustrissimo, Iacobus Billius Abbas

S. Michaëlis in Eremito, S. D.



Quid ait ille totius philosophiæ antistes Plato, summa atque Lib. de Rep. 8.
 effrenata libertatis extremam plerunque seruitutem asseclam
 esse, quod etiam Hippocrates corporum habitudines ad ex- Lib. 1. Aph. 3. Aphorif.
 tremum bonitatis perductas, periculosas esse: hoc in Christia-
 na nostra republ. non sine maximo piorum omnium dolore hac
 misera tempestate unusquisque nostrum experitur. Nam si quis florentissimum
 illum statum, quo patrum memoria religio erat, cum eo quem his perditissimis
 temporibus videmus, composuerit, profecto quantum distat Ortus ab Occi- psal. 102.
 dente, tantum inter utrumque statum interesse comperiet. Nec verò in re adeò
 manifesta longa oratione opus esse puto. Illud potius dolendum, atque ingemi-
 scendum, nos tam præclaram hereditatem à maioribus acceptam tenere non po-
 tuisse. Sed scilicet verum est quod dici solet, Satietaem contumelia atque inso-
 lentia matrem esse. Nos prosperarum rerum velut nectare quodam obruti, bona
 nostra ignorauimus, nec μέλας ὄλεθρον, ut de Tantalò ait Pindarus, Olymp. Od. 1.
 potuimus: idemque nobis accidit quod Iudæis olim sæpe usu venisse legimus, ingentē fe- licitate cō- coquere. Deut. 32.
 qui simulatque incrassati, impinguati, dilatati sunt, protinus recalcitrarunt:
 ut quod Appius ille de Romanis dicebat, negotium illis melius, quàm otium
 committi posse, in nos non immeritò torqueri possit, Ecclesiæque his Ezechie
 verbis commodè uti queat, Ecce in pace amaritudo mea amarissima. In tanta Esa. 38.
 tranquillitate somnus iis obrepit, qui ad Ecclesiæ gubernacula sedebant. Non
 literarum sacrarum studiis incumbere, non plebem sibi commissam salutifera
 doctrina pascere, non vitæ integritate ac sanctimonia ceteris præluere: sed vel
 dormire, vel sibiipsis tantum vigilare, & quidē ita vigilare, ut altum dormire
 præstiterit. Qualis porrò gubernator, tales proreta, tales nauta, tales vectores,
 & ut ait Scriptura, qualis sacerdos, talis & populus, mala sementis mala seges, ose. 4. psal. 52.
 malorum magistrorum mali discipuli, mali exēpli mala expressio. Omnes decli-
 nauimus, & inutiles facti sumus. Pastores inertia languerunt: populus quales
 merebatur, tales pastores habuit. Interim versipellis noster inimicus, qui inferio- Cypr. de Te- iun. & tē: Christi.
 ris huius mūdi scabiē ac languentiū ulcera scalpit atq; ablingit, qui ubi quid vi-
 tij & corruptelæ est cadaueribus asidet putredinēque cōtrectat, pastoribus in of-
 ficio cessantibus, in agrum Domini furtim ingressus Zizania superseminauit,
 tantamque iustissimo Dei iudicio tempestatem rerumque omnium perturbatio-
 nem excitauit, ut à iactis religionis nostræ fundamentis, vix vlla grauior a-
 cerbiórque extiterit: quòque maiorem stragem in Dei castris ederet, angeli lu-
 cis personam sibi induendam putauit, ut quò tectius, hoc quoque nocentius per-
 niciosiusque virus suū simplicioribus animis instillaret. Sub hac larua ita omnia
 confudit ac sursum deorsumque iactauit, ut in antiquum Chaos penè reciderint,
 factique simus quasi à principio cum Deus nostri non dominaretur, nec inuoca- Esa. 63.
 retur nomen eius super nos. Terris salutem longam dixisse videtur charitas: im-

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI

AC DOMINO D. CAROLO LOTHARINGO CARDI-

nali ac Principi illustrissimo, Iacobus Billius Abbas

S. Michaëlis in Eremito, S. D.



*Q*uod ait ille totius philosophiæ antistes Plato, summa atque Lib. de
 effrenata libertatis extremam plerunque seruitutem assecclam Rep. 8.
 esse, quod etiam Hippocrates corporum habitudines ad ex Lib. 1. Aph.
 tremum bonitatis perductas, periculosas esse: hoc in Christia- 3. Aphorif.
 na nostra republ. non sine maximo piorum omnium dolore hac
 misera tempestate unusquisque nostrum experitur. Nam si quis florentissimum
 illum statum, quo patrum memoria religio erat, cum eo quem his perditissimis
 temporibus videmus, composuerit, profecto quantum distat Ortus ab Occi- psal. 102.
 dente, tantum inter utrumque statum interesse comperiet. Nec verò in re adeò
 manifesta longa oratione opus esse puto. Illud potius dolendum, atque ingemi-
 scendum, nos tam præclaram hereditatem à maioribus acceptam tenere non po-
 tuisse. Sed scilicet verum est quod dici solet, Satietaem contumelia atque inso-
 lentia matrem esse. Nos prosperarum rerum velut nectare quodam obruti, bona
 nostra ignorauimus, nec μέλας ὄλεος, ut de Tantalò ait Pindarus, καὶ γὰρ πῶς
 potuimus: idemque nobis accidit quod Iudæis olim sæpe usu venisse legimus,
 qui simulatque incrassati, impinguati, dilatati sunt, protinus recalcitrarunt:
 ut quod Appius ille de Romanis dicebat, negotium illis melius, quàm otium
 committi posse, in nos non immeritò torqueri possit, Ecclesiæque his Ez echiæ
 verbis commodè uti queat, Ecce in pace amaritudo mea amarissima. In tanta
 tranquillitate somnus iis obrepit, qui ad Ecclesiæ gubernacula sedebant. Non
 literarum sacrarum studiis incumbere, non plebem sibi commissam salutifera
 doctrina pascere, non vitæ integritate ac sanctimonia ceteris prælucere: sed vel
 dormire, vel sibiipsis tantum vigilare, & quidē ita vigilare, ut altum dormire
 præstiterit. Qualis porrò gubernator, tales proreta, tales nauta, tales vectores,
 & ut ait Scriptura, qualis sacerdos, talis & populus, mala sementis mala seges, ose. 4.
 malorum magistrorum mali discipuli, mali exēpli mala expressio. Omnes decli- psal. 52.
 nauimus, & inutiles facti sumus. Pastores inertia languerunt: populus quales
 merebatur, tales pastores habuit. Interim versipellis noster inimicus, qui inferio-
 ris huius mūdi scabiē ac languentiū ulcera scalpit atq; ablingit, qui ubi quid vi-
 tij & corruptelæ est cadaueribus asidet putredinēque cōtrectat, pastoribus in of-
 ficio cessantibus, in agrum Domini furtim ingressus Ζίζανια superseminauit,
 tantamque iustissimo Dei iudicio tempestatem rerumque omnium perturbatio-
 nem excitauit, ut à iactis religionis nostræ fundamentis, vix vlla grauior a-
 cerbiórque extiterit: quòque maiorem stragem in Dei castris ederet, angeli lu-
 cis personam sibi induendam putauit, ut quò tectius, hoc quoque nocentius per-
 niciosiusque virus suū simplicioribus animis instillaret. Sub hac larua ita omnia
 confudit ac sursum deorsumque iactauit, ut in antiquum Chaos penè reciderint,
 factique simus quasi à principio cum Deus nostri non dominaretur, nec inuoca-
 retur nomen eius super nos. Terris salutem longam dixisse videtur charitas: im- psal. 63.

AD CAROLVM

probitati atque impudentiæ habent omnes remissa sunt. Plena omnia odij, rixarum & maledicentiæ, plena liuoris & virulentæ contentionis. Amicorum & hostium nullum discrimen. Nemo seipsum propius inspicit: sed salutem suam in tuto versari existimat, dum alios omni animi acerbitate atque amarulentia insectetur. Pereunt bona, ut ait noster Gregorius, nuda sunt mala, nauigatio in nocte, fax nusquam, Christus dormit. Refrigescente vel potius extincta charitate abundat in orbe iniquitas. Exundante porrò atque in immensum crescente iniquitate vindicem Dei gladium ardentesque illas sagittas in nos cadere non est mirum. Itaque haud scio an non multò commodius de hoc nostro tempore dicere nobis liceat, quod Epiphanius olim de sua tempestate ob eandem causam dicebat. Mirandum est hoc tempore, & non mirandum. Mirandum, quòd nostro seculo omnia implentur: non autem mirandum, quia impleri ea necesse est. Et paucis verbis interiectis: *Quò progressa est mens hominis prona ad malum ab adolescentia sua? Quas fidei partes non perdidit? in quibus disputationibus utilitatem non perturbauit consilij peruersitas? Quid enim? An non deploratissimam hanc etatem velut digito indicare videtur vir ille sanctissimus, in qua vel noua quotidie dogmata seruntur, vel iam olim oppressa & sepulta in lucem reuocantur? Neque enim satis habuit Satan inferioribus telis aduersus nos uti, nisi etiam venena, ut ait ille, cælo peteret, atque ex saluberrimis vitæ fontibus à se vitiatas, mortem nobis propinaret, sagittaque illa per diem volante, hoc est, ut per hæreticos in sanctarum intelligentia Scripturarum, Ecclesiam conuulneraret. Hinc illæ tot tamque dissectæ sectæ, quas per suos satellites toto orbe Christiano spargit, qui utinam ipsi tum suæ tum aliorum salutis minùs prodigi essent: Utinam fastum illum suum atque arrogantiam comprimerent, nec antiquitatem vniuersam cæcitatibus atque ignorantia damnare mallent, quàm errorem suum confiteri. Sed habet hoc in primis φιλαυτία, hæresum omnium parens certissima, quòd iis, qui hoc vitio infecti sunt, oculos prorsus, morbi que sensum omnem eripit, planèque eodem modo eos afficit, quo Harpastem fatuam suam Seneca laborasse scribit, quæ cum videre desisset, se tamen cæcam esse nesciebat, sed in domum tenebrosam id reiciebat, aliòque migrare velle dicebat. Ex quo efficitur ut nemini prorsus cedere sustineant, verum cerebri sui fragmenta ita perditè ament atque amplexentur, ut à visceribus suis potius auelli, quàm à concepta semel opinione abstrahi patiantur. Ita perditè perdunt, & deprauati errorem prauitatis infundunt, ac virus suum quaquaersum spargere moluntur: ut non abs re Cyprius ille Episcopus eos ἐκταμὲνται ἢ ἀεὶ ἔσθωτων ἢ πύρρα ἢ ἄερα, ἢ ὄβηται ἢ ἔρημο δένων ἢ ἀρεμμάτων vocet. Sic impurus hostis fructum omnem memorabilis illius supplicij, quod Christus in cruce pertulit, ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum, funditus tollere atque euellere modis omnibus conatur. Nihil enim eum grauius angit & excruciat, quàm pax aliorum & concordia, cuius se suo scelere expertem videt. Nihil est quod auidius expetat, atque in quo vehemètius elaboret, quàm ut nobile illud amoris ac benevolentia legatum, quod Christus Ecclesie suæ testamento reliquit, nobis extorqueat. Ac proinde quas potest contentiones in domino Dei serit, & quod de morte Hieronymus aiebat, fratres diuidit, & char-*

Epist. 1. ad Eudoxium

Matth. 24.

Psal. 7.

Lib. 3. tom. 2. aduersus Antidic.

Senec. in Hercul. Oeteo. Psal. 90.

Cyp. 1. Ser. Quòd id. dii nò sunt. Epiph. lib. 3. tom. 2. Ioan. 11.

Hier. ad Heliod. de morte Nepot.

LOTHARINGVM.

rissima inter se nomina crudelis & durus dissociat. Hæc prob dolor non iam auribus, sed oculis ipsis haurimus: non iam legimus, sed sentimus, quàmque κακίστη δειμῶν, ut Euripidis verbo utar, sit hæresis, non tam ex annalium memoria, quàm ex nostrismet ipsi calamitatibus cognoscimus. Multas quidem grauesque hæresum procellas in veterum monumētis descriptas videmus: sed multò grauius nos afficiunt, quas ipsi cernimus ac sentimus. Ut enim res procul ab oculis dissita multò minores videntur, quàm quæ propiori interuallo spectantur: eodem modo fieri non potest, quin præsens calamitas multò grauiorem nobis dolorem inurat, quàm quas in historicorum libris velut in tabula quadam pictas intuemur. Et sanè æquum erat, ut qui vicinorum nostrorum tristissimis exemplis erudiri negleximus, ipsi tandem aliis in exemplum proponeremur, ceterique ex nobis documentum caperent, quid sibi esset in eadem causa pertimescendum. Atque utinam verberibus saltem, ut Phryges, & quidem iterum ac tertio repetitis, meliores efficeremur, ac non potius ad tam duras plagas obstupesceremus: Sed, quod vix sine lachrymis dici potest, ad doloris sensum obduruisse videmur. Dissipati enim sumus, ut inquit Propheta, & non còpuncti. Percussit nos Dominus, & non doluimus: attriuit nos & renuimus accipere disciplinam. Belluæ si quando è laqueis euaserint, ea omnia loca in quibus laqueos esse suspicantur, sedulo fugiunt: nos bardi & vacordes ad eundem quotidie lapidem impingimus, & pyraustarum in morem, ambusta iam toties ac ferè iam adusta corpora, flammis adhuc admouemus. Quotusquisque est enim, qui in tam denso calamitatum agmine meliorem mentem induat, & concipiat, ac quasi parturiat spiritum salutis? Omnes pene iisdem vestigiis insistimus, vitis nostris indulgemus, ea mordicus retinemus, nouis que quotidie flagitiis cumulamus, nec, ut cum Lyrico loquar, per nostrum patimur scelus iracunda Iouem ponere fulmina. Hanc rerum acerbitatem deploramus, hanc temporis infelicitatem accusamus, cuius ipsi vnici fabri atque artifices sumus. Ad flagra murmuramus, qui scorpionum ictus meremur. Dolemus omnia plusquàm feralibus odiis ardere: & cum Deo in gratiam redire non curamus. Quasi verò certa pax inter eos coalescere queat, qui à Deo pacis sese auerterunt, atque ñ membra tenere queant, qui caput, ut est apud Apostolum, non tenent. Ut enim in circulo quò longius à centro lineæ protrahuntur, hoc quoque longioribus interuallis inter se distant: ad eundem modum quò quisque longius à Deo discedit, eò etiam magis à fraterna charitate immò etiam à seipso remouetur. Nam quid de iis dicam, qui ab Ecclesie corpore nefariè se præciderunt, qui inconsutilem illam Christi vestem, cui immanissimi etiam carnifices pepercerunt, in infinitas partes sciderunt, tantaque amentia precipites feruntur, ut quemadmodum Salamandra in igne, sic ipsi in dissidiis funestisque còflictionibus viuant, atque aduersus publicam orbis concordiam coniurasse videantur. Nisi enim pacem odissent, in unitate certè permansissent. In summa miseria summam felicitatem, in maxima perturbatione iucundissimam quandam quietem vel simulant, vel opinionis errore sibi confingunt. Extra arcam esse gaudent, ac velut de certa salute sibi gratulatur. Sic nimirum egroti quidam nusquam non quietiores se fore, quàm in stratis suis arbitratur.

Hier. 5.

Psal. 26.

Horat. lib. 1. Car. Od. 3.

3. Reg. 12.

Col. 2.

August. in Psal. 110.

Senec. in
Thyest.Ioan. 10.
Matth. 3.
Psal. 79.
I. Pet. 5.
Io. 8.

Ecccl. 8.

Gen. 11.

Iob. 9.

Perire miseri non recusant, dum alios in eandem secum perniciem trahant. Idemque si non ore, re ipsa tamen clamant, quod ille apud Tragicum, *Hæc ipsa pollens inclyti Pelopis domus Ruat vel in me, dum modo in fratrem ruat.* Itaque qui non ita pridem (tantum in eis simulationis artificium erat) nil nisi pacem concordiamque spirare plerisque videbantur, iidem nunc aperta fronte, & Regno Parides, & optimo cuique Phalarides, sacri etiam ordinis hominibus plusquam tigrides se præbent. Christi, cuius admirabilem quendam Zelum præ se ferebant, templa disturbant, patrimonium diripiunt, ministros obruncant. Regis, cuius auctoritatem imperiumque sibi sacrosanctum esse alternis prope verbis affirmabant, urbes vi atque armis expugnant, tributa legunt, sceptrum etiam, si possint, extorquere contendunt. Populi, cuius causa, populares videlicet homines, anno superiori ad arma se inuitos trahi testabantur, fortunas omnes per crudelissimum latrocinium eripiunt, etque pro libertate promissa gravissimam tyrannidem inuexerunt, pro ligneo iugo ferreum imposuerunt. Vnde autem fures agnosceremus, nisi furarentur, & mactarent, & perderent? unde lupos nisi sanguinem sitirent? unde viperarum progeniem, nisi matrem arroderent? unde apros solitarios, nisi pulcherrimam illam vineam peruastarent. Vnde leonis rugientis catulos, nisi obuium quemque deuorarent? Vnde denique eius, qui iam inde à prima rerum origine homicida fuit, liberos, nisi cruore atque omni feritatis genere pascerentur? Quis interpretari potest iniquiusne bellum susceperint, an crudelius & rapacius gerant? Quibus opibus hæc barathra, quo sanguine hæc hirudines, ante quas, ut scripturæ verbis utar, quasi nihilum est sanguis, expleri queat. Habent certè unde in confusione sua gloriantur. Vicerunt omnes omnium ætatum hæreticos. Vicerunt impudentia, scelere, importunitate, rapinis, crudelitate. Non extruendo, ut Babylonici ædificatores, sed vastando, euertendo, exurendo nomen suum celebrare, immortalémque sui memoriam posteris relinquere moliantur. Quanquam credetne unquam posteritas tantum furoris in Francis hominibus, usque defæcata religionis titulo sese venditantibus, extitisse? Non credet, imposturam sibi factam clamabit, nisi expressa tanta amentia monimenta in templorum ruinis viderit. Mihi quidem non in publica modò, sed etiam in priuata calamitate, quàm nihil in illis, non dicam Christiani, sed ne hominis quidem esset, abunde experiri contigit. Nam ut Regiensis insula vastitatem præteream (in qua, quandiu superiores fuimus, licuit illis suo ritu viuere, facultatibus suis liberè tranquillèque frui: simulatque autem vicina Rupelle perfidia basiliscum illum, quem tot annis parturierat, peperit, illico templis flammæ iniectæ, fortunis nostris, domesticisque omnibus, quos quidem arripere potuerunt, manus allata sunt) quis Michaëlini nostri cænobij cladem ulla quamlibet tragica oratione pro rei atrocitate deplorare queat? Domus ea antiquissima & illustrissima erat, atque ipsa quoque structura specie religionem quandam spectatoribus incutiebat. Ea multis calamitosis solatio, pietatis causa exulantibus perfugio ac præsidio, & ut cum Iob dicam, oculus caco, pes claudo, mater pauperi plerunque fuerat. Præcipuum autem ipsius decus erat, quod in hoc animarum diluuiò sola penè, velut Arca Noë, diluuij vim mi-

nimè

nimè senserat. Bis obsessa, bis de hostibus triūpharat. Felix heu nimium, felix si littora tantum Anglorum nunquam titigissent nostra carinæ. Quamprimum enim Rupellani pro vino & sale aliisque rebus ad vitæ usum necessariis, eneas machinas ingentis magnitudinis ab Anglis acceperunt, statim tertia expeditio aduersus domum nostram suscipitur. Accurrunt undique hostes ex oppidis & pagis, ex insulis, Deus bone, quàm truci vultu, quàm impotenti furore, quàm inaudita animorum rabie! Nostris quidem primò nec animus ad resistendum, nec vires deerant. Sed posteaquam immanes illæ bombardæ dirutis omnibus propugnaculis muros iam ipsos deiicere cæperunt: quemcunque Deus voluisset euentum expectare maluerunt, quàm vllum deditiois verbum apud eos habere, quos quicquid promississent non alia quàm Punica fide præstituros esse certissimum habebant. Idibus ergo Ianuar. quem diem Rupellæ defectio superiore anno toti Gallia nefastum reddidit, hostis per disiectas muri partes irrumpens, promiscuam cænobitarum, domesticorum meorum, ac rusticorum stragem edidit. Optatò tamen nox adueniens finem cadibus attulisset, si cum iis hostibus res nostris fuisset, qui non nisi in primis expugnationis tumultibus, animi ferociam adhibere consueuerunt. Sed cum monstris, cum furiis, cum teterri-
mis omnis humanitatis hostibus res erat. Itaque postero die, cum iam per noctis quietem ira deferbuisse debuerat, inchoatas cædes prosequuntur, ac fusos per templum, passimque tota domo, ne quicquam eorum misericordiam, quæ nulla in ferreis pectoribus erat, implorantes necant. Multi, quibuscum de vita precio redimenda transactum fuerat, statim iussu ducum contra ius belli, fasque omne, trucidati. Multis etiam ad importunam victoris libidinem laqueo fractæ ceruices. Direpta mox, atque incensa domus: direptus etiam pagus, & quidem tam inhumanè, ut viduis & orphanis, quibus nunc solis propemodum constat, nihil præter acerbissimam famem lachrymasque relictum sit. Sed o beatos, qui propter Christum (nam is quoque, ut veris & sempiternis opibus nos 2. Cor. 8: cumularet, in egestate vixit) facultatum suarum naufragium æquo animo ferunt. Longè verò beatiores, qui stolas suas in agni sanguine lauerunt, quibusque non alia mortis causa fuit, quàm quòd nec adulteram pro sponsa, nec semen Chanaam pro semine Iuda, nec Absalonem aut Hieroboam aut Tabelem pro legitimo principe agnoscere voluerunt. At tu filia Babylonis misera, tu vasa carnifex, tu mortis filia, atque in medio umbra mortis habitans, quid egisti? Vbi est victoria tua? diruendo ruiisti, perdendo periisti. Cælum habent, quibus terram, patriam habent, quibus exilium inuidisti. O beatæ animæ, quàm preciosus in conspectu domini transitus uester, à luto facis ad locum pascuæ, à terra deserta inuia & inaquosa ad terram fluentem lacte & melle, à torrente amaritudinis ad torrentem voluptatis, ab igne & aqua ad refrigerium! Quàm dulce est vobis in agni comitatu esse, Christo frui, sub magnæ illius gallinæ alis requiescere, nulla iam scandala, nullam gladiatorum aciem, nullos venantium laqueos, nullam vim bombardarum extimescere! Quàm præclarum negociationis genus, pro exiguis sanguinis guttis regnum cælorum, pro carbonibus thesaurum, pro stercoribus margaritam accipere! Sed profecto (ne diutius extra curri-

Cant. 2. Luc. 9. Tertul. l. 4. adu. Marc. Bas. i. epist. Hierem. 9. Rom. 10. Luc. 16.

culum feratur epistola) nec nostra domus, nec tot templorum millia in hoc regno conflagrassent, nisi vulpibus istis, quæ vineas demoliuntur, foueas habere, vespis istis fauos, id est hæreticis ecclesias facere nimium diu licuisset. Hinc grauisima illa apud Basilium Magnum querela: Baptisant, inquit, illi, mortuos efferunt, egrotos inuisunt &c. Quis hic non ingemiscat? Quis non lachrymarum fontem cum Hieremia requirat, ut tantam calamitatem pari fletu prosequatur? Hic enim tota vis mali versatur. Nam cum altare aduersus altare erigitur, ac vera sponsa pellex inducitur, infirmi quique addubitare incipiunt, utram tandem pro vera coniuge agnoscant: idemque propemodum aiunt, quod Tullius ex tragædia, ποδ σαφως το τ ἀπεδδωρ? Ex quo efficitur, ut velut duabus sellis sedeant, quodque de Dioscuris antiquitas finxit, nunc apud superos sint, nunc apud inferos: ac desultoria quadam leuitate nunc ad hos nunc ad illos se conferant. Nunc Deum Israël sequuntur, nunc Baal: Nunc de mensa Domini comedunt, nunc de mensa Iezabel, immò dæmoniorum: Nunc filiorum vel potius angelorum pane vescuntur, nunc porcorum siliquis, herbisque illis amaris, quæ in mortis olla coquuntur: Nunc de Iordane bibunt, nunc de Mara, de Amana & Pharpbar fluiuis Damasci: nunc de fontibus Saluatoris aquas hauriunt, nunc de cisternis dissipatis. Et quemadmodum animalia quædam sunt, quæ in utroque elemento degunt, ob eamque causam à Græcis ἀμύβλια nominantur, & monstra quædam interdum existunt, altera corporis parte humanam, altera belluinam formam preferentia: eodem modo ipsi nec planè orthodoxi, nec apertè hæretici sunt, sed mediâ quandâ inter utrosque conditionem tenent. Ita vel cū Zacharia obmutescunt, vel cū dubitate Petro mergi incipiunt, iâ iamque haud dubiè pessum ituri, nisi Christus eos manu arreptos in nauiculâ retraxerit. Sunt alij, qui tamen ab omni hæresi abhorreant, perinde tamen atque eos orthodoxia pudeat, veritatis patrocinium deserunt, ac ne quid odij sibi apud homines constent, impias aduersus Deum blasphemias surdis auribus transmittunt: quasi verò non ut corde ad iustitiam creditur, sic ore quoque confessio ad salutem fieri debeat. Ad quos accedunt, qui ad aduersariorum gratiam aditum sibi muniunt, ac velut amicos parant, qui, si forte defecerint, recipiant eos in sua tabernacula. His non paulo sceleratioribus habendi sunt, qui sub ouium pelle lupos celant, quorum vox quidem vox Iacob est, sed & manus & animus Esau sunt, qui in Ecclesie corpore ita sunt, ut Sinon in vrbe Troiana, vel ut Iudas in cæna. Nemo est qui oratione assequi possit, quantam isti versutis suis consiliis perniciem reip. Christianæ quotidie afferant. Plus artibus suis efficiunt, quàm ferrum omne, quàm vis omnis armorum. Ac propterea illis cum totius mundi scandalo à suis coryphæis permittitur, religionem, quam morte peius oderunt, simulare, orthodoxorum templa adire, rei sacre interesse, aliâque omnia, quæ secta execratur facere: dummodo hac simulatione factionem prouebant. Hic profecto mihi succurrit illud Augusti, qui ex tota ea supellectile quam moriens quidam Romanus immenso ære alieno obrutus reliquerat, lectum solum emendum curauit, quod fieri non posse diceret, quin longè optimus esset, in quo homo tanta æris alieni mole oppressus somno frueretur. Consimili enim

Horat. li. 1. Car. Od. 3. Ephes. 4. psal. 1. 2. Pet. 2. Lib. 3. to. 1. psal. 117. Cypr. de unit. Eccl. 1. Cor. 11. Math. 26.

enim modo firmissimas ac robore triplicique ære, ut ille ait, obseptas esse huiusmodi conscientias necesse est, quæ in tanto scelere securæ conquiescunt. Est aliud hominum genus quorum salus spe exigua extremaque pendet, ac propè deplorata est, ut non tam medico, quàm Christo, qui mortuos suscitatur, opus habere videantur. De his loquor quos aptissimo nomine ἀπληροίτοι Apostolus vocat, qui ut in Nili Catadupis ad ruentis fluminis fragorem incola obsurdescunt: ita illi perpetuarum disputationum tedio fracti atque enecti, omnes in uniuersum religiones per æquè auersantur, atque in pestilenti derisorum cathedra sibi sedem figunt. Hi tantum abest ut hac rerum omnium perturbatione commoueantur, ut etiam ex publicis calamitatibus uberrimam risus messem faciant. Omnes, quos Ecclesie causa serio afficit, pro stultis & insanis habent, ac de lana caprina contendere atque inter se altercari aiunt. Compendiariam viam ad tranquillitatem esse censent ἀρετα, eiusque beneficio se ex grauisima seruitute in libertatem vindicatos esse gloriantur, eum qui emit eos negantes, ac superducentes sibi celerem perditionem. Ridendo pereunt, iocando serium exitium sibi accersunt. Hi sunt veri gigantes, qui blasphemam linguam in cælum mittunt, ac Deum omnipotentem impio bello lacessunt: quos in Satanae peculio iam esse quispiam non immeritò dixerit, quippe qui æternas inimicitias cum eo susceperint, qui solus ipsis mederi poterat. Hos non minus quàm Epiphanius Anomæos, virgini corruptæ, cæca, surda, & muta comparare possumus, quam nemo corruptam esse nescit: rogata autem à quo corrupta sit, non audit, quia surda, nec eum vidit, quia cæca, nec dicere potest, quia muta. Quanquam quid mutos eos appello, qui non iam, ut olim, impietatem pectore clausam tenent, non in angulis, ut nuper, effundunt, sed in omnium plerunque oculis atque conspectu ex ore teterrimo euomunt, portasque aperiunt non iustitiæ, sed atheismi. Hi si superis placet, Scripturas quoque proferunt, quas rident, nec serio se agere, sed tantum disputare velle profitentur: ac Christum osculantur, ut prodant, hoc est doctrinam sacram allegant, ut euertant. Quorum hac tempestate tantus prouentus est, ut non sine causa apud nostrates in prouerbum abierit, Noxias herbas cito excrescere. Sic inanes palæ tempestate iactantur, & inualide arbores turbinis incussione euertuntur. Sed quanquam nulla capitatio pestis ab infestissimo generis nostri hoste excogitari potest, quàm hæresis: ex ea tamen hoc commodi percipitur, quod hinc elucet, qui probi, qui fucati atque adulterini Christiani sint. Necesse est, inquit Apostolus, hæreses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant. Rebus tranquillibus & pacatis, fortis & generosus miles ab ignaui & timido interno sci non potest. At exorto bello quid inter utrumque discriminis sit facile perspicitur. Alter statim abiecto scuto turpiter se in fugam conicit: alter periculis omnibus magno atque intrepido animo sese offert. Quot homines superioribus hisce annis vidimus, qui cum orthodoxie speciem omni vita præ se tulissent, ad primas noctis tenebras in Christo scandalizati sunt, eoque relicto fugerunt, immò transfugerunt? Et qui plusquam trabali, ut aiunt, clauo in Ecclesia fixi esse videbantur, seque Israeli pro muro futuros ostendebant, ipsi primi fædisimè corruerunt? Hoc ergo bonum attulit hæresis, quod & horum

simulationem prodidit, & bonorum constantiam animique magnitudinem declaravit. Fuit ergo illa quasi lapis quidam heraclius verum aurum à falso discernens, quasi ignis contrarias materias distinguens, quasi ventilabrum paleam à tritico separans, denique quasi ventus & pluuia quibus perspicuum fieret, qui in leui arena, qui in firma petra fidei suae fundamenta iecissent. Rebus latis in adulatorum turba synceri amici latent: estate qui parietes, quae tecti partes vitiosae sint, quae contra vitio careant non facile dignoscitur: tranquillo mari vix discerni potest, quae pars nauis integra sit, quae naufragium minetur. Rebus autem afflictis, & orta hyeme, atque urgente tempestate statim discrimen elucescit, tolliturque omnis dubitatio. Certus Christianus in re incerta cernitur: hyeme non ruit, sed firmiore etiam quam antea gradu consistit, periculisque ipsis roboratur, atque ut eleganter ait Poëta, Ab ipso ducit opes animumque ferro. Et quemadmodum egregiae gemmae in noctis tenebris clariùs quam in media luce micant: sic ille in persecutionum caligine illustriora pietatis suae documenta praebet. Etiam si in Ecclesia *Zizania* videat: non idèo tamen Ecclesiam deserit. Expectandam esse messem non ignorat: alioqui periculum impendere, ne simul cum *Zizaniis* triticum etiam euellatur. Dolet quidem ipsi noxias herbas in optimo agro pullulare: sed non hoc sibi temerè superbèque arrogat, quod soli Dei filio reseruetur, nimirum *Zizania* à tritico separare, areamque perpurgare. Scit quidem ea in area esse posse, in horreo non posse. Quoties haereses enatas videt, toties declarandae virtutis constantiaeq; suae occasionem sibi oblatam sentit. Cur autem ob haereses nutet illius fides, quae nisi existerent, verbis Christi fides non constaret, veritasque ipsa falsi conuinceretur? Nonne Christus ne nos inopinata mala perturbarent, exurrecturos pseudochristos & pseudopphetas praedixit, tantaque etiam miracula edituros, ut si fieri possit, electi quoque in errorem impellantur? Ut quisquis miretur haereses esse, idem nihil aliud mirari videatur, quam rem à Christo tantò antè predictam representari. Quid quod expedit plerunque haereses exoriri, ut inter-mortuū pietatis studiū renouetur, collapsa ac prope deleta morum disciplina erigatur & instauretur, ac denique, quod ait Augustinus, pigritia hominum excutiatur. Certè cum Themistocle nobis optimo iure dicere licet, Perieramus, nisi periissemus. Tanto veterno oppressi tenebamur, ut non nisi durissimo hoc baculo expergeri possemus, atque ab inertia ad laborem doctrinaeq; studium reuocari. Haec itaque tempestas nobis innumerabiles heroas procreauit, qui partim optima ac probatissima vita exemplo, partim eruditissimis suis lucubrationibus Ecclesiam aduersus furiosos haereticorum impetus acerrimè defenderunt. Quos equidem ipse pro eo ac meretur singularis eorum pietas & virtus, unice admiror ac suspicio, immortalique laude dignos existimo: quippe qui omnes ingenij doctrinaeq; opes ad ornatum templi Dei, hoc est Ecclesiae conferant, nulla hominum odia, nullam inuidiam extimescant, nullas hostium minas insidiasque reformident, modo rempubl. Christianam ab omni errore puram atque integram tueantur. O quantum illis laboris operaeq; mercedem Propheta pollicetur: fulgebunt inquit, quasi splendor firmamenti, & quasi stellae in perpetuas aeternitates. Quid igitur

Matth. 3.
Matth. 7.

Hor. lib. 4.
Car. Od. 4.

Matth. 24.

Dan. 12.

tur de iis dicemus qui in summa iuuantae Ecclesiae facultate, dum praesenti otio consulunt, aut, quod sceleratius est, hominibus displicere timent, sacri huius belli ociosos se spectatores praebent, nec ad huiusmodi incendium restinguendum guttulam unam aquae afferre curant? Sed ut his omnis ad institutum sermonem redeam, eximium illud ac singulare erga nos Christi beneficium fuit, quod haereses fore praenuntiauit, ut aduersus eas, tanquam aduersus infestissimum atque immanissimum hostem animi nostri arcem multò antè muniremus. Accedit etiā illa, & quidem maxima consolatio, quum cogitamus ab Ecclesiae incunabulis usque ad hanc aetate vix ullum tempus extitisse, quo non ei aduersus fidei hostes decertandum fuerit: ut non sine causa militans Ecclesia appelletur. Ne aurea quidem aetas ab huiusmodi fluctibus immunis fuit. Ipsa quoque suos habuit Hymenaeos & Alexandros, suos Nicolaos & Cherintos, qui vix in lucem editam adhucque lactantem opprimere ac de medio tollere conati sunt. Vix ex his fluctibus emerferat, cum aliis aliisque subinde procellis iactari cepit. Saepè, inquit, *Psalm. 128.* expugnauerunt me à iuuentute mea, sed quid? non potuerunt mihi. Aduersum me ne ipsae quidem inferi portae praeualuerunt, nec unquam praeualebunt. *Matth. 16.* Quanto ergo solatio perfundi debet Christiani pectus, cum tristissimam huiusce tempestatis imaginem in veterum monumentis ita ad viuum depictam videt, ut sub eorum persona res nostra geri videatur? Nam si egroto ea demum consolatio gratissima esse solet, quae ab eo affertur, qui eodem morbi genere aliquando conflictatus est: quid tandem causae esse potest, quin in grauissima hac calamitate magno solatio Christiani hominis dolor mitigetur, cum mentis oculos ad prisca saecula conuertit, ac cum sanctissimis viris, qui in iisdem rerum acerbitatibus versati sunt, velut colloquitur? Nam cum illos ex tot tantisque afflictionibus Dei benignitate tandem aliquando extractos fuisse legit, tamne impiè vel de summi numinis potentia, vel de ipsius erga nos amore cogitabit, ut aut manum eius abbreviatam esse, nec iam saluare posse, aut eius erga nos charitatem *Esai. 50.* refrixisse arbitretur? Quid in huiusmodi librorum lectione alius accidat, pronunciare nequeo: De me certè affirmare possum, eam mihi plerunque magno solatio atque utilitati fuisse. Ex quo factum est, ut Graecos Latinis coniungens, in nobile illud amicorum par tandem inciderem, Basilium Magnum & Gregoriū Nazianzenum dico: in quorum scriptis tantum verae pietatis, tantum doctrinae atque eloquentiae lucet, ut nescio an apud Graecos Latinosque inueniri possint, qui plus eruditionis cum maiori dicendi facultate copularint. Me certè Nazianzenus graui illo ac sublimi scribendi genere ita affecit, ut incredibilem quandam oblectationem ex eius lectione semper ceperim. Quocirca mihi iam pridem haud mediocriter dolebat, tantum virum minus frequenter hominum manibus teri, quam singularis ipsius facundia atque doctrina merebatur. Cuius rei cum eā causam esse intellexissem, quod ita Latinitate donatus esset, ut Theologorum studia minimùm iuuare posset, operam suscepi, quam rei theologiae utilem nescio, mihi certè admodum arduam ac difficilem: ut quantum labore ac diligentia consequi possem, hunc authorem ita verterem, ut si non elegantior, minus saltem obscurus in lucem prodiret. Potui certè in amœnioribus, mihi que

longè gratioribus scribendi argumentis versari, sed vicit publica utilitatis studium, cui pro virili parte optimus quisque inferuire debet. Nec verò eorum labores, qui in hoc pistrino ante me desudarunt, eleuabo ac suggillabo, ad quorum eloquentiam doctrinâq; laudem me minimè aspirare posse sentio, ingenueque fateor. Hoc tantùm dicam eos granioribus studiis addictos, nec fortasse nisi recreandi animi causa in hac translatione versatos, tot locis ab authoris sententia recessisse, ut mihi neminem fore persuadeam, qui inutilem ac superuacaneam hanc secundam versionem fuisse dicat. Hunc porro laborem cum, cuius potissimum nomini consecrarem, mecum ipse dispicerem, statim vnus occurristi, cui pluribus de causis meritò nuncupandus videretur. Primùm enim, si personas ipsas spectemus, cuius quæso congruētius offerri potuit hoc optimi, eruditissimi, atque in primis eloquentis Episcopi volumen, quàm Archiepiscopo & Cardinali, singulari virtute, doctrina, ac rara quadam & eximia dicendi facultate prædito? Deinde cum eos omnes, qui de re literaria bene mereri student, beneuolentia tua & comitate semper complexus fueris, quacunque potueris ratione iuueris, euexeris, profecto litera ipsa in tuum, tanquam in optimi parentis & patroni sinum confugere gestiunt: non tam ut te illustrent (nec enim aquis Oceanus eget) quàm ut ex illustrissimo tuo nomine splendorem ipsa trahant. Huc accedunt multa tua & præclara in quosdam meorum beneficia, quos cum æquè ac vitam ipsam amem, nō minus certè me magnitudini tuæ debere censeo, quàm si in meipsum ea contulisses. Sed nullo nomine me tibi obstrictiorem agnosco, quàm quod in Ecclesiæ, Christianissimi regis, totiusque huius afflictissimi regni causam tanta animi sollicitudine incumbis, tot curas, tot ærumnas suscipis, eo denique omnia tua studia refers, ut truncatis (quandoquidem nec sanari volunt, nec sine certa corporis pernicie ultra retineri queunt) putridis membris, reliquæ partes conseruentur. Quis autem non videt, quantum tibi laboris perferendum sit, quantum dimicationis subeundum, ut tot Achitophelium sub vulpe latentium consilia dissipet, & dum alij in aperto bello egregiam reip. operam nauant, prouideas interim, ne quid ab occultis hostibus ea detrimenti patiatur? Est quidem omnino graue ac molestum ei, qui ex publicorum negotiorum tumultibus ad studiorum vitâq; tranquillitatem (cuius dulcedinem nemo scit, nisi qui gustauit) sese asseruerit, ex hoc quietis velut paradiso quodam exturbari, atque ad publicarum rerum administrationem, tot molestiis refertâ, tot hominum odiis, inuidiâq; expositam, trahi. Verùm hominis est verè Christiani, cum Paulo querere, non quod sibi, sed quod multis vtile est, seque totum Reip. Christianæ commodis deuouere. Atque illud satis animaduertit insignis tua prudentia, multiplices illas omnis generis dotes, quibus te Dominus exornauit, non in hoc tibi creditas fuisse, ut eas vel sudario obuolutas ac reconditas habeas, vel terræ infodias, sed ut magno fœnore augeas & amplifikes, atque ut fabulosus ille Atlas cælum, sic tu ecclesiam, quæ regnum cælorum à Christo appellatur, quæq; te in cardinum suorum numerum asciiuit, pro virili tua parte fulcire ac sustinere cures. Id quod sanè summo studio facis: & quia facis, idcirco improborum omnium odia in te concitasti. Quotusquisque enim est hodie patriæ

1. Cor. 10.

Math. 13.

fidèique

fidèique hostis, qui non simul quoque te acerbissimo odio insectetur? Quis famosus libellus his nouem annis in lucem prodiit, in quo nominis tui fama perpetuis fœdissimisque conuitiis non sit lacerata? Quanquam quid mirum te virulentis linguis peti, cum & Elias Israël's perturbator, & Apostoli temulenti, & Paulus insanus, & paterfamilias ipse Beelzebud, appellati sint? Quid autem, per Deum immortalem, tibi ad laudem illustrius accidere queat, quàm quod eosdem hostes habes, quos Christus, quos religio, quos patria, quos omnes boni? quod iis displices, quibus placere nemo sine perfidia possit? quod ab iis omni cōuitiorum genere proscinderis, qui Ecclesiam prius, vel potius seipos ab Ecclesia sciderunt? Quos tu optima hercle ratione ulcisceris, cum impurissima eorum maledicta cōtemnis, teterrimasque linguas, quæ bene loqui non didicerunt, malè loqui sinis. Disrumpuntur enim miseri, cum te nihilo magis eorum calumniis, quàm Elefantos Indicos pulicum morsibus, commoueri vident. Satis graues iniquissimi in te odij pœnas pendunt, cum te, quem de summae authoritatis gradu deicere, atque omnibus hominibus inuisum reddere conati sunt, & stare & florere, quodque Palladium Troiæ, id te Francia nostra esse conspiciunt. Quocirca noctuis istis, quæ, quoniam malè agunt, meritò lucem oderunt, nec nisi in tenebris mordent, forti animo contemptis, in pulcherrimo eò munere, quod tibi, tanquam Pæoni, languens patria imposuit, constanter perseuera. Medicis illis obfiste, qui non tam imperitia, quàm malitia, vulnus nostrum nō dum suppuratum ac percuratum, cicatrice obducere nituntur, ac cinere doloso ignem obtegere, quo mox tota Gallia rursus exardescat. Chananeos in medio Israël's habitantes obserua. Bonum certamen certa: pugna consilio, auctoritate, opibus omnibus, aduersus eos, qui tot iam cladibus patriam affecerunt, ut stultitiæ sit, sperare, iis saluis Remp. saluam esse posse. Maneant qui volent in Siceleg, subsistant etiam ignaui ad sarcinas: tu nec oculis tuis somnum, nec palpebris dormitationem prius dato, quàm cum Dauide Amalecitas, regni spoliis exultantes, affecutus fueris, atque ita fregeris, ut non leuem tantùm pacis umbram & inane simulacrum, sed veram ac solidam pacem videamus. Sed quid ego hæc ad te? quasi verò aut mea, aut cuiusquam cohortatione opus habeas, qui tua sponte curris, & ut vacca illa Palæstina, arcam Dei gestantes, in directum graderis, nec ad dextram aut sinistram declinas: in hoc certè cum alios omnes fratres tuos clarissimos principes, tum præsertim incomparabilem illum Heroem, illud belli fulmen, illum Israël's currum & aurigam, domusque Dei murum haud dubiè abeneum referens, Martium, inquam, illum Franciscum, qui simul & Domini & regis sui prælia præliabatur, aquila velocior, leone fortior, rupe firmior, plenus victoriis ac triumphis. Cuius nisi singularis quædam ac prope diuina virtus incredibilem hostibus terrorem attulisset, nunquam sanè tam nefario parricidio sese deuinxissent, nec toties salutare Gallia sidus extinxissent. Qui si cothurnus, si Euripus, si Proteus quispiam, aut arūdo vento agitata extitisset, viueret quidem adhuc fortasse in hoc facis luto, sed turpis & inglorius, & ut illi qui vitam suam in mundo diligere malunt, quàm in vitam æternam custodire. Quod quia non fuit, per summum scelus nobis ere-

AD CAROLVM

ptus est: ita tamen, ut quemadmodum Elias Melotem, vel, ut aptiori exem- plo utar, Iudas Machabeus Ionathan, sic ipse nobis Aumalaum fratrem, praestantissimum belli ducem reliquerit, qui per eadem vestigia ad eandem im- mortalitatem grassatur, nuncque aduersus Germanicas Harpyas (qua Franciae vulneribus feros ungues insigunt, acetum pro oleo infundunt, ei que penè iam exanguis, quicquid reliquum erat sanguinis, detrahunt) cum militum robore procedit, ita animo comparatus, ut etiamsi in hoc belli discrimine vita ipsi po- nenda sit, praclarè secum actum iri putet, dum huiusmodi pestes à patriæ cerui- cibus auertat. Perge itaque, amplissime Cardinalis, cum fortissimo tuo germa- no, senescentem Galliam fouere, atque, ut Graeci dicunt, ἀπιπελαργαίν. Quod autem ad Nazianzenam nostram translationem attinet, tametsi non eram nescius, eam haud admodum dignam esse, qua in tuo nomine appareret, ob id- que, ne ad te cum tantillo munere accederem, pudore nonnullo deterrebar: fecit tamen perpetua tua humanitas, propensaque erga studiosos omnes voluntas, ut hunc metum abstergerem, cum tecum cogitassem, magnorum principum esse, non minus libenter parua accipere, quam magna dare, diis que, ut quidam in simili causa dicebat, non solum thure, sed etiam mola salsa litari. Accipe er- go grato ac libenti animo hoc quicquid est muneris, Illustriss. Cardinalis, mihi que, si importuna quadam tui interpellatione publicis commodis moram at- tuli, velim ignoscas. Dominus Iesus te quam diutissimè Ecclesiae suae incolu- mem seruet. Nannetibus 15. Calend. Ianuar. anno à salutifero partu quin- gentesimo sexagesimo nono supra Millesimum.

Plin. i. epist. nuncup.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΕΡΙΦΑΝΕΣΤΑΤΟΝ

τῆς καὶ πάλιν Φραγκίας ἐκκλησίας πατριῶν καὶ δι- γμύστατον ἀρχόντα, τοῦ αὐτοῦ.

Εργα θεοῦ καμῆδες, καμῆδες δὲ τε καὶ βασιλῆος,
Ὡς τε ῥόος ποταμοῦ ἀνδιχα τε μόνον ἄνθρωπος.
Πιστὸν ἔχει θεοῦ πόντα θεός, καὶ πιστὸν ἀνάκτωρ,
Πιστὸν ἔχει πατριῶν πίσις, ἔρσημα πατεῖς.
Ἡ δὲ ζρετὴ μὴ ἐδνημα τείν, ζρεσιό τε σῶμα
Σχιζόντας βαλέει, αἰμυζρεφς τε λύκοις.
Τουώκεν, εἰ πδύ τεσσιν ἀπῆρθεο ὄισι κακίσις,
Οὐδὲν θαῦμα· κύνες γὰρ τυγέοισι λύκοι.
Οὐδὲ, πάλιν ζρετῶν ὅτι βάσκαρον ὄμμα ὑπαίφει,
Θαῦμα μὲ ἔχει, καλοῖς ὁ φθόνος ἐρρὸς αἰεῖ.
Τήκωται φθονερός ἐθέλεις, καὶ ἀνάρσια φδρα
Αἰρετικῶν κραπερὸς ἀγασιν ἐμπελαδου;
Εὐστρεῖ πατριῶν χιζε λόγῳ, ζρεσιμησον ἀνάκτωρ,
Πατριῶν ζρετῆς, ὡς ὁ πδύροισιν, ἔχου.
Δὴ ὅτι καὶ φθονερός τήζει φθόνος· ἀντιθέοις τε
Ὀψαί αὐτοφόνῳ βοσχεμδῶοις μολυή.

Τοῦ

LOTHARINGVM

Τοῦ αὐτοῦ ἔπερον.

Παιδάρτω ποτὲ δῶκε θεὸς χρεὸς ἡμεροῖσι,
Παιδάρτω σε μέγας ἡμῖν ἔδωκε θεός.
Οἱ μὲν ἔσσι ζρεγαλέω μερότων κακῶ· ὡς γὰρ ἐφάκει,
Οὐλομῶοις πέμπειν ἔλεια δῶρα θεοῖς.
Ὅς δὲ ἔπει τὰς πδύρων ἀγαθῶν· καὶ γὰρ πδραεῖσου
Γαῖτα θεὸς ζρεσιόις ζρεσιμα δῶρα πέλει.

IDEM LATINE.

Pandoram diuūm donauit copia mundo:
Pandorum nobis te dedit omnipotens.
Illi in perniciem nostram (nam perniciosos
Perniciosa decet mittere dona deos.)
Hic verò ad generis certissima commoda nostri:
Commoda quippe bonus dat sua dona Deus.

IN NAZIANZENAM D. IAC. BILLII
Abbatis Michaëlini translationē God. Billius frater, Abbas Vincentianus.

Gregorius quondam patria tellure fugatus,
Appulerat sedes exul ad Occidias.
Exceperē virum quidam: sed balba loquentes.
Hunc etiam balbè condocuere loqui.
Condoluit frater profugo, docuitque rogantem
Mollius Aufoniis verba sonare modis.
Miratur iam Gregorius, dubitatque Pelasgum
Dicere se posthac debeat, an Latium.

G. GENEBRARDVS THEOLOGVS PARIEN-
sis, ad D. Iacobum Billium Cœnobiarcham, trium linguarum
peritissimum, Gregorij Nazianzeni interpretem.

Gregorium ob versum nostra te voce salutat.
Pieris et charitum nuda corona trium.
Quin et Gregorius tanto pro munere summas
Cum superum grates agmine gratus agit.
Nam cum barbaricis olim graderetur in aruis,
Arte tua iam nunc regna Latina tenet.

IDEM AD EVNDEM.

Διά σε κεφαλήν ἀσπάζοντ' ὀνέ' ἀδελφά,
Ταυτή τε γυμνοζρεῶν δρασί χῆν ζρεῖτων.
Γρηγόριος δὲ αὐτοῖς ζρεθῶν δὲ ἔμοῦ ζρεῖν οἶδεν,
Ὅτι μὲν ὡς ἐρμῶν ἔχε σε ἀσόνιον.
Ἐν ζρεῖταις πατριῶν γὰρ εἰφάκει βαρβαροφάνας,
Νυνὲ δὲ ἔχει δῆ σου σκήνα ῥωμαϊκά.

IOANNIS CHATARDI AQUIPERSANI AD
Meccenatem suam D. Jac. Billium, Sancti Michaelis in Eremito
Abbatem ornatiss. & D. Gregorij Episc. Nazianzeni
interpretem fideliss. Epigramma.

*Vt Tobiae lucem soboles perchara parenti
Restituit, sic tu lumina Gregorio.
Ille quidem patris ex oculis caligine pulsa,
Tu vero à toto corpore Gregorij.
Illum nam veluti fœdè cacarat hirundo,
Hunc ita mendorum versio plena prior.
Sed tu præterea vocem cum lumine reddis,
Vt modò cum Græcis verba Latina sonet.
Sic per te (præclara duo miracula) nuper
Cæcus & elinguis nunc videt, & loquitur.
Vis referam maius? toto iam fulget in orbe,
Qui velut in tenebris antè sepultus erat.*

EIVSDEM CHATARDI AD LECTOREM.

*Squalidus in cæco Iosephus carcere, dignus
Vix erat aspectu Regis, & alloquio.
Inde sed eductus fœdo squallore remoto,
Principis & populi dignus amore fuit.
Sic quoque Gregorius dum sordibus antè iaceret
Obsitus, indignus qui legeretur, erat.
Nulla etenim gravibus vitibus pagella carebat,
Et sine mente sonum singula verba dabant.
Ast tibi purus adest, & quovis purior auro,
Vt primùm accessit Billica docta manus.
Nunc oculis Regum, nunc summo dignus honore,
Dignus qui volitet cuncta per ora virum.
Billius, idque libens magno sudore peregit
Vnus, quod multi non potuere simul.
Præstitis hic labor est, quo non præstantior alter,
Plurèsque ingenij qui tibi seruet opes:
Ex his quas facillè fuluum velut ungue leonem
Primitiis, Lector candide, nosse potes.
Noscit & extinctus (dictu mirabile) Præsul,
Præsulis alterius iam rediuvius ope.
Atque ita qui clara florebat in Hellade tantum,
Nunc etiam tota floret in Ausonia.*

IACOBVS

IACOBVS BILLIVS ABBAS
S. Michaelis in Eremito, pio Lectori S.



EN habes, pie Lector, eximium illum Orientalis Ecclesiæ doctorem Gregorium à nobis Latinitate donatum: ex cuius lectione utinam tantum fructus tibi capere contingat, quantum laboris ac molestiæ fuit nobis in eo vertendo subeundum. Vix enim cuiquam credibile futurum est, quàm inuitus hic author apud nos peregrinetur, nisi qui huius rei periculum fecerit.

A Hoc verò te exorandum habeo, ne me aut nimis supini cuiusdam ocij, notandum censeas, qui velut rem actam, ut dici solet, non sine magno temporis dispendio rursus egerim: aut parum candidi animi esse iudices, qui in labores aliorum introierim, ipsi que meritiæ laudis argumentum eripere sim conatus. Quorum utrunque facillè, à te, ut opinor, obtinebo, si modò tantum tibi à grauioribus tuis studiis ocij fuerit, ut eorum, qui ante me in hoc negotio versati sunt, translationem cum hac nostra, & utraque ad exemplar Græcum, tanquam ad Lydium lapidem, explorare vacet. Quod si feceris, non equidem dubito, quin ita sis existimaturus, laborem hunc nostrum non modò non inanem ac superuacaneum, sed etiam prope necessariū fuisse. Neminem insector, nullius errata traduco. Barbarum est sugillandis aliorum laboribus ingenij doctrinæque laudem aucupari. Monstrum non hominem esse statuo, qui piis aliorum conatibus studiis que non fauere sed obrectare cupit, eorumque lapsus crudeliter potius detegere atque omnium oculis exponere conatur, quàm fraternè obuelare, vel saltem excusare. Sed ut nefarium in primis habendum est, ex alienarum lucubrationum insectatione ac depressione crescere, aditumque sibi ad hominum famam munire velle: ita cum publici comodi causa id postulat, nemini vitio verti debet, rem ab aliis tractatam retractare, ac velut sub incudem reuocare. Nimis enim profectò sibi arrogat qui contumelia se affici censet, si quis vel quæ ipse scripserit, emendare ac perpolire, vel etiam eidem materiæ, si id è re literaria fore videatur, secundam manum admoliri audeat: modò duæ illæ teterrimæ pestes procul arceantur, luor & obrectandi studium. Quod quum in omni scriptorum genere hactenus licuerit (nec enim sine causa Græcorum proverbio dicitur, *δεν τι παρ' ἀπορτιδης ἄσπιτος ἐστίν*) tum verò in translationibus multò iustius concedendum est, quarum copia atque diuersitas ut nihil aliud utilitatis pariat, hoc certè commodè affert, quòd ex plurium interpretum collatione authoris sententia clarius elucescit. Sic videmus à priscis illis ecclesiæ doctoribus libenter factitatum esse, ut præter nobilem illam septuaginta interpretum translationem, cuius tum toto orbe sacrosancta erat autoritas, Aquilam etiam & Symmachum & Theodotionem plerumque consulerent: ut si quid ipsis caliginis oboriretur, huiusmodi collatione discuti posset. Quod quidem ad me attinet, potui hoc tempus, quod Gregorianæ versionis datum est, longè amcenioribus mihi que iucundioribus studiis impendere: sed quorundam consilio atque autoritati cedendum putavi, qui doctissimo quidem viro, cæterum apud Latinos nimis, ut aiebant, obscuro, siueque, ut Hieronymus loquitur, dispari, lucis aliquid ex hac nostra translatione accessurum mihi certò pollicebantur. Hanc itaque prouinciam suscepi, quàm vtilem nescio, mihi certè ita grauem ac molestam ut inchoatum opus abrumperem ac perpetuis tenebris damnare non semel cogitarim. Quod si vires meas probè exploratas habuissem, atque ut Dominus in euangelio admonet, sumptus ad rem huiusmodi necessarios computassem, si summam operis difficultatem, corporis plusquam vitream valetudinem, doctrinæque tenuitatem animo perpendissem, nunquam ita me Deus amet, huic translationi manum adiecissem. Sed vera est Thucydidis sententia, ἀμάρτυρα θράσος, ὁ λογισμὸς ἐν θυμῷ φέρει. Nec absre τὸ μὴ εἶ

tantum, tanti ab erudita antiquitate factum est, ut id non mortali cupiam, sed Deo,
 & deorum sapientissimo attribuendum existimari. Ac mihi idem prorsus acci-
 disse sentio, quod nauigandi insolentibus vsu venire solet: qui allubescente è
 terra maris aspectu mira cum animi voluptate nauim ingrediuntur, læti etiam &
 alacres littora legunt, quoad in altum peruecti, subducta iam omni illa amœnita-
 tis specie, in grauiissimos capitis dolores incidunt, nausæque miserè diuexantur.
 Ad eundem enim ipse quoque modum in hac traductione, quum primi aditus fa-
 cilitate illectus & inescatus, iuuenili quodam animi ardore ac præcipiti impetu
 stadium vnum atque alterum emensus fuisset: ita repente lubrica omnia gres-
 sumque fallentia, ita aspera & salebrosa reperi, ut nec regredi iam præ pudore, nec
 progredi sine periculo possem. Tantum in me temeritas valuit, quæ non minus
 quàm ebrietas, spes iubet esse raras, in prælia trudit inermem! Inermem enim
 planè me esse fateor, quod quidem ad id attinet, ut cum tanto Milone quantus
 est noster Gregorius facundiæ certamine dimicare queam, eximiâsque ipsius do-
 tes Latina oratione repræsentare. Atque haud scio an quisquam sit tanta dicendi
 facultate ac verborum copia præditus, qui tam vberes & profusas eloquætiæ opes
 ita è Græcia in Latium asportare possit, ut non multum illis gratiæ præciique ex
 huiusmodi transuersione decedat, cogaturque tandem hoc Homeri versu uti,
δυσήμων δὲ πειπέδες ἐστὶν ἰβριεὶ ἀπίσωσι. Nam cum nulla lingua tam inops atque ieiuna sit, quin
 permultas voces habeat, quæ in aliam linguam sine molesto verborum circuitu
 atque elegantia dispendio transferri nequeant, quid hinc cum eo auctore inter-
 pres faciet, qui in copiosissima ac sine dubio omnium locupletissima lingua ver-
 borum argutias vndeunque captat: ut quot eiusmodi voces orationi asperferit,
 tot pene cruces interpreti fixisse videatur? Quid de prolixis illis periodis dicam,
 quæ ut Græco sermone ob connectendi facilitatem non parum gratiæ atque or-
 namenti afferunt, ita cum Latinè efferuntur, nimium diu suspensum Lectoris ani-
 mum tenent, nec sine quodam fastidio transmittuntur. Iam verò breuissimæ illæ
 allusiones quæ toto opere vndique sparsæ sunt, quàm attentum ac diligentem,
 quàm non modò multæ lectionis sed etiam felicitis cuiusdam memoriæ interpre-
 tem requirunt, utpote quæ vel ignoratæ vel neglectim transcurræ, tantas nonnun-
 quam interpreti tenebras offundunt, ut Psittaci more quid loquatur nesciat, at-
 que, ut Iobi verbis utar, ὅμοιοι νήχουτο λόγους, seque velut in alieno cælo esse arbitretur?
 Ex quo satis apparet quibus præsidis instructum eum esse oporteat, qui in huius-
 modi scriptis transferendis specimen sui præbere cupit. Huc accedit, quod pecu-
 liarem quandam phrasim habet Gregorius, disertissimam quidem illam atque in
 primis eruditâ, sed quæ vel perspicacissimos interpretis oculos sæpenumero per-
 stringat, ut nisi summam curam animaduersionemque adhibuerit, quemadmodum
 Ixion ille pro adamata Iunone nubem, sic ipse pro vera authoris sententiâ non nisi
 leuem quandam & inanem verborum umbram amplectatur. Ut enim Dædali sta-
 tuas, nisi firmissimis vinculis astringerentur, fugam corripere solitas esse scribit Plato:
 ita germanus Theologi sensus nisi arctissima attentione ac diligentia vinciatur, in-
 terpreti quasi de manibus elabitur. Quæ omnia cum me miris modis torserint,
 tum illud longè vehementius animum excruciauit: quod Heruagianus codex, qui
 vnus suppetebat, tot tamque feedis erroribus scatebat, ut ad hoc Augiæ stabulum re-
 purgandum non vno Hercule opus esset. Nulla oratio, nulla propemodum pagina
 grauiissimis mædis vacabat, ὀλοσθηματις, ut ita dicam erat hæc plaga. Quocirca cum de-
 ploratis morbis medicam manum admouere medici verent, ne ipse quidem cau-
 sam vllam esse putauit, cur in tam corrupto atque insanabili codice diutius me
 inani labore conficerem. Tantisper itaque mihi ab incœpta versione quietem
 imperavi, quoad ab amico quodam certior factus sum, permulta eaque castigatiffi-
 ma exemplaria in illustrissimæ Regiæ bibliotheca esse, quorum ope atque ad-
 iumento insanabilibus altoqui vulneribus medicinam afferre possem. Quo nun-
 cio supra quam dici queat oblectatus per doctissimum atque humanissimum virum
 Ludouicum

Ludouicum Rusæum regium confessorem haud magno negotio à Regina im-
 petraui, ut mihi liceret codicem vnum (nec enim plures simul passa est) ex ipsius
 bibliotheca mecum efferre. Tuli igitur amplissimum codicem capitalibus literis
 exaratum tantum antiquitatis præ se ferentem, ut ipsius propemodum Gregorij
 ætate scriptus esse videretur: qui, præter epistolas & versus, omnia ipsius opera
 continebat. Quem cum paucissimis diebus incredibili celeritate perlegissem, ex
 eoque immunera loca quæ in impresso vitiosè legebantur, integritati suæ resti-
 tuissem, statim eum Athenas (quo enim alio nomine incomparabile illud bo-
 narum omnium literarum gazophylachium appellem?) referendum habui: ut al-
 terum exemplar inde rursus auferrem. In hoc sedecim duntaxat orationes erant,
 doctissimis Nicetæ Serronij commentariis illustratæ, intextis etiam quibusdam
 Pselli enarrationibus in obscuriora loca secundæ orationis de Paschate. Quo-
 quidem volumine cum mihi pro animi arbitrato uti liceret, non modò ad ea, quæ
 inchoaueram ac velut pro derelictis habebam, proseguenda, sed ad ea etiâ quæ
 Nicetas commentatus fuerat Romano sermone donanda me accinxi. Nec enim
 à publicis commodis alienum fore putauit, si commentator Latinè loqueretur,
 qui Græcum hominem Græcus ipse interpretandum duxisset. Quod autem non
 omnes eius commentarios, sed eos solùm, quos in panegyricas orationes edide-
 rat, in totum conuerti, hoc non tam laboris fugiendi causa feci, quàm quòd ve-
 rerer, ne nimia hæc nostra sedulitas plus tibi tædij quàm vtilitatis afferret. Sic ita-
 que negotium temperavi, ut eas quidem enarrationes, quæ ad rerum potius quàm
 verborum explicationem facere videbantur, totas Latinas facerem: ex iis autem
 quæ non tam res ipsas exponebant, quàm orationis verba aliis verbis exprime-
 bant, vtilissima tantum exciperem, atque in scholiorum formam redigerem. Vbi
 etiam si quid mihi occurrit, quod Nicetæ expositioni non incommode adiaci pos-
 se videretur, id quoque inferere non dubitavi: affixo tamen fere semper alteri-
 sco, ut nostra à Nicetanis facilius internoscantur. Atque hinc quoque verum esse
 comperi, quod ait ille apud Sophoclem, πῶρος πῶρος &c. Quod quidem consilium
 nostrum tibi facile probatum iri confido. Atque hinc quoque verum esse compe-
 ri quod prouerbio Græco dicitur, πῶρος πῶρος πῶρος φέρεται. Ut enim primus ille Gregoria-
 næ versionis labor alterum laborem suscipere, hoc est, Nicetam Latinis auribus
 exhibere me coëgit: ita secundus hic labor, quasi quidam Eurysteus, mihi noui
 laboris suscipiendi necessitatem imposuit. Venit enim in mentem subuerendum
 esse, ne parum sibi constaret hic noster labor, si quibusdam orationibus, partim
 contractiore expositione, partim integro commentario explanatis, reliquæ ve-
 lut nothæ sine vllò annotationum comitatu prodirent, quum tamen ipsæ quo-
 que compluribus locis lumen aliquod explicationis haud dubiè flagitarent. Ergo
 in has etiam scholia elucubraui, prolixitatem vbique quantum licuit vitans: ut si
 fortè Nicetæ interpretatio prolixitate aliqua animum tuum interdum suboffen-
 dat, hæc molestia scholiorum nostrorum breuitate diluatur. De quibus nihil al-
 liud dicam, nisi me summa cura diligentiaque contendisse, ut hic author aliquan-
 to elarior & apertior in manus tuas perueniret. Adieci præterea Nonni opusculum,
 quo profanas historias & fabulas exponit, de quibus in Inuectiuis aduersus Iulia-
 num apostatam mentionem facit Gregorius: quod etiam ipsum de Græco in La-
 tinum conuertimus. Illud autem velim, mihi fraudi ne sit, quòd multa loca ve-
 teris Testamenti aliter verti, quàm in vulgata traductione habeantur. Nam cum
 mihi cum eo homine res esset, qui non alia quàm 70. Interpretum translatione
 vteretur, decuit me profectò, immò omninò oportuit, ipsius vestigiis in versione
 mea insistere, atque eandem translationem sequi. Alioqui innumeris propè locis
 nec Gregorij explicatio cum Scripturæ textu, nec Nicetæ expositio cum Gre-
 gorij, Scripturæque verbis vllò modo quadrasset, verum aliud tibi, ut vulgo dici
 solet, cecinisset, aliud pes saltasset. Hæc sunt, Lector, quæ ad D. Gregorij, immò ad
 templi Dei, cuius ille lapis viuus fuit, exornationem à nobis collata sunt: quæ si

Soph. in
Aiace.

καὶ πολλὰς ὑπερβολὰς, καὶ πάλιν ἰατρῶν ὀπτικουρίας ἐδέχθη, καὶ πάλιν ὑγίαν ἀ-
 πελοδοσίαν ἀνακαλέσασθαι. μέλις δὲ ἐκ τῆς νόσου ἀνεβέβηκεν, καὶ πάλιν τῆς ἑσπέρης
 δυνάμει ἀνάλεξάμενος, σιωπῆσι λόγους πρὸς ἑαυτὸν μετὰ γρηθήσεως πρὸς πάλιν
 φιλοσοφίαν (ὡς γὰρ εἰ καὶ λόγους ἀμειβόμενος, ἀλλ' οὐκ ἔτι πάλιν πρὸς λόγους ἐσπουδακώτων ἐρα-
 σίας καὶ θερμὸς ἐπαμνέτης, εἰ καὶ ἡ δόξα ἄλλα ἐτοιμὸς εἶ) ἐφασκόντο ἴσως καλλίστοις
 τῶν μαθητῶν ἐμφιλοπονήν, πάλιν δὲ νομικὴν μόνον πρὸς τὸ μέλι, ἀπὸ πρὸς αὐτὴν ἀγ-
 λοτείας, καὶ πρὸς τὴν ἀνεπιτηδείως ἔχον, καὶ μὴ πάλιν αὐτῆς δὴ ἑσπέρης ἀλώσεως.
 ἀπὸ τῆς νόσου δὲ ἴσως καὶ γρηθὸς πρὸς σπουδῶν, εἰκὼν ἰωάννου ἀδελφίου, καὶ πάλιν ἐπαρθεσά-
 πτω μοι τῆς αὐτῆς ἀσπασίας καὶ ἀσπασίας, ὡς μὴ ποτε ὠφελον. ἀπὸ γὰρ τῆς πρὸς
 A φουερέων ὅτι τῆς οὐκ οἰκεία μετὰ κλυδωνίαις ἐπὶ καὶ δέκα μιλύας ἐν τῇ Αὐρηλία εἰς οὐ-
 δὲν χρησίμων ἀνήλωκα, ἴσως ἡλικιωτάτης συμμικροδύτης, καὶ ἵνα σιωπῶν εἶπω, ὅτι πα-
 τὴρ ἀπὸ σπουδῆς ἔχον, καὶ τὰς τῆς ἑσπέρης ἡδοναίας ἐδέχθη ἀδελφίου, ὃ δὲ πατὴρ τῆς κα-
 τ' ἐμὲ πύδου, καὶ πρὸς μετὰ τὸν ἐφ' οἷς ἀκοντὰ μετὰ τῆς νομικῆς πάλιν συγκαθέρξας
 ἔτυχεν, αὐτῆς δὲ μὴ γὰρ πρὸς ἑαυτὸν ἐπὸς ἔχειν ἐκέλευσεν, ἵνα ὅτι δυσκαθέρξας μου τῆ
 ὀρμῆ καὶ πρὸς πρὸς εἶδος φλυαρίας κεχυμένον οὕτως ἀναείλη, καὶ οἰονεὶ δεσμοῖς ἴσως
 ὅτι σφίγγει. ὅτε δὲ ὠσπερ ἐκ βαθέος ὑπὸς ἀφασίας, καὶ τῆς ἀθλίως ἀπολωλότος
 B χροῖου εἰς σιωπῆσιν ἐλθὼν, καὶ τῆς νεότητος πάσης ἐν τοῖς ματαίοις ἀφασίας
 ἐνοιῶν λαμβάνων, μετὰ τὴν σιωπῆσιν ἐπέβη, καὶ τῆς φιλοσοφίας καταλλήλως καὶ
 αὐτῆς ἀσπασίας διέτριβον. ὡς γὰρ οὐκ ἔτι βίβλους ἔκλειον καὶ μετὰ μετὰ σιωπῆσιν
 μένος, καὶ πρὸς τούτῳ ὅτι ἔργον σιωπῆσιν ἐμαυτὸν κατεπέριον, ἐν βραχί μετὰ τὴν ἴ-
 να πάλιν ἐν τοῖς λόγοις δυνάμει σιωπῆσιν ἐδέξα. ὅ γε μὲν τῆς πρὸς ἰατρίας, τῆς δὲ πρὸς
 πόνου καὶ ὑπερβολῆς εἶ) λεγούσης, ἀπὸ τῆς ἔχον, ἐν τῇ τῆς ἰταλῶν, καὶ πολλὰ μᾶλλον ἐν
 τῇ τῆς ἡλικιωτῶν γλώττῃ κατεμάθον, ὡς πρὸς τὴν ἀσπασίαν ἀπορροῦσθαι, καὶ τῆς
 καταπονήσθαι, μεγίστοις πόνου σιωπῆσιν ἰατρίας πάλιν ἐκλήσασθαι, ὅσον γὰρ πρὸς ὅτι
 C λυσιπρῆσιν φησὶν ἀδελφῶν συγκαθέρξας ὅπως οὐκ ἐπαίει, καὶ ἐπὸς τῆς ἐρμηνείας δει-
 ῶσαι. τῆς δὲ πρὸς ἐν λιπρῶν τῆς γρηθῆσιν τὸν βίον κατατρέφασθαι, καὶ πάλιν ἀνακλήσθαι
 εἰσφορᾶ τῆς φύσεως ἀφασίας, ὅτι πολλὰ ἴσως τῆς ἡμέτερον νομῶν ἰσοδοῦναι, καὶ
 τῆς ἐρωτικῆς μετὰ φιλοσοφίας πρὸς βίαν ἀσπασίαν, ὅσον γὰρ πρὸς τῆς ἰατρίας, καὶ τῆς
 κρομμῶν πρὸς ἀσπασίαν ἐν μέσω σφραγίδος. ἀπὸ τῆς πρὸς τῆς ἀπὸ γρηθῆσιν μοι
 ὄντας γρηθῆσιν, ὡς εἶχον ἄχου, ἐς πάλιν Ἀσπασίαν φυγᾶς ἀρχόμενος. ἐκεῖ δὲ μετὰ τῆς ἰατρίας
 πρὸς ἀσπασίας, καὶ τέλος αὐτῆς καταπαλάσας, ἴσως βίβλοις πρὸς ἀσπασίαν, καὶ ὅτι
 μαθητῶν λόγους ἐμαυτὸν ἴσως πόνου κατεπέριον. ἐν τούτοις δὲ ὄντι μοι, καὶ τῆς
 D τῆς ἀσπασίας ἀπὸ τῆς ἀσπασίας, ἀπὸ τῆς ἰατρίας ἐγνωσθῆσιν Πέτρος ὁ Γαλιθαῖος, τῆς
 ἐκεῖ θεολο-
 γουῶν ὁ κρυφῶς, ὅτι πάλιν φίλιον ἐν τῆς ἐμῆς βίβλου μετὰ τῆς ἰατρίας ἐπέριον.
 μὴ γὰρ πάλιν γρηθῆσιν μετὰ τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἰατρίας ἐκείνης κεφαλῆς ἀμνημονίαν, καὶ
 ὅτι γρηθῆσιν ὡς πρὸς αὐτὴν βίβλου πρὸς τῆς ἀσπασίας. ὅσον γὰρ πρὸς τῆς ἀσπασίας
 καὶ ἀπὸ τῆς ἀσπασίας πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, καὶ εἰ μὴ μέγα μοι ὅτι Αἰ-
 γύλου ἐπέριον, νήπιον ἴσως τῆς ἀσπασίας, ἐννοῶν ἔργον, καὶ φρενῶν ὅτι πρὸς τῆς ἀσπασίας.
 ὅσον γὰρ πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.
 μοι γρηθῆσιν, καὶ πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.
 E μοι γρηθῆσιν, καὶ πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.
 ὅσον γὰρ πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.
 ὅσον γὰρ πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.

ρον δὲ πάλιν ῥητορικὴν ἐδίδασκον, ἵνα δὲ μὴ πάλιν πρὸς τῆς ἀσπασίας. ἵνα δὲ μὴ πάλιν πρὸς τῆς ἀσπασίας.
 ἐπὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.
 A ὅσον γὰρ πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.
 ὅσον γὰρ πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.
 B ὅσον γὰρ πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.
 ὅσον γὰρ πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.
 C ὅσον γὰρ πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.
 ὅσον γὰρ πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.
 D ὅσον γὰρ πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.
 ὅσον γὰρ πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.
 E ὅσον γὰρ πρὸς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας, ὡς τῆς ἀσπασίας.

VITA SANCTI PATRIS NOSTRI

Gregorij Theologi Episcopi Nazianzeni, à Gregorio Presbytero
Græcè conscripta, Iacobo Billio interprete.

Hanc Gregorij vitam sexaginta plus minus annis post nongentesimum à Christo nato annum primus quanquam prorsus barbarè transtulit Anastasius quidam, vt adnotatum vidi in libro quodam manu scripto Dionysiacenæ bibliothecæ. Quod si ita est, longè antiquiorem esse Gregorium Presbyterum necesse est, quàm scripsit is, qui anno superiore de cultu sanctorum scripsit.



AD spirituale sermonum conuiuium, viri auditores, egregius ille Gregorius cognomentum à Theologia consecutus, vos inuitat: atque ipse in cibum materiæ expertem offertur, epulumque corruptione omni sublimius. Nec verò mirum vobis videatur, me eò audaciæ progressum esse, vt & meæ imbecillitatis & excellentis illius ingenij, animique magnitudinis memoriam abiecerim, qui propter incomparabilem virtutis præstantiam ad hunc ferme diem silentij honore apud omnes ornatus est, nec quisquam adhuc extitit, qui vitam ipsius exposuerit, ac serie quadam, & ordine præclara illius facinora ad posteros transmiserit, quemadmodum ipse & in Bafilio magno, & in aliis beatis Episcopis & martyribus fecit, vitam ipsorum argumento integro prosecutus. Primum enim nulla ratione venerado huic patri vobiscum confidenti aduersari poteram, qui orationem velut aliud quoddam debitum exigebat, meque ad prædicandas Diui Gregorij laudes admodum paternæ & herili authoritate concitabat, sibi que vt morem gererem imperabat, seque alioqui nullum me vrgendi finem facturum minabatur, atque hanc procreationis educationisque mercedem efflagitabat. Deinde ne pium quidem & fas mihi esse videbatur, nullam tantæ virtutis rationem habere, quæ si vitæ humanæ ad imitandum proponeretur, multos fortasse ad æmulationem cohortari atque excitare posset, nec honestum ipsum dilabi atque euanescere sineret, quotidianis nimirum sermonibus subinde efflorescens. Age igitur, cunctatione omni abiecta, sermonum meorum primitiis, quasi fructibus quibusdam recens decerptis, coronam Theologo nectam, siquidem illius merito ac dignitati imparè, at certè viribus nostris, animique alacritate haudquaquam inferiorem. Ac futurum opinor, vt vir ille, quemadmodum in omnibus rebus vndique perfectus & absolutus erat, ita quoque laudationem hanc nostram æquo animo accipiat: quandoquidem & balbutientium infantium sermunculi, præsertim à simplici animo prodeutes, parentibus iucundiores esse solent, quàm robustiores adutorum sermones, & fastuosæ ac phaleratæ orationes. Quin ipsi quoque verborum honor pulcherrimè congruet. **D** Quibus enim rebus quisque delectatur, iisdem quoque profecto honorari mirifice gaudet. Cumque corpoream adhuc vitam agens doctrinæ & eloquentiæ studia omnibus opibus facultatibusque prætulit, sapientiamque complexus atque amore prosecutus, ab eaque, vt est in Prouerbiis, conseruatus fuerit: eccui tandem dubium esse potest, quin nunc quoque, cum res humanas reliquerit, ac præsentem vitam cum pura illa prudentiæque propinqua commutarit, orationibus impensius gestiat & exultet? A vobis autem peto, sacrosancte cœtus, ne virtutum illius multitudinem accuratiùs exactiùsque perscrutandam atque indagandam putetis. Primum, quia non eæ sunt vires meæ, vt vel ipse hoc polliceri queam, vel vos à me exigere debeatis. Deinde, quia nec illius vitam quisquam literis consignatam nobis reliquit: verum mihi res ipsius ex ipsius scriptis sparsum colligere necesse est, latomisque imitari, qui posteaquam lapides paulatim aggererunt, ita demum ad vnâ eandemque domum construendam & absoluendam

simile.

Prouerb. 4.

simile.

VITA

absoluendam eas omnes accommodant. Orationis porrò initium hinc ducemus, vnde eam auspicari maximè decet. Patriam igitur ipse secundam Cappadocum prouinciam habuit, urbem Nazianzum, quæ quidem ab eo ad eò nobilitata est, vt apud extremos etiã orbis terrarum fines propter eum clara atque illustris extiterit. Neque enim Pella ob Alexandrũ celebrior est, aut Persæ propter Cyrum ad tantam gloriæ splendorisque magnitudinem euecti sunt, quantam hæc propter magnum Gregorium assecuta est. Quocirca ipsi quoque ob educatum Gregorium abundè persolutam esse mercedem existimo: quippe quæ & Indis & Britannis ex diametro inter se oppositis æquè inclaruerit. Parentibus ortus est nobilibus, iustitiæque præditis, animorumque puritate, quàm corporum nexu arctius inter se coniunctis. Ac pater quidem Abrahæ cuiuspiam instar, paterna terra idolisque relictis ad pietatis cultum migravit, excussaque Hypsitariorum superstitione atque impostura syncerus diuinæ gratiæ discipulus eluxit, ouis quidem primùm, postea verò peritus quoque Ecclesiæ Nazianzenæ pastor institutus. Mater autem & ipsa sacra & à progenitoribus sacris originem traxit, atque vt aliorum bonorum, ita pietatis quoque patrimonium hæreditate accepit. Quæ cum masculæ prolis cupiditate flagraret, supplex Deum huiusmodi beneficiorum authorem precata est, vt se desiderij compotem faceret, eique ante conceptionem (ô fidem incredibilem! ô prædicandum animi feruorem!) se nasciturum filium oblaturam polliceretur, quemadmodum Anna Samuëlem. Quid igitur ille, qui voluntatem timentium se facit? Per nocturnum visum ei filium nondum procreatum ostendit, puerique vultum & nomen indicat. Hæc verò ipsam haud ita multò post quàm in lucem editus fuerat, Deo consecrauit, maternos partus dolores fidei alacritate & mulierum socordiam largiendi liberalitate superans. At puer, cum parentum moribus imbueretur, egregia naturæ indole ingenique dexteritate æquales omnes ad eò præcedebat, vt immatura ætas nullo ipsi ad eorum, qui adulta ætate erant, mores disciplinæque percipiendas impedimento esset. Ac ludos quidem & pueriles lasciuias curiisque & saltationes vt inutiles & meliorum rerum studio moram afferentes, prorsus contempsit. Vt enim præfens foetor vnguenti suauitatem inficit & obscurat: ita vitium quoque virtutis adeptionem interfecit. Cum autem ætate iam adoleuisset, literarum amore succensus Cæsaream profectus est, illucque cum præstantissimis quibusque magistris consuetudine habita, doctrinæque non exigua collecta in Palestinam migravit, non ille quidem vt Rhetorum mores, sed vt verborum elegantiam dicendique artem addisceret. Hinc Alexandriam quæ ad Pharum sita est, perrexit, vt multas vrbes multorumque hominum prudentiam, sapientiæ doctrinæque colligendæ causa, vt eruditus quidam dixit, cognosceret. Qua etiam ex vrbe cum plurimum vtilitatis perceperisset, Athenas tandem, literarum parentem, petit naui Aeginæa vectus. Itaque Parthenium mare turbulento tempore atque ad nauigandum incommodo nauiganti, coortus repente grauissimus vêtus summum vitæ periculum intulit: atque & mare & æthera, & cœlum obducere caligo cœpit, non illa Aegyptiorum plaga nihilo lenior. Omnibus igitur corporis mortem desistentibus, ipse animæ exitium atque internecionem extimescebat. nondum enim Baptismo obsignatus erat: ac mors aquosa salutem eam, quæ aqua comparatur, anteuertebat. Quid igitur facit magnus ille vir, qui que etiam ante regenerationem, sese ad veritatem informarat? Vestem lacerat, tantisque clamoribus & querelis vectores omnes exterret, vt nemo esset, qui non, omni sui ipsius cura abiecta, illius luctui socium sese adiungeret. Ipse autem Deo miracula ea omnia in memoriam reuocans, quæ tam in Aegypto quàm in deserto, ac plerisque aliis terræ vel maris locis ediderat (velut rubri maris diuisionem, eiusdemque rursus eluuiem, quòque modo aquam ex petra velut ex fonte expressisset, & Maram edulcasset, Amalecitas inermibus manibus erucem indicantibus oppressisset, muros Hierico, nullis etiam admotis tormen-

Gregorij patria. Vide Orat. de vita Bafilij.

Gregorij parentes.

Vide Orat. quæ habuit in funere patris.

I. Reg. I. Psal. 144.

Mater Gregorij filium statim Deo consecrat. Greg. ingenium.

simile.

Greg. Cæsaream proficiscitur.

Greg. tempestate iactatur.

tis, euertisset, Prophetam ex ceteri visceribus saluum & incolumem extraxisset, ceteraque omnia quæ sacrosanctis libris continentur) simulque se facturum recipiens, ut si maris periculo liberaretur, atque ex petito Baptismo frueretur, ei à quo salutem accepisset, seipsum consecraret: precibus ipsum flecti, quippe benignum & facilem, precésque nostras naturæ suæ suauitate præuertentem. Ita tempestas statim conuicuit, & procella in auram commutata est, & mare prius ferum & truculentum consopitur. Atque hic eo rerum statu erat. Parentes autem ipsius, quem in casum adductus esset filius, per somnum certiores facti fuerunt: atque ut parentes (quid enim pluribus verbis opus est) orationibus & lachrymis Deum obsecrabant, ut filio in mari periclitanti opem ferret. Confestim itaque post orationem filium in somnis videbant Erinnym quandam ac dæmonem pestiferum, qui ipsi perniciem intentabat, subactum tenentem. Quæ cum ipse domum reuersus ex eorum commemoratione intellexisset, laudes & gratias seruatori agebat. Sed hæc posterius. Ex iis autem qui eadem nauis uehebantur, adulescens quidam, ipsi charissimus in ipsa periculi flamma, beati viri matrem conspiciebat, mare conscendentem, arreptamque nauem in terram pertrahentem. Qua visione perspecta & narrata, tranquillitas statim consecuta est, vectorésque omnes fide ad Gregorij Deum accurrerunt, periculi tanti depulsoré eum agnoscetes, atque cõfidentes. Hoc verò quid magni illius Helix miraculo cedit, qui Sidoniæ reginæ, vesanæ idolorum cultrici, obliuiscens, sacrificio noua & cœlesti flamma consumpto Israëlitas ad veri Dei fidem induxit: ita ut admiratione correptus populus diceret, Vere Dominus est Deus, hic est Deus. Talis fere Gregorius erat, per insperatam ex tempestate salutem, eos qui variis & multifidis erroribus tenebantur, ad vnam fidei semitam ducens. Posteaquã autem in Græciam ac nobilem & florentem Athenarum urbem se contulit, quid referre necesse est, qua hominum læticia, exceptus fuerit, præstantissimus statim in literis, & à præceptoribus & à discipulis iudicatus? Non multum tempus fluxerat quum Basilius magnus Byzantio, eiusdem eruditionis gratia, Athenas appulit. Itaq; & vitæ consuetudinem, & contubernij necessitudinem inter se contraxerunt. Ex mutua porrò eorum coniunctione animorumque concordia, ne exprimi quidem oratione facile potest, quantum emolumenti ad vtrunque redierit.

⁹ Etenim is qui solus est, quamuis acutius quiddã animo perspexerit, sibi tamen ipsi minimè fidit, ac proinde circumiens aliqué quærit, quo fulciatur & cõfirmetur. At cum duo ad vnam eruditionis cupiditatem coniunguntur, ac velut coalescunt: tum verò mutuo adminiculo nituntur, duas nimirum personas in sese complexi, nempe & eius qui veritatem inuenit, & eius qui eandem confirmat. Atque ut multa breui sermone contraham, præclarum quoddam amicorum par efficitur. Nam & vna eademque fide collustrati erant, & pari virtutis amore flagrabant, concordia motu currentes, & quemadmodum aratores aut agricolæ, pari animi præoptitudine sapientiæ aruum proscindentes, & ferentes, multiplicemque messem colligentes. Fortitudine quidem & in aduersis rebus perferendis constantia, omnes ferme æquales suos anteibant. Hoc enim ferè iuuentutis vitium est, ut quemadmodum equulei strepitus & umbras, sic ipsi quoque ingruentes aduersos casus ægrè ac molestè ferat. Ipsi contrà ea firmitate erant, ut ea quæ repente plerunque ac præter morè accidebant, tranquillis atque immotis animis exciperent: adeò ut etiam 10 terræ motu Græciã inuadente, fortes animique magnitudine præstantes apud omnes inuenti sint, dignique qui prophetis verbis vterentur. Propterea non timebimus, dum turbabitur terra. Frugalitatem porrò iam inde ab ineunte ætate coluerunt, necessario victu contenti, quemadmodum Helias & Ioannes locustis victitantes: atque omnia quæ ad luxum ventrisque lenocinium spectabant, respuentes, voluptatésque longum valere iubentes. Nam quid de castitate dicam, quæ toto vitæ curriculo eos puros & sanctos Deo conseruauit? Ut propemodum hac parte 11 Xenocrates ille & Polemon ipsi

Psal. 106.

3. Reg. 18.

Basiliij & Gregorij amicitia.

Magnanimitas Basiliij & Gregorij.

Psal. 45. Frugalitas.

Matth. 3. Castitas.

ipsis cedere cogantur: quorum alter scorto ad latus ipsius cubante, nullis libidinis stimulis ad venerem incitatus est: alter vitæ asperitate ita meretrices perterrefaciebat, ut vix etiam ad eum propius accedere audent. Verum his quidem fortasse virtutibus illi tantopere floruerunt: ceterum iustitiæ & paupertatis curam non perinde habuerunt. Minimè verò. Nam hic quoque quod de 12 Aristide memoria proditum est, non virtutem pecunia commutabant, nec philosophia ad quæstum abutebantur: sed gratuitam omnibus probitatem suam benignitatemque proponebant, putidam submissionem, improbamque plus habendi cupiditatem æquè fugientes, atque intra virtutis fines consistentes. Inopia autem ita exercebant, tãtòque 13 Antisthenem, & Diogenem, & Cratetem interuallo præcedebant, ut eorum laudes magnificique tituli pro meris nugis haberetur. Neque enim minus quàm illi opes aspernabantur: & ostentationem interim inanisque gloriæ studium procul ablegabant: quo vitio admirandi illi canes tenebantur, 14 publicis præconiis reliquorumque hominũ cõtemptione, philosophiæ grauitatem labefactantes atque obreantes. Iam de prudentia quid dicere attinet, cum ipsi toto vitæ curriculo nihil aliud meditati sint, cupiditatemque omnem suam in eius adeptione noctu atque interdium defixam habuerint? non secus atque ij qui thesaurum effodiunt, ut verbis Iob vtar. Probè etenim norant egregij viri, laborem in meditatione prius impensum, in perseverantia, scientiæque vbertate & copia vim suam proferre. Ex quo hoc assequebantur, ut non modo æquales suos, sed etiam natu multò maiores nominis splendore superarent, tum propter laborem & industriam, naturæque bonitatem, tum etiam quia in honestarum tantum laudabiliũque rerum studium incumbabant. Atque in tota quidem Grammatica nihil omnino eos fugit, non metrorum scientia, non poëtici scopi & tropi, non historiæ copia, non forensis dictionis puritas. In Rhetorica autem eam rationem habuerunt, ut verborum elegantia decerpta atque collecta falsitatem ipsius mentiendique libidinem euitarent. Philosophiam porrò tam eam quæ in moribus, quàm quæ in placitis, & doctrina, Medicinæque indicatione & ratiocinatione versatur, non liberali tantum eruditione tenus perceperunt, nè indoctis duntaxat superiores esse viderentur: verum quemadmodum præceptores quidam, præstantissimique doctores. Iam in musica ita se compararunt, ut quicquid in ea antiqui & concinni est addiscentes, eam animæ partem, in qua irarum existit ardor effrenatusque impetus, emollirent: quicquid autem ad voluptatem impellit, ad théatra relegarent. Quin etiam numerorum supputationes, & Geometriæ æquitatem, astrorumque situm ac motum 15 velut noui Moses & Daniëles edocti sunt: ita tamen ut non tam ab illis ducerentur, quàm quod ait scriptura, intellectu omnem in captiuitatem redigerent in obsequiũ Christi, atque hanc primariæ sapientiæ pulchritudinẽ tegumentumque statuerent. Ac per omnia ut ita loquar, tam meliora quàm deteriora grassati sunt: ut cum iudicio ea partim fugere, partim amplexari possent. Mihi enim magnopere probatur, quod quidam, licet à nostra caula & religione alienus, dixit, minimè turpe atque ignominiosum esse, aliquid eorum quæ minus honesta sunt, cognitum habere: quin potius curationem ex eo contingere, iis vti que, qui non inuido sed candido ac beneuolo animo ea quæ dicuntur, accipiunt. Sed quid mihi accidit, ô amici? Interea enim progrediens oratio, ut equus sessorem, sic me hæc dicentem, abripuit, atque in beati Basiliij laudibus collocauit. Quocirca me reprimam, ac velut quibusdam habenis orationem restringam, temeritatemque compescam, ne vltèrius præceps feratur. Etenim qui viribus maiora concupiscunt, ne mediocria quidem assequuntur. Ergo Basilius præclare negociatus domũ se recepit: 16 Gregorius autem à studiosa Atheniensium iuuentute confertis, ut dici solet, manibus retinebatur, ne discedendi quidem potestatem ipsi faciente, & ut docendi prouinciam subiret, ac sophisticam cathedram acciperet, obnixè rogante atque obsecrante. Ille verò ne in ipsorum gratiã nihil facere velle videretur, aliquan-

Iustitiæ & pecuniarum cõtemptio.

Prudentia.

Eruditio.

2. Cor. 10.

Non turpe est mala ferre.

Gregorius Athenis eloquentiam artem profectetur.

tisper mansit. Verum haud multo interiecto tempore, cum omnes amicos, quos in ea vrbe habebat, exorasset, suaque ad parentes perfectionis necessitatem ipsis probasset, ita demum tricesimo iam anno in artium studiis exacto patri sese restituit. Ac primum diuino Baptismo tingitur, vi & facultate iam ante collustratus: Legemque sibi indicit nunquam iurandi, quandiu in hac vita versaretur: quam etiam ad extremum vsque diem seruauit. Deinde ut parentum & amicorum, qui ipsum verba facientem audire gestiebant, cupiditati satisfaceret (neque enim id ipse ambitiose affectabat) hoc quoque munere defungitur. Verum cum iidem authores ipsi essent, ut publicis domesticisque malis (sic enim rerum terrenarum splendorem amplitudinemque voco) seipsum inuolueret: ipse contra sibi consulebat, ut quemadmodum in vitæ discrimen adductus promiserat, Deo sese offerret, & a mundo separatus, cum eo, qui solus purissimus est, vitæ consuetudine iungeretur, atque ex librorum sacrorum familiari lectione veritatis splendorem hauriret. Id quod etiam per omnem vitam facere non destitit, monachus esse potius habens, quam mundanus; & pauper quam quæstuarium. Ac sæpenu-
 mero ipsi accidit, ut Christum quoque perspicue in somnis, nocturnaque, ut Scriptura loquitur, meditatione intueretur, eamque puritatis mercedem ferret. Beati enim, inquit, mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Purum enim eum dicit Dominus, qualis erat magnus ille Gregorius, qui vrbes, forum, theatra, sophistarum factum, principum & magistratum amentiam, iudicum iniquas causarum inflexiones, litigantium rixas & contentiones, Rhetorum mendacia, furum insidias, inexplabilem negotiatorum auaritiam, diuitum arrogantiam, pauperum fraudes & facinora, ingluuiem, temulentiam, gloriam fluxam & fragilem, vestes magnificas, egregiam supellectilem auro & argento confectam, domos pictura & marmoreis tabulis insignes, ac gemmis exornatas, aliaque omnia reliquerat, quæ animi puritatem turbant, purissimæque luci aditum omnem intercludunt. Atque in iuuenili ætate huiusmodi erat Gregorius. Posteaquam autem pater filium, quem inuitum & repugnantem ægréque cedentem, Presbyterum creauerat, Presulem quoque instituere aggressus est, quid fecerit audite. Ab Ecclesia clam se proripit, ut curas mentem humi detorquentes ac deprimentes effugiat, atque in Pontum profectus cum egregio illo Basilio philosophatur. Nam cum simul in literis instituti, atque ad breue tempus alter ab altero distracti fuissent, inter se rursus mira celeritate iuncti sunt, nempe & morum concordia & mutua pollicitatione impulsu atque incitati: adeo ut in ipsis dictum illud impleretur, Vbicumque duo vel tres in nomine meo congregati fuerint, illic sum in medio eorum. Hic porro commorantes & mutua extimulatione virtutem augebant, & vitæ monasticæ leges piis Deoque deuotis hominibus atque a mundi societate disiunctis ferebant, Lycurgi legibus paciores, Solonis grauiiores, Minois æquiores. Immo verò ut de his viris sublimius aliquid dicam, Mosem imitatur, nubemque obtegit, atque ut a tumultuaria & turbulenta hac vita procul se remouerent, in montem secedentes, legislatoris officio fungebantur. At verò pater & canicie & curis grauis, ac præterea Cæsarij filij interitu mæstus & luctu profligatus, orbitatemque suam & solitudinem ægerrimè ferens, eas ad Gregorium Epistolam scripsit, quibus ipsum pudore quodam & reuerentia ad reditum impelleret. Ipse igitur horrendum esse censens patri non obsequi, præsertim sacerdoti & natu grandi, ad reditum se accingit, partim inuitus, partim æquo animo ac lubenti. Ut enim tranquillæ vitæ amor eum, ut in Ponto maneret, hortabatur: ita eundem altera ex parte pietas trahebat, inseruiendum patri esse præscribens. Cum autem Cæsarius, cui prouincia maxima commissa, ac thesaurorum cura, publicarumque pecuniarum quæstura mandata fuerat, magistratus sui tempore vitam cum morte commutasset, ac patrem ut leges ferebant, simul & filij hæredem declarari, & actiones eorum, qui hunc defuncto mouebant, excipere atque in se transferre necesse esset: magnis grauibusque tumultibus Gre-

Gregorius
baptizatur
Vatum non
iurandi co-
cipit.

Gregorius
in somnis
Christum
videt.
Matt. 5.

Greg. soli-
tudinis a
more in Pō-
tum fugit.

Matt. 18.

Greg. &
Basilii mo-
nasticas le-
ges condit.

Greg. Naz.
redit.

gorio magno inuolui contigit, permultis videlicet instar canum ad prædam accurrentibus, ac mortui facultates nullo obsistente se arrepturos existimantibus. Nam pater & senectute & morbo fractus (nonaginta enim iam vitæ annos expleuerat) iudiciorum turbas molestiasque perferre non volebat: ob idque ad hunc tota curarum moles deuoluebatur. Cæterum parentum cultus molestias leuabat, spem eorum præmiorum afferens, quæ filiis parentes officiosè pieque colentibus promissa sunt. Hic quoque huiusmodi quiddam ab Ariana hæresi, quæ per nequitia spiritus Ecclesiam obruebat, accidit. Plerique anastites ciuitatibus pulsi sunt, multiplicibusque tormentis calumniisque vexati: sacerdotes ac numerosissimi populi cætus sub dio afflictabantur, ne domos quidem orationis habentes, nec legum æquitate cum impiis ex æquo fruente, hæresi nimirum omnes ferè orbis fines peragrante, impiique imperatoris ope atque auxilio subnitente, ac ferociente. Concessa est itaque licentia perniciosis pastoribus, & sub Orthodoxorum pelle lupum regentibus, fideles Episcopos, & Christo primo pastore dignos exturbandi. Quo factum est, ut alij metu perculsi, alij verborum illecebris deliniti, aut pecuniis expugnati, alij morum simplicitate decepti hæresis escam susceperint, chirographo suo & communionem cum aduersariis coniuncti. Quo in numero beati quoque huius viri pater erat animi simplicitate in hamum prolapsus. Quod illius factum cum prouinciales monachi ferre non possent, ab ipsius cœtu & consortio sese abstraxerunt, simulque abscessit pars populi haud exigua, monachorum auctoritatem apertè secuta. Quid igitur hic consilij capit Dei seruus? Primum orationibus & peruigiliis Deum placare studet, ab eoque impetrare, ut hoc malum extinguat, dissidiumque exortum cicatrice obducat: silentiumque sibi indicit, ut animi mœstiam hac ratione declararet. Postea patrem ad veniam culpæ petendam veritatemque purè & syncerè profitendam hortatur: atque eos qui secesserant, ad consensum & concordiam adducit: sicque suum Ecclesiæ ornatum reddit, veneratione nimirum sui utrosque permouens, patrem nempe ac pium gregem. Quin etiam orationibus de pace habitis collectam multitudinem exhilarat, distracta ac diuisa membra conglutinans, & medendi celeritate obliuionem morbi afferens.¹⁸ Crates quidam thebanus solitus esse fertur dissidentes domos adire, controuersiasque lenibus & pacificis verbis disceptare. At hic noster longè superior: non enim priuatim quibusdam, ut ille, sed vniuersæ patriæ concordiam reduxit: quodque maximum est, non de pecuniis aut iniuriis contendentibus iudicem se interposuit, vbi persæpe vel leuis cohortatio facile prodest: sed de fide pugnantibus, vbi rei magnitudinem rixandi studium æquare solet, ac proinde quantumuis prudens & erudita oratio ad componenda dissidia parum ægréque proficit. Enimvero postquam Christianorum peruersitas, ac dissoluta ignauia, Dei mandatorumque ipsius contemptu quasi morbo quodam laborans imperatorem Christi hostem nobis incitauit (tyrannum Iulianum dico, qui auitam Constantini Magni fidem, virtutemque contrariis vitiis superare obnixè laborauit, eamque ob causam Christianos omnibus iuris præiudiciis spoliare instituit, non quidem publico edicto Christianorum insectationem promulgans, sed voluntate, usque rebus, quas tacitus, aduersus eos perpetrabat, profana eruditione atque doctrina ipsis interdicens) ac Dei æquanimitas, quæ nefarium & execrandum hominem diutius efferrī atque insolescere permisit, postquam ipsius improbitatem nulla omnino poenitentia frangi perspexit, exacuto gladio, quas ipsius impietas merebatur poenas, exegit, in barbarorum finibus, barbaram ipsius & belluinam vitam abrumpens: tum verò magnus Gregorius ipsius scelus & impietatem inuectiua oratione proscindit, ac Sybariticas Græcorum obscenitates veteresque fabulas multiplicisque diuinitatis errorem detegens, atque omnibus ob oculos ponens, commune ludibrium

Piorum ca-
lamitas sub
Constantio.

Vide Orat.
in ipsius fi-
nere habitū

Greg. exci-
tatas in Ec-
clesiatur-
bas sedat.

Iuliani per-
sectio.

cordatis viris proposuit. Sed quid magnas & excelsas huius viri laudes orationis breuitate imminuere contumeliosèque deprimere conor, planèque in contrarium ire, quàm orationis institutum ferat, idque laudationis tempore, (quò in hoc potissimum elaborandum est, vt is, cuius laudes prædicantur, rerum gestarum commemoratione clarior fiat) cum cuius liceat, ex inuectiuarum orationum lectione, tum historiarum copiam, tum orationis concinnitatem, eiusque in dicendo vim & facultatem admirari? Iam egregiam illam tyranni legem qua Christianos Græcorum disciplinis imbui vetuerat, videte quæso, quàm scitè & prudenter vir beatus eluserit. Heroicis, & iambicis, & elegiacis, & trimetris, aliisque multis versibus, & tragædiæ & comædiæ caractere atque omni conscriptionis genere vsus est, in eoque labore ita se gessit, vt vix vllum doctrinæ sit genus, quod non libris suis expresserit, pia argumenta vbique instituens, vel laudem virtutis, vel animæ & corporis purgationem, vel Theologiã, vel precationem, vel alia eiusmodi versibus complexus, obscenitates, & fabularum deliramenta, Deorumque præstigias omnino, vt par erat, fugiens, ac sapientissimam doctrinam Christianis proponens. Ita impius homo, Christianis doctrinæ nomine inuidens, ex scelerata lege nihil vtilitatis est consecutus: quin potius ipse superatus est, grauiorèque damno affectus. Huiusmodi enim est inuidia: parum aut nihil eos lædit, quos laceffit, grauem autem noxam parentibus affert. Gregorius porrò, Athenis adhuc agens, cum Iuliano admodum adolecente, necdum ad imperium euecto, sed ludimagistris operam dante congressus, qualis aliquando futurus esset, amicis tantò antè significauit, subdolum videlicet & impium & infidum, atque ad omne scelus procliuem eum fore prædicens, coniecturam huius rei faciens ex perturbatis oris lineamentis, & risu perulante, & sereno aspectu, & toro corpore vago temerèque subsultante, & progressibus væcordiæ plenis, & disputationibus impietate plenis, etiam si illæ exercitationis disputationisque prætextu tegerentur, ex eo denique quòd improbos complecteretur, & virtutis laudatores cultoresque contemneret, ac pro nihilo putaret. Hæc ille perspicuus, omnibus fore prædicebat, vt in grauissimum scelus tandem erumperet, atque in apertum prodiret. Puræ enim naturæ mira futuri coniciendi facultate valent, ingeniique sagacitate atque solertia ex obscuris etiam indicis id quod euenturum est coniectura assequuntur. Ac sceleratus quidem ille deprehensus est, frustraque iniquè ac sceleratè se gessit, nihilque aliud profecit, quàm vt pœnarum materiam sibi ipse congereret. Gregorius autem haud multò post tempore hæreticorum agmine Cæsariensem Ecclesiam populante, Eusebio quidem pio viro adhuc Metropolis clauum gubernante, cæterum cum magno Basilio Presbyteri dignitate ornato atque in Ponto philosophanti inimicitias gerente, hæreticorum coniurata arma impetumque reformidans, quòd antistes aciem contrà educere non posset (quantum enim ille vitæ integritate præstabat, Theologiæ tamen rudis erat & imperitus) ad Basilium, illustre inquam, illud sidus, scribit, eumque obtestatur, ne vllam inimiciarum rationem habeat, sed animarum periculum animo & mente perpendens, metropolitanæ Ecclesiæ sine vlla mora suppetias ferat: simul etiam se affuturum, bellique societatem cum eo coiturum pollicetur. Qua oratione eximium ducem ad bellum suscipiendum impellit. Profectus igitur ipse quoque, susceptaque cum eo expeditione, in hæreticorum præsidium & arcem irrupit, concisisque impiorum hominum ac profligatis dogmatibus trophæum simul cum Basilio erigit, hostibus ignauiæ suæ imbecillitatisque conscientia in fugam versis. Ac talia Deus per seruos suos efficit, qui cum immodicè excrecentem atque exundantem hominum iniquitatem videt, præstantissimi figmenti miseratione permotus, viros omnibus virtutis numeris absolutos excitat, auxilium quoddam disciplinamque his, quorum

Cum Gregorius Poësi animum adiecerit.

Gregorius futuram Iuliani peruersitatem longè antè prospexit. Vide secunda Inuect. aduersus Iul.

Greg. & Basilius aduersus hæreticos egregie pugnant.

salus periclitatur, procurans: ne fulturæ atque adminiculi penuria humanum genus labefectetur & opprimatur: quemadmodum tum quoque fecit, hos viros excitans, ac velut coagululum quoddam lacti iniectum in medium ponens, atque ita eos, qui multifida improbitate & impietate plurimum inter se diffusi erant, in vnam amicitiam concordiamque constringens. Non multum temporis intercesserat, cum prædictus Ecclesiæ Cæsariensis antistes ad meliorem vitam migravit. Magnus porrò labor Gregorio subeundus fuit, tum priuatim quibusdam, tum publicè vniuersis vrbis ciuibus scribenti, atque & patris & suo nomine suadenti, vt Basilium in Archiepiscopatus throno collocarent. A Præclarè id quoque, atque perfectè. Neque enim vt amici commodis inferuieret, hanc operam suscipiebat, sed vt publicæ vtilitati prospiceret. Norat eum perspicuè, norat opitulatorem spiritu sancto dignum. Ob eamque causam non antè conqueuit, quàm quòd rectè proposuerat, ad exitum perduxisset, quemadmodum etiam perduxit. Ac Basilius quidem Cæsariensium gubernacula tenebat. Inuidia autem dominandique cupiditate gliscentibus, Cappadocia, quæ ante id tempus pro vna agnoscebatur, in duas partes diuisa est, ac Tyanensis ciuitas à Cæsarea distrahitur, eique opponitur: aded vt deinceps de oppidis quoque inter eas cõtrouersia moueretur inter se cõtedentes, vtri potius metropoli ea asserenda essent. Atque hinc magna contentio exorta est: hoc quidem obtentu ac prætextu, quasi fidei negotio atque animarum cura mouerentur: re autem ipsa propter auaritiam dominandique libidinem hominibus nimirum res turpes & scedas honestis nominibus obuelare conantibus. At verò magnus Basilius nouo atque inusitato exemplo suis oppidis spoliatus Episcopum Sasimis constituere proponit, vt communi facto segmento detrimentum aliunde acceptum hac ratione sarciret, simulque, regione Episcopis obfirmata, Ecclesiarum administrationi melius consuleret. Nemo porrò ei ad moderandas Episcopatus recens creati habenas, Gregorio commodior ac fortior videbatur. Ac proinde consilio cum ipsius patre habito, inuitum hominem ac repugnantem electioni admouet, negociumque conficit. Cæterum ille, vt sæpe diximus, tranquillitatem negociorumque immunitatem sibi propositam habens, angebatur animo, permolestèque rem huiusmodi ferebat, sibi ipsi animu attentu habere, ac priuatam vitam colere necessarium esse existimans. Huc accedebat loci incommoditas, vtpote procellis vrbicisque tumultibus pleni. Sasimorum enim oppidum in regiæ & militaris viæ medio situm, ac veredariorum equorum stationes habens, prætereuntium tumultibus vndique perstrepat & agitur, atque ingentem quidem molestiam hominibus tranquillæ vitæ studiosis gignit, fructum autem atque vtilitatem ne minimam quidem propemodum affert. Quod cum ille perspicere, ad ægrotorum domicilium confugit, ministerio suo, paternaque oratione, morbi difficultatè grauitatèque leniens: ac philosophiæ exercitamentu tempus illud sibi cõstituit. Ferunt autem eum nec oblationem, nec ordinationem, nec quicquam aliud eorum, quæ apud Episcopos in more & instituto posita sunt, Sasimis peregisse: verum simul atque Episcopus designatus est, fugam animo concepisse. Hic verò pater multum quidem diuque eum, vt Sasima teneret, obsecrauit. Cum autem quod proponebat, assequi nequiret, hoc secundo egit, vt pro se ille Ecclesiæ Nazianzenæ curam administrationemque susciperet. Ad eamque rem non admonitionem tantu & cohortationem afferebat, sed iam etiam imprecationem quandam admiscebat, ex senectutis contemptu nascentem. Hic autem simul & quietem nullis occupationibus interpellatam sibi procurans, & magni momenti esse censens morem patri gerere, his verbis eum alloquitur: Pater, tamen mihi molesta sunt quæ imperas, in gratiam tamen tui haud quaquã recuso. Nazianzi curam suscipio. Hoc tamen, velim, sacrosancta tua & pia prudentia cognoscat, nulla ratione fieri posse, vt te ex hac vita egresso Ecclesiã reuineam. Subiungens igitur pater, ita sanè, inquit, ô fili, mihi viuenti scipionis

Basilius Greg. operã ad Cæsariensem Archiepiscopatu euehitur.

Greg. à Basilio Sasimis præficitur.

Greg. Naz. Ecclesiã curã suscipit.

Eccl. 3. vice esto, senectutem meam fulciens, paternisque precibus vicissim fultus. Cum autem è vita excessero, pro animi arbitratu res tuas constitue. His auditis assiduus ipsi adhærebat, præclarissimè curans, tum ipsius caniciem, iam ad centesimum annum accedentis, tum matris senectutem, non multum ab ea ætate distans: quorum vterque, vt probabile est, magna cura & refocillatione opus habebat, præsertim iam mortuo Cæsario, & Gorgonia sorore sanctissima muliere, atque ambobus ad vitam senij expertem æternamque beatitudinem translatis, quos etiam funebribus orationibus decorauit, solus relictus senectutis solatium, infirmitatis medicina, piorum parentum, si ita loqui fas est, melior hæres, abundeque ampla maioribus suis gloria ad propagandam eorum memoriam, simulque cum orbis incolumi statu porrigendam. Ecquis autem maiori pietatis laude domesticis præfuit, scientia & pietate domum moderans, velut optimus quispiam dispensator, quæ cuique comoda erant distribuens, cognatis, amicis, famulis, hospitibus: atque ita rursus Ecclesiæ negocia administrans, vt eius pascendi gregis ratio omnibus velut recta amussis proposita esset. Commodè autem à Paulo dictum est: Si quis domesticis præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei curam habebit? Etenim qui vnum prudenter rexit, hic vtique & domum seruare queat: qui autem domum, idem & Ecclesiam: qui rursus Ecclesiam, is & ciuitatem. Nam & domus contracta quædam respublica est: & ciuitas perfectior quædam domus descriptio. Eiusdem enim scientiæ est & multos, & paucos, aut vnum seruare: nec in totum & vniuersum, sed sola quantitatis ratione huiusmodi res inter se differunt. Enimuero cum Gregorius pater (sic enim ipse quoque vocabatur) ex hac vita migrasset, funebris orationis eum honore affecit, Deoque dilectam matrem Nonnam adhuc viuentem laudibus profecutus est, piè id quidem faciens, atque vt hominem decebat, & patris & matris & Dei amantem, ipsiusque curam amplectens, in viduitate & profunda canicie summa ope & quiete opus habentis. Qua fato perfuncta, ex Ecclesia se proripuit, Seleuciamque profectus in virgineo sanctissimæ Theclæ cœnobio commoratus est: vt videlicet, interim dum ipse abesset, Episcopus quidam Nazianzenæ vrbis præficeretur. Vt autem Nazianzum reuersus eodem statu omnia reperit, nec pastorem vllum institutum: tamen plebs cum lachrymis ipsum obsecraret, precibus tamen minimè flectitur, sed firmus & immobilis manet, non secus ac quercus, ventorum impetus inconcussa excipiens. Quod autem mihi pene memoria effluxit, hoc iam commemorabo, vt pote maximum momentum habens tam illi ad laudem quàm vobis ad vtilitatem. Quicquid enim honestum & præclarum est, id quoque æmulationem gignit: quicquid autem æmulationis studium affert, idem virtutis quoque comparandæ facultatem affert: virtus porrò sui studiosos ad Deum ducit. Magnus itaque Basilius fratres lepræ lue infectos, licet admodum calamitosos & commiseratione dignos, minima tamen miseratione animos hominum permoueri, immò etiam plerisque, qua erant stoliditate & immanitate, velut nefas quoddam & piaculum, horrendumque spectaculum haberi perspiciens, naturæque humanæ conditionem animo voluens, pium consilium dignumque ipsius charitate in medium profert. Amplissimis enim ædibus extructis, atque annuis prouentibus constitutis, quos à diuitibus & copiosis hominibus prudenti oratione ad largitionem impulsis collegerat, ægrotos omnes in vnum coëgit, pauperum gymnasia hæc loca appellans. Huic in ea re adiutor laborisque particeps fuit Gregorius. Ex ea quippe, quam de pauperum amore habuit, oratione, liquidò patet, quanto studio in eam rem cum Basilio incubuerit, maximum omnium mandatorum esse ostendens, alendorum pauperum studium, Deique magnificentia & benignitate dignum. Atque hæc quidem hastenus: ne adèd præclarum facinus prætermisisse videamur. Ariana verò hæres iam pridè Ecclesiam opprimente, imperatorisq; manus ope, Dei præsidia subuertente (simplicioribus

nimirum

nimirum animis ad impietate furtim abstractis) magnūq; Deū Patrem, & partium Filium, & creaturam Spiritum sanctum affirmante, exortum est, velut ex hydra quadam nouum caput, hostium Spiritus sancti hæresis, de filio quidem candidè sentiens, eumque Patri æqualem statuens, cæterum Spiritum sanctum blasphemis verbis impetens, idque bifariam: Alij enim meram creaturam esse aperte asserabant: alij nec creaturam, nec Deum, sed liberum, quos proinde Semiarianos ille vocabat, nomen scilicet eorum dogmati congruum & appositum ipsis imponens, quippe qui ita Filium honorarent, vt interim Spiritum sanctum aspernarentur. Igitur huiusmodi contetione per totā Romanorū ditionem gliscente, magisque etiam Byzantij vigente ac dominante, Deus eos, qui pestifera hac doctrina extinguebantur, miseratus, sanctum Gregorij Theologi spiritum excitat, ac velut ad Mosem ait, Videns vidi afflictionem populi mei, qui in Aegypto est (Aegyptus autem Hebræorum quidem linguā tenebras sonat, nunc verò suffusam ab hæresibus caliginem significat) & gemitum eorum audiui: atque ad eos liberandos descendi. Quocirca nunc veni: in Aegyptum te mittam. Atque hac cohortatione permotum, Spiritusque sancti numine impletum, Byzantium mittit, vt pro Spiritu certamen iniret. Protinus igitur ille Basilio, luminari magno ipsius cupiditati alacritatque quasi faces quasdam subdente, atque ad spiritualia certamina ipsum inungente, aliisque compluribus Episcopis, principisque vrbis ciuibus fidei pietate præditis ab eo obnixè contendētibus, vt ipsis auxilio egētibus quasi Herculem quendam Alexicacum se præberet, Constantinopoli statim affuit, terrenā quidem omni materia & luxu ac diuitiis carens, cæterum Spiritu plenus. Exceptus autem à quibusdam & generis & pietatis cognatione cum eo coniunctis, Ecclesiam offendit, quasi malum in monte, aut quasi signum in colle, vt Prophetæ verbis vtar, hoc est numero perexiguam atque obscuram (quod videlicet piis viris libertas omnis ob temporis tyrannidem erepta esset) sacras etiam omnes domos spoliatas, ac per vim occupatas. Vnum Sanctæ Anastasiæ templum Orthodoxis patebat, fortasse etiam quia propter ambitus & circumscriptionis angustiam, contemptui habebatur: quemadmodum norunt, qui verus hoc templum perspexerunt. Confestim itaque ipse Davidis cuiusdam more ad prælium se comparat, atque argumentis firmis ac solidis Philistæa dogmata fundit, libertatemque piis hominibus piè reducit, quotidie nouam aliquam copiarum suarum accessionem faciens, Deoque eos, qui aduersus veritatem sceleratè insurrexerant, captiuos adducens. Perexiguo itaque temporis curriculo exacto tantum multitudini incrementum attulit, vt nulla iam cum priori rerum statu cōparatio relinqueretur, atque hinc illud Scripturæ impleteretur, Domus David ibat & crescebat: domus autem Saubabat, & viribus minuebatur. Ac varium quendam eorum, qui salutarem doctrinam amplectebantur, ordinem cernere erat. Alij enim iam euerriculo tenebantur, alij iam iam capiendi erant: alij etiam iam perfecti & absoluti, aliorū piscatores magistrōsque se profitebantur. Verum enimuero quis alius, hinc Arianorum iram, hinc propinquorum inuidiam perferre potuisset? qui quidem quum ipsi opem ferre ac decertantem adiuuare deberent, ipsius rectè factis offendebantur, Ecclesiæ incrementum liuoris facem & incentiuum facientes: & quum iisdem rebus superiores ipso esse vel nequissent, vel nollent, virtutè scelere superare contendebant. Nondum hoc malum sedatum erat, cum exortus Apollinarius Syrus propriam quandam & nouam hæresim in lucem effert. Humanitatem enim Christi nequaquam veram esse sentiens, carnem tantum animamque rationis expertem ab eo assumptam esse docebat, animam ratione atque intelligentia præditam ab ipsius humanitate abscindens. Cumque profana eruditione excelleret, multos verborum lenocinio in fraudè inducebat. Aderant vbiq; terrarū hæresis discipuli, indoctos homines quasi hamis quibusdā in exitiū pertrahentes. Rursus igitur difficili certamine constrictus tenebatur Gregorius, arguēs, increpans, obsecrās, alios in fide retinēs,

Macedoni-
anorū hæ-
reses.

Exod. 3.

Greg. ortho-
doxæ fidei
defendendæ
causa Con-
stantinopo-
lim profici-
scitur.Hic Prophæ-
tæ locus ex-
plicatur in
Schol. orat.
quæ habuit
in præsentia
140. Episc.Greg. mul-
tos ad or-
thodoxam
fidem reducitApollinarij
hæresis.

alios eò vnde exciderant reducens. Vt autem in huiusmodi rebus accidere solet, perfectæ incarnationis confessio ab imperitis ita accepta est, quasi Christus in duos filios diuideretur. Ac proinde Apollinarij discipulis plebi nunquam non assidentibus, piùmque virum accusantibus, vim habuit calumnia. Gutta enim continenter fluens petram tandem excauat. Et quoniam huiusmodi disputationes multitudinis captu sublimiores erāt, quippe quæ incarnationis diuinæ profunditatē assequi nō posset: idcirco lupi fide & autoritate apud vulgus valebāt: pastor contrā veritatem docens suspicione laborabat. Quocirca Arianæ sententiæ propugnatores, qui velut apri truculenti iram suam iam pridem aduersus sanctum acuerant, accedente iam eo tumultu & calumnia, quæ ipsi ab Apollinarij studiosis conflata erat, falsis sermonibus inflammata plebe, lapidibus hominem, quemadmodum olim Iudæi Stephanum insectantur. Verùm Deo militem suum causæque suæ defensorem tegente, frustra in eum saxa coniecerunt. Tum verò correptum ipsum consulari iudici sistunt, velut quendam tumultuum & seditionum authorem. O stuporem admirandum! ò vim mendacij insignem, si Gregorius de his rebus causam dicendam habebat, ille inquam etiam alienæ iræ & perturbationis lenissimus medicus, ille pacis arbiter, ille Christi mansueti & humilis mansuetudinēque nobis lata lege promulgantis discipulus! At verò ipse tametsi tot tantisque rerum acerbitatibus premeretur, hæc tamen sentiebat ac proloquebatur, Propter nomē tuum Christe, etiamsi ambulauero in medio vmbrae mortis, nō timebo mala, quoniā tu mecū es. Atq; à iudice sine verberibus & tormētis missus factus est, martyr sine periculis, & sine vibicibus laureatus, quū hoc vnū præstitisset, vt ea animo & voluntate perferret, quæ ipsum pati Christus minimè permisit. Huiusmodi porrò certaminibus clarissimè perfunctus iam apud omnes clarus erat, beatúsque tū ob liberā verē doctrinē promulgationē, tū ob virtutē, totq; exatatos labores cēlebatur: illustris etiā & cōspiciuus ob Ecclesiæ multitudinē. Quò factū est vt ²¹ Petrus magnæ vrbis Alexandriæ Episcopus, egregiūque illius Athanasij in pastoralis munere successor ad Gregorium magnum scripserit Constantinopolitanæ Ecclesiæ præfecturam ei confirmans. Et quidem rectissimè & æquissimè, eum Episcopum esse, qui labores antè impenderat, quàm ad dignitatem perueniret, thronūque non humano fauore, sed pro sudorum præmio & mercede acceperat. Quanquàm autem rerum ab eo gestarum copia repente in animum subiens orationis seriem perturbat, ac velut in reciproca fluctuum agitatione, sequentium impetus priora obruit: quoniam tamen ad dicendum semel aggressus sum, non prius abscedam, quàm ad finem peruenero, Gregorij Deum in infirmitatis meæ subsidium assumens, vestraque humanitate facilitatēque subnixus. Erat in regia ciuitate Maximus quidam genere Aegyptius, moribus barbarus, nouus quispiam Iamnes, aduersus Gregorium velut aduersus Mosē aciem instruens. Hic quum Cynicam philosophiam amplexus esset, baculūque & coma & pallio grauitatis speciem præ se ferrer, hætenusque philosopharetur, cæterum ingluuie & cupiditate atque impudentia canis potius quàm Cynicus esset, ²² Antisthenisque sectatoribus cōtrarius, talisque, qualem Scriptura Nabal describit: ad sacrum pastorem accedit, atque ab eo fidei Christianæ rudimentis imbutus atque institutus impietatem dediscit, Baptismoque reginitus, pars Ecclesiæ efficitur: fictaque pietatis specie ita Episcopum cepit, vt eadem cum eo domo eadēque mensa vteretur, atque ipsi quiduis esse censeretur, fidissimus minister, doctrinæ, sermonūque laudator, nec vulgari beneuolentia erga Christianos affectus. Vt autem progressu temporis experimento sui dato dignus iam iudicatus est, qui in ecclesiasticū ordinē cooptaretur: tum verò in clerum ascribitur: ac Iudam æmulatus à præceptore suo perfidè deficere, atque aduersus eum expeditionem suscipere in animum inducit, ac cuiusdam Ecclesiæ Presbyteri opera vtens, qui cum non modò nunquam à Gregorio obiurgatus duriusque appellatus, verum etiam inter singulares amicos habitus.

Gregorius
vt seditionis
in iudicium trahitur.

Maximi in
Gregorium
ingrati-
do ac perfidia.

2. Tim. 3.

1. Reg. 25.

habitus fuisset, fabulam hanc cum Maximo cudebat, hoc videlicet agens, vt Maximus Byzātij Episcopus constitueretur. Ac quoniam ad eiusmodi res auro opus erat, vnde id suppeditatum fuerit, audite. Presbyter quidam insulanus ²³ Thasso Byzātium appulsus pecunias ferebat, vt marmoreas tabulas Proconesias emeret. Hoc arrepto ac pollicitationum illecebris delinito (leues enim homines nimia credulitate facilè in fraudem impelluntur) aurū sceleris adminiculum accipiunt, atque Alexandriam mittentes, Petrum eò adducunt, vt certos homines ad Maximum Episcopum creandum Constantinopolim mittat. Et quidem hæc citius, quàm quisquam verbis vllis exprimere queat, gerebantur. Aderant ab Aegypto, qui Episcopatum Maximo darent. Talis Petrus ille erat, qui cum prius Gregorium in throno collocasset, postea Maximum Episcopum instituebat, ne literas quidem eas, quas ad Gregorium scripserat veritus, nedum ipsius virtutem, nominisque splendorem. Postquam igitur aduenere qui ab eo missi fuerant, sub exitum diei Ecclesiam ingrediuntur, réque nec pastori nec Presbyteris nec clero nec cuiquam ex magistratibus, nec denique piæ plebi patefacta, statim in electionem incumbunt. Verum huius rei fama per urbem sparsa, repente adfuerunt sacerdotes, clerus, plebs selecta & orthodoxa, hæreticorum etiam examen. Omnes enim, amici iuxta & inimici, præ animi furore exarserant, temeritate eorum peruersitatēque obstupescerunt. Perdita enim & profligata peruersitas hostes etiam persepe eius qui iniuria afficitur, ad vltionem excitat. Vt autem consilia sua infecta relinquere coacti sunt (petulantia enim sua populi fauorem sibi præcluserant) quid faciunt? Ecclesia egressi in choraulæ cuiusdam domum se conferunt, illucque Maximum Episcopum creant, plebeij ordinis quosdam, qui ob perturbatum ordinem ab Ecclesia proscripti fuerant, socios habentes, facinorisque participes. Huius enim generis homines repentinis mutationibus delectantur, tranquillum compositumque rerum statum ægrè ferentes, perpetuòque nouarum rerum studio flagrant. Vrbs porrò ira æstuans, dici non potest, quot conuitorum plaustra in Maximum effuderit, ipsi quoque Gregorio succensens, qui tanta beneuolentia & familiaritate nefariū hominē complexus fuisset. Itaq; iam eò res ipsi reciderat, vt facti sui purgationem quærendam haberet. Ac proinde vt exulceratos plebis animos orationis medicamento leniret, ita eos affatus est. Nolite ò viri, mihi patri vestro succensere. Si enim ego, qui me benignum illi ac liberalem præbui, ideo culpæ obnoxius sum, quia malitiā non præsentis: quid tādē ille fuerit, qui benignitate mea & beneficio vsus, hanc mihi gratiam rependit, vt vitæ meæ insidias intrueret? Neque enim fraudē nō præuidisse crimini dari debet: hoc enim solius Dei est. Ac præterea legis præscripto viscera omnibus aperire iubemur, paternoque affectu & beneuolentia eos, qui fide præditi sunt, amplecti ac tueri. Eum enim qui venit ad me, ait Christus, non eiiciam foras. Magnum quiddam mihi & plaudendum videbatur, Maximus, à Græcorum superstitione ad baptismum accedens, & ²⁴ Trinitatem Herculis loco adorans. Amplū ac præclarum videbatur, homo virtutem capeffens, etiam si in postremis rebus prioris vitæ hypocrisim luculenter ostendit. Sed nostrum non est hæc explorare. Non enim in hominum cogitationes penetramus, nec futuros euentus perspectos habemus, nisi Dei prudentia & beneficio hoc nobis concessum fuerit. Nos enim videmus in faciem: Deus autem cor ipsum intuetur, quemadmodū à Scriptura audiistis. Hac oratione multitudinis iracundia sedata atque repressa est, maiorique beneuolentia Pontifici adiuncta. Iam verò imperatore ²⁴ Theodosio, qui genus ex Hispania ducebat, in Macedoniam cum exercitu profecto, bellūque cum occidentalibus quibusdam barbaris gerente, Maximus Aegyptiorum præfulum, à quibus Episcopus designatus fuerat, agmen accipiens, ac Thessalonicam profectus, imperatorem adit, imperatricisque vrbis episcopatum ab eo petit. Quoniam enim in legibus sanctionibusque Ecclesiasticis nihil habebat quo niteretur, imperatorio edicto sacerdotium vindicare cogitabat, vt qui non sacerdotem, sed tyrannum agere

Petri Alexandrini
antistitis
leuitas.

Maximus
ab Aegyptiis
Episcopis creatur.

Gregorij
ad Constantinopolitanos
oratio.

decreuisset. Verum illinc eiciuntur, imperatore eos ira minisque vehementibus insectante. Quid igitur Maximus? (vix enim frangi & expugnari potest ambitio) Alexandriam nauim petit, cumque iisdem technis quosdam Petri familiares auro pellexisset, ipsum quoque pari improbitate aggreditur. Aut enim mihi, inquit, principis ciuitatis Episcopatum asserere, aut a tuo non abstinebo. Et quidem in perspicuum malum audax hominis facinus defuisset, nisi Alexandria Praefectus seditionis & caedium metu Maximum vrbe exturbasset. Atque ille quidem praemia temeritate digna tulit: Gregorius autem laborum multitudine fractus, curis confectus atque obrutus in patriam reditum parabat, plebem extremum allocutus, atque hortatus ut fidem, quam acceperat, conseruaret, virtutem quam & re & sermone ipsis ostenderat, coleret. **A** Quae cum & clerus & populus audiissent, vnus clamor ab omnibus excitatus est, Pastoris discessum deplorantibus: ac triste spectaculum cernere erat, viros & mulieres, iuuenes & aetate prouectos, eruditos & indoctos, principes & priuatos, omnes concordii fletu detentos, orbitatemque adedum aegre atque acerbè ferentes ut quispiam sublata voce dicere non dubitaret, O pater Trinitatem tecum eicis. Qua voce audita vir egregius discedendi cupiditatem repressit, tantisperque se apud eos mansurum recepit, quoad Episcopi, quorum aduentus in spe & expectatione erat, aliquem episcopatu dignum elegerunt, sibi que curis liberato potestatem abeundi fecerunt. Atque ita dimissi sunt, nihil omnino dubitantes, quin ille pro sua grauitate morumque constantia, promissi sui fidem, licet nullo iureiurando confirmatam, expleret. **B** Depulsis itaque periculis & quiete rebus restituta, Trinitatis dogma rursus effulgebat, ac beati viri doctrina & laboribus fides ad omnes porrigebatur: quam pulcherrime excolebat, praestantiusque quam ut agricultura Noe cum ea comparari possit. Ecclesiae enim aruum excolens animas quasdam velut aratro perstringebat, impietatis spinas eas liberans, alias, ut Prophetarum verbo vtar, complanabat, aliis diuinum verbum inferebat, aliae recens enascebantur, radicisque agebant, aliae iam herbescebant, ac velut geniculis discingebantur, aliae ad culmum informabantur, aliae maturecebant atque ad messem paratiores erant, aliae in area erant, aliae in aceruo quodam, aliae viles & contemnendas dogmatum paleas per ventilationem excutiebant, Christoque purgabantur, aliae iam domi erant, horreoque condebantur, aliae denique in panes iam elaboratae erant. Hic enim agriculturae finis est, quippe quae alimoniam perceptionem pro scopo habeat, ob idque labores suscipiat, messemque promptè & alacriter colligat. Ac labor quidem hominis Dei tantus erat, tantaque multitudinis salutem sibi proponebat: ceterum fructus nequaquam labori respondebat. Non enim agricolae more fructus percipiebat, sed gratuito benignus erat, labores quidem ferens, verum sine sumptibus Euangelium sibi constituens. Ex quo hoc assequabatur, ut ardentius amaretur, atque ex ardentiori amore libentius audiretur, pluresque ad Deum adduceret, non iracundè feriens, sed lenitate sua ignorantiam & rusticitatem euellens, animisque plenam sanitatem oratione afferens. **D** Alij enim verborum suauitate capiebantur: alij accuratam & exactam dogmatum pertractationem amplectebantur: alij laboribus ipsius tolerantiaeque cedebant: alij clementia permouebantur: alij ob simplicem & inelaboratam philosophicamque vitae rationem arctius ipsi adiungebantur: alij quod ipsum acciuisent, velut praedam suam confertis manibus retinebant, eoque tuendo iudicium suum fouebant. In hoc porro clarius lucebat ipsius solertia animique perspicacia, quod non omnibus omnia committebat, verum vnusquisque vires, non secus ac praestantissimus medicus aegrotantium habitudinem explorabat, congruentem cuiusque morbo medicinam distribuens, eamque rationem tenens, ut nec profanis aut infirmis auribus perfectissima mysteria concrederet, nec perfectis quicquam occultum haberet, quasi ipsorum utilitati inuidens. Alios publice arguebat, nimirum quibus poenitentiam pudor exprimebat: aliis rursus priuatim errata monstrabat. Alios obiurgabat, cum id

i. Cor. 9.

è re

è re ipsorum esse arbitrabatur: alios contra, quos officio fungi videbat, patèrè consulteque laudabat. Nec enim hoc agebat, ut eos adulatione permulceret, sed ut viam virtuti strueret, ac rectè factorum approbatione virtutem eorum prouheret. Hoc quippe nomine Rhetorica à Philosophia differt. Illa enim sordida & cauponaria assentatione ac laudatione ad benevolentiam hominum irrepere solet: haec contra eorum vtilitatem spectans, laudibus quasi melle sermonem edulcat, ac laudum voluptate ad virtutem auditores trahit: Dogmatum porro sublimitate ac Theologia usque adedum exellebat, ut quamuis permulti viri doctrinae laude celebres variis seculis diuinitatis doctrinam explicarint, hic tamen solus post Ioannem Euangelistam Theologi nomine insignitus sit, atque hoc cognomen ipsi velut proprium & peculiare attributum. Enimvero quemadmodum alias omnes laudes atque virtutes animi complexu tenebat: ita ne à Prophetiae quidem gratia deferebatur. Nec verò dubito quin apud vos, qui ipsius sapientia maiorem in modum oblectamini, fidem haec oratio inueniat. Sed tamen operæ precium fuerit hanc laudem ipsiusmet verbis rerumque ab eo gestarum conscriptione ornari. Sic autem ad verbum habetur in ea oratione quam in praesentia centum quinquaginta Episcoporum pronunciauit. Talis antè hic grex noster erat, talisque in praesentia tamque succulentus lateque porrectus, ac, si nondum perfectionem assecutus, ad eam tamen quotidianis incrementis progrediens, atque etiam, ut auguror, progressurus. Hoc mihi vaticinatur Spiritus sanctus, si quid vaticinandi arte valeo, futuraque prospicio. **B** Nec verò longo post tempore, quod praedixerat explebatur, Ecclesia nimirum arenae maris multitudinem propemodum aequante: Prophetiamque fidem pene excedentem, euentus miraculum comprobabat. Cum autem pio Theodosio, cuius iam à nobis mentio facta est, imperatore creato, liberum Ecclesiae lumen affulisset, quid commemorem, quot publicos conuentus orationibus suis exhilararit, quot orthodoxorum iracundiam mitigarit, qui veterem haereticis peruersitatem iniuriamque rependere, atque eos à quibus, cum rerum potiretur, afflicti & excruciatii fuerant, conuersis iam temporis vicibus, iisdem acerbitatibus calamitatibusque multare contendebat? Qua igitur oratione vir beatus utebatur? Non haec, o grex, **C** Christus postulat: non ita nos Euangelium docet. Hoc tempore aberrantes in viam reducere conuenit. Curandum ut peccata sua intelligant, Domini pedibus aduoluantur, impietatem prodant, gregique admisceantur. Hoc ego pro vltione habeo, ut ij à quibus iniuria laceffiti fuimus, salutem consequantur, praclaraque ea esse confiteantur, quae non ita pridem insectabantur. Aequanimis estote, filij, Vir aequanimis affluit prudentia. Beneficio afficite eos, qui vos oderunt, iisque omnia delicta condonate. Quod si nimium ira inferuescit, nec coerceri vlla ratione potest: quod secundum est, praestate. Christo haec relinquit, atque ad futurum tribunal transmittite. Mihi enim vindictam, ego retribuam dicit Dominus. **D** Hac illi oratione permoti conqueuerunt. Cum autem bellum illud, quod cum occidentalibus barbaris gestum fuerat, sopitum atque imperatori ex animi sententia confectum fuisset, ab usque ille, quas eorum audacia merebatur, poenas expetiisset, captiuosque cepisset, & victis tributa imposuisset, ad imperatoriam urbem adfuit, triumphis elatus & gestiens. Ac tum pontificem Gregorium pro eo ac laboribus illius dignum erat, honorifice accepit, prolixiorique alloquio suam erga eum benevolentiam animique alacritatem declarauit: ac postremo haec ad eum verba habuit. O pater Deus tibi tuisque sudoribus per me Ecclesiam committit. En sacram aedem & thronum tibi trado. At beatus Gregorius mirifica laetitia perfusus cum imperatorem salutasset, ac votis precibusque remuneratus esset, pedem aula extulit. Ariani autem qui ad hoc usque tempus sacrosanctam domum tenuerant, sicariorum manum parabant, pro ea cum beato viro armis decernere constituentes. Itaque ab imperatore quidem precibus contendebant, **E** ne templum sibi eripi sineret, quod videlicet ipsius imperio resistere vererentur:

Quid Rhetorica à philosophia differat.

Solus post Ioannem Euangelistam Theologus dictus Gregorius.

Vincendam non esse iniuriam docet.

Math. 5.

Ezech. 9. Rom. 12. Theodosius de uictis barbaris Constantino-polim se confert.

cæterum pio viro, iisque qui partibus ipsius studebant mortis metum intentabāt, tum publicè armis instructi, tum priuatim subornato quodam, qui ad pontificem accederet, eiusque pectus ense traiceret. Atque hæc erat hostium conspiratio. Postero itaque die cum illucescēte die populus Dei simul cum pastore ad sacram domum recipiendam perrexisset, non minus grauis, quam si ciuitas hostili impetu expugnaretur, tumultus excitatus est, plerisque hominibus in vicis tectisque cum armis stantibus, mulieribusque & pueris grauem eiulatum permixtim edētibz. Ipse quoque imperator templum vnà cum beato Gregorio ingressus est. Vt autem multa in rebus humanis casu euenire solent, nubibus Solis orbem sub diluculum subeuntibus tenebræ repente coortæ sunt. Quæ res vt à festo atque huiusmodi lætitia aliena, Arianos non parua lætitia afficiebat, perinde ac si Deus templi translationem minus gratam haberet: pias contra animas intolerabili dolore cruciabat. Verum simul atque Episcopus & imperator sacras valuas ingressi sunt, atque omnes vnā eandemque laudationis vocem sustulerunt, manibusque cum lachrymis extenderunt, confestim Dei prouidentia subducta nube, fulgentes Solis radij sacrosanctam domum splendore perfuderunt, aëreque collustrato homines animi incertorem in lætitiā commutarunt, principemque obsecrate atque obstari cœperunt, vt Episcopum in throno collocaret. At Gregorius, cum ab illa sede abhorreret, nec præ vitæ continentia, & corporis infirmitate vocem in tanto hominum numero mittere posset, per quēdam his verbis multitudinem affatur: *ô filij, nunc tempus est, vt beneficium à Trinitate acceptum agnoscamus, gratiasque ipsi agamus. De throno aliās agemus. Hæc verba audiens populus mitescebat: imperator verò hominis modestiam ad stuporem vsque mirabatur. Sic concio soluta est, Christo lætitiā summam securitatēque afferente: ita vt & armorum apparatus consopitus fuerit, & furoris ardor extinctus, atque vnus duntaxat ensis exertus, sine vlla cruoris effusione rursus vagina conditus. Cæterum ei ad extremum vsque, obistere non licuit, quo minus throno insideret. Pontificum enim multitudo eum, quamuis nolentem vehementerque recusantem in Archiepiscopali sede collocauit: sed hæc aliquantò posteriùs. Interea imperator hominis cōsuetudine delectabatur, eumque pro parēte colebat. Quamuis enim doctrinæ expers esset, pius tamen vir erat, morumque lenitate præditus, vt si quispiam alius. Verum Gregorius Deo quàm imperatori operam dare præclarius existimans, haud frequenter in aula versabatur, eos qui principis latus cingebant, avaritiæ morbo teneri, atque vt eos qui munera afferebant, charos habere, ita sui similes admodum aspernari perspiciens. Quocirca precationibus & peruiigiis, ægrotisque curandis & inuisendis incumbere, Deo sese his rebus gregemque purgans: interdum etiam ex vrbe in agros secedebat, solitudinem expetens, eaque perpetuis laboribus afflictum corpus recreans, ne ad sequentes labores fathisceret. Ad aulam autem rarò commeabat, illud Prouerbiorum rectè congruēque permeditatus, Rarò pedem tuum infer ad amicum, ne forte satiatas oderit te. Amplissimæ porrò Ecclesiæ præful institutus, prouētusque & infinitam omnis generis eximiāque supellectilem consecutus, ne vnica quidem drachma hinc facultates suas auxit: cum tamen maximam talentorum copiam, si ita ipsius voluntas tulisset, colligere potuisset. Ne redituum quidem & administrationis rationem ab iis, qui Ecclesiæ negotia procurassent, repetiuit, nec supellectilis sacre descriptionem: cauponum verius quàm Ecclesiasticorum virorum id esse statuens, ac præfectorum non Episcoporum: atque his rebus omnes erudiens, vt conscientia puritatem potius Deo offerrent, quàm vt rationibus referendis, muneris sui administrationem hominibus probare niterentur. Tandem assiduis laboribus, & senio, corporisque imbecillitate fractus, vrgente vi morbi grabbato se tenebat. Ac multitudo populi ingens cubiculum, in quo iacebat, repente ingressa est. Ipse igitur, vt solēt qui strepitu aliquo commouentur, conuersis in sella pedibus, in pavimento sedebat, quid sibi eorum aduentus vellet, percunctans. Illi autem cum*

Archiepiscopus creatus Greg.

Prout. 25.

Ægrotat Gregorius.

& ob ea, quæ acciderant, gratiā Deo egissent, ac pro imperatoris salute, ob receptum templum, aliisque ædes sacras, orthodoxorumque Ecclesiam, vota fecissent, ipsumque omnium harum rerum authorem & architectum professi fuissent, læti cubiculo excefferunt. Adolescens verò quidam relictus, manibusque suis beati viri pedes comprimens, ab eo cum lachrymis & lamentationibus sceleris veniam supplex postulabat. Gregorio autem sciscitante, quid sibi hoc sermone vellet, nihil responsi dabat: sed tantum lugebat, ac veniam petebat. Tum quidam ex iis qui astabant, ita locutus est: Hic est ille carnifex tuus, ô pater qui à nonnullis subornatus ferrum tibi in præcordia defixurus erat, nisi Christus perspicue tibi auxilio fuisset. Quod autem ad eorum voluntatem attinebat, facinus perpetratum est. Proinde nunc ad pedes tibi procumbens clamat, suscepti sceleris poenitudine affectus. Confestim ille, vt patrem æquum erat, adolescentem ita alloquitur. Propitius tibi Christus sit, iuuenis charissime, tibi que ipse ignoscat, qui me quoque seruauit. Hoc solum ad facinoris excusationem & purgationem à te peto, vt hæresim execreris, meusque fias, atque ad Deum accedas, ipsique synceram & voluntariam seruitutem seruias. Cuius tam lenis responsi quum certior facta esset ciuitas, ardentiori erga eum amore incensa est. Sub id verò tempus ex omni Romanorum imperio præterquam ex Aegypto & Occiduis partibus sancta Episcoporum centum & quinquaginta synodus coacta est, tum vt pium præfulem imperatrici ciuitati præficerent, tum vt hæreses, quæ interim dum Ariani rerum potirentur, exortæ fuerant, œcumenici concilij decreto ab Ecclesia extruderentur. Enimverò quæ ad hæreses profligandas pertinebant, multò antè Gregorius præstruxerat, velut insidiosas bestias ab Ecclesiæ ouili arcens: atque in ipsa etiam sacrosancta synodo pari animi contentione cum aliis decertauit. Sancta autem synodus eum Episcopum constituit, sententiæ suæ ducem & antesignanum habens magnum illum Antiochenium pastorem Meletium, virum fidei probitate insignem, qui que florentibus Ariatorum rebus Ecclesia pulsus fuerat, multisque calamitatibus exhaustis diuturno exilio multatus. Quibus autem moribus præditus esset, quid referre necesse est? Idem enim & mansuetus erat & industrius, moderatus, iustus, fortis, sapiens, atque omni virtutum genere perpolitus. Huius cōsilio atque hortatu Gregorio regiæ vrbs Episcopatus concilij decreto confirmatus est. Ipse autem, quamuis alioqui ab Episcopatu alienum animum haberet, gregis tamen amore, & quia futurum existimabat, vt si imperatricem ciuitatem teneret, contentiones per orbem terrarum oborientes, velut è specula quadam perspectas extingueret, dissidentēque Ecclesiam ambabus, vt dicitur, manibus ad vnionem concordiamque adduceret, Episcopatum accipere non recusauit. At verò Meletius extremo vitæ die Constantinopoli perfunctus, ad eò celebri atque honorifico funere effertur, vt ad ipsum vrbs tota sese effunderet, maximamque lachrymarum vim profunderet, ac tum in primis, quanta ciuium multitudo esset, agnosceretur. Rursus itaque de throno contentio excitata est, atque inter se pugnabant Episcopi. Alij enim, quæ suffragiis statuta fuerant, iusta esse iudicantes, firma ea manere volebāt. Alij iis, quæ iam rectè decreta fuerant, aduersabantur. At Gregorius, vt qui semel cathedram admisisset, eam vendicabat, atque huiusmodi oratione utebatur. Ego Pastores sacri & venerabiles, primùm regiæ vrbs præfecturam accipere recusabam: ac licet hæc Ecclesia laboribus sudoribusque meis coagmentata atque amplificata fuisset, mihi tamen satis superque erat hæc Deo thesaurizare, atque ab eo mercedem expectare. Postquam autem & gregis amore & communibus vestris calculis cathedram accipere coactus sum, mihi haudquaquam rectè agere videmini, qui quod ipsi fecistis conuellit atque abrogatis: vt interim taceam, quòd ne inter omnes quidem satis cōuenit, verum alij ea quæ iam constituta sunt, rata esse debere cōsent: aliis secus videtur. Nec verò hæc eò à me dicuntur, quòd vel opes, vel sublimem cathedram expetam, vel imperatricis vrbs Episcopus nominari concupiscam. Sed primùm filiorum orbita-

Gregorij clementia atque ignoscendi facilitas.

Concilium Constantinopolitanum.

Meletij Antiochenis Episcopi laus.

De Constantinopoli Archiepiscopatu inter Episcops contentio renouatur.

tem tranquillo animo ferrè difficillimum est, nec nisi vœcordis cuiuspiam hominis planèque stupidi. Deinde illud metuendum, ne inuidia quadam aut leuitate res nuper decretas immutare videamini. Quòd si vobis præsèntia magis cordi sunt, ac res haud pridem cõstitutas velut obsoletas & friuolas contemnitis, haud mœsto animo Episcopatu me ab dico. Consilium inite, res vestras agite, & quicquid vobis in mentem venerit. Mihi quidem solitudo & olim chara fuit, & nunc est. Non enim à Deo quoque nos arcebunt, qui thronum eripuerint. Hac oratione habita, cum plerosque in alius Episcopi creationem studiosè incumbere sensisset, ipse domo ea in qua manebat, deserta, aliam ab Ecclesia procul distitam circumspectat, vt tumultus, molestosque & importunos hominum congressus effugeret. Per multi quippe ex plebeio ordine illuc confluebãt, cum lachrymis eum orates atque obtestantes, vt gregem, quem tot tantisque laboribus ac sudoribus aluerat atque prouexerat, miseraretur. Da hoc charissimis tibi hominibus, inquiebant, & quibus vitæ florem prius impendisti, iisdem quoque quòd temporis superest, largire: vt qui doctrina tua collustrati sumus, tui etiam corporis reliquias habeamus. His verbis molliabatur quidem indulgentissimus pater: cæterum anticipis erat animi quid ageret, Deumque supplex orabat, vt quod sibi maximè conueniret, procuraret. Quæ cum ita se haberent, affuere Episcopi tum ex Aegypto, tum ex Macedonia Byzantium vocati, eum adhuc supradicta synodus in vrbe esset. Et quidem illi quoniam Gregorius citra eorum sententiam throno impositus fuerat, humano affectu obsessi electioni obstitabant: non quòd eum odio haberent (quemadmodum ei oculis significationibus confirmabant) sed vt eos à quibus creatus fuerat, vlscerentur: vt qui sine eorum sententia Archiepiscopali sede Gregorium donassent. At vir beatus omnibus Episcopis in vnum coactis in medio concilio stans ad hunc modum verba facit. Viri collegæ, & compastores sacrosancti gregis Christi, turpe fuerit, prorsusque à vobis alienum, si qui pacis documentum aliis præbetis, intestinè ipsi bellum inter vos excitetis. Quoniam enim modo alios ad concordiam adduxeritis, ipsi circa sententias vestras & decreta discrepantes? Ac vos per Trinitatem etiam ipsam obsecro, vt mutua vestra negocia præclare & pacificè constituatis. Quòd si vobis vllò modo dissidij causa sum, Ionam prophetam vitæ integritate non supero. Proiicite me in mare, & tumultuum tempestate agitari desinetis. Quicquid vobis visum fuerit, tamen à culpa immunis, libenter perpetiar, siquidem hac ratione concordia vestra representari ac refarciri possit. Throno exturbate, vrbe eiicite. Tantum veritatem & pacem, vt cum Zacharia loquar, amate. Valete sacri Pastores, meorumque laborum memoriam perpetuam conseruate. Hæc eo prolocuto, pudore quodam ipsi tenebantur, eius oratione compuncti. Tum ipse in Cappadociam perrecturus è Concilio excessit voluptate simul & mœrore affectus: illud, quòd laborum requiè inuenisset: hoc, propter gregè, què quo modo relinqueret, incertus erat. In aulâ autè profectus beneficiù ab imperatore postulabat, his verbis prius eum affatus. Tibi quidem, ô imperator, pro tuis erga Ecclesiã meritis retribuatur Christus in die retributionis. Beneficiù autem quod nunc à te peto, potentissime princeps, dare ne graueris. Non pro pecuniis tibi sum supplex: non preciosa altarium tegumenta concupisco: non cognatis dignitates ambio: sed vt laboribus liberer, obsecro. Cesset etiam inuidia: pacem colant Episcopi: tu maximè in eam rem adnitere: sacerdotum bellum comprime, qui Barbarorum audaciam compescuisti: maxima imperij tui trophæa vna re exorna, nimirum Episcoporum concordia. Hoc ego donum à te peto: hoc beneficiù vltimum porrige. Hac oratione imperator, & qui senatorij ordinis erant, in admirationem rapti, vtpote accerrimo ipsius amore contabescentes, vix discedendi potestatem ipsi fecerunt. Cæterum eo adhuc Constantinopoli agente, Nectarius quidam Tarso Ciliciæ ciuitate ortus, Ecclesiæ ipsius à Synodo Episcopus constituitur. Ipse autem cum clerum ac præstantissimum quemque ex populari multitudine aduocasset, eosque

Gregorij
verè Christi-
ana oratio.

Gregorij
ad Theodosium
Imperatorem
oratio.

Nectarius
Gregorio
subrogatur

quæ vt fidei depositum seruarent, Deique præcepta exequerentur admonuisset, complexusque fuisset, multasque omnibus lachrymas extorsisset, itineri se dedit; tandemque Arianzum peruenit. Cappadociæ autem is locus est, quem ex paterna hæreditate ad se deuolutum possidebat. Cum autem multum temporis fluxisset, ex quo Basilius magnus ex hac vita ad Deum euolarat, ac præsentia cum sublimiore vita commutarat, funebri oratione in ipsius laudem conscripta sacram Cæsariensium Metropolitim adiit, Ecclesiæque nuncupata ac dicata ea oratione domum se recepit. Sed cum per diu ipse à patria propter Constantinopolitanam commorationem abfuisset (duodecim nanque ipsum Byzantij annos egisse ferunt) accidit, vt quidam Apollinarij discipuli in secunda Cappadociam præfectura sermonibus suis multos in fraudem inducerent, eoque audaciæ progredierentur, vt ad hunc quoque accederet, atque Episcopos in ea regione crearent, ne ipsi quidem Nazianzo parcentes. Ipse verò Nazianzum hoc piaculo quam celerrimè purgauit. Cumque obnixis precibus rogaretur, vt patriæ antistes esse vellet, adduci non potuit, vt Episcopatum acciperet: (tranquillam enim vitam mirificè consecrabatur) verum Eulaliū quendam, quem vt sui cultorem moderatumque hominem, in primis charum habebat, Nazianzi Episcopum constituit. Ipse autem infirmitate pressus Arianzi corpus refocillabat. Cumque iam iter facere non valeret, Cledonium Presbyterum pium virum minimeque fictum Dei cultorem aliosque nonnullos per literas admonuit, ne hæresis pestem susciperent, verum Apollinaristarum electiones vt nefarias & ab Ecclesia Catholica alienas pro irritis haberent. Nec verò satis habebat nuda & simplici contestatione ad eos uti: verum plenius vberiusque scribebat, singula abortiuæ Apollinarij hæresis impietatisque capita euertens atque opprimens, quem admodum liquidò ostendunt tum duæ illæ ad Cledoniū epistolæ, tum præcipuè tractatus poetici quos reliquit. Porro in poetis lucubrationibus, quarum etiam antè memini, duplex illi scopus propositus erat: alter vt impiam tyranni Iuliani legem, qua Christiani à prophanis disciplinis arcebantur, puerilem atque infirmam & ridiculam esse ostenderet: alter, quoniam Apollinariū multos libros variis carminum generibus perscripsisse, iisque vtpote eruditum hominem dicendique facultate præstantem, multos ad hæresim suam illexisse perspiciebat, necessariò sibi faciendum putauit, vt Arianzi post reditum suum quiescens atque ab omnibus negotiis occupationibusque feriat, cudendis versibus animum adiceret. Atque hinc vberissima mihi huius orationis materia collecta est. Cum autem non nihil temporis illic quietus egisset, vitamque philosophiæ opera purgasset, speculationisque animum impensius addixisset, in extrema tandem senectute caducam hanc vitam cum meliori & præstantiori reru statu, cuius hinc pertenues etiam species vix reperiri queant, permutauit. Ac commendationis quidem Gregorianæ munere pro virili mea perfunctus sum, quatum ad id attinebat, vt & boni patris & eorum, qui vitam illius audire gestiebant, cupiditati satisfaccerem, atque vt exigua quandam vitæ descriptionem breuiter comprehensam haberemus. Nam omnes illius laudes vitæque ornamenta exponere aut pro rei dignitate tractare, adèd difficile atque arduum fuerit, vt haud scio an quisquam, eorum etiam, qui summam eruditionis laudem consecuti sunt, hoc præstare possit. Tu verò pater beate, verique illius tabernaculi spectator & conscie, in quo exultationis & salutis voce angeli ac sancti diuinas laudes canunt, Gregorij tui qui exiguam hæc orationem tibi elaborauit, memor esto. Quauis enim ob virium imbecillitatem virtutibus tuis parem orationem non attulerim, idque de te verba facies: promptitudinem tamen animi haudquaquam accusabis. Tua enim vox illa sacra est, Deo id gratum esse, quod viribus respondet.

E

SCHOLIA.

Quibus enim quisque delectatur) In Heruagiano codice Græca ita habent, εὐδὸν δὲ διὰ τὸν μὲν πρὸς μὲν
Ἰνδὸν, ὅς ἐστιν ἡ δὲ πρὸς ἡ δὲ πρὸς. Sed quia superiora hæc verba nec in Bilibaldi translatione, nec in vetustissimo

exemplari habentur, nec etiam multum ad rem faciunt, idcirco ea pratermissimus, et ita vertimus ut in antiquissimo illo codice inuenimus.

2 Pella propter Alexandrum) Pella obscurum prius Macedoniae oppidum nulliusque nominis, Alexandri Magni natiuitate nobilitatum est. Inde et Pellaeus Iuuenali Saty. 10. dicitur, vnus Pellaeo Iuueni, &c.

3 Aut Persae propter Cyrum) Cyrus Cambysis filius Persas Medorum imperio parentes, non modo in libertatem vindicauit, sed imperium quoque ipsum Medis extorsit, et Persis asseruit.

4 Indis et Britannis) Britannia, quae et Anglia dicitur, maximè occidentalis est et septentrionalis: contra India maximè orientalis et australis. Itaque Ptolomaeus terram describens ab Hybernis ac Britannis incipit, atque Indiam ferme ultimam describit. Virgilius Garamantas, qui Africae populus est, Indis opponit: sed carminis potius causa, ut videtur, quam quòd re vera inter se opponantur.

5 Alexandria, quae ad istarum sita est) Hoc ideo videtur addere, ut Alexandriam Aegypti urbem denoteret. Alioqui et aliae quaedam regiones suas habuerunt Alexandrias, ut Troas, Cilicia, India, Caramama, quemadmodum videre est apud Plinium, qui Alexandriam Aegypti cap. 10. lib. 5. describit: et cap. 31. eiusdem libri Pharon insulam quaedam diei navigatione ab Aegypto distantem, Alexandria iunctam ponte scribit. Quod quo modo à Cleopatra factum sit, docet Amm. Marcellinus ad finem lib. 22. ubi multa de Alexandria vertice omnium ciuitatum. Idem Plinius cap. 12. lib. 36. quam magnifica in Pharo turris quantoque sumptu structa fuerit, commemorat.

6 Ut eruditus quidam dixit) Homerum intelligit, cuius hi versus sunt initio Odyss.

Αἰθρα μὲν εἰνεπὶ μὲν ὕστα πάλυ τ' ὅσ' ἄλλα πομπὰ
Πλάχην, ἐπὶ ἑλῆς ἱερὸν πῶλ' ἔδρησε, ἰσθμῶς,
Πολλῶν δ' ἄδ' ὄπωπ' ἴδ' ἄστ' αἰ γ' ὄνοι ἔγω. Quae sic exprimit Hor. Epist. 2. lib. 2. de Homer. loquens.
Vtile proposuit nobis exemplar, Vlyssēm,
Qui dormitur Troiae multorum prouidus vrbes
Et mores hominum inspexit, &c. Sed et ad verbum magis in Arte Poët.
Dic mihi Musa virum captæ post tempora Troiae,
Qui mores hominum multorum vidit, et vrbes.

7 Parthenium mare) Marcellinus loco superius citato Parthenio mari et Libyco ex Alexandria vrbe nauigari solitum dicit. Idem paulo ante mare Parthenium cum Ipsiaco, idem esse scribit. Quod si verum est, Parthenium Ciliciam alluebat septentrionem versus: cum Ipsiacus sinus attingat Ciliciam. Plinius cap. 2. lib. 6. qui cap. 31. lib. 5. scribit Samon ab Aristotele Partheniam dictam, quod videlicet ibi Iuno adoleuerit ac Ioui nupsit, ut ex Varro refert Lact. lib. 1. Instit. Vnde fortasse mare Parthenium nomen habuit.

8 Sidoniae principis) Iezabelem intelligit infestissimam verae religionis hostem. Vide lib. 3. Regum cap. 13.

9 Etenim qui solus est) Alludit ad illud Homeri Iliad. x.

Σὺν τῷ δὴ ἑρχομένων καὶ τῶν ὀπίσθων,
Ὅπως κέρδος ἐν μύθῳ εἴσῃ τῷ νόμῳ,
Ἀλλὰ τὸ οἰβὲν ὄρωι τὸ νόος, ἀετὴν δὲ τὴν μῆτις. Cui congruit illud Ecclesiastae cap. 4. Melius est

duos esse simul, quam vnum. habet enim emolumentum societatis suae: si vnus ceciderit, ab altero fulcietur, &c.

10 Terræ motu) Amm. Marcellinus lib. 17. horrendos terræ motus commemorat, qui per Macedonia, Asiaticamque et Pontum assiduis pulsibus multa oppida, et maximè Nicomediam concusserint. Hic terræ motus videtur esse, de quo verba facit Gregorius Presbyter.

11 Xenocrates ille) Diogenes Laertius lib. 4. miram Xenocratis Chalcedonijs Platonici commendat continentiam, et tantam quidem, ut Phryne meretrix formosa in lecto eodem concumbens nihil eum mouerit, ut nec Lais aliud insigne scortum. Quod autem de Polemone vultus grauitate meretrices perterrefaciēte asserit, nihil tale apud Laertium de eo extat, licet alias eum ex profligatissimo et nequissimo ganeone in frangi et probum virum audito Xenocrate dicat euasisse.

12 Aristidis exemplo) Aristides Atheniensis propter insignem ac numeris omnibus absolutam virtutem, Iusti cognomentum adeptus est. Vide Plutarch. in eius vita.

13 Antisthenem et Diogenem) Antisthenes Atheniensis, Diogenes synopeus, Crates Thebanus Cynicam philosophiam coluerunt, mirèque pecunias et ciborum delicias aspernati sunt. Ceterum hac laus inani fastu et arrogantia reliquorumque hominum contemptu obterebatur. De his Laertius lib. 6.

14 Publicis praconiis) Vide orat. de vita Basilij.

15 Velut noui Moses et Daniel) Moses in omni Aegyptiorum sapientia institutus est, quemadmodum Stephanus testatur Act. 7. Eodem modo Daniel quoque omnibus Chaldaeorum disciplinis Nabuchodonozoris iussu excultus est. Danielis. 1.

16 Gregorius autem a studiosa) Ac proinde à vero aberrauit Ruffinus, qui Basilium diutius quam equum esset, Athenis immorantem à Gregorio quasi iniecta manu retractum esse narrat. Gregorius enim diuturniorem Athenis moram traxit quam Basilus, illicque Rhetoricen est profectus. Ac ne quis in defensionem Ruffini dicat, verisimilius videri posse, Gregorium Presbyterum huius vitae conscriptorum lapsus esse, quandoquidem multis, ut videtur, post Theologum saeculis vixerit, quam Ruffinum ipsius aequalem, idem apertissime de se testatur Theologus in oratione funebri, quae Basilij vitam complexus est. Hoc ideo adnotandum putauimus, quòd vir quidam doctissimus celeberrimique inter nostrates Theologos nominis Ruffini fidem auctoritatemque secutus, eodem errore non ita pridem lapsus est.

17 Lycurgi legibus) Lycurgus Lacedaemoniorum legislator fuit, Solon Atheniensium, Minos Cretensium: quem etiam ob singularem iustitiae laudem apud inferos iudicem sedere fabulantur.

18 Crates quidem) Laertius Cratetem scribit, Συπεραινοικτω vocatū, quòd in omnem domum ingrederetur, omnesque corripere.

19 Nec oblationem) Praecipua quaedam Episcopi munera attingit: ut et Ignatius in epistola ad Heronem diaconum, μὲν δὲ τὸ εὐσεβὲς ἀποδοῦναι τῷ ἑπισκόπῳ τὰς εὐχὰς, τὸ δὲ εὐχὰς ἀποδοῦναι τῷ ἑπισκόπῳ, ἡ ἐπιτροπή, ἡ ἐπιτροπή, ἡ ἐπιτροπή, &c. Nihil, inquit, sine Episcopi facito. Sacerdotes enim illi sunt: tu diaconus. Illi baptizant, sacrificant, ordinant, manus imponunt, &c.

20 Quasi Herculem Alexicacum) Dij, quos mala ab hominibus propellere et auertere credidit antiquitas, quasi Herculem Alexicacum dicti sunt, ut Lilius Gyraldus syntagmate primo de diis Gentium docet. Sic Hercules Alexicacus dicitur, quòd orbem variis monstris purgasset.

21 Petrus magna vrbs) Ab Alexandrino autem Episcopo ideo fortasse Gregorio Constantinopolitana sedis praefectura confirmabatur, quòd sedes Alexandrina ex decretis Nicenis post sedem Romanam secundi honoris priuilegium teneret, ut Antiochena tertij. Quemadmodum scribit Leo Magnus Epistolis 53. 54. et 55.

22 Antisthenisque sectatoribus) Cynicos intelligit, qui, Laertio teste, Antisthenem sectae suae principem habuerunt. Ij cum pecunias, et ventris voluptates aspernarentur, atque ex instituto parca admodum viuerent, nihil tale iste Maximus agebat. hinc illum iis contrarium dicit.

23 Thasso Byzantium) Marcellino lib. 22. Thassus et Proconnesus insulae sunt. Plinius autem cap. 6. lib. 36. marmor Thassi vnus Cycladum commendat, ubi et Halicarnasi Mausoli domum Proconnesio marmore exculptam fuisse scribit.

23 Trinitatem Herculis loco adorans) Quod Cynici Herculem praeter ceteris colant, legisse me non memini. Id quidem de Antisthene huius sectae principe refert Laertius, eum quòd labor bonum esset, magni Herculis ac Cyri exemplo persuadere solitum esse. Ac Diogenes ipse apud Lucian. in Vitarum auctione, se Herculis non cultorem, sed imitatore esse profiteretur: ideoque baculum (quem aptiori vocabulo clauam vocat August. de Ciuit. Dei lib. 14. cap. 10.) ferre, ac palliolum leoninae pellis vice.

24 Theodosio, qui genus) S. Aurelius Victor Theodosium genere Hispanum fuisse, originemque à Troiano principe, et à Gratiano Augusto apud Sirmium imperatorem effectum annis 27. regnasse scribit.

QUAE AD VITAM LAUDEMQUE D. Gregorij pertinent ex alijs authoribus.

EX BASILIO.

Vas electionis, et puteus profundus, os dico Christi, Gregorium.

EX HIERONYMO.

Gregorius primum Sasimorum, deinde Nazianzenus Episcopus, vir eloquentissimus, praceptor meus, à quo Scripturas explanante didici: ad triginta millia versuum, omnia opera sua composuit, è quibus illa sunt: De morte fratris Caesarij, et de Philonij, laudes Machabaeorum, laudes Athanasij, laudes Maximi philosophi post exilium reuersi, quem falso nomine quidam Heronis superscripserunt: quia est et alius liber, vituperationem eiusdem Maximi continens, quasi non licuerit eundem et laudare et vituperare pro tempore. Et liber hexametris versus virginitalis et nuptiarum contra se differentium. Aduersum Eunonium liber vnus, de spiritu sancto liber vnus, contra Iulianum imperatorem liber vnus. Sequitur est autem Polemonem dicendi caractere: viuoque se, Episcopum in loco suo ordinans, ruri vitam Monachi exerceuit. Decestitque ante hoc ferme triennium, sub Theodosio principe.

EX RVFFINO.

Gregorius vir per omnia incomparabilis, qui verbo et operibus clarus, splendidissimum lumen scientiae Christi Ecclesiae praebuit, dum ea docuit quae fecit, nec seipsum condemnauit agendo contraria quam docebat. Et multis interiectis. Huius neque vita aliquid probabilius et sanctius, neque eloquentia clarius et illustrius, neque fide purius et rectius, neque scientia plenius et perfectius inueniri potest. Qui solus sit, de cuius fide ne dissidentes quidem inter se (ut fieri solet) partes et studia disputare potuerint: sed id obtinuerit apud Deum et Ecclesias Dei meriti, ut quicumque ausus fuerit doctrinae eius in aliquo refragari, ex hoc ipso, quia ipse magis sit haereticus arguatur. Manifestum namque indicium est, non esse rectae fidei omnem, qui in fide Gregorio non concordat.

EX SVIDA.

Gregorius Nazianzi Episcopus in Cappadocia, vir eloquentissimus, summus amicus Basilij Caesarea Cappadociae vrbs Episcopi. Hic non modo Grammatica poeticeque laude florebat: sed multo magis philosophiam excoluerat, atque in oratoria facultate insignis erat. Prosa oratione permulta conscripsit. Ad triginta enim versus millia opera sua contexit, ex quibus sunt haec: de morte Caesarij fratris, funebri oratio in obitu patris, altera in funere Gorgoniae sororis, de pauperum amore, laudes Machabaeorum, Cypriani, Athanasij,

Heronis philosophi, aduersus Iulianum orationes duæ, de Spiritu sancto liber vnus, panegyricæ orationes decem, aliæque complures ac cuius notæ. Secutus est in scribendi genere Polemonem Laodicensem, qui Smyrnæ Rhetoricam docuit, atque Aristidis oratoris præceptor extitit. Alium quoque tractatum Heroico carmine scripsit, in quo virginitatem et vitam coniugatam per se differentes inducit, aliæque etiam argumenta omni carminum genere complexus est, quæ quidē ad summā subducta, triginta versus millia conscriuit. Huius porro Gregorij Arianus quoque Philostorgius in sui temporis historia mentionem facit his verbis. Ea tempestate Gregorius in vrbe Nazianzena florebat, Basilius in Cæsarea Cappadocia vrbe, et Apollinarius in Laodicea Syria. Hi tres viri pro Homousio. i. consubstantiali aduersus eos, qui Filij essentiam à patris essentia diuersam esse profitebantur, decertabant, longèque omnes eos antecellebant, qui vel prius vel post, ad meam vsque etatem huiusce sectæ patrocinium susceperunt: adeò vt præ ipsis Athanasius puer censere-tur. Nanque et in summam illi externæ doctrinæ magnitudinem euaserant, et in sacris Scripturis, quantū ad lectionem et expeditam memoriam conducebat, non vulgarem experientiam habebant, ac potissimum Gregorius. Iam verò in suo quisque scribendi genere maxima facultate præditus erat. Apollinarius quippe in commentatorio dicendi genere præcellebat. Basilius autē in panegyrico insigniter eminebat. At verò Gregorio in viroque licet exercitato, ad conscriptionem tamen magis tendebat oratio. Atque vt Apollinario in dicendo grandior ac plenior, ita rursus Basilio firmior erat. Cùmque tanta eorum esset tum in dicendo tum in scribendo facultas, tum verò ita moribus comparati erant, vt vel solo aspectu plerisque ad se allicere facillimè possent. Itaque partim ipso intuitu, partim sermonibus, partim editis lucubrationibus ad suas partes familiaritatemque suam eos pertrahebant, qui aliqua harum rerum facilius capi poterant. Hæc de illis obiter Philostorgius, idque Arianus literis mandauit. Adhuc porro superstes Gregorius, subrogato sibi in Ecclesia Nazianzena Episcopo, ruri vitam monasticam egit. Atque ad nonaginta annos, et vltra, etate peruectus, Theodosio decimum tertium imperij annum agente vitam cum morte commutauit, hoc vnum indignum virtute sua passus, quòd principis vrbs cathedra expulsus est, improbique potius electi sunt, quàm qui vir-tute, ac vita splendore omnes anteibat.

EX SIMEONE METAPHRASTE.

Magnus hic Gregorius Theologus vitam ipse suam exposuit in iis funebribus orationibus, quibus Basilium Magnum, Gregorium patrem, Cæsarium fratrem, et Gorgoniam sororem ornat. Ac proinde qui vitam illius conscripserunt, non aliunde quàm ex ipsius operibus dicendi argumentum acceperunt. Hoc vnum necessariò dicendum, quod siquidem apud homines existere necesse erat, effigiem quandam et columnam ex omnibus virtutibus constantem, hoc erat Gregorius. Nam cùm vita splendore eos qui actionis laude florebat, super-rasset, eò rursus contemplationis progressus est, vt omnes illi sapientiæ doctrinæ que laude cederent, tam eius que in verbis quàm que in fidei dogmatibus versatur. Vnde etiam Theologi cognomen tum adeptus est. Quantum autem ad corporis formam attinet, statura mediocri erat, pallidus aliquantum, non tamen citra venustatem, depresso naso, superciliis in rectum protensis, aspectu blando et suauis, altero oculo nempe dex-tro subtristis, quem etiam cicatrix quedam cõtrahebat, barba non promissa, densa tamen. Qua parte caluus non erat, nam subcaluus erat, albos crines habebat, summas item barbæ partes velut fumo obsitas ostēdebat. His subnectere potuissē testimonia Haimonis Halberstatis cap. 4. lib. 10. histor. Eccles. Adonis Vien-nensis Episcopi in Chronic. etate sexta. Goffridi Viterb. Chronic. parte sexta, vbi de Iuliano verba facit. Pe-tri de natalibus in catalogo sanctorum lib. 2. cap. 69. Petri Criniti lib. 7. cap. 1. de honest. discipl. Tritemij de scriptor. Ecclesiast. Manuiani lib. 1. Fast. Sabellici enneade 7. lib. 9. Sed quia hi omnes non aliud haurire po-tuerunt, quàm ex his quos supra citauimus, nulla mihi causa visa est, quamobrem tandem cramben toties tibi obruderem. Quare hinc finem imponam, non tamen antè, quàm Pselli Cyri Græci scriptoris epigramma de Nazianzeno nostro Latine vtcumque reddidero, ac coronidis vice, magni illius Erasmi de eodem iudi-cium apposuerò.

PSELLI EPIGRAMMA.

Diuinæ fophiæ decus immortale canamus
Gregorium, viguit quo noua Roma duce.
Viribus eloquij valuit, linguæque disertæ:
Mellifluos dulci protulit ore fonos.
Maxima laus in eo doctrinæ vtriusque refulsit,
Siue prophana velis dogmata, siue sacra.
O salue coniunx charissime virginitatis,
Quæ prius in summo numine, deinde choris
Angelicis, purisque hominum complexibus hæret.

Affiduèque

Affiduèque tuum læta cubile fouet.
Christicolæ columen defensor maxime gentis,
Stentoreo Triadis numen in ore ferens.
Hæreticæ salue manix certissima pestis,
Qua simul oppressi Lybs Macedoque cadunt.
Quæque Arium perimis, cuius sanctissima primùm est
Horribili ac stygio secta furore Trias.
Salue doctrinæ Antistes, atque vnica cura
Pieridum, eloquij Rhetoricæque decus.
Saltator lugens, Triadis qui numine plenus
Hanc quoque terrigenis omnibus eloqueris.

ERASMI DE GREGORIO NAZIANZ. IVDICIUM.

IN Gregorio Nazianzeno pietas propemodum ex æquo certat cum faciundia, sed amat significantes argutias: quas eo difficilius est Latine reddere, quòd pleræque sunt in verbis sitæ. Tota verò phrasis non-nihil accedit ad structuram Isocraticam. Adde quòd de rebus diuinis, quæ vix vllis verbis humanis expli-cari possunt, libenter ac frequenter philosophatur. Frater huius Basilius suauis quodam et in affectato dic-tionis fluxu, et pietatem, et eruditionem, et acumen, sicuti res postulat, et perspicuitatem, et incun-ditatem, et si quam aliam virtutem in oratore Christiano quisquam desiderare possit, complectitur. Ioan-nes Chrysostomus Basilij quemadmodum in literis, sic etiam in professione syncerioris vite socius, atque (vt italoquar) Achates, quicquid ferè scripsit, ad popularem captum accommodauit, eoque fusior est, ac simplicior: et in locis communibus spaciari maluit, quàm in difficillimis versari questionibus. Hos triumuiros vnatulit ætas apud Græcos, pietate pares, nec dispares eruditione, sed dictionis charactere dif-fimiles. Quos si cū nostris conferre velis, Chrysostomus nõ dissimilis est Augustino, Gregorius Ambrosio: qui si Græcè scripsisset, plurimum negocij fuisset exhibiturus interpreti. Quem Basilio conferam, nondum inuenio, nisi si quis scripturarum cognitionem, quam habuit Hieronymus, cum Lactantij felici facilitate copulet. Me certè à vertendo Gregorio semper deterruit dictionis argutia, et rerum sublimitas, et allusiones sub-obscure. Eam prouinciam eximio quodam pietatis ardore sibi sumpsit Bilibaldus noster, cui et immor-tuus est.

Qui apud veteres authores Nazianzeni meminerint ex illiusque scriptis testimonia protulerint.

Vix vllus in tota Græcia scriptor extitit, de Ecclesiasticis loquor, qui non perhonorificam Gregorij men-tionem fecerit, ex ipsiusque operibus testimonia produxerit. Damascenus certe non contentus scripta sua ipsius autoritate sepenumero confirmare, sexcentis locis ita cum compilauit, vt bonam partem librorum suorum de fide Orthodoxa ex eius libris consuerit, totas plerunque periodos nullis verbis immutatis in vo-lumina sua transferens. Id quod productus quibusdam locis planum facere constitueram, ni id ipsi tam fre-quens esse comperissem, vt prima fronte furium deprehendi posset. Quid de Theodorito dicam, qui ipsam quoque Theologi phrasim affectauit: quemadmodum vel ex vnico capite libri quarti De Hæret. peruersi-tate apertissimè liquet, vbi ex variis Gregorij scriptis orationem suam concinnauit. De Nestorio, enim lo-quens, ἀλλω δὲ ἀλλης, ἀμείβων χόρδων καὶ τὰ ἄλλα ἀγροπυλακὴ πρὸς ματὶς τῆς μεγάλης αὐτοῦ πνεύματος ἐπισημῆς πόλεως. ἢ ἄλλω τῷ λόγῳ ἐλθὼν ἐπειὶ μὲν ὡς μετρητικῶς, τῆς οὐκ ἐκείνης τῆς θεοῦ ἀποστολῆς ἐπιστολῆς. ἢ ἄλλω τῷ λόγῳ πὼν ἢ τῆς ἀποστολῆς, ὡν μικροὶ πλήρεις πᾶσαι γῆ τε καὶ οὐρανός τε. An non hæc duo loca ad verbum transcripta sunt ex Athanasiana Gregorii oratione? Rursus hæc verba, τῆς καὶ κωνσταντινου πόλεως ἐπιὸ ὀρθοδοξῶν καὶ ἰουδαίων ἐκκλησιῶν πτω ἀποδείξαι πιστεύεται, οὐδὲν εἰς ἡπὶον καὶ τῆς οὐκουμένης ἀπόσις. Ipsissima sunt verba Gregorij, etsi locum nunc non satis memini. Quod et aliis verbis ita effert in Basiliana, ἔτι μίας τῆς κωνσταντινου πόλεως τῆς οὐκουμένης παση παρουσει. Iam cum idem Theod. eodem loco ait, ὡς οὐκ πὴν μέγιστον ἐκείνου κατὰ λαε θρόνον καὶ τὰ ἄλλα πρὸς τὰ πρᾶν ἰδεῖ τῆς ἀρχιερωσύνης πτω ἀποστασῆς ἀρπύσας, proculdubio hæc à Gregorio accepit, cuius in Athanasiana hæc ver-ba sunt, ἢ ἄλλω δὲ πτω καὶ λαμῆσαι ἐπὶ τὸν θρόνον, ὡς ἀποστολῆς οὐκ ἐκείνης πρὸς ἡ κληρονομία ἀποδείξαι ἀρπύσας. Rursus illa, οἱ καὶ τὰ πολλὰ βιβλίοις ἀποστασῆς, καὶ κατὰ ἡ συχῆσαν ἐαυτῶν συγγραμμάτων, ex oratione ad Arianos sumpta sunt. Sed de hoc satis. Quanta autem fama atque autoritatis in vniuersa Ecclesia ipsius monumenta fuerint, nullo argumento apertius demonstrari potest, quàm quòd Latini ne punctum quidem temporis iis carere sustinuerint, sed statim in Latium transferenda curarint, eorumque testimonij libros suos illustrarint. Nos cæteris omisis ipsa tantum lumina proferemus.

Hieronymus eum præceptorem suum facit in Catalogo scriptorum Ecclesiast. et in Apologia priore ad- uersus Rufinum: An iniuria, inquit, tibi facta est, quòd pro te Apollinarium Didymumque sectatus sum?

Nunquid in illa epistola Gregorium virum eloquentissimum nō potui nominare: qui sui apud Latinos impar est, quo ego magistro gloriōsior & exultōsior: cui autem imparem apud Latinos Gregoriū videtur dicere, ut notet Ruffinum: qui cum ipse apud suos esset eloquentissimus, Ruffinus in interpretatione aliquot illius orationum parum gnauiter se gesserat, neque satis feliciter tantæ eloquentiæ responderat.

Idem Hieronymus to. 9. fol. 147. explicans illud Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est, & c. Gregorius Nazianzenus, inquit, vir valde eloquens, & in scripturis apprime eruditus, cum de hoc mecum tractaret loco, solebat dicere: Vide quantum istius capituli sacramentū sit, ut Apostolus in Christo illud & in Ecclesia interpretans, non se ita afferat, ut testimonij postulabat dignitas, expressisse: sed quodammodo dixerit: Scio quia locus iste plenus sit sacramentis, & diuinum cor quærat interpretis.

Augustinus epistola III. ad Fortunatum citatis quibusdam ex Athanasio, Gregorius etiam, inquit, sanctus episcopus Orientalis apertissime dicit, Deum natura inuisibilem, quando patribus visus est, sicut Mōsi, cum quo facie ad faciem loquebatur alicuius conspicibilis materiæ dispositione assumpta salua sua inuisibilitate videri potuisse, citat postea Ambrosium.

Idem lib. 1. contra Iulianum Pelagianum non longè ab initio, de peccato originali post citatos Occidentis Episcopos, sic de Gregorio Nazianzeno, quem primum inter Orientis Episcopos nominat: Sed non tibi deerit magni nominis & fama celeberrima illustris Episcopus de partibus Orientis, cuius eloquia ingenitū merito gratiæ etiam in Latinam linguam translata vsquequaque claruerunt. Sedeat ergo cum istis patribus (Latinis scilicet) etiam sanctus Gregorius, & cum eis tuæ criminationis inanem patitur inuidiam, dum tamen cum eis contra nouitiam pestem, medicinalem & ipse proferat sententiam. Audi ergo quid dicat, Imago, inquit, Dei labem corporeæ inundationis expurget, & coniunctam sibi carnem Verbi Dei subleuet pennis. Et quamuis, & c. Citat & postea ex oratione de Baptismo. An tibi parua in vno Gregorio Episcoporum Orientalium videtur authoritas? Est quidem tanta persona, ut neque illi hoc nisi ex fide Christiana dicerent: nec illi eum tam clarum haberent atque venerandum, nisi hæc ab illo dicta ex regula notissime veritatis agnoscerent.

Idem lib. 2. aduersus eundem citat & explicat Nazianzenum ex lib. Apologetico. & lib. 2. cap. 19. De bono perseuerantiæ ex oratione in Pentecosten testimonium profert.

Gregorius Papa in prologo 3. partis Pastoralis curæ Theologum nostrum ita citat, ut longè ante nos reuerendæ memoriæ Gregorius Nazianzenus edocuit, Non vna eademque cunctis exhortatio congruit, quia non cunctos par morum qualitas astringit. Hæc porro verba sunt Gregorij nostri in 1. Apologet.

Leo Papa Magni cognomento honoratus, qui pontificatum suscepit circa annum Domini 441. epistola 95. seu secundum alios 97. ad Leonem Augustum contra blasphemias Nestorij & Eutychemis, s. Gregorij Episcopi Nazianzeni in homilia de Epiphania inter cetera: Cum ergo processisset ex Virgine Deus, in ea quam assumpserat humana natura, vnum è duobus sibi inuicem contrariis existens, carne & spiritu, aliud in Deum assumitur, aliud deitatis gratia præstat: item infra: Missus est quidem, sed ut homo. Duplex enim in eo erat natura. Inde deniq; & laborauit exitinere, inde & esuriit, & sitiuit, & cōristatus est, & fleuit, humani corporis lege. Citat postea Basilium Episcopum Cappadocem.

Vincentius Lirinensis ferè ad finem libri, quem doctè aduersus profanas nouitates conscripsit, in Ephesina synodo suo tempore contra Nestorium celebrata, scripta Nazianzeni recitata scribit. Adhibita sunt etiam, inquit, illa Cappadociæ lumina s. Gregorius Episcopus & confessor de Nazianzo vel Nazianzo. s. Basilus Cæsariæ Cappadociæ Episcopus & confessor.

Quæ autem in ea synodo ex Nazianzeno recitata sint, sic Rusticus Diaconus contra Acephalos commemorat, vbi de differentia inter vnum & vnum, Alius & Aliud. Sua, inquit, dogmata confirmauit (Ephesina scilicet synodus) inter beati Nazianzeni Gregorij lectiones, dicens ita: Alius quidem & Aliud ex quibus saluator: siquidem non idem inuisibile visibili, & id quod intemporale illi quod sub temporale. Quæ verba ex priore ad Cledonij epistola sumpta sunt, quam in eodè libro pluribus locis citat: atque etiam hæreticos (ut illi nihil intentatum & incorruptum relinquunt) & maxime Nestorianos Nazianzeni sententias quasdam ad sui erroris confirmationem detorquere tentasse. Sic enim ibi hæreticus, qui loquens inducitur, obiicit: Hominem quem Apostolus velut in duo partitus est, sanctæ memoriæ Gregorius vnum modis omnibus nominat, ne Christo eum conferens, duos videatur Christos asserere, & c. Et post: Dixit alicubi Apostolus: Quia quanto iis qui foris, & c. Subiicitur inde explicatio locorum Pauli & Nazianzeni. Ibi enim contra hæreticos pluribus explicatur ista Theologi sententia: Sic ex duabus naturis Christus, sicut ex anima & corpore homo. Illam enim hæreticus ut à suis partibus stantem in medium proponebat, ut & nonnullas alias, quas Rusticus ipse eodem libro pluribus explicat.

Gelasius de duabus in Christo naturis aduersus Eutychem & Nestorij, multa veterum Theologorum, ut Ignatij, Eusebii, Hippolyti, Athanasij, Eusebii Pamphili citans testimonia, & hæc Gregorij Nazianzeni in Natali Domini laudat: Duplex erat Christus, homo quidem quod videbatur, Deus verò quod non videbatur, comedens quidem ut homo verè & sicuti nos: habuit enim carnis similem passibilitatem sicuti nos. Ibidem etiam ex eiusdem priore ad Cledonium Epistola per multa profert, quemadmodum & ex epistola ad Nestarium.

Ioannes Episcopus Rom. tribus Iustiniani imperatoris quæstionibus respondens, ut probet Christum vnâ esse ex personis Trinitatis, post Augustinum hæc Gregorij Nazianzeni ex sermone de Epiphania citat, Deū, cum omnino vno lumine illustratur simul & tribus, tribus quidem siue vniuersiusque proprietatis suæ substantias,

substantias, sicut placet aliquibus dicere, siue personas (nihil enim pro vocabulorum diuersitate distindendum est, cum ad eundem sensum nominum diuersitas prouocet & intellectum) vnum autem secundum substantiam, vel deitatis ratione. diuiditur ergo, ut ita dicam, indiuisibiliter, coniungitur diuisibiliter, vna est in tribus deitas.

De operibus & scriptis Nazianzeni.

Omnia quæ Nazianzeni nomine inscribuntur, citra controuersiam ipsius sunt præter metaphrasim in Ecclesiasten, quæ ipsi falso tribuitur, ut in argumento ex Hieronymo docuimus: & significationem in Ezechielem, quæ aut illius non est, aut certè ab eo non edita.

Duæ extant orationes illius à Ruffino Latine factæ, quæ non sunt in Græco exemplari.

Ex docta illius in dictum Euangelij homilia videtur multas alias eius generis composuisse: ut quem certum sit & Nazianzi & Constantinopoli & alibi sæpius è suggestu ad populum concionatum. Ac fortasse in sacros libros commentarios edidit, epistolamque Pauli ad Philipenses videtur scriptis suis illustrasse. In fine enim Anathematismorum Cyrillisc legitur, D. Gregorij Episcopi in Epistolam ad Philipenses. Atque hoc fragmentum hic ascribitur: Hoc sapiatur, inquit, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui suscipiens. Quid pauperius in Deo, quam forma serui? Quid humilius in Rege cunctorum, quam ad communionem pauperis nostræ nature sponte venire? Rex regum & Dominus dominantium induit formam serui: iudex omnium fit subditus potestatibus creaturæ: Dominus in spelunca deponitur: Qui omnia continet, in diuersorio non inuenit locum, sed in præsepe proicitur iumentorum: mundus & immaculatus sordes suscepit humane nature, & per omnia paupertatem nostram transiens, vsque ad mortis venit experimentum: Considerate paupertatis spontaneæ mensuram: vita mortem gustat: iudex deducitur ad iudicium: vitæ omnium existentium Dominus subditur sententiæ iudicantis: Rex omnium virtutum, quæ ultra mundum sunt, spectulorum non respuit manus. Hæc ibi ex Gregorio Episcopo, qui videri potest Nazianzenus noster, quando statim aliud subiicitur ex Basilio Magno, de fructu passionis Christi testimonium. Nyssenensis autem & Neocæsariensis, quod sciam, nihil in hanc Pauli Epistolam scripserunt.

Bapista Guarinus Guarini viri doctissimi filius in Latinum vertisse dicitur Gregorij Nazianzeni ad Christum & Mariam orationes in appendice Catalogi scriptorum Ecclesiasticorum Trihemij & Bibliotheca Lycosthenis, ut & beatus Rhenanus duas epistolas eiusdem ad Themistium. At illæ neque Græcè neque Latine in manus meas adhuc incidere potuerunt.

Carmina ad 30000. scripsisse dicit Hieronymus. At vix habemus 10000.

INDEX EORVM QUAE GREGORII

Nazianzeni operibus continentur, numeris paginarum adscriptis, ex quibus, quota pagina quisque tractatus continuò reperitur, Lector cognoscere queat.

A Pologeticus, in quo rationem reddit, cur in Pō-	De pace, post reconciliationem monachorum, oratio	
tum fugerit, rursumque Nazianzum redierit,	prima, præsentis pacis habita,	79
postquam presbyter creatus est. In quo, quæ	De pace oratio secunda,	88
sacerdotij professio sit, docet, & qualem Episcopi	De pace oratio tertia,	94
esse oporteat,	In plagam grandinis oratio,	102
1	Oratio de pauperum amore,	115
Apologeticus ad eos, qui ipsum primum acciuerant,	Oratio partim funebris in laudem patris sui mortui,	
nec postea occurrerant,	partim consolatoria ad matrem Nonnam, habita	
33	præsentis Basilio,	133
Apologeticus ad eosdem, posteaquam ex fuga re-	In laudem diui Cypriani Martyris oratio,	154
diisset,	Funebris oratio in laudem Basilij Magni Cæsariensis	
37	Archiepiscopi,	164
Oratio ad Gregorium Episcopum Nyssenum Basilij	Oratio ad ciues Nazianzenos graui timore per-	
Magni fratrem, cum postridie illius diei, quo Epi-	culosos,	205
scopus creatus fuerat, venisset,	De laudibus Athanasij Magni Archiepiscopi Ale-	
39	xandri, oratio,	211
Apologeticus ad patrem suum Gregorium, præsentis	Oratio de Machabæis.	229
Basilio Magno, posteaquam Episcopus sasmorum	In laudem Heronis philosophi ab exilio redeuntis,	
creatus est,	oratio,	238
43	Ad Arianos, & de seipso, oratio,	250
Oratio ad patrem, cum ei curam ecclesiæ Nazian-	Oratio de moderatione in disputationibus seruandâ,	
Zenæ commississet,	& quod non est cuiusuis hominis, nec cuiusuis tē-	
45		
De suis sermonibus, & ad Iulianum tributorum		
exequatorum, oratio.		48
48		
Funebris oratio in laudem Cæsarij fratris, supersti-		
tibus adhuc parentibus habita,		56
56		
In laudem sororis suæ Gorgoniæ oratio,		68
68		

poris de Deo disputare,	258	Christi miracula secundum Marcum,	ibid.
De dogmate & statu Episcoporum, oratio,	271	Christi miracula secundum Lucam,	ibid.
Oratio in Aegyptiorum Episcoporum impulsu,	276	Parabolæ secundum Lucam,	786
Oratio de se ipso, & ad eos, qui ipsum cathedram Constantinopolitanam affectare dicebant, & de populi alacritate, quam erga eum ostenderat,	281	Christi miracula secundum Ioannem,	ibid.
Oratio, cum post ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, iure in urbem rediisset,	287	Parabolæ quatuor euangelistarum,	ibid.
Oratio in præsentia 150. Episcoporum habita,	296	Carmen Virginitatis,	787
In electionem Doaresium, homilia Eulalio Episcopo edita,	314	Præcepta ad virgines,	797
Ad virginem exhortatio,	315	Animæ suæ calamitates deplorat,	809
In dictum illud Evangelij, Cum consummasset Iesus hos sermones, &c.	318	Insomnium de Anastasiæ ecclesiâ, quam ipse Constantinopoli fixit,	814
Ad Euagrium monachum de Diuinitate,	327	De vitæ differentiis, & contra falsos sacerdotes,	816
Oratio I. de Theologia aduersus Eunomianos,	329	Ad episcopos,	818
De Theologia oratio secunda,	334	Ad Constantinopolitanos sacerdotes, & urbem ipsam,	822
Oratio prima de Filio, quæ tertia est de Theologia,	350	De humana natura,	823
Oratio 2. de filio, quæ quarta est de Theologia,	359	De vitæ itineribus,	825
Oratio de Spiritu sancto, quæ quinta & postrema est de Theologia,	368	De externi hominis vilitate,	826
In Christi natiuitatem, oratio panegyrica,	380	Diuersorum vitæ generum beatitudines,	830
In sancta Lumina, oratio panegyrica,	403	Iurandum Gregorij, vel potius votum iurisiurandi forma conceptum,	831
In sanctum Baptisma, oratio panegyrica,	421	Aduersus carnem,	832
Oratio in Pascha, & in tarditatem,	466	Diabolû à se auertit, Christi que opem implorat,	832
Oratio secunda in Pascha,	474	Lamentatio,	833
In nouam Dominicam oratio,	532	Ad suum animum,	ibid.
In sanctam Penitenciam oratio,	547	De humane nature fragilitate,	ibid.
Ad Nectarium Constantinopolitanum Episcop.	573	Aliud carmen eiusdem argumenti,	834
Significatio in Ezechielem,	574	Gregorij Dei desiderio æstuantis carmen,	ibid.
Metaphrasis, seu translatio in Ecclesiasten,	576	Lamentationes,	ibid.
Aduersus Iulianû imperatorē, inuectiua prima,	587	Carmen supplex,	735
Oratio secunda in Iulianum,	638	Epitaphium, & compendium vitæ Gregorij,	ibid.
Ad Cledonium presbyterum aduersus Apollinarium epistola prima,	677	Penitentis carmen & exhortantis,	ibid.
Ad eundem epistola secunda,	684	Aduersus diabolum,	836
Tractatus de Fide, Ruffino presbytero interprete,	686	De veris ac genuinis scripturæ diuinitus inspiratæ libris,	ibid.
Tractatus de Fide Nicena, eodem Ruffino interprete,	697	Egypti plaga,	ibid.
Epistole,	698	De duodecim Apostolis,	ibid.
Christus patiens, Tragedia à Cl. Roilleto versibus Latinis exposita,	743	Ad Monachos cænobitas,	837
De rebus suis carmina, quibus nos ad piam vitam & Christo dignam occultè cohortatur,	771	Ad Helleniû, de Monachis exhortatoriû carmen,	ibid.
Conqueritur de suis calamitatibus,	779	Ad Iulianum,	843
Ærumnas suas luget, Christumque obsecrat, vt sibi vitæ finem afferat,	780	Ad Nicobulum patrem, Nicobuli filij nomine,	844
De huius vitæ vanitate atque incertitudine, communique omnium fine,	781	Nicobuli ad filium,	848
Ad seipsum per interrogationem & responsionē,	781	Ad Vitalianum filiorum ipsius nomine,	854
Aduersus diabolum,	782	In nobilem malè moratum,	861
Se se hortatur vt ad Deum mentē conuertat,	ibid.	Gregorij peregrè profecturi oratio ad Christû,	862
Carmen lugubre pro sua anima,	ibid.	In quadagesimi ieiunij silentium,	863
Mosis decalogus,	783	Hymni ad Christum post silentium die Paschæ habiti,	867
De duodecim Patriarchis,	ibid.	Paræneticum carmen ad Olympiadem,	868
De Christi Genealogia,	ibid.	De se ipso, postquam Constantinopoli in patriam rediisset,	871
Miracula Christi secundum Matthæum,	785	De se ipso,	872
Christi parabole & ænigmata secundum Matth. ibid.		In Monachos hypocritas,	875
		In morbum,	876
		Ad Nemesium,	878
		Sententiæ distichis versibus comprehensæ,	886
		Aduersus mulieres ambitiosius sese ornantes & excolentes,	889
		Basilij Magni Epitaphia,	896
		Sententiæ distichis elegiacis comprehensæ,	897
		Sententiæ tetraastichis versibus constantes,	900



GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI
APOLOGETICVS, IN QVO RATIONEM REDDIT,
cur in Pontum fugerit, rursusque Nazianzum redierit,
postquam presbyter creatus est. In quo, quæ
sacerdotij professio sit, docet, & qualē
Episcopum esse oporteat.

ARGVMENTVM.



PXPOSITVRVS causas, cur episcopatu repudiato in Pontum fugerit, primum ea, quæ ipsi obiici poterant, occupando depellit. Negat enim, eam sibi defugiendi huius muneris causam exitisse, quod leges diuinas aspernaretur, reiciendamque Ecclesiasticam præfecturam existimaret, sine qua mancus & mutilus omnino futurus sit Christianismus: nec etiam quod pinguiorem episcopatum ambiret. Deinde ad causas ipsas accedit, easque quatuor affert. Primam, quod præter opinionem ad episcopatû vocatus, ipsa rei nouitate percussus sit. Alteram, quod solitariam vitam, è mediocri reductam semper adamarit. Tertiam, quod turpe & pudendum esse iudicari illotis, vt aiunt, manibus sacrosanctum munus attingere. Quartam & postremam, quod rei magnitudinem difficultatemque reformidari. Atque in hoc loco, vt præcipuo totius orationis fundamento diuissimè commoratur. Primum enim ei, qui animarum curam suscepturus sit, maximè prouidendum esse ostendit, ne qua vitij labe sordeat, quod subditi multo facilius præfectorum vitia quam virtutes imitentur. Deinde non satis esse, vt vitio careat, nisi etiam omni virtutum genere præcellat. Quod etiâ ipsum vt sit assecutus, superesse tamen alteram partem, eamque maximè arduam & laboriosam, nimium vt gregem rectè & peritè moderetur. Quod quò magis perspicuum faciat, animorum curam cum corporum medicina confert, illamque & materiæ natura, & artis facultate ac potentia, & actionis scopo præstantiorem hac difficilioremque esse demonstrat, imibique Christi beneficia hominibus collata per occasionem exponit. Mox ostendit, quàm dispares sint hominum mores, quàm diuersa vitæ instituta, quàm dissimiles affectus: ex eoque colligit, quâ sit negocij appositam cuique morbo medicinam adhibere. Huc adiungit, quantum laboris ei incumbat, qui publicè concionari, ac de rebus diuinis philosophari constituit, ac præsertim de sublimi Trinitatis mysterio, quod etiam per digressionem explicat. Id probatum à concionatorum persona, qui vel mente minus collustrati, vel dicendi facultate non satis instructi res tantas pro dignitate explicare nequeunt: tum ab auditorum, qui minus facili aure docentis verba excipiunt, imò etiam iis refragantur, siue pietatis zelo, siue honoris inanisque gloria cupiditate, siue imperitia & temeritate, siue omnium fidei dogmatum odio & detestatione. Ac tum id quod superius tractauerat, eleganti similitudine retexens, quàm varium & multiplicem in docendi ratione episcopum esse oporteat, ostendit. Ita de mum collatione ab Hebræis ducta (qui certas ætates à nonnullorum scripturæ librorum lectione arcebant) eorum audaciam insectatur, qui nec vitæ probitate, nec ulla eruditione commendabiles, ad episcopatus temere prosiliunt. Atque huius rei indignitatem per collationem cum vilibus & sordidis artibus exaggerat, quarum scientia cum & longo tempore & multo labore queratur, quid iis absurdius fingi potest, qui ad diuinam sapientiam adipiscendam voluntatem solam sufficere arbitrantur? Hinc Paulum, cuiusque in pascendo grege solertiam industriamque & sedulitatem exactissimè describit, malosque antistites coloribus à scriptura petitis ex aduerso depingit. Porro non minoris periculi quam difficultatis hoc munus esse, Prophetarum testimoniis grauissimisque in sceleratos pastores comminationibus probat. Addit etiam, quàm longè absit præsulum vulgus ab ea forma, quam Episcopis vel apostolis vel Christus ipse præscripsit. Et quia multi ambitionem suam sedisque primariæ cupiditatem quibusdam scripturæ locis fucare nitebantur, idcirco hunc quoque scrupulum de medio submouet, docens ne extremam quidem ætatem nimis seram esse ad rem tantam aggrediendam, quæ pro subiecto deum habeat, cuius magnitudinem præstantiamque describit, vt eorum, qui Ecclesis præesse gestiunt, temeritatem dominantique libidinem hac ratione compeecat. Demum huius muneris difficultatem à temporis circumscriptione am-

plificat, tristissimam sui temporis tragediam immanesque conflictationes oratione representans, atque ob oculos ponens: quas quisquis legerit, miserrima deploratissimaque huius tempestatis imaginem ad vivum expressam inueniet. Postea multa veteris Testamenti exempla producit, ex iisque colligit, nemini tam arduam sublimemque provinciam suscipiendam esse, nisi qui vitam et eruditionem tanto muneri parem attulerit. Ita prior Apologia parte conclusa ad alteram transit, causasque exponit, cur a Ponto redierit, Ecclesiaeque clauum acceperit. Ac duas quidem primas breuiter perstringit, nimirum plebis Nazianzenae erga se amorem, et parentum curam. In vltima est proluxior. Ait enim sibi metuendum visum esse, ne diutius repugnando, atque oblatum episcopatum recusando, inobedientiae contumaciaeque noxam contraheret. Atque hunc locum et Ionae comparatione, et quibusdam scripturae testimoniis confirmat. Ad extremum manus dat, seque totum Ecclesiastici muneris iugo submittit, et dei opem implorat.

10

Psal. 36.

Principium a Deo et finis in eo.

Psal. 54.

Iucundum de rebus alienis garrere.

Propositio.

Scandalum vitandum.

Rom. 14.

Math. 18.

Galat. 1.

Tit. 1.

Similitudo.

Dei equabilitas et prouidentia in reb. Eccles.

Ordo in Ecclesia constitutus.

VICTVS sum, idque agnosco, ingenuèque fateor: subdidi me domino, & orauì eum. Libet enim à beatissimo Dauide initium dicendi facere, vel ab eo potius, qui in Dauide locutus est, ac per eum etiamnum loquitur: quisquis enim vel orationem aliquam vel negocium auspiciatur, non alium meliorem commodiorèmq; ordinem tenere potest, quàm vt à Deo incipiat, & in Deo conquiescat. Causam porrò vel pristinae meae quietis ac pusillanimitatis, ob quam elongauì fugiens, peregrinèque à vobis haud exiguo fortasse tempore, iis vtiq; qui mei desiderio tenebatur, abfui, vel praesentis lenitatis ac mutationis, ob quam me totum rursus vobis tradidi, alij quidem aliam quampiam suspicentur atque exponant, prout nimirum vel odio mei, vel amore inflammantur, illi nequaquam culpa liberantes, hi contra factum meum mirificè comprobantes. Neque enim quicquam mortalibus tam suaue & iucundum est, quàm de rebus alienis garrere, idque praesertim, si vel benevolentia quadam vel odio trahantur: quibus affectibus veritas vt plurimum labefactari ac surripi solet. Ego verò rem, vt se habet, in medium proferre non verebor, atque vtriq; parti aequum me arbitrum praebere, nempe & iis qui me accusandum censent, & iis qui prompto & alacri animo causae meae patrocinium suscipiunt, eam videlicet rationem tenens, vt partim meipsum accusem, partim etiam purgem atque defendam. Atque vt recto itinere nostra progrediatur oratio, de timiditate, quia prior extitit, priore quoque loco differemus. Neque enim ferre possum nonnullos ex iis, qui res nostras siue rectè siue aliter se habentes summo studio & cura explorant, in me offendi ac vulnerari (quandoquidem nobis benigna dei voluntate Christianis esse cõtigat) & iis qui iam vulnus acceperunt, si qui tales sunt, facti mei defensione medebor. Praclare enim cum eo agitur, qui nec peccando, nec suspicione laborando, quandiu fieri potest, ac ratio finit, offensionis scandalique materiem multitudinì praebet: quippe cum iis etiam, qui vnum ex paruis offenderint, quàm certa quàmque atrox & acerba ab eo, qui mentiri nescit, poena constituta sit, non ignoremus. Mihi enim, o viri, non inficitia & stoliditate, imò (vt de meipso aliquid gloriosè praedicem) nec legum constitutionumq; diuinarum contemptione hoc accidit. Nam quemadmodum in corpore aliud membrum principatum tenet, ac velut praesidet, aliud subest & sequitur: ad eundem quoque modum Deus vel aequabilitatis lege, quae meritum cuiusque perpendit, vel etiam prouidentiae, qua vniuersam rerum molem velut quibusdam vinculis adstrinxit, hoc in Ecclesiis constituit, vt alij pascantur, imperiumque accipiant (quibus id vtilius est) ac tum sermone tum opere ad officium dirigantur: alij contra ad cõcinnitatem perfectionemque Ecclesiae, pastorum magistrorumque munere fungantur, nimirum qui virtute necessitudinèq; ad Deum & familiaritate vulgus antecellunt, rationem animae ad corpus, aut mentis ad animam sustinentes: vt haec duo inter se composita atque compacta (hoc est tam id quod minus plenum est, quàm quod exuberat

50

exuberat, vt in membris intueri licet) ac spiritus compage & commissura inter se connexa & conglutinata vnum corpus omni ex parte perfectum, atque ipso Christo, qui caput nostrum est, omnino dignum efficiant. Proinde vt nec aliis animantibus solutam atque effrenem licentiam perturbationemque ordine ac principatu conducibiliorem esse censeo: ita nec hominibus, iisque etiam eò minus, quò de grauioribus rebus periclitantur, qui quidem abunde magnum atque amplum existimare debent, si minus id quod primariae curae est, tueantur atq; conseruent, vt nulla peccati laebe animum inficiant, at certè id quod proximum est, cum in peccatum inciderint, emendari atque in viam reduci. Quod quoniam praclarum iustumque esse constat, æquè perniciosè absurdèque, meo quidem iudicio, res se habet, cum vel omnes praesse atq; imperare cupiunt, vel nemo. Illud quippe certum est fore, vt si omnes hanc, siue provinciam dicere oportet, siue imperium praefecturamque, defugiant, maxima ex parte claudicat, nec iam pulchritudini suae constet pulchrum illud & eximium Ecclesiae complementum. Vbi nam porrò, & à quibusnam Deus mysticis illis ac fursus ferètib; sacris coleretur (quibus nec maius quicquam nec excellentius habemus) si nec rex vllus nec praefectus esset, nec sacrorum administratio nec sacrificium, nihil denique eorū, quibus olim contumaces & proterui homines ob ingentia peccata multati sunt? Nec verò plerisque diuinarum literarum studiosis alienum atque absurdum est, è subditorum classe atque ordine ad imperium euehi, nec ab vtitatis philosophiae legibus abhorrens, & cum probro coniunctum: quemadmodum nec clarò & illustri nauis praeroram agere, nec praeroram qui ventos rectè & cū laude obseruarit, clauum moderari, aut, si ita lubet, generoso ac praestanti militi ordinem ducere, & ei qui praclare ordines duxerit, exercitui praesse, totiusque belli administrationem curamque subire. Sed neque (id quod flagitiosissimi quidam perditissimi que homines, quique aliorum animos affectibus suis metiuntur, existimare fortasse queant) inferioris huiusce dignitatis gradus ob altioris cupiditatem me puduit. Non enim ita vel diuinæ sublimitatis vel humanae abiectionis expers sum & ignarus, vt parum amplum atque honorificum esse existimè omni procreatae naturae, vel tantillum ad Deum, qui solus clarissimus & splendidissimus est, naturamque omnem materia constantem atque carentem, puritate superat, accedere. Quid igitur illud est, quod mihi accidit, quaeque causa, quam ob rem ita contumax & obstinatus fui? Per multis enim tum à me, quoque ipso desciuisse visus sum, nec id quod existimabar, esse: sed ex alio in alium quempiam migrasse, ac plus aequo repugnare, praefractèque aduersari. Huius itaque rei causas iam pridem auidè expetitas accipite. Maximè quidem inopinato rei euentu percussus, quemadmodum qui repentinis strepitibus exterritur, rationem mentemque tenere nequiuì: ex eoque factum est, vt pudorem, cui per omne vitae tempus assueueram, discusserim ac profligarem. Subibat deinde animum meum amor quidam, tranquilla vitae, atq; ab hominum frequentia semotae, quam cum iam inde à primis annis adamassem, sic vt vix quispiam alius eorum, qui literis operam dederunt, eamque in maximis grauissimisque periculis Deo vouissem, imò iam etiam haecenus contigissem, quod velut in litmine ac vestibulo essem, factoque periculo vehementius eius amore atque desiderio flagrarem, non tuli, me imperiosè cogi, atq; in medios tumultus contrudi, ab hacque vita perinde atque ab asylo quodam per vim auelli. Nihil enim mihi fortunarius eo homine esse videbatur, qui clausis compressisq; corporis sensibus, atque extra carnem mundumque positus in seque collectus, nec nisi summa necessitate impellente, quicquam humanarum rerum attingens, atque & secum ipse & cum Deo colloquens, superiorem rebus in aspectum cadentibus vitam agit, diuināsque species & imagines puras semper, nec vllis terrenis & errabundis formis permixtas in seipso circumfert, ac Dei

Ephes. 4. 5. Alia similit.

Poenitentia.

Osee. 3.

similit.

1. Tim. 6.

Curepiscopatu repudiavit Gregor.

vitam monasticam vult Greg.

Felicitas vitae monast.

rerumque diuinarum purum omnino speculum est, in diésque efficitur, luciq; lucem, obscuriori videlicet clariorem adiungit, ac iam futuri æui bono fruitur, & cum Angelis versatur, & licet adhuc in terris agens, terram deserit, atque à spiritu in cælo collocatur. Si quis vestrum hoc amore correptus teneatur, quid dicam, intelligit, atque affectui ei, in quem tum incidi, facile ignoscet. Nam apud plerosque mortalium ne fidem quidem fortasse oratio hæc nostra inuenerit, qui risui etiam ac ludibrio rem eam habere videntur, malè utique perniciosèque affecti, siue hoc propriæ eorum singularique stultitiæ tribuendum sit, siue illis adscribendum, qui minimè parem consentaneamque muneri, quod profitentur, vitam afferunt, quorum improbitate tandem effectum est, vt egregiæ rei nomen turpe imponatur, hoc est ¹⁰ vt philosophia vanitatis inanisque gloriæ nomine appelletur, accedente videlicet inuidia, vulgique malitia semper in peius procliuiore. Quò fit, vt è duobus peccatis in alterutrum omnino incidant, vel quia malum perpetretur, vel quia fides virtuti abrogetur. Ad hæc (totum enim animi arcanum apud vos efferam) mihi res accidit, rustica an libera haud scio, sed accidit tamen. Aliorum me puduit, qui cum plebeis hominibus nihilo meliores sint, atque vtinam nõ etiam multo peiores, illotis, vt dici solet, manibus, profanisque animis in sanctissima mysteria sese inferunt, ac priusquam digni sint, qui ad sacra propius accedant, sacrarium ipsum affectant, & circum sacrosanctam mensam premuntur ac protruduntur, tanquam non virtutis exemplum, sed vitæ adiumentum atque subsidium hunc ordinem esse iudicantes, ac non munus reddendæ rationi obnoxium, sed imperium liberum ac referendarum rationum metu solutum. Qui etiam eos, quibus præsumunt, numero iam propemodum superant, pietate miseri, dignitatis splendore infelices. Ac proinde peste hac progressu temporis inualescente, iam ne habituri quidem mihi videntur, quibus præsumunt, omnibus videlicet, pro eo atque ipsis expetendum erat, vt, quod scriptura pollicebatur, à Deo edocerentur, munus doctorum arripientibus, omnibusque vaticinantibus, adeò ¹¹ vt Saul quoque inter Prophetas existat, vt veteris historiæ prouerbio vtar. Neque enim cuiusquam rei tanta vbertas aut nunc est, aut fuit vnquam, cum alia aliàs viguerint, ac tandem finem acceperint, quàm nunc apud Christianos frequentia sunt huiusmodi probra atq; peccata. Quorum & si impetum comprimere maius est quàm pro virium nostrarum facultate, at execrari tamen pudorèque suffundi, pietatis pars est non minima. Postrema causa, & quidem omnibus, quas supra commemorauimus, maior hæc fuit: ad ipsum enim orationis colophonem iam me confero, nec quicquam vero affingam: non enim fas est eum, qui de tantis mysteriis verba faciat, mentiri. Haudquaquam idem esse existimabam, ac ne nunc quidem existimo, gregi aut armento præesse, & hominum animas moderari. Illic enim quàm crassissimas & obesissimas oues ac boues reddere sufficit: idque sibi & pastor & bubulcus ob oculos ponens, irrigua & compascua loca explorabit, gregemque & ad pascua ducet, & à pascuis educet, fessumq; recreabit, & aliò mouebit, ac reuocabit, aliquoties quidem pedo, vt plurimum verò fistula. Nihil porrò aliud negocij opilionum aut armentario incumbit, quàm vt cum lupis nonnunquam pugnet, atq; interdum etiam ægrotantem ouem aut bouem inuisat. Magna autem temporis parte quercus ipsi, & umbra, & fistulæ curæ erunt, & in cõmodo herbæ loco corpus sternere, atque ad gelidam aquam & sub lenissima aura lectulum ex tempore ac rudi opera compingere, amatorium etiam quiddam cum ¹² cisybio cõtillare, ac oues vel boues affari, eorumque etiam pinguisimum quodque comedere, aut precio addicere. Virtutis porrò ne leuissima quidem cura gregem vllum aut armentum vnquam tetigit. Quæ enim virtus eorum esse queat? aut quis eorum commodis potius, quàm suæ voluptati consuluit? At verò homini, cum difficile sit scire parère, tum multo difficilius

Vita monasticæ nonnullis ludibrio: sed iniuria.

In indignos præsumunt.

Saul inter prophetas.

Aliud gregi, aliud hominibus præesse.

facilius esse videtur scire hominibus imperare, ac præsertim in hoc nostro imperio, quod in lege diuina versatur, hominesque ad Deum subuehit: cuius quò sublimius est fastigium, maiorque dignitas & amplitudo, eò grauioris quoque periculi metus impendet, prudenti utique homini & cordato: quippe cui primum illud curandum erit, ne argenti atque auri instar omni ex parte versatus, variisque temporibus & rebus exploratus, adulterinum vel subæratum aliquid tinniat, aut deterioris materiæ flammæque acriori dignæ aliquid circumferat: alioqui tantò perniciosius malum fuerit, quantò pluribus imperarit. Si quidem maior est ea improbitas, quæ ad multos porrigitur, quàm quæ in vno de-
¹³fixa hæret. Neq; enim vel pannus tincturam ita facile contrahit, vel is qui fecido aut suauis odori propius sese adiunxit, eius particeps fit, vel vapor quidam morbidus & noxius pari facilitate in aërem diffunditur, ac per aërem animantibus impertitur (quam nos vero nomine pestem dicimus) vt subditi præsectorum vitio celerrimè imbui atq; impleri solent, & quidem multò facilius quàm virtute. Hoc enim est, quo vitium probitatem maximè superat, quòdque ipse animaduertens indignissimè acerbissimèq; fero, quod cum res quædam facile imitabilis & expropta sit improbitas, nihilq; minoris negocij difficultatisq; sit, quàm malum fieri, etiam si nemo ducem se nobis ad vitium præbeat, rara tamen atque ardua est virtutis adeptio, quamlibet etiam multis modis ad eam
¹⁴inuitemur ac retrahamur. Quod etiam ipsum à beatissimo Aggæo animaduersum mihi fuisse videtur, cum admiranda illa verissimæque imagine vteretur: Percontamini ex lege sacerdotes, Num si caro sancta in veste cibum aliquem aut potionem aut vas denique aliquod tetigerit, rei admotæ sanctitatem protinus adlatura est? Quod cum pernegassent, Percontamini rursus, inquit, Si qua res impuritati eorum propius admota fuerit, nõne impuritatem statim contrahet? tanquam videlicet eam piaculi participem fore, puritatemque suam contagione amissuram esse haud dubiè affirmaturi sint. Quibus verbis, mea quidem sententia, hoc significat, virtutem huiusmodi esse, vt eam homines non nisi summo labore adipisci queant: quemadmodum nec humida materia ignem facile excipere solet: contra ad vitij perceptionem omnes fere mortales promptos idoneosque esse, non secus, vt opinor, ac stipula quædam ad scintillam & ventum ob naturæ siccitatem facile accenditur atque consumitur. Citius enim exiguum vitium vberimè largissimèque cuiquam impertiri queat, quàm vel copiosissima virtus parcè communicari. Nam & exiguum absinthium amarorem suum melli celerrimè impertierit: mel contra ne duplo quidem maius dulcedinem suam absinthio infuderit: ac paruo quidem lapide submoto flumen totum in pronum trahitur: eiusdem autem impetus firmissimo etiam aggere cohiberi reprimique vix potest. Hoc igitur primum ex his quæ diximus, prouidendum est, ¹⁵ ne eximie admirandæque virtutis mali pictores appareamus, aut, vt rectius loquar, non mali fortasse pictores, sed malum plebis exemplar, atque in illud prouerbiale incurramus, ¹⁶ aliis mederi tentantes, cum ipsi vlceribus scateamus. Deinde vt etiam sese aliquis ab omni peccati labe purum tueatur, aut ad id certè quàmproximè accedat, haud tamen scio, idne ei sufficiat, qui alios ad virtutem erudire parat. Neq; enim ab eo, cui hæc cura commissa sit, hoc solum requiritur, vt à vitiis alienus sit, (quod subditorum quoque plerisque turpissimum esse censetur) verum etiam vt virtute præcellat, iuxta illud scripturæ præceptum, quo declinare à malo & bonum facere iubemur: nec satis habere debet vitiosas animæ formas obliterare, nisi meliores quoque notas ipsis substituatur, vitæque integritate magis, quàm dignitate atque auctoritate præstet: nec modum sibi vllum honestè viuendi, atque in virtute progrediendi constituat, nec lucro potius id quod complexu tenet, quàm detrimèto id quod effugit, deputet: verum quod præ pedibus est, ascensum ad id quod deinceps sequitur, esse arbitretur: nec magnopere amplum at-

Difficile scire hominibus imperare.

Similit.

Sent.

Simil.

Pestis quid. Præsectorum vitio facile imbuntur subditi.

Rara & ardua virt. adeptio. Aggæ. 2.

Virtus.

Simil. Vitium in procliui.

Simil. Absinthium & mel.

Quid primum præsulib. videntum.

Prou. Non satis præsulibus vacare peccato.

Psal. 36.

que illustre iudicet, si promiscuam plebem virtute antecedit, sed damno & calamitati ducat, si minus plenè cumulatèque officio suo fungatur, præclarèque facta ad legis diuinæ normam non ad hominum mores exigat, siue illi flagitiosi & scelerati sint, siue mediocri virtute præditi: nec virtutem, quæ Deo optimo maximo, à quo omnia, & in quem omnia, debetur, exigua lance perpendat, nec eadem omnibus conuenire putet: quemadmodum nec omnibus eadem ætates, nec oris lineamenta, nec animantium naturæ, nec terræ qualitates, nec eadem siderum pulchritudo & magnitudo: verùm priuati quidem hominis vitium existimet, turpia supplicioque digna perpetrare, ¹⁵ quorùmque lex dura & grauis domina est: principis autem vel antistitis non quàm optimum esse, nouasque subinde virtutum accessiones facere: si quidem futurum est vt ¹⁶ virtutis suæ præstantia multitudinem ad mediocritatem trahat, ac non per vim ¹⁷ coërceat, sed persuasione alliciat. Nam quod necessitate extorquetur, præterquam quod tyrannicum est & improbandum, ne firmum quidem ac stabile est. Quicquid enim violenter cogitur, non secus ac planta per vim manibus inflexa atque distracta, simul vt missum factum est, rursus ad sese redire consuevit. Quod autem à libera voluntate proficiscitur, æquissimum simul ac certissimum esse solet, vt pote benevolentia vinculis adstrictum atque conseruatum. Ac proinde vel maximè lex nostra & legislator sanxit, vt grex ¹⁸ non coactè sed sponte ac libenti animo pascendus suscipiatur. Sed sit sanè aliquis non modò à vitiorum contagione purus, verùm ad summum etiam virtutis fastigium euectus. Haud equidem video quanam scientia instructus, aut quibus viribus fretus huiusmodi præfecturam intrepidè suscipere queat. Nam profectò ars quædam artium & scientia scientiarum mihi esse videtur hominem regere, animal omnium maximè varium & multiplex. Id porro hac demum ratione quispiam perspexerit, si animarum curandarum rationem cum corporum medicina contulerit, quantòque hæc nostra laboriosior quàm illa sit, expendat, ac tum materia natura, tum artis facultate, tum actus sine præstantior. Illius enim labor circa corpora versatur, fragilèque hanc & humi fluentem materiam, omnino tandem interituram, eaque quæ fert ipsius conditio, peressuram, etiam si artis ope & auxilio intestinum dissidium in præsens compresserit. Eam enim aut morbi vis aut vetustas extinguet, naturæ legi cedentem, nec fines suos excedentem. At huius studium circa animam impenditur, quæ ex Deo est, atque diuina, supernæque nobilitatis particeps, ad eamque properans, tametsi viliori interim ac deteriori adstricta sit. Cuius rei multæ quoque aliæ fortasse causæ sunt, soli Deo adstrictionis huius auctori cognitæ atque perspectæ, aut si cui huiusmodi mysteria diuinitus patefacta sunt: quantum autem ego meique similes cognitione assequimur, duplici causa id factum est. Altera, vt per certamen colluctationemque cum rebus inferioribus initam ad supernæ gloriæ hæreditatè perueniat, rebus scilicet fluxis & fragilibus, non secus atque aurum igne, probata & explorata, bonisque in spe positis non solùm vt Dei beneficio, sed etiam vt virtutis præmio fruatur. Quod etiam ipsum singularis & eximie dei bonitatis argumentum est, nimirum ¹⁹ facere, vt nostra quoque aliquà ex parte sit virtus, nec natura tantum nobis inferatur, sed voluntate etiam animique proposito excolatur, arbitriique libertate parem in vtrâque partem motum habente. Altera rursus, vt deteriorem quoque partem crassitie sua paulatim solutam ad se pertrahat, atque in sublimi collocet: vt quod animæ Deus est, hoc corpori sit anima, opera sua ministram materiam instituens, conseruamque corpus suum Deo adiungens. Enimvero medicus regiones, & tempora, & ætates, & anni partes, cæteraque huius generis explorabit, medicamenta etiam ægotanti propinabit, victusque rationem præscribet, noxiæque obseruabit, ne præsidii artis ægroti cupiditates obsistant. Ignem etiam interdum & ferrum asperioraque medicamenta nonnullis adhibebit: quæ

Sent.

Simil.

Grex Christianon coactè pascendus. I. Pet. 5.

Ars artium hominè regere. Comparatio artis medicina cum curandarum animarum ratione.

Duplex causa cur anima corpori adstricta sit.

Arbitrij libertas.

Medici officium.

10

20

30

40

50

quæ tametsi perquam laboriosa & molesta esse videantur, nihil tamen eorum perinde arduum atque difficile est, vt mores, & affectus, & vitam, vitæque instituta, atque alias huiusmodi res intestinas perspicere ac medicari, atque agrestibus omnibus belluinisque vitis à coniunctione nostra expulsis, id omne quod mansuetum est ac Deo gratum, in eorum locum subrogare & confirmare, eaque æquitate corporis & animæ controuersiam disceptare, non vt præstantior pars in deterioris imperio esse permittatur, quæ iniustitia omnium maxima esset: verùm vt ei, quæ principis ac ducis naturam habet, ea quæ naturâ inferior est, pareat: quæ quidem lex diuina est in omnibusque ipsius creaturis, tam quæ aspectu sentiuntur, quàm quæ oculorum sensum superant, præclarissimè constituta. Quin illud etiam mecum confidero, quòd omnia ea, quæ modò enumeravi, velut medico seruata, constanter in natura sua manent, nec versute nihilque contrà quicquam moliuntur, atque aduersus ea remedia quæ ab arte admouentur, subdolè comminiscuntur: quia materiam ipsam potius obsidet ac circumstat medicina, nisi fortè ægotantis culpa aliqua interueniat, quam etiam ipsam cauere ac reprimere haud magni negocij fuerit. At nobis ingenij solertia, & cæcus nostri amor, & quòd facilè cuiquam cedere nec scimus, nec sustinemus, plurimum ad virtutem impedimenti affert, ac velut instructa acie sese iis, qui nobis opem ferunt, opponit: quantumque studium à nobis adhiberi conueniebat, vt morbum medicis detegeremus, tantum ad medicinam fugiendam adhibemus, atque in nostram perniciem fortes sumus, & aduersus sanitatem nostram periti. Vel enim turpiter & abiectè peccatum suppressimus, non secus ac malignum quendam morbum & subputridum in intimis animæ recessibus occultantes, perinde ac magnum quoque Dei visque illius vlticis oculum fugituri, si homines fefellerimus: vel excusationes in peccatis proferimus, verborum patrociniū vitis nostris exquirentes: vel etiam obstructis aspibus surdæ ritu auribus nostris obstinato studio in hoc incumbimus, vt ne incantantium vocem audiamus, ²⁰ sapientiæque fascino, quo animæ morbus curari ac discuti solet, fascinemur: vel postremò (de iis loquor, qui maiore inter nos audaciorèque sunt animo) ad peccatum, huiusque medicos & depulsores frontem apertè perfricamus, nudo capite, vt est in prouerbio, ad flagitium omne prorumpentes (ò insignem stuporem, aut si quo alio nomine aptiori huiusmodi affectus appellari potest!) quosque, vt præclarè de nobis meritos, amore prosequi decebat, eos vt hostes vlciscimur, odio eos, qui nos in portis corripiunt, habentes, ac pium sanctumque sermonem execrantes, eaque demum ratione futurum existimamus, vt homines nobis amicos & beneuolos grauiori bello incessamus, si nosmetipsos plurimis grauissimisque malis affecerimus, iis profectò non dissimiles, qui opinionis errore proprias carnes commordent, cum alienas comedere atque absumere sibi videantur. Atque hæc causæ sunt, quæ me, vt nostratem medicinam corporea medendi ratione longè difficiliorem, eoque excellentiorem esse censerem, impulerunt. Huc accedit, quòd illa corporis abdita intimaque non admodum inspectat, verùm circa externa oculisque subiecta magna ex parte versatur. At nobis circa occultum intestinumque hominem cura omnis studiumque consistit: dimicandumque cum eo hoste habemus, qui nos interno bello & certamine vicissim lacescit, ac nobismetipsis, (quod miserrimum est) armorum vice in perniciem nostram vtens peccati morte nos afficit. Ergo aduersus ista & magna perfectaque fide opus est, & maiori Dei auxilio, nec parua, vt mihi quidem persuadeo, contentione nostra, aduersòque conatu, qui partim in verbis partim in rebus elucet: si quidem id nobis propositum est, vt animæ, quibus nihil præstantius habemus, egregiè curentur atque purgentur, maximèque sint precij. Iam quod ad vtriusque medicine fines attinet (id enim nobis conferendum adhuc superest) illa nihil aliud spectat, quàm vt sanitatem bonamque carnis valetudi-

Lex diu. vt corpus anime pareat.

Medicæ manus auersatur peccator.

Psal. 140.

Psal. 57.

Prou.

Simil.

Christiana medicina corporea vt difficilior sic excellentior.

Vtriusque subiectum.

Vtriusque med. fines.

nem vel præsentem tueatur, vel absentem reuocet: quorum vtrunque incertum est, iisne vtilitati futurum sit, qui ea consecuti fuerint (quippe cum res contrariæ maiorem plerunque dominis suis vtilitatem afferant) quemadmodum opes & paupertas, gloria & ignominia, splendor & abiectio, cæteraque alia, quæ suapte natura in medio posita, nihilôq; magis in hanc quàm in illam partem propendentia, ex dominorum vsu animique sententia vel virtutis vel vitij nomen accipiunt. Huic contra scopus est animo pennas aptare, eumque à mundo abreptum Deo offerre, diuinæque imaginis dignitatem vel integram atque incolumem conseruare, vel periclitantem fulcire, vel dilapsam pristino splendori restituere, Christumque per Sp. sanctum in pectoris domicilium admittere, eique denique, vt in summa dicā, qui superno ordini sese adiunxerit, diuinitatem supernamque beatitudinem afferre. Huc magistra lex tendit: huc inter Christum & legem interiecti Prophetæ: huc spiritualis legis absolutor & finis Christus: huc inanita diuinitas: huc assumpta caro: huc noua illa Dei hominisque commixtio, vnum ex vtroque, & vtrumq; per vnum. Ob hanc causam Deus intermediā animā carni iunctus est, ac res inter se remotæ distractæque per intermediæ rei ad vtrāque earum affinitatem & cognitionem inter se constrictæ sunt, atque omnia salutis omnium causa, & vno illo generis nostri auctore in vnum coierunt, anima nimirum propter eam, quæ præcepto diuino minimè paruit, caro propter eam, quæ animæ cupiditati obsecuta est, simulque condemnata, Christus denique sublimior ac præstantior, quàm vt intra peccandi aleam esset, propter Adamum in peccatum collapsum. Ob hanc etiam causam vetustati nouitas substituta est, passionisque beneficio is, qui calamitate affectus fuerat, erectus in integrumque restitutus, atque vnaquæque rerum nostrarum vnaquaque eius, qui humana conditione sublimior est, compensata, illudque humanitatis ob nostri amorem assumptæ consilium, quo prolapsi ob inobedientiam hominis salus procurata est, noui mysterij rationem habuit. Idcirco natiuitas & virgo, idcirco præsepium & Bethleem: natiuitas propter creationem, virgo propter mulierem, Bethleem propter Edē, præsepium propter paradysum, res parua & aspectabiles propter magnas & ab oculis remotas. Idcirco angeli cælestem primùm ac deinde terrenum laude celebrantes, & pastores ob agni & pastoris ortum gloriam canentes, & stella præiens, & Magi procumbentes & munera offerentes, vt scilicet idolorum cultus hoc facto euerteretur. Idcirco Iesus baptismi aqua tingitur, & superno testimonio coronatur, & ieiunat, & tentatur, tentatoremque superat. Idcirco dæmones profligantur, & morbi depelluntur, & magni illius præconij munus infimis hominibus committitur, recteque administratur. Idcirco gentes frementes, & populi inania meditantés. Idcirco lignum aduersus lignum, & manus aduersus manum, illè inquam fortiter extensè aduersus incontinenter extensam, illæ clavis confixæ atque constrictæ aduersus remissam solutamque, illè orbis fines coniungentes aduersus eam, quæ Adamum paradiso exturbauit. Idcirco sublimitas aduersus lapsum, & fel aduersus gustum, & spinea corona aduersus perniciosum imperium, & mors aduersus mortem, & tenebræ propter lumen fusæ, & sepultura aduersus illum in terram reditum, & resurrectio propter resurrectionem. Hæc omnia diuinæ cuiusdam erga nos disciplinæ loco erant, infirmitatisque nostræ velut medicina quedam, veterem Adamum eò vnde exciderat, reducens, atque ad illud vitæ lignum adducens, à qua nos scientiæ lignum intempestiuè incommodeque perceptum auerterat. Ac nos huius medicinæ ministri operisque participes sumus, quicumq; superiori loco sedemus: quibus tametsi magnæ laudi ducendum est, propria vitia morbósque perspicere, iisque mederi (quanquam nondum id magnum censei debet, verum permultorum huius ordinis hominum improbitas nobis hanc orationem expressit) multò tamen excellentius est aliorum morbos curare posse, scitèq; perpur-

Ephe. 3.

Gal. 3.

Christi exinanitio & mysteria ad quid.

Bethleem. Edem.

Luc. 2.

Magi. Math. 2. Math. 3. Christi baptismus, ieiunium, & tentatio. Matt. 11. Psal. 2. Christi passio.

Ioan. 19.

Episcopi sunt ministri medicinæ per Christum oblate.

perpurgare, atque vt vtrisque conducibilius est, nempe & iis qui curatione indigent, & iis quibus medicandi scientiam profitentur. At enimvero corporum medici labores & vigilias & curas, quas nemo ignorat, subeunt, atque ex alienis calamitatibus, vt vir quidam apud illos sapientiæ laude clarus, pronunciauit, proprios mœrores percipiunt, ipsi summo cum labore indagantes, alia ab aliis mutuo accipientes & conferentes, ægrotantibus porrigunt, nec quicquam aded leuis exiguique ponderis ab iis vel excogitatum est, vel ignoratum & omissum, quod non vel ad salutem vel ad periculum magnum momentum habere existimetur. Idque quam tandem ob causam? vt homo pluribus in terra diebus viuat, atque hic ne probus quidem fortasse, sed flagitiosissimis perditissimisq; moribus, cui, vtpote malo, iam pridem è viuis excessisse præstiterat, vt grauissimo peccati morbo liberaretur: atque vt probum honestumque esse demus, quandiu tandem, semperne victuro? aut quid ex huius vitæ vsura lucri facturo, cuius finem expetere primarium, vt mihi quidem videtur, bonum est & securissimum, viriq; haud dubiè cordati & sana mente præditi. Nobis itaq; quibus periclitatur animæ salus, quæ beata est & immortalis, immortalibusque vel supplicii vel laudibus, prout vel vitium vel virtutem coluerit, afficienda, quantum tandem certaminis propositum esse, quantaq; arte opus esse existimandum est, vt aliis aut nobis rectè medeamur, vitamque in melius immutemus, terramque spiritui addicamus? Non enim eadem rationes nec iidem animorum impetus sunt matris & foemine, senectutis & adolescentiæ, diuitiarum & paupertatis, hilaris exporrectiq; animi & mœrore afflictis, sani & ægrotantis, principum & subditorum, eruditorum & indoctorum, audacium & metuculosorum, mansuetorum & iracundorum, munere suo præclare fungentium & prolabantium. Quod si accuratius adhuc rem expendas, quantum interuallum inter coniugatos & cœlibes interiectum reperies? in iis rursus, qui cœlibatum amplectuntur, quantum inter solitudinis alumnos, & eos qui societate aliorumque consortio gaudent, discriminis erit, quantum inter virtute spectatissimos aliisque contemplatione assurgentes, & eos qui recto duntaxat itinere progrediuntur? quantum rursus inter vrbicos & rusticos, inter simplices apertosq; & versutiores, inter eos qui in rebus gerendis versantur, & quietis amantes, inter eos qui ab aduersa rerum mutatione vulnus acceperunt, & eos qui prospero cursu feruntur, nec duriorè vnquam fortuna conflictati sunt? Horum enim vniquire cupiditatibus nonnunquam animique impetu magis inter se differunt, quàm corporum figuris & lineamētis, aut, si mauis, elementorum, ex quibus constamus, mixturis & temperamentis: ac proinde nec facile regi gubernariq; possunt. Verum quemadmodum non eadem medicamenta nec eadem alimenta corporibus omnibus offeruntur, sed alia aliis, habita videlicet vel sanitatis eorum vel aduersæ valetudinis ratione: eodem quoque modo animæ diuersa ratione disciplinæque curantur. ij porrò curationis testes sunt, qui morbis huiuscemodi vexantur. Alios mouet oratio: alij antistitis exemplo componuntur: alij calcaribus opus habent, alij freno. nam qui lentè & segniter ad virtutem mouentur, hi verborum stimulis excitandi sunt: qui verò spiritu plus quàm par sit, incalescunt, ac præcipiti animorum impetu feruntur, velut equulei generosi procul à meta cursitantes, hos vtique orationis freno coercere ac velut obstricto collo retardare præstiterit. Aliis laus prodest, aliis reprehensio, modò vtraque tempestiuè adhibeatur: nam intempestiuè & stultè adhibita nocumentum attulerit. Alios cohortatio ad officium ducit, alios obiurgatio. Atque hæc rursus alios, si palam arguantur: alios, si remotis arbitris increpentur. Sunt enim, qui nihil curent priuatas castigationes, publica autem reprehensione emendentur: sunt rursus, qui liberius reprehensi pudorem omnem abstergant, contraque priuatis castigationibus meliores fiant, iisque quos vicem suam dolere perspiciunt, hoc muneris vicissim rependant, vt eorum ad-

Medicorum studium & labor.

Quam præsulib. insudandum.

Voto non viuunt vno.

Monachi & cenobitarum cœlibes.

similit.

Diuersa hominum studia.

monitionibus pareant. Quidam ita studiosè accuratèque obseruandi sunt, vt ne minima quidem & leuissima eorum errata dissimulentur, nimirum qui eò quòd peccata sua nemini cognita fore putant. (quandoquidem id moliantur) prudentiæ calliditatisque laudem sibi insolenter arrogant: contra in aliis ad nonnulla conuenerè satius fuerit (ita vt videntes non videamus, & audientes non audiamus, quemadmodum dici solèr) ne alioqui ipsi nimium crebris obiurgationum aculeis confixi & obruti ad desperationem incitentur, tandèmq; proiecto pudore, quod ad inflectendos alliciendosque homines mirè efficacè medicamentum est, ad quoduis nefas perpetrandum audaciores reddantur. Quinetiam cum nonnullis ita agendum est, vt irati hominis & contem- 10
nentis, ac de salute eorum desperantis speciem præ te feras, cum tamen re vera nec ipsis irascaris, nec eos contempnas, aut pro perditis ac deploratis habeas, quorum videlicet natura id requirit: alij rursus lenitate & humilitate curandi, coniunctaque animi alacritate & promptitudine ad meliorem spem reuocandi. Alios vincere, aliis cedere plerunque vtilius fuerit. Aliorum item opes & potentiam, aliorum egestatem, calamitatèmq; vel laudare vel execrari. Neque enim quemadmodum in virtute & vitio ita rem se habere videmus, vt illa præclarissima semper, omnibusque maximè fructuosa, hoc contra turpissimum perniciosissimumque sit, eodem modo medicinæ quoque nostræ ea est ratio, vt vnum idèmq; medicamentum iisdem semper vel saluberrimum sit, 20
vel periculosissimum: verbi causa, acerbitas aut clementia, singulæque ex his, quæ proximè à nobis enumerata sunt. Verùm aliis hoc medicinæ genus bonum atque vtile fuerit: aliis contraria medendi ratio conduxerit, prout, opinor, vel res, vel occasio tulerit, vel ægotantium denique mores admiserint. Quæ quidem omnia ratione distinguere atque ita exactè perspicere, vt tota medendi ratio in summam colligatur, impossibile est, quantacunque cura & diligentia ingeniique sagacitate polleat: in rebus tamen ipsis & experimentis ea curatrici rationi & medico perspicua fiunt. In vniuersum autem illud apud nos liquidò constat, quòd quemadmodum in sublimi & pèdulo fune gradientibus hac uel illac deflectere minimè tutum est, nec quamlibet parua inclinatio 30
paruum periculum affert, verùm eorum salus ac securitas in æquilibrio posita est: ad eundem quoque modum vtramuis in partem quispiam siue ob vitium siue ob imperitiam propendat, haud leue periculum tum ipsi tum subditis imminet, ne in peccatum prolabantur. Quocirca via proculdubio regia ipsis magna cum circumspectione incedendum est, nec vel ad dextram vel ad sinistram, vt est in Prouerbiis, declinandum. Ac talis morborum nostrorum natura est, tantusque bono pastori labor incumbit, qui gregis animas probè cognitas perspectasque habiturus est, eique iuxta pastoralis artis leges præiturus, duntaxat rectæ & iustæ ac vero pastore nostro dignæ. Iam ipsam verbi distributionem (vt quod in nostra religione primum est, postremo loco dicam) 40
verbi inquam diuini excelsique distributionem, quam omnes hac ætate profitentur, si quis est alius, qui audacter suscipiat, aut cuiusuis ingenij esse censeat, huius solertiam animique aciem miror, ne dicam stultitiam. Mihi quidem nequaquam res ea leuis momenti, nec parui spiritus esse videtur, vnicuique verbi perinde ac tritici mensuram tempestiuè dare, ac dogmatum nostrorum veritatem cum iudicio dispensare, hoc est, ea omnia, quæ sacra philosophia 22 de mundis vel de mundo differuit, de materia, de mente, & intelligentibus naturis tam bonis quàm malis, de prouidentia omnia constringente atque gubernante, itèmq; de iis, quæ vel iusta & probabili causa euenire, 23 vel terrenæ humanæq; rationi temere accidere videntur, tum etiam de prima nostri crea- 50
tione & postrema instauratione, de figuris & veritate ac testamentis, de prima & secunda Christi præsentia, de incarnatione & tormentis ac morte, de resurrectione, de fine, de iudicio, ac mercede tam tristi quàm læta atque illustri, quòdque

Dis-
simili-
tudo.

simil. à fu-
nambulis.

Via regia
incedendū
est episco-
po.
Prou. 4.

Verbi præ-
dicatio
quàm ar-
dua & pe-
riculosa.

De quibus
est Christia-
na philoso-
phia.

quòdque doctrinæ nostræ fideique caput est, quid de principe & regia ac beata Trinitate credendum sit, explicare. Qua quidem in re iis, quibus erudiendi fideique luce collustrandi gregis cura credita est, summopere verendum est, ne vel in vnam personam, ne plures dii induci videantur, contracta fidei doctrina nuda atque inania nobis nomina relinquat, eundem videlicet esse Patrem & Filium & Sp. sanctum existimantibus: vel in tres alienas & exterarum aut perturbatas atque confusas, diuinitatisque, vt sic loquar, contrarias, diuisa, in idem malum contrario errore prolatur: haud aliter 24 ac peruersa aliqua planta, cum in alteram partem vehementius detorquetur. Nam cum tres morbi circa diuinitatis doctrinam hac tempestate grassentur, Atheismus, Iudaismus, & plurium deorum assertio, quorum alius Libycum Sabellium antesignanum habuit, alius Alexandrinum Arium, alius quosdam è nostris nimium orthodoxos: ita faciendum esse censeo, vt quicquid perniciosi triplex hic error habet, fugientes, intra pietatis septa consistamus, eamque rationem teneamus, vt nec ad Sabellij impietatem & diuinitatis euersionem ex hac inani resolutione vel compositione deuoluamur, non magis omnia hæc vnum quàm vnumquodque horum nihil esse constituentes (id enim quod sunt, esse desierint, mutuo circuitu inter se commeantia atq; confluentia) aut mixtum quendam & prodigiosum nobis Deum, quemadmodum fabulosa quædam animalia, confingentes & adumbrantes: nec rursus, iuxta Arij rectè meritoque nominatum furorè, naturas secantes in Iudaicæ paupertatis angustias redigamur, inuidiamque naturæ diuinæ inducamus, solo ingenito diuinitatem circumscribentes (perinde ac metuamus, ne Deus nobis pereat, si Dei veri naturæque æqualis Pater esse credatur) nec denique tria principia inter se opposita, vel confluente, Gentilem deorum multitudinem, quam fugimus, inuehamus. Neque enim quosdam ita Patris amore prouehi decet, vt illi patris nomen eripiant. cuius enim pater fuerit, si filius natura disiungatur, atque vnà cum rebus creatis submoueatur (non enim rationem filij habere potest, quod externum atque alienum est) aut cum pater permisceatur atq; confundatur, eumq; pariter confundat. Nec rursus eisdem ita Christi amore affici conuenit, vt nec ei filij nomen seruent (cuius enim filius fuerit, si ad patrem tanquam ad causam non referatur?) nec patri causæ prærogatiuam, quam vt pater & genitor habet. Paruorum enim vtique & abiectorum, imò abiectè indignèque causa fuerit, nisi diuinitatis & bonitatis illius causa sit, quæ in filio & Sp. sancto consideratur, in illo inquam vt filio & verbo, in hoc vt procedenti, non autem vt folitili quodam flatu. Quandoquidem & Deus vnus necessariò retinendus est, & tres personæ confitendæ, atque vnaquæque cum sua proprietate. Sed ad hæc intelligenda & pro rei dignitate declaranda atque exprimenda longiori oratione opus fuerit, quàm præsens institutum atque adedò vita hæc ferat. 40
Quin ad id potius & nunc & semper adhibendus sit Spiritus, per quem solum Deus & intelligitur, & exponitur, & auditur. Puro enim tantummodo attingendus ille est, qui purus est, vniùsque atque eiusdem modi. Hæc autem idcirco in præsentia paucis commemorauimus, vt illud ostendamus, ei, qui de tantis rebus disputationem habeat, præsertim apud multitudinem, quæ ex variis ætatibus habitudinibusque conflata est, multifidique instrumenti cuiusdam musici in modum variis pulsibus opus habet, difficile esse eiusmodi orationem inuenire, quæ omnes concinnare atque conciliare, 25 scientiæque lumine collustrare possit. Cuius rei ea causa est, quòd cum in tribus his rebus periculum versetur, mente, sermone, atque auditu, vix aliter fieri potest, quin si minus ad 50
omnia, ad vnum certè horum impingamus. Aut enim mens superno splendore minimè perfusa est, aut sermo languet, aut denique auris, quia nequaquam purgata est, doctrinam excipere nequit: quorum si vnum acciderit, non minus quàm si omnia concurrant, veritas claudicet necesse est. Accedit etiam illa

Trinitatis
doctrina.
Simil.

Similit.

Tres morbi
circa diuini-
tatis do-
ctrinam.
Sabellius
Libycus,
Arius Ale-
xand.

Trinitatis
vera con-
fessio.

A Spiritu
solo Deus
intelligi-
tur.

Cur diffi-
cile concio-
nandi mu-
sus.

*Auditorii
varietas.*

causa, quod auditorum pietas & religio, quæ perfacilem iis, qui aliud quoduis doctrinæ genus profitentur, gratiamque & acceptam orationem reddit, in detrimentum hinc periculumque cedit. Etenim, velut de Deo ac re omnium maxima, salutemque adeo ipsa, primariaque omnium spe, certamen habentes, quod ardentiori fide præditi sunt, eò acrius orationi aduersantur, atque obsequium & credulitatem non pietatem sed veritatis prodicionem esse interpretantes, omnia antè proiecerint, quàm opiniones eas, quas domo secum afferunt, ²⁶ &

*A fide aber-
rantes veri-
tatis stu-
dio.*
Rom. 10.
Luc. 12.

dogmatum, quibus innutriti sunt, consuetudinem. Ac de moderatioribus nec omnino perditè affectis hominibus adhuc loquor, qui etiam si à veritate aberrerent, tamen quia veritatis studio pietatisque zelo, tametsi non secundum scientiam, id ipsis accidit, ex eorum fortasse numero futuri sunt, qui non gra-
uissimis pœnis damnabuntur, nec verberibus multis afficientur, quemadmo-
dum ij qui animi malitia & peruerfitate voluntatem domini explere neglexerint. Atque hi quoque fortasse à sententia aliquando dimoueri, atque ab eadem illa pietate, ob quam prius repugnabant, ad meliorem mentem reuocari queant, si quis eos sermo attigerit, atque aut internè aut externè, vt ferrum si-
licem, sic pregnantem lucèque dignam mentem atque ita affectam, vt ex par-
ua scintilla luculenta statim in ea veritatis flamma effulgeat, commodè tem-
pestiuèque pulsauerit. Quid porro de illis dixeris, qui inanis gloriæ studio do-
minandique libidine iniquitatem in excelsum loquuntur, de Ianne inquam &
Iambre, non illis quidem aduersus Mosen, sed aduersus veritatem arma in-
duentibus, atque aduersus sanam doctrinam insurgentibus? Quid etiam de
tertia classe, nimirum de iis, ²⁷ qui per imperitiam eiusque comitem temerita-
tem aduersus omnem doctrinam suillo quodam affectu gradiuntur, pulchrâ-
que veritatis margaritas conculcant? Quid postremò de iis, qui nec certam vl-
lam opinionem nec diuinæ doctrinæ vel probâ vllam vel vitiosam formam im-
pressionemque secum ferentes, verum sermonibus omnibus magistrisque se-
se subiicientes, tanquam ex omnibus id quod melius certiusque est, electuri,
ac sibi ipsis, hoc est malis veritatis iudicibus confidentes, à disertis postea ver-
bis & ad persuadendum comparatis subinde circumferuntur atque versantur,
omnibusque sermonibus obruti protritique, multisque doctoribus permuta-
tis, ac multis literis, velut puluere, in ventos facile abiectis, auribus tandem &
animo fathiscentes (ô insignem vecordiam!) omnes peræquè fidei doctrinas
fastidiunt, perniciosamque formam sibi ipsis insculpunt, ipsam videlicet fidem
nostram vt incertam nihilque sani habentem irridentes & aspernantes, stul-
tèque à doctrinæ professoribus ad doctrinæ condemnationem transcentes.
Quod perinde est, ac si quis vel oculorum morbo, vel aurium vitio laborans,
solem aut voces accusare instituat, illum vt obscurum minimèque fulgentem,
has vt absonas & imbecilles. ²⁸ Ac proinde minoris est negocij rudi adhuc ani-
mæ veritatè primùm, instar ceræ nondū signatæ, imprimere, quàm conscriptis
iam literis, hoc est pestiferis opinionibus placitisque doctrinam piam induce-
re, nihilque aliud assequi, quàm vt posteriora cum prioribus confundantur &
perturbentur. Neque enim vt planam & tritam viam calcare præstat, quàm as-
peram nullisque pedum vestigiis impressam, aruùmque colere aratro iam sæ-
pe profcissum & emollitum: ita commodius quoque fuerit animum pingere,
cui vitiosa iam aliqua doctrina impressa sit, improbæque literæ altissimè con-
signatæ. Alioqui pio scriptori duplex hic labor suscipiendus erit, vt & priores
formas deleat, & probatiores dignioresque, quæ maneant, ipsis subroget, ac
substituatur. Ac tot tamque graues sunt cum in reliquis animorum morbis, tum
in doctrina etiam ipsa peruersæ peruersique spiritus notæ & impressiones, tan-
tùmque ei negocium incumbit, cui hæc moderandarum regendarumque ani-
marum cura commissâ est: pluraque etiam, ne modum oratio excedat, præter-
missimus. Quemadmodum igitur si quis belluam variam & multiplicem ex
multis

*Fidem op-
pugnantes
gloriæ stu-
dio.*
Psalm. 72.
2. Tim. 3.

Matth. 7.

*Aud. leues
& incon-
stantes.*

simil.

Disimil.

*Elegas
apra simil.*

10
20
30
40
50

multis belluis magnis iuxta paruisque, feris mitibusque conflatam cicurare ac ducere aggrediatur, huic in natura adeo varia & prodigiosa gubernanda, maximus proculdubio labor subeundus sit, maximumque certamen, quippe cum nec vocibus iisdem, nec alimentis, nec manus atrectationibus ac sibilis, nec reliquis denique institutionis modis belluæ omnes delectentur, sed aliæ aliis, pro sua quæque natura & consuetudine, vel gaudeant, vel offendantur: vt qui eiusmodi belluæ curam susceperit, eum varia omnino & multiplicitate scientia ornatum instructumque esse oporteat, & congruentem cuique rationem adhibere, siquidem belluam cum laude ducere atque incolumem tueri cupit. Haud diffi-

10
20
30
40
50

mili modo communi hoc Ecclesiæ corpore, instar compositæ cuiusdam & inæqualis belluæ, ex pluribus variisque moribus & sermonibus coagmentato, summo opere quoque necesse est, antistitem simul & simplicem esse, quatum ad eam, quam ad res omnes adhibere debet, animi integritatem, & quam maximè varium ac multiplicem, quantum ad id attinet, vt vniscuiusque benevolentiam sibi conciliet, omnesque apta & apposita oratione alloquatur. Quidam enim lactis alimonia opus habent, hoc est simplici & rudimentaria doctrina, nimirum qui animi habitudine teneri sunt, recensque, vt sic dicam, compacti, nec virilem sermonis cibum ferunt, quem si quis ipsis præter vires admouerit, eius pondere oppressi fortasse atque obruti (animo ad id, quod transmissum est, attrahendum sibi que accommodandum nequaquam satis virium habente, quemadmodum nec corpus in cibis materia constantibus) pristinas etiam eorum vires labefactabit. Alij sensuum organa ad veri falsique delectum atque discrimen exercitata habentes, ac proinde sapientia ea, quæ inter perfectos exponitur, sublimiorique & firmiori cibo indigentes, si quis lac illis propinet, ²⁹ oleribusque hoc est infirmorum cibo eos alat, indignè acerbèque id laturi sint, nec immeritò, vt pote nihil Christiani roboris colligentes, nec laudabili illo incremento auferentes, quod sermo diuinus affert, cum, qui præclare alitur, in virum absoluens, atque ad spiritalis ætatis mensuram ducens. Et ad hæc quis idoneus? Non enim plerisque similes sumus, qui veritatis doctrinam cauponum ritu adulterant, vinumque aquæ admiscunt, hoc est doctrinam cor hominis exhilarantem cum vili & vulgari humique reptante & euanida, frustra que & temere fluente (vt ipsi ex hac cauponatione non nihil emolumenti capiant) aliasque alio modo cum iis, à quibus ad-
euntur, verba faciunt, omnibusque assentantur, ³⁰ ventriloqui sanè homines & vaniloqui, voluptatibus suis obsequentes, easque verbis aucupantes è terra pronunciatis, atque in terram accumbentibus, vt sic maximè populi existimatione floreat, aucupantes, grauissimum sibi ipsis detrimentum, imò exitium afferentes, innoxiumque simpliciorum animarum cruorem effundentes, de manibus nostris aliquando requirendum. Quin potius illud exploratum habentes, melius esse aliis, qui artis peritia præstent, habenas nostri concedere, quàm indoctos & imperitos aliorum aurigas esse, præstarèque candidam aurem submittere, quàm stolidam linguam mouere: hoc inquam nobiscum nec pessimis fortasse consultoribus, beneuolis quidem certè collocuti, laudabilius duximus ea, quæ dicenda & facienda sint, addiscere, quàm quæ nescimus, docere. Præclare enim cum eo agitur, cui vel altissima senectus doctrinam canam attulerit, eamque vim habentem, vt nouæ in pietate animæ vtilitati atque adiumento esse queat. Ac meo quidem iudicio admodum stultè temerèque illi faciunt, qui priusquam ipsi satis doctrina instructi sint, aliorum se magistros profitentur, ³¹ figlinamque, vt vulgo dici solet, in dolio discunt, hoc est alienarum animarum periculo pietatem meditantur. Stultè, si ne ignorantiam quidem suam præsentiant: temere, si cum eam intelligant, hoc tamen negocium suscipere audent. ³² Enimvero Hebræorum sapientes hanc olim Hebræis legem fuisse narrant, in primis egregiam & laude dignam, quæ non cuius ætati quibus scripturæ liber concedebatur (nam ne hoc quidem vtilius esse, quando quidem nec tota statim à quolibet percipi pos-

*Ecclesiæ
corpus
quale.*

*Heb. 5.
Quæ præ-
sulis debet
esse prudē-
tia.*

*1. Cor. 2.
Rom. 14.
Ephes. 4.
2. Co. 2.
2. Cor. 4.
Esa. 1.
Psalm. 103.*

*Veritatis
caupones.
Ventriloqui
homines.
Esa. 29.
Prou. 6.*

*Ezech. 3.
Præstat a-
liis parere
quàm im-
perare.*

*Præsules
prius sint
doctrina
instructi.
Prouerb.*

*Hebræi nō
cuius æta-
ti quosuis li-
bros con-
cedunt.*

fit, ac reconditissimus quisque locus externa sui specie imperitioribus plurimum mali afferre possit) verum alij libri iam inde à prima ætate omnibus permittebantur, communesque erant, nimirum qui ne externo quidem verborum sensu quicquam improbandi absurdique continent, alij autem his duntaxat, qui vicesimum quintum ætatis annum excessissent, velut pro laboris & industriæ honestæque & eximiæ vitæ præmio committebantur, (ij videlicet, qui mysticam pulchritudinem quasi vili quadam veste contegunt, his solis affulgentem spectandamque se præbentem, qui mentis sordes eluerint) quod scilicet hæc sola ætas supra corporeum externumque sensum assurgere, atque à litera ad spiritum præclare conuolare queat. At nobis docendi discendique nullus status est terminus, ³³ quemadmodum olim Israëlitis tribubus eis Iordanem & ultra Iordanem sedes habentibus, nec quibus illud, quibus rursus hoc committendum sit, præscribitur, nec ad vllam normam hominum precia qualitatésque perpenduntur: verum ita proiecta atque contempta & confusa hæc res est, tamque malè affecti sumus, vt maior pars nostrum, ne dicam omnes, prius ferè quàm lanuginem primam abiecerint, puerilique more balbutire desierint, priusquàm diuina atria ingressi sint, priusquàm sacra volumina vel de nomine nouerint, priusquàm noui veterisque Testamenti signa notásque cognouerint: nondum enim dico priusquàm impuræ flagitiosæque vitæ cœnum absterferint, easque animæ foeditates, quas nobis peccatum aspersit, si duas aut tres pias voces edidicerimus, ac ne id quidem ex lectione sed ex auditione, aut Dauidi nonnihil operè dederimus, aut pallium scitè contrahamus, aut zona tenus philosophemur, pietatisque specie quadam & fuce nosmetipsos oblinamus, papæ, quàm egregia præfectura! quàm excelsus animus! ³⁴ Protinus Samuelem ab ipsis incunabulis sacrosanctum in ore habemus: protinus sapientes sumus, & præceptores, & rerum diuinarum cognitione sublimes, & Scribarum & Legislatorum primi, nósque ipsos calculo nostro cælestes designamus, ac vocari ab hominibus Rabbi expetimus: nec vsquam litera, sed omnia spiritali modo intelligenda sunt, ³⁵ meraque deliramenta insomnia nostra indignèque & molestè tulerimus, nisi mirificis laudibus in cælum efferramur. Atque hæc optimi quique nostrum & simplicissimi. Quid porro ij, qui spiritu animoque maiore sunt: Multis verbis nos, si ita visum fuerit, accusant atque condemnant, miserisque modis exagitant, nec loco vllò ac numero habent, tandemque abscedunt, societatemque nostram vt impiorum hominum auerfantur. Quod si cum eorum aliquo leniter ac disputationis modo eum ad meliorem sententiam adducere tentantes ad hunc modum agamus, Dic mihi, vir eximie, vocasne aliquid saltare & tibia canere? Maximè verò, inquiet. Quid sapientiam, & sapientem esse, ³⁶ quam nos diuinarum humanarumque rerum scientiam definimus? Id quoque concedet. Age verò, censésne artes illas sapientia meliores & sublimiores esse, an hanc potius illis multò superiorem? Imò omnibus quoque aliis, haud dubiè dicturus est: atque hæc illis constat animi candor & probitas. An igitur saltationis quidem & tiliarum ludi doctrinam quandam & disciplinam esse dicemus, ad eamque colligendam & diuturno tempore & plurimis laboribus sudoribusque opus esse, mercedemque etiam interdum numerandam, commendatorésque adhibendos, longasque peregrinationes incundas, cæteraque omnia faciendâ & perferenda, quibus artis peritia comparatur: sapientiam autem, que omnia regit, complexuque suo quicquid vsquam laudabile & præclarum est, tenet (adèò vt ipse quoque Deus, quamuis permultis nominibus vocetur, hoc tamen nomine impensius quàm vllis aliis delectetur) rem vsque adèò leuem & protritam existimabimus, vt ad sapientis nomen adipiscendum voluntas sola requiratur? Magnæ hercle stultitiæ hoc fuerit. Si hanc ad eos orationem habeamus, errorémq; paulatim emouere ac repurgare nitamur, aut alius quispiam ingenio maiori & sagacitate præditus, idem egerit, ³⁷ ac si femina in petras fundat, aut ad furdorum aures loquatur. ³⁸ Ita ne hæc quidem

Israëlitariū
termini.
Ios. 4. 13.
Num. 32.

Non potuif
set melius
nostri tēpo-
ris calamita-
tē depin-
gere Greg.

Samuel.
1. Reg. 2.

Matth. 23.

Qui se ma-
iori esse ani-
mo putant,
Catholicos
nullo loco
habent, vt
ignaros &
deliros.
Elegis dia-
logismus.

A minori.

Luc. 8.
Matth. 13.

dem sapientes sunt, vt inscitiam suam agnoscant. Ac mihi pulchrè illud Salomonis quadrare videtur, Est peruersitas, quam vidi sub Sole, hominem opinione sua sapientem, & quod sceleratius est, aliis instituendis præfectum, qui ne suæ quidem ignorantæ sibi sit conscius. Hoc vitium lachrymis quidem & luctibus, si quod aliud, dignum est, idque sæpenumero mecū ipse deploraui, optimè sciens, opinionem rei opinione conceptæ maximam partem auferre, inanisque gloriæ studium ad virtutis adeptionem hominibus plurimum obesse: cæterum hunc morbum sedare ac depellere Petri cuiusdam aut Pauli fuerit, magnorum Christi discipulorum, qui diuino munere hoc consecuti sunt, vt rebus & verbis regem commissum gubernarent, omnibusque omnia fierent, vt omnes elucrarentur. Nobis autem aliis magnum atque amplum fuerit, si ab iis, quibus sanandarum corrigendarumque huiusmodi rerum prouincia mandata est, recte gubernemur atque ducamur. Ac quoniam Pauli eiusque æqualium mentionem fecimus, relictis, si ita videtur, omnibus aliis, qui ob legum institutionem, vel prophetiam, vel exercitus præfecturam, vel aliam quandam huius generis gubernationem populi antistites creati sunt, velut Moses, Aaron, Iosue, Elias, Elisæus, Iudices, Samuel, David, Prophetarum agmen, duodecim apostoli, eorumque posterii, qui non sine multis laboribus & sudoribus præfecturæ munus suis quisque temporibus administrarunt, his inquam omnibus prætermisissis, Paulum vnum professorum, atque in eo quanta quàmque ardua sit animarum cura consideremus. Quod quò facilius intelligi perspicique possit, quid Paulus ipse de Paulo dicat, audiamus. Mitto labores, peruigilia, timores, fame & siti, frigore & nuditate afflictum corpus, externos insidiantes, internos aduersantes, atque in contrarium laborantes. Mitto persecutiones, concilia, ergastula, vincula, accusatores, tribuna- lia, mortes in dies atque horas incurfantes, sportam, lapidationes, virgarum supplicia, circuitus, pericula in terra, pericula in mari, profundum, naufragia, pericula fluminum, pericula latronum, pericula ex genere, pericula in falsis fratribus, vitam manuum labore toleratam, gratuitò promulgatum euangelium, quemadmodum etiam spectaculum erat & angelis & hominibus, medius inter homines Deumque constitutus, pro his videlicet dimicans, illi autem peculiarem eximiumque populum concilians & adiungens: præter hæc, quæ extrinsecus ipsi accidebant. Quis enim satis dignè quotidianam ipsius animaduersionem attentionemque commemoret, quis priuatæ cuiusque salutis curam, quis Ecclesiarum omnium sollicitudinem, condolentiæque & charitatis erga omnes affectum? Offendebat aliquis: & Paulus infirmitate corripiebatur. Alius scandalizabatur: & Paulus vrebatur. Iam quid de dicendi labore ac diligentia dicam? quid de multiplici medendi ratione? quid de humanitate & clementia? quid rursus de asperitate? quid de vtriusque mixtione & temperamento, ne vel benignitate & facilitate ignauos, nec acerbitate feroces atque contumaces homines redderet? Heris ac seruis leges dicit, præfectis & subditis, viris & mulieribus, parentibus & liberis, matrimonio & cœlibatui, deliciis & continentia, sapientiæ & inscitia, circuncisioni & præputio, Christo & mundo, carni & spiritui. Pro aliis gratias agit, alios acrius perstringit. Alios gaudium suum & coronam nominat, aliis amentiam obicit. Aliis rectum iter tenentibus comitem se adiungit, alacritatemque eorum alacritate sua excitat: alios malè incedentes coërcet ac reprimat. Nunc ab Ecclesiæ cœtu proscrit, nunc charitatem firmat: nunc luget, nunc voluptate afficitur: nunc lac propinat, nunc abdita mysteria attingit: nunc ad auditoris captum se demittit, nunc eundem secum subuehit: nunc virgam minatur, nunc clementiæ spiritum protendit: nunc apud sublimes & arrogantes se effert, nunc apud humiles se deiicit: nunc Apostolorum minimus est, nunc documentum se daturum profiteretur Christi in se loquentis. Nunc ex hac vita migrare gestit, ac delibatur, nunc propter suos magis necessarium esse censet in carne manere. Non enim quod suum est, querit, sed quod filiorum, quos per euangelium genuit. Hic enim

Salomonis
nis dictū.
Prou. 3.

Petrus &
Paulus ma-
gni Christi
discipuli.
1. Cor. 9.

Moses, Aa-
ron, & c.

Pauli pro
pascendo
grege labo-
res & æ-
rummæ.
2. Cor. 11.

1. Cor. 9.
1. Cor. 4.

2. Cor. 11.

Leges Pau-
li.

Col. 3.
Ephes. 6.
1. Timor. 6.
Phil. 4.

Gal. 3.
1. Cor. 5.
2. Cor. 2.
1. Cor. 5.

1. Cor. 4.
2. Cor. 15.
2. Cor. 13.
Phil. 1.
2. Tim. 4.
Phil. 4.
1. Cor. 4.

spiritualis omnis præfecturæ finis est, nimirum priuata utilitate neglecta commodis aliorum inferuire. Ad hæc infirmitatibus & afflictionibus suis, velut alio quopiam ornamento gloriatur, in Christi Iesu mortificatione sibi placet.³⁹ Carnis dotibus eminet, spiritualibus tamen exultat. Imperitus non est scientia: & tamen per speculum & in ænigmate videre se ait. Spiritui fidit, & interim tamen corpus subigit, ac velut aduersarium profligat: his verbis scilicet nos docens atque admonens, ne terrenis rebus efferamur, nec eruditionis laude intumescamus, nec carnem aduersus spiritum excitemus. Pro omnibus dimicat, pro omnibus preces fundit, zelotypia erga omnes afficitur, pro omnibus inflammatur tam à lege alienis, quàm legi subiectis, Gentium concionator, Iudæorum antistes & 10 patronus. Quin etiam maius quiddam pro suis secundum carnem fratribus ausus est (vt ipse quoque audacius hæc dicam) eos apud Christum in locum suum subrogari præ charitate optat. O incredibilem animi præstantiam! ô prædicandum spiritus feruorem! Christum, qui nostra causa maledictum factus est, qui infirmitates nostras suscepit, & morbos portauit, imitatur, aut, vt parcius dicam, primus ipse post Christum aliquid eorum causa perpeti, & quasi impius non recusat, modò ipsi salutem consequantur. Quid singula commemorare pergo? Ipse enim non sibi, sed Christo & prædicationi viuens, mundumque sibi ipsi crucifigens, ac vicissim mundo rebusque in aspectum cadentibus crucifixus, parua omnia cupiditatèque sua inferiora existimat: quamuis etiam ab Hierusalem & circuniacentibus regionibus vsque ad Illyricum Euangelium impleuerit, quamuis ad tertium calum raptu peruenerit, quamuis paradisi spectator fuerit, quamuis denique arcanorum nobis verborum auditor. Hæc Paulus,⁴⁰ & si quis eodem spiritu præditus est. Nos autem, quàm uereor, ne si cum illis comparemur,⁴¹ fatui quidam principes Taneos simus,⁴² aut exactores spicas legentes, aut populum falsò beatum prædicantes, imò etiam ipsi falsò beati existimati, & semitam pedum nostrorum perturbantes, aut illusores dominantes, aut adolescentes antistites minimèque adulta prudentia, ne tantulum quidem panis & vestium habentes, vt quibusdam præesse queamus, aut Prophetæ iniqua doctrina populum instruentes, aut principes contumaces, & digni, qui cum patriis legibus institutisque propter famis acerbiter malè audiamus, aut sacerdotes denique longè ab eo remoti, vt ad cor Hierusalem loquamur, quæ omnino Esaias Seraphino illo & ⁴³ carbone purificatus eleganter exprobrat & contestatur. Sed fortassè negocium hoc magnum, magnæque difficultatis & ærumnæ duntaxat cordi sensu prædico, mœstitiæque affecto, ac verè ⁴⁴ tinea ossium viro prudenti: ceterum paruum est periculum, aut casus leuis & contemnendus? At enim uero magnum mihi terrorem intentant hinc beatus Oseas, aduersus nos sacerdotes atque præfectos iudicium esse dicens, quia laqueus speculationi facti sumus, & quasi rete extensum ⁴⁵ super Itabyrium, quod ab iis fixum est, qui humanas animas venantur, minitansque se facturum, vt malos Prophetas succidat, flammisque iudices eorum absumat, seque aliquantisper teneat, ne reges & principes vngat: quoniã sibi ipsis regnum administrarunt, ac non per eum. Hinc rursus diuinus Micheas ferens acerbissimè Sion in sanguinibus ædificari (vtrumlibet sanguinem intellexeris) & Hierusalem in præfectorum suorum iniustitiis addictam precio iudiciorum fidem habentium, & sacerdotum mercede responsa dantium, & Prophetarum, non nisi numerato argento vaticinantium, ob eaque scelera futurum denuncians, vt Sion agri in morem aratro perstringatur, & Hierusalem tugurij instar sit, & murus Domini in nemus siluæ reputetur, simul etiam eorum, qui numeros omnes officij sui expleant, paucitatem deplorans, tantamque eam esse dicens, vt vix ferè stipula superfit, vel racemus: quippe cum princeps quoque ipse 50 petat, & iudex ad gratiam loquatur, iisdemque propemodum verbis cum magno Dauide vtens, Saluum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus: ob eamque causam futurum affirmans, vt à bonis suis, facultatibusque deserantur, nimirum

spiritualis
præfecturæ
finis.
2. Cor. II.
2. Cor. 4.
2. Cor. II.
1. Cor. 13.
1. Cor. 9.

Paulus Gē-
tium cōcio-
nator &
Iudæorum
patronus.
Rom. 9.
Gal. 3.
Esa. 53.
Gal. 2.
Gal. 6.
Phil. 3.
Rom. 15.
2 Cor. 12.

Principes
Taneos.
Esa. 19.
Esa. 3.

Esa. 4.

Esa. 40.
Esa. 6.

Prou. 24.

Osee. 5.
Itabyrium.
Osc. 3.

Micheas.

psal. II.

rum à tinea consumptis. Ioël porro luctum quoque nobis indicit; ministrósque altaris, premente fame in planctu versari iubet, tantum abest, vt in aliorum calamitatibus genio indulgere permittat: ac præter quàm quòd ieiunium solenne indicit & instituit, medicinamque promulgat, presbyteros & infantes, miserandas inquam illas ætates congregat, insuper ipsos quoque sacerdotes hortatur, vt templum ingressi, atque in cinere & fæccis summæque animi deiectione in terra prouoluti, quoniam arua sterilitate afflicta fuerant, sublatumque ex domo Domini libamen & sacrificium humilitate sua Deum ad misericordiam allicerent. Quid Habacub? Hic acriori etiam oratione utitur, atque aduersus Deum ipsum 10 stomachatur, benignumque Dominum propter iudicium iniquitatem velut clamore insectatur: Vsq̄quo Domine vociferabor, & non exaudies? iniuria affectus ad te clamabo, nec mihi salutem afferes? Quare mihi labores & ærumnas ostendisti, fecisti que vt vexationem impietatèque perspicerem? E regione mei factum est iudicium, & iudex donis corrumpitur. Idcirco dissipata lex est, nec iudicium in finem dirigitur. Mox comminatur, & quæ deinceps sequuntur. Videte contemptores, ac respicite, admiramini res admirandas; & funditus deleamini: quoniam opus ego operor. Sed quid totam illam comminationem subnectere necesse est? Verumenimvero aliquantò antè (hoc enim superioribus verbis mihi commodius adiecturus videor) posteaquam multos eorum, qui vitiis 20 quibusdam flagitiisque tenebantur, appellasset ac defleuisset, tandem ipsos quoque sceleris duces & magistros appellat, ⁴⁶ subuersionem turbidam vitium nominans, mentisque ebrietatem & errorem, ab iisque huiusmodi poculum hominibus propinari, vt ad animæ eorum tenebras aspiciant, & ad reptilium bestiarum ferarumque speluncas, hoc est ad sceleratarum cogitationum sedes & domicilia. Atque hi quidem Prophetæ tales, & cum talibus documentis ad nos sermonem habent. Nec verò silentio prætereundus est Malachias, qui nunc grauius acerbèque sacerdotes accusat, probrisque incessit, vt Domini nomen parui pendentes, quibusque in rebus, adiungit, in eo nempe, quòd atros panes ad altare afferant, quòd non primitias sed cibos, & quidem tales, quales nec principi cuiquam obtulerint, aut si offerant, contemptui futuri sint, regi omnium rerum inter precandum offerre non dubitent, claudaque & ægra atque corrupta planèque profana & execranda. Nunc rursus ad Leuitas orationem confert, pacti 30 diuini memoriam eis refricans. Id autem pactum erat vitæ & pacis, atque vt graui Domini metu afficerentur, & à facie nominis ipsius extimescerent. Lex, inquit, veritatis in ore eius, & iniustitia in labiis eius non est inuenta. In pace reditum iter tenens mecum ambulauit, & multos sceleratè viuentes in viam reduxit. quoniam labia sacerdotis scientiam custodient, atque ex ipsius ore lex requiratur. Causa autem quàm præclara simul & formidanda! quia omnipotentis Domini angelus est. Ac diras quidem imprecationes, quas deinceps affert, non commemoro, ne quid mali ominis oratio hæc habeat, earum tamen veritatem 40 pertimesco. Quod verò dictu tolerabilius vtiliusque est, Num, inquit, adhuc æquum est, vt ad sacrificium vestrum respiciam, aut de manibus vestris munus accipiam? tanquam scilicet grauius indignatione permotus, sacrificiumque eorum propter eorum scelus auersans ac repudians. Nam quid de Zacharia dicam, cuius nunquam memini, quin ad falcem illam animo cohorrescam, simul etiam ad ea, quæ aduersus sacerdotes attestatur. Ac quæ de egregio illo Iesu, magno sacerdote obiter ostendit, cui vili sordidæque veste coniecto splendidam atque sacerdotalem imponit, quæ etiam Angelus ipse ad Iesum loquens & mandata dans fecit, ea vt altius fortassè sublimiusque, quàm pro vulgariū sacerdotum conditione, tendentia silentio commendabo. nisi quòd ab huius quoque dextra 50 parte stabat diabolus, vt ei aduersaretur, res, meo quidem iudicio, nequaquam leuis, nec paruo timore & cautione digna. Quibus autem verbis reliquos pastores studiosè accuset, in eosque inuehatur, ecquis est tam audax tamque ada-

Ioel. 2.

Habac. 1.

Ibid. 1.

Habac. 2.

Malach. 1.

Malach. 2.

Sacerdos
angelus
Domini.

Zach. II.
Iesus mag-
nus sacer-
dos.
Zach. 3.

Ibidem.

Zachariae
verba in
malos pa-
stores.
Zach. 11.

mantino pectore, quin ea audiens contremiscat, moderatiórque fiat? Vox, inquit, pastorum lugentium, quia afflicta & labefactata est magnificentia eorum. Vox rugientium leonum, quia his atque illis calamitatibus affecti sunt. Ipsos quoque propemodum fletus quasi iam praesentes audit, & miserorum vicem luget. Paulo etiam antè vehementius adhuc & acerbius. Pascite, inquit, oves occisionis, quas qui possidebant, iugulabant, nec pœnitundine tangebantur, & qui vèdebant eas, dicebant: Benedictus Dominus, quia locupletati sumus: nec pastores earum villo ex earum calamitate dolore commouebantur. Ergo iis, qui terram habitant, non iam vltra parcam, dicit Dominus omnipotens. Ac rursus: Framea suscitare super pastores. Et, Percutite pastores, & oves ipsis extrahite. Et, Inducam manum meam super pastores. Et, Iratus est furor meus super pastores, & in agnos visitabo: iam videlicet ipsos quoque principes iisdem minis complectens. Tanto studio in hac oratione immoratur, nec à comminationibus facile abduci potest. Ac proinde ipse etiam vereor, ne odio & execrationi vobis sim, omnes ordine commemorans. Atque ad hunc modum cum pastoribus agit Zacharias. Ut autem illos apud Daniele senes prætereamus, illudque etiam prætermittamus, quod de iis præclare à Domino dictum atque prædictum est, Egressa est iniquitas ex Babylone à senioribus, qui populum gubernare videbantur, quo tandem modo Ezechielem feremus, illum inquam magnorum mysteriorum spectaculorumque perspectorem & enarratorem? quo modo ea quæ pastoribus iniungit, iubetque ne ad vitium gladiumque ipsi imminentem & impendentem obmutescant, quòd hoc nimirum nec ipsis, nec iis qui peccant, vtile futurum sit: contra periculi prouisio & denunciatio vtrisque, si quidem eorum sermonem populus audiat, profutura sit: sin minus, at iis certè, qui denunciarint? Quo item modo aliam illam excursionem quam aduersus pastores facit, nunc his verbis, Væ super væ erit, & nuncius super nuncium, & visio à Propheta requiretur, & lex à sacerdote peribit, & consilium à senioribus. Nunc his rursus, Fili hominis dic ipsi, Tu terra es pluuiâ nequaquam perfusa, nec pluuiâ venit super te in die iræ: atque in medio tui duces sunt velut leones rugientes, rapinas rapientes, comedentes animas in principatu. Et nonnullis interiectis, Sacerdotes ipsius legem meam reiciebant, & sancta mea prophanabant, nec prophanorum & sanctorum delectum vllum habebant, sed omnia eodem loco apud eos erant, & à sabbatis meis oculos suos obtegebant, & in medio eorum prophanabar. Deiecturumque se & parietem & eius iunctores minatur, hoc est & eos qui peccant, & eos qui ad peccatum conuiuent, illudque obtegunt, quod nefariorum principum & sacerdotum est, domumque Israël in transfuersum agentium, secundum corda sua in studiis consiliisque suis abalienata. Mitto, quæ de iis differit, qui seipos pascunt, & lac comedunt, & lanis teguntur, & quod crassum est, iugulant, gregem autem non pascunt, nec quod infirmum est, corroborant, nec quod contractum, obligant, nec quod temere oberrat, in viam reducunt, nec quod amissum est, requirunt, nec quod firmum est, tuentur, sed labore conficiunt, ac de industria enecant: sic vt oves pastorum penuria in omnem campum & montem dispersæ sint, atque omnibus auibus & bestiis pabulo fuerint, quòd non esset, qui requireret ac reduceret. Quid postea? Viuo ego, dicit Dominus, pro eo quòd hæc ita se habent, atque oves meæ in prædam fuerunt, ecce ego super pastores, & requiram oves meas de manibus eorum, atque eas colligam & comparabo: his verò alias atque alias pœnas irrogabo, quâsque sceleratis pastoribus æquum est irrogari. Sed ne Prophetas omnes atque omnia Prophetarum testimonia enumerans sermonem in longum protraham, vnus adhuc Hieremiæ, antequam crearetur, cogniti, & ab ipsa vulua sanctitatem consecuti, mentione habita, reliquos omnes præteribo. Hic quanquam capiti aquam petit, & oculis fontem lachrymarum, vt Israël calamitatem digna comploratione prosequatur: non minus tamen antistitum quoque ipsorum peruerfitatem deplorat. Ac Deus quidem sacerdotes coarguēs

Hier. 1.
Cap. 9.

Dan. 13.

Ezech. 1.

Cap. 3.

Cap. 7.

Cap. 22.

Cap. 23.

Cap. 22.

Cap. 13.

Cap. 34.

10

20

30

40

50

his

his verbis ad eum vitur, Sacerdotes non dixerunt, Vbi est Dominus: & qui legis meæ doctrinam sibi vendicabant, nesciebant me, & pastores impiè agebant in me. Propheta autem ipse in hæc verba loquitur: Pastores stultè egerunt, nec Dominum exquisiuerunt, ob eamque causam totus grex intelligentia caruit, ac dispersus est. Ac multi pastores, inquit, vineam meam peruastarunt, partemque illam meam desiderabilem fœdauerunt, adeò vt in solitudinem inuiam redacta sit. Mox in malos pastores rursus inuehitur: Væ pastoribus, qui pascuæ meæ oves obtruncatis ac dispergitis. Propterea hæc dicit Dominus ad eos, qui pascunt populum meum. Vos disperistis oves meas, & eas expulistis, nec visitastis. Ecce ego vlciscor super vos iuxta mala studia vestra. Quinetiam pastores vlulare iubet, arietésque ouium plangere, quoniam dies eorum cædi destinati cesserunt. Verum quid antiqua colligo? Quotusquisque est, qui si ad amussim eam, regulamque seipsum exigat, quam Paulus de Episcopis & Presbyteris fixit, nempe vt sobrii & prudentes sint, non temulenti, non percussores, sed docendi periti, irreprehensibiles, atque huiusmodi, vt nullæ eos improborum calumniæ attingere queant, non sese à normæ rectitudine permultum abesse comperiet? Quid ea commemorem, quæ Iesus discipulis suis, cum eos ad prædicationem legeret, præscribit? quorum, ne singula explicem, hæc summa est, vt virtute tales existant, atque ita expediti & moderati, atque, vt vno verbo dicam, cælestes, vt non minus eorum vitæ probitate & morum elegantia quàm doctrina Euangelium propagetur. Mihi verò timor incurritur, cum & Phariseos probris affici, & Scribas reprehendi redarguè video, quibus cum nos virtute longè superiores esse debeamus ac iubeamur, si modò nos vlla regni cælestis cupiditas tangit, turpe profectò fuerit, si ipsis etiam sceleratiores inueniamur: adeò ut ipsi quoque serpentes appellemur, & fœtus viperarum, & duces cæci, culicem excolantes & camelum deglutientes, & sepulchra internè sordida, externa pulchritudine fucata, & patinæ in speciem mundæ, aliâque omnia, quæ illi verè meritòque nominantur. In his ego cogitationibus dies noctésque versor. Hæc medullas ipsas absumunt, & carnes abrodunt, nec me audacem esse sinunt, altaque ceruice incedere. Hæc animam meam deiiciunt, & mentem contrahunt, & linguam vinculo coercent, faciuntque, vt non de præfectura, nec de corrigendis aliis & gubernandis cogitem, id quod exuberantis cuiusdam facultatis est: sed quo modo ipse venientem iram effugere queam, non nihilque vitiosæ rubiginis à me ipso abradere, purgarique primum ac deinde purgare, sapientia instrui, atque ita alios sapientes reddere, lux fieri & alios collustrare, accedere ad Deum & alios adducere, sanctificari & sanctitatem aliis afferre, denique cum manibus alios ducere, consiliūque cum prudentia dare. Ecquando igitur hæc erunt, inquit homines ad omnia celeres, nec satis cauti, facile ædificantes & deuoluentes? Ecquando lucerna supra candelabrum? Eccubi talentum? sic enim gratiam vocant. Hæc homines amicitia magis & beneuolentia, quàm pietate concitati. Ecquando hæc futura sunt, quæritis, viri præstantissimi, & quæ mea sit ratio? Ne extrema quidem senectus huic muneri præstituta longum tempus censeretur. Senectus enim cum prudentia coniuncta imperitæ iuuentuti anteponenda est, & consulta tarditas inconsultæ temeritati, & regnum breue tyrannidi diuturnæ, quemadmodum & pars exigua, modò honesta, diuitiis multis ignominiosis ac dubiis, & exiguum aurum grauissimo plumbi ponderi, & parua lux densissimis tenebris. Alioqui verendum, ne periculosa hæc celeritas præcèpsque studium, seminibus illis non absimile sit, quæ in petras ceciderunt, & quia terræ profunditatem non habebant, statim exorta, ne primum quidem Solis calorem ferre potuerunt: aut etiam fundamento in arena iacto, ne tantulum quidem aduersus pluuiam & ventos reluctanti. Væ tibi ciuitas, ait Salomon, quæ iuuenem regem habes. Idemque rursus, Ne sis celer in verbis: inferius videlicet esse pronuncians minusque expectandum, verbis celerem & præcipitem esse, quàm actione promptum atque fer-

Hiere. 2.
Cap. 10.

Cap. 12.

Cap. 23.

Cap. 25.

Pauli lex
de Episco-
pis & Pres-
byteris.
1. Timot. 3.
Tit. 1.

Christi mā-
data apo-
stolis præ-
scripta.
Matth. 23.

Cap. 15.
Cap. 13.
Cap. 23.

Cur aliis
præesse no-
lit Greg.

Matth. 5.
et 25.
Obiect. so-
lutio.
Sentent.

Similit.
Luc. 8.
Matt. 7.
Eccles. 10.
Cap. 5.

Sacerdotij dignitas.

Episcopus simul cum Christo sacerdotio fungitur. Prou. 25.

Isa. 40.

Qui addit scientiam, addit dolorem. Eccles. 1. Simil.

Psal. 25.

Psal. 35. Psal. 17. Deus qualis.

Matth. 21.

Greg. à matre in munus Deo oblatus.

Psal. 18.

2. Cor. II.

uentem. Et quis ille est, qui his omnibus pro nihilo habitis celeritatem potius exposcit, quàm securitatem & vtilitatem? Quis ille est, qui veritatis antistitem ac propugnatorem vnus dieculæ spatio, velut simulachrum ex argilla, fingit, illum inquam, qui cum Angelorum classe atque ordine futurus est, qui cum Archangelis Deum celebrabit, qui ad supernum altare sacrificia transmittet, simulque cum Christo sacerdotio fungetur, qui figmentum instaurabit, imaginemque creatori sistet, & superno mundo opificem aget, vt quod maius est dicam, Deus erit, aliòsque deos efficiet? Scio, cuius ministri sumus, & vbi siti, & quò mittentes. Scio, quæ Dei sublimitas, quæ humana infirmitas, ac rursus potentia. Cælum excelsum, terra profunda atque depressa. Quis eò ascendet peccato prouolutus? quis terrena caligine carnisque crassitie adhuc obuolutus tota mente totam illam mentem purè peripiciet, rebusque stabilibus & oculos fugientibus inter instabiles oculisque subiectas miscebitur? cum vix etiam ipsum summi boni simulachrum quisquam in hac vita quamlibet accuratè purgatus cernere queat, non aliter atque ij qui Solem in aquis intuentur. Quis mensus est aquam manu, & cælum palmo, & totam terram pugillo? quis statuit montes in statera, & saltus in libra? quis locus quietis ipsius, & cui ex omnibus rebus comparabitur? Quis est, qui omnia verbo facit, hominemque in sapientia fabricatus est, resque inter se diffitas in vnum adduxit, terramque spiritui miscuit, animalque visibile & inuisibile composuit, tempore periturum & immortale, terrestre & cæleste, capeflens Deum nec arripiens, accedens & procul remotus? Dixi, Sapientiam consequar, ait Salomon: at ipsa multò quàm antè longius à me recessit. Ac sane qui addit scientiam, addit dolorem: vt qui non plus voluptatis ex eo quod inuenit, accipiat, quàm mæroris ex eo quod assequi non potuit. quemadmodum, ni fallor, iis vsu venire solet, qui adhuc siti affecti ab aquis auelluntur, aut qui id quod se hebere existimant, manibus tenere nequeunt, aut qui fulguris splendore collustrati statim ab eò deseruntur. Hoc me inferiori loco tenebat, humilèmq; reddebat, in eamque sententiam adducebat, vt melius esse censerem laudis vocem audire, quàm earum rerum, quæ vires meas superabant, enarratorem me profiteri, nimirum maiestas & fastigium atque amplitudo, & puræ naturæ vix Dei splendorem corripientes, qui abyssò tegitur; qui pro latebra tenebras habet, vt pote lumen purissimum pluribusque inaccessum, qui & in vniuerso & extra vniuersum est, qui bonum omne est, & bono omni superior, qui mentem illustrat, & mentis celeritatem altitudinemque fugit, quantumque percipitur, tãtundem super se subducit, amantèsque sui ex eo quod fugit, ac velut iam comprehensus se proripit, ad superna illectos ducit. Tantum ac tale est id quod exoptamus, summèque affectamus! Talem esse oportet animarum nymphagogum ac pronubum! At verò mihi periculum est, ne manibus pedibusque vinctis à thalamo præceps exturber, vt qui nuptiali veste nequaquam indutus temere memet iis, qui illic recumbunt, immiscuerim. Quamquam à iuuenili ætate accersitus fui (libet enim aliquid ignotum in vulgus efferre) atque ad Deum à vulua ipsa proiectus, maternaque pollicitatione in munus oblatus. Ac postea periculis confirmatus sum: simulque cupiditas creuit, & ratio concurrat, omniaque ei, qui me in sortem accepit atque seruauit, dono dedit, opes, famam nominisque splendorem, bonam valetudinem, literas ipsas, ex quibus duntaxat hoc commodi tuli, vt eas aspernarer, atque aliquid haberem, cui Christum anteferebam. Ac suauia mihi extiterunt oracula Dei, non secus ac fauus mellis: & prudentiam inuocaui, & sapientiæ addixi vocem meam. Aliaque etiam hæc adiunxi, nempe iræ moderari, linguam frenare, oculum coercere, ventrem regere, gloriàmque humi manentem calcare. Insuper hoc quidem, sed tamen dicam. His rebus nequaquam fortasse inferior fui, quàm quiuis è vulgo. At verò hoc philosophiæ munus obire maius est, quàm vt ipsi præstare possimus, nimirum nempe animarum imperium ac præfecturam accipere, cumque ne rectè quidem pasci adhuc sciamus, nec animo, quantum par est, purgati simus,

Temporis nostri calamitas.

Sacerdos est aliquando nomen inane. Psal. 106.

1. Cor. 2.

Mat. 7.

Psal. 117. Deut. 23. Neemie 13. Moabitæ & Ammonitæ.

Psal. 117. Alienorum criminum obseruatores.

Mat. 12. Psal. 9. Psal. 139.

Facies Ecclesie miseræ. Esai. 63. Simil.

Esai. 24. Hier. 5.

Melius egressum bellum pace impia. Ioel 3. Fidei prætextus.

mus gregi moderando præfici, idque huiusmodi tempestate, qua præclare cum eo agitur, qui alios sursum deorsumque iactari ac perturbari conspiciens, effulissimo cursu de medio fugiat, ac sub locum aliquem à periculo tutum secedens impuri spiritus turbinem & caliginem fallat: hac inquam tempestate, qua mutuo bello membra inter se conflictantur, ac perit quantulumcunque restabat charitatis, nomènque iam inane est sacerdos, effuso videlicet in ipsos quoque principes contemptu, quemadmodum dictum est. Atque vtinam inane esset. nunc verò: sed vertatur in impiorum capita infelix omen. Cæterum metus omnium ex animis pulsus est, in eiusque locum subrogata impudentia: cuiusvis est scientia, spiritusque profunditates. Omnes vno hoc nomine pij sumus, quia alij alios impietatis damnamus, ac iudicibus vtimur iis, qui à Dei fide cultumque abhorrent, canibusque res sanctas proicimus, atque ad porcorum pedes margaritas iacimus, prophanis auribus animisque diuinam doctrinam euulgantes, atque hostium vota miseri sedulo explemus, nec nos in adinventionibus nostris studiisque fornicari villo modo pudet. Quin etiam Moabitæ & Ammonitæ, quibus ne Domini quidem Ecclesiam ingredi licebat, in sanctissima nostra mysteria irrumpunt. Omnibus porro non iustitiæ portas aperuimus, sed conuiciorum & maledictiæ portas, mutuaque contumaciæ & audaciæ. Atque hic apud nos præstantissimus habetur, non qui Dei metu, ne verbum quidem ociosum profuderit, sed qui proximum suum plurimis maledictis vel apertè vel obscure fixerit, ac sub lingua sua laborem & fatigationem, aut, vt magis appposito verbo vtar, venenum aspidum voluerit. Huc accedit, quòd alij aliorum peccata obseruamus, non vt lugeamus, sed vt exprobremus, neque vt medicinam afferamus, sed vt nouum vulnus infligamus, atque à proximorum vulneribus excusationem vitiis nostris peramus. Iam verò malos & bonos non vitæ sed dissidij vel concordis doctrinæ signo notamus: & quæ hodie laudamus, eadem postero die vituperamus, quæ apud alios inuectiua oratione proscinduntur, eadem apud nos admirationi sunt, omniaque flagitia cuius prompto animo condonantur, modò impia dogmata complectatur. Vsq; adeo in vitio liberales & munifici scimus! Atque omnia facta sunt, vt à principio, cum necdum mundus erat, nec ea forma & descriptio, quam nunc cernimus: sed tota rerum machina incondita atque confusa & aspera informatricem manum potentiamque desiderabat. Aut, si maius, non secus atque in nocturna pugna, obscurisque Lunæ radiis hostes ab amicis non internoscens, vel sicut in nauali conflictu & tempestate, ventorumque impetu, & referuescentis vndæ fluctuumque incursionibus, & nauium collisione, & contorum impulsione, hortatricibusque gubernatorum vocibus, & luduosis cadentium clamoribus vndique personantes animoque perplexi, nec virtutis declarandæ occasionem habentes (heu grauem calamitatem!) inter nos incidimus mutuisque vulneribus conficimur. Nec verò populus quidem ita se habet, cæterum aliter sacerdos. Quin potius illud nunc mihi prorsus expleri videtur, quod per execrationem olim dicebatur, Factus est sacerdos, sicut populus. Nec alia popularis turbæ ratio est, alia eorum, qui in plebeio ordine grandiores atque præstantiores sunt: quin potius hi apertè quoque bellum sacerdotibus inferunt, subsidium ad persuadendum habentes, pietatem. Quamquam eos, qui in sublimissimis primariisque quæstionibus ita affecti sunt, ad eò non reprehendo, vt, si verè loquendum sit, vehementer etiam laudem, iisque gratuler. Atque vtinam ex eorum sim numero, qui pro veritate decertant, in hominumque offensionem incurrunt: imò etiam me in hoc numero esse gloriabor. Melius enim & optabilius est egregium bellum pace impia & à Deo distrahente. ob eamque causam clementem hominem ad pugnam armat spiritus, vt belli gerendi facultate instructum. Nunc verò nonnulli sunt, qui de leuib; rebus nec quicquam utilitatis afferentibus digladiantur, sociosque mali, quoscunque possint, admodum stultè temerèque asciscant. Hisque omnibus postmodum fides prætextitur, atque

illustre hoc nomen priuatis ipsorum contentionibus diffidiisque conuellitur. Ac proinde, vt credibile est, odio Gentibus sumus, quodque grauius est, causam nullam proferre possumus, quin merito id nobis accidat. Quin ex nostris etiam apud æquissimum quemque & moderatissimum odio inuidiaque flagramus: nam apud promiscuam multitudinem nihil mirum, cui vix etiam laudabiles res honestaque probantur. *Psalm. 128.* Supra dorsa nostra fabricantur peccatores, & quæ aduersum nos mutuo excogitamus, ea aduersus omnes prompta habent. *I. Cor. 4.* At spectaculum nouum facti sumus non angelis & hominibus, vt ille athletarum fortissimus *Ephes. 6.* Paulus aduersus principatus & potestates certans, sed omnibus ferme improbis & flagitiosis, & quouis tempore & loco, in foro, in comotationibus, in voluptatibus, in luctibus. Iam etiam ad scenam vsque prodimus (quod propemodum lachrymas refero) & cum perditissimis obscenissimisque ridemur, nec vllum tam iucundum est spectaculum & acroama, quam Christianus comicis cauillis fugillatus. Hæc nobis intestinum bellum aduexit: hæc homines pro bono illo & clementi immodicè pugnant: ¹⁷ hæc homines Deum impensius amantes, quam salutis interfit. Quæ autem est hæc ratio, vt cum athletæ extra vsitatum palestræ morem luctari, aut alio quodam certaminis genere vti non liceat, aut alioqui sibilis explodetur, ignominiaque afficietur, victoriaque iacturam faciet, qui præter palestræ præscripta pugnaverit, aut aliud quoduis certamen non rectè, nec iuxta constitutas certaminis leges inierit, quamlibet etiam strenuus sit artisque peritissimus: pro Christo tamen nõ secundum Christi leges quispiam depugnet, remque paci gratam se facere putet, aliter quam liceat pro illa bellum gerens? *Iac. 2.* Et quidem dæmones ad Christi nomen cohorrescunt, nec scelerum nostrorum grauitate vis huius nominis obliterata & extincta est: nos verò rem noménque aded venerandum contumelia afficere nihil veremur, perspicua ferè voce quotidieque inclamantem eum audientes, Nomen meum propter vos inter Gentes blasphematur. Nec verò externum bellum extimesco, ¹⁸ nec belluam illam aduersus Ecclesias excitatam, spiritusque impuri supplementum, licet ignem minetur, licet gladios, licet feras, licet præcipitia & barathra, licet omnes, qui vnamquam furore acti sunt, sæuitia & crudelitate superet, licet iam inuentis suppliciis ³⁰ acerbiora tormentorum genera comminiscatur. Vnum mihi aduersus hæc omnia in promptu est remedium, vnum ad palmam iter (in Christo gloriabor) nimirum vt pro Christo mortem oppetam. Quod autem ad ciuile bellum domesticumque attinet, quò me vertam nescio, quæ subsidia excogitem, quam sapientem orationem, quam gratiam, quibus armis aduersus diaboli insidias instruar? Quis hunc profligabit? Moses manus in monte extendens, vt crux adumbrata, & antè indicata victoriam ferat. Quis? Iosue post eum, cum diuini exercitus imperatore simul in aciem prodians. Quis? David vel citharam pulsans, vel fundam bellum gerens, potentiaque ad bellum à Deo accinctus, digitisque ad prælium exercitatus. Quis? Samuel preces & sacrificia pro populo fundens, eumque, ⁴⁰ qui de hostibus triumphare poterat, in regem vngens. Quis hæc pro rei atrocitate deplorabit? Hieremias lamentationes Israël causa conscribens. Quis clamabit, Parce Domine populo tuo, & ne des hereditatem tuam in opprobrium, vt Gentes eis dominantur? Quis pro nobis orabit? Noë, Iob, & Daniel, illi inquam simul orantes, atque coniuncti: vt ab hoc bello paulum conuiescamus ac respiremus, vt ad nos ipsos redeamus, vt nos tandem aliquando inuicem cognoscamus, ⁵⁹ vt iam non Israël vnius loco Iudas & Israël simus, non Roboam & Hieroboam, non Hierusalem & Samaria, vrbes vicissim propter peccata in hostium potestatem redactæ vicissimque deploratæ. Equidem ipse ingenuè fateor, me inferiorum esse, quam vt operam in hoc bello nauare possim, ob idque terga dedi, obiectoque vultu me in fugam conuerti, atque in solitudine sedere, quia amaritudine & acerbitate impletus sum, expetiui, silentioque acquiescere, tempus malum esse cognoscens: quoniam calcitrarunt dilecti, quoniam filij desertores facti sumus,

*Psalm. 128.**I. Cor. 4.**Ephes. 6.**similit.**Iac. 2.**Ad nomen Christi dæmones cohorrescunt. Rom. 2.**Pro Christo oppetere ad palmam est iter. Exod. 17.**I. Re. 16. 17**Ps. 44. 143.**I. Reg. 7.**I. Reg. 10.**Ioel 2.**Ezech. 14.**Thren. 3. Ephes. 5. Deut. 32.*

mus, nos, inquam, vinea illa pampinis luxurians, vinea illa vera, tota frugifera, tota pulchra supernisque imbris egregiè perfusa exortaque: quoniam pulchritudinis meæ diadema in ignominiam mihi conuersum est, honoris mei signaculum, gloriationis corona. Quod si quis ad ista strenuo & intrepido animo est, hunc ego præfidentie fortitudinisque nomine beatum esse censo. Nondum de interno bello atque in nobis ipsis & in affectibus animi condito verba facio, quo partim obscure, partim aperto Marte ab humilitatis corpore petimur, & ab hac vertigine sursum deorsumque per sensus atque alia huius vitæ oblectamenta nos agitante ac perturbante, atque etiam ab hoc facis luto, cui infixi sumus, peccati- ¹⁰ que lege spiritus legi sese bello opponente, regiamque nostram imaginem, & quicquid diuini defluuij nobis iniectum est, labefactare conante. Vix porro quisquam, nec nisi qui diuturna philosophia exactaque disciplina carnem frenauerit, animæque nobilitatem & splendorem ab humilis & caliginosi corporis contagione societateque abruperit, vel diuinum numen erga se benignum propitiūque senserit, aut vtrumque horum habuerit, ac mentem quam maxima cura & diligentia ad cælestium rerum aspectum euexerit, vix, inquam, corpoream hanc molem animos humi detorquentem superauerit. Priuquam autem eam, quantum fieri potest, superauerimus, aurisque nostras & mentis aciem satis repurgauerimus, multoque propinquius quam mortalium vulgus, ad Deum ²⁰ accesserimus, animarum curam gubernationemque suscipere, mediatorumque inter Deum & homines agere (id enim, vt opinor, sacerdotis munus est) parum tutum esse arbitror. Ac ne me fortè timidiorem, quam par sit, existimetis, sed consilium potius nostrum prudentiamque comprobetis, vnde in hunc metum inductus fuerim, exponam. Primum ex ipso Mose audio, quo tempore illi Deus oracula edebat, quamuis multi ad montem acciti aduocatiue fuissent, inter quos Aaron etiam erat, duobus filiis, iisque sacerdotibus, comitatus, & septuaginta seniores ac senatores, cæteros tamen omnes eminus adorare iussos esse, Mosem solum propius accessisse, plebem verò ne simul quidem ascendisse: tanquam videlicet non cuiusvis esset Deo propius iungi, sed eorum duntaxat, qui ³⁰ Dei gloriam, Mosi instar, concipere possent. Ac superius etiam, cum legum fundamenta iacerentur, alios quidem buccinæ, & fulgura, & tonitrua, & caligo, totusque mons fumo circumfusus, & horrendæ comminationes (Etiam si bestia montem tetigerit, lapidibus obruetur) atque alij huiusmodi terrores inferiori loco cohibebant, adeo vt præclare secum agi arbitrarentur, quod vel solam Dei vocem audirent, idque hac lege, vt seipsum antè summa cura diligentiaque purgarent: at Moses ascendit, nubemque perumpit, legesque & tabulas accipit, crafioribus quidem literales, acutioribus autem spirituales. Illud etiam audio Nadab & Abiud, quod nouo duntaxat igne thura adoleuissent, nouo quoque igne absumptos, atque iisdem instrumentis, quibus impium facinus perpetrarant, ex- ⁴⁰ cruciatos fuisse, atque eodem tempore & loco, quo nefario crimine sese deuinxerant, periisse, ac ne patrem quidem Aaronem primas apud Deum secundum Mosem tenentem ipsos à periculo vindicare potuisse. Tum etiam id quod Heli sacerdoti, atque aliquantò post Oza accidit, compertum habeo: quorum alter sceleris etiam illius, quod aduersus sacrificia filij committebant, carniū primitias ex ollis, priusquam fas esset, extrahentes, pœnas luit, idque cum eorum impietati non modò non suffragaretur, sed grauissimis quoque verbis eos hoc nomine identidem obiurgaret: alter quia arcam à boue distractam tantummodo attrectare ausus fuerat, ita eam illæsam seruauit, vt sibi interim exitium accerferet, Deo nimirum hoc animaduersionis exemplo arca suæ venerationem sanctam tectam tuente. Quin hoc quoque mihi cognitum est, ne corporum quidem ⁵⁰ labes in sacerdotibus aut sacrificiis à censura immunes extitisse, verum in more positum fuisse, vt perfecta perfecti offerrent, ad significandam, ni fallor, animi integritatem, nec cuius sacerdotalem vestem, aut supellestem vllam sanctam

*Psalm. 68. Rom. 7.**Sacerdotis munus.**Exod. 19.**Non cuiusvis est Deo iungi propius. Exod. 19. Heb. 12.**I. Para. 24. Nouus ignis. Exepl. memorabil. diuina vltionis.**I. Reg. 4. 2. Reg. 6. I. Reg. 2.**Leuit. 13. Cur olim perfecta perfectos offerre oportebat.*

Exo. 29. 30. attingere licuisse, nec sacrificia ipsa à quibus & quo tempore ac loco minime conueniebat, absumi consueuisse, nec vnctionis oleum compositionisque suffitum imitari, ac denique templum adire cuiquam liberum fuisse, nisi & animo & corpore vel ad leuissima vsque sese purgasset: tantum aberat, vt ad sancta sanctorum accedere auderet, quæ vni duntaxat, semelque quotannis adire licebat: tantum aberat, vt cuiusvis esset velum aut propitiatorium aut arcam aut Cherubinos vel prospicere vel attingere. Hæc igitur cum perspecta haberem, illudque insuper, neminem magno & Deo & sacrificio & pontifice dignum esse, nisi qui prius seipsum Deo hostiam viuentem & sanctam exhibuerit, rationalémque cultum gratum atque acceptum ostenderit, Deoque sacrificium laudis, spiritumque afflictum atque contritum obtulerit (quod vnum ille sacrificium pro omnibus suis erga nos beneficiis à nobis efflagitat) quo tandem modo externum illud sacrificium, ⁶⁰ illud magnorum mysteriorum exemplar præfidenti animo ipsi offerrem, aut quo modo sacerdotis habitum noménque subirem, priusquam manus piis actionibus consecrassem, priusquam creaturis sanè atque ad creatoris solum admirationem, non autem ad detrimentum ⁶¹ aspiciendis oculum assuefecissem, priusquam disciplinæ Domini aures satis aperuissem, ac mihi adiecta esset auricula nequaquam durè audiens, ⁶² aureaque inauris precioso Sardio adstricta, hoc est sapientis sermo auri bene attentèque audienti, priusquam ore labiis & lingua ita meipsum comparassem, vt & ore aperto spiritum traxissem, aut in mysteriorum dogmatumque pronuntiatione dilatato impletus spiritu fuissem: & labia, vt Sapientiæ verbis vtar, diuino sensu constricta habuissem, addam etiam tempestiuè soluta: & denique lingua exultatione perfusa fuisset, diuinæque melodiæ plectrum effecta ad Dei gloriam celebrandam sese excitans, simulque cum eo diluculo exurgens, ac præ labore faucibus ipsis adhærens: priusquam pedes meos ceruorum ritu instructos & præparatos ad petram firmassem, piósque & Deo gratos incessus meos ita directos habuissem, vt nec tantillum temporis nec vlllo modo effunderentur: prius denique quàm omnia corporis membra iustitiæ arma effecta fuissent, omnémque mortalitatem abiecissent, à vita absorptum spiritumque loco cedentem? Ecquis porrò antequam puris & ignitis Dei eloquiis cor perustum habuerit (id quod fit, cum scripturæ ipsi aperiuntur) eaque super latitudinem cordis trifariam descripserit, vt Christi mentem habeat, atque in thesauros promiscuè multitudini abditos inuisibiles ac tenebrosos penetrarit, vt opes in ipsis conditas intueatur, aliósque locupletes & copiosos efficere possit, spiritualia spiritualibus conferens? Ecquis antequam ⁶³ Domini voluptatem, ita vt par est, perspexerit, templumque eius visitauerit, vel potius Dei viui templum viuum factus fuerit, Christi que in spiritu domicilium: ecquis antequam figurarum & veritatis cognationem & discrimen agnouerit, ab illisque secedens huic se adiunxerit, vt literæ vetustatem fugiens, spiritus nouitati seruiat, atque à lege, quæ in literæ abrogatione & abolitione spiritualiter expletur, ad gratiam purè planèque transfiliat: ecquis antequam & vitæ probitate & speculatione per omnes Christi appellationes ac vires & facultates, ⁶⁴ tam sublimiores illas ac primas, quàm quas postremò humiliores abiectionesque subiit, perrexerit, nimirum Dei, filij, imaginis, verbi, sapientiæ, veritatis, lucis, vitæ, potentiæ, vaporis, defluxionis, splendoris, factoris, regis, capitis, legis, viæ, portæ, fundamenti, petræ, margaritæ, pacis, iustitiæ, sanctificationis, redemptionis, hominis, serui, pastoris, agni, pontificis, victimæ, primogeniti ante creaturam, primogeniti ex mortuis, resurrectionis: Ecquis inquam has res & nomina in cassum audiens, necdum commercio vlllo cum verbo habito, nec ipsius, quatenus vnumquodque horum vero nomine appellatur, ⁶⁵ particeps factus? Ecquis denique antequam quieto animo atque ⁶⁶ ab huius vitæ negociis tranquillo fuerit, Deique sapientiam, illam inquam in mysterio reconditam accipere norit, sed ætate adhuc tenera sit, lacteq; alatur, nec inter Israëlitas adhuc numeretur, nec in Dei castris acieque recens-

featur,

featur, nec Christi crucem virilibus humeris ferre queat, imò nec præstantius fortasse aliquod corporis membrum sit, læto tamen alacrique animo se Christi Ecclesiæ in caput constitui patietur? Nemo profectò, qui quidem consilio meo ac iudicio standum putabit. Est quippe hic metus omnium maximus, hoc periculum omnium extremum, huic quidem certè, qui & operæ præclarè nauatæ magnitudinem, & rei infeliciter gestæ miserum & perniciosum exitum intelligit. Ac proinde sic mecum ipse loquebar: Alius mercaturæ causa nauiget, & longa maria transmittat, & cum ventis fluctibusque perpetuò colluctetur, magna vel operæ precia facturus, si ita casus tulerit, vel pericula aditurus, quisquis nimirum vel nauigandi peritia, vel negociandi arte excellit. Mihi verò melius atque optabilius est in terra quietem habenti, atque exiguum aruum & dulce sulcanti, & lucra & mare procul salutanti, exiguo ac rigido pane vitam, vt potero, sustentare, eamque tutam tranquillamque ducere, quàm ob ingentes quæstus graue diuturnumque periculum subire. Quemadmodum enim magno & excelso viro detrimenti loco habendum est, res magnas non aggredi, nec virtutem ad multos propagare, sed in paruis leuibisque rebus defixum hærerè, ⁶⁷ ac velut magno lumine paruam domum illustrare, aut virilibus armis puerile corpus obtegere: ita contra paruo homini securitas in eo consistit, vt non magnopere sese oneret, nec grauiori, quàm eius vires ferre queant, sarcinæ caput supponens, simul & ridendum sese propinet, & in periculum coniciat: quemadmodum scilicet nec alij cuiquam turrim edificare conuenit, quàm ei cui ad eam prorsus abfoluendam suppetunt facultates, vt scriptura testatur. Habetis fugæ nostræ defensionem, ac vereor ne plus satis prolixam. Hæc sunt, fratres & amici mei, quæ me non quidem sine meo ac vestro quoque fortasse dolore, cæterum necessario (vt saltem mihi tum temporis videbatur) à vobis abduxerunt. At verò me in primis ad reditum impulit vestri desiderium, & quia vos vicissim desiderio mei flagrare sentiebam. Neque enim quicquam ad amorem ita firmum est, vt beneuolentia mutuò repensa. Deinde mea hæc cura, meus hic labor, hoc est sacrosanctorum parentum canicies & infirmitas, mei desiderio magis quàm senectute languentium, huius inquam ⁶⁸ Patriarchæ Abrahæ, chari ac venerandi mihi capitis, atque Angelorum numero habendi, & Sarræ, nos in fidei doctrina spiritualmente parturientis: quorum cum senectutem corporisque imbecillitatem subsidio meo atque ope fulcire summis votis optauerim, eaque etiam pro virili mea expleuerim (adeò vt philosophiam quoque ipsam, cuius possessione ac nomine nihil charius habebã, contempserim, vel, vt verius loquar, hoc primum philosophicè contenderim, ⁶⁹ ne philosophantis speciem præberem: non tuli mihi ex vna causa laborum meorum omnium fructum intercidere, benedictionemque perire, quam veteris memoriæ vir quidam pius furto consecutus esse dicitur, patre per cibum criniumque figmentum circunuento, & re egregia non egregiè, sed subdolè & infidiosè captata. Ac duas quidem has causas habui, cur manus tandem darem, mansuetumque me præberem. Nec fortasse absurdum fuit rationes illas superius à nobis collectas duabus his causis cedere, ac terga dare. quandoquidem vt quæuis res alia tempus suum habent: ita nonnunquam quoque, opinor, accidit, vt commodum sit superari: præstâtque honestè & laudabiliter vinci, quàm periculosè & nefariè vincere. Accessit & alia causa, eaque maximi momenti, qua commemorata reliquas omnes præteribo. Memor fui dierum antiquorum, atque ad veterem quandam historiam excurri, illincque mihi ipsi consilium ad res præsentis traxi. Neque enim nobis in mentem veniat existimare, ea temere literarum monumentis commendata fuisse, atque inanem quãdam rerum verborumque turbam esse oblectandorum auditorum causa compositam atque conflatam, ac velut quandam aurium illecebram, nequaquam vltra voluptatem sese porrigentem. Sint hi sanè fabularum & prophanorum hominum ludi, qui de veritate parum solliciti, figmentorum venustate verborumque

Nemo sapiens læto animo creatur episcopus.

Tranquilla vitæ parcè ac duriter agere præstat, quàm episcopum esse. simil.

Luc. 14.

Prima causa reditus Greg.

Secunda causa.

Grego. pietas in parentes.

Iacob. Gene. 27.

Sent.

Tertia causa. Psal. 142.

lenocinio quasi præstigiis quibusdam aures animosque ludificantur. At nos qui exquisitam spiritus doctrinam vel vsque ad leuissimum apicem & lineam trahimus, nunquam (nec enim fas est) ne minimas quidem actiones ab iis, à quibus memoriae prodita sunt, temere perscriptas & elaboratas, memoriaeque ad hæc vsque tempora conseruatas esse fatebimur: verum vt nos exempla & documenta in promptu habeamus, quibus de iisdem rebus, si ita tempus tulerit, consulemus, atque alia fugiamus, alia amplectamur, præcedentium videlicet exemplorum vestigiis, non secus ac regulis quibusdam & formis insistentes. Quæ igitur hæc historia est, & vnde hoc consilium hausi? neque enim incommodum fortasse fuerit, hoc, vt complurium hominum securitati consulatur, oratione perse-

qui. Fugiebat quoque Ionas à facie Domini, vel potius fugere se putabat: verum à mari & tempestate, ac forte, cetique ventre, nec non triduana sepultura, maioris mysterij figuram gerente comprehensus atque abreptus est. 7^o Hæc porrò illi fugæ ineundæ causa erat, quod vereretur, ne cum tristem & importunum Niniuitis nuncium tulisset, periculo postea liberata per pœnitentiam ciuitate, mendax inueniretur. Non enim flagitiosorum hominum salutem ægre ferebat: sed mendacij ministerium obire grauabatur, atque erga Prophetiæ fidem & auctoritatem, velut zelo quodam mouebatur, quæ quidem in ipso concideret, periculum erat, nimirum imperita multitudo diuini circa huiusmodi res consilij altitudinem perspicere nequeunte. Vt autem ex cuiusdam sermone accepi, viri in his rebus acuti & eruditi, historiæ speciem absurditatis habenti nequaquam absurdè succurrentis, atque ad abstrusos Prophetarum sensus percipiendos optime comparati, ne hæc quidem causa beatum Ionam ad fugam impulit, atque in Ioppen duxit, indeque in Tharsis reduxit, sui ipsius furtum mari committentem. Neque enim verisimile est eum, cum prophetiæ dono floreret, Dei consilium ignorasse, pro sua nimirum summa sapientia & imperscrutabilibus iudiciis visque imperuestigabilibus atque imperceptibilibus id comminando agentis, ne iis pœnis, quas minaci oratione denunciabat, Niniuitæ afficerentur: nec, si quidem id perfectum habebat, Deo obsequi recusasse, quo volebat modo, salutem illis machinanti. Illud porrò existimare Ionam in spem inductum fuisse, fore, vt mari sese absconderet, magnūque Dei oculum falleret, insulsum prorsus & absurdum fuerit, ac ne de alio quidem vllō cordato viro diuinæque omnia superantis potentia vel mediocrem sensum habente, nedum de Propheta credendum. Norat profectò Ionas, & quidem magis quàm quiuis alius (aiebat vir ille, qui hunc sermonem habebat, & ego verbis illius fidem habeo) quò præconium hoc Niniuitis spectaret, quòdque consilium fugæ iniens, locum quidem commutabat, cæterum Deum non fugiebat: quemadmodum nec alius quisquam hominum ipsius oculis sese subducere queat, non si terræ sinibus aut maris gurgitibus se occultauerit, non si pennis aliqua arte confectis subleuatus in cælum euolarit, non si ad profundissimas inferni partes se contulerit, non si crassissima nube se contexerit, non si quiduis aliud ad fugam in tuto collocandam animo agitarit. Solus quippe Deus ex omnibus rebus nec fuga vitari, nec bello sustineri potest. Is cum homines arripere, atque in manum potestatemque redigere visum est, celeres anteuertit, prudentes in errorem agit, fortes vertigine afficit, excelsos contrahit, feritatem mitigat, vires opprimit. Non ergo potentem Dei manū, quam aliis comminabatur, Ionas ignorabat, nec hoc animo voluebat, vt Deum prorsus fugeret: absit à nobis hæc persuasio: verum quia Israëlitis calamitatem perspiciebat, gratiamque propheticam ad Gentes migrare sentiebat, idcirco præconium defugit, atque imperata facere cunctatur, gaudiique speculatione relicta (nam Ioppe apud Hebræos hoc significat) id est veteri fastigio & dignitate, in mœroris pelagus se proiicit, eamque ob causam somno excitatur, & sorte legitur, & fugam fatetur, & in mare demergitur, atque à ceto absorbetur, non tamen absumitur, sed Dei opem illic implorat, simulque cum Christo (res mira!) die

Math. 5.

Ion. 1.

Nemo Deū potest fugere.

sent.

Causa vera cur fugerit Ionas.

Ioppe quid significet.

die tertio ad superna euadit. Verum hæc de Iona oratio hoc loco conquiescat, accuratius aliquando, fauente Deo, à nobis expolienda & pertractanda. Nunc autem, vt ad orationis institutum redeam, subibat animum hæc cogitatio, illi quidem non nihil fortasse veniæ deberi, ob eam quam attuli causam, vaticinium hoc detrectanti: mihi verò nec orationem vllam, nec defensionis locum reliquum fore, si diutius parère recusarem: atque hoc ministerij iugum, leue an graue dicere oporteat nescio, mihi quidem certè impositum repudiarem. Si enim, quod vnū hac in re firmum validūque proferri potest, hoc quispiam concesserit, multò nos inferius iacere, quàm vt sacerdotio apud Deum fungamur, primūque curandum esse, vt Ecclesia digni simus, deinde vt sacrario, atque ita demum præfectura: vereor, ne alius nos inobedientiæ crimine non liberet. Inobedientiam porrò grauibus minis insectatur scriptura, grauésque pœnas in eam constituit, quemadmodum scilicet in alteram quoque partem, hoc est eorum, qui nihil refugium nec reformidant, nec, vt Saül ille, 7¹ sub paternis vasis sese occultant, quamuis etiam non admodum diu ad Ecclesiæ gubernationem vocentur: quin potius velut ad leue quoddam & perfacile negotium impigrè se conferunt, quod tamen est eiusmodi, vt nec de manibus tuto deponere, nec posteriori consilio præcedentis incommodum sarcire possis. Ac proinde ipse animo & cogitatione laborabam, quid facto opus esset inuestigans, mediūque inter duos metus positus, quorum alter me deprimebat humique detrahebat, alter erigebat: cum diu in his animo perplexo & ancipiti fuisset, atque in vtramque partem meipsum librassem, aut fluminis more dubiis ventis huc atque illuc inflexus fuisset, tandem vehementiori cessi, meque victum abstraxit inobedientiæ metus. Ac videre, quàm rectè & iustè vtriusque metus causam disceptem, nimirum vt nec minime oblata præfectura cupidè appetatur, nec oblata repudietur. Illud enim temerarium est hominum, hoc præfractorum & contumacium, vtrumque verò ineptorum. Atque ipse inter nimium audaces, & nimium ignauos & timidos quodammodo interiectus sum, nempe & his, qui ad præfecturas omnes temere profiliunt, timidior: & iis rursus, qui ab omnibus abhorrent, præfidentior. Hæc de his rebus mea est sententia. Atque vt dilucidior adhuc distinctionem adhibeam, ei, qui gubernandi gregis curam suscipere metuit, lex quoque ipsa obedientiæ opem tulerit, Deo videlicet benignitate sua fidem remunerante, eumque in modis omnibus absolutum antistitem componente, qui ipsius præsidio nititur, omnesque in eo spes suas positas habet. At inobedientiæ periculo haud scio quanam lex opem allatura fiduciamque imperatura sit. Verendum enim est, ne de iis qui fidei nostræ commissi sunt, hoc audiamus: Animas eorum de manibus vestris requiram. Et, Quemadmodum repulistis me, ne populi mei duces & principes essetis: ita & ego repellam vos, ne sim vobis in regem. Ac rursus, Quemadmodum non exaudiistis vocem meam, sed dorsum asperum dedistis, & contumaces fuistis: sic erit, cum inuocaueritis me: ego autem non respiciam ad orationem vestram, nec exaudiam. Vtinam hæc voces ad nos à iusto iudice non mittantur, 7² cui vt misericordiam cantamus, ita iudicium quoque profectò concinimus. At enim rursus ad historiam feror, ac veterum celeberrimos quosque considerans, eos omnes, quos vnquam vel ad gubernandam plebem, vel ad vaticinandi prouinciam elegit, partim alacri animo vocationi paruisse, partim gratiam detrectasse, atque in longius protraxisse reperio, nec vel eorum, qui pedem subdlexerunt, culpandam timiditatem, vel eorum qui muneri se impigrè accinxerunt, reprehendam alacritatem. Illos siquidem ministerij magnitudo difficultasque deterruit: hi contrà vocantis ope atque auxilio freti secuti sunt. Promptus & alacris erat Aaron: at Moses repugnabat. Libenti animo paruit Esaias: at Hieremiæ metum iuuenilis ætas iniiciebat, nec prophetiæ munus antè aggredi ausus est, quàm & pollicitationem & vires præstantiores, quàm ætas illa ferebat, à Deo accepisset. His rationum excantamentis memet delinio, sensimque ani-

Prima cura episcopi. Deuter. 8. 2. Cor. 10. Heb. 2.

Præfecturā neque ambire oportet, neque oblata repudiare.

Obedientem inuocat deus, et dignum reddit vocatione. Ezech. 33.

Psal. 100.

Exod. 4. Esa. 6. Hier. 1.

mus cedit, ac ferri instar emollitur: rationibusque ipsis temporis auxilium accedit, Deique leges & iustificationes, quibus totam meam vitam commisi, in consilium adhibeo. Quocirca non refractor, nec contradico (vt Domini mei verbis vtar, cum non ad imperium & praefecturam vocaretur, sed tanquam ouis ad caedem duceretur:) sed & procumbo, & sub potentem manum Dei me deiicio, pristinaeque meae cessationis & inobedientiae, si quid hoc nomine peccaui, veniam peto. Tacui, sed non semper tacebo. Subdixi me aliquantisper, vt me ipsum inspicerem, ac mœrori solatium afferrem: sed nunc cum in Ecclesia plebis exaltare, & in seniorum cathedra laudare perplacet. Si illa reprehensionem, hæc veniam merentur. Quid longiori oratione opus est? Habetis nos, pastores atque collegæ: habes, grex sacrosancte Christoque pastorum principe digne: habes, pater, ad omnia victum, nec tam externis quàm Christianis legibus tuæ potestati subiectum. Habes obedientiam: benedictionem repende. Duc me quoque precibus tuis, viam sermone commonstra, spiritu fulci. Benedictio enim patris fulcit domos filiorum. Atque vtinam fulciamur, tam ego, quàm spiritualis hæc domus, quam elegi, quàmque mihi requiem in seculum seculi fieri opto, ab huius æui Ecclesia ad alterius vitæ Ecclesiam transmissa, atque ad lærum celebræmque primogenitorum eorum cœtum, qui in cælis descripti sunt. Atque hæc quidem supplicatio nostra est, tamque æqua & honesta. Deus autem pacis, qui fecit vtraque vnum, nõsque nobis inuicem reddidit, qui reges in thronis collocat, & pauperes à terra excitat, atque inopes à stercore erigit, qui Dauidem seruum suum elegit, ac de gregibus ouium sustulit, cum inter filios Iesse minimus ætatæque postremus esset, qui ad omnes Euangelicæ functionis numeros explendos dat verbum euangelizantibus virtute multa, ipse dextram nostram manum teneat, & in consilio deducat, & cum gloria suscipiat, pastores pascens & ductores ducens, vt ipsius gregem scitè peritèque pascamus, non autem in vasis imperiti pastoris (quorum alterum in benedictione, alterum in maledictione apud veteres positum est) ipse det potentiam & fortitudinem plebi suæ, sibi que ipsi præclarum gregem & macularum expertem, caulaque cælesti dignum repræsentet in lætantium habitatione, in sanctorum claritate, vt in templo ipsius & greges & pastores omnes gloriam dicamus, in Christo Iesu domino nostro, cui omnis gloria in secula seculorum. Amen.

Esai. 53.

1. Pet. 5.

Esai. 42.

Psal. 106.

1. Pet. 5.

Ecc. 3.

Psal. 131.

Hebr. 12.

2. Cor. 13.

Ephes. 2.

Psal. 112.

10

20

30

SCHOLIA IN PRÆCEDENTEM ORATIONEM.

1. VEL AB EO POTIVS) Alludit ad illud Pauli, quod est in capite epistolæ ad Hebræos: Multipharam multisque modis Deus locutus est olim patribus in prophetis, &c.
2. Quisquis enim vel orationem) Hæc ad verbum ferè à Demosthene Gregorius sumpsit. Sic enim ille in principio Epistolarum scribit, πάντες ἀρχαῖα ἀποδοῦναι λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἵνα ἴδῃ θεὸς ὑπολαμβαίνει τῶσδε τοῖς ἀρχαῖοις. Quæ etiam verba Tullius 2. de Legibus ita expressit: A diis immortalibus sunt nobis agendi capiendæ primordia. Et in Vatinius, Omnium rerum à diis immortalibus principia ducuntur. Ac Plato ipse in Timæo ait omnes, qui quoquomodo mentis compotes sunt, in operis cuiuslibet vel magni vel parui principio Deum inuocare solere. Vnde Virgil. in Bucol. Ab Ioue principium &c.
3. Elongavi fugiens) ἐμακρῶσα φυγαδένων. Locus est apud Dauidem Psalmo 54. μακρὰν ἀφ' ἐπικῆ, ὡς ποῖρω πῶρον, quàm longissimè fugi. μακρῶν enim hic de loco non de tempore accipiendum est, quemadmodum ex sequentibus verbis patet.
4. Quibus affectibus veritas) Hinc Cæsar apud Sallustium in Coniurat. Catil. Omnes homines, ait, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. Haud facillè animus verum prouidet, vbi illa officiant, &c.
5. In me offendi ac vulnerari) τὸ ἴδιόν ἐστιν enim hoc loco idem significat quod σκαρδαλίεσθαι. nam hoc sensu plerisque in locis hoc verbum usurpat Theologus.
6. Qui mentiri nescit) τὸ δὲ ψευδοῦν. Paulus Epist. ad Titum cap. 1. In spem vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur Deus.
7. Rationem animæ) Id est, curantes vt corpus animæ pareat, & anima menti. Videtur autem alludere ad illud Pauli. Philip. 2. λόγον ζωῆς ἐπέχοιτες.
8. Aequè perniciosè absurdæque) Greg. ἴσον ἐμοὶ κακὸν & ὁμοίως ἀπαλον, πάντας τὶ ἀρχαῖ ἐθέλει, & μὲν δὲ ἀρχαῖ.

40

50

9. Quemadmodum nec claro & illustri naua.) Clemens in constit. Apost. lib. 2. cap. 61. Episcopum gubernatori confert, Diaconos nautis, fratres vectoribus, Presbyteros nautarum præfictis.
10. Vt philosophia vanitatis) Philosophiam hoc loco ἀπὸ τῆ ἐρημικῆ βίου. i. pro vita solitaria accipit: quemadmodum & in oratione, quam in Cæsarij fratris funere habuit. φιλοσοφῆν διέτριβον, idem quod μονάζειν, & infra lineis nonnullis interiectis, φιλοσοφῆν γὰρ ὅσῳ μέγιστον. i. monasticam vitam proficere, atque illud perfectæ vitæ exemplar sequi, quod Christus in Euangelio proponit, Vade & vende omnia &c. Quo significatu hanc uocem innumeris aliis locis accipit Gregorius. Nonnunquam pro animi fortitudine ac præstantia in rebus aduersis perferendis, vt in Epist. ὁ γὰρ ὁ φιλοσοφῆς ἐστὶν πάρεσ. Vnde in contrarium vereri se dicit in funebri orat. in Cæsarium, μὴ ἀπὸ τῶν ἀφελῶσθαι ἐλπίσῃ τὸ πάθος. i. hominem fracti atque abiecti animi turpiterque dolori cedentis. φιλοσοφῆς etiam in Orat. ad Iulianum tributorem exæquatorem, φιλοσοφῶν σωτηρίῳ exponit Græcus interpres. Et in Orat. quam habuit ad Patrem suum, φιλοσοφῆν τὸ σαπῆν idem est quod σαπῆν silentio acquiescere. In Orat. de Cypriano, φιλοσοφῆν τὸ ἑπινοῆν, humilitati studere, ad humilitatem sese exercere. In aliam quoque significationem hoc verbo interdum vitur, quemadmodum suis forsasse locis indicabimus. Hic porro malos monachos accusat, qui morum improbitate præclarissimum vitæ genus in odium inuidiamque adducunt, atque in causa sunt, cur iis etiam qui professioni suæ integritate vitæ respondent, fides abrogetur, atque omnes sine ulla exceptione damnentur.
11. Vt saul quoque inter Prophetas) Præverbialis locutio de iis, qui indignissimè sese honore ac dignitate cum iis æquant, à quorum virtute quàm longissimè absunt. Vide caput 10. & 19. lib. 1. Reg.
12. Cum cissybio) Cissybium, vel, vt Macrobius appellare mauult, Cissymbium vas est pastorale τὸ δὲ κισσοῦ, i. quod ex hedera fiat, quemadmodum communis opinio est. Alij tamen Euripidis auctoritate permoti aliter existimant, vt idem Macrobius adnotat cap. 21. lib. 5. Saturnal.
13. Ne eximia admirandæque virtutis) Videndum est, inquit, pastoribus, ne virtutis rei præclarissimæ mali sint pictores, malè scilicet munus suum obeundo: imò ne mala pictura sint malumque exemplar, quod sine animæ pernicie populus imitari nequeat.
14. Aliis mederi tentantes) Hoc prouerbum de iis dici consuevit, qui aliorum errata in seclantur, cum ipsi grauissimis fedissimisque vitiis laborent. Vide Erasmus in Chiliadibus.
15. Quorumque lex dura) Alludit ad Paulum, qui Galat. 5. postquam fructus spiritus enumerauit, subiungit hæc verba, Aduersus huiusmodi non est lex.
16. Virtutis suæ præstantia) Diogenes imitari se chori magistros dicebat: illos enim tonum excedere, vt reliqui congruum tonum arripiant. Laertius.
17. Non per vim coirecat) Greg. μὴ βία καὶ ἀρξεν. sic enim legitur in vet. Regiæ codice. Quanquam si quis Heruagianum sequi malit, ac κατὰ βίαν. i. imperare legat, nihil impedio.
18. Non coactè sed spontè) Petri enim hæc verba sunt prioris Epist. cap. 5. Pascite gregem Dei qui in vobis est, prouidentes non coactè sed spontancè secundum Deum.
19. Facere, vt nostra quoque) Tam excellens, inquit, & eximia fuit Dei erga genus humanum benignitas, vt virtutem nõ beneficio tantum suo hominibus contingere voluerit, verum etiam effecerit, vt ad eam adipiscendam ipsi quoque partes suas adiungant, atque ita rerum præclare gestarum laus non tota Dei sit, sed etiam hominum, atque vt infra in Orat. de Christi natiuitate discretè loquitur, ἵνα ἢ τὸ ἐλοφθῆν τὸ ἀγαθὸν οὐχ ἴδιον ἢ τὸ εὐχρηστῆς & ἀεὶ μετὰ. i. vt bonum non minus illius sit, qui elegit & amplexus est, quàm eius qui semina suppeditauit, resque in spe positas non Dei tantum beneficio mortales consequantur, sed etiam pro virtutis præmio accipiant. Nam hæc nostri auctoris verba sunt: fremant licet omnes liberi arbitrij hostes.
20. Sapientia que fascino) Psal. 57. vbi habet vulgata translatio, & venefici incantantis sapienter, Græci legunt, & ἀρμακωῦ τῶν ἀρμακωῶν ἐστὶν ἡ σοφία τοῦ θεοῦ, i. nec fascino fascinatatur à sapiente.
21. Idcirco lignum aduersus lignum) Lignum crucis aduersus lignum interdictum, & manus fortiter extensæ aduersus eam, quæ per incontinentiam ad vetitum fructum decerpendum sese extenderat.
22. De mundis vel de mundo) Cum mundos dixit plurali numero, superiorem atque inferiorem mundum intelligit: cum autem singulari numero, propria significatione accipit, vt significet coagmentationem

cæli & terræ atque earum rerum, quæ horum complexu cohercentur.

23. Vel terrene humanæque) Nam alioqui in iis omnibus, quæ Dei providentia contingunt, nihil est, quod cum ratione pugnet: sed nonnunquam ita mortalibus videtur, eò quòd ad abstrusissima Dei consilia & iudicia penetrare non possint.

24. Ac peruersa aliqua planta) Arii error cum Sabellij errore ex diametro pugnat. Sabellius enim tres diuinitatis personas in vnam contrahit: Arius autem contractionis istius odio, naturas quoque ipsas distinguit. Ac proinde Basilius Magnus in Epistola, quam ad Maximum scribit, Dionysium Corinthiacum (à quo Ano-meorum heresim fluxisse docet) consitori cuiquam comparat, qui plantam quandam plus æquo inflexam & propendentem, nimirum in alteram partem inflectendo peruertit. Eodem enim modo cum, dum Sabellianam personarum confusionem acrius oppugnat, ac tres hypostasēs asserit, in contrarium errorem prolapsus esse, ac substantiarum dissimilitudinem induxisse. De hac materia fufius tractat Nazianzenus in Orationibus de Theologia, & multis aliis locis. Hoc porro animaduertendum, quòd tamesi omnibus ferè aliis locis Sabellio propter trium personarum contractionem in vnam, Iudaismum obiciat, Ario contra Hellenismum, quia Patrem & filium & Sp. sanctum naturâ substantiâque detrahat: hîc tamen atheiam Sabellio impingit, Ario Iudaismum, sed diuersa ratione. Hoc enim nomine Sabellium atheismi reum peragi dicit, quia impia illa contractione personæ, id quod sunt, esse definunt, nimirum in sese mutuo confluentes, ac proprietates suas amittentes. Rursus Ario Iudaismi notam inurit, quòd Filium ac Sp. sanctum in creaturarum ordinem redigat, atque Ingenito, i. Patre solo diuinitatem circumscribat.

25. Scientiæque lumine collustrare) Alludit ad illud Osee 10. cap. φωτισαι εαυτους φως γνωσεως, &c. Excitate vobis ipsis lumen scientiæ.

26. Et dogmatu, quibus innutriti sunt) Lego enim σωαι ετς αφησαι, non σωαι εραφησαι, vt in Heruagiano.

27. Qui per imperitiam) Videtur ad illud alludere, quod est apud Thucydidem, αμαθια θρασος, ο λογιστος ε δ' οκνον φερει. i. Inscitia impudentiam parit, prudentia metum & cunctationem.

28. Ac proinde minoris est negocij) Vnde ribicen quidam duplicem ab iis mercedem exigere solebat, qui ab aliis ante instituti fuissent, cum simplicem tantum ab iis peteret, quos rudes accepisset: quòd duplicem sibi laborem in illis suscipiendum videret, alterum in dedocendo, alterum in docendo.

29. Oleribus hoc est infirmiorum cibo) Alludit ad illud Pauli Rom. 14. Qui infirmus est, olus manducet, hoc est teneriori atque humiliori doctrina pascatur.

30. Ventriloqui sanè homines) Ventriloqui qui Græcè εν γαστριωδοι, qui in ventre dæmonem habent, responsa interrogantibus dantem, qui Pythones in ventre habent. Itaque hoc loco eleganter & appositè ventriloquos eos appellat Gregorius, qui abdominis causa omnia ad gratiam loquuntur, atque, vt ait Paulus Rom. ultimo, non Domino seruiunt, sed suo ventri.

31. Figlinamque in dolio) Hoc adagium in eos quadrat, qui in rebus maximis statim artis suæ specimen edunt. Quod quidem commodè in eos Gregorius torquet, qui ingenij doctrinæ que periculum protinus in re omnium maxima edere non dubitant, atque alienarum animarum periculo præfecturas Ecclesiasticas amplectuntur.

32. Enimvero Hebræorum) Hieronymus in Epistola ad Paulinum sacro Bibliorum codici præponi solita, scribit principia & finem Ezechielis tantis obscuritatibus esse inuoluta, vt apud Hebræos iste partes cum exordio Geneseos ante annos triginta non legantur. Idem Hieronymus in proæmio in Ezechielem ad Eustochium, Aggrediar, inquit, Ezechielem prophetam, cuius difficultatem Hebræorum probat traditio. Nam nisi quis apud eos etatem sacerdotalis ministerij, id est trigessimum annum impleuerit, nec principia Geneseos, nec Canticum canticorum, nec huius voluminis exordium & finem legere permittitur, vt ad perfectâ scientiam & mysticos intellectus plenum humanæ naturæ tempus accedat. Hac ille. Ceterum principia Geneseos, de quibus loquitur D. Hieron. definiunt Hebræorum Rabbini tribus primis capitibus. Idem ante Hieronymum scripsit Origenes in proæmio homiliarum in Cant. canticorum. Aiunt, inquit, obseruari etiâ apud Hebræos, quòd nisi quis ad etatem perfectam maturamque peruenerit, libellum hunc ne quidem in manibus tenere permittatur. Sed & illud ab eis accepimus custodiri. Quandoquidem apud eos moris est omnes scripturas à doctores & à sapientibus tradi pueris: simul & eas quas δευτερωτος appellant: ad vltimum quatuor ista referuari, id est principium Genes, in quo mudi creatura describitur: & Ezechielis prophete principia, in quibus de Cherubim refertur: & finem, in quo templi edificatio continetur: & hunc Canticum canticorum librum.

33. Quemadmodum olim) Quemadmodum Israëlita in monimentum Iordanis siccati duodecim lapides (nam totidem tribus erant) de medio fluminis alueo sustulerint, eosque in loco, vbi proxima nocte tentoria fixerunt, posuerint, totidemque rursus alios lapides in medio alueo collocarint, habes cap. 4. Iosue.

34. Protinus Samuelem) Quo modo Samuel ab ipsis incunabulis, imò etiam antequàm in lucem editus fuisset, Deo sit consecratus, vide 1. Reg. cap. 1. & 2.

35. Merâque deliramenta) ληρος πατος & ονειρατα. Gall. C'est vn passe-temps que de nos songes & refueries. Hic porro per ονειρατα, δημησοματια significat. De iis enim loquitur, qui nihil vere solidæ que philosophiæ habentes, relicto simplici & germano scripturæ sensu, quem nos literalem, veteres historicum vocabant, allegorias vbique confingebant, & quidem plerunque adco ineptas absurdasque, vt nec cælum nec terram (vt Luciliano verbo vtat) attingerent. Omnia porro ad allegoriam torquere velle, stultum profectò ac ridiculum, planèque (vt Nazianz. 2. Oratione de Pascha loquitur) ονειροποιικα, id est somniorum coniectore

iectore atque interprete dignum.

36. Quam nos diuinarum) Hæc eadem sapientiæ definitio est apud Ciceronem 1. & 2. Offic. aliisque in locis.

37. Semina in petras fundat) Hæc prouerbialiter de iis dicuntur, qui in re aliqua frustra laborant, atque operam, vt aiunt, & oleum perdunt. Parabole autem seminis, quod partim in viam, partim in petras, partim in spinas, partim in terram bonam cecidit, est apud Matthæum cap. 13. ex quo natum hoc prouerbum videtur.

38. Ita ne hæctenus quidem sapientes sunt) Alludit ad illud Socratis, qui se hoc vnum scire dicebat, quòd nihil sciret. Quod etiam ipsum de se testatur Gregorius in Orat. quam habuit, cum rure in vrbe rediisset.

39. Carnis dotibus eminet) Id est, Quinquam abunde habeat, vnde de carne gloriari possit (vt cum 2. Corinth. 11. cap. ait, Hebræi sunt, & ego &c.) tamen spiritualibus tantum rebus sese venditat, vt cum gloriatur in tribulationibus, & in cruce Domini nostri Iesu Christi.

40. Et si quis eodem spiritu præditus est) Greg. εις τις και ενιστοι πα πδμαπ. id est, εδρα πλησος & πδμαπκα. sic enim eleganter construitur hæc præpositio cum accusatiuo personæ & datiuo rei. Quinquam alio loco non minus eleganter iungitur cum accusatiuo rei, & τα μωσσις, και εη τις κτ' μωστα τω δρετω.

41. Fatui quidam principes Taneos) Esaiæ 19. μωροι ερροντες & εταως. Id de ignobilibus & obscuris præfectis vaticinatur Propheta, inquit in illum Procopius, qui maximis clarissimisque vrbibus præerant Taneii & Memphi.

42. Aut exactores spicas legentes) Esaiæ 3. ο διεκλωρες και λαμνοντι υμας. Quos autè illufores vocabat, eos nunc exactores appellat, ab iisque plebem demeti ac velut spicilegio compilari ait: quippe qui primitias quidem & decimas accipere vellent, populum autem Christi fidem amplecti non sinerent. In iis enim duntaxat rebus, quibus eorum opes augebantur, legem seruare iubeant, aliorum interim præceptorum curam nullam gerentes. Quo etiam nomine Christus eos maledictis incessabat, vt pote mentæ & anethi & cymini decimas exigentes, atque ea que in lege grauiora erant, relinquentes, nimirum iudicium, misericordiâ, & fidem. Qui etiam eos interdum, qui in peccatum labebantur, in iudicium vocabant, vt qui criminis cuiusdam conuicti erant, animaduersionis metu maiora quàm pro facultatum suarum modulo, ipsis dona offerrent. Ac proinde eos spicilegium facere ait, vt pote post messem factam iis, que adhuc reliqua erant, scelertas manus iniucientes. Exactores autem vocat, quoniam subdite plebi nequaquam placidè & leniter imperabant, nec vt discipulos magistri tractabant: verum vt duri atque importuni domini ad ea, que ipsis collibuisse, adigebant: contra quam Petrus Apostolus præcipit, Non vt dominium exercentes aduersus clericos, sed forma facti gregis. Quinetiam animarum exactores sunt impuri demones, ab hominibus exigentes, vt vitis studeant. Vnde beatos eos scriptura pronunciat, qui exactoris vocem non audierunt, hoc est, qui vitis & motus animi turbulentos subegerunt ac profligauerunt: ita vt mens eorum nec ab impuris spiritibus demetatur, nec in spicilegij modum detondeatur. Hæc nos ex Græco Procopij in Esaiam Commentario nondum typis vulgato conuertimus: cuius nobis copiam fecit Ioan. Curterius totum illum commentarium Latinitate donatum breui editurus.

43. Carbone purificatus) Cum Esaias cap. 6. quæretur se pollutis atque impuris labijs esse, protinus Angelus vnus ex Seraphinorum ordine calculo, vel, vt habent 70. interpretes, carbone labia eius tetigit, eique sublatam esse ipsius iniquitatem confirmauit.

44. Tinea osium viro prudenti) Vbi Prouerb. 25 legitur, Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi: septuaginta verterunt ονς οστεων καρδια αιδνη νικη. nos lingua nostra dicimus, Vn cœur apprehensif, qui apprehende fort les matieres. Id quod Basilio tribuit Gregorius noster in oratione, quam de eo conscripsit. Eum enim vt acerrimo sensu præditum ex Ecclesiæ calamitatibus acerbissimum animo dolorem cepisse testatur.

45. Super Itabyrium) Sic legunt 70. Osee 5. Thabor autem habet vulgata translatio.

46. Subuersionem turbidam) Vbi habet vulgata translatio Hab. 2. Va qui potum dat amico suo, mittens fel suum & inebrians 70. interpr. habent και ο ποτιζων τον πληστον αυτου αλαθηρην δουλευει. i. Va qui propinat proximo suo subuersione turbida. Quod quidem in hæreticos torquet Hieronymus, qui doctrinis suis & portione turbida inebriant populos deceptorum: quemadmodum & Athanasius in ea epistola, quam ad Epictetum Corinthiorum episcopum scribit (quæ extat apud Epiphanium tomo 2. lib. 3. Hæretici, inquit, propinant proximo, subuersione turbida. λογαμαρευσι δε επ ουδενι χηρισμα, η ετη και παροχη εση ακραβων, verbis contendunt ad nihil vtile, nisi ad subuersionem simpliciorum, explicans videlicet Prophete verba per verba Apostoli 2. Timoth. 2. Vnde etiam Gregorius noster Orat. in Heronem, vocat Hæresarcham Arium subuersionem turbidam.

47. Ne quid mali ominis) Greg. παραιτυμα εση ετη & οτις αρων το βλασφημιον. Hoc loco mihi lector admonendus est apud hunc auctorem plurimis in locis το βλασφημιον η τω βλασφημιαν nihil aliud significare quàm διειρημα: vt hæc verba παραιτυμα εση ετη & οτις αρων το βλασφημιον, eundem profus sensum habeant, quod Orat. proxime sequente, παλαιμα & ο μεστω εση το δυπημιον. Quod etiam ipsum satis indicant verba illa, quæ hac eadem Orate. paginis aliquot interiectis habentur, εεπιτοεις κερφμας αθεων η βλασφημια. i. διεφνημια. Quod Dij prius omen in ipsum conuertant, Virgil. Apertius etiam illa, τον & να δαδ η αλοουα ενσην & ερητομα δεει της βλασφημιας, Orat. quam habuit ad Patrem. Quam quidem significationem Ciceronis etiam auctoritate infirmare licet, qui lib. 15. Epist. ad Atticum, epistola ea, cuius initium est, Antium veni, in-

ter alia sic scribit: Bella est huius quinquennij licentia. quanquam quid de quinquennio cogitem? contrahi mihi negocium videtur. Sed βαδερνεια mittamus. hoc est, infaustra, & ut cum Horatio dicā, malè ominosa.

48. Cum manibus alios ducere) Greg. χερωγίαι μὲν χερῶν, i. regendi populi facultatem habere, atque iis praesidiis instructum esse, quae ad populi gubernationem requiruntur.

49. Senectus enim) Huic non multum dissimile est illud Cic. lib. 5, de Finib. Beatus est, cui in senectute contigerit, ut sapientiam verasque opiniones assequi possit.

50. Ex eo quod fugit) Θεός enim, ut eleganter ait Clemens Alexand. lib. 2. Stromatum. δουλωπὴν ἔχοντα, & δουλὸν ἔσται, & δουλωπὴν αὐτῶν ἰδὸν τὸ διάκονος, Deus, inquit, res quaedam est captu peruestigatūque difficilis, persequentis oculis semper se subducens, ac procul abscedens. Idem iisdem ferè verbis dicit Gregorius 2. Orat. in Pascha,

51. Maternaque pollicitatione) De ea re vide Gregorium presbyterum in nostri Gregorij vita, & primum tractatum poeticum Nazianzeni. Quam rem etiam Cyrus Theodorus Prodrromus ita hoc tetraſticho iam-bico expreſſit.

Επαγγελίας ἰσῶν ἀπὸ παλαιῶν	Promissus ante clarus Isaac nascitur,
Μελιρῖτων κληράρχος ἀπὶ πῶν πῶν.	Et sorte terras accipit dulcissimas.
Επαγγελίας Γρηγόριος ἰσῶν πικρῶν	Promissus ante nascitur Gregorius,
Μελιρῖτων κληράρχος ἀπὶ πῶν λόγων.	Opesque magnas doctrinae in sortem capit.

52. Periculis confirmatus) Naufragij periculum maxime significare videtur, de quo vide Orat. quam in patris funere habuit, & primum tractatum poeticum.

53. Ex quibus hoc duntaxat) Vnus, inquit, hic mihi doctrinae fructus extitit, quod aliquid habui, quod Christo posthaberem.

54. Inſipienter hoc quidem) Quoniam graue & inuidioſum est proprias laudes predicare, idcirco eadem ἀεὶ ἐπιπλήξει vitium qua Paulus 2. Corint. 11. In quo quis audet (in inſipientia dico) audeo & ego. Et cap. ſequenti, Factus ſum inſipiens: vos me coegistiſtis.

55. In plebeo ordine grandiores) Alludit ad locum illum Hieremiae 5. cap. Forſitan pauperes ſunt & ſtulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei ſui. Ibo igitur ad optimates. Graeci habent: πρὸς τοὺς ἀδουλοῦσιν hoc est adultiores & firmiores. qui quidem pauperibus opponuntur, hoc est (ut Baſilius exponit in Epistola ad Eustathium sebaſt. Episcopum) iis qui intelligentia carent, nec iuxta internum hominem adhuc abſoluti perfectamque aetatis meſuram aſſecuti ſunt.

56. Clementem hominem ad pugnam) Ioelis cap. 3. ubi verſo noſtra habet: Infirmus dicat, Quia fortis ego ſum, 70. Interpretes legunt, ὁ ἀεὶ εἶσε μαχητής. i. qui clemens est, ad praelium & pugnam ſe comparat, ac ſtrenuum & bellicoſum ſe praebeat.

57. Haec homines deum, qui praecipiti zelo Christianam concordiam ſcindunt, ac diſidia in Eccleſia ſerunt quosque non pudet, cum Chriſti (mitis & humilis corde) ſidem proſteantur, peſtiferis bellis ſe mutuo inſectari.

58. Nec belluam illam) Iulianum Apoſtata inuit, qui deſerta fidei Chriſtiane pietate ad falſorum deorum cultum ſe contulerat, veramque religionem modis omnibus labefactare & euertere conabatur.

59. Ut iam non Iſraelis vnus) Lib. 3. Reg. cap. 12. ſcriptum habetur, quod Roboam ſtultae iuuentutis potius quam ſenum conſilium ſecutus, eò eſt redactus, ut qui ante vniuerſum Iſraelem regio imperio teneret, poſtea duabus tantum tribubus imperaret. Reliquae enim decem tribus ab eius poſtate ſe praeciderunt, regemque Ieroboam elegerunt. Ac deinceps ut Iudaici regni metropolis erat Hieruſalem: ita contra Iſraelitici Samaria.

60. Illud magnorum myſteriorum exemplar) Sacrificium illud anguſtiſſimum inuit, quod quotidie in Eccleſia Deo patri à ſacerdotibus offertur, quod ſathanas omnibus ſuis impietatis machinis conuellere ac deſtrere fruſtra conatur.

61. Sanè aſpiciendis) Creaturas ſanè aſpicere, eſt eas ut creaturas agnoſcere, ac non iis diuinitatem attribuere, quemadmodum Gentiles ſideribus aliisque rebus.

62. Aureaque inauris) Prouerb. 25. Inauris aurea & margaritum fulgens, qui arguit ſapientem & aurem obedientem. At 70. interp. habent, εἰς ἐνώπιον χειρῶν ἀπὸ δεινῶν πλοῦτις δίδεται λόγος τοῦ εἰς δὴ κλονεῖς. Quemadmodum ſardius lapis inauri aureae egregie accommodatur: ita praecclare ſe res habet, cum doctrina ſapientis & ſalutifera in faciles aures minimeque refractarias immittitur.

63. Domini voluptatem) Alluſio eſt ad illud Pſalm. 26. Ut videam voluptatem Domini, & viſitem templum eius. Voluptatem enim, cum Graecus codex habeat. πρὸς τὴν πόλιν, legendum, non ut vulgo, voluntatem. Sic ſaepe ob vnus literae immutationem vel detractionem ſenſum immutatum videas, ut Pſalm. 106. Effuſa eſt contentio ſuper principes, cum legendum ſit, contemptio. Graecè enim legitur ἔξω δένωσις. & Pſ. 149. Exultationes Dei in gutturibus eorum, exaltationes legendum. i. laudes Gr. ὑμῶσις.

64. Tam ſublimiores illas) Sublimiora Chriſti nomina ea ſunt, quae de eo, ut de Deo praedicantur: humiliora autè & abiectiora. quae ipſius humanitati conueniunt. Illa θεός ἐπὶ Graeci vocant, haec αἰδρωπώδης πῶν. Deus autem dicitur Ioan. 1. & 20. Filius, Matth. 17. Imago, Hebr. 1. Verbum, Ioan. 1. Sapientia, Luc. 11. 1. Corinth. 1. Via, Veritas & Vita, Ioan. 14. Lux, Ioan. 1. Virtus, Heb. 1. Vapor & Deſluxio, Sapient. 7. Splendor, Heb. 1. Factor, Sapient. 6. Rex, Ioan. 18. Caput, Epheſ. 1. & 4. Legiſlator, Iac. 4. Via & Oſtium, Ioan. 10. Fundamentum, 1. Cor. 3. Petra, 1. Cor. 10. Margarita, Matth. 13. Pax, Epheſ. 2. Juſtitia, 1. Ioan. 2. & 1. Corinth. 1. Sanctificatio

Sanctificatio, Rom. 4. Redemptio, 1. Cor. 1. Homo, 1. Cor. 15. Seruus, Philip. 2. Paſtor, Ioan. 10. Agnus, Ioan. 1. Pontifex, Heb. 7. Hoſtia, Epheſ. 5. Primogenitus omnis creaturae, Coloſſ. 1. Primogenitus ex mortuis, Ibid. Reſurrectio, Ioan. 11. Cur autem his nominibus Chriſtus appelletur, vide Nazianz. 2. Orat. de Filio, & Hilariū ad ſinem libri de vnitare patris & filij. & Theodori. lib. 2. de Curat. Graec. Affect.

65. Particeps factus) Hoc eſt: quatenus caput eſt, eius membrum ſe praebuerit: quatenus Pax, curet ne quis turbulentus motus in animo exiſtat, ſed pacata omnia ſint & tranquilla, & ſic de ſimilibus. Nam hoc eſt, quod vocat participem fieri Chriſti.

66. Ab huius vitæ negociis) μίπο χελάσας. Tacite autem alludere videtur ad illud Davidis Pſal. 45. Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus.

67. Ac velut magno lumine) Ij magno lumine paruam domum illuſtrant, & virilia arma puerilibus corporibus imponunt, qui cum inſigni virtute praediti ſint, magnaque ad munus ſuum egregie obeundum praefidia habeant, minorem tamen, quam probitas eorum & doctrina promeretur, dignitatis locum tenent, nec ſatis amplum campum habent, in quo virtus eorum excurrere cognoſci que poſſit: ut ſi clariffimo imperatori aliqua tantum velitum turma committatur, vel eruditiffimo concionatori anguſtiſſima quaedam & ruſtica Eccleſia. Sic Tullius Epistola quadam ad Att. anguſtiorum Ciliciae praefecturam eſſe querebatur, quam ut in ea liberè ſe exercere poſſet illius industria. Non habet, inquit, ſatis magnum campum ille tibi non ignotus curſus animi mei.

68. Abrahae patriarchae) Per Abrahamum, Gregorium patrem innuit, per Saram, Nonnam matrem. Nec incommodè his nominibus eos appellat, quemadmodum & ex Orat. quam habuit in obitu patris, perſpicere poſteſt, & ex priori in Paſcha: ad quas vitandae prolixitatis cauſa, lectorem remitto.

69. Ne philoſophantis ſpeciem praerem) Tante, inquit, mihi curae fuit parentum ſenectutem ſubſidio meo fulcire, ut cam ob cauſam philoſophiam ipſam (hoc eſt ſolitudinem, qua vnice delectabar) contempſerim: vel potius prouidentum mihi omni ſtudio duxerim, ne ſi ſolitudinis amor impediret, quo minus mea erga parentes officia conſtarent, inanes duntaxat philoſophiae vmbraſ conſectari, ac non veram ſolidamque philoſophiam viderer amplecti: nimirum cupiditates meas praeccepto diuino anteponens.

70. Haec porò illi fuga) Hieronymus in 1. caput Ionae, cauſam fugae illius ſignat, quod ſancto ſibi ſuggerente ſpiritu ſciret penitentiam Gentium ruinam eſſe Iudaeorum. Idcirco ille amator patriae ſuae non tam ſaluti inuidet Ninivae, quam non vult perire populum ſuum. Præterea quod videret comprophetas ſuos mitti ad oues perditas domus Iſrael, dolet ſe ſolum electum, qui mitteretur ad Aſſyrios inimicos Iſrael, & ad ciuitatem hoſtium maximam, & c.

71. Sub paternis vaſis) Cum Saul ſe regem creatum eſſe intellexiſſet, domi ſe occultauit, 1. Reg. 10. Septuaginta autem legunt ἐν τῷ σκελετοῖ. i. in vaſis.

72. Cui ut miſericordiam) Innuit verſiculum illum Davidis, qui eſt in capite Pſalmi 100. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.

30

GREGORII NAZIANZENI AD EOS, qui ipſum primùm acciuerant, nec poſtea occurrerant, Oratio.

ARGUMENTVM.

GV M inuitus à patre Presbyter creatus eſſet Gregorius, clam in Pontum ad Baſilium fugit, illicque cum eo in ſumma animi tranquillitate literis ſacris & rerum diuinarum ſpeculationi operam dedit. Tandem mortuo Caſario fratre, cum pater, ut natu grandis & ſenectute fractus, forenſium negociorum mole obrueretur, ipſiusque opem atque auxilium ſuo iure flagitaret, relicta ſolitudine Nazianzum redire, ac domesticarum rerum curam procurationemque ſuſcipere coactus eſt. Poſt aliquot annos à Baſilio magno Archiepſcopo Caſarienſi Saſimorum Episcopos designatur: quod quidem incommodum prorſus oppidum erat, & ut breuiter dicam, tanto viro indignum. Atque à multis eam ob cauſam accuſatus eſt Baſilius, quod eximia ſanctitate & doctrina viri, iuratiſſimum amicum, hoc honoris genere depreſſiſſet potius, quam extuliſſet. Qua de re etiam extat Iambicum tetraſtichum Cyri Theodori Prodrromi:

Τί τῶν τα βῆσιν εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ εἰς τὸν γαίωρον εἰς τὴν αἰμίαν τὸν μέγαν	Quid hoc Baſili ſacrum & venerandum caput,
Πιθναίω ἢ τίνω χεραδίω;	Quid Saſimorum collocaſ in oppido
Οὐ τῶν τῶν σῶν ἀξίον ὀρεῶν ἔχοντα.	Viliſſimo Gregorium maximum virum?
	Non mente dignum facinus hoc reor tua.

Atque ipſe quidem Gregorius in Baſilij laude carptim id attingit. In epistolis autem de ea re libera indignatione cum eo expoſtulat. Fertur porò Gregorius in Saſimis nec oblationem vllam peregiſſe, nec cuiquam manus impoſuiſſe, nec denique quicquam eorum munerum obuiſſe, quae apud Episcopos in more atque inſtituto poſita ſunt: ſed ſtatim fugam animo concepiſſe, quod cum videret pater, fruſtraque cum eo de retinendis Saſimis egreſſet, quod ſecundum erat, ab eo petit, ut Nazianzenae Eccleſiae curam ſuo nomine ſuſciperet. Cedit ille patris precibus, verum hac conditione, ut ſimul atque pater e viuis exceſſiſſet; regen-

Greg. pre-
sbyter in vi-
ta Nazianz.
Epist. 22.
& 24.

da Ecclesie necessitate solueretur. Ita adductus est, ut ipsi vicariam in episcopatu operam prestaret. Hec tum ex diuersis nostri auctoris operibus, tum ex Gregorio Presbytero, qui ipsius vitam literis mandauit, inferere visum est, ut huic Orationi ac quatuor proximè sequentibus nonnihil lucis afferremus.



VIDNAM hoc rei est, fratres & amici, quod tam lentè & seigniter ad sermonem nostrum audiendum acceditis: cum præsertim in vi afferenda, nobisque ab arce nostra extrahendis, hoc est à solitudine (quam ex omnibus rebus maximè complexus eram, ac velut sociam & administram, diuinæque subuectionis parentem, atque adeò diuinitatem afferentem, mirificè suspexeram, totiusque vitæ moderatricem mihi staueram) ita prompti celerésque fueritis? Ecquid causæ est, cur postquam id, quod expetebatis, adepti estis, fastiditis iam atque aspernamini? meliusque visi estis absentis desiderio teneri, quàm præsentem frui? tanquam id vobis magis propositum fuisset, ut nostram viuendi rationem philosophiamque frangeretis, quàm ut vllum ex ea fructum caperetis. Ac mihi sanè hoc quoque dicere licet. Facti sumus vobis in satietatem ac nausæam, antequàm gustum vllum nostri speciménque præbuissemus, quod valde mirandum est. Nec verò nos ut hospites collegistis, aut nobiscum (ut humanius aliquid dicam) collecti estis, si nulla alia re, at certè præcepto diuino permoti: neque ut nouum negocium aggredientibus manum porrexistis, nec ut timidis animum addidistis, nec ut vim perpeffis solatium attulistis: sed infestiuam (vereor dicere, sed dicendum est tamen) nobis festiuitatem reddidistis, præludiisque minimè faustis nos excepistis, atque hanc lætam solennitatem mœsticia diluistis, ut pote vobis (quod ad cumulandum gaudium maximi momenti erat) victoribus meis: non enim verè dixerim amatoribus: carentem. Adeò facilè in contemptum venit, quicquid facilè superatur: atque ut colli atque obseruari solet, qui altos spiritus gerit: ita contrà facilè contemnitur, quisquis Deo se humilem ac submissum præbet. Quid vultis? Iudiciòne ut vobiscum contendam, an ut vester ipse sim iudex? sententiam ut feram, an ut accipiam? Nam vtrumque futurum spero, ut, siue de me iudicium feratur, victor discedam: siue de causa pronunciem, iustè ac meritò vos condemnem. Crimen autem vestrū illud est, quod nequaquam in amore nobis respondetis, nec pro eo quod vobis morem gessimus, nobis vicissim honorem rependitis, nec eam nunc animorum alacritatem affertis, ut mihi ad bene de vobis in posterum sperandum pignoris loco sit: idque cum etiam si accesserit, vix tamen satis locuples sponsor esse queat officij in futurum præstandi: (quoniam ita natura comparatum videmus, ut circa rei cuiusque primordia acriora sint & feruentiora mortalium omnium studia) quin potius alij alia habetis, quæ & veteri & nouo pastori præferatis, nec caniciem honore prosequentes, nec iuuenilem ætatem excitantes. Enimvero in Euangeliis lauta & magnifica cœna est, & bonus ac festiuus conuiuator, & amici, & conuiuium, ut in filij nuptiis, iucundissimum. Conuocantur illi, nec tamen veniunt: quam rem ipse ægreferens (ut iis, quæ intermedia sunt, mali ominis vitandi causa prætermittis, minus asperè loquar) aliis hominibus conuiuium suum implendum curat. Hoc quidem vtinam Deus à vobis auertat: Sed tamen (quomodo id leniter proloquar?) insolentius inhumaniusque mecum egistis. Illi etenim, cum inuitati essent, cœnam insultando repudiarunt, atque inuitantem contumelia afficiunt: at vos, cum nec extranei sitis, nec ex eorum numero, qui ad nuptias inuitantur, quin me potius ipsum conuocaueritis, ac sacrosanctæ mensæ adstrinxeritis, thalamique nuptialis splendorem ostenderitis, nobis subitò relictis (hoc enim facinus uestrum est præclarissimum) alius ad agrum suum, alius ad par boum recens emptorum, alius ad vxorem nuperrimè in matrimonium acceptam, alius ad aliud quodpiam leuis ponderis negocium profiliistis, ac dispersi estis, parua ratione habita cum thalami connubialis, tum ipsius etiam

Solitudo
ex homine
Deū facit.

Esa. i.

Math. 25.

Quod facile
superatur,
facile
contemnitur.

Crimē Na-
zianzeno-
rum.

Acriora
principia.

Cœna Eua-
gelica.
Matt. 22.

Luc. 14.

etiam sponsi. Ea res me in tantum mœrorem consilijque inopiam coniecit (nec enim animi affectum silentio tegam) ut parum abfuerit, quin sermonem, quem loco muneris nuptialis offerre constitueram, quòque nec præclarior, nec excellentius quicquam habeo, apud me continerem, rursus nihil propius factum fuerit, quàm ut eiusdem aciem in vos amicos meos, quando mihi semel vis allata est, stringerem: tam luculento scilicet orationis argumento sese offerente, ac vehementi amore linguam nostram aciente, qui quidem ad accusandum acerrimus copiosissimusque est, cum ob mœrorem ex inopinato contemptu susceptum in zelotypiam exarserit. Si quis vestrū hoc amoris cœstro percitus se neglectum sensit, is nimirum vim huius affectus intelligit, ac proinde nobis hoc passus, atque in hanc ferè prolapsus amentiam ignoscet. Verum nec me hoc tempore quicquam asperius in vos dicere fas est: nec aliàs vnquam accidat velim. Atque etiam plus æquo fortasse vos hac oratione perstrinximus, vos inquam sacrum gregem, præclaras Christi pecudes, diuinam hæreditatem, propter quam copiosus es & locuples, ô pater, tametsi alioqui opibus careas. Ac verba illa scripturæ tibi conuenire arbitror, Funes ceciderunt mihi inter optimos: si quidem tua hæreditas tibi optima est. Nec verò concedam, ut amplissimæ ciuitates gregesque latissimi nobis vlla in re præferantur, qui exiguo numero sumus, qui minime tribus inter filios Israël, qui paucissimi in millibus Iuda, qui Bethleem parua ciuitatis, in qua Christus nascitur, rectèque & nunc & iam olim cognoscitur, & colitur: apud quos Pater extollitur, & Filius æqualis prædicatur, & Sp. sanctus simul celebratur: qui vno eodemque animo sumus, vnum idemque sentimus, nec vllam, vel præponendo, vel abscindendo, Trinitatis iacturam facimus: quemadmodum sceleratis diuinitatis arbitris ac dimensoribus accidit, qui dum vnum quoddam plus quàm par sit, attollunt, vniuersum imminuunt, iniuriæque afficiunt. Vos verò, si quid mihi gratificari est animus, vos inquam agricultura mea, vinea mea, viscera mea, aut communis potius parentis huius nostri, à quo per Euangelium in Christo procreati estis, nos quidem etiam ipsos honore prosequamini. æquum est enim, cum vos ipsi omnibus rebus prætulerimus: vos testes estis, & qui hoc siue imperium, siue ministerium fidei nostræ commiserunt. Et si ei, qui plurimum amauit, plus debetur, quam mensura charitatem eam metiar, qua vos mihi charitas mea tanquam ære alieno constrinxit? Caterum vobismetipsis magis, commissæque imagini, & ei qui commisit, & Christi passionibus, & spei vitæ futuræ honorem habebitis. Id porrò assequemini, si eam quidem fidem, quam accepistis, cuiusque innutriti estis, & cum qua non modò ipsi seruari, sed aliis etiam salutem afferre credimini, (quæ quidem vestra laus eiusmodi est, ut non multi eam sibi vindicare possint) minimè dubiam retineatis: at verò pietatem non in multum & sæpe de Deo loquendo, sed ut plurimum tacendo positam esse iudicetis: lingua enim, nisi rationis magisterio gubernetur, in lapsum facilè homines impellit, semperque existimetis minus periculosum esse audire, quàm loqui, ac proinde lubentius de Deo quidpiam discatis, quàm doceatis. Si præterea exactiore harum rerum conquisitione dispensatoribus verbi relicta, sermone minimè, operibus autem maiori ex parte Deum colatis: legisque potius obseruatione, quàm legislatoris laude ac mirifica prædicatione vestrū erga eum amorem declaretis, nimirum vitia fugientes, virtutem confectantes, spiritu viuentes, spiritu ambulantes, eoque cognitionem attrahentes, fundamento fidei superstruentes non lignum, non fœnum, non stipulam, leuem materiam facilèque consumendam, cum actiones nostræ igne iudicabuntur, aut purgabuntur: sed aurum, argentum, lapides preciosos, res firmas & perennes. Hæc velim, faciatis, atque huiusmodi vos honoris genere afficiatis, siue sermonibus nostris interfertis, siue abesse malitis, siue orationum nostrarum cupiditate ducamini, siue quid aliud huius rei studio antiquius habeatis: ac filij Dei puri & irreprehensibiles in medio prauæ ac peruersæ generationis efficiamini, neque

Alloquitur
Patrem epi-
scopum.
Psal. 15.

Bethleem.
Matt. 2.

Philip. 2.

1. Cor. 4.

Plurimum
amanti plu-
rimum de-
betur.
Luc. 7.

1. Cor. 15.

In quo pie-
tas.
Lingua.

Gal. 5.

1. Cor. 3.

Philip. 2.

Pfal. II.
Prou. 5.
Matth. 13.
Num. 20.
E 21.
Ma 1th. 7.

vnquam impiorum in circuitu ambulantium funibus impliciti, aut peccatorum vestrorum cathenis constricti teneamini, nec denique committatis, vt huius vitæ curis fermo suffocetur, atque ita fructu omni careatis: quin potius via regia incedatis, nec ad dextram nec ad sinistram deflectentes, ac per angustum traminem quasi per latam viam duce spiritu gradimini, Hoc si feceritis, præclaro statu res vestræ erunt cum in hac vita, tum in alterius seculi censura, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in secula seculorum. Amen.

SCHOLIA IN PRÆCEDENTEM ORATIONEM.

10

1. *Quoniam, ita natura*) Hanc sententiam fufius suo more Chrysoftomus extulit in oratione *πρὸς τὸ πτωχὸν* de Humilitate. *πᾶς ἀθρώπος καὶ ἀπάντων γάρ τ' ἔστι τοιοῦτος ἢ μέλλον ἀπὲρ ἀνακατασκευάζεσθαι, πολλὸν ὄν τις ἀεθροῖς* *μύοις ὀπιδέινοντα ἀποδῶ, ἢ τῆς ἀεθροῖας ἀκατασκευάστους, ἢ τῆς ἀκατασκευῆς κατασκευάστους*. Id est, Nemo est quamlibet mortalium omnium tardissimus atque ignavissimus, qui negocium aliquod suscepturus, eximium studium ac diligentiam in primordiis ipsis non præ se ferat, animique alacritate adhuc feruente, viribusque recentibus, ad destinatum facile non tendat. Sic multa que Laconice protulerit noster Theologus, ipse Chrysoftomus fufius et quasi Asiaticè solet explicare. quod vno aut altero exemplo confirmare alienum fore non puto. Quod ait Greg. in Orat. de plaga grand. cum patris eloquentiæ suæ dicendi facultati anteposit, Non equo animo patior fonte obstructo torrentem cum impetu ferri. idem planè dicit Chrysoft. in eadem Orat. de Humil. de se ac de Flauiano Episcopo Antiocheno etate admodum prouectio verba faciens, *ἡ δὲ ἡμεῖς ἐκ ἀεθροῦ σικκνὴν ἴαται* *ῥοῖσι ῥοῖσιν ἠδὲν φερονδιῶ, ἡ δὲ τῷ πτωχὸν πτωχὸν ποταμὸς ἀφείσται* *ἡ δὲ ἡμεῖς πολλῆς ἐλαίου μάκροσ ἢ ὕδατων κεκοιμηθῆναι ἀφ' ὅπου.* Genus, ait, dicendi nostrum torrenti cum stridore decurrenti non absimile est: huius autem eloquentia fonti comparari potest, flumina cum summa tranquillitate fundenti, atque olei potius quàm vndarum cursum imitanti. Rursus noster Greg. in Basiliana sic ait breuiter: *θαυμάζει γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τῷ πλεῖστον.* Admiratur enim hostis aduersarij sui virtutem. At sic Laconicam istam sententiam explicat Chrysoft. in Epistola ad Episcopos et Presbyteros in carcere inclusos: *εὐφρανὸς τὸ ἀκακὸν εἶναι ἡμᾶς ἔστι τὸ οἰεῖσθαι οἰεῖσθαι τὸ κατὰ τὸ θάνατον ἔχειν, εἰ μὴ φανερώσ. καὶ ἵς ἀπὸ τῶν ἀκακῶν ξένον τὸ σωείδης, πολλὸν ἔστι παρ' ἐκείνοιο ὑμῶν ἄριστος τὸ θαύμα.* *τοῦτο γὰρ ἡ ἀρετῆ, ἢ ἀρετῆ τοῦ πλεῖστον αὐτῶν, θαυμάζει.* *τοῦτο γὰρ κακία, ἢ ἀρετῆ τοῦ μὲν οὐσιν αὐτῶν κατὰ τὴν ἀρετῆν.* c. Corona, inquit, vos ornant, ac lucleuto preconio efferunt etiam hostes ipsi qui hac moluntur, tamesi non aperte. Quod si quis eorum conscientiam euoluat, in ea vtique magnam virtutis vestræ admirationem inueniet. Huiusmodi quippe virtus est: etiam apud illos qui bello eam laceffunt, admirationi est. Tale vitium, etiam ab iis, qui ipsum consectantur, reprehenditur et condemnat. Cuius sententiæ veritatem confirmauit ipse Chrysoft. à Gaina hoste, ad quem legatus venire non recusarat, honorificentissimè exceptus: vt narrat Theodoritus cap. 33. lib. 5. Eccles. Histor.

2. *Vt iis, quæ inter media sunt*) Nempe id quod iratus Paterfamilias ait: Dico vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

3. *Vel præponendo*) Vide de ea re Nicetam in Comment. Orationis de Baptismo.

4. *Agricultura mea*) *Γεώργιον* aruum, seges, agricolatio. sic Paulus Corinthios *Agriculturam Dei* vocat. Quod autem sequitur, *Vine a mea*, petatum est ab Esaiâ cap. 4. et à Matth. cap. 20. vbi Ecclesia vineæ nomine appellatur. Quod verò etiam *Viscera sua Nazianzenos* Theologus vocat, à Paulo id mutuatus est, qui Epist. ad Philem. Onesimum viscera sua appellat.

5. *Quæ quidem vestra laus*) Non enim omnium est fides, vt ait Apostolus 2. Thessal. 4. *Ad eum enim locum alludit.*

APOLO-

APOLOGETICVS AD EOSDEM, POSTEA

quàm ex fuga rediisset.



Nihil senectute fortius, nihil amicitia venerabilius. Ab his ad vos ductus sum, ego victus in Christo, non cathenis ferreis, sed tenacissimis spiritus vinculis constrictus. Equidem ipse mihi antea inuicto quodam animi robore præstare videbar, atque (ô singularem animi absurditatem!) ne his quidem mei amantissimis fratribus sermones impartiri sustinebam: vt pote qui omnibus omnia reliquisset, vt ab omni negotio feriatu tranquille phi-

*Senectus.
Amicitia.
Ephes. 4.*

10 *losopharer, mecùmque ipse & cum spiritu colloquium haberem. Helix Carmelimum* animo agitabam, Ioannisque desertum, ac celestem eorum, qui hoc philosophiæ genus profiterentur, viuendi rationem, præsentiaq; omnia tēpestatis instar existimabam, ac rupem aliquã, aut præruptum aliquem locū aut exiguum murū cōquirebã, quibus obtegi possẽm. Aliorum, inquiebam, sint labores & honores, aliorū bella & trophæa: mihi verò à bellis abhorrenti oculos in me ipsum coniectos habere sufficiat, vitamque, vt potero, instituere, & veluti tenui rate paruum quoddam pelagus transmeare, ac paupere hac mea & angusta vitæ functione parua in altero seculo mansionem mihi comparare. Abiectius quidem fortasse cōsiliū, verum minori quoq; periculo obnoxium, nimirū æquo interuallo, & à summo

20 *fastigio, & à casu distare. Hæc ipse mecū, quãdiu vmbras adhuc & infomnia pingere licebat, inanibusque figmentis animum pascere atque oblectare. At nunc quis mearum rerum status?* Amicitia me subegit, patris canicies in potestatem redegit: senilis inquam prudentia, vitæ limes, portus tutior, atque illius amicitia, qui & apud Deū ipse diues est, & alios diuites efficit. Iam enim irã abiicio (audiãt māfueti & lætentur) manumq; hanc, quæ mihi vim attulit, placido vultu aspicio, ac spiritui leniter arrideo, mihiq; cor in integrum restituitur, reditque ad se ratio, atque amicitia, quæ instar flammæ consopita erat & extincta, rursus ex parua scintilla reuiuiscit, & excitatur. Renuit consolationem accipere anima mea, & anxietate in me affectus est spiritus meus. Dixi, Nunquam in posterum amicitia fidem habebõ. Et cur tandem in homine spem meam collocem, cum homines omnes fraudulenter incedant, ac frater omnis proximum suum omni arte supplantet, atque omnes ex eadem terra & massa coagmetati simus, eandẽque vitij arborem gustauerimus: vt cunq; alius alio magis speciosam larua prætedat. Quid verò, dicebã, mihi fructus attulerit beata illa & memorabilis amicitia, quæ à mundo exorsã ad spiritū progressa est? Quid idem tectū, eandẽ mēsam habuisse profuerit? quid eosdem præceptores, eandẽ artes & disciplinas? Quid denique me iuuerit illa nostra fraternæ coniunctionis vinculum superans temperatio atque coniunctio, aut hæc etiam, quæ postea secuta est, syncera concordia & conspiratio, si ne hoc quidem mihi licuit, vt imperij sublimitatisque tem-

30 pore priuatus manerem: cum præsertim in rem cōtrariam permulti homines incumbant, votique sui compotes fiant, hoc est, vt proximam potestatem habeãt, atque in felicitatis illorum partem veniant? Quid cuncta commemorare attinet, quæ mœror ille animique anxietas, quam ego mentis tenebras appello, nobis proposuit? Hæc enim erant, atque etiam his absurdiora: meam enim ipsemet accusabo, siue fœcordiam eam dicere oportet, siue dementia. Nunc verò orationem retexo, ac reconcinno, eaque dicam, quæ & his multò veriora sunt, & nobis digniora. Atque vt intelligas, quàm minimè fucata sit hæc nostra mutatio, vir præclare, non id duntaxat es affecutus, vt silentium nostrum solueres, cuius nomine mecum expostulabas, magnosque clamores excitabas: verum sermones

40 quoque ipfos defensores & patronos habes. Id quod amicitia nostræ spiritusque in nobis habitantis certissimum est argumentum. Cuius modi autem est hoc patrocinium? (ac si fortè errauero, erratum hoc, vt cætera soles, emenda:) Non sustinuisti amicitiam spiritui anteferri, quando quidem vt nos aliis fortasse omni-

*Greg. solitru
dine seper
delectatus.*

*Consilium
tutum.*

Pfal. 96.

Pfal. 76.

*Hier. 9.
Hier. 12.*

*Originale
peccatum.*

Prouer. 18.

*Patrem al-
loquitur.*

Matth. 25. bustibi chariores fumus: ita rursus spiritum longè nobis chariorem habes. Non
 Luc. 11. sustinuit talentum in terra defossum atque obrutum latere. Non sustinuit lu-
 cernam diutius modio circumtegi: si tamè ita lumen meum meamque negociationem,
 Gal. 2. existimas. Id egisti, ut tibi Paulo Barnabas adiugeretur. Id egisti, ut Siluano & Ti-
 motheo tertius accederet Titus, nimirum ut per eorum operam, qui tua causa
 sollicitudinem non fictam capiunt, diuina gratia longius latiusque à te propage-
 tur: atque ab Hierosolymis ad Illyricum usque per gyrum Euangelium impleas,
 Idcirco me Gamaliele etià ipso cedente, in medium profers, ac proximum tibi
 Episcoporum vinctio. assidere iubes: (cuius rei culpam mihi iam assignare nequeas) atque in curarum
 simul ac coronarum societatem asciscis. Idcirco me Pontificem vngis, ac podè-
 re cingis, capitique cidarim imponis, atque holocausti spiritualis altari admoues,
 & sanctificationis vitulum macetas, manusque spiritui consecras, & sancta sancto-
 rum spectatum introducis, verique illius tabernaculi, quod non homo sed Do-
 minus construxit ministrum facis: dignumne verò, & vobis qui vngitis, & eo pro-
 pter què peragitur, & in quem tendit hæc vinctio, perspectum hoc habet Pater ve-
 ri illius ac genuini Christi, quem exultationis oleo præ consortibus suis perfudit,
 Eph. 2. cum humanitatem diuinitate perunxit, ut faceret vtraque vnum, perspectum
 etiam Deus ipse ac Dominus noster Iesus Christus, per quem reconciliationem
 obtinuimus, Spiritusque sanctus, qui nos huic muneri præfecit, in quo & stamus,
 & gloriamur ob spem gloriæ Domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula se-
 culorum. Amen.


SCHOLIA IN ORAT. PRÆCEDENTEM.

1. Nihil amicitia venerabilius) αἰδέσιμος πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. quod maiorem vim ad animos perueniendos habeat. Nam in hac significatione millies apud hunc auctorem accipienda est hæc dictio. quod vel ex vno illo loco, qui est ad finem orat. in plagam grand. perspicue patet. Vbi de Deo loquens ait, οὐδὲν αἰδέσιμον πρὸς τὰ πάντα. Nec enim Deus vllum hominem reueretur: sed hoc vult Gregorius, eum patri pro filiorum salute atque incolumitate preces fundenti exorabilem se præbere.
2. Omnibus omnia reliquissim) πάντα παρέσις τῶν βυδολογῶν. Cicero in Epistol. Libens omnibus omnes opes concesserim, ut mihi liceat isto modo viuere.
3. Amicitia me subegit) Amicitiam illam intelligit, quæ ipsi cum Basilio Magno iam inde ab ineunte ætate intercesserat. De qua etiam paulò post verba facit.
4. Siue hoc quidem) Alij, inquit, miro conatu hoc agunt, ut amicis, quos ad altiorem aliquam dignitatem euectis esse vident, adiungantur, atque ex eorum commodis sua commoda augeant: at ego contra nihil magis expetebam, quàm ut Basilio Archiepisc. palem sedem adepto mihi meo more viuere, atque in solitudine ætatem agere liceret.
5. Ut nos alius fortasse) ἢ ἄλλος ἄλλω ἰσως ἡμῶν, ἢ ἄλλος δὲ τὸ πᾶν ἡμῶν. id est, ut sensus sit aper-
 tior. ἢ ἄλλος ἄλλω ἰσως ἡμῶν, ἢ ἄλλος δὲ τὸ πᾶν ἡμῶν. Vel, ἐμὲ ἄλλος ἰσως ἡμῶν ἐμπεριεσθῆναι ἄλλος, ἐμὸν δὲ τὸ πᾶν ἡμῶν.
6. Gamaliele) Patrem intelligit.
7. Ac podere cingis) Podèris ἢ cidaris multis scripturæ locis fit mentio, ut poderis, Eccles. 27. ἢ Apo-
 calyp. 1. Cidarim, Exod. 28. Leuit. 8. ἢ 10. Ezech. 22. ἢ c. Est autem poder vestis ad talos usque demissa, de qua Hieronymus in cap. 9. Ezech. Cidarim verò capitis ornamentum.

GREG.

GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI

ad Greg. Episcopum Nyssenum Basilij Magni fratrem, cum
 postridie illius diei, quo Episcopus creatus
 fuerat, venisset, Oratio.



10 **A**MICO fideli nullum est in rebus humanis par pre-
 cium, nec bonitas illius pondere vllò æstimari potest. Amicus fidelis protectio fortis, & munitum palatium. Amicus fidelis viuis thesaurus. Amicus fidelis super aurum & lapidem preciosum multum. Amicus fidelis hortus clausus, fons obsignatus, quæ opportunè aper-
 riuntur & communicantur. Amicus fidelis refrigerij portus. Quod si prudentia etiam & iudicio excellat, quanti hoc faciendum? Quod si præterea summa do-
 ctrina instructus sit, & quidem omnigena doctrina, hoc est, & nostra, & ea quæ quondam nostra fuit, quanto tandè istud luculentius? Quod si ad has quo-
 que dotes accedat, ut lucis sit filius, aut homo Dei, aut ad Deum propius ac-
 dens, aut vir desideriorum bonorum, aut quibusdam id genus nominibus dignus
 20 quibus homines diuino spiritu instinctos & excelsos ac beatos exornat scriptu-
 ra, id vero Dei iam donum est, meritumque nostrum prorsus excedit. Quod si
 insuper ab amico ad nos veniat, eoque nec virtute uec amore erga nos inferiori,
 hoc vtrique adhuc gratius atque iucundius, vnguentoque illo sacerdotis bar-
 bam & oram vestimenti decorante fragrantius. An vero ista sufficiunt, ac satis
 eleganter hunc virum oratione depinximus? An nobis potius accuratos pingendi
 artifices imitari cõuenit, sæpiusque colores inducere, quò perfectiorem vobis
 sermonis picturam ob oculos exhibeamus? Et verò clarius exactiusque vobis ho-
 minem describemus. Quis legislatorum illustrissimus? Moses. Quis sacerdotum
 sanctissimus? Aaron: non minus pietate quàm corporibus fratres, vel potius ille
 30 quidem Pharaonis Deus, & Israëliitarum antistes & legislator, & nubem ingre-
 diens, & diuinorum arcanorum inspector & arbiter, & tabernaculi illius veri fa-
 bricator, quod à Deo, non ab homine constructum est: ambo autem similiter sa-
 cerdotes. Moses enim, ait ille, & Aaron inter sacerdotes eius. Ille principum prin-
 ceptus & sacerdotum sacerdos Aarone pro lingua vtens, ipsique vicissim in iis re-
 bus operam nauans, quæ ad deum pertinebant: hic illi statim secundus, alios au-
 tem dignitate & propinquitate ad Deum longè antecedens. Ambo Aegyptum
 vexantes, mare scindentes, Israëlem regentes, & gubernantes, hostes demergen-
 tes, panem supernè trahentes, aquam præter omnium spem in deserto partim pro-
 ferentes, partim condulcantes: Ambo sancta manuum extensione, sublimioris-
 que mysterij figura copias Amalecitarum opprimentes: Ambo ad promissionis
 40 terram iter commonstrantes, celeriterque contendentes. Ecquid hac imagine no-
 tius apertiusque cogitari potest? Nonne perspicue cognominem meum & singu-
 larem amicum meum pictrix effinxit oratio? Horum alter nos vnxit, latentesque
 in medium produxit: quod quid ei acciderit ut faceret, aut quid eum ad hanc
 rem impulerit, haud scio, certè non ut dignum erat eo spiritu, qui in ipso est: di-
 cam enim, & si durior sit hæc oratio. Omnia perferet amicitia, siue quid acerb-
 i patiatur, siue audiat. Alter hanc causam huc veniendi habuit, ut nos consoletur,
 ac per spiritum componat, spirituique mansuetos sistat. Quem quidem & si nunc
 demum venisse plurimi facio: (nec mirum, cum vos vitæ meæ antistites semper
 50 habuerim): hoc tamen molestum est, quod serius quàm opus fuerit, accesserit.
 Quo modo post cladem acceptam excursionemque hostilem auxiliares copię
 veniunt, amicorum & sociorum præstantissime? quo modo post tempestatem gu-
 bernator, post cicatricem medicina? Vtrum te ut fratris amantem, vis nobis illa-

Amici fide-
 li laus.
 Eccl. 6.
 Prouer. 18.
 Psal. 18.
 Cantic. 4.
 Ioan. 12.
 1. Tim. 6.
 Dan. 9.
 Psal. 132.
 Moses
 deus Pha-
 raonis &
 sacerdos sa-
 cerdotum.
 Psal. 98.
 Exod. 4.
 Greg. Nyss.
 & Basilius
 fratres.
 simil.

ræ puduit? An ipse quoque, ut princeps, contumacia nostra: offensus es? Vtrum
 tandem è fratribus accusas? Vtrum culpa liberas? Atque ut Iobi verbis utar, ni-
 mirum ipse quoque dolore affectus & cum amico colloquens, & si non tali, nec
 iisdem afflictionibus oppressus. Vtri adheres, aut cui opem afferre paras? nonne
 illi qui viribus pollet: nonne illi, qui sapientia & doctrina excellit: Hoc enim com-
 pluribus ætatis nostræ iudicibus vsu venire conspicio: qui magnis & excelsis vi-
 ris grauiissima quæque facilius condonarint, quàm humilibus quicquam vel le-
 uissimi momenti. Sed hoc quidem ipse videris. Neque enim mihi fas est aliquid
 de te pronunciare, quod cum honesto pugnet: quippe quem virtutum omnium
 normam atque exemplar esse censeam: ac præterea scriptura me à iudicio sta-
 tim ferendo dehortatur. Ego verò pro amicitia iure & tibi & cæteris omnibus.
 quorum voluntas ita tulerit, siue inobedientia meæ, ut nonnulli fortasse dixe-
 rint, siue, ut mihi persuadeo, prudentia & cautionis rationem reddere paratus
 sum, ut te amicum habere intelligas, nec omnino præposterum, nec hebetem:
 sed quædam acutius etiam, quàm plerique, peruidens, atque in iis quidem
 rebus, quæ firmum animum requirunt, animo subnixum & præidentem, timen-
 tem autem ubi est timor, & quæ non timere formidabilius est sanis utique
 & cordatis viris. Vtrum igitur mihi potius faciendum censetis? An hoc iubetis,
 ut vobis facti mei rationes reddam, nec tempus hoc alienum iudicatis quod qui-
 dem celebranda Martyrum memoria, non iudicialibus controuersis destina-
 tum est? An potius, ut hanc causam in tempus aliud conciliūque reiiciamus?
 Longiorem enim orationem ea res postulat, quàm præsentis temporis ratio pa-
 tiatur. Quid igitur hoc festo atque hac hominum frequentia dignum profere-
 mus, ne vos ieiunos dimittamus, cum præsertim conuiuatoris partes obeamus?
 Purificemus nosmetipsos Martyribus, fratres, vel ei potius, cui ipsi quoque cruo-
 ris sui profusione veritatisque confessione purificati atque expiati sunt. Libere-
 mur ab omni incarnatione carnis & spiritus. Abluamur, puri efficiamur, exhibeamus
 etiam ipsi corpora nostra atque animas hostiam viuentem, sanctam, Deo
 acceptam, rationalem nostrum cum Deo congressum. Neque enim quicquam
 apud eum, qui purus est, pluri habetur, quàm puritas aut certè purgatio. Cer-
 temus propter athletas, vincamus propter victores, testimonium dicamus veri-
 tati propter Martyres. Hoc illorum certaminibus demus, ut ipsi quoque victri-
 cem palmam assequamur, atque eiusdem gloriæ hæredes simus, tam illius quam
 à nobis accipiunt, quàm illius quæ in cælis recondita est: cuius monumenta quæ-
 dam & signa exigua sunt, quæ oculis cernuntur. Aduersus principatus & pote-
 states certamen ineamus, aduersus inuisibiles illos persecutores & tyrannos, ad-
 uersus mundi rectores tenebrarum huius sæculi, aduersus spirituales nequitias in
 cælestibus, & quæ circa cælestia feruntur, aduersus domesticum atque intesti-
 num bellū, quod nobis excitat animi perturbationes, aduersus eos impetus, qui-
 bus ab externis rerum euentibus quotidie percellimur. Iram velut belluam
 quandam sustineamus, linguam velut ensis aciem retudamus, & voluptatem vel-
 lut ignem extinguamus. Auribus nostris ianuas apponamus, quæ tempestiuè pa-
 teant, atque claudantur: oculos frenemus: rabiosum tactum gustumque vellican-
 tem coërceamus, ne alioqui mors per fenestras nostras ascendat (hoc enim no-
 mine sensuum instrumenta vocari existimo.) Effusum & petulantem risum irri-
 deamus. Ne ob rerum penuriam flectamus genu Baal, nec timore percussis au-
 ream imaginem adoremus. Hoc vnum extimescamus, ne quid vehementius
 quàm Deum timeamus, diuineque imagini flagitiosa viuendi ratione contume-
 liam inferamus. In omnibus fidei scutum assumamus, atque omnes peruersi spi-
 ritus sagittas effugiamus. Nam hic quoque bellum graue & periculosum est, hæc
 quoque dimicatio magna, & amplum ac luculentū hoc tropheū. Si ad hunc mo-
 dū coimus, aut cõsumimus, haud dubiè festū hunc diē, ut Christo gratum est, cele-
 bramus, haud dubiè martyres honore affecimus aut afficiemus, haud dubiè triū-
 phalem

phalem choream ducimus. Sin autem eò conuenimus, ut ventris voluptatibus
 indulgeamus, & fluxis ac momentaneis deliciis fruamur, cibosque euanescentes
 ingeramus, atque hæc loca non temperantiæ sed crapulæ, atque hæc tempora
 non spiritualis ascensus, & nisi hoc à me audacius dictum videatur, diuinitatis
 consequendæ, cuius mediatores sunt martyres, sed rerum gerendarum & ne-
 gociationum tempora esse arbitremur: primum ne hoc quidem festi tempus ag-
 nosco. Quid enim paleæ cum tritico? Quid carnis voluptati cum martyrum
 certaminibus? Illa theatris conueniunt: hæc meis cæteribus. Illa libidinis: hæc
 castis & moderatis. Illa carni addictis: hæc iis, qui corporis vinculis soluuntur.
 Deinde gestit quidem animus aliquid audacius proferre, sed diei huius reueren-
 tia moueor, ne quid asperi atque ominosi dicam. Cæterum, ut mitius loquar,
 nequaquam hæc à vobis martyres exposcunt. Demus igitur operam, fratres, ne
 sancta impurè, & sublimia demissè, & honore digna turpiter, & ut vno verbo cõ-
 plectar, spiritualia terrenè celebremus. Festos quidem dies Iudæus etiam agitat,
 verum secundum literam: festos dies itidem Gentilis, verum ut dæmonibus pla-
 ceat. At nobis quemadmodum spiritualia omnia sunt, actio, motus, voluntas, ser-
 mo, incessus denique & vestis, atque ad eò ipse oculorum nutus, diuino scilicet
 verbo ad omnia pertingente, ac diuinum hominem concinnante: sic etiam spi-
 ritualis est festorum celebrandorum animorumque oblectandorum ratio. Non
 enim animi relaxationem interdictam volo, sed petulantiam coërceo. Si nos ad
 hunc modum conueniamus, ac festa celebremus: magnum quidem fuerit affir-
 mare, nos eadem præmia atque eiusdem gloriæ hæreditatem percepturos: (quæ
 enim nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec humanus intellectus pro potestate
 atque arbitrio beatitudinem fingens vnquam informauit, hæc iis, qui cruoris ef-
 fusione purgati, Christi; sacrificium imitati fuerint, recondita esse iudicamus:)
 at illud certè nobis continget, ut sanctorum martyrum splendorem aspiciamus
 (quod quidem mea sententia leue censei non debet) atque in eiusdem Domini
 gaudium intremus, clariùsque & purius beatæ ac principalis Trinitatis lumine
 collustremur, in quam credimus, quam colimus, & coram Deo atque homini-
 bus confitemur, nihil timentes, neminem verentes, non externos hostes, non
 nobiscum coniunctos falsos Christianos, sanctique spiritus hostes. Atque vtinam
 ad extremum vsque vitæ spiritum cum magna libertate confiteamur, præcla-
 rum inquam illud sanctorum patrum, qui Christo, nascentique fidei propinquo-
 res extiterunt, depositum, confessionem illam nobis collactaneam, quam primam
 prolocuti sumus, & cum qua vtinam postremò ex hac vita migremus, si nihil ali-
 ud, hinc certè pietatem nobiscum efferentes. Deus autem pacis, qui nos sibi
 per crucem reconciliauit, cum prius per peccatum hostes ei facti essemus, qui
 pacis faustum nuncium attulit his qui propè erant, & his qui longè, hoc est tam
 iis qui legi subiecti, quàm illis, qui à lege alieni erant, ille charitatis parens, immo
 ipsa charitas (his enim omnibus præcipuè delectatur, ut nominibus etiam ipsis
 mutuuum amorem quasi lata lege promulget) qui nouum mandatum dedit, ut
 alij alios tantum diligamus, quantum dilecti sumus, qui dedit & laudabilem
 vim afferre, & laudabiliter propter metum cedere, ac vim perpeti, qui etiam &
 cum ratione cunctari, ac refugere, & rursus cum ratione fidere, qui & magnos
 greges omnibus partibus absoluit, & paruos per gratiam amplificat, ipse pro mul-
 titudine benignitatis abunde me consoletur, atque ad ea, quæ à fronte sunt,
 ducat, gregem mecum pascens atque conseruans: vos autem ad omne bonum
 opus perficiat, vobisque in animum inducat, ac martyrum festa spirituali modo
 celebretis, supernisque illis deliciis, in quibus lætantium omnium habitatio est,
 dignos vos habeat, & cum iustitia apparentes gloria sua satiet: quæ quidem cerni-
 tur in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria, & potentia, & honor, & adoratio
 in secula seculorum. Amen.

Martyres
mediato-
res.

Dies festi
Iudæorum
& Gentiliū
à nostris lō-
gè diuersi.

1. Cor. 2.
Esa. 64.

Martyrum
splendor.

Ephes. 2.
1. Ioan. 4.
Deus cha-
ritas.

Ioan. 13.

Pia pasto-
ris apud
Deum pe-
nitio.

SCHOLIA IN PRÆCEDENTEM ORAT. EX GRÆCO
Nicete in illam commentario excerpta.

- 1. Munitum palatium) Alludit ad illud Proverb.18. Frater à fratre adiutus est, tanquam ciuitas munita & excelsa & fortis, quasi bene fundatū palatium. Nicetas tamen nō legit πνευματικόν, sed μαροχρηματικόν.
- 2. Vnius thesaurus) Alexander magnus interrogatus, Vbi thesauros haberet, amicos ostendit, hoc est veros thesauros. Vnde illud Theognidis, πλοῦτος ἀνὴρ ἄλλοθεν πρὸς ἑὸν φίλον ἀποπρίσσει δαίμονα. Αξίος: Vir fidelis non minoris aestimandus est, quàm aurum & argentum.
- 3. Lucis sit filius) Hoc ex Euangelio sumptum est, Vt filij lucis sitis. Ioan.12. Homo autem Dei Moses vocatus est, & Elias atque Elisæus, eoque etiam nomine Paulus Timotheum ornat, 1.Timoth.6.
- 4. Ad Deum propius accedens) ἐγγίζων θεῷ. Sacerdotes ita vocantur in Exodo. Quod autem sequitur, Vir desideriorum, ita appellatus est ab angelo Daniel cap.9. Dan. Adiecit autem Theologus, Bonorum: quoniam 10 viri quoque permulti sunt desideriorum, sed malorum.
- 5. Vnguento que illo) Vnguentum illud in Pontificis caput effusum primum ipsum caput ornat, deinde barbam, ac postea vsque ad extrema ipsius indumenta destuebatur. Vnguentum autem istud allegoricè sp̄ sanctum nobis designat. Hic enim primum totius corporis caput, hoc est Christum implebat. deinde ad Apostolicum chorum, qui faciei Christi ornatus erat, dimanabat: ac postea in totum corpus, id est in Ecclesiam, labebatur.
- 6. Moses) Basilium & Greg. Nyssenum melius representare non potuit, quàm Mosē & Aaronem in medium adducens. Vt enim illi, sic hi quoque non minus pietate quàm corporibus fratres erant. Ac Basilus quidem inter sacerdotes & monachos legislator celeberrimus erat, hoc est vitæ regulam tradebat: Gregor. autem Nyssenus reliquos omnes vitæ sanctitate antecellēbat, quemadmodum illic Aaron. Insuper Basil. Magnus spiritualis Pharaonis Deus erat, Vt Mosēs sensibilis. Ad eum quippe dicebat Deus in Exodo: Ecce, dedi 20 te Deum Pharaoni. Israel autem spiritualis, pius populus, cui præerat, ac legēs dabat Basilus. Nubes porro legalis literæ crassities: quandoquidem ille penetrans diuina mysteria aliis abstrusa mentis oculis perspiciebat, atque docebat. Vel etiam in spiritus adyta, vel in nubem quandam ingrediebatur, eaque spectabat. Iam verò legale quidem tabernaculum, quod à Beſeele constructum, à Mosē fixum est, figuræ tantum rationem habebat: at verum tabernaculum, quemadmodum ait Paulus, Christianorum Ecclesia est. Ambo præterea sacerdotes erant, & quidem Basilus sacerdotum princeps, aliòsque Gregorij Nysseni operâ initiatus, Deumque ipsis benignum ac propitium reddens: Greg. autem Nyssenus statim illi proximus. Quinetiam id quod in Exodo ad Mosē de Aaronē dictum est, Ipse erit tibi in linguam, tu verò in his, quæ ad Deum pertinent: hoc ipsi quoque inter se erant. Atque illi quidem decem plagis Ægyptum affecerunt: hi verò caliginosum peccatum infestēque homines persequens. Illi mare rubrum sciderunt: hi mare vitiorum animique perturbationum. Illi Israelitas seruauerunt, atque Ægyptios aquis obruerunt: hi pios homines fidēque præditos conseruauerunt, demones autem vel hæreticos depresserunt. Illi manna cælitus traxerunt, copiosamque aquā 30 & admirandam partim ex durissima petra extuderunt, partim dulcem reddiderunt: apud hos quoque panis cælestis, spiritualis est alimonia: aqua autem latex doctrinæ Christi, qui iuxta Apostolum petra est. Hic porro per dulcescentem aquam, doctrinam illam intelliges, quæ à prophana literatura ad Christum traducitur, piēque percipitur. Ad hæc illi mystica & typica manuum extensione crucem adumbrante Amalecitas in fugam verterunt: hi diabolum. Illi ad promissionis terram contendebant aliòsque ducebant: hi ad regnum cæleste.
- 7. Non ut dignum erat) Nempe quia mihi vim intulit, & quia me in tumultus obturbationēque coegit. Sactima quippe huiusmodi oppidum erat.
- 8. Scriptura me à iudicio) Solomonis hæc verba sunt, Ne sis celer in verbis: Pauli autem, Nolite ante tempus indicare.
- 9. Exhibeamus etiam) Hæc Pauli sunt Rom.12. Vbi animaduertendum est, quàm accuratè loquatur. Non enim dixit, Faciamus corpora nostra hostiam, verum, Exhibeamus: perinde ac si diceret, Nihil deinceps cum 40 iis commune habeamus, nec quæ semel Deo consecrauimus, ea iam ad priuata ministeria retrahamus. quin potius labem omnem à membris nostris abstergamus. Victimam enim tale quiddam est, vt pote primitiæ aliarum rerum, nec impuri quicquam habere debet. Ac proinde corpus quoque nostrum omni ex parte purū esse necesse est, vt dignum sit, quod Deo immoletur. Postquam autem dixit, Exhibeamus hostiam, ne quis existimaret Paulum hoc à nobis exigere, vt corporibus nostris manus afferamus, statim subiunxit, Viuentem, adiecitque, Sanctam, Acceptam, vt videlicet eam à Iudaica hostia distinguat. Hæc enim nostra Deo gratissima est, Iudaica verò impura. Illa id quod immolabatur, morte afficiebat, hæc id quod immolatur, vitā donat. Cum enim membra nostra oppreſſerimus, tum demum viuere nobis licebit. Atque illa quidem corporea erat: hæc autem rationalis, hoc est nihil crassum nec corporeum habens. Rationalis enim cultus est, velut spirituale ministerium, pia & Christiana vitæ ratio.
- 10. Cum Deo congressum) Quam Paulus λατρεία vocat Rom.12. Theologus ἐννοῦν, hoc loco vocat, quoniam per eam Deum adimus atque alloquimur. 50
- 11. Puritas aut certe purgatio) Puritas in eo consistit, vt iam purgati simus: purgatio autem in ipso purgandi actu. Vel etiam puritas in eo sita est, vt ne in sordes & labes incidamus: purgatio autem in eo, vt contractas vitæ sordes abluamus.

- 12. Aduersus principatus) Dæmones principatus vocantur, vt vitiorum auctores, quibus nos miseri in seruitutem subiecti sumus. Potestates autem, vt pote per intermedios animi affectus potestatem in nos habentes. Mundi rectores verò, vt domini eorum, qui rebus huius vitæ animam addixerunt. Spiritus denique nequitie, qui in caelestibus sunt, id est, qui in aère versantur. Aer quippe calum appellatur. Quod etiā ipsum Theologus exponens, adiunxit, Et circa caelestia.
- 13. Intestinum bellum) Ait enim Apostolus legem quandam in mentibus nostris esse mentis legi, hoc est naturæ, repugnantem, mentēque se penumero captiuam abducentem, atque in potestatem redigentem.
- 14. Iram velut belluam) Martyres, inquit, & belluarum impetum, & gladiorum acie, ardorēque flammæ pertulerunt: nos itidem iram quasi truculentam quandam feram sustineamus, &c.
- 15. Ne ob rerum penuriam) Alludit ad illud 3. Reg.19. quod ait Dominus ad Eliam: Reliqui mihi septem millia virorum, qui non flexerunt Genus Baal. Quod autem sequitur, Nec imaginem auream adorauerunt, ad illud referendum est, quod habetur de tribus pueris, qui nullis minis impelli potuerunt, vt auream imaginem, quæ à rege Nabugodonosor fuerat proposita, adorarent. Porro qui ventrem voluptatis causa pro Deo coluerit, idem profectò auaritiā quoque, sine qua voluptates comparari nequeunt, pro Deo habeat necesse est. Nam qui Baal propter rerum penuriam, hoc est propter gulam adorauerit: idem haud dubiè imaginem quoque auream, id est auaritiā propter timorem adorabit: qui quidem timor alia præsentis vitæ conseruandæ causa est post aurum.
- 16. Cuius mediatores sunt martyres) ἡς οἱ μάρτυρες μεσσησῶσι, hoc est, vt Nicetas exponit, ἡς μεσσησῶσι οἱ αἰῶνες, τὸν ἐπὶ λαὸν ἄγγελος καὶ τοῦ αἰῶνος αἰὲς αἰῶνος, τὸν δὲ θεὸν ἰκετεύοντες ἐπιμαρτυροῦντες τὸν θεόν. i. cuius mediatores sunt martyres, dum partim populum hortantur, vt mentes subuehant ac diuinitatem consequantur: partim etiam Deum rogant, atque obsecrant, vt sese demittat, ipsisque opem ferat.
- 17. Ne quid asperi atque ominoſi) Quod autem hic reticuit, in carminibus suis exposuit, nempe quòd veteres gulae ac deliciis indulgentes festos dies in dæmonum honorem agitabant: at Christiani his liberati, spirituales cætus martyribus constituerunt.
- 18. Mandatum nouum) Atqui vetus erat hoc mutue dilectionis præceptum. Diliges enim, inquit, proximum tuum sicut temetipsum. Est quidem ita: verum Christus mandatum illud nouum effecit, quantum ad modum, cum iussit, vt proximos nostros magis quàm nosmetipsos amemus: quemadmodum ipse quoque nos amauit, seque nostræ salutis causa morti obtulit. Ac proinde his quoque verbis utebatur: Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt ponat animam suam pro amicis suis.
- 19. Laudabilem vim afferre, Basilium enim Gregorium ab episcopatu abhorrentem reſtè coegit, vt multorum utilitati consulere: coactus est rursus ac per vim adductus Gregorius ad suscipiendum Episcopatum: idque propter metum, quòd scilicet vereretur, ne in contumaciæ inobedientiæque crimen incurreret.

30 APOLOGETICVS AD PATREM SVVM GREGORIUM præſente Basilio Magno, posteaquam Episcopus Sacerdotum creatus est,



UPER me rursus vnctio & spiritus: & rursus ego lugens & tristis incedo. Nec verò id vobis mirum videri debet. nam ipse quoque Esaias, priusquam Domini gloriam conspexisset, thronumque illum sublimem & excelsum, & Seraphinos ipsum cingentes, nihil huiusmodi loquitur, nec animo languet, nec perterretur: verum in Israëlitas quidē magno clamore inuehitur, sibi autem parcit, ac pœnam, quasi nihil commertus, deprecatur. Postea verò quàm hæc vidit, ac vocem illam sanctam & arcanā audiuit: tum demum velut sibi ipsi magis sui conscius, Me miserum, inquit, quia compunctus sum, & quæ deinceps sequuntur, ne quid ominoſi habeat oratio. Occurrunt etiam hinc antiquus ille iudex Manue, hinc deinde Petrus Ecclesiæ columen: quorum alter cum præstantiorē, quàm natura ipsius virēsque ferrent, visionē sensisset, Auctum est, inquit, de nobis, vxor: Deū vidimus: alter Seruatoris præſentiam vimque illam & facultatem, cuius specimen illis, qui simul nauigabāt, in piscatione præbuit, ferre non poterat, ac proinde licet admiratione correptus, ipsum tamen à nauī sum mouebat, causam hanc afferens, quòd diuino aduentu colloquioque seſe indignum fateretur. Iam verò cum in Euangelio Centurionem audio Christi quidem potentiam flagitantem, præſentiam autem deprecantem, vt pote cuius rectum angustius esset, quàm vt diuinam magnitudinem excellentiamque capere posset: equidem timiditatis huius tristitiæque nomine mihi succēdere nequeo. Nam quemadmodum Sol oculorum hebetudinem imbecillitatemque prodit, à Sole.

Esa.6.

Esa.ias.

Manue. Petrus Ecclesie columen. Iu d.13. Luc.5.

Centurio. Matth.8. Luc.7.

similitudo à Sole.

ita morbum animæ adueniens Deus coarguit: atque aliis quidem lux, aliis ignis est, vnicuique videlicet secundum subiectam materiam & qualitatem. Quid de Saule existimamus? Nam & vnctus, & spiritus factus est particeps, ac tum spiritualis erat (non enim de eo fecus dixerim) atque etiam prophetauit, idque adeo præter hominum opinionem, vt ex illo miraculo prouerbiū hoc fluxerit, quod nunc quoque commemorari atque audiri solet, Num & Saul inter Prophetas? Quoniam autem se totum spiritui vtendum non præbuit, nec purè atque integrè, vt oraculum ferebat, in alium virum mutatus est, sed pristini malitiæ fomitis perniciosi que feminis non nihil supererat, atque in eo cum spiritu caro confligebat, quid omnes illius calamitates tragica oratione prosequi necesse est? Nostis aduersarium illum spiritum & Psalten, cuius incantatione fugabatur. Quamquam hinc quoque illud perspicuè ostenditur, tametsi in indignos diuina gratia nequaquam influat, nec in malum penitusque inconcinnum organum (in malignam enim animam non ingressuram sapientiam rectè dictum est, atque ita persuasum habeo) tamen ob conditionis naturæque humanæ varietatem & inconstantiam, non minoris, vt quidem ipse existimo, negocij esse, dignitatem suam concinnitatemque tueri & conseruare, quàm à principio rectè concinnari, dignumque effici. Accidit enim sæpenumero, vt (quod omnium malorum nostrorum miserimum est, maximèque absurdum) gratia ipsa factum nobis pariat, atque insolentius elatos à Deo, ad quem non vt decuit accessimus, exturbet ac deiciat, atque ita dum extollimur, corruamus: vt fiat supra modum peccans peccatum, nimirum per id quod bonum est, mihi mortem afferens. Hæc ego metuens acerbitate & mœrore totus debilitatus sum, eodè modo affectus, quo pueri circa fulgetras, ex quarum spectaculo coniunctam cum admiratione ac stupore voluptatem capiunt. Spiritum enim dilexi, simul & extimui: nonnulloque temporis spatio opus habui, vt memet ipse colligerem & excitarem, ac meliori tutiorique parti adiungerem: vt subducente sese mœrore, non secus ac zizaniis in semine, malisque cogitationibus meliori consilio cedentibus, spiritus iam planè vinceret, mœque ad sui obsequium & ministerium vteretur, ad populi huius instaurationem, ad vtrumque doctrinæ genus, tam quod in sermone, quàm quod in opere vitæque exemplo consistit, per arma iustitiæ tam dextra quàm sinistra, ad commodam pascendi gregis rationem à mundo abstrahentem, ad Deū adducentem, corpus exhaurientem, spiritum augentem, tenebras fugientem, luce gaudentem, bestias submouentem, ouile colligentem, præcipitia & solitudines cauentem, ad montes atque edita loca greges impellentem. De quibus mihi locutus videtur eximius Micheas, cum nos his verbis è terra ad fastigia nostra pertraheret: Accedite ad montes æternos. Exurge & iter cape, quoniam tibi requies in rebus humilibus deorsumque sese voluentibus nulla est constituta, licet aliter quibusdam videatur. Hanc pastoriam artem mihi tradite, amici iam deinceps mihi pastores & collegæ. Huius mihi tesseras date, túque communis pater, qui multos pastores in tam longa ætate instruxisti, ac commutasti, & tu philosophiæ meæ censor & explorator. An verò (prudenter quod dicam, accipies) fieri potest, vt media tempestate iactatus & obturbatus peritè gregem pascam ac nutriam? Te, inquam, appello, qui non solum inter oues humanitate præstabas (nisi quid te offendit hæc oratio) cum pascui bruti participes essemus, sed etiam inter pastores, posteaquam spirituali pascuo digni habiti sumus. En, quod tibi in votis erat, in potestatem me subiecisti, insuperabilèmq; vicisti: En præter alia omnia sermonem quoque ipsum, quem tibi cognitum exposcebas, & quem, laudibus alioqui efferens, cessantem tamen crebris verbis niuibis impetebas. Verum non nihil habeo, quod cum amico expostulem. Quis ex communibus amicis hanc causam disceptabit? Quis incorruptus erit iudex, vt iustam sententiam ferat, ac non, quod plerique facere solent, plus gratiæ quàm veritati tribuat? Vis crimen proferam, nec propterea orationis tuæ aculeum in me rursus

saul.

Prouerb.
I. Re. 10. 29In indignos Dei gratia non influit.
Sap. 1.Gratia facti parit.
Psal. 71.
Rom. 7.

simil.

Matth. 13.

Qualis pastoris cura.

Greg. patrè alloquitur.

fus immittes? Fuit quoddam tibi nobiscum arcanum, vir clarissime, arcanum verè fidemque superans, nec antehac de nobis vnquam fando auditum. Non oratione inducti, sed coacti sumus. Facinus mirandum! Quam noua facta sunt omnia! Quam nos disiunxit thronus dicam, an gratiæ magnitudo? Sed tamen præi, prosperè incede, & regna, & nos pastores pascite. Nobis enim certum est te sequi, atque pastoralis animæ tuæ ductu omnia facere, sublimis inquam illius atque diuinæ (dicam enim quod res est, etiam si præ amore audacius quidpiam præter legem protulerimus) charitatem tuam erga gregem nos doceto, diligentiam tuam simul & solertiam, curam tuam animique attentionem, vigiliam, illam carniū tuarum secessionem, qua spiritui loco cesserunt, illum coloris istius florem gregis commodis insudantis, illam lenitate temperatam acrimoniam, illam in rebus agendis serenitatem & mansuetudinem, quæ virtus in compluribus desideratur, rarique est exempli, bella illa pro gregis salute suscepta, victorias illas, quas in Christo reportasti. Dic, quæ pascua petenda, qui fontes petendi, qui pastus vitandi, qui latices, qui baculo regendi, qui fistula, quo tempore ad pascua ducendus grex, & quo tempore à pascuis reuocandus, quo modo bellum cum lupis gerendum, quo modo non laceffendi bello pastores, hac præsertim tempestate, qua pastores stultè sese gesserunt, atque oues pascuæ disperferunt (vt eadem, quæ sanctissimi Prophetæ, iisdem verbis deplorem) quo modo quod infirmum est, roborabo, quod lapsum est, erigam, quod oberrat, in viam reducam, quod periit, conquiram, quod viribus valet, conseruabo, quo inquam modo hæc addiscam, atque ita vt recta pastoralis artis vestraque ratio postulat, custodiam, ac non sceleratus sim pastor lac comedens, & lanam induens, & pinguiissima quæque iugulans aut vendens, reliqua autem bestiis & præcipitiis relinquens, me ipsum pascens non gregem, quemadmodum olim Israëlitarum præfectis obiiciebatur. Hæc me, quæso, docete, his sermonibus fulcite, his præceptis & me & mecum sacrosanctum hunc gregem pascite: atque vt doctrina ita precibus etiam seruate, mihi quidem ad securitatem, vobis autem ad gloriationem in die aduentus ac reuelationis magni Dei & principis pastoris nostri Iesu Christi, per quem & cum quo gloria patri omnipotenti, cum sancto spiritu, & nunc, & in secula seculorum. Amen.

SCHOLIA.

1. Dum extollimur, corruamus) Hoc est, quod ait Dauid Psal. 71. vel iuxta septuaginta 72. κατ' ἄλλους αὐτῶν ἐν τῇ ἐπιπέσει, i. deiecisti eos, dum extollerentur.
2. Verborum niuibis) Sic Chrysostr. in Epist. 2. ad Innocentium Papam, ἐπιθυμοῦμαι ἐν τοῖς ὄμις πῆμι πιν γαμμῶτων. Quod quidem loquendi genus vterque ab Homero hausisse videtur, apud quem lib. 3. Iliad. Helena. Ἰλυσίς facundiam apud Priamum commendans, eius verba niuibis hybernis similia esse ait.

Esa. 58.
Ezech. 3. 34Philip. 2.
1. Pet. 5.

Psal. 118.

Organum
diuinum.

S meū aperui, & attraxi spiritū, ac mea omnia, meq;
adedo ipsū spiritui dono offero, actionem ac sermo-
nem, quietem ac silentium: tantū me complexu te-
neat, atque & manum & mentem & linguam ad ea,
quæ honesta sunt ipsiq; grata, ducat ac moueat, rur-
susque ab iis abducatur, à quibus abstinere præstat. Or-
ganum diuinum ipse sum, instrumentum ratione præ-
ditum, instrumentum quod à præclaro artifice, hoc
est à spiritu sancto concinnatur atque pulsatur. Heri si-
lentium operabatur? silentio acquiescebam. Hodie
mentem pulsatur? sermonis sonum edam ac loqui stude-
bo. Nec verò aut tanta sum loquacitate, vt verba face-

re cupiam, cum spiritus in me silentium efficit: aut tam supina taciturnitate & in-
scitia, vt cum loqui commodum est, labiis meis custodiam ponam: sed ad fumme
illius Mentis, & verbi, & spiritus sancti vnus eiusdemque naturæ ac diuinitatis
arbitrium vel ianuam meam claudo, vel aperio. Loquar igitur, quādo ita iubeor,
partimque ad egregium hunc pastorem, partim ad vos, gregem sacrosanctum, 20
sermonem habebō, eaque dicam, quæ hodierno die & mihi dictū, & vobis audi-
tu meliora esse arbitror. Quid tibi accidit, vt collega opus haberes? (A te enim
initium ducam, o charum mihiq; venerandum caput, nec illi Aaronis capiti di-
gnitate secundum, in quod vsque ad barbam ac vestem vnguentū illud spiritua-
le & sacerdotale defluit.) Quid causæ est, quamobrem cum adhuc multos fulci-
re ac ducere queas, atque adeo spiritus viribus ducas: spiritualibus tamen actio-
nibus bacillum & adminiculum subiicis? An quia te minimè fugit cum Aarone
illo perillustri Eleazarum etiam & Ithamarū Aaronis filios sacerdotij oleo fuisse
perfosos? (Nadab enim & Abiud, ne quid mali ominis importet oratio, consulto
præteribo.) Mosē in super, cum adhuc viueret, sibi successorem Iesum instituisse, 30
ac Iudæis ad promissionis terram properantibus legislatorem ducemque præ-
fecisse. Nam illud Aaronis atque Hur, qui Mosē manus in monte suffulciebant,
vt per crucem tantò antè adumbratam Amalec prælio frangeretur, non inuitus
prætermisam, velut nobis haudquaquam accommodum atq; appositum. Neq;
enim eos in legum institutione socios Mosēs habebat, sed in orationis adiumen-
tum, manuūque fatigatarum subsidium ascisciebat. At tibi quid condoleat? quid
fatiscit? corpūne? at nihil causæ dico, quo minus illud fulciam: Imò iam fulciri,
ipseque vicissim non secus ac Iacob ille, paternis benedictionibus fultus sum. An
spiritus? Quis valentior? quis acrior? hac præfertim ætate, qua carnis affectus sub-
fidit, ceditque velut lumini, id quod obiectu suo aduersatur, splendorique impe-
dimentum affert. Hæc enim bellum inter se vt plurimum gerunt, castraque ex
aduerso habens, & corpus quidem ægrotate anima bellè habet: anima autem flo-
ret, atque erectos in cælum oculos habet, cum voluptates decedunt, atque vnà
cum corpore marcescunt. Quin tuam quoque simplicitatem demirari mihi sub-
iit, qui ne hoc quidem (quod his temporibus admodum frequens est) prouiden-
dum tibi duxeris, ne spiritus, quo moueris, fucus quidam esse existimetur, atque
ipsi plerisque mortalibus carnaliter hæc accipere uideamur, tametsi spiritualiter
accipere præ nobis feramus. Quandoquidē multorum antistitū vitio factū est, vt
hæc dignitas ampla & regia ac singularis cuiusdā voluptatis plena esse iudicaretur:
vel etiam si quis angustiori, quàm sit hic noster, gregi præsit, plusque molestia-
rum quàm voluptatum afferenti. Ac de tua quidem siue animi simplicitate, siue
paterna dilectione, qua fit, vt nec ipse quicquam turpe admittas, nec de aliis te-
mere suspicaris (nec enim facile de alio malum suspicatur, qui non facile ad ma-
lum

Sentent.

lum impellitur) hæc mihi dicta sufficiant. Sequitur iam, vt breuem ad tuum vel
etiam meum hunc populū orationem habeam. Vis nobis allata est, fratres &
amici (vestram enim fidem si non eo tempore, nunc quidem certè implorabo)
vim inquam nobis attulit tum patris senectus, tum amici, vt leniter dicam, beni-
gnitas. Ac mihi quæso pro vestra quisque facultate opem afferte, ac manum por-
rigite oppresso, atq; à cupiditate & spiritu variè distracto. Illa fugā suadet, & mō-
tes & solitudines & corporis animiq; tranquillitatē, mētisque à sensibus in se-
ipsam secessionem & collectionem, vt omnibus sordibus vacuus consuetudinem
cum Deo habeam, spiritusque splendore purè collustrer, nulla scilicet terrena
10 re & turbida admixta, atque in lumen diuinum incidente, quousque ad ipsū
tandem radiorum huius vitæ fontem peruenerimus, ac depulsis à veritate spe-
culis desiderio nostro cupiditatique finem imponamus. Hic cōtrā vt in medium
prodeam, hortatur, publicæque vtilitati consulam, atque alios iuuando meipsum
iuuem, diuinūque splendorem in publicum proferam, eximiūque populū
ad Deum adducam, gentem sanctam, regium sacerdotium, atque imaginem in
pluribus perpurgatam. Vt enim hortus præstantior est, quàm vnica planta, & cæ-
lum vniuersum cum suis ornamentis quàm vnica stella, & corpus quàm vnicum
membrum: ita præstabiliorem esse totam Ecclesiam rectè compositam vno ho-
mine officio suo probè fungente. Atque etiam oportere non sua quemque dun-
taxat commoda spectare, sed & aliorum rationem habere. Nam ipse quoque
20 Christus, cum proprium honorem diuinitatemque ei retinere liceret, non solum
vsque ad serui formam seipsum exinaniuit, sed etiam contempta ignomi-
nia crucis supplicium subiit, vt per ea quæ perferebat, peccatum extingue-
ret, ac morte sua mortem de medio tolleret. Illa cupiditatis figmenta sunt: hæc
spiritus documenta. Porro inter cupiditatem spiritūque constitutus, atque
addubitans, vtri potius fauere debeam, quod mihi optimum tutissimūque re-
perisse videor, vobis exponā: vt id quale sit, mecum expendatis, meūque confi-
lium simul exploretis. Mihi igitur optimum minimèque periculosum visum est,
mediam quādam viam inter desiderium & timorem sequi, ac partim desiderio,
30 partim spiritui satisfacere. Id autem sic fieri posse, si nec omnino sacrum mini-
sterium defugero, ne, quod periculosum est, gratiam repudiem ac reiciam: nec
rursus grauiorem viribus sarcinam sustulero, quod molestum est & acerbum. Il-
lud enim aliud esse cerebri: hoc aliarum virium: imò vtrumque animi parum sani.
Pij autem viri tranquillitatique suæ consulenti esse, functionem sacram viribus
metiri, ne velut in cibus, eam prouinciam admittamus, cui pares esse possumus:
eam autem quæ vires nostras superat, repudiemus. Sic etenim fore, vt & corpori
sanitas, & animæ tranquillitas constet, si in vtrisq; mediocritas teneatur. Ac pro-
inde nunc quidem cum præclaro parente curam hanc suscipere non recuso, ve-
lut magnæ aquilæ & altissimè volanti pullus non incommodus è propinquo ad-
uolans. Postea verò pennam meam spiritui, quò volet, & quoquo modo volet,
30 ferendam dabo: nec quisquam erit, qui me cogere, aut aliorum traducere possit
cum eo consultantem. Nam etsi paternis laboribus succedere dulce est, ac noto
& familiari gregi præesse iucundius est, quàm externo & alieno, addam etiam,
Deo charius, nisi me amor fallit, & mentem eripit consuetudo: non tamen con-
ducibilis est, nec tutius, quàm vt volentes volentibus præsent. Quandoquidem
neminem vi duci vult lex nostra, ac coactè ac non sponte gubernari. Hoc enim
modo ne alia quidem imperia contineri ac conseruari possunt (quod ita natura
comparatum sit, vt quidquid vi tenetur, prima quoque occasione oblata se in li-
bertatem asserat): ne dum nostrum nō dicam imperium, sed magistrum: quod
50 nulla re æquè ac voluntatis libertate conseruatur. Volentium enim ac non co-
actorum est pietatis sacramentum. Hæc habui, viri Nazianzeni, quæ simplici ani-
mo beneuolentiæque pleno ad vos dicerem: habetis occultum animi mei confi-
lium. Atque vtinam vincat, quod vobis mihiq; profuturum est, spiritu nimirum

simil.

Aliorū vti-
litati infer-
uendum.
Philip. 2.
Hebr. 12.Consilium
Greg.Vires ex-
plorandæ.
simil.Nemo co-
gendus.

sent.

Conclusio.

Math. 5.

res nostras moderante(nam eodem rursus ascendit oratio) cui nos ipsos dedimus, & caput sacrae initiationis oleo delibutum, in Patre omnipotente, & Filio unigenito, & Spiritu sancto ac Deo. Quousque enim lucernam modio contegimus, ac plenam numerisque omnibus absolutam diuinitatem aliis inuidebimus, cum iam supra candelabrum collocanda sit, ut cunctis ille Ecclesiis & animabus, ac denique uniuerso orbis supplemento luceat, non iam imagine quadam notatus ac cogitatione adumbratus, sed plane aperteque predicatus. quod quidem perfectissimum Theologiae argumentum est apud eos utique, qui hanc gratiam consecuti sunt in eodem Christo Iesu Domino nostro, cui gloria, honor, & imperium in secula seculorum, Amen.

SCHOLIA.

- 1. Organum diuinum ipse sum) Quemadmodum instrumentum musicum, prout ab artis perito concinnatur ac pulsatur, sonum edit: eodem modo Gregorius se afflatum instinctumque Spiritu sancti sequi ait.
- 2. Haudquaquam accomodum) Hoc enim exemplo Gregorius oppugnabatur. Ut enim Hur & Aaron seniles Moysi manus sustentabant: ita etiam ipsi faciendum erat, ut patris senectutem ope sua auxiliioque fulciret.
- 3. Postea verò) Hoc intelligit fore, ut mortuo patre statim episcopatu se abdicet: quemadmodum etiam fecit, ut narrat Gregorius Presbyter, qui vitam illius literis mandauit.
- 4. Quousque enim lucernam) Hoc in eos torquet, qui Spiritu sanctum timide Deum confitebantur, imò confiteri non audebant, sed obscuris tantum descriptionibus diuinitatem illi tribuebant. De qua re vide Orat. funebrem in Basilium, & epistolam ad eundem Basilium cuius principium est, Ego te & vitam praecceptorem, &c.
- 5. Perfectissimum Theologiae) Theologiae nomen apud Graecos minus late patet, quam apud Latinos. Apud nos enim θεολογία dicuntur, qui in literarum sacrarum studio versantur, & Theologi, qui earum scientiam callent ac profitentur. Apud Graecos verò ferè omnes, atque in omnibus ferè locis θεολογία dicuntur, qui diuinitatis doctrinam vel oratione vel scripto prosequuntur: Theologi autem, qui in eiusmodi argumento studium atque operam ponunt. Ita D. Ioannes Euangelista solus ex omnibus Euangelistis Theologi cognomento insignitus est, quòd ceteris in Christi humanitate maxima ex parte immorantibus, altius ipse assurrexerit, atque ipsius diuinitatem literis complexus sit. Eodem etiam nomine Gregorius postea vocatus est, quòd nemo hanc materiam sublimiore stilo pertractarit. Ergo Graeci doctores cum de Christi diuinitate institutam orationem habent, in Theologia versantur: cum autem de eiusdem humanitate, incarnatione, nativitate, aliisque rebus eodem pertinentibus, tum nequaquam in Theologia, sed in oeconomia versari dicuntur. Oeconomia enim nomine totum illud diuinae providentiae consilium intelligunt, quo Dei filius, ut nos à diaboli seruitute abstraheret, humanitatem induit, atque illud uniuerso mortaliu generi salutare supplicium pertulit: ita ut quidquid ad ipsius humanitatem pertinet, ad Oeconomiam pertinere dicatur. Nazianzenus ipse, οὐ θεολογία τὸ περὶ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, ἀλλὰ διὰ τὸν ἄνθρωπον. Vides quomodo Theologiae nomen finibus suis circumscribat, ut diuinitatis tantum doctrinam significet, non autem humanitatis à Christo assumptae explicationem. Ita sex orationes de Theologia conscripsit, quòd illius diuinitatis doctrinam complexus sit. Hoc etiam velut corollarij nomine addemus, verbum θεολογία nonnunquam idem esse, quòd θεὸν λέγειν ἢ ὁμολογεῖν, Deum dicere ac confiteri. Nazianz. in Orat. in Pentec. ἢ ἀπειλὴ καὶ ἢ βλασφημία καὶ ἢ ἀπολογία. οὐ γὰρ θεολογία, ἀλλὰ μὴ ἀδύνατον. Eius eos iactantur, qui Spiritu sanctum blasphemia oratione insectantur, non eos, qui illum Deum confitentur. Idem Epist. ea, quam proxima annotatione citauit, φανερώσει ἡδὴ τὸ πρῶτον θεολογία, ἢ. Deum asseris & confiteris. Qua & in significatione sumitur apud Epiphanium: sic enim ille in tit. de Arianis de Filio loquens, Si non est, inquit, adorandus, πῶς ἀεὶ θεολογῶμεν; Et in eodem tractatu, μὴ ἴσθι θεολογῶν.

GREG. NAZIANZENI DE SVIS SERMONIBUS, & ad Iulianum tributorem exaequatorem, Oratio.

ARGVMENTVM EX GRÆCO NICETÆ TRADVCTVM.



NONVLLIS hanc orationem iudicalem esse placet, quòd in ea Theologus praecedentis silentij defensionem suscipiat. Alij demonstratiui generis esse putant, quòd martyrum laudes complectatur, sed re vera in deliberatiuo genere versatur. Admonet enim ut contemptis rebus fluxis & caducis, ad ea que sunt eterna, studium omne conuertamus. Quamuis enim martyrum laudes predicet, ac Natalis Domini mentionem faciat, vtrunque tamen ad confirmationem suae admonitionis assumit: nimirum quòd nos certamina martyrum imitari, festumque Natalitium ad salutis occasionem arripere oporteat. Duplex est autem huius orationis inscriptio. Nam & εἰς τοῦ λόγου inscribitur, quoniam hic se de silentio purgat, illiusque causas reddit: & ad Iulianum non illum A postatam, sed alterum Gregorij amicum, & in literarum studiis sodalem: qui exaequandis, hoc est describendis & corrigendis publicis rectoribus praefectus erat.

QVAENAM



V AENAM VIS Hæc tyrannica, que nobis ob amorem inferri non desinit? Quanam sapientia nostra atque doctrina, ob quam festis omnibus diebus oppugnamur? Equidem vndique me ipsum explorans & excutens nullam omnino inuenio. Quoniam hoc unum mihi conscius sum, quòd, stultitiam licet quidam appellent, fortasse tamen haudquaquam vituperandum est. Illud quidem in primis optabam mihi ut liceret toto vitæ curriculo huic mundo emori, vitamque in Christo absconditam ducere, ac magni cuiusdam negociatoris instar facultatibus meis omnibus preciosam illam margaritam emere, ac fluxas & fragiles opes cum firmis & caelestibus commutare: qui quidem quæstus longè maximus est ac certissimus, iis utique qui mente valent. Quod si minus consequi possem, me certè ita continere, ut primarias sedes iis à quibus ambiuntur, concederem: ipse verò tantisper inter pueros ac discipulos censerer, quoad dulci doctrina falsam amarulentamque doctrinam euiluissem. Atque hæc mei siue sapientis consilij siue parum consulti prima causa extitit. Alteram, eamque grauissimam nunc audite. Quoniam enim imperitorum hominum loquacitatem sermone reprimere non potui, nec promptitudinem illam animique impetum, quo nunc omnes ad ea, que spiritus sunt, sine spiritu docenda & exponenda præcipites feruntur: alteram viam, & ut mihi persuasum deo, meliorem minusque laboriosam ingressus sum, ut proposito silentij exemplo ceteros ad silentium erudirem: nimirum si de nobis honorificè sentiant, præstantioris auctoritate permotos: sin autem parum magnificè, nec magis quam meremur, æqualis sui moderationem imitantes. Hæc meæ taciturnitatis ratio: hoc pertinacis silentij consilium. At me miserum, quid faciam? Alij aliunde me distrahunt & lacerant, ac de meis laboribus mihi litem creant, sermonem non secus ac debitum quoddam acerbè rigidèque flagitantes, eumque vehementius quam memetipsum, diligentes: atque me omnes sapientia vincunt, ut pote sermonis silentijque tempus rectius cognoscentes, quam ipse faciam. Quinetiam negant se antè, ut pyriten ferro, sic me conuiciis tundere desituros, quam ex parua scintilla ingentem sermonum flammam excitarint. Iam verò quidam etiam lætiora promittunt, meisque sermonibus præmia magna proponunt. Pollicentur enim fore, ut de seipsis primum optimè mereantur, Deo nimirum ac nobis hoc dantes, ut suus orationi nostræ fructus constet: deinde hos etiam omnes miti & facili descriptione iuuent, hos, inquam, hoc est, sortem meam (si modò paternam fors mea celandam est) meum inquam gregem: quem quidem nisi omnibus beneficiis ornare studeam, iniquissimè facerem. In quo etiam illud est commodissimum, quòd ut à me sermonem impetrent, hoc ipsum offerunt, quòd ut consequerer, magnus mihi labor in dicendo suscipiendus fuisset. O præclaram contentionem, qua me vincere adnituntur! insignem liberalitatem! Videte, quid silentium nostrum effecerit: ardētius in vobis sermonum ipsorum desiderium excitauit. Videte quem fructum mei nominis obscuritas pepererit, gloriæque contemptio. Vtinam quantum utilitatis attulit silentium, tantum sermones ipsi afferant. Quoniam igitur placet, atque inuictum, ut ipse quidem sibi videbatur, superastis, ac de nostra philosophica quiete trophæum statuistis: age aliquid ad vos dicam silentio melius ac præstabilius. Nihil itaque molle ac remissum, nihil numerosa concinnitate multitudini iucundū eloquar (malam quippe gratiam amatoribus meis rependerem, hoc orationis genere vtens) verum admodum robusta & acri ac vehementi dicendi ratione vtar, & qua ipsi fortasse meliores efficiemini, nimirum à carne ad spiritum translati, animisque in altum erecti. Filij hominum vsquequo graui corde (initium enim à Dauide ducam, Propheta in dicendo maximè sublimi) ut quid dligitis vanitatem, & quæritis mendacium? hanc vitam scilicet, vitæque voluptates & exiguam gloriam, & humile imperium, & fallacem rerum prosperitatem magnum aliquid esse existimantes, valdeque ex-

Solitu diuē optavit se- per Greg. Colof. 3. Matth. 13. Quæstus maximus.

simil.

Psal. 4.

Rerum humanarū cōtemptus.

*Psal. 1.
Sap. 5.
Iob 21.
Eccli. 34.*

petendum: quæ quidem hanc rationem habent, ut non magis eorum sint, à quibus possidentur, quam eorum qui habituros se sperauerunt, neque horum rursus magis, quam illorum apud quos ne in expectatione quidem unquam fuerunt: verum⁷ ut pulvis à turbine, sic ea ab aliis ad alios subinde ventilentur atque iactentur, & sicut fumus dilabantur, & in somnij more homines deludant, umbræque instar manibus teneri nequeant, nec desperanda carentibus, nec fida & certa possidentibus.⁸ Non sursum in cælum aspiciemus? non expergiscemur? non oculorum lippitudinem amouebimus? non intelligemus, quænam veræ sint diuitiæ? quis verus splendor? ubi dignitas mutationis expers? quæ finem nesciens beatitudo? ubi bonum illud nec fluctuans, nec alio migrans, nec insidiis obnoxium Non hæc multis laboribus, sudoribusque, si ita occasio tulerit, comparabimus? Non si quid voluptatibus ac deliciis in hac vita indulgendum est, ex rebus in spe positis voluptates capiemus? Non animaduertemus cum omnes sanctos Martyres, qui velut communes quidam nodi vniuersum terrarum orbem complexi sunt, tum hos etiam⁹ quorum nomine festum hunc diem agimus? Quam ob causam vulnera, vincula, cruciatus, ignis minas, gladiatorum aciem, belluarum furorem, tenebras, famem, barathra, pecuniarum direptiones, membrorum abiectiones, mortem denique atque extrema omnia prompto & alacri animo sustinuerunt, tanquam in alienis corporibus dimicantes? ut quid essent, ut quid consequerentur? Omnibus utique perspicuum est, vel nobis tacentibus. Non igitur nos etiam cum eadem spe sub eodem certaminis designatore atque arbitro, aduersus eundem tyrannum aciem instruemus, truculentum inquam illum & tunc & nunc etiam animarum persecutorem, inuisibilem hostem & aduersarium? Non pari virtute in hoc mundo, quasi in communi theatro certabimus, si non vehemētissimo aliquo periculo, & quo protinus defungi liceat, at his certe præliis & colluctationibus, quæ in dies oboriuntur, ut easdem coronas aut his proximas adipiscamur? Equidem omnes tam viros quam foeminas, tam senes quam iuuenes, tam urbanos quam rusticos, tam priuatos quam principes, tam diuites quam pauperes hortor (idem enim certamen omnibus propositum est) ut ad pugnam cum hoc hoste conferendam impigrè se accingant, ac non animis frangantur, aut cunctentur, atque occasionem amittant, quam nulla postea ratione nancisci queant. Laboris enim est præsens hoc tempus, futurum præmiorum. Audistis seruatorem nostrum dicentem, Surgite, abeamus hinc: quibus verbis non solum Discipulos, quos tunc habebat, à Iudææ loco abducebat: sed etiam omnes, qui postea ipsius discipuli futuri erant, hinc abstraherat, & ad seipsum in altum euectum, quemadmodum se facturum receperat, pertraherat. Quocirca bonum dominum sequamur, terrenas cupiditates fugiamus,¹⁰ impostorem mundum & mundi principem: Creatori nos totos addicamus, imaginem honore prosequamur, nomen nostrum reueremur, vitam in melius commutemus. Quid nosmetipsos sponte deiicimus, cum sublimes & excelsi creati simus? Quid rebus in aspectum cadentibus inhæremus. Vnusquisque Deo, quod poterit, offerat, quouis tempore, quouis genere vitæ & fortunæ, pro præsentis facultatis modulo, pro gratia sibi concessa: ut per omnes virtutis modulos omnes regni caelestis mansiones impleamus,¹¹ tantum scilicet metentes, quantum seuerimus, vel, ut exactius loquar, tantum in diuinis horreis reconditum habentes, quantum arauerimus. Hic pecunias conferat, ille paupertatem, hic propensam ad bene de proximo merendum voluntatem, ille hominis eo affectu præditi laudem, hic actionem laude dignam, ille aptam & ingeniosam speculationem, hic tempestiuum sermonem, ille consultum silentium, hic rectam doctrinam vitamque doctrinæ consentaneam, ille morigeram & candidam aurem, hic puram virginitatem & à mundo penitus abscondentem, ille pudicas nuptias nec profus à Deo separantes, hic ieiunium à fastu alienum, ille moderatum ciborum usum, hic perpetuam in orationibus & spiritualibus hymnis occupationem, ille pauperum curam, omnes autem vniuersum lachrymas, omnes purgationem, omnes profectum

Martyres imitandi.

Hæc uitala boris, futura præmiorum.

Ioan. 14.

Quisque Deo aliquid offerat.

Galat. 6.

profectum & progressum, atque contentionem ad ea, quæ à fronte sunt. Iam verò luculenti muneris instar est, morum simplicitate præditum esse, risui moderari, iram coercere, appetitum frenare, menti vagandi licentiam non concedere. Nihil earum rerum, quæ Deo offeruntur, tam paruum est, quamuis etiam minimi momenti sit, quamuis longè illius dignitate inferius, quod non omnino accipiat, atque comprobet: tamen si iusto iudicio misericordiam æstimare & expendere norit. Accipit ille & Pauli plantationem, ut Pauli, & Apollinis irrigationem, & viduæ duo minuta, & Publicani humilitatem, & Manassis confessionem.¹² Cum Moses olim tabernaculum illud caelesti tabernaculo figuram respondens in terra figeret, omnes, quod cuique denunciatum fuerat, conferebant. Quinetiam suapte sponte alij aurum, alij argentum, alij gemmas preciosas ad superhumeralis ornatum ferebant: mulieres partim byssum contortam, partim coccinum contextum, partim purpuram, partim arietum pelles rubro colore tinctas, partim caprarum pilos, rem vilissimam. Alij, ut quisque fortasse aliquid habebat, ad opus tabernaculi afferebant: sed omnes tamē afferebant, nec quisquam erat ab hac collatione immunis, ne pauperrimi quidem. Consimilem nos quoque in modum excellenti huius Ecclesiæ tabernaculo, quod non ab homine sed à Deo fixum est, quod variis virtutum ornamentis construitur, alius minus quiddam, alius maius, omnes tamen citra exceptionem offeramus, in opus perfectum, in domicilium Christi, in templum sanctum architectonica spiritus arte constructum & coagmentatum. Illud quidem minimè dubium est, quin etiam si omnia contulerimus, minus tamen collaturi simus, quam accepimus. Quandoquidem diuini beneficii est, quod sumus, quod Deum cognoscimus, quodque etiam quod offeramus, habemus. Atque illud pulcherrimum humanissimumque censendum est, quod Deus munificentiam non oblatæ rei precio & dignitate,¹⁴ sed offerentis affectu & facultate metitur. Proinde noli benignitati liberalitatisque tuæ moras producere, sed iam liberalis esto: nec quia satis dignum munus offerre non potes, idcirco officium omnino defere. Quin potius ita te compara, ut alia statim offeras, ad alia te pares, de aliis infirmitati tuæ veniam petas. Non apparebis, ait ille, coram me vacuus. Ne sit igitur quisquam vacuus, nec infructuosus, neque anima vlla sterilis & infœcunda. Vnusquisque quod in promptu habet, & quod Deo conuenit, muneris loco offerat: qui peccat, vitæ mutationem, qui rectè currit, acrimoniam & contentionem: adolescens continentiam, senex prudentiam, diues largitionem, pauper gratiarum actionem, qui in potestate est, modestiam, qui exigendis pecuniis præfectus est, mansuetudinem. Sacerdotes induite iustitiam, aut ut verius dicam, induamus: pascuæ oues ne dispergamus & iugulemus, pro quibus bonus ille pastor animam suam posuit, qui oues suas cognoscit, & à suis cognoscitur, & eas vocat, & educit atque introducit tum ab impietate ad fidem, tum ab hac vita ad futuram requiem. Timeamus, ne quod Scriptura comminatur,¹⁵ à nobis Dei iudicium incipiat, ne de manu Domini¹⁶ duplicia peccata accipiamus, nec ipsi introeuntes, & eos qui possunt introire, prohibentes. Oues ne pastores ipsos pascatis, neque ultra fines vestros efferamini. Satis enim superque vobis est, si rectè pascamini. Ne iudices ipsos iudicetis, nec legislatoribus leges præscribatis. Deus enim dissensionis & confusionis non est Deus, sed pacis & ordinis. Ne quis igitur caput sit, qui vix aut manus aut pedis aut cuiuspiam alius vilioris membri nomen sustinet: verum quo quisque ordine vocatus est, in ipso maneat, etiam si alioqui præstantiori dignus sit, plus utique laudis habiturus ex eo, quod præsentem gradu acquiescit, quam si eum quærat, quem non accipit. Ne quis, cum sine periculo alium sequi liceat, præire cum periculo expetat, neque obedientiæ legem infringat, quæ tam terrena quam caelestia tuetur atque conseruat: neque committamus, ut nimia præfectorum copia in profligatam licentiam anarchiamque recidat. Qui literis operam datis, ne doctrinæ atque eloquentiæ vestræ magnopere confidatis, nec immodicè &

Deus etiam accipit minima.

Esa. 28.

I. Cor. 13.

Luc. 18.

Marc. 12.

Mosis tabernaculi.

Exo. 25. 35.

Heb. 8.

Beneficium Dei.

Exo. 23. 34.

Deuter. 16.

Psal. 137.

Ioan. 10.

I. Pet. 4.

Esa. 40.

Laici in sacerdotibus non insurgant.

2. Cor. 13.

Quid eruditus faciendum

plusquam ratio postulat, sapientes sitis, nec omnibus in rebus vincere turpiter affectetis, sed in quibusdam etiam honestè vinci æquo animo patiamini. Verbo sermones date. Curate, vt doctrina non mortis sed iustitiæ vobis armatura sit. Milites contenti estote vestris stipendiis, nec quicquam præter id quod vobis constitutum est, postulate. Hoc mecum vobis faciendum præscribit magnus ille veritatis præco Ioannes, vox illa verbi præuia. Stipendij porrò nomine regiam annonam significat, muneráque ea, quæ iis qui dignitatibus excellunt, lege constituta sunt. ¹⁷ Quod autem exuberat ac redundat, cuiusnam sit, ipse quidem vereor dicere, ne quid finistri ominis hic sermo habeat: sed ipsi certè fatis per vos intelligitis, quamuis dicere superfedeam. Qui à Reipub. administratione no-
men ducitis, quæ Cæsaris sunt, Cæsari reddite, & quæ Dei, Deo: illi vectigal, huic
timorem: timorem autem cum dico, sceleratam cupiditatem prohibeo. Quid
verò, fortasse dicturi estis, ex ea re magni lucrabimur? rem omnium maximam,
méque, si ita vultis, interuentore, nimirum spes faustas, ac primos supernæ ciui-
tatis honores, non huius exiguæ minimæque inter ciuitates, cuius ne imperium
quidem tenere (vt in altricis meæ gratiam atque honorem parcissimè loquar)
admodum amplum est ac gloriosum. Illic primas tenege cupiamus, illius vitæ
splendorem assequi studeamus pro eo miserationis affectu, quem in hac vita in-
duerimus, in Abrahæ sinu refocilemur, iustum iudicium feramus, paupe-
rem & egenum periculo eripiamus, viduæ & orphani nos misereat, eos qui
ad necem trahuntur, redimamus, aut, vt leuissimè dicam, manus ipsis ne afferamus,
ne opem nostram etiam vsque ad mensè micas implorantem despiciamus,
ne vlcerosum & pro foribus nostris iacentem prætereamus, ne laborantibus aliis
maléque affectis molliter ac delicatè viuamus, nec conseruum nostrum execra-
tioni habeamus. ne quæso, fratres & amici, à Diuitis illius partibus stemus, nec
flammis cruciemur, nec vasto hiatus à piorum cœtu dirimamur, nec Lazarum ro-
gemus, vt linguam nostram flagrantem extremo digito refrigeret, ac ne id qui-
dem impetremus. Simus benigni, misericordes, humani: Magistri nostri bonita-
tem æmulemur, qui Solem exoriri facit non minus super malos quam super bo-
nos, pluuiáque sua omnes æquè alit. Ne aliorum egestate opes nostras augere su-
stineamus (absit, vt tam longè à diuina æquitate recedamus) nec diuitias nostras
cum aliorum lachrymis misceamus, à quibus tanquam à rubigine & tineâ con-
sumentur, aut, vt scripturæ verbo vtar, ¹⁸ euomentur. Quòd si ad rem audiores
sumus, quam par sit, nihil prohibet, quo minus laudabili auaritia teneamur. Pau-
lum quiddam in hac vita demus, vt in altero æuo diuitis affluamus. Atque hæc
præcepta non ad eos solùm, qui Remp. gerunt, sed etiam ad omnes communiter
spectant. Communis enim morbi communia quoque sunt medicaméta. Tu verò
descriptor noster, fac nos iustè describas. id age, non vt studiosè & accuratè ora-
tiones meas quarum vel nulla, vel parua vtilitas est, vel auribus tantùm grata at-
que iucunda, sed populum meum sanctè & humanè in tabulas referas, si nihil
aliud, at certè tempus hoc reuerentia profecutus. quandoquidem ipse quoque
seruator descriptionis tempore nascitur. Exiit enim, inquit edictum à Cæsare
Augusto, vt describeretur vniuersus orbis: & quidem describebatur. Ascendit
autem & Ioseph in Bethleem, vt cum Maria desponsata sibi vxore profiteretur,
cò quòd esset de domo & familia Dauid. Atque eo tempore seruator in lucem
prodiit (res admiranda!) omnium rerum opifex & Dominus in angusto & igno-
bili diuersorio. Mysterium hoc timeamus, humanitatem assumptam vereamus,
huic tempori nos quoque aliquid erogemus. Nunc angeli gestiunt, pastores lu-
minis fulgore perstringuntur, nunc ab Oriente ad lucem maximam & inaccessi-
bilem stella currit, nunc Magi procumbunt, ac dona offerunt, omniumque re-
gem agnoscunt, & ex sideris aspectu cælestem egregiè coniectura assequuntur.
Nunc Herodes furit, & pueros obtruncat, & propter libertatis auctorem eos
qui in libertatem afferendi erant, de medio tollit. At nos adorantibus nos ipsos
adiungamus,

Luc. 3.
Quid stipē
dij nomine
significe-
tur.
Matt. 5.
Magistra-
tus.
Matt. 22.
Marc. 12.
Luc. 20.
Rom. 12.

Luc. 16.

Matth. 5.

Iob 20.

Sent.
Iulianum
alloquitur.

Luc. 2.

Christi na-
tinitas.

Matt. 2.

adiungamus, eique qui nostræ salutis causa eò paupertatis se demisit, vt corpus
etiam acciperet, non thus, non aurum, non myrrham, partim vt Deo, partim vt
regi, partim vt ei qui nostra causa mortem gustauit, offeramus: sed mystica dona,
iisque quæ oculis cernuntur, sublimiora, nimirum vt nihil accipiamus, nec diui-
tiis quicquam aduersus paupertatem concedamus, nec Dei creaturam per aliam
creaturam iniuria afficiamus. Cum Christo describis, cum Christo tributum ex-
pendis, cum capite censuram facis, cum Verbo rationem subducis. Nunc Chri-
stus tibi nascitur, & Deus est, & homo efficitur, & cum hominibus conuersatur.
Quid autem sibi vult hæc oratio? nimirum, nisi me sentetia fallit, eos quibus hu-
iusmodi munera commissa sunt, admonet Deum semper maximis rerum admi-
nistracionibus interesse. Et quidem vt descriptorum animos flectat, tum demum
carnem sumit, & cum hominibus versatur: vt autem seruituti nostræ solatium af-
ferret, animiq; facilitatem & æquitatem veluti lege sanciret (nam ne id quidem
contemptim prætereundū est) non modò suo sed etiam Petri Discipulorum om-
nium charissimi nomine ¹⁹ didrachmum pendit. Nec mirum, cum propter nos ho-
mo factus sit, seruiq; formam susceperit, & pro iniquitatibus nostris ad mortem
ductus sit. Hæc Seruator fecit, idq; cum voluntate sola nobis, vt pote Deus, salutē
afferre posset, quæadmodū & vniuersam rerum machinā solo iussu atq; imperio
procreauit. Verū vt nos magis flecteret, ac pudore perfunderet, affectuū nostro-
rum sensum induit, conditionemque nostræ similem subiit. Quid nos, qui Chri-
sti clementis & benigni, & qui nobis tantopere ministravit, discipulos nos profi-
temur, non Magistri pietatem nobis imitandam propōnemus? non benignos ac
faciles nos conseruis præbebimus, vt talem ipsi quoque Dominum experiamur,
nobis videlicet eadem mensura, qua mensi fuerimus, repensurum? non animas
nostras lenitate redimemus? Satis supérque graue est liberis hominibus seruitute
premi, tantūmque inter eos, qui eadem terræ massa coagmentati sunt, interesse,
vt alij præsent, alij imperio teneantur: alij tributa constituant, alij tributi causa de-
scribantur: alij iniuriam inferre malóque afficere impunè possint, alij ne quid pa-
tiantur laborent ac precibus contendant: eaque circa vnam & eandem imaginē,
circa vnā & eandem dignitatis præstantiā contingere, circa eiusedē vitæ hæredes,
& pro quibus Christus æquè mortuus est. Satis inquā hæc liberis hominibus mo-
lesta sunt: ne quid huic iugo grauitatis addatur, ne quid pœnæ illi, qua primū no-
strū peccatū mulctatū est, acerbatis accedat. Atque vtinam funditus pereat vi-
tium, & primū illius semen, ac peruersus ille spiritus, qui dormientibus nobis zi-
zania superfeminauit, ²⁰ vt mali principium ex boni incuria nasceretur, nō secus ac
tenebrarum principium est lucis secessio. Hæc nobis lignū illud inuexit, & ama-
ra perceptio, & inuidus serpens, & legis violatio, quæ nobis hanc pœnam irroga-
uit, vt in vultus sudore vita ducenda sit. Hinc ego nudus & deformis & nudita-
tem cognoui, & pelliceam uestem indui, & paradiso deiectus sum, atque ad ter-
ram, à qua sumptus fui, reuersus, id vnum deliciarum loco habens, quòd calami-
tates meas cognitatas habeam, & pro exigua voluptate, perpetuo mœrore damna-
tus sum, eamque pœnam pendo, vt mihi cum eo, qui malè in meam amicitiam
irrepsit, ac per arboris gustum in fraudem induxit, bellum gerere sit necesse. Hoc
mihi peccati præmium. Hinc factum est, vt ad laborem nascar, gignar, & viuam,
ac moriar. Hinc penuria nata est, perniciosæ cupiditatis mater, quæ bella peperit,
à quibus orta sunt tributa, quibus in diuina condemnatione nihil grauius est &
acerbis. At nos saltem, ²¹ ne mulctam intendamus, cum eidem pœnæ obnoxij
simus, nec malè acerbéque cum aliis agamus. Hoc Deus à nobis exposcit, vt be-
nignitate & clemetia nos inuicem complectamur, ²² etiam si ille in nos animad-
uertat. Erit alia quoque descriptio, & descriptor alius: ²³ nisi fortè de quodam vi-
uentium pereutiūmque libro nihil vnquam audisti. Illic omnes inscribemur, vel
vt rectius dicam, iam inscripti sumus, pro merito quisque iam confecti vitæ cur-
riculi. Illic non meliori conditione sunt diuitiæ, nec deteriori paupertas, nō gra-

Quid Chri-
sto offeren-
dum.

Bar. 3.

Matth. 17.
Petrus di-
scipulorum
charissi-
mus.

Matth. 13.
Mali prin-
cipium bo-
ni incuria.
Gen. 3.

Homo na-
scitur ad la-
borem.
Vnde orta
tributa.

Liber vitæ,
Exod. 32.
ps. 68. 138.

ria, non odium, non denique alia omnia, quibus iudiciorum fides ac religio apud nos circumscribi ac labefactari solet. Omnes Dei digito descripti fumus, nobisq; in reuelationis die liber aperietur. Illic ²⁴ paruus & magnus est, & feruus vnâ cū hero, sicut est apud Salomonem, & rex vnâ cum subdito, & descriptor vnâ cum proficente, & splendor in propinquo (nam quod dictu ominosum est, silētio præteribo.) Caterum quo modo alios descriperimus, eodem ipsi quoque describemur. Hanc inscriptionem si facilem & commodam experiri cupis, fac te commodum nobis & humanum præbeas. Quid ad hæc dicis? quid describis, amicorum omnium sodaliumque præstantissime, iisdemque nobiscum vſe magistris & disciplinis, tametsi excellentiori gradu atque ordine, vereor enim dicere grauiore, nos Deus collocarit, vt vos qui magistratum geritis, ista doceamus. Quid, inquā ais, ô pia patria & familia orte, ô sanctorum parentum sancta stirps, ô sanctorum liberorum radix? Ecquid tibi probantur sermones mei? Ecquid te flectunt? An pluribus verbis mihi deliniendus erit animus tuus? Equidem illud non coniectura quadam assequor; sed certum & exploratum habeo, te iandiu oratione mea correptum teneri, si nulla alia re, literis certè ipsis & doctrina fretus, quæ te facile semper ad optima queque ducit, vel tua ipsius sponte incedentem, vel alios sequentem. Hoc enim est, quo sapientes à stultis differunt. Ego verò nonnihil adhuc superiori orationi adiiciam. Tu quidem orationi meæ mercedem persoluiſti, quancumque tandem persoluiſti, at illa tibi dono pauperes offert, totum sacerdotum cœtum, philosophorum cœtum, qui nullo vinculo humi tenentur, ²⁵ qui sola corpora, ac ne ea quidem tota possident, qui Cæsari nihil, Deo omnia habent, hymnos, preces, vigiliis, lachrymas, hoc est eiusmodi opes quæ manibus, premi nequeunt, qui mundo mortui sunt, Christo viuunt, carnem confecerunt, animam à corpore abstraxerunt. Hos si mitius tractaris, aut etiam omnino Dei seruos & discipulos & cælestium rerum inspectores, has inquam generis nostri primitias, hæc columina, has fidei coronas, has preciosas margaritas, hos templi illius lapides, cuius fundamentum & lapis angularis Christus, hoc est egregij Ecclesiæ complementi, hos inquam si Deo planè reddideris, præclarissimè vtique & ipsis, & tibi, & nobis consulueris. Ac tibi has potius à nobis diuitias optauerim ³⁰ quàm magnos auri atque argenti thesauros, nunc existentes, ac breui tempore dilapsuros. Habetis orationis meæ donū, si spe expectationeq; vestra inferius, at certè quale offerre potuimus. Vos verò mihi pro collato munere, quod maius est, rependite, nempe animorū tractabilitatem. Sic ad alia commoda hoc quoq; accedet, vt sermonibus meis minus opus habeatis, nimirū ²⁶ mutuò vos considerantes ad prouocationem charitatis & bonorum operum. Atque ita tandem in cælis facilem & clementem in illo æuo descriptionem consecuti, & circum omnium Regem tripudiantes, (quod vnum agunt, qui illic descripti sunt,) laudem Deo ministremus, vnâ & eandem Patris & Filij & Sp. sancti diuinitatis gloriam & splendorem intuentes, laudibusque celebrantes, cui gloria, & honor, & adoratio in secula seculorum. Amen.

Imò Iob. 3.

Rursus Iulianū alloquitur. Sacerdot. dignitas.

Monachi veri.

Conclusio.

Heb. 10.

SCHOLIA EX GRÆCO NICETÆ COMMENTARIO COLLECTA.

1. In Christo absconditum) Paulus ad Coloss. cap. 3. his verbis vtitur. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos cum eo apparebitis in gloria. Quemadmodum enim margarita, quandiu in concha est, oculis non patet, conquassatâ autem conchâ fulgere incipit: sic nos quandiu in hoc mortali fragillique corpore versamur, debemus quasi absconditi vitam agere ab omni ambitione & ostentatione remotam. Cum autem pars hæc corruptibilis soluta fuerit, tunc vera nostra quoque gloria apparebit, & vita nostra, quæ abscondita erat. Eleganter porro margarita Christum significat, quippe qui non nisi summo cum labore atque à perpaucis inueniatur: tum etiam quia vt margarita ex concha & aqua conflat, ita Christus diuinitate atque humanitate constat.

2. Dulci doctrina) Ad verbum, potabili: atque hoc genus loquendi à Platone sumpsit, quemadmodum annotauit

10

20

30

40

50

annotauit Græcus interpres. Per falsam autem doctrinam, profanam eruditionem intelligit, per dulcem verò seu potabilem, literarum sacrarum studium & scientiam.

3. Siue sapientis) Est enim sapientis viri cum ratione tacere. Siue parum consulti, quoniam alij mihi eam rem vitio tribuunt, stulti esse iudicantes, cum sermone prodesse queas, tacere.

4. Vt pyriten ferro) Appositissima similitudine vsus est Gregorius. Vt enim Pyrites ignem internè habet ac premit, percussus autem & vi attritus eum exerit: sic ipse sermones apud se in mente habebat, probris autem contusus eos extulit, ac patefecit.

5. Iam verò quidam) Iulianum intelligit veltigalibus exæquandis præfectum. Quod autem ait, De seipſis optime mereantur, eo sensu accipiendum est, quòd qui alios beneficiis afficit, de seipſo primum bene mereatur.

6. Nihil molle) Hæc mutuatus videtur Theologus à Dione Chrysostomo Prusensi, qui in prima oratione de Regno, narrat Timotheum egregium tibicinem inteso quodam cantu, quem ὁ πρῶτος νόμος Græci appellant, A-lexandrum ita excitasse, vt protinus ad arma quasi lymphatus curreret.

7. Vt puluis) Pulueris similitudinem accepit ad exprimendam rerum fortuitarum incertitudinem: fumi autem, vt ostenderet, quàm facile dilabuntur & euanescent. In somnio item eas comparauit, quòd imaginariè sint, nec vsquam verè existant. Vmbra denique eas similes esse dixit, quòd manibus prehendi nequeant. Hæc autem omnia à scriptura accepta sunt. Felicitas enim huius vitæ pulueri comparatur Psal. i. fumo Sap. 5. in somnio Iob 20. Vmbra Eccl. 34.

8. Non sursum in cælum) Hæc ab Esaia sumpsit Theologus, vt eos qui humi depressas mentes habent, excitet atque admoneat, vt à terrenis affectibus tanquam à vinculis quibusdam soluti corpus atque animum in cælum subuehant, contemplantes Trinitatem locumque in quo thesaurus recondendus est.

9. Quorum nomine) De quibusdam martyribus loquitur, qui pro Christi fide martyrio in Creta perfuncti fuerant.

10. Impositorem mundum) Mundus est propriè compages coagmentata ex cælo & terra, & iis, quæ complexu eorum continentur. Accipitur etiam pro ordine, harmonia, & cōcinnitate, vt apud Dauidem, Qui fecit cælum & terram cum omni mundo. i. ornamento eorum. Interdum pro multitudine, vt illud, Ecce mundus post eum currit. Nonnunquam etiam pro mundana & terrena materia, quæ homines voluptatis illecebris ad vitium pellicit, vt hoc loco.

11. Tantum metentes) Paulus Galat. 6. Quæ seminauerit homo, hæc & metet: mox tamen velut se corrigens Theologus ait, Tantum in diuinis horreis reconditum habentes, quantum arauerimus, hoc videlicet inueniens, Virtutum semina nobis à Deo iniici, postea autem labore nostro atque industria adolere.

12. Iusto iudicio) Esa. 28. Ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura. i. vel in statera appendā, ac sic misericordiam vel parciam vel vberius, pro eo ac quisque meretur, erogabo.

13. Cum Moses olim) Deus in monte Sina figuram Arcæ testimonij Mose ostendit, eique materiam omnem & rationem, quæ in illius fabricatione tenenda erat, tradidit: quam deportans Moses, per Beselelem architectum erexit, formam sibi in monte ostensam secutus: quandoquidem, vt testatur Paulus Hebr. 8. cælestium erat exemplar. Diuisa autem erat hæc Arca in tres partes. Interna vocabatur sancta sanctorum: post eam velamen: externa pars sancta dicebatur. Spiritualis porro & visibilis mundi figuram gerebat hæc Arca. duo quippe velamina quasi termini quidam erant spiritualem naturam ab ea quæ in sensum cadit, distinguentes.

14. Sed offerentis affectu) vt patet ex pauere illa vidua, cuius perexiguum munus pluris à Christo æstimatum est, quàm vel amplissima diuinitum munera.

15. A nobis Dei iudicium) Quemadmodum Dominus per Ezechielem fore comminatus est his verbis: A sanctis meis inceperitis. Et cœperunt à viris senioribus, qui erant in domo Domini, Nicet. Alludit etiam ad illud Petri 1. Petri. cap. 4. Tempus est, vt iudicium incipiat à domo Dei.

16. Duplicita peccata) Id est, duplices pœnas. Esa. cap. 40. Solutum est ipsius peccatum: quoniam accepit de manu Domini duplicita peccata. Et Hieremias, Reddam, inquit, duplices iniurias ac peccata eorum.

17. Quod autem exuberat) ἡ δὲ ἀφελωσὶν. Alludit ad illud Christi apud Matth. cap. 5. Quod autem amplius est, à malo est. Eodem modo innuit Gregorius id quod necessarius vitæ vsibus superest, ab impuro spiritu esse: id tamen eloqui non audet, ne quid tristioris ominis oratio habeat.

18. Euomentur) Iob cap. 20. πρῶτος ἀδύτος ἀναγῶντος, ἡ ἐκείνη σὴνται. Diuitiæ quæ iniuste colliguntur, tandem euomentur.

19. Didrachmū) Didrachmū antiquis Siclus dicebatur, & pro primogenitis pēdebatur, nō regibus, sed sacerdotibus, antequam nomen eorū in tabulis referretur, idque in plagæ illius monumentū, quæ primogeniti Ægyptiorum de medio sublata fuerant, saluis & incolumibus Israelitarum primogenitis. Ac proinde quia Christus primogenitus erat, didrachmum quoque persoluit. Siclus autem Iosepho lib. 3. Antiquit. numus argenteus Hebraicus, quem Græci staterem dicunt, pondere erat drachmarum Atticarum 4. & c. Vide Polyd. Virgil. cap. 3. lib. 2. de Rerum inuentoribus.

20. Vt mali principium) Hæc coniunctio Vt, non causam hoc loco sed euentum significat. Quoniam enim cogitatio nostra perenni motu cietur, idcirco fit, vt cum virtutis curam abiecerimus, protinus in vitio simus. nec enim quicquam est intermedium, quemadmodum nec inter lucem & tenebras. ac virtus quidem luci similis est, vitium autem tenebris. Nec enim ulla est mali essentia, quemadmodum nec caliginis: verum sece-

dente virtute accidit vitium, non secus ac caligo subducente se lumine.

21. Ne multam) Tributa, inquit, satis per se graua ne per auaritiam nostram grauiora reddamus, nec mæroris pœnam ob infractum Dei præceptum nobis constitutam augeamus, vitam scilicet hominum, qui nobis genere & natura sociati sunt, insatiabili nostra cupiditate calamitosam reddentes.

22. Etiam si in nos) Quamuis Deus certo consilio nonnullos pœnis coërceat: vult tamen, vt iis, quos pœna afficit, humanitatis officia conferamus. Vnde Ezéch. 15. cap. tametsi Deus Israelitas afflixisset, tamen quia Ammonite & Moabite ex eorum calamitatibus voluptatem sibi fingeant, ipsisque insultabant, idcirco se in eos anim aduersurum minatur. Nec ad hæc verba confugere debemus: Cum Deus huiusmodi calamitates immittat, non est meum diuine voluntati resistere. De quo vide latius in Orat. de Pauperum amore.

23. Nisi forte de quodam) Psal. 138. In libro tuo omnes scribentur. Et Psal. 108. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.

24. Paruus & magnus) Hoc loco memoria lapsus est Gregorius, cum hoc dictum tribuit Solomoni. Est enim in libro Iob cap. 3. Nicete videtur, colligi ex hoc loco posse Solomonem esse auctorem illius libri qui Iob inscribitur. Sed cum nunquam de illius libri parente dubitatum sit, *ἡννοικῆ ἀμφοτέρων* hoc tribuendum est.

25. Qui sola corpora) A te, inquit, Iuliane precibus peto, vt ne quid ab iis qui in Cleri ordinem cooptati sunt, exigas, verum tributorum immunitatem ipsis concedas: vt qui præter corpus nihil habeant.

26. Mutuò vos considerantes) Verba hæc sunt Pauli in Epist. ad Hebr. cap. 10. quibus Hebræos hortatur, vt sese mutuò ad charitatem extimulent, ac certatim ad virtutem contendant.

GREGORII NAZIANZENI FVNEBRIS

in laudem Cæsarij fratris Oratio, superstitibus adhuc parentibus habita.

ARGVMENTVM.

TRIPARTITA est hæc oratio. Primum enim Cæsarium fratrem laudat. Deinde parentes suos illius interitu mæstos & afflictos doctissimis rationibus consolatur. Postremò ad populum orationem conuertit, eumque hortatur, vt contemptis huius mundi vanitatibus, omni animi cura cælestis æternæque vitæ bona consecetur.



Existimatis fortasse, amici, & fratres, & patres, non reduntaxat, sed nomine quoque ipso mihi periuicundi, me cupidè ad dicendum prodire, vt fratris interitum lachrymis luctuque prosequar, aut ornatam & elegantem orationem, qua vulgus hominum delectatur, in longum producam. Et partim quidem hoc animo conuenistis, vt simul mœreatis & afflictemini, atq; in mea calamitate calamitates vestras deploretis (si quibus huiusmodi quidpiam accidit) & in amici afflictionibus dolere condiscatis: partim verò vt aures pacatis, animosque oblectetis. Oportere si quidem nos ex calamitate quoque ipsa ostentandi ingenij ansam

arripere: cuiusmodi quondam erat nostra ratio, cum & cæteris in rebus mirifici essemus, mūdòque mancipati, & in eloquentiæ laudem omni animi contentione incumberemus, priusquam scilicet ad primum & supremum Verbum oculos sustulissemus, Deoque, à quo omnia, nostra omnia offerentes, Deum pro omnibus accepissemus. Ne quæso, id de nobis existimetis, si quid boni existimare vultis. Nam neque fratrem morte abreptum immoderatus lugebimus, vt qui ne in aliis quidem talia probare soleamus: neque in eo laudando modum ac decorum excedemus. Quanquam alioqui iucundum, ac, si quod aliud, congruentissimum munus est eloquenti viro oratio, & ei qui orationum mearum amore flagrabat, laudationis officium: nec munus duntaxat, sed etiam debitum omnium debitorum iustissimum. Verum hæctenus ipsum lachrymis & laudibus prosequemur, vt ne legem in huiusmodi rebus obseruari solitam neglexisse videamur. Neque enim hoc à nostrate philosophia est alienum: Memoria enim, inquit ille, iustorum cum laudibus: & Super mortuum plora, & quasi acerba passus luctum incipe. Quibus verbis

verbis nos tam ab animi stupore atq; indolentia, quàm ab immodico luctu æquè abducit. Postea autem & humanæ naturæ imbecillitatem ostendemus, & dignitatis animæ vos submonebimus, & quæ consolatio dolentibus sit adhibenda proponemus: ac denique mœrorem à carne rebusque fluxis atque caducis ad cælestia & æterna transferemus.

Cæsarius igitur, vt hinc exordiar, vnde me maximè exordiri decet, parentes eos habuit, quos omnes cognoscitis, quorumque virtutem intuentes & audientes mirificis laudibus in cælum effertis, aliisque quibus minus cognita est (si qui tamen huiusmodi sunt) commemoratis, hoc munus inter vos partientes. Neque enim fieri potest, vt vnus idemque cuncta exponat, neque vnus linguæ hæc opera est, quantumcumque aliquis studio atque industria animique contentione præcellat. Quibus cum multa & præclara laudum ornamenta suppetant (nisi fortasse cuiquam ineptè facere videor, qui domesticas laudes prædicem) tum eos vna potissimum pietas nobilitat, & insignes reddit. Hos graues & honestos senes dico, non minus virtutis quàm senectutis nomine venerandos: quorum vt corpora temporis diuturnitate debilitantur: ita animæ Deo iuuenescunt. Pater quidem ex oleastro in frugiferam oleam pulchrè infusus, pinguedinisque vsque ad particeps factus, vt aliorum quoque infusio ipsi commissa, & animarum cura demandata sit, excelsus excelsè huic populo præsidens, alter Aaron, aut Moses, eum honorem consecutus, vt commercium cum Deo habeat, ac vocem diuinam aliis procul stantibus subministret, clemens, ab ira alienus, facie tranquillus, spiritu acer, diues his rebus quæ aspectu sentiuntur, ditior iis quæ mortalibus tectæ & absconditæ sunt. Quid autem hominem vobis notum describere aggredior? Neque enim, etiam si sermonem in longum protraherem, parem tamen illius virtuti orationem afferrem, quantumque vnusquisque vestrum nouit, ac postulat, dicerem. Ac præstat id in opinione vestra ac cogitatione relinquere, quàm orationis meæ tenuitate mirabiles ipsius virtutes magna ex parte truncarem. Mater autem iam olim & ab ipsis proavis Deo consecrata, pietatè instar necessariæ cuiusdam hæreditatis, non ad seipsam tantummodo, sed ad liberos quoque deducens, ex sanctis primitiis verè sancta conspersio. Quam etiam tantum auxit & amplificauit, vt ne mariti quidem absolutam in omni genere virtutem (dicam enim, etiam si hoc à me insolentius dictum videri possit) cuiquam alij quàm ipsi assignandam esse nonnulli credant, ac prædicent, eamque (ò rem admirandam!) pro suæ pietatis præmio maiorem pleniorémque pietatem accepisse. Ambo filiorum simulque Christi amantes (res ab hominum moribus abhorrens) imò Christi amantiore quàm liberorum: quippe qui vnum hunc ex liberis fructum caperent, vt à Christo noscitantur ac nominarentur, nec non sola virtute coniunctonéque cum Deo atque consortio felicem liberorum procreationem definirent. Ambo humani, misericordes, multa tinea & latronibus, & mundi principi rapientes, & ab incolatu ad certam stabilémque sedem sese transferentes, amplissimumque patrimonium nimirum futuræ vitæ splendorem filiis thesaurizantes. Sic illi ad altam senectutem peruenerunt, virtute atque annis inter se pares, ac pleni dierum, tam eorum qui fixi ac sempiterni sunt, quàm qui fluunt ac dilabuntur: vterque primariam laudem inter mortales habiturus, nisi alter ab altero virtutis principatu prohiberetur. Atque omnes felicitatis numeros expleuerunt, excepta hac postrema siue probatione, vt quisquam existimare queat, siue, vt ipse sentio, diuina dispensatione: qua prouisum est, vt eo filio, cui propter ætatis lubricum magis timendum erat, funere elato, iam ipsis tranquillè vitam claudere, & cum vniuersa domo familiâque ad cælestem regionem migrare liceat. Nec verò eo proposito hæc à me commemorata sunt, vt illorū laudes prædicarem (neque enim sum nescius tantam eorum virtutem esse, vt vix quisquam etiam tota oratione de eorum laudibus instituta, in eo tamen argumento pro rei dignitate versari possit) verum vt illud ostenderem, eam Cæsarij fuisse ratio-

Proposito.

Cæsarij genus.

Pater Cæsarij.

Mater.

Vera parentum pietas.

nem, ut à parentibus ipsis virtutis colendæ necessitate constringeretur: nec mirum vobis aut incredibile videri debere, si talibus ortus parentibus talibus laudibus se dignum præstiterit, sed illud potius, si neglectis domesticis & propinquis exemplis aliorum sibi vitam imitandam proposuisset. Ac natales quidem illius tales extitere, quales videlicet esse conueniebat hominis verè generosi, & rectè honesteque victuri. Ut autem media incidam, formæ elegantiam, corporis magnitudinem, atque illius in omnibus rebus gratiam & velut in sonis concinnitatem (quandoquidem nec nostrum est ea mirari, tametsi aliis non parua videantur) ad ea quæ deinceps sequuntur, & quæ, ne si cupiam quidem, facilè prætermittere possum, orationem conferam. Igitur sub parētibus huiusmodi moribus præditis educati atque instituti, & in huiusce ciuitatis scholis ac disciplinis, quantum sat erat, versati, in quibus ille ingenij celeritate & præstantia dici non potest, quàm longo interuallo cæteros post se relinqueret (Ah quo modo harum rerum commemorationem sic oculis præteribo, ac cauebo, ne me, contra quàm initio professus sum, fracti atque abiecti animi esse dolor coarguat) cum iam peregre proficisci commodum videretur, tum primùm alter ab altero distracti fumus. Nam ego oratorij artis amore inflammatus in Palesine academiis tum florentibus pedem fixi: ille autem Alexandriam perrexit, urbem & tunc & hoc tempore doctinarum omnium officinam non falsò existimatam. Quid primùm aut quid maximum ex illius laudibus cōmemorem? aut quid sine grauissimo orationis damno prætermittam? Quis præceptoribus fidelior? Quis æqualibus iucundior? Quis improborum societatem familiaritatemque studiosius fugit? Quis optimorum virorum familiaritati seipsum magis adiunxit, cum aliorum tum celeberrimi cuiusque Cappadocis & illustrissimi, quod perspectum haberet ad virtutem aut vitium permagni referre, cum quibus cōsuescas? Atque idcirco quis ciuitatis principibus charior? aut quis potius vniuersæ vrbi, cuius alioqui magnitudo tanta est, ut omnium virtus obscura & abscondita iaceat. Quis temperantiæ laude clarior? Quis ob ingenij sagacitatem illustrior? Ecquod doctrinæ genus est, in quo non sit versatus? Immo verò quod genus est, quod non ita perceperit, ut ne vnum quidem quisquam alius? Eccui autem concessit, ut ad ipsius eruditionem vel tantillum accederet, non æqualium tantum, sed eorum etiam qui ætate ipsam anteibant, ac plus temporis in studiis literarum consumpserant? Sic enim in omnibus artibus erat expolitus, quasi vni duntaxat operam dedisset: sic rursus vnamquamque callebat, quasi nullam præterea coluisset. Atque ut acri & excellenti ingenio præditos industria & labore, sic studiosos & diligentes ingenij celeritate superabat, vel ut rectius loquar, ingeniosos ingenio, & laboriosos studio & diligentia, & vtraque laude præstantes in vtraque præcallebat. Atque in Geometria quidem & Astronomia scientia aliis periculosa ita se comparauit, ut cum quicquid ea vtilitatis haberet, collegisset, nimirum ut ex rerum cælestium concentu atque ordine Creatorem suspiceret, quidquid rursus ea noxij complectebatur, effugeret, nempe ea quæ sunt ac fiunt ad siderum cursus haudquaquam referens, quemadmodum faciunt, qui conseruam creaturam aduersus Creatorem seditiosè concitant: verum ut alia omnia, sic eorum quoque motum, ut par est, diuinæ prouidentie assignans. In numeris autem & supputationibus, cæque Medicinæ parte, quæ in naturis ac temperamentis causis morborum inquirendis versatur, ut succis euulsisque radicibus furculi quoque ipsi simul amputentur, quis tam vecors aut peruicax, ut secundas illi daret, ac non præclare fecum agi duceret, si proximum illi numerum obtineret, ac primas inter secundos ferret? Neque verò hæc quæ diximus, verba quædam inania sunt, nullisque testimoniis suffulta: sed & in Orientali & in Occidentali ora, ac denique in regionibus omnibus, quas postea perlustrauit, insculptum velut in columna doctrinæ suæ testimoniū reliquit. Cum autem anima, velut ingenti quadam naue oneraria, virtutum omnium disciplinarumque mercibus onusta in patriam rursus nauigaret, ut præclaras doctrinæ

Cæs. educatio & institutio.

Gregor. eloquentia studiosus. Palesina. Alexandria

Cæs. doctrina.

Quæ percipienda Astronomia.

Arithmetica. Medicina.

doctrinæ suæ merces aliis impertiret, hinc quoque mira res accidit, quam (quia me recordatione maximè oblectat, vobisque fortasse voluptatem allatura est) breuiter exponam. Materno quodam voto tenera mater optabat, ut quemadmodum vtrunque eodem tempore emiserat, sic vtrunque simul reducem videret. Eramus enim si non aliis, matri quidem certè, cum simul inspiceremur, par quodam votis expetendum atque visendum, licet nunc inuidiam malè dissolutum. Et ecce Deo, qui iustas preces audit, & parentum erga benignos filios amorem honore complectitur, ita impellente, neque ex consilio neque ex pacto & constituto alter ab Alexandria, alter à Græcia, alter mari, alter pedibus eodem tempore in eandem ciuitatem appulimus. Hæc autem erat Byzantium, vrbs totius Europæ principatum tenens, in qua breui Cæsarius tantam gloriam est affectus, ut publici honores nobilisque matrimonium ac Senatoria dignitas ei oblata fuerit, communique decreto à magno Imperatore per legatos petitum sit, ut vellet principem urbem viro eruditionis eloquentiæque principe ornari atque honestari, si tamen illi curæ esset, ut verè primaria esset, nominèque suo digna, atque ad cæteras ipsius laudes hanc accedere, ut Cæsario & medico & ciue decoraretur: quamuis alioqui præter cæterum splendorem, viris tam in Philosophia quàm in aliis generibus artium eximiis abundet. Sed de hac re satis. Illud autem, quod tum contigit, quamuis aliis fortuitò accidisse videretur, cuiusmodi multa fert casus in rebus humanis: apud pios tamen homines perspicuè constabat, nulli alij eam rem ascribendam esse, quàm Deo dilectis parentibus, ad vnius voti summam explendam, filios tum terra tum mari in vnum colligentibus. Age ne hanc quidem Cæsarij laudem prætereamus, quæ quanquam aliis fortasse parua nec commemoratione digna, mihi tamen & tunc & nunc quoque præclarissima visa est, si modò laudem meretur fraternus amor, neque vquam inter primas collocare desinam, quoties mihi de illius rebus narratio instituta fuerit. Nam cum iis, quos diximus, honoribus eum ciuitas retineret, negaretque, se illi vlla ratione potestatem discedendi facturam: ego tamen, cuius auctoritatem Cæsarius in omnibus rebus plurimi faciebat, in contrariū nitens, hoc sum cōsecutus, ut nec parentes voto suo, nec patria debito sibi officio, nec denique ego desiderio meo frustrarer. Itineris enim sociū comitemque se mihi adiunxit, meque non urbibus solum & populis, non honoribus & prouentibus, qui multi ad eum vndique partim cōfluebant, partim in spe atque expectatione erant: verum prope modum ipsi quoque Imperatori eiusque edictis anteposuit. Hinc ego omnem honorum gloriaeque cupiditatem quasi grauem quendam dominum morbumque permolestum excutiens, philosophari, vitæque meæ rationes ad supernam vitam accommodare cōstitui: quanquā antiquior huiusmodi vitæ cupiditas fuit, quàm vita ipsa. Cæsarius autem cum doctrinæ suæ primitias patriæ consecrasset, dignamque laboribus admirationem sui commouisset, postea gloriæ studio, procurandique, ut quidem mihi persuadebat, publici cōmodi causa in aulam se contulit. Quod consilium & si nobis haud admodum gratum ex animique sententia fuit (me etenim apud vos purgabo) Quoniā sublimius præstantiusque est infimo ordine apud Deum collocari, quàm apud terrenum Imperatorem honoris primas tenere: tamen est eiusmodi, ut meritò reprehendi nequeat. Nam vita illa ad normam Euangelicæ philosophiæ exacta, ut excellentissima, ita longè difficillima, nec à multis suscipienda est, sed ab iis duntaxat, quos diuina mentis magnitudo, quæ egregiæ hominum voluntati manum porrigere solet, aduocauerit. Nequaquam autem parui æstimandum est, si quis alterum vitæ genus complexus probitati studeat, maioremque habeat Dei salutis suæ quàm terreni splendoris rationem, seque ita gerat, ut hunc quidem tanquam scenam aut vulgarem quandam temporariamque laruam præferat, huius mundi fabulam agens: cæterum ipse Deo cum ea imagine viuat, quam se ab eo accepisse, eique debere nouit. Quem quidem Cæsario animum fuisse compertum habemus. Nam cum nihil aliud la-

Cæsar. cum fratre discedit.

Grego. gloriam aspernatur.

Cæsarius se confert in Aulam.

Sentent.

Vita monastica excellentissima.

boris suscepisset, quàm vt doctrinæ suæ specimen quoddam vel breuem quendam potius doctrinæ prologum edidisset, primum statim inter Medicos dignitatis gradum obtinuit, atque in amicorum numero apud Imperatorem habitus, amplissimis honoribus affectus est. Artis porro beneficium proceribus gratuitum proposuit, non ignarus, nihil esse, quod hominem ad altiores honorum gradus prouehat, quàm virtus & fama honestis rationibus collecta. Et quibus ordine secundus erat, eisdem gloriâ longè superabat. Qui cum frugalitatis modestiæque nomine ab omnibus vnice diligeretur, eaque de causâ honestissimis muneribus præficeretur, nec ¹⁰ adiuatore Hippocrate quicquã opus haberet, adeo vt nihil profus esset ¹¹ Cratetis simplicitas, si cum illius simplicitate conferretur: rursus in maiore, quàm dignitatis ipsius gradus ferre videbatur, veneratione apud omnes erat. Cumque in eum magni quotidie honores conferrentur, maioribus tamen ac iam iamque affuturis dignus habebatur, tum ab ipsis Imperatoribus, tum ab omnibus iis, qui proximum ipsis dignitatis locum tenebant. Quodque maximum censendum est, nec à gloria, nec ab iis, quibus circumfluebat, deliciis, animæ illius nobilitas vnquã labefactata est. Quin potius in multis magnisque dignitatibus florebat, hoc tamen ad decus & gloriam præcipuum ducebat, vt & esset, & diceretur Christianus: idque tanti æstimabat, vt præ hoc vno reliqua omnia in vnum congesta ludi ac nugarum instar haberet. Alia enim ab aliis etiam lusitari posse, non secus atque in scena, quæ vt celerrimè figitur, ita celerrimè quoque dissoluitur, imò facilius fortasse dissipatur, quàm constituatur, vt ex multis huius vitæ mutationibus & felicitate sursum deorsumque conuertente perspicere licet: pietatem verò bonum vnum proprium esse, nec hominem vnquam deserens. In his studiis versatus est Cæsarius, etiam in sagulo: in his cogitationibus & vixit, & vita excessit, maiorem interioris ¹² absconditque hominis pietatem Deo exhibens, quàm erat illa, quæ in oculis hominum elucebat. Atque vt alia omnia prætermittam, propinquorum nempe, qui fortunæ iniuria facultatibus lapsi erant, curam & patrocinium, fastus contemptum, æquitatem eam qua cum amicis ita versabatur, vt nihil sibi præter eos arrogaret, libertatem loquendi qua apud principes utebatur, certamina que pro Veritate suscepit, disputationes quas permultas & sæpenumero & cum plerisque habuit, non argutas solùm, sed etiam admodum pias & ardentes: facinus vnum pro omnibus referam, quo in tota ipsius vita nihil est illustrius magisque peruulgatum. Furebat aduersus nos ¹³ infandus Imperator, & cum in seipsum primùm per Christianæ fidei repudiationem insanisset, iam aliis quoque intolerabilis erat, nequaquam cæterorum Christi hostium more, magno & strenuo animo impietatem profitens, verùm clementiæ obtentu persecutionem celans, atque instar flexuosi illius serpentis, qui ipsius animum obsidebat, omni genere machinarum ad barathrum suum miseros callidè pertrahés. Ac ne eos honores, qui Martyribus haberi solent, cõsequeremur (hos enim Christianis homo egregius inuidebat) prima illius fraus & versutia hæc fuit, vt qui Christi causâ excruciantur, non vt Christiani, sed vt facinorosi supplicio afficerentur. Altera, quòd huic rei non tyrannidis sed persuasionis nomen imponebat: scilicet vt maior eorum infamia quàm periculum esset, qui sponte ad impietatem proruebant. Cumque alios pecuniis, alios dignitatibus, alios promissis, alios variis honorum generibus, quos ne regiè quidem sed perquam seruiliter inspestantibus omnibus deferebat, omnes denique verborum præstigiis suoque exemplo ad se alliceret, tandem Cæsarium quoque adoriri instituit. O væsanum hominem, si futurum sperauit, vt & Cæsarium, & fratrem meum, & his parentibus natum deprædaretur. Verum (vt in hoc sermone aliquantulum moræ faciam, animùmque hac narratiuncula oblectem, quemadmodum spectaculo delectati sunt, qui tum affuerunt) ingrediebatur vir generosus Christi signo communitus, clypei que vice magnum Verbum obtendens, ad hominem rei militaris peritissimum ac dicendi facultate præstantem. Nec verò illius aspectum contremiscebatur,

Cæsarius
i primo me
dicorum or
dine.

Sentent.

Cratete sim
plicior.

Cæs. vult
esse & di-
cit Chri-
stianus.

Pietas bo-
nū propriū
Matth. 6.
Coloss. 3.

Iuliani im-
per. perse-
cutio dolo-
sa.

Martyrum
honores.

Christi si-
gnum.

bat, nec per adulationem de animi magnitudine quicquam remittebat: verùm promptum se, paratùmque pugilem ostendebat, siue verbis siue rebus ipsis cum eo dimicandum esset, qui vtroque armorum genere decertare poterat. Ac tale quidem erat theatrum, talisque pietatis propugnator: certaminis etiam præses, ex hac parte Christus passionibus suis pugilem ad pugnam instruens, ex illa grauis tyrannus tum verborum illecebris deliniens, tum potentiæ magnitudine perterrere studens. Quinetiam vtrinque spectaculum erat, partim eorum qui in fidei pietate adhuc perstabant, partim eorum, quos secū ille abripuerat: qui vtraque ex parte obseruabant, quoniam illorum certamen propenderet, magisque anxij ac solliciti erant, vtrius futura esset victoria, quàm illi ipsi, quos spectabant. Num extimuisitis, ne quid Cæsario accidat huiusmodi animi alacritate parum dignū? At bono estote animo. Victor enim discedet iuuante Christo mundi victore. Ac nihil quidem mallem, quàm vt ea, quæ tum dicta sunt & proposita, sigillatim explicare possem (Nam & eruditas aliquot verborum captiones & argutias, meo quidem iudicio, memoratu non iniucundas ea disputatio complectitur): verùm intempestiuum profus hoc foret, & ab oratione alienum. Vt autè Cæsarius cunctis verborum illius nexibus, conatibusque omnibus tam apertis quàm obscuris ludi cuiuspiam instar propulsatis, magna & clara voce Christianum se esse femperque fore pronunciarit: ne sic quidem profus eiicitur: mirè etenim Imperator Cæsarii doctrina frui atque exornari gestiebat: (quo etiam tempore celebrimum illud cunctis audientibus prolocutus est, O felicem patrem, & liberos infelices! Nam nos quoque ignominie societate honorandos duxit, quorum eruditionem pietatemque Athenis cognouerat) Verùm ad secundam expeditionem referuatus (commodum enim illum aduersus Persas armabat diuina iustitia) se ad nos recepit exul beatus, & victor incruentus, atque ob ignominiam clarior, quàm ob pristinam gloriam nominisque splendorem. Hanc ego victoriam magna illius potentia, & sublimi purpura, & insigni diademate longè superiorem excellentioremque esse censeo. Hac narratione magis efferor, quàm si vniuersum imperium cum illo partitus esset. Malis igitur temporibus cedit, in eoque ¹⁴ legi nostræ obtemperat, quæ præcipit, vt oblata quidem occasione veritatis causa periculum adeamus, nec fidei pietatem per animi ignauiam deseramus: cæterum quoad licet, pericula ipsa ne excitemus: siue id ea ratione præscribat, quòd animabus nostris metuat, siue quòd eorum exitio occurrendum putet, à quibus nobis periculum vitæ creatur. Posteaquam verò hæc caligo discussa est, atque externa regio rectè de causa pronunciauit, ac vibratus gladius impium prostrauit, resque Christianorum ad pristinum statum redierunt, quid cõmemorem, quanta cum gloria & honore, aut cum quibus, quàmque luculentis testimoniis, ac velut beneficium dans ipse potius, quàm accipiens, denuo in aulam receptus sit, priorè que honorem secundus exceperit. Et quanuis tempus Imperatores subinde cõmutauerit, Cæsarij tamen existimatio nominisque gloria nunquam conuulsa est, nec primaria illa auctoritas, quam apud eos habebat: quin potius de eo inter Imperatores certamen erat, quisnam sibi Cæsarium magis deuinciret, & cuiusnam ille magis amicus & familiaris diceretur. Hæ Cæsario pietatis laudes: hæc pietatis præmia. Audiant iuuenes, audiant viri, ac per eiusdem virtutis orbitam ad eundem gloriæ splendorem contendant, (bonorum enim laborum gloriosus est fructus) si qui sunt, qui id quoque amplum & expetendum ducunt, atque in felicitatis parte ponendum existimant. Iam verò quale miraculum censendum est, quod circa eum contigit, ipsius simul & parentum pietatis illustrissimum præbens argumentum? In Bythinia versabatur, imperium ab Imperatore haud postremum administrans. Quæstoris siquidem munereungebatur, ac thesaurorum curam gerebat. Hoc enim illi maiorum dignitatum velut præludium esse Princeps voluit. Cumque ¹⁵ Niceæ terræ motus ex omni hominum memoria maximus accidisset, totamque ferme ciuitatem solo æquasset, atque omnes prope-

Cæs. cū Iu-
liano de fi-
de certamē

Cæs. victor

Iul. contra
Persas.

Martyrii
lex.
Matth. 10.

Cæs. gloria
& gratia
apud Imp.

Sap. 3.

Cæs. Quæ-
stor in By-
thinia.

Niceæ ter-
ræ motus.

modum ciues vnà cum vrbis elegancia deleuisset, solus ex omnibus clari nominis viris, aut cum admodum paucis ex hoc periculo saluus & incolumis euadit: idq; modo vix credibili, hoc est ipsa ruina protectus, ac per exiguas quasdam periculi notas referens: hactenus videlicet, vt timore ad maiorem salutem magistro vteretur, atque à rebus fluxis & incertis translata militia totum, se cælesti parti addiceret, sibi que ipsi regiam aulam commutaret. Atque hoc & in animo habebat, & votis omnibus exoptabat, quemadmodum mihi per literas confirmauit, ¹⁶ cum hanc occasionem ad eum admonendum arripuissem: quod nec vnquam facere destiti, molestè ferens illius indolis præstantiam in vilioribus studiis versari, tamque philosophicam animam in rerum publicarum administratione volutari, ac velut Solem nubibus obduci. Verùm terræ motus quidem vim effugit, morbi vero non item: mortalis si quidem erat. Atque illud peculiare illi fuit, hoc cum aliis commune: illud pietatis, hoc naturæ: consolatioque ipsa dolorem anteuertit, vt illius morte labefactati atque commoti de salute illa tam noua atque insolenti gloriemur. Ac nunc nobis egregius ille Cæsarius seruatus est, cinis pretiosus, laudabile cadauer, ac cum multiplici hymnorum cantu deducitur, celebrisq; pompa ad Martyrum sedes effertur, sanctisque parentum manibus honoratur, matre ¹⁷ accensas faces gestante, ac pietatem mœrori subrogante, lachrymis sapientiæ cedentibus, Psalmorum cantu luctum confopiente, ac deniq; anima recens creata atque a Spiritu per Baptisum informata: dignos honores percipit. Habes à me, Cæsari, Funebre munus: habes orationum mearum primitias, quas cum à nobis premi atque occultari querereris, in te ipsum eras, vt video, detecturus. Habes à me ornamentum omnium ornamentorum tibi sine dubio gratissimum, non fericas telas molles & diffuentes, quibus nec dum apud nos ageres, aliorum more delectabaris, vt pote virtute sola ornatus, nec lini pellucidi texturas, nec exquisitorum unguentorum infusiones, quas prius etiam ad Gynæcæa remittebas, & quorum fragrantia die vno perit, nec denique aliud quicquam parui ponderis paruusq; & abiectis hominibus charum, quod quidem hodie cum hoc præclaro corpore sæuus hic lapis obruisset. Valeant Gentilium certamina & fabulæ, quibus miseri adolescentes ornati sunt, leuibus certaminibus leuia præmia proponentes. Valeant libamina, primitiæ, coronæ, ac recens decerpti flores, quibus hominibus vita functis parentant, patriæ consuetudini potius & stulto dolori quàm rationi seruietes. Meum munus est oratio, quam etiam fortasse posteritas exceptura est, ¹⁸ nunquam intermorientem, nec eum qui ex hac vita migrarit, prorsus abire sinentem, verùm auribus animisque hominem, quem ornandum suscepit, semper conseruantem, cuiusq; qui desideratur, imaginem, expressius quàm in tabula proponentem. Atque hæc a nobis in tuam laudem dicta sint: quæ si parua & meritis tuis inferiora sunt: at Deo tamen etiam ipsi acceptum est, quicquid fit pro viribus. Atque alia quidem persoluimus, alia verò daturi sumus, ¹⁹ anniuersarios honores & commemorationes offerentes, ij quidem certè, qui superstitites relinquentur. At tu diuinum & sacrosanctum caput, vtinam cælos penetres, atq; in Abrahamæ sinu, quicumque tandem ille est, conquiescas, & angelorum choream inspectes, & beatorum virorum gloriam atque splendorem, vel potius vnà tripudies & exultes, omnia quæ hæc vita habet, ex alto deridens, nimirum diuitias, vt appellantur, & abiectas dignitates, & fictos honores, & imposturam quam nobis sensus faciunt, & huius vitæ conuolutionem, & tanquam in nocturno certamine perturbationem & ignorantiam, ac Regi illi magno assistens, totusque lumine illo perfusus, cuius per exiguum riuum hinc consecuti (quantum scilicet in speculis & ænigmatis animus concipere potest) vtinam ad ipsum fontem postea perueniamus, pura mente puram veritatem obtuentes, ac laboris in virtutis studio exantlati mercedem hanc inuenientes, vt plenius illic summo bono eiusque contemplatione perfruamur, quem quidem sacræ nostræ disciplinæ finem tum animæ Theologiæ studiosæ futurum vaticinantur. Superest iam, vt dolentibus

Cæs. mores.

In Cæs. funere hymnere cantantur & factes ardentes gestantur,

Vnguenta.

Parentalia

Annuersarij honores & commemorationes Preces pro Cæsario.

dolentibus orationis medicinam adhibeamus. Magnum porro pharmacum illud est, quod ab iis, qui eodem dolore affecti sunt, porrigitur, & qui in eadem calamitate versantur, eorum in consolandis calamitosi maior est auctoritas. Ad eos ergo potissimum, qui ita affecti sunt, hæc spectat oratio: quorum causa profecto pudore suffunderer, si non vt aliarum omnium virtutum, sic etiam tolerantia primas ferrent: quippe qui vt amore erga filios atque indulgentia mortales omnes superant, ita etiam sapientia & Christi amore omnes antecellunt, migrationemque ex hac vita iam pridem & ipsi meditati sunt & liberos docuerunt, vel, vt rectius loquar, totam vitam ita instituerunt, vt nihil aliud esset, quàm ²⁰ mortis meditatio. Quod si quid tenebrarum rationi dolor offundit, ac lippitudinis cuiusdam instar oculos subiens videre non sinit id quod est officij: agedum iuuenis exhortationem seniores excipite, ac filij parentes, & eius qui talium admonitione opus habet, vos qui multos admonuistis, ac longo tempore peritiam rerum collegistis. Nec verò mirum vobis videatur, quod iuuenis senes moneam: nam hoc quoque vobis acceptum referri debet, si quid melius prospicere possum, quàm canicies. Quantum adhuc temporis viuemus, venerandi senes Deoque propinqui? Quamdiu hic afflictabimur? Ne tota quidem hominum vita longa est, si cum diuina & sempiterna natura comparetur, nedum hæc vitæ reliquiæ, halitusque, vt ita dicam, humani solutio, vitæque temporariæ finis extremus. Quantum nos anteuertit Cæsarius? Quamdiu eius discessu angemur? Nonne ad eandem sedem concitato cursu tendimus? Nonne eundem lapidem quam primum subibimus? Nonne idem puluis propediem erimus? Nonne ex paucis his diebus hoc solum lucrificiemus, vt plura mala partim videamus, partim perpetiamur, partim etiam ipsi faciamus, atque ita tandem ipsi quoque naturæ legi commune certumque tributum exoluamus, atque alios sequamur, alios morte antecamus, alios lugeamus, ab aliis deploremur, munusque lachrymarum, quod aliis contulimus, ab aliis vicissim recipiamus? Talis vita nostra est, fratres, qui fluxam & caducam vitam agimus. Tale terræ ludibrium: vt cum non simus, nascamur: cum nati sumus, rursus dissoluamur. ²¹ Insomnium sumus instabile, spectrum quod comprehendere ac teneri non potest, auis pertransientis volatus, nauis in mari vestigium non habens, puluis, vapor, ros matutinus, flos pro tempore nascens, atque marcescens. Homo sicut fœnum dies eius, tanquam flos agri sic effloret. Quam præclare diuus Dauid his verbis de nostra imbecillitate philosophatus est: quem admodum & in illis, Paucitatem dierum meorum nuncia mihi! Quinetiam dies humanos ²² palmi mensura circumscribit. Nam quid de Hieremia dicam, qui etiam matri succenset, se in lucem editum ægrè ferens, idque propter aliena peccata? Omnia vidi, ait Ecclesiastes, humana omnia cogitatione lustrari, opes, delicias, imperium, inconstantem gloriam, sapientiam suffugientem potius quàm se tractandam præbentem, delicias iterum, sapientiam iterum, eadem sapius repetens, ventris voluptates, elegantes hortos, famulorum examina, facultatum copiam, pincernas vtriusque sexus, cantores & cantatrices, arma, satellites, nationes ad genua procumbentes, collecta tributa, regni supercilium, omnia denique tam ad degendam vitam necessaria quàm superflua, quibus reges omnes, qui vnquam fuerunt, superauit. Et quid post hæc omnia? Vanitas vanitatum, omnia vanitas, & propositum spiritus, hoc est præceps quidam animi imperus, & occupatio hominis ob veterem fortasse noxam hac pœna mulctati. Verùm, sermonis finis, inquit, Omnia vno verbo audi, Deum time (hic enim animi perplexitati finem imponit) atque ex hac vita hoc duntaxat commodi cape, vt per carum rerum, quæ sub oculorum aspectum cadunt perpetuoque motu agitantur, confusionem, ad res fixas stabilesque ducaris. Ac proinde Cæsarij vicem ne lugeamus, quibus malis ereptus sit non ignorantes: sed nosmetipsos ob ea mala, quibus relictus sumus, & quæ nobis aggeremus, nisi sincero animo nos Deo addixerimus, ac præteritis iis quæ nos prætereunt, ad supernam vitam omni festina-

Sent.

Patrem & matrem intelligit, quos mox alloquitur.

Vita mortis meditatio.

Vita hominum breuis.

Qualis vita.

Iob 20.

Sap. 5.

Ose. 13.

Iac. 1. & 4.

Psalm. 36.

Psalm. 102.

Psalm. 101.

Psalm. 38.

Hier. 20.

Eccl. 1.

Omnia vanitas.

Pii consilium.

Cæs. non lugendus.

tione properemus, terramque etiam adhuc in terra versantes relinquamus, ac spiritum in cælum ferentem bona fide subsequamur. Hæc ignavis graui, & forti animo præditis leuia sunt & facilia. Quin ad hunc quoque modum rem expendamus. Non imperabit Cæsarius? At nec aliorum imperio premetur. Nemi- ni terrorem incutiet? At nec importunum dominum pertimescet, ne dignum quidem plerunque, cui imperetur. Non opes cumulabit? At nec inuidiam metuet, aut malè congerendis opibus iacturam animæ faciet, quò maiores compararit, eò maiores adiungere studens. Huiusmodi siquidem diuitiarum morbus est, vt finem appetendi plura nesciant, sed ²³ sitis medicinam in perpetuo potu sitam esse arbitrentur. Non eruditionem ostentabit? At doctrinæ nomine admirationi erit. Non Hippocratis & Galeni & eorum qui ipsis aduersantur, dogmata pertractabit? At neque morbis vexabitur, ex aliorum calamitatibus proprias molestias capiens. ²⁴ Non Euclidis, Ptolemæi & Heronis theoremata demonstrationibus explicabit? At neque discruciatum, indoctos homines cernens insolentius sese ob doctrinam efferentes. Non ex Platonis & Aristotelis, & Pyrrhonis & Democriti cuiusdam, & Heracliti & Anaxagoræ, & Cleanthis, & Epicuri, & nescio quorum Stoicorum & Academicorum placitis sese venditabit? At neque sollicito animo erit, quemadmodum argutias illorum dissoluat. Quid alia commemorare necesse est? At hæc, quæ præclara omnibus & expetenda censentur, Non vxorem habebit? non filios? At nec illorum interitum lugebit, nec ab illis deflebitur: calamitatisque monumentum vel aliis relinquet, vel aliis relinquetur. Non pecunias hæreditate accipiet? At hæredes ipse habebit, quos maxime conducit, & quos habere voluit, vt diues hinc migraret, omnia secum ferens. O egregiam munificentiam! o eximiam consolationem! o insignem eorum, ad quos hæc hæreditas iure deuoluebatur, liberalitatem! Auditum est memorabile præconium, ac matris luctus ²⁶ ob præclarum sanctumque promissum exhauritur, quo omnes filij facultates eius nomine in funerale munus daturam se recepit: ita vt ijs nihil sit relictum, qui eiusmodi bona spe atque expectatione deuorauerant. Quòd si hæc dolori minuendo nondum sufficiunt, age pharmacum maius afferamus. Sapientum verbis adducor, vt credam, generosam omnem Deo que charam animam, posteaquam corporis vinculis soluta hinc excesserit, protinus bonum, quod eam manet, persentientem & contemplantem (vt pote eo, quod mentem caligine obducebat, vel purgato, vel abiecto, vel quo verbo ea res appellanda sit, nescio) mirabili quadam voluptate affici, & exultare, atque hac vita, velut graui quodam ergastulo, fuga relicta, excusis que compeñibus, quibus animi penna deprimi solebat, hilarem ad dominum suum conuolare, beatitudinemque reconditam imaginatione quadam iam percipere: post etiam aliquantò, cum cognatam carnem à terra, quæ & dederat, & in fidem acceperat, receperit (quod quo modo fiet, is nouit, qui ea inter se coniunxit atque dissoluit) tum demum eam quoque ad gloriæ cælestis hæreditatem secum admissuram, & quemadmodum ob naturæ coniunctionem in arumnarum ipsius partem vocata fuerat, sic etiam vicissim gaudia sua cum ipsa comunicaturam, totum videlicet corpus ad seipsam rapientem, velutque absumentem, cumque eo vnum effectam, & spiritum & mentem, & Deum, absorpto à vita, quod mortale erat & caducum. Audi, quid de ossium & neruorum compactione diuinus Ezechiel differat, quid post illum Apostolus de tabernaculo terrestri, & domo non manu facta, illo inquam fluxo ac dissol- uendo, hac verò in cælis recondita: Qui etiam discessum à corpore præsentiam esse cum Deo affirmat: vitam autem corpoream vt peregrinationem deplorat: atque ideo quamprimùm dissolui cupit. Quid res in spe positas ignauè timidè- que complector? Quid temporariæ vitæ animum affigo? Expectem Archangeli vocem, extremam tubam, cæli transformationem, terræ mutationem, elementorum libertatem, mundi que totius renouationem. Tunc Cæsarium ipsum videbo, non iam peregrinantem, non iam ab aliis funere elatum, non iam hominum animos

Diuitiarum morbus.

Hipp. l. i. de flatibus.

Bona Cæs. data pauperibus.

Anima pia ad Deum conuolat.

Carnis resurrectione.

Ezech. 37. 2. Cor. 5. Philip. 1. Vita nostra peregrinatio est. Iudicij dies.

animos mœrore ac miseratione permouentem, sed clarum, insignem, sublimem, qualis sepe mihi in somnis visus es, o fratrum charissime & fratrum amatissime, siue cupiditate mea, siue ipsa veritate hanc mihi formam representante. Nunc autem missis factis luctibus meipsum inspiciam, num quid lachrymis dignum mecum imprudens circumferam, ac meas ipse res excutiam. Filij hominum (ad vos enim iam transit oratio) quousque graui corde, & crasso ac stupido animo eritis? vt quid diligitis vanitatem & queritis mendacium? præclarum quiddam & expetendum hanc vitam, & paucos hos dies multos esse iudicantes, ac iucundam hanc separationem & amplectendam, vt graue quidpiam & horrendum auersantes? Non nos ipsos noscemus? Non ea quæ oculis cernuntur, abiiciemus? Non ad ea respiciemus, quæ mente & intelligentia comprehenduntur? Non, si quidem mœrendum est, in contrarium potius illud acerbè feremus, incolatum nostrum nimium prorogari, Dauidis illius exemplo, hunc mundum tabernacula tenebrarum, & locum afflictionis, & limum profundi, & mortis umbram appellatis: Non potius eo nomine discruciamur, quòd in his sepulchris quæ circumferimus, diuturniorem moram trahimus, quòd, vt homines, peccati morte morimur, cum dii conditi simus? Hic me terror exagitat, hic dies noctesque mecum versatur, nec me liberum spiritum ducere finit, partim futura gloria, partim futurum tribunal. Nam vt tanto illius desiderio flagro, vt dicere possim, Deficit in salutare tuum anima mea: ita hoc etiam auersor & exhorresco. Nec verò illud timeo, ne corpus hoc, cum semel defluerit, ac corruptum fuerit, prorsus intereat & extingatur: sed ne nobile illud Dei figmentum (nobile enim est, cum officij sui numeros probè explet, quemadmodum contra turpe & ignominiosum, cum vitiis contaminatur) in quo est ratio, lex, spes, eandem dedecoris notam subeat, quam bruta animantia, nihilòque post mortem meliøre conditione sit: quod etiam sceleratis hominibus, atque ignis sempiterni supplicio dignis optandum esset. Vtinam mea membra, quæ sunt super terram, mortificem: Vtinam omnia spiritui infusam, angustum paucisque peruium iter ingressus, non autem latum & facile. Quam magna etenim & luculenta sunt ea, quæ hanc vitam excipiunt! Quantò hæc spes meritis nostris excellentior! Quid est homo, quòd memor es illius? Quodnam hoc nouum in me mysterium elucet? Paruus sum & magnus, humilis & excelsus, mortalis & immortalis, terrenus & cælestis: illa cum inferiori hoc mundo, hæc cum Deo: illa cum carne, hæc cum spiritu. Cum Christo inhumari me oportet, cum Christo resurgere, Christi cohæredem esse, filium Dei, atque adeò Deum ipsum vocari. Videte, quòd nos oratio progrediens tandem euexerit. Parum abest, quin etiam calamitati gratias habeam, cuius causa hæc disserui, & que mihi ardentius ex hac vita migrandi desiderium iniecit. Hoc nobis magnum illud mysterium designat: hoc Deus, qui nostra causa humanam carnem assumpsit, ac pauper factus est, vt iacentem carnem erigeret, & imagini salutem afferret, hominemque instauraret, vt omnes in Christo, qui perfectè omnia in omnibus nobis factus est, vnum efficiamur: vt non iam simus masculus & femina, barbarus, Scytha, seruus, liber, quæ sunt carnis signa & discrimina, sed solam Dei, à quo, & in quem creati sumus, notam in nobis iniustam feramus, tantum ab eo informati & impressi, vt ab ipso solo noscitemur. Quod utinam ita sit, vt speramus, secundum Dei munificentiam & liberalitatem, qui parua postulans maxima illis & in hac vita & in futura largitur, à quibus ex animo amatur. Id autem continget, si pro nostra erga ipsum charitate & spe omnia feramus, omnia sustineamus: si pro omnibus rebus tam dextris quam sinistris, hoc est tam iucundis quam tristibus gratias agamus (quandoquidem hæc plerunque salutis arma esse scriptura testatur) si & nostras & eorum qui tanquam in communi via paratiores, ad hospitium prius peruenerunt, animas ipsi commendemus. Quo quidem nos etiam officio functi finem dicendi, vt & vos quoque lachrymandi, faciamus, ac iam ad sepulchrum vestrum properemus, quod solum ac triste donum à vobis

Cæsarius fratri sepe visus in somnis.

Psal. 4.

Mundi nomina apud Dauidem. Ps. 119. 87. 22. 43.

Psal. 118.

Corpus quando nobile, & quando turpe. Coloss. 3. Matth. 7.

Psal. 8. 143.

Cur Christus homo factus.

Galat. 3. Coloss. 3.

2. Cor. 6. Anima mortuorum Deo commenda.

habet Cæsarius, parentibus quidem & senectuti tempestiuè paratum, filio autem ac iuuenili ætati concessum, præposterè quidem, ceterum non temerè atque absurdè apud eum, cuius prouidentia res nostræ gubernantur. O Domine omnium & creator, ac præcipuè huius figmenti! O Deus tuorum hominum & pater ac moderator! O vitæ necis que ius & potestatem habens! O nostrarum animarum arbiter & benefactor, qui omnia commodè, & quemadmodum ipse pro altissimi-
Pro Cæsar. mortuo præcatio. ma tua sapiëntia gubernationisque ratione nosti, artificis Verbi tui opera facis atque transmutas, suscipe quæso nunc quidem Cæsarium velut primitias quasdam nostræ peregrinationis. Quod si minorem natu primum: tuis consiliis, quibus omnia reguntur, acquiescimus. Nos verò postea etiam opportuno tempore suscipi-
Psal. 118. pe, tandiu in carne vitam nostram moderatus, quandiu conducibile fuerit: & quidem ita affectos suscipe, vt propter nominis tui timorem parati simus, ac non perturbemur, neque in extremo vitæ die terga vertamus, atque inuito animo ab huius mundi rebus diuellamur, quemadmodum solent animæ mundi carnisque amantes, sed promptè & alacriter ad beatam illam & sempiternam vitam proficiscamur, quæ est in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in secula seculorum.

Amen.

SCHOLIA.

- I. EX OLEASTRO) De hoc vide orationem, quem in funere patris habuit.
2. Vt illud ostenderem) Greg. ii. ἐπιδείξωμι ἐν πατρῶν ὁφειλομένων καὶ ὁμοίων τῶ ἀρετῶν: Quæ verba duplici modo exponi possunt, vel vt intelligamus parentes ipsius non aliter pietati suæ constare potuisse, quam si Cæsarium ad pietatem erudirent: vel vt intelligamus, Cæsarium cum parentes omni virtutum genere præstantes haberet, pietatis iustitiæque colendæ necessitate, quasi debito quodam obstrictum fuisse. Qui quidem sensus mihi magis aridet, meliusque quadrat cum his quæ sequuntur.
3. Quid primum) Hoc loquendi genus videtur ab Homero sumpsisse, qui Odys. 10. Vlysem sic loquentem inducit, ὡς ἐστὶν, ἢ ἢ ἐπειτα, ἢ ἢ ὕστατον κατὰ λέξω. i. Quid primum, quid deinde, quid extremum ordine dicam?
4. Quemadmodum faciunt) Aduersus huiusmodi hominum monstra omnibus eloquentiæ viribus dimicat Basiliius Rom. 6. in Hexacem. qui vitam nostram humanam à cælestium corporum motione pendere aiunt (quales erant Chaldæi) atque in illo scripture loco, sint in signa, &c. signa non eorum quæ accidunt aeri, neque mutationis temporum, sed sortis hominum vitæ intelligunt: sicque sub Fati necessitatem totam vitam nostram vitæque actiones includunt.
5. Licet nunc inuidiâ) Non hoc vult Gregorius, inter se & Cæsarium fratrem aliquid inuidiæ intercessisse: sed per φθόνον, i. inuidiam, generis humani hostem significat, quem admodum & alius nonnullis locis.
6. Vrbs totius Europæ) Nimirum ex quo Constantinus Imperator Imperij domicilium in ea fixit, eamque nouam Romam, atque etiam suo nomine Constantinopolim vocari iussit.
7. Multa fert casus) ἀντοματων. Quam dictionem quidam exponens hæc verba in vetustissimo Regineæ codice apposuit. ἀντοματων ἐκαστος ὁ καθ' ἑαυτοῦ τὸν θεὸν πολεμῶν ὡς ἂν τῆς φωνῆς ἀνομιᾶς ἢ ἄλλου ἰσχυροῦ ἢ ἄλλου ἐκ ἑαυτοῦ ἐπιπορευόμενος συμβαίνει ἑαυτῷ. ἀντοματων, inquit, hoc vocauit, quod plerumque ex naturali ipsa rerum serie & consequentia permissu Dei accidere solet, non ex studio aliquo & instituto.
8. Philosophari constitui, Hoc loco, quemadmodum lineis aliquot interiectis, Philosophari nihil aliud significat, quam mundo nuncium remittere, ac monasticam vitam profiteri, vt & aliàs inter varia illius significata docuimus. Quod autem pauld post sequitur, gloriæque cupiditatem, quasi grauem quendam dominum, &c. allusio est ad illud Sophoclis, quod à latone lib. 1. de Repub. commemoratur, totidemque verbis à Tullio repetitur in Catone Maiore. A quo cum quidam iam confecta ætate quæreret, vtereturne rebus venereis: Dij meliora, inquit, libenter verò isthinc tanquam à domino agresti ac fastoso profugi.
9. Quod consilium) quemadmodum perspicuè liquet ex ea Epistola, quam ad eum scribit, cuius initium est, ἰκανῶς ἐροῦντάς ἐστιν ἡμῖν ἡμῖν: ibi eo nomine cum eo grauitèr exposulat.
10. Adiuratore Hippocrate) Extat inter Hippocratis opera formula quædam, iuxta quam verbis conceptis iurare cogebantur, quicunque Medicinæ artem profiteri atque exercere instituisent, vt ad artem sanctè & innocenter exercendam iurifurandi religione adigerentur. Hoc ergo vult Theologus, Cæsarium fratrem ea fuisse morum integritate, vt nihil causæ fuerit, cur ad id quod sua sponte faciebat, iurifurandi vinculo astringeretur.
- II. Cratetis simplicitas) Huius hic senarius erat, ὁ ἐρμῶν τε χεῖνιξ ἐ τὸ μὲν δὲ δὲ ἰ. Chænix lupini & cura nullius rei. Is pecuniam apud trapezitam deposuerat hac conditione, vt si quidem filij à doctrinâ abhorrent, eam illis redderet: sin autem philosophiæ operam darent, plebi distribueret: nihilo quippe egere philosophos

12. Absconditi hominis) Alludit ad illud Euangel. Matth. 6. Et pater tuus, qui videt te in abscondito. Vel ad illud Pauli Coloss. 3. Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.
13. Infandus Imperator) Iulianum significat religionis Christianæ desertorem, qui in Persica expeditione miserrimè perit. De quare, & de tota eius vita Christianisimique insectatione fusissimè videbis in Inuectiuis, quas aduersus eum conscripsit.
14. Legi nostræ obtemperat) Lex enim Martyrij imò præceptum Christi est, vt persecutiones fugiamus, nec temere nos in apertum periculum coniciamus: oblata autem occasione ac tempore id postulante, intrepido animo vitæ discrimen adeamus. Huius etiam legis mentionem facit in Orat. in Basilium. De quare proprio opere tractauit Athanasius, cui titulus est, De fuga. Sed & antiquior eo Clemens Alexand. lib. Stromat. 4. explicans illud, Cum vos persecuti fuerint, &c. Non, inquit, nos idcirco fugere admonet, quod malum sit perfectionem pati, aut quod mors timenda sit: ἀλλὰ βούλεται ἡμεῖς μὴ δύνῃ ἀπίστους μὲν σωαίτιους κακοὺς ἄνδρες γίνεσθαι ὅσοι τε ἀπίστοι, ὡς ἐστὶν τῶν δεινῶν καὶ ἀπειρωτῶν, non vult nos mali cuiusquam causam adminiculiumque præbere tum nobis ipsis, tum ipsi etiam persecutori & carnifici. Eodem loco eum cædis retim intersectori esse ait, qui temeritate sua facile capiendum se præbet. Ἐστὶν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ὁ σὺν ἑαυτῷ ὡς ἂν τὸν δεινῶν τὸς ποινῆς: εἰ δὲ ἐσθ' ὁ σὺν ἑαυτῷ, τὸ δεινῶν ἐστὶν ἑαυτῷ. Ille, inquit, quantum in se est, sceleris tyranni particeps efficitur: quod si etiam insuper irritet, prorsus causa est atque auctor, vt pote qui truculentam & immanem belluam concitarit, &c.
15. Niceæ terremotus) Huius terræmotus meminit Niceph. lib. 9. cap. 38. Diuinitus autem maximam partem Niceæ vrbs terremotu corruisse, cum ibi Constantius Episcoporum conuentum indixisset hortatu Eudoxij, qui post Leontium Antiochenam occuparat Ecclesiam, narrat Theodor. cap. 26. lib. 2. Eccles. Hist. Quomodo autem Christi auxilio ex illo euaserit Cæsarius, narrat primo poemate.
16. Cum hanc occasionem) Quemadmodum videre est ex ea Epistola, quam eo argumento ad eum scribit, posteaquam Cæsarius è tanto periculo saluus & incolumis euasisset.
17. Accensas faces) Vbi sunt, qui luminu in funeribus gestationem vt impiam & superstitiosam irrident? Atqui hic auctor huic rei pietatis nomen tribuit.
18. Nunquam intermorietem) Sic enim verto ἀὲ κινουμένων, vt dilucidior sit sensus, quemadmodum κινουμένων τινάων appellat tabulas viuas ac motu præditas in tertio poemate.
19. Anniuersarios honores) De celebranda mortuorum memoria precibusque pro ipsis fundendis tot tamque præclara veterum testimonia inter legendum occurrunt, vt mihi nullum fidei dogma pluribus grauioribusque scriptorum vtriusque linguæ testimoniis niti videatur. Vix enim vllum auctorem reperies, qui luculentum huius rei testimonium monumentis suis consignatum non reliquerit. Quò detestabilior est eorum arrogantia, qui, quasi Verbum ab ipsis primum processerit, censuriam virgulam in totam fidei nostræ doctrinam arripiunt, ac recepta iam inde ab ipsis Ecclesiæ crepudiis dogmata calculo atro notare, imò apertè conuellerè atque infringere non verentur. Quibus equidem nescio frontemne, an sanitatem, an vtrunque precari debeam. sed de hac re aliàs fortasse commodius. Quòd verò vituorum precibus & tremendo Missæ sacrificio mortui iuuentur, vide Dionysium Areop. cap. 7. Ecclesi. 1st. Hierarchie, Athanasium quæstione tricesima quarta ad Antiochum. Chrysof. Hom. 3. in Epist. ad Philipp. Epiphanium in consutatione hæresis Aëria-
Missæ sacrificiū pdes- se mortuis testatur san- da, & Serj. 32. de verbis Apostoli, Ambrosium in Orat. funebri in fratrem Satyrum, vt innumcrabiles alios cti patres.
20. Mortis meditatio) Socrates apud Platonem in Phædone, Philosophiam mortis esse meditationem definebat. De quo nos alio loco dicemus.
21. In somnio sumus) Vita hominis in somnio comparatur Job 20. auis pertransientis volatui, & nauis cursum tenentis vestigio, Sapient. 5. flori & vapori Iacobi 1. & 4. pulueri & rori matutino Ose. 13. Vaporem etiam se vocat Mosès ad Deum loquens, ἐγὼ ἀτμίς ὑπο ἕως ἡμέρας.
22. Palmi mensura) Psalmo 38. vbi habet vulgata translatio: Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Septuaginta habent παλάμας, id est palmares. Est autem palmus mensura 4. digitorum. Quo verbo vitæ humanæ breuitas exprimitur.
23. Sitis medicinam) Vnde illud peruulgatum: Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. Et Flaccus Crescentem sequitur cura pecuniam, Maiorumque sitis. Cuius generis infinita passim testimonia reperias.
24. Non Euclidis) Euclides Hero & Ptolemæus mathematicas artes professi sunt, easque scriptis illustrarunt. Sed Ptolemæus omnium, quorum monumenta extant, sine controuersia primum locum tenet. Reliqui, quos hic recenset, philosophiæ studio incubuerunt: quorum vitam literis mandauit Laërtius.
25. Ob præclarum sanctumque) Præclarum Cæsarij testamentum in Basilij Magni Epistolis habetur, nimirum in ea, quam ad Sophronium Præfectum scribit: βούλομαι τὰ ἐμὰ πατρὶ τῷ ἡμῶν. i. Volo omnium mearum facultatum pauperes hæredes esse. Cui ipsius extrema voluntati optimi parentes libentissimo animo paruerunt.

ARGUMENTVM.

TOTA hæc oratio in genere demonstratio versatur. Nec enim, ut in præcedenti luctum parentum minuere conatur, nec populum ad vitam piè sanctèque traducendam cohortatur: sed toto orationis cursu sororis laudes deprecatur, ac sub illius persona mulieribus coniugio mancipatis egregium vitæ exemplar proponit.



SOROREM laudans domestica prædicabo, non tamen quia domestica, ideo falsò, sed quia vera, ideo laudabiliter: rem autem, non modò quia iusta, verum etiam quia nota. Nec verò ad gratiam, ne si cupiam quidem, loqui conceditur: quippe cum inter orationem meam & veritatem periti cuiusdam arbitri vice interiectus sit auditor: ut immeritas laudes improbās, ita meritas efflagitans, si modò probi iustique viri officio fungi velit. Quocirca non hoc vereor, ne ultra veritatis metas dicendo profiliam: sed illud contrà, ne infra veritatem subsistam, ac procùl à rei dignitate remotus laudatione mea gloriam ipsius obscurem atque imminuam. Difficile quippe est & arduum virtutum illius præstantiam vel actione consequi, vel sermone. Proinde nec externus quisquam laudetur, si laude indignus sit: nec familiaris & domesticus contemnatur, si virtutis laude præstet: ne alioqui & illi in lucrum cedat, quòd alienus est, & huic detrimento sit familiaritas vitæque consuetudo. Vtrinque enim æquitati fit iniuria, vel cum illa laudibus ornantur, vel cum hec silentio supprimuntur. Quin potius veritatem nobis tanquam legem normamque proponentes, ad eamque vnam, neglectis omnibus aliis rebus, quibus leues & triuales homines affici solent, oculos conicietes, ita demum vel laude digna laudibus efferramus, vel silentio digna silentio transmittamus. Et verò cum affines & propinquos re aliqua spoliare, vel conuitiis infectari, vel obiurgare atque accusare, vel quoquo modo lædere nefas esse censeamus, ac scelus illud, quod in homines genere coniunctissimos perpetratur, omnium atrocissimum esse iudicemus, nonne in primis absurdum fuerit existimare, nos nihil à boni viri officio alienum facturos, si oratione, hoc est debito probis atque honestis hominibus omnium iustissime persoluedo, & quo memoriam eorum ab omni obliuione vindicare queamus, eosdem fraudemus, maioremque improborum nos ad gratiam loqui criminantium, quam bonorum meritas debitasque laudes postulatum rationem habeamus. Cumque nos ab exterorum laudibus celebrandis ea causa non deterreat, quòd nequaquam nobis perspecta & testata sit illorum virtus (quanquam id multò æquius fuerit): cur tãdem nos impedire debeat amicitia, metusque subcundæ vulgi inuidiæ, quò minus eos etiam, quorum virtus nobis cognita & explorata est, laudibus afficiamus, ac præsertim extremo vitæ die perfunctos, & quorum gratiam aucupari nimis iam serum est: ut pote qui simul cum aliis omnibus rebus laudatores etiam vituperatoresque reliquerunt? Ac quoniam in officij nostri defensionem satis multa diximus, nobisque orationem hanc necessariò institutam esse demonstrauimus: age ad ipsas iam laudes accedamus, neglectaque sermonis elegantia & concinnitate (nam ne hæc quidem quam laudandam suscepimus, lasciuo vnquam ornatu delectata est: verum ornatus cõtemptum pulchritudinem iudicauit) debitum pietatis munus, quasi æs quoddam alienum perquam necessarium exoluamus, eademque opera multos ad eiusdem virtutis studium & æmulationem erudiamus. Quandoquidem hoc mihi in omni sermone, atque actione id propositum est, ut populum fidei nostræ commissum numeris omnibus absolutum reddamus. Ac per me quidem aliis defunctæ patriam ac ge-

Qualis debet esse auditor.

Scelus in agnatos omnium indignissimum.

Potissimum laudandi mortui.

Veri pastoris institutum.

nus laudare atque encomiorum legibus inferuire liceat. Nec verò longæ præclaræque orationis argumentum ei defuturum est, qui eam externis etiam ornamentis insignire voluerit, non secus atque illustrem quandam & elegantem formam auro, gemmis, cultuque, arte manûque comparato: qui & illiberalem formam collatione ipsa prodit, & pulchræ ac generosæ cedit, nec ei quicquam ad pulchritudinis incrementum affert. Ego verò his legibus hætenus obsecutus, ut communium parentum mentionem faciam (neque enim fas est tanti boni progenitores ac magistros præterire) ad ipsam confestim orationem conuertam, nec eorum, qui rerum illius à me narrationem requirunt, desiderium frustrabor. E-

quis est igitur, qui nouum nostrum Abraham Sarâmque nostræ ætatis ignoret? Gregorium dico & huius vxorem Nonnam (nam ne nomina quidem ipsa prætereunda sunt, ut quæ vel sola virtutis studium in hominum animis excitare queant, illum inquam per fidem iustificatum, & hanc matrimonio cum pio ac fidei viro copulatam: illum multarum gentium patrem in speratò effectum, hanc spiritaliter parturientem: illum ex paternorum deorum seruitute fuga elapsam hanc ingenuorum filiam & parentem: illum ex cognatione & domo sua ob terram promisso diuino ipsi confirmatam egressum, hanc discessionis huius auctorem (hoc enim vno nomine, si fas est ita loqui, Saram quoque ipsam superauit) illum egregiè peregrinatum, hanc prompto animo simul peregrinatam: illum Domino addictum, hanc virum suum & dominum appellentem & existimantem, ac propterea iustitiæ laudem nonnulla ex parte consecutam: quorum est pollicitatio, quorum Isaac, quantum quidem in ipsis fuit, ac donum donatori rursus oblatum: quorum ea est ratio, ut mulier quidem precando viamque præmonstrando bonum illum pastorem ad fidem adduxerit, exemplumque etiam aliis rectè parendi præbeat: vir autem ex animo & bona fide idolorum cultum fuga reliquerit, post etiam dæmones ipsos profliget & expellat, mulierque rursus ne salem quidem communem vnquam habuerit cum idolorum cultoribus. Quis est inquam, qui non eos norit honore pares, animo eodem & voluntate præditos, nec minus virtute necessitudinèque cum Deo atque consortio quam carne coniugatos, cum annorum numero & canicie, tum prudentia vitæque splendore æquales, virtutis æmulatione inter se contententes: reliquos autem omnes superantes, qui carnis quidem vinculis aliquantum detinetur, spiritu verò etiam ante corporis animæque separationem ex hac vita migrarunt: quorum non est mundus, & quod est mundus, ille nimirum contemptus, hic præpositus & electus: quorum est opibus minui, & quorum propter egregiam negociandi rationem opibus affluere, nempe bona huius vitæ aspernantium, eorumque loco futura comparantium: quorum breues quidem huius vitæ reliquæ, & quantulum illud est, quod pietas reliquum fecit, ceterum diuturna est illa vita & longæua, qua præmortui sunt: qui denique (ut de illis hoc adhuc adiiciam) vtrique sexui cõmodè diuisi ac distincti sunt, nempe ut & ille virorum decus esset, & hæc fœminarum, nec solum decus, verum etiam virtutis exemplar. Ab his Gorgonia vitam & nominis claritatem accepit: ab his pietatis femina, ab his quòd honestè vixit, atque hilaris & spe lætissima perfusa ex hac vita discesserit. Præclara hæc quidem certè, atque eiusmodi, ut plerisque eorum, qui de nobilitate gloriantur, atque ob maiorum splendorem intumescunt, non faciliè adsint. Sed tamen si de ipsa sublimius, sapientiùsque disserendum est, Gorgoniæ patria fuit superna Hierusalem, ciuitas illa, quæ nequaquam oculis cernitur, verum mente & intellectu concipitur, in qua ciuium munere perfungimur, & ad quam omni celeritate properamus, cuius ciuis Christus est, & conciuus celebris cœtus & Ecclesia primogenitorum, qui in cœlis scripti sunt, & circa magnum vrbs illius conditorem gloriæ contemplatione lætantur, choreamque sempiternam ducunt. Nobilitas autem, diuinæ imaginis conseruatio, ipsiusque ad suum exemplar conformatio, quam ratio ac virtus efficiunt, purumque desiderium rebus diuinis veros atque germanos supernorum mystas

Laus Gorg. à genere.

Greg. pater Abraham. Nonna mater Sara.

Vtriusque patris insignis commendatio.

Hierusalem superna.

Heb. 12.

in dies magis ac magis informans, ac denique originis & naturæ nostræ, causæq; propter quam creati sumus, cognitio. Ac mea quidem de his rebus est sententia: ob eamque causam omnium ab ortu Solis nobilissimam illius animam esse scio ac prædico, sublimiori utique, quam pro vulgi more, nobilitatis ignobilitatisque norma & amissi vtens, nec genere sed moribus vtramque designans, nec per tribus eos qui laudantur vel vituperantur, expendens, sed viritim ac figillatim. Et quia mihi apud eos est oratio, quibus illius virtutes perspectæ sunt & exploratæ, facite quæso, vt alij aliud quidpiam in commune conferatis, mæque dicentē adiuuetis. Neque enim fieri potest, vt vnus quamlibet auribus atque intelligentia plurimum valeat, omnia complectatur. Pudicitia quidem laude aded præstitit, 10 adeoque non modò omnes ætatis suæ mulieres, sed etiam veteres, quæ eo virtutis genere floruisse dicuntur, antecelluit, vt cum in duo hæc genera vita nostra omnis diuisa sit, nimirum in matrimonium & cælibatum (quorum alterum vt præstantius & diuinius, ita maioris quoque laboris & periculi, alterum humiliter quidem & abiectius, cæterum minori periculo obnoxium) vitæ vtriusque status incommodis, quicquid in vtroque commodi erat, delegerit, in vnūque coegerit, alterius nempe sublimitatem, alterius securitatem, fueritque citra supercilium pudica, cælibatus commoda matrimonio temperans, ac reipsa ostendens neutrum horum suapte natura tale esse, vt nos prorsus vel Deo vel mundo adstringat, vel ab his penitus nos separet, sic quidem vt alterum natura omnino fugiendum sit, alterum prorsus expetendum: verum mentem esse, quæ & nuptias & virginitatem rectè moderetur, atque vtrumque horum instar materiæ cuiuspiam ab artifice ratione componi, & ad virtutem elaborari. Non enim quia carni coniuncta erat, idcirco à spiritu disuncta est, nec quia pro capite virum habebat, ideo primarium caput ignorauit: sed mundo naturæque hætenus obsecuta, vt carnis legi, vel ei potius, qui hanc carni legem indixit, satisfaceret, totam se postea Deo consecrauit. Quodque præclarissimum & illustrissimum est, maritum etiam sibi asciuit, ac non herum importunum, sed bonum conseruum insuper elucrata est. Nec eo contenta corporis quoque sui fructum, hoc est filios & nepotes fructum spiritus effecit, prolem totam, vniuersamque familiam animæ vnus instar Deo purificans, laudabilisque reddens nuptias per vitam in nuptiis Deo gratam & acceptam, fructumque inde promanantem: ac seipsam quidem, dum vixit, omnis virtutis exemplar liberis suis proposuit, hinc autem euocata, voluntatem suam familiæ suæ velut mutam cohortationem post se reliquit. Enimvero diuinus Solomon in institutrice Sapientia, hoc est in Prouerbiis, sceminam domi manentem, virumque amantem laudat, ac mulierculæ extra domus limen peruaganti & impotenti, atque infami, meretricisque gestibus & verbis excellentes animas aucupanti eam opponit, quæ honestè in domo versatur, ac muliebria officia virili & strenuo animo excquitur, semperque ad fufum & colum manus obfirmat, & duplices marito suo vestes conficit: tempestiuè quoque 40 fruges emit, & famulis alimenta rectè suppeditat, ac plenâ mensâ amicos excipit, cæteraque omnia præstat, quæ ille de honesta & industria matrona prædicauit. Ego verò si ab his rebus laudandæ sororis argumenta peterem, similiter facerem, ac si ab vmbra statuam laudarem, aut ab vnguibus leonem, relictis maioribus & excellentioribus. Quænam vnquam dignior fuit, quæ in publicum se inferret? quænam tamen rarius visa est, minusque virorum oculis patuit? Quænam mœstitiæ lætitiæque modum melius intellexit, ita vt nec mœstitia inhumana & importuna videretur, nec mollities petulans & dissoluta, sed altera prudentiæ, altera comitatis laudem haberet, atque vtrumque moderationis velut norma quædam esset, nimirum animi magnitudine cum humanitate permixta. Audite mulieres, quæcunque ad ostentationem nimium comparatæ estis, nimiumque præcipites, pudorisque velum aspernamini. Quænam oculos æquè frenauit? Quænam risum adeo irrisit, aded vt vel leuiter subrisisse propemodum nimium ipsi videretur?

Pudicitia
Gorg.
Duplex vita,
caelebs
& cōiugata:
illa præstator,
hæc minus periculosa.

Vxor egregia.

Qualè laudet mulierè
Solomō.
Prou. 31.

Egregia mulieris cōmendatio.

videretur? Quænam auribus suis ianuas magis imposuit? Quænam rursus eas diuino sermone magis apertas habuit? Imo quænam mætem linguæ moderatricem magis præfecit ad pronunciandas Dei iustificationes? Quænam modum ordinemque labiis suis magis constituit? Ac si mihi hoc quoque ad illius laudem afferre permittitis (quod illa quidem nullius precij æstimabat, quemadmodum nec cæteræ mulieres verè pudicæ, honestisque moribus præditæ: Factum est tamen illarum vitio, quæ ornatus & elegantia immoderato studio ducuntur, nec cuiusquam oratione atque doctrina purgantur, vt ea laus non leuis habeatur) non illam aurum arte ad eximiam quædam pulchritudinem elaboratum ornauit, non flauæ comæ tum perspicuæ tum sublucentes, & cincinnorum imposturæ honestum caput turpissimè inumbrantium, non diffluētis pellucidæque vestis magnificentia, non lapidum splendor & gratia propinquum aërem colore afficiens, formæque vndique collustrans, non pictorum artes & præstigiæ, ac vilis & exiguo precio comparabilis pulchritudo, terrenusque creator contrarium opus molliens, insidiosisque coloribus Dei figmentum abscondens, atque huiusmodi honore dedecorans, formamque diuinam procaebus & impudicis oculis in meretricium idolum obiciens, vt ea ratione natiuam imaginem, quæ Deo ac futuro seculo seruetur, adulterina & fictitia pulchritudo suffuretur. Verum cum multos & varios mulierum externos ornatus nosset, nullum tamen moribus suis splendoreque intus recondito præstantiorè cognoscebat. Vnus illi rubor placebat, quæ gignit pudor: vnus candor, quem parit abstinentia. Nam picturas & oculorum fucos, viuasque tabulas & fluxam atque caducam formæ venustatē iis relinquebat, quæ theatra & triuia confectantur, quibusque pudori & probro est erubescere. Atque hæc sane talia. Prudentiam autem illius ac pietatem nemo est qui verbis vllis assequi possit. Cuius virtutis haud multa exempla reperias, cum ab illius tam corporeis quam spiritualibus parentibus discesseris: in quos illa solos intuens, quanquam virtute neutiquam illis inferior esset, hoc tamen nomine perquam libenter concedebat, quod ab ipsis id boni accepisset, eosque illuminationis suæ radicem agnosceret, apertèque fateretur. Iam verò quid illius ingenio acutius, 30 quippe quam non propinqui tantum & populares & qui eiusdem caulæ erant, sed vicini etiam omnes communiter in consilium adhibebant, eiusque consilia pro certa quadam & inuolabili lege ducebant? Quid illius sermonibus solertius? Quid silentio prudentius? Et quoniam in silentij mentionem incidi, addam id, quod ipsi maximè proprium fuit, quodque mulieribus admodum cōgruit, atque hac tempestate non paruam vtilitatem attulerit. Quænam ea, quæ Dei sunt, melius nouit, tum ex diuinis oraculis tum suo opte ingenij acumine? Ecquæ rursus minus locuta est, quam illa, in muliebribus pietatis finibus sese continens: Iam quod mulieris erat pietatem verè profitentis, & in quo solo modum nescire præclarum est, ecquæ tot donariis ornauit, cum alia templa, tum hoc quoque, haud scio an illa extincta in posterum ornandum? Imo verò quisnam perinde, se templum viuum Deo præstitit? Ecquæ pari obseruantia sacerdotes coluit, eumque præsertim quem pietatis commilitonem & magistrum habuit, illum inquam, cuius præclara femina sunt, parque filiorum Deo consecratum? Ecquæ domum suam piis hominibus excipiendis magis propositam habuit, diuinisque opibus magis adauxit? Et quod est præstantius, quænam pari pudore tamque sanctis & Deo gratis incessibus ad eos excipiendos perrexit? Quænam insuper animum in afflictionibus minus afflictum præstitit? Quænam rursus calamitosus & ægrotantibus magis condoluit? Quænam liberaliorem manum egentibus porrexit: Equidem in illa ornanda his Iobi verbis vti non dubitem, Porta ipsius cuius venienti patebat: nec extrâ iacebat peregrinus: cæcorum oculus erat, pes claudorum, mater orphanorum. De ipsius porrò erga viduas humanitate & benignitate, quid plura dicere necesse est, quam quod huius officij hunc fructum tulit, vt vidua non sit vocata? Illius domus propinquis egestate laborantibus hospitij communis lo-

Verus rubor & candor.

Gorg. prudentia.

Gorg. ingenium.

Gorg. templa donariis ornata.
1. Cor. 3. 6.

Gorg. liberalitas.

Iob. 31.

co erat. Illius opes pauperibus omnibus non minus erant communes, quam suæ vnicuique facultates. Disperfit, dedit pauperibus, atque ob diuini promissi certitudinem multa in horreum cæleste condidit, ac persæpe de multis bene merendo Christum ipsum liberaliter accepit. Quodque præclarissimū, nō magis studebat optima videri, quam re vera esse: quin potius in abscondito apud eū, qui abscondita intuetur, pietatem luculenter excolebat. Omnia mūdi principi eripuit: omnia in tuta illa horrea transfudit: nihil terræ præter corpus reliquit: omnia cum alterius vitæ spe cōmutauit: has vnas opes moriens liberis suis reliquit, nempe maternæ probitatis imitationem atque eiusdem laudis studium. Nec verò eximia quidem liberalitatis laude floruit, cæterum vt benignitatis ac beneficentiæ præsidio subnixæ, deliciis & effrenatis vètris voluptatibus perinde atque infano cui-
 10
 20
 30
 40
 50

psal. lxxv.
Non si in ego nos liberales sumus, ideo nobis delicate viuendum. Ieiunium animæ auxiliium.

Gorg. virtutes omnes complexa.

psal. lxxv.

piam canis & dilanianti corpus tradidit quemadmodum plerique facere solent, qui modò benignitate pauperes complectantur, sibi licere putant molliter ac delicate viuere, atque ita non virtute vitium sanant, sed vitium virtute permittant) aut ita terrenam corporis molem inedia fregit, vt interim humilis & durum decubitus pharmacum aliis relinqueret: aut id quidem animæ auxiliium inuenit, verum non perinde somno moderata est: aut tametsi hanc sibi legem, quasi corpore nequaquam inuoluta, indixit, in terram tamen inflexa est aliis recto copore in oratione pernoctantibus, (quod tanti laboris est tantæque dimicationis, vt nō nisi à summis philosophis præstari possit) aut hac quidem in re non mulieres tantum, sed fortissimos quosque viros animi magnitudine superauit, verum prudenti psalmodiæ intentione, vel diuinorum oraculorum lectione & explicatione, vel tempestiua memoria, vel genuum labore contabescendum & quasi solo hærentium flexione, vel lachrymis sordium expiatrix in corde contrito & spiritu humilitatis, vel precibus sursum vehentibus, vel mente sublimes minimæque palante, his inquam omnibus rebus aut harum singulis quis vel virorum est vel mulierum qui eam à se superatam gloriari queat? Ac de ipsa non minus verè quam magnificè prædicari potest, quod virtutes partim imitata est, partim ita gessit, vt earum ab ipsa exempla peterentur: quodque eas partim inuenit, partim superauit. Atque vt demus extitisse quosdam, qui vna aliqua virtute illi non cederent: at eo certè nomine mortales omnes vicit, quod vna virtutes omnes complexa esset. Sic enim omnes virtutum numeros absoluit, vt ne mediocriter quidem vnā quāquam alius: sic rursus in vnoquoque genere excelluit, vt vel vnum solum instar omnium abundè sufficeret. O squalidum corpus & indumentum virtute sola florens! O animam corpus propemodum etiam sine cibo, velut materiæ expers retinentem! Vel, ut rectius loquar, o corpus sibi ipsi moriendi necessitatem etiam ante mortem imponens, vt libertatem consequeretur anima, nec à sensibus impedimenti quicquam acciperet! O noctes insomnes, & psalmorum cantus, & stationem ex die in diem desinentem! O David solis piis animis haud prolixè canens! O tenera membra in terram prouoluta, scæque asperè præter naturam exercentia! O lachrymarum fontes præ tribulatione profusarum, vt in exultatione messem faciant! O nocturnum clamorem nubes penetrantem, ad Deūque peruadentem! O spiritus feruorem præ orationis desiderio nec canes nocturnos, nec frigora, nec imbres, nec tonitrua, nec grandinem, nec tenebras extimescentem! O fœmineam naturam, quæ propter commune salutis certamen naturam virilem superasti, atque ostendisti maris & fœminæ nomine non animos sed corpora sola distingui! O miram à Baptismo puritatem, & sponsam Christi animam in puro corporis thalamo! O acerbe gustus & Eua nostri generis & peccati mater, & tu serpens impostor, ac mors denique ipsa continentiam illius cibique parcitate deuicta! O Christi exinanitio & serui forma & passiones ipsius mortificatione decorata! O qui fiet, vt vel vniuersas illius laudes enumerem, vel plura prætermittens damno ignaros non afficiam! Sed iam operæ precium est præmia quoque pietatis adiicere. Vos enim, qui vitam illius probè no-

stis, mihi iam pridem cupere, atque in oratione mea requirere videmini, non solum ea, quibus nunc in altera vita gessit & exultat (quæ nec cogitatione nec humanis auribus nec oculis percipi possunt) sed etiam ea, quibus iustus mercedis persolutor eam in hac vita remuneratus est: nā hoc quoque sæpenumero ad eorū qui fide sunt dubia, ædificationem facit, per paruas videlicet res & in aspectum cadentes, maioribus inuisibilibusque fidē astruens. Narrabo autē partim omnibus nota, partim in vulgus obscura & ignota: hoc quoque nimirum ipsa studiosè agente, vt ne de gratiis Dei beneficio sibi concessis nimium sibi placere videretur. Nostis furiosas illas mulas, & vehiculi abreptionem infaustamque illam circum-
 10
 20
 30
 40
 50

Gorgo. grauissimè vulnerata.

psal. 36.

osee 6.

patrem alloquitur.

Gorgo. moribus.

actionem & importunam raptationem, fœdamque membrorum comminutionem, atque hominibus parum certa fide præditis, pios ad hunc modū affligi cernentibus, acceptam hinc offendiculi occasionem, celeremque infidelitatis correctionem, posteaquam illa ossibus mēbrisque tam perspicuis quam occultis omnino concisis & comminutis, nec Medicum vllum alium præter eum, qui hoc malum inflixerat, habere sustinuit: (tum quod virorum oculos & manus erubesceret: modestiam enim & pudorem in ipsis quoque doloribus retinuit: tum quod ab eo defensionem ac purgationem quæreret, cuius permissu in hanc calamitatem inciderat) nec ab vilo alio quam ab eo salutem est consecuta. Ita factum est, vt quidam nō magis hoc aduerso casu perculsi, quam insperato sanitatis restitutæ miraculo stupefacti fuerint: atque ob eam causam accidisse tragedia visa sit, vt calamitatibus inclaresceret, nimirum illa quidem dolore affecta, vt homo: excellentius autem quam humana conditio ferre videretur, sanitati reddita, posterisque cum ad egregiæ in afflictionibus fidei atque in grauissimis periculis tolerantia argumentum historiæ maximam suppeditans, tum verò maiore ad ostendendam Dei erga tales homines benignitatem & misericordiam. Verè etenim ad id quod eleganter de Iusto dictum est, Cum ceciderit, non collidatur, res mirabilior adiuncta est: Etiam si collisus fuerit, quamprimū erigetur, gloriaque afficietur. Nam si præterquam æquum esse videbatur, ægrotarit, sic etiam supra quam fieri posse videbatur, ad se rediit: adeo vt sanitas pene morbum anteverterit, eamque curatio magis quam plaga nobilitarit. O laudabilem admirabilemque calamitatem! O dolorem indolentia præstantiorem! O quam illa, Percutiet, & linamentum indet, & sanabit, & post triduum excitabit, licet altius quiddam magisque mysticum designarent, vt sanè designarunt, nihilo secius tamen huius quoque calamitati cōueniunt. Sed hoc omnibus etiam procū à nobis diffitis notum. Ad omnes enim huius miraculi fama permanuit, atque hæc historia vnā cum admirandis aliis Dei operibus & viribus in omnium linguis auribusque versatur. Quod autem in vulgus adhuc ob eam, quam dixi, sapientiam & pietatem à fastu & ostentatione abhorrentem ignotum & absconditum est, vin tu iam in medium proferam, o pastorum optime & excellentissime, atque ouis illius sacrosanctæ pastor, idque nunc demum annuis (quandoquidem nobis solis hoc arcanum commissum est, atque huius miraculi testes alter alteri sumus) an fidē defunctæ datam diutius feruabimus? Mihi verò vt tum silentio premendæ, ita nunc efferendæ atque euulgandæ huius rei tempus esse videtur, non solum ob Dei gloriam sed ad eorum etiam, qui calamitatibus vexantur, consolationem. Aegro erat corpore pessimè affecto, ac morbus insolens erat & prodigiosus, inflammatio subita totius corporis, & velut ebullitio quædam & feruor sanguinis ac deinde eiusdem concretio, & torpor pallorque incredibilis, & mentis ac membrorum dissolutio, idque non per longa interualla, sed nonnunquam etiam admodum continuè, nec malum hoc humanum esse iudicabatur. Nec verò tum separatim, tum etiam inter se de morbi ratione sedulo consultantium ars & industria depellendo dolori par esse poterat, nec parētum lachrymæ, quæ multum sæpe valuerant, nec publicæ preces & supplicationes, quas vt pro sua quisque salute, populus vniuersus faciebat. Omnes enim eo animo erant, vt illius salutem,

suam esse salutem duceret: quemadmodum contra illius morbum, communem omnium morbum & calamitatem. Quid igitur magna illa anima maximisque digna facit, & quem dolori medicinam adhibet? (hic enim iam arcanum situm est) Desperatis aliorum omnium auxiliis ad mortaliū omnium Medicum confugit, noctisque intempesta caligine obseruata, cum leuius aliquantō morbus virgeret, ad Altare cū fide procumbit, eūque, qui super illud colitur, cum magno clamore obtestans, omnibusque nominibus appellans, atque omnium rerum, quas vnquam mirifice gesserat, commonefaciens (nam vtriusque Testamenti historias callebat) tandem pia & præclara quadam impudentia effertur. Eam quæ Christi fimbria sanguinis profluuium compresserat, imitatur. Quidque fecerit, 10 audite. Caput cum pari clamore vberimisque lachrymis (mulierculæ illius instar, quæ olim Christi pedes irrigarat) Altari admouens, nec se antè ab eo discessuram minitans, quàm sanitatem consecuta sit, ac deinde hoc suo pharmaco totum corpus perungens, ac sicubi quidpiam ¹² signorum preciosi corporis aut sanguinis ¹³ manus condiderat, id lachrymis admiscens (ò rem admirandam!) protinus liberatam se morbo sentit, atque & corpore & animo & mente leuis abscedit, hanc spei mercedem consecuta, vt quod sperauerat obtineret, animæque firmitate corpori firmitatem comparet. Hæc magna quidem sunt & egregia: ceterum vera. His omnes tam sani quàm ægrotantes fidem habete: vt sanitatem vel integram conferuetis, vel amissam recuperetis. Ac narrationem hanc à me iactantia causa nequaquam institutam fuisse hinc liquidò constat, quòd eam rem, 20 quandiu ipsa vixit, tectam & silentio compressam nunc primùm patefecit. Ac nunc quidem sanè detexissem, nisi mihi periculi cuiusdam timor incessisset, si tantum miraculum nec fidelibus nec infidelibus, nec huius ætatis hominibus nec posteris impertirem. Atque huiusmodi quidem illius vita fuit, multaque etiam prætermisimus, orationis mediocritati consulentes, ac ne in contenda laude immodici esse videremur. Piæ autem & celeberrimæ ipsius morti fortasse iniuriã fecerimus, nisi quàm egregiè in ea se gesserit, commemoremus: cum præsertim ea tam auidis animis expetatur ac requiratur. Eius porro mentionem quàm maxima potero verborum breuitate complectar. ¹⁴ Resolutionis desiderio tenebatur (multam quippe apud eum, à quo vocabatur, libertatem habebat) ac cum 30 Christo esse omnibus terræ commodis præferbat: neque quisquam ita perditè corpus amat, vt illa excussis his compedibus, atque hac fæce cum qua viuimus, superata, summo bono purè adiungi cupiebat, eoque quæ amabat, addam etiam à quo amabatur, toto perfrui: cuius nunc videlicet perexiguus radiis collustramur, atque hætenus, vt à quo disuncti sumus, persentiamus. Nec verò tam sublimi diuinòque desiderio frustratur, quòdque eo maius est, præ notione multisque vigiliis bonum illud præcipit. Hanc enim somnus vnus suauissimus excipit, visioque vna præstitutum excedendi tempus complectens, diemque adeo ipsum indicans: Deo nimirum hoc agitante, ¹⁵ vt parata & non perturbata è vita discederet. Iam verò Baptismi purgationisque diuinæ bonum, quod commune beneficium & secundæ vitæ fundamentum à Deo omnes habemus, haud pridem acceperat. Immo verò tota vita nihil illi aliud erat, quàm purgatio ac cælestis initiatio: ac regenerationem quidem à Spiritu sancto habebat, verum eam antea cta vita in tuto collocabat: atque in ipsa sola, vt audacius dicam, Baptismus ¹⁶ signaculi rationem habebat non gratiæ. Porro cum vnum hoc reliquis omnibus accedere cuperet, vt maritus quoque lustrali aqua tingeretur (vultis vno verbo virum describam? vir illius: nec enim scio, quid amplius dicere necesse sit) vt sic toto corpore Deo consecraretur, ac non dimidiã tantum ex parte tincta perfectaque discederet, ipsiusque aliquid imperfectum relinqueretur, hoc quoque 50 precibus ab eo, qui voluntatem timentium se facit, petitionesque eorum ad optatum finem perducit, impetrauit. Posteaquàm autem omnia ex animi sententia sese habere, vtorumque omnium compotem se factam esse, nec fatalem diem longè

Gorg. i mor
bo eum qui
super altare
colitur,
innocat.
Matth. 9.
Luc. 8.
Luc. 7.

Miraculose
Gorg. sanata.

Gorg. mors.

Philip. 1.

Gorg. diem
mortis præ
uidit.

Gorg. ante
mortem ma-
ritum Bap-
tismi cupit.
Psal. 144.

longè abesse perpexit: tum demum ad mortem peregrèq; profectiōe se comparauit, ac mori in huiusmodi rebus obseruari solito decubitu satisfacit. Cūq; & viro, & filiis, & amicis mandata ea dixisset, quæ dare par erat mulierè & viri & filiorum, & fratrum amore præditam, ac multa præclare de futura vita differuisset, diemque extremum festiuum ac solennem diem fecisset, ita demum obdormiscit, plena non humanorum dierum, quos ne in votis quidem habebat, vt pote quos sibi malos atque vt plurimum cum puluerea massa & impostura coniunctos esse non ignoraret: sed dierum secundum Deum exactorum ita plena, vt haud scio, an perinde quisquam eorum, qui in locupletissima senectute mortem 10 obierunt, ac multos annorum orbis conuersionesque numerarunt. Sic illa soluitur, aut, vt melius loquar, assumitur, aut auolat, aut sedem mutat, aut paulum ante corpus abscedit. Verumenimvero quale illius factum mihi propemodum effluxit, quod tu, spiritualis illius pater, mihi nequaquam fortasse condonasses, qui miraculum istud accuratè obseruasti, nobisque indicasti, luculentum sanè vt ipsi ad gloriam, ita nobis ad virtutis commonitionem, excitandumque resolutionis eiusdem desiderium. Ac mihi horror quidam lachrymæque subeunt huius miraculi mentionem facienti. Iam soluebatur, atque extremos spiritus efflabat, eamque cingebat tum propinquorum ac necessariorum, tum extraneorum chorus, ¹⁷ pietatis officia, quæ discedentibus præstari solent, obeuntium, & decrepitæ matris nutus, animæque distortio excessum ipsi inuidentis, & mirus omnium amor anxietate permixtus; partim quòd memoriã illius ipsis subinde refricare atque exuscitare posset, aliquid audire gestientium, partim etiam loqui cupientium, nec tamen audientium. Ac mutæ lachrymæ tristitiæque incurabilis parturigo (nec enim pium videbatur ita discedentem luctu prosequi) altumque silentium erat, ac mors illius solennis cuiusdam initiationis & mysterij instar erat. Illa autem quantum quidem aspectu colligi poterat, nec spirabat, nec mouebatur, nec sonum vllum edebat, silentiumque illud collapsi corporis opinionem omnibus afferebat: perinde videlicet atque vocis instrumenta ob animæ, qua mouebantur, excessum, extincta iam atque emortua essent. Verum cum Pastor ille, 30 qui propter miraculum, quod in omnibus rebus elucebat, facta dictaque illius omnia diligenter obseruabat, labia ipsius leniter moueri sensisset, aurèmq; propius admouisset (audacem enim & intrepidum cum sui mores tum commiseratio ipsa faciebat) quin tu ipse huius silentij mysterium exponis? nemo quippe tibi narranti fidem abrogabit. Psalmodia erat, id quod submuffitabat, ac psalmodiæ verba excessuris accommodata, & si verè loquendum est, libertatis illius testimonium, cum qua hinc emigrabat. Atque ò beatum & felicem, qui cum verbis illis extremum vitæ spiritum exhalabit! In pace in idipsum requiescam ac dormiam! Hæc à te cantabantur, mulierum præstantissima, simulque contingebant, quòdque fiebat, cantabatur, coniunctumque erat epitaphium cum discessu: quippe quæ mentem ab affectibus egregiè pacatam habueris, ac præter communem omnium soporem debitum quoque Deo dilectis hominibus somnum acceperis, quemadmodum æquum est eam, quæ in pietatis verbis & vixerit, & excesserit. Equidem non dubito, quin iis quæ oculis cernuntur, multò excellentiora & præstabiliora sint ea, quibus nunc fruere, nempe vox festum celebrantium, Angelorum choreæ, cælestis ordo, gloriæ contemplatio, ac præsertim supremæ Trinitatis purior & plenior illuminatio, non iam amplius mentem corporis ergastulo clausam sensibusque diffusam suffugientis, sed totius iam menti contemplandam sese amplexandamque præbentis, totòque diuinitatis fulgore nostras animas circumfulgentis. Atque vtinam his omnibus tibi frui contingat, quorum ob sinceram ad ea mentis erectionem, dum etiam adhuc in terris ageres, riuuli iam ad te manabant. Quòd si quid nostros etiam honores curas, atque hoc præmij sanctis animabus à Deo confertur, vt ista persentiscant, nostram quoque orationem multorum instar, atque adeò præ multis funereis 50

Gen. 4.

Precatio
Gorg. in
mortis
exitu.

Psal. 4.

Gorg. beata.

Piorū ani-
mæ, quæ
hic sūt, no-
stram

donis accipias velim, quam ante te Cæsario, tibi post illum dono dedimus: quandoquidem fratribus funebri oratione prosequendis fumus referuati. An verò post vos eundem orationis honorem nobis aliquis habiturus sit, nescio: utinam quidem eo tantum honore, qui Deo gratus sit, afficiamur, siue in terris peregrinantes, siue certa fede habitantes, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria & Patri cum Sp. sancto in secula seculorum, Amen.

SCHOLIA IN PRÆCEDENTEM ORATIONEM.

1. Saram ipsam superavit) Neque enim Abraham auctoritate Saræ permotus, sed præcepto diuino obsecutus patria sua excessit, atque idolorum cultui renunciauit. At verò Gregorius Theologi nostri pater uxoris Nonnæ suavis crebrisque hortamentis adductus est, ut abiecta Hypfistariorum hæresi Christianam fidem amplecteretur.
2. Donum donatori) In exemplari Heruagiano Græcè sequebantur hæc verba, ἀπολογικὸν σπέρμα, ἔδ' ἀντιπαθεὶς ἀμὼς, ἔδ' ὁ πόπος τῷ κρείττονος. Quæ quòd in vetusto Regine codice non extarent, atque ab huius auctoris sententia essent aliena, in translatione nostra omittit non dubitavi. Nam ut rectissime dici possit Isaac agnus succidanæus, & præstantioris agni figura: ita nullo modo in Gregorium nostrum hæc verba quadrare possunt, qui nec patri in Episcopatu successit, sed socius fuit, nec cuiusquam alius præstantioris episcopi figuram gessit. Quisquis autem hæc de suo adiecit, hoc errore ductus est, quòd Nazianzenum de Isaac Patriarcha, ac non allegoricè de se locutum existimaret.
3. Ac si ab umbra statuiam) Ab umbra statuam, & ab vngue leonem laudare proverbialiter dicuntur, qui cum amplissimum laudis argumentum habeant, minutissima quæque conspiciuntur: ut si quis hominem omni virtutum genere præstantem à corporis vel fortunæ bonis laudare instituat. Hoc etiam addendum, posterius proverbium, etsi prima fronte tritum ac peruulgatum videatur, tamen in hunc sensum planè nouum esse. Nam vulgare illud, Ex vnguibus leonem æstimare, de iis dicitur, qui ex paruis rebus maximarum rerum coniecturam facere norunt.
4. Terrenis que creator) ὁ κἀπαθεὶς πλάσας, ad verbum, Infernus fictor. sic eos vocat, qui perinde atque eos forme sibi à Deo indite pudeat, nouos colores inducere non verentur, ac velut θεομαχῶν, dum creatoris superbieque fictoris partes, quantum in ipsis est, assumunt, nouasque facies effingere moliantur.
5. Viuasque tabulas) Quæ sint viuæ tabulæ dicemus in Annotat. in Poëma tertium.
6. Templum viuum) Quisquis enim cum fide ac iustitia viuuit, is verum ac viuum est Dei templum. Paulus I. Corinth. 3. Nescitis, quia templum Dei estis vos, & Sp. sanctus habitat in vobis. Et cap. 6. eiusdem Epist. Nescitis, quia membra vestra templum sunt Sp. sancti, qui habitat in vobis.
7. Non magis studebat) Alludere videtur ad illud Æschyli de Amphiarao vate,

Ὁὐ γὰρ δοκίμ' ἀκρίτος ἀπὸ τῆς θελῆαι	Neque enim videri sed esse bonus studet,
Βαθὴν ἀλόκα εἰς φρενὸς καρπύμβου,	Acto profundè sulco virtutem colens,
Ἀφ' ἧς ἔκκεδνα βλαστῶν ἐβλάδμαται.	Ex quo præclara consilia germinat.

 Alioqui virtutis potius opinionem quam virtutem ipsam consecrari sædum in primis atque execrabile haberi debet: meritoque Plato ἐξαπὸ ὀροὶ ἀδίκιας esse censet, cum qui iniustus est, iustus videri vult. Et Cic. I. Offic. totius iustitiæ nulla est capitalior pestis, quam eorum, qui tum cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur. Quòd autem magis expetendum sit esse bonum & malum putari, quam contra, toto cap. 12. lib. 5. Diuin. Instit. agit Lactantius. Eleganter itaque in carminibus suis ait noster Gregorius,

Κρείσσον ἀεὶ σοὶ εἶοιτα δοκίμ' κἀκὸν ἢ ἐκἀκίον	Malim, cum recto studeam, vitiosus haberi,
Κύδος ἔχοντ' ἀγαθὸν ἔσθ' οὐκ ἀκίον μερόπασσι	Quam vitio indulgens, iusti clarescere fama,
Ἐμμεναι, ἔς μωδῶσι νεκροῖς ἐνποθεὶν ὀδωδῶς,	Mendaxque ignaris mortalibus esse sepulchrum:
Ἐκποθεὶν ἀσχετῶν κινῶν ἔς χροῖμασι περποῖς.	Quod licet internè fatentia corpora claudat,

 Quæ nos ad hunc modum Latina fecimus. Calce tamen nitet externa gratoque colore.
8. Vitium virtute) Vitium virtute permutat, qui virtute aliqua emptam sibi peccandi licentiam existimat. Quo in genere ponendus est (ne à Theologi verbis recedam) qui modò de pauperibus bene mercatur, impune se peccare arbitratur, De qua re præclare Lactantius lib. 9. Diuin. Instit. cap. 13. Nec tamen, inquit, quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes. Abolentur enim, si Deo largiari, quia peccaueras. Nam si fiducia largiendi (hoc enim est, quòd ait Gregorius εὐαγγέλιον τῆς ἀποκαταστάσεως) pecces, non abolentur.
9. Qui fide dubia sunt) Nam si nulla præmia bonis viris in hac vita constituta essent, ij, qui parum altas fidei radices egerunt, à virtutis pietatisque cultu fortasse resiliunt. Vnde August. lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 8. rationem afferens, cur Deus aliquando res secundas hominibus immittat, Ne, inquit, si nos eas quibusdam petentibus euidentissima largitate concederet, non ad cum ista pertinere diceremus. Itèmq; si omnibus eas petentibus daret, non nisi propter talia præmia seruiendum illi esse arbitramur, &c.
10. Sanitas pene morbum anteuertit) Greg. αἰς μικρὸν κἀπὸ τῆς ἀσθενείας τὸ πάθος, ad verbum, Ita ut sanitas pene morbum suffuraretur, id est, celeritate sua propemodum omnem morbi memoriam extingueret.

11. O quam illa, Percutiet) Greg. ὁ τῷ πατρί, &c. Plurimum negocij mihi exhibuit hic locus, antequam allusionem deprehendissem, idque ob vnus virgulæ defectum. Legendum enim ὁ τῷ, πατρί, &c. Locus enim est apud Oseam cap. 6. Quòd autem ait Gregorius, licet aliis quiddam, &c. hoc vult, hæc quidem verba vaticinantis esse de morte Christi, eiusque ad vitam reditu: ceterum sorori quoque suæ non absurde accommodari posse, quæ grauissimo dolore affecta ac periculosissimo morbo correpta statim integræ valetudini restituta sit.
12. Signorum) Greg. αἰνῶντων. Quo etiam verbo Basilius in sua Liturgia vsus est. Sic nonnulli Patres cum de Eucharistia verba facerent, interdum signi, figuræ, imaginis & sacramenti nomina vsurparunt. Quæ res tam impotenti gaudio nonnullorum animos extulit, ut quasi parua iam victoria triumphum canant, mirabilisque plausus excitent, atque, ut Propheta loquitur, saginæ suæ rem sacram faciant. Ac mihi nequaquam mirum videtur, eos tam insolenter victoriam sibi arrogare. Nam id semper hæreticis familiare fuit. Illud satis mirari nequeo tam proteruam esse horum hominum mentiendi libidinem, tam proiectam impudentiã, ut affirmare non vereantur idem prorsus de Eucharistia priscos doctores sensisse, quòd ipsi profitentur. Sed aliter profectò fieri non potest, quin mendacio & errori acquiescant, qui à firmamento & columna veritatis sibi recedendum putauerunt. Porro quàm nihil frontis sit iis, qui hoc asserere non dubitarunt, luce clarius perspiciat, qui Gropperum testimonia veterum legerit proferentem, & ut ceteros taceam, Garetium, qui de eare proprium opus elucubravit, atque omnium, qui vnquam in Ecclesia floruerunt, iudicia diligentissime collegit. Ego verò rem, quam potero breuissime, explicabo. Plurimum interest inter signa veteris ac noui Testamenti. Illa enim rerum absentium signa sunt: hæc presentium. Notandum est autem verbum signi siue figuræ aut sacramenti, non semper rerum veritatem excludere, quasi res illæ absentes sint, sed modum presentie & exhibitionis designare: ut quia perspicue & clarè eas non cernimus, figuræ earum rerum dicantur. Atque hac ratione caro, quæ in hoc sacramento nobis verè exhibetur, figura dicitur corporis Christi visibilis & in cruce sublata, quamuis veritate substantiæ eadem sit. Modus enim exhibitionis in figura fit, siue ad mortem referas, siue ad gloriam. Ibi species erat corporalis, quæ non est in sacramento. In gloria speciem ipsam plenè intuebimur, cum hic per speculum in enigmate videamus. Quemadmodum etiam Theologus in Orat. de Paschate, Pascha Iudæorum figuram figuræ vocat, nostrum autem figuram, licet expressio-rem, nimirum comparatione veri Paschatis, quo sublatis omnibus imaginibus & obuelationibus in caelesti regno perfruemur. Qui huius rei vberiore explanationem habere vult, is Marci Antonij Constantij (imò, ut Lindanus testatur, Stephani Vintoniensis in Anglia Episcopi) librum legat, in quo & ceteras omnes sacramentorum aduersus Eucharistiam obiectiones dilucidè confutat ac refellit. Enimvero qui nobis has voces, quas modo commemoravi, mortis instar esse nugantur, iisdem sudes est in oculis nomen Altaris, Iosue 13, quo vix vllum est aliud, quòd apud veteres scriptores frequentius occurrat. Nam quid de eo dicam, quòd noster auctor disertis verbis Gorgoniam, eum qui super altari honoratur, scribit inuocasse. Atqui nostri reformatores qui priscæ pietatis instauratores ac vindices haberi voluerunt, nobis ob eandem causam idololatriæ crimen impingere non verentur. Ad eò probè illis cum priscis patribus conuenit: quorum tamen nos degeneres & reiectaneos, se verò germanos filios & veros imitatores esse gloriantur. Quòd autem ad dictionem εὐαγγέλιον attinet, vide piam expositionem Ioan. Damasceni lib. 4. de Orthod. fide cap. 14. qui quasi iam grauissimas controversias circa Eucharistiæ sacramentum excitandas præsaçiret, hoc velut amuleto & alexipharmaco Ecclesiam præmunire voluit. Quem ut Græcum auctorem minime dubitandum est Græcas voces intellexisse, & ut veterem scriptorem (floruit enim annis ab hinc octingentis) veteris Ecclesiæ fidem nobis fideliter testatam reliquisset.
13. Manus condiderat) vel ad verbum, Theaurizauerat. Quibus verbis mihi ille mos antiquissimus significari videtur, quo domi quoque Eucharistiam asseruare atque esitare Christiani solebant: quemadmodum testatur Tertullianus lib. 2. ad Vxorem. Atque ipse quoque Hieronymus eo nomine destomachatur in Iouinianum scribens. Quare, inquit, non ingrediuntur Ecclesias? Quòd in Ecclesia non licet, nec domi licet.
14. Resolutionis desiderio) Greg. ἐπιθυμῶ τὴν ἀλλοτρίαν. Alludit autem ad illud Pauli Philip. 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Quòd autem mox subdit, Multam quippe apud eum, à quo vocabatur, libertatem habebat, geminam adhuc allusionem habet ab eodem Apostolo petitam. Ait enim Galat. 5. Persuasio hæc nõ est ex eo, qui vocat vos. Rursus I. Timoth. 3. Hæc enim faciens bonum gradum tibi acquires, & multam fiduciam in Christo Iesu. Greg. παρρησια. i. loquendi libertatem. Hæc porro libertas non nisi eximia quadam fide morumque sanctimoniam comparatur. An non mira verborum libertate Moses vtebatur, cum dicebat: Dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti? Quibus verbis non multum distimilia sunt illa Pauli verba, Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis, &c. An non magna est libertas fiduciaque in Deum, cum clamat Psalmistes, Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et, Educ de custodia animam meam. Cum item Paulus, Cupio dissolui, & esse cum Christo. Hanc animi fiduciam ij soli sentiunt, qui piè atque innocenter viuunt, eaque erga Deum charitate, ut fiduciam habeant in die iudicij.
15. Ut parata & non perturbata) Psal. 118. Paratus sum, & non sum turbatus. Quid enim aliud est, quòd miseris mortales in exitu vite perturbat, nisi quòd mors in imparatos incurfat, eosque velut fur nocturnus apprehendit: nisi quid hostes nostri inermes nos inuadunt: atque, ut ille ait, lupi Marim videre priores.
16. Signaculi rationem habebat non gratiæ) Vis atque energia huius clausulæ pendet ex variorum nominum, quibus apud Græcos Baptismus appellatur, cognitione. De quibus vide Orat. in sanctum Baptisma. Inter cetera χελευρα vocatur, quia debentibus impertitur. σφραγίς, quia virtutem obsignat & obfirmat.

Hæc est igitur Theologi sententia, Gorgoniam sororem ante susceptum Baptismum ita piè sanctèque vixisse, ut Baptismus illi *δεσπονα* non esset, ut pote peccatorum sordibus haudquaquam infectæ: sed tantum ex-
piti, id est virtutis obfirmatio ac velut obsignatio. Quod quia aliquanto arrogantius dictum videri poterat, idcirco præmollitione quadam vititur, in *επιτο* *επιμνησ*.

17. Pietatis officia, quæ discedentibus) Gregor. *καὶ ἐπιμνηστικὰ ἔργα* sunt ea omnia officia, quibus ij, qui morientibus hominibus præsto sunt, abeuntes prosequuntur, *ἐπιμνηστικὰ*, i. prosequi. Contra *ἐπιμνηστικὰ* sive *ἐπιμνηστικὰ* verba ea sunt, quibus is, qui morti est proximus, præsentem extremum alloquitur.

GREGORII NAZIANZENI DE PACE POST
reconciliationem Monachorum Oratio prima
præsentem patre habita.

ARGUMENTVM.

GREGORIVS Theologi nostri pater, vir alioqui optimus verè que religionis studiosissimus, Arianorum fraudes et imposturas, qua erat simplicitate minus animaduertens, quosdam hoc veneno afflatus benignè susceperat, atque adeò cuidam eorum impie sententiæ incautus subscripserat. Quæ res tanta indignatione monachorum animos permouit, ut confestim ei tanquam heretico societatem renunciauerint, suoque exemplo magnam populi partem in eandem secessionem pertraxerint. Atque hinc latissima fenestra ad oppugnandos et exagitandos Catholicos Arianis est aperta: serpsissetque longius hoc malum, nisi Theologi nostri consilio et prudentia compressum et extinctum fuisset. Nam cum eius monitis et hortatu fidem suam Gregorius pater apertè professus esset, petiissetque sibi condonari, quicquid in ea re per imprudentiam deliquerat, facile à monachis impetrauit, ut secum in gratiam redirent. Pace igitur constabilita, hanc noster Gregorius orationem habuit, qua primum officij sui causas reddit, ac per occasionem vitæ monasticæ formam elegantissimè describit: deinde pro accepto beneficio Deo gratias agit. Tum ad inflammandos maiori concordie studio Nazianzenos pacis laudes et utilitates fusissimè explicat, easque per collationem cum discordiâ incommotis mirum in modum amplificat. Dehinc eos hortatur, ne deinceps tam facile ab errantium fratrum societate se separent, sed eos potius humanè fraternèque corrigant. Demum patri suo reditum illorum gratulatus, confessione Trinitatis orationem concludit.

INGVAM meam soluit alacritas, nihilque iam moror legis humanæ placita propter legem spiritus, ac sermonem nõdum cuiquam cõcessum paci dono affero. Nam cum prius seditiose à nobis membra nostra diffident, magnum & primum illud Christi corpus sic diuisum esset atque dissectum, ut ossium nostrorum dissipatio inferni dissipationem pene excederet, nec terræ vomeris acie altissimè proficissæ atque in terram fusa ab simile esset, cumque infectam illam indiuisamque tunicam ac per totum cõtexam, in multas iam partes conscissam impurus hostis totam sibi vendicasset, hoc scilicet per nos assecutus, quod per eos, qui Christum in crucem sustulerunt, perficere non potuit: tum verò labijs meis custodiam posui, alioqui nec ad loquendum ad modum promptis: quòd in spiritali negotio tenendum esse ordinè existimarem, ut per eam philosophiã, quæ in actione versatur, me primum ipse purgarem: deinde mentis ore aperto spiritum traherem: atque ita demum eructarem verbum bonum, perfectamque Dei sapientiam apud perfectos loquerer: & quemadmodum omnium aliarum rerum, ut præclare & sapienter à Solomone dictum est, sic sermonis etiam & silentij certum esse definitumque tempus, ut si quis alius, persuasum haberè. Ob hæc causam obmutui, & humiliatus sum, procul ab omni bono remotus: ac velut nubes quedam cor meum subiens sermonis radios contexit, dolorque meus dies noctesque renouatus est. Omnia enim, quæ in aliis cernebã, fomites quidã mihi erant, diffidiique fraterni monumenta, vigiliæ, inediæ, preces, lachrymæ, callosa genua, pectoris conuerberationes, suspirium ex intimo corde manans, pernox statio, mentis ad Deum peregrinatio, lenis inter orandum fletus audientium animos ad gemendum incitans, cum inquam sanctos viros intuebar Psalmos cantillantes, Dei laudem celebrantes, legem Domini die, nocteque

Schisma.

Psal. 140.

Tunica Christi infecta.

Ioan. 19.

Psal. 38.

Psal. 44.

I. Cor. 2.

Eccl. 3.

Monachorum exercitia.

Psal. 1.

que meditates, exaltationes Dei in gutturibus suis ferentes: atque hæc etiam vitæ ad Dei normam exactæ luculenta indicia & argumenta, tacitosque præcones, sordidam nimirum & obsoletam comam, pedes nudos, Apostolicisque similes, nihil mortuum circumferentes, cæsariem mediocrem, vestem fastum coërcentem, zonam vilitate ipsa decoram, tunicamque non nihil restringentem, ne videri licet incessus grauitatem restringat, oculum minimè palantem, risum suauem & placidum, vel risus potius impetum quendam petulantem cachinnum comprimentè, sermonè à ratione impulsus, silentiù sermone præstantius, laudationem sale conditã, non ad deliniendum adulationèque permulcendum animum, sed ad vitæ melioris studium in nobis excitandum, obiurgationem laudatione gratiorem, modum tristitiæ animorumque relaxationis, atque vtriusque permixtionem & connexionem, mollitiem fortitudine, asperitatem pudore temperatam, sic quidem ut neutra ab altera labefactetur, sed vtraque alterius opera inclarescat, modum tum in publicum prodeundi, tum ab hominum frequentia secedendi (illud ut alios erudiant, hoc ut spiritus mysterijs imbuantur) & quidem vtrumque adeò præclare, ut & in media hominum luce versantes solitaria vitæ rationem seruent, & in solitudine agentes charitatis humanitatisque officia tueantur. Atque ut his adhuc maiora & sublimiora proferam, eorum opes in egestate, possessionem in peregrinatione, gloriam in contemptu, potentiam in infirmitate, prolem egregiam in cælibatu (Siquidem præstantiores sunt fœtus illi, qui secundum Deum existunt, quàm qui à carne originem ducunt: qui delicias aspernari pro deliciis habent, qui regni cælestis causa humilitatè amplectuntur, qui in mundo nihil habent, & mudo superiores sunt, qui cū in carne sint extra tamè carnè viuunt, qui pro portione Dominū habet, qui propter regni spem inopia laborant, & propter inopiam regnant. His verò, hoc est opibus deliciisque meis, ut præsentibus florebam, ita rursus à nobis disiuictis, mœrore cõtrahebar. Hinc illa mentis anxietas & consternatio. Hinc ego mœrens & tristis incedebã. Ob eam causam præter cætera vitæ oblectamenta sermonem quoque ipsum abiici: quoniam charissimi homines calcitrarunt, atque in me nõ iam ora sua, sed terga conuerterunt, & ouile facti sunt Pastore ipso liberius, ne dicam audacius ac petulantius: quoniam vinea illa vera, atque à bono agricola summã curã exculta & purgata, quæque egregios fructus in diuina torcularia inferre solebat, in acerbitatè versa est: quoniam amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt, & qui iuxta me erant, à longè steterunt: quoniam diuissimus Christum, qui miro Dei Christique amore præditi videbamur, pro veritate falsis criminibus nos ipsos mutuo infectati sumus, pro charitate odiū exercuimus, pro Lapide angulari dissoluti, pro petra moti atque concussi sumus: quoniam plus æquo pro pace bellum gessimus, & pro eo, qui in lignum sublatus fuerat, corruimus, & pro sepulto atque à morte ad vitam excitato morte mulctati sumus. Atque hoc quidem statu antè res nostræ fuerunt: & quid tandem lætissimo tempore proluxa tristium rerum commemoratione (quarum non modò detestanda est, votisque omnibus à nobis auertenda experientia, sed memoria quoque ipsa fugienda, quâsque non tam eloqui quàm silere conducit, atque obortam nobis calamitatem profunda obliuione obruere atque delere) modestiam redulcerare attinet, nisi quis tamen hanc vnam ob causam acerbarum rerum memoriam refricadam putet, quòd cautiore in posterum hoc exemplo prudentioresque reddamur, atque, ut in morbis fieri solet, causas ex quibus in hanc miseriam incidimus, fugiamus: Nunc verò postquam fugã se proripuit dolor, ac mœstitia & gemitus: postquam qui vnus sumus, vnum effecti sumus: qui Trinitatis, concordēs vnanimēs & honore pares: qui Verbi, à temeritate alieni: qui Spiritus, non iam alij aduersus alios, sed simul feruentes: qui Veritatis, idem sentientes & loquentes: qui Sapientia, solertes: qui Lucis, ut in die honestè compositi: qui Viæ, omnes rectum iter capeffentes: qui Ostij, omnes intra limen: qui Ouis & Pastoris, clementes,

Mon. habitus et vestitus.

Celibatus monachorum.

Hier. 32.

Hier. 2.

Psal. 37.

Tristia silenda.

Eccl. 35.

Concordia post schisma.

Rom. 12. 13

Ioan. 10.

Zach. 11.

eiusdemque caulæ ac pastoris vnus, non in pastoris imperiti vasis gregem pascentis, aut pascuæ oues trucidantis, aut lupis præcipitiisque perfide deserentis, sed magnopere circumspæcti ac periti: postquam qui Christi pro nobis mortem perpeffi, humani & misericordes facti sumus, aliique aliorum onera subleuantes: qui Capitis, vnum corpus constructum & coagmentatum iuxta connexionem omnem atque compagem, quæ est in spiritu: postquam is qui omnia facit, atque in meliorem vtiorémque statum immutat, planctum nostrum in gaudium conuertit, nòsque sacci loco lætitiæ circumuestiuit: nunc demum ipse quoque vnà cum præteritis molestiis silentium exuo, atque huic tempori, vobisque immo Deo potius pro acceptis beneficiis orationem affero, commodissimum sacrificium, donum auro purius, eximiis gemmis preciosius, tela contexta magnificentius, legali sacrificio sanctius, primogenitorum primitiis sacratius, placens Deo super vitulum nouellum cornibus adhuc & vngulis imperfectum & sensu carentem, super incensum, super holocaustum, super multa pinguium arietum millia, quibus Lex rudimentaria infantem Israël in tenebat, cruentis sacrificiis futurum sacrificium adumbrans. Hoc Deo offero, hoc appendo ac consecro, quod vnum mihi reliqui feci, quo vno diues sum. Nam cætera quidem præcepto Christi ac spiritui reliqui, preciosamque Margaritam cum omnibus opibus, quas quondam habebam, commutavi, factusque sum, aut, vt rectius loquar, fieri opto, magnus ille Negociator, qui exiguis rebus certoque perituris magna & æterna mercatur: solam autem doctrinam sanctam complector, vt pote Verbi cultor, neque vnquam libenter hanc possessionem neglexerim: quin potius eam & colo & exosculor, ex eaque maiorem voluptatem capio, quam ex omnibus aliis rebus in vnum coactis, quibus hominum vulgus delectatur. Atque eam mihi totius vitæ sociam fidamque consiliariam & congerronem, ducemque viæ in cælum ferentis, promptamque adiutricem ascisco, atque in eam vnã (nihili enim voluptates omnes humi defixas pendo) totam vim amoris mei post Deum effudi, immo in Deum potius: ad hunc enim ea cum intelligentia tendit, solaque efficit, vt Deus sincerè à nobis percipiatur, atque seruetur, & in nobis adolescat. Dixi sapientiam sororem meam esse, eamque charam habui, & quantum potui, complexus sum, capitique meo gratiarum deliciarumque coronam conquiro, hoc est sapientiæ dona in seque nobis rationis principem nostri partem collustrantis, piòsque nostros gressus illuminantis. Hac iram euagantem freno, hac tabefacientem inuidiam consopio, hac mœrorem, cordis vinculum sedo, hac profusam voluptatem coërceo, hac inimicitiam metior, non amicitiam (illam enim finitam ac circumscriptam esse oportet, hanc infinitam.) Hæc & opibus circumfluentem modestum reddit, & pauperem fortem ac strenuum. Hæc me admonet, vt & ei, qui recto cursu fertur, socium cursus me adiungam, & labenti manum porrigam, & cum infirmo langueam, & firma valetudine vtenti gratuler. Hac comite eodem prorsus loco patriam externamque regionem ac locorum mutationem habeo: quippe cum nullus propriè sit meus, sed omnes ex æquo alieni. Hæc mihi mundos distinguit, atque ab altero abductum alteri adiungit. Hæc me & per dextra iustitiæ arma ita gubernat, vt nequaquam fastu & arrogantia efferar: & duris ac sinistris rebus vnã mecum philosophatur, spem minimè pudefacientem adnectens, præsentésque molestias spe futuri mitigans. Hæc denique præstat, vt non iis, quibus terrena mensa euandidum ventrem, nullisque officiis placabilem demulcet, sed oratione fratres meos & amicos, excipiam, mensamque verborum apponam, ac spiritale & perenne poculum. Tacui: num etiam semper tacebo? Sustinui parientis instar: num in perpetuum sustinebo? Et quidem viactam Zachariæ linguam Ioannes in lucem editus soluit (nec enim vocis parentem prodeunte voce filere conueniebat: sed quemadmodum illa non credita linguam constrinxerat, ita etiam æquū erat, vt in lucem prodiens patrem, cui faustè prænunciata fuerat, in libertatem assereret, Voxque & Lucerna extitit, Verbi Lucisque præuia:)

Psal. 29.

Psal. 68.

Doctrina
sancta.

Prou. 7.

Sapientia
vsus mul-
tiplex.

I. Cor. 6.

Rom. 5.

Prou. 9.

Esa. 42.
Zachariæ
silentium
Ioannis na-
tuitas sol-
uit.

præuia: mihi verò linguæ vinculum soluit, vocemque tubæ instar attollit præfens beneficium, ac pulcherrimum hoc theatrum, quo Dei filios, qui prius disperfi erant, nunc in vnum congregatos intueor, ac sub iisdem alis conquiescentes, atque in domum Dei consentientibus animis proficiscentes, vnòque tantum virtutis spiritusque concentu inter se concordēs. Nec enim iam alij alios populamur, vt antè faciebamus, cum peruersus spiritus vsque ad eò nos vel dolis circumuenisset, vel per vim oppressisset, atque in ea caligine (quo enim alio nomine id appellare debeam, nescio) quam animis nostris offuderat, sagittis suis nos confixisset: vt alij etiam aliorum malis oblectaremur, neque illud in mentem nobis veniret, fieri aliter non posse, quin mutua nostra perniciēs corpori vniuerso detrimentum afferret. Sed iam Iudas & Israël principatum vnum sibi constituunt, Hierusalémque & Samaria ad vnã cælestem Hierusalem colliguntur: nec Pauli amplius & Apollo & Cephæ, propter quos & in quos intumescebant animi, verum Christi omnes ad vnum sumus. Quoniam autem & me & sermonem habetis, ac propter charitatem minimè inuito vim attulistis, loquar, & si ægrè, quando ita iubetis, orationemque ita partiar, vt primùm gratias Deo agam, deinde ad admonendum me conuertam. Ac gratiarum actio erit huiusmodi. Quis loquetur potentias Domini? quis laudes rot tantisque beneficiis debitas omnibus auribus repræsentabit? quoniam facta sunt vtraque vnum, mediùsque murus matericæ solutus est: quoniam beneficio tuo parabola inter Gentes & commotio capitis inter populos esse desimus: quoniam hætenus nos afflixisti, vt ex ipsa separatione quantum pacis bonum esset intelligeremus, doloremque affectos in pristinum statum restituisisti (ò nouam & mirandã medendi rationem!) per odiũ nos statim tibi ob eam rem exosos ad pacem instruens, contrariòque vitio contrariam virtutem inducere moliens, perinde nimirum atque hac tantum de causa separari nos passus, vt feruentioribus animis concitatorumque cursu nos inuicem repeteremus: quemadmodum plantis accidit, quas si quis vi cõtortas deinde relaxet, protinus ad sese primamque suam naturam recurrunt, idque sibi proprium esse ostendunt, vt vi quidem inflectantur, nulla autem vi erigantur. Quoniam non iam manus oculum, nec manum oculus aspernatur: quoniam caput non iam aduersus pedes insurgit, nec pedes à capite abalienantur, non plus vtique detrimenti hac perturbatione imperiique repudiatione (quæ corpus vniuersum confundit atque peruertit) capiti afferentes, quam ipsi accipientes. Sed pari cura sibi inuicem mēbra consulunt, quemadmodum natura ipsa sanxit & constituit, mutua opera omnia connectens atque conseruans: ac nunc demum apparemus vnum corpus, & spiritus vnus existimus, vt in vna eademque spei vocatione vocati sumus. Proinde 1º populus, inops ille quidem sed ex paupere diues effectus, tuas laudes prædicabit: quoniam mirabiles in nos misericordias tuas effudisti, & priscis beneficiorum tuorum historiis noui aliquid accessit: (vbi enim abundauit iniquitas, superbiã dauit gratia:) quoniã 2º cum coccum seminassem, spicas collegi: quoniam oues lugens, pastores in super elucratus sum: nec dubito, quin 3º pastorem longè præstantissimum sim assumpturus: tametsi spiritualibus quibusdam rationibus pasceudi gregis prouinciam à se reiciat, & cum creditum sibi spiritum talentorumque negociationem gregisque curam commissam habeat, oleoque sacerdotij & perfectionis delibutus sit, adhuc tamen pro sua sapientia præfecturam suscipere cunctetur, lucernamque subter modium retineat (breui illam quidem super candelabrum collocandam, quò omnibus Ecclesiæ animabus illuceat, semitisque nostris lumen porrigat) ac montes adhuc & saltus & fluentia circumspæctet, ac lupis animarum raptoribus laqueos moliatur, vt commodo quoque tempore pedum quoque ipsum accipiat, ac cum vero Pastore gregem hunc ratione præditum pascat, in loco pascuæ, hoc est semper virenti Dei Verbo tabernaculum ei figens, ac refocillatrice aqua, id est spiritu sancto eum alens. Atque hoc quidē speramus, omnibusque votis expetimus. Mihi verò iam faciendum est, vt gratiarum

Quid ad
dicendū Gr.
excitet.

Ose. 1.

I. Cor. 3.

Duo sibi
Greg. pro-
ponit.
Gratiarum
actio.
Psal. 105.
Psal. 43.

similit.

I. Cor. 12.

Psal. 74.

Rom. 5.

Basilii ma-
gnum intel-
ligit.vntio sa-
cerdotum.

Greg. ad-
monitio.
Cauenda
diuisio.
Arca Noë.
Egrotare
infirmi-
tis est hu-
mana, sa-
nari autem
gratie di-
uinae.
Sentent.
Trinitatis
articulus.
Sent. dignis-
sima nota-
ta.
Ioel. 3.

actioni admonitionem adiungam: hanc autem, quam potero breuissimè, complectar, quandoquidem maxima iam ex parte nos opera ipsa admonuerunt: nec longior ad eos habenda est oratio, quos experientia ipsa edocuit & castigauit. Ac prouidendum quidem primùm nobis erat, fratres, ne qua inter nos diuisio existeret, vetusque illud nostrum decus & ornamentum extingueretur, quo gregem hunc cætero qui paruum, vixque dignum qui inter celebres greges numeretur, vel maximis & amplissimis exæquabam, ac quibusdam etiam, quod ad spiritus vim opemque attinet, præferbam. Sic namque se res habebat, vt cum alij alijs ornamentis vel maioribus vel minoribus nobilitentur, nostri gregis hæc laus esset propria, quod ab omni contentione & dissidijs abhorreret. Quam etiam ob cau-
sam persæpe Arca Noë vocati sumus, vt qui soli totius orbis illuuiem effugissemus, pietatisque semina in nobis integra conseruassemus. Verùm quando homines esse cèperti sumus, nec dæmonis inuidiam profus fugimus, nec morbo omnia occupante superiores extitimus, verùm publicæ calamitatis nostræ ipsi quoque partem accepimus, nec paternam hæreditatem hoc est concordia bonum ad extremum retinuimus: hinc quoque tamen non paulò meliore, quàm reliqui, conditione fuimus (vt Dei ope freti aduersus inimicitiam nostræ aliquid gloriose prædicemus) quod in hanc culpam postremi collapsi, primi ad meliorem mētem rediimus. Etenim quod in morbum inciderimus, communi naturæ tribuendum est, humanæque infirmitati, quæ omnes quamlibet etiam animo corporæque valentissimos attingit: quod autem morbū depulimus, id verò rationis munus est, gratiaque diuinæ, quæ præclare iustæque meliusque quàm vel ipsi optabamus, vel alij futurum sperabant, controuersiam nostram disceptauit. Nam & nos¹³ data præcisæ parti capita, velut ad pietatis orthodoxæque doctrinæ laborantis subfidū nouo exemplo creata in gratia suscepimus, nec vt hostes auersati, verùm vt fratres, non improbè sed fraternè & modeste pro paternā hæreditate altercatos complexi sumus: atque vt illos inimicitiarum nomine haudquaquam laudauimus, ita zelum eorum comprobauimus. Melior enim est contentio pietatis causa suscepta, quàm turpis & vitiosa concordia. Ac proinde subductionem eorum accessionem nostram fecimus, versuta eorum in nos consilia propter charitatem dissimulantes, atque ordinem hætenus immutantes, vt non electionē gratia, sed gratiam electio sequeretur, eamque ad rem manibus alienis abuteremur, paulum quiddam à spiritu antè occupati. Vos autem relicta sinistra suspicione, quam scriptum illud afferre potuit, ad spiritum accurristis, atque vt simplicitatem nostram ob eum sensum, quem verba præ se ferebant, minimè probauistis, ita nobis impietatis crimen nunquam impegistis, perspectum videlicet habentes, firmam apud nos immotamque Trinitatem, non minus quàm in sua natura manere, neque aliter existimare, quin si quis trium horum aliquid circunciderit, aut à reliquis distraxerit, in eadem sit impietate, ac si totum euerteret, nudoque capite totam diuinitatem oppugnaret. Atque hac dissensione ipsa flagrante mutuo de nobis apud nonnullos homines interdum dicebamus. Quod quidem certissimum veritatis argumentum est, ne odioso quidem tempore eam opprimente, nec inimicitia mutui nostri amoris fomites omnes extinguite. Cuius quidem rei hæc erat causa, quod licet inter nos cõtenderemus, eandem tamen fidem, quod maximi momenti est, religionemque coleremus, nobisque inuicem conscij essemus, nos circa veritatem haudquaquam dissentire, contrariamque doctrinam tueri, sed eodem fidei primariaque nostræ spei caractere consignatos esse. Nihil enim æquè germanos Dei cultores inter se conciliat, atque consentientes de Deo sententia: quemadmodum contra nulla re facilius amicitiaë dissiuuntur, quàm diuersa in huiusmodi rebus animorum sententia. Hic enim lenissimus quisque & moderatissimus intumescit,¹⁴ & mansuetus verè pugnax efficitur, cum se lenitate sua Dei iacturam facere perspicit, imò, vt rectius loquar, prolapsione sua Deū detrimento afficere, qui nos & pro diuitiis suis habet, & diuites reddit. Ergo, vt dicebam

dicebā, satis moderatè nos in ipsa contentione gessimus: adè vt reditus in gratia separatione ipsa celebrior fuerit, atque vtriusque extremi commoditate omnis intermedia calamitatis memoria pene sit oblitterata. Sed quoniam pacis celeritas ad eius firmitatem non sufficit, nisi oratione aliqua conseruetur, Deusque, à quo bonum omne incipit, ac perficitur, orationi nostræ adiutor accedat: age & votis & rationibus eam pro virili nostra confirmemus. Ac primùm illud animaduertendum est, omnium quæ sunt, pulcherrimum excelissimūque Deum esse: nisi quis tamen eum malit, supra omnem essentiam euehere, aut in ipso, quicquid est, collocare: quippe à quo cætera vt sint, consequuntur. Secundum autem
10 locum tenent, quæ à Deo primùm originem ducunt, ac circa eum versantur, nimirum angelicæ & cælestes copiar, quæ primæ primum lumen haurientes, ac veritatis verbo illustratæ lumen quoque ipsæ sunt, ac perfecti illius Luminis radij. His porrò nihil tam proprium est, quàm pax & concordia. Nam nec dissidijs obnoxia est diuinitas, quemadmodum nec dissolutioni (dissidij quippe filia est dissolutio) quin potius & secum ipsa, & cum secundis rebus adè concors & pacata est: vt cū alijs, immo præ alijs nominibus, quibus appellari gaudet, huius quoque prærogatiuæ nomine vocetur. Pax enim & Charitas, atque id genus nominibus appellatur, nos videlicet admonens, vt has virtutes sedulò amplectemur, perinde ac Deum simul habituri. Ex Angelis autem is, qui seditionem mouere,
20 seque supra dignitatem suam efferre, atque ceruicem aduersus Dominum omnipotentem attollere, sibi que, vt Scriptura testatur, supra nubes cathedram excogitare ausus est, dignas amentia sua poenas dedit, in hoc scilicet damnatus, vt pro luce caligo sit, aut, vt verius loquar, infra se positus, reliqui in sua dignitate persistant, cuius primum illud est, quod pacati sunt & seditionis expertes: quippe qui à sancta & laudanda Trinitate hoc acceperunt, vt vnum sint, quemadmodum & ab eadem collustrati sunt. Trinitas siquidem illis Deus vnus est, & esse creditur, non minus propter concordiam quàm propter substantiæ identitatem. Ac proinde qui pacis bonum amplexantur, eique contrariam dissensionem, seditionemque infensè oderunt, ad Deum diuinæque mentes accedunt: contra qui bellicis sunt moribus, rebúsque nouandis famam aucupantur, ignominiaque sua gloriantur, aduersæ proculdubio partis sunt. Impurus enim ille spiritus & multiplici rerum specie affectuūque varietate secum ipse pugnat, & vt iam inde ab
30 ipsis mundi primordijs homicida, virtutisque inimicus hoc ipsum in alijs operatur, seditionis tenebris sese occultans, vt per caliginem commune corpus Ecclesiæ sagittis petat: quemadmodum, ni fallor, ad vnumquemque nostrum callidè vt plurimum veteratoriæque accedit, subdolis artibus velut aditum quendam in nobis sibi sensim aperiens, quò postea cum omnibus suis copijs instar strenui cuiusdam militis per disruptam muri aut aciei hostilis partem irrumpat. Atque hoc vnum est, & quidem tale, vt nos ad benevolentia concordiaque studium
40 necessario excitare debeat, nimirum Dei superiorumque imitatio: quæ sola animæ ad Dei imaginem creatæ intueri tutò licet, vt ad ea obnixè tendens, & ad eorum similitudinem, quantum illi assequi datur, se componens, nobilitatem ipsa suam factam rectamque tueatur. Alterum est, vt diuinæ voci obtemperantes, in cælum sursum, & deorsum in terram aspiciamus, legesque creaturarum rerum animaduertamus: quemadmodum videlicet cælum & terra & mare ac denique vniuersus hic mundus, magnum, inquam, hoc Dei elementū & illustre, quo Deus declaratur, tacitaque voce prædicatur, quandiu secum pacatus & tranquillus est, seque naturæ suæ finibus continet, nec quicquam aduersus alterum insurgit, benevolentiaque vincula, quibus ab artifice Verbo rerum vniuersitas constricta &
50 conglutinata est, perrumpit: mundus verè est, vt appellatur, atque incomparabilis pulchritudo, neque eo vllum opus, quod quidem materia cōstet, aut præstantius aut magnificentius excogitari potest. At simulatque pacatus & quietus esse desiit, mundus quoque esse desinit. Quid enim: Cū cælum raro ordine aëri lu-
cælum.

Angeli secundi à Deo.

Dei & Angelorū pax propria.

Ephes. 2. I. Ioan. 4.

Esai. 14.

Trinitas vnus Deus.

Ioan. 8. Diab. pacis osor. Psal. 10.

Quid nos ad pacem excitare debet.

Mundus pace conseruatur.

Ter. Terra. Annus.

Dies & nox. sol & Luna.

cem, terræ pluias impertit, nōne tibi beneuolentiæ legibus teneri videtur? Nōne aër & terra, cum animantibus cunctis partim ducendi spiritus facultatem, partim alimenta præbent, parentum erga filios amorem imitari? Nōne anni partes, cum placidè inter se miscentur, sensimque sibi inuicem cedunt, & ad hominum non solùm commoditatem, sed etiam voluptatem vtriusque extremi asperitatem reliquorum mediocritate mitigant, pace gubernari? Nam quid de die ac nocte dicam, quæ aquas inter se partes, conuersionemque moderatam fortitæ nos partim ad opera excitant, partim lassos reficiunt: Quid de Sole & Luna siderumque ordine lucentium, seseque subducentium copia & pulchritudine? Quid de terra & mari, quæ clementer inter se iuncta, benignèque sese mutuis muneribus afficientia, liberaliter hominem alunt, hominique copiosè & prolixè, quæ habent, suppeditant? Quid de annibus per montes & campos fluentibus, nec nisi quatenus id nobis emolumento futurum sit, extra fines suos egredientibus, nec se ad operiendâ terrâ conuertentibus? Quid de elementorû permixtionè ac tēperatione mēbrorumque proportione & cōcinnitate? Quid de animatiū alimonia & ortu distinctaque habitatione? Quid quod alia imperat, alia imperio tenentur, quædâ nobis subiecta sunt, quædâ libera? Quæ cum ita se habeant, ac iuxta primas compositionis atque cohærentiæ, siue oonfluxionis & conspirationis causas regantur & gubernentur, quid tādē aliud existimandū est, quàm quod ea amicitiam concordiamque proclamant, suoque exemplo mortalibus animorum consensum quasi lata lege promulgant? At cum materia secum ipsa dissidet, nec cohiberi potest, dissolutionem scilicet per seditionem medians, aut Deus ad perterrendos puniendosque improbos connexionis aliquid huiusmodi emouerit, nimirum vel exūdante mari, vel terra dehiscente, vel nouis & inusitatis imbribus cadentibus, vel Sole deliquium patiente, vel quadam anni parte modum excedente, vel effudentibus se ignibus: tum verò in hac rerum perturbatione & confusione orbi vniuerso terror iniicitur, quantumque in pace boni insit, ipsa seditione perspicitur. Atque ut populos & vrbes & imperia præteream, ut cætus, exercitus, familias, nauium supplementa, coniugia, sodalitia (quæ omnia ut pace conseruantur, ita seditione funditus euertuntur) ad Israëlitas orationem conuertam, ac posteaquam vobis calamitates eorum & dispersionem, quæ nunc sedibus suis pulsæ vagantur & miseram vitam persequuntur, diutissimèque, ut mihi edita de illis vaticinia fidem faciunt, persequuntur, exposuero: tum demum ex vobis harum calamitatum causam vobis utique cognitam perspectamque sciscitabor: quo aliorum malis ad concordiam erudiamur. Quandiu igitur illi pacem & secum & cum Deo habuerunt, AEgyptiaca videlicet seruitute tanquam fornace ferrea oppressi, communique afflictione coniuncti atque collecti (nonnunquam enim afflictio quoque ipsa optimum est ad salutem pharmacum) plebs sancta vocabantur, & pars Domini, regiumque sacerdotium. Nec verò hoc dici potest, nomina quidem ampla & magnifica fuisse: cæterum nominibus res ipsas haudquaquam respondisse. Nam & ducibus à Deo ductis utebantur, & iter illis facientibus columna ignis & nubis diu noctūque præibat, & fugientibus mare diuidebatur, & fame laborantibus cælū alimenta ministrabat, & sitiētibus petra fontis vsum præbebat, & pugnantibus manuum extensio innumerabilium copiarum instar erat, orationis operâ trophæa erigens, ad eaque quæ à fronte erant, facilem viam sternens: fluuij cognatum mare imitantes cedebant, elementa consistebant, vrbes mœnia tubarum cantu deiiciebantur. Quid enim graues plagas eorum causa AEgyptiis inflctas commemorare attinet? Quid Dei voces è monte auditas? Quid duplicem Legem, alteram literalem, alteram spiritalem? Quid cæteros honores, quos natio illa meritis suis longè ampliores olim consecuta est? At postquam seditionis morbo laborare, in mutuamque perniciem furere cœperunt, crucēque illos ac profligatissimo illo scelere (quod contra Deum & seruatorem nostrum, eius diuinitatem in humanitate minimè cognoscentes, immanissimè

Omnia ut pace conseruantur, ita seditione percunt. Israelitarū ob discordiam afflictio.

sent.

Vnde Iudeorum dispersio.

immanissimè perpetrarunt) ad extremum malorum compellente, in multas partes dissecti sunt, virgāque ferream, hoc est principatum imperiumque hodie florentissimum, multò antè illis dedunciatā ad se attraxerūt: quid accidit, quidque passi sunt? Priores quidem eorum clades afflictamque fortunam Hieremias lūget, captiuitatēque Babylonicam deplorat: ac meritò sanè: erant enim ea quoque luctu maximisque lachrymis digna, excisa mœnia, vrbes solo æquate, sacrariū euersum, donaria sacrilegio compilata, pedes prophani in sacrosancta loca penetrantes, impuræ manus rebus iis, quas attrectare nefas erat, insolenter se inferentes, Prophetæ conticentes, Sacerdotes captiui abducti, senes crudelissimè vexati, virgines contumelia affectæ, iuuentus occumbens, flamma hostilis & externa, sanguinisque fluuij pro sancto igne ac cruore, Nazaræi raptati, luctus cantionibus subrogati, atque ut ex ipsis Hieremiæ Thronis aliquid producam, preciosi illi filij Sion & auro comparabiles, illi inquam delicati malorumque expertes peregrinam terram calcantes, & viæ Sion lugentes, eò quod nulli sint, qui festos dies celebrent. Et paulò antè, Manus piarum mulierum inualecente obsidione non victum filiis porrigentes, sed ad cibum sibi potius parandum eos lacerantes, atque ex charissimis suis pignoribus medicinam aduersus grassantem famem quærentes. An non hæc grauiā, imò longè grauissima nō iis solùm, qui tum ea passi sunt, sed iis quoque, qui nunc audiunt? Equidem, ut de me loquar, quoties hunc libellum in manus sumo, Threnosque lectito (id autem facio, quoties secundarum rerum insolentiam coercere huiusmodi lectione volo) vox mihi intercluditur, lachrymisque obruor, eamque calamitatē velut ob oculos positam videre videor, ac Hieremiæ collamentor. At verò postremam hanc eorum plagam & exilium, atque incumbens illorum capiti seruitutis iugum, memorabilemque illam cladem, qua Romanorum imperio subiecti sunt, ex intestinis eorum dissidiis potissimum ortam, ecquis est omnium, qui lamentationes scribere, rerumque acerbitati parem orationem afferre norunt, qui satis dignis lamentis profsequi possit? Quinam libri eam capient? Vna utique illis columna eorum calamitate iniusta totus terrarum orbis est, per quem variè fusi sparsique sunt, cultusque abolutus & extinctus, ipsumque adeo Hierosolymitanæ vrbs solum ita miserè deuastatum, ut vix agnosci queat: quod etiam hactenus duntaxat illis patet, idque tantum fructus ex vetere sua gloria & amplitudine percipiunt, ut in die conspicui facti solitudinem lugeant. Porro cum seditiones agitare admodum graue sit, plurimasque calamitates importet (quemadmodum & ex iis quæ diximus, liquet, & pluribus exemplis perspicere licet) tum verò multo grauius & perniciosius est, compressis inimicitiiis, pacisque bonis degustatis, in eundem rursus morbum prouolui, atque ad propriū, ut dici solet, vomitum redire, ac ne ipsa quidem experientia, quæ stultorum magistra est, emendari. Etenim eos leuitatis stoliditatisque notam subire comperio, non qui in vitio aliquo perseverant, sed qui instar auræ inconstantis, aut Euriporum reciprocationis, aut instabilium maris fluctuum temere in contrarias sententias feruntur ac reuoluuntur. Atque illud insuper mecum expendo, iis, qui seditionibus cōstātantur, spem saltem concordie solatium afferre, calamitatesque ipsorum maxima ex parte leuare (spes enim mutationis, meliorque fortuna ante oculos posita maximam opem afflictis hominibus afferre solet) qui verò sæpenumero reconciliati ad easdem semper inimicitias relabuntur, his vnā cum aliis rebus melior quoque spes adempta est: ut qui non minus pacem ipsam quàm dissensionem timeant, neutrique earum propter vtriusque leuitatem magnopere fidant. Nec verò hæc eò a me dici quisquam suspicetur, quod pacem omnem amandam complectendamque esse existimem (nam ut optimam quandam dissensionem, ita perniciosissimam quandam concordiam esse perspectum habeo) sed de ea demum pace loquor, quæ bona est, bonique causā inicitur, Deoque coniungit. Atque ut hæc breui distinctione explicentur, hanc à nobis in hac virtute adhibendam esse rationem censo, ut nec

Quid virga ferrea.

Babylonica captiuitas.

Thren. 4.

Fames.

Ad quid Threnorū lectio conducatur.

Iudei Romanis subiecti.

Admonitio

Experientia stultorū magistra.

Spes.

Non omnis pax amanda.

in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in secula seculorum, Amen.

SCHOLIA IN SVPER. ORATIONEM.

- 1. Inferni dissipationem) Alludit ad illud Davidis Psalmo 140. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum, *καὶ τὸν ἄδω, id est, plus quam infernus. hoc est, pene maior in nobis fuit perturbatio & confusio quam in inferno.*
- 2. Pro veritate) Christus veritas vocatur, Charitas, Lapis angularis, Petra, Pax, Sapientia, Lux, Via, Ostium, Ovis, Caput. Ab his nominibus argumenta ducit Nazianzenus, atque ostendit turpe esse eos inter se dissidere, qui Christum tot nominibus nos ad pacem adhortantem, mutuamque concordiam quasi lege sancientem, principem agnoscant.
- 3. Qui Verbi à temeritate alieni) Greg. melius οἱ τοῦ λόγου τῆς θεολογίας ἐκείνος. Vna eademque pagina τὸν λόγον variis significationibus usurpat. Nam ὁ λόγος ἀνοπέτατον intelligit, ὁ ἀεθροεικὸν ὁ ἀδιάκατον, ὁ pro litterarum sacrarum studio accipit: nonnunquam etiam pro fidei & pietatis doctrina. Nam ἡδὲ τὸ λόγος κινδύσειν bifariam exponere solet Nicetas nostri Theologi interpres, vt vel sit pro Filio Dei, vel pro pia atque orthodoxa fide periclitari.
- 4. Non in vasis imperiti pastoris) Alludit ad illud Zachar. II. cap. σκεθὴν περιδρικαὶ περιδύς ἀπίρου. Quibus verbis ineria mali antistitis, nullisque ad recte pascendum gregem praesidiis instructi significatur.
- 5. Eodem loco patriam) Alij, inquit, eam terram, in qua ipsi nasci contigit, suam vocare solent: ego vero nullam meam voco, sed omnes pro alienis habeo. Dei enim est terra & plenitudo eius, Psal. 23. Vnde etiam Diogenes ille Cynicus, vt est apud Laërtium, cum ex eo quæreretur, cuius esset, mundi ciuem se esse respondit. quod Graeci vno verbo dicunt κοσμοπολίτης. Sic apud Cicer. Tusc. 5. Socrates interroganti cuius ipse esset, mundanum se esse pronunciat. Ac scitè in eadem quaestione Teucer dicit patriam esse, vbicumque bene.
- 6. Spem minime pudefacientem) Tacitè attingit locum illum, qui est apud Paulum Roman. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit.
- 7. Mensamque verborum) Hic quoque alludit ad illud Prouerb. 9. Sapientia immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. In Graeco Nazianzeni τρεπίτρω λογιῶν malui vertere mensam verborum, quam mensam rationalem. Hoc enim vult, sibi in animo esse amicos suos orationis epulis accipere. Potuissimè etiam fortasse non minus aptè vertere spiritualem: vt idem sint λογικὴ ὁ πθυματικὴ, ac pro synonymis à Gregorio posita fuerint. Mille enim locis τὸ λογικὸν ὁ θυματικὸς opponit. Atque ad eundem modum in Orat. ad Greg. Nyssenum illa verba Epist. Pauli ad Rom. 14. λογικὴ τρω κατεταραχθῆναι ἢ λαβεία, inquit, ὅτι ἰουδαίων θυματικὴ τρω. ἢ δὲ ἡμετέροις λογικὴ, ὅτι τῆσι οὐδὲν ἐχουσα παρὰ οὐδὲ ἀδὸν τὸν λογικὸν γὰρ λαβεία ὄντιν, ὡς πθυματικὴ θυματικὴ, ἢ καὶ ἡμετέροις πολιτίαι.
- 8. Iudas & Israel) Aptissima verborum similitudine vsus est. Vt enim tribus Iuda reliquique Israelitæ cum vnum eundemque generis auctorem haberent, in partes tamen distracti sunt: sic Nazianzeni quoque qui ab eodem Christo censuebantur, in diuersa tamen studia dissecti fuerant, atque intestino bello laborabāt.
- 9. Per odium nos) Id est, simulatque nos mutuis odiis ardere cepimus, tu quoque nos exosos habere cepisti: vt cum te nobis ob dissidia nostra inimicum factum esse perspiceremus, pace inter nos conciliata tecum in gratiam rediremus. Atque ita contrarium contrario, hoc est pacem odio comparasti.
- 10. Populus inops) Alludit ad illud Psal. 74. Nec auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.
- 11. Cum coccum seminasset) Prouerbialis locutio, qua licebit vti, quoties res aliqua præter spem alicui optimè cecidit. Cui ex diametro opponitur vulgatissimum illud prouerbum, ἦσπαρος ἀνδρακας, Thesaurus carbones. De quo vide Erasim. in Chiliad.
- 12. Pastorem longe præst) Basilium magnum haud dubiè intelligit, qui Caesariensis Ecclesiae clauum postea gubernauit, eumque Saisimis antistitem præfecit. Presbyter enim duntaxat erat, cum hanc orationem habuit: quemadmodum ex ipsius vita, quam Greg. Presbyter literis mandauit, apertissimè colligi potest. Certè orationis huius initio testatur se nunquam antea in Ecclesia concionem habuisse.
- 13. Data præcisè parti capita) Episcopus Arianos intelligit, qui à Georgio Alexandria non pastore sed crudelissimo lupo missi ab omnibus Episcopis chirographum impietatis exigebant. De quo in Orat. s. nebri in Patrem. Horum enim fraude circumuentus Imper. Constantinus ἐξαψα (ἑσπῶ τῆ) ὁμοίον ἔδμοούσιον, ἢ μεδὲν ἔβλαπτεν εἰς ἀσέβειαν, vt ait Nicetas in Comment. Orat. in Athanasium, hoc est, scripsit idem esse simile & consubstantial: nec ex ea quicquam detrimenti orthodoxæ doctrinae afferri, vtra voce vti malit. Quam etiam in fraudem incidit regorius pater.
- 14. Et mansuetus verè pugnax) Alludit ad illud Ioëlis cap. 3. ὁ ἀεγὺς ἐστὸ μαχητής.
- 15. Vt per caliginem) Greg. ἡ ἐν σκοτεινῶν κατὰ πῆδῶν. Verba sunt Davidis Psal. 11. vel secundum 70. Interp. 10. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. Vox porro σκοτεινῶν illumem noctem sonat.
- 16. Prius eos diuidentes) id est: simulatque eos natura atque essentia coniunxerimus, Personis quoque distinguentes: ne vel nefaria coniunctione in Sabellij heresim, vel scelerata diuisione in Arii blasphemiam prooluamur.

Sent.

Notandum hoc Grego. consilium.

Ephes. 2. Colof. 1. Gregorio patri.

Esa. 8. Ioan. 18.

Matth. 10.

Patrum depositum seruandum. Trinitatis doctrina.

Heretici sentiendi.

segniores simus, quàm modus postulet, nec rursus acriores & ardentiores, vt nec ob lenitatem temere nos quibuslibet aggregemus, nec ob petulantiam ab omnibus desciscamus: vt enim iners est supina segnities: ita leuitas agrestitis & à societate abhorrens. Cum igitur manifestò se prodit impietas, tū nobis potius faciendum est, vt ferro, & flammis & turbulentis temporibus ac principibus atque omnibus denique rebus obuiam eamus, quàm vt mali fermenti participes efficiamur, perniciosaque doctrina imbutis assentiamur: nec quicquā perinde metuendum est, quàm vt ne quid magis quàm Deum timeamus: ob eamque causam fidei veritatisque, cuius ferui sumus, doctrinam perfidè deseramus. At cum suspicio sola animum nostrum malè habet, timorque nullis certis argumētis innixus: tum vero lenitate potius quàm celeritate vti cōuenit, & demissione potius quàm arrogancia & contumacia: longèque melius & conducibilius est, vt in communi corpore manentes (membra enim alij aliorum sumus) instauremus nos inuicem atque instauremur, quàm vt præiudicio per secessionem factò, fideique auctoritate per secessionem amissa, tyrannico potius quàm fraterno more pro potestate correctionè imperemus. Quæ cum cognita & explorata habeamus, fratres, complectamur nos mutuò, exofculemur, vnum verè efficiamur, eum qui macerie interstitium soluit, ac per sanguinè suum omnia conciliauit, atque pacauit, imitemur. Dicamus communi huic patri, vncrando seni, clemèti & bono pastori: Vides probitatis tuæ præmia: tolle per gyrum oculos tuos, & collectos filios tuos vide, quemadmodum cupiebas, quòdque vnum vt tibi contingeret, noctes dièsq; postulabas: quò tandem in senectute bona peregrinationis tuæ dies concludas. En omnes ad te venerunt, ac sub pennis tuis requiescunt, tuumque altare cingunt, cum lachrymis illi quidem digressi, cum gaudio autem recurrètes. Gaude & oblectare, patrum optime ac indulgentissime, quoniam his omnibus, non secus ac sponsa mundo suo, indutus es & circumamictus. Loquere tu quoque ad nos: Ecce ego, & filij mei, quibus me Deus donauit. Adde aliam quoque vocem tibi congruentem. Quos dedisti mihi seruauit, nec quenquam ex iis perdidit. Atque vtinam nemo pereat, sed omnes in vno spiritu maneamus, vna mente collaborantes fidei Euangelij, vnanimis, vnum idemque sentientes, fidei clypeo armati, succinctos in veritate lumbos habentes, aduersus Satanam vnum eiusque milites bellum gerentes, non eos timètes, qui corporis quidem obtruncandi potestatem habent, cæterum animam arripere nequeunt: sed eum, cui in corpora animasque nostras imperium est, formidantes: præclarum depositum, quod à Patribus nostris accepimus, custodientes, Patrem & Filium & Spiritum sanctum adorantes, in Filio Patrem, in Spiritu Filium cognoscentes, in quos Baptismi aqua tincti sumus, in quos credimus, quibus nomen dedimus, prius eos diuidentes quàm coniunxerimus, priusque coniungentes quàm distinxerimus: nec tria tanquam vnum accipientes (neque enim eiusmodi sunt hæc nomina, vt per se non subsistant, aut vt de vna tantum Hypostasi prædicentur, quasi opes nostræ in nominibus non in rebus sitæ sint) & tria vnum esse credentes: vnum enim sunt non Hypostasi sed diuinitate, vnitas in Trinitate adoranda, & Trinitas in vnitate collecta, tota adoranda, tota regia, par sede & gloria, mundo sublimior, tempore superior, creationis expers, nec oculis, nec tractu, nec denique re vlla perceptibilis, sola quidem quo erga se ordine sit, intelligens, nobis tamen æquè veneranda & adoranda: sola etiam in Sancta sanctorum penetrans, creaturas autem omnes foris relinquens, alias primo velo, alias secundo interclusas atque diremptas: primo nimirum cælestes & angelicas à deitate, altero verò naturam nostram à cælestibus. Hæc, fratres, agamus, hoc animo simus, eosque qui aliter sentiunt, vt veritatis labem & corruptelam, quoad quidem licebit, assumamus atque curemus, cæterum deploratè ac perditè affectos auersetur: ne alioqui morbum eorum antè contrahamus, quàm illis salutem nostram impertiamus. Ac Deus pacis, illius inquam pacis, quæ intellectum omnem exuperat, nobiscū erit, in Christo

17. Alias primo velo quemadmodum, inquit, Israeliticus populus ab eo loco, cui sancta sanctorum nomen erat, interiecto velamine arcebat: ita à perfectissima diuinitatis cognitione Angeli quidem velo vno dirimuntur, mortales autem duplici. Est enim velut alterum quoddam velum inter purissimas illas simplicissimasque mentes & nos interpositum.

GREGORII NAZIANZENI DE PACE Oratio secunda.

ARGVMENTVM.



10 QVONIAM disidium aliquod, quod inter Catholicos intercesserat, Ariani quantum poterant, verbis adaugebant, atque ex musca, vt dicitur, elephantum faciebant: hac secunda Oratione primum id agit Gregorius, vt ostendat hanc contentionem non tantam fuisse, quantam illi calumniabantur, imo quò ad fidem & religionem, perpetuum inter eos consensum extitisse. Hinc ad confutandam eorum opinionem transit, qua Filium à Patre genitum, Spiritum autem progressum negabant, eosque in creaturarum ordinem redigebant.

Mox veram ac simplicem de Trinitatis doctrinam confessionem subnectit. Ac postremo votis pro Ariatorum salute ac respicienda factis, eorum aduersus pietatem scripta vt vana & fruola suggilat. Hac autem Oratio eiusdem argumenti cum superiore videri poterat, nisi Gregorius iam pridem à sancta Trinitate dignum se habitum fuisse ad finem huiusce Orationis restaretur, qui eius diuinitatem predicaret. Ex quibus verbis inter vtramque Orationem multum temporis efluxisse constat.



10 ERVIDVS Zelus, clemens Spiritus, benigna charitas, vel potius ipsamet benignitas, æquanimis spes: zelus accendit, Spiritus mitigat, spes expectat, charitas constringit, nec bonum quod in nobis est, dissipari ac diffluere sinit, quanuis alioqui fluxe fragilisque nature sumus: atque è tribus vnum, aut cum nobis inest, manet: aut cum conuulsa labefactataque est, in integrum restituitur, aut cum abcessit, reuertitur, non secus ac plantæ, quæ manibus per vim abstractæ simulatque missæ fiunt, statim ad sese, primamque suam naturam recurrunt, idque sibi proprium esse declarant, vt inuitæ quidem inflectantur, & non inuitæ corrigantur. Quæquam enim in procliu sit vitium, ingensque ad malum cursus pateat, vndæque in præceps celerrimè labenti simile sit, aut etiam festucæ cuiquam, quæ ad scintillam & ventum facile succenditur, flammæque effecta, vnà demum cum suo foetu extinguitur: (flamma quippe materiæ foetus est, ac materiam ipsam non aliter atque improbos homines improbitas absumit, tandemque cum suo alimento simul emoritur) si quis tamen virtutis cuiusdam habitum assecutus fuerit, minus iam facile à virtute desciscet, quàm virtute primùm adeptus fuerat. Quâdoquidem bonum omne tempore ac ratione confirmatum vim obtinet: velut hæc quoque animis nostris infixæ charitas, cum qua veram charitatem colimus, & quam charitate complexi sumus, totiusque vitæ moderatricem statuimus. Vbi sunt igitur, qui res nostras tam honestas & laudabiles quam cum vitio coniunctas obseruant, non vt eas expendant, sed vt improbent: nec vt nobis gratulentur, sed vt insultent, atque & ea, quæ laudem merentur, calumniando deprimant, & quæ reprehensione digna sunt, tragicis verbis exaggerent, ac insectandis proximorum erratis excusationem vitiis suis quærant. Quæ etiam ipsa vtinam saltem æqua lance ponderarent. Nonnullum enim ipsa quoque ira fructum haberet, vt est in proverbio, si inimicorum metu cautiore, efficemur. Verùm cum odio animique peruersitate, quæ rationi tenebras offundit, ipsique vituperationi fidem omnem auctoritatemque detrahit, ad iudicandum accedunt. Vbi sunt igitur, qui diuinitati nobisque peræquè infesti sunt? Hoc enim ex omnibus quæ patimur clarissimum & magnificentissimum est, quòd cum Deo periclitamur. Vbi sunt, qui suorum quidem faciles clementesque sunt iudices, alienorum autem exacti rigidique censores, vt hinc quoque fucum veritati faciât Vbi sunt, qui vibices nobis obiectant, ipsi vulneribus affecti, qui offendicula

simil.

Vitium in procliu.

Sentent.

In Arianos inuoluitur.

10

20

30

40

50

10 cula nostra exagitant, cum turpiter ipsi prolabantur, qui maculis nostris gaudent, cum ipsi in cæno volentur, qui festucas nobis proferunt, quæ nec infidentes magnum dolorem afferant, & facile depelli atque efflari ab oculis possunt, cum interim trabium mole oppressi, miserè caligent? Agite igitur, arcanorum nostrorum estote participes: ad concilium vos licet nobis infestos vocamus: arbitris vt mur hostibus (ò insignem arrogantiam, vel certè fiduciam!) vt pudefacti victique recedatis (quò quid magis nouum & insolens?) cognita nimirum ex eo ipso quòd ægrotauimus, nostra fanitate. Non enim de diuinitate controuersiam habuimus, sed ordinis ac disciplinæ causa certamen iniimus: nec de eo inter nos contentio extitit, vtra impietas potius eligenda esset, eane quæ Deum contrahit, an illa quæ vel Sp. sanctum duntaxat, vel Filium quoque ipsum vnà cum Spiritu à diuina essentia distrahit: alteramne inquam an vtramque impietatis partem amplecteremur. Hi enim, vt in genere dicam, huiusce tempestatis morbi sunt. Quandoquidem certi homines ascensionem in corde suo ponunt, non confessionis, sed abiurationis, nec Theologiæ, sed blasphemix. Etenim de liberalitate ac munificentia in profundendis impietatis opibus inter se certant, perinde atque non id metuunt, ne impiis erroribus sese constringant, sed ne hac in re leuius tolerabiliusque peccent, quàm cæteri. At nostra haudquaquam eadem est ratio. Nam quòd ad diuinitatem attinet, non minus quàm ipsa secum diuinitas (nisi hoc nimum sublimiter ac magnificè à me dictum videatur) inter nos consentimus concordésque sumus, labiumque vnum & vox vna existimus, contrario tamen modo atque ij, qui Turrim olim extruebant. Illi enim in malum conspirabant: at nos præclarissimis quibusque de causis concordiam inter nos colimus: vt vno animo atque ore Patrem & Filium & Sp. sanctum celebremus, idque de nobis prædicetur, quòd verè in vobis sit Deus, eos, à quibus vnitur, vnies, & eos, à quibus laude & gloria celebratur, gloria afficiens, nec tantum prædicetur, sed etiam credatur. Verùm aliis de rebus cõtentio inter nos intercessit, malè quoque id quidem: nõ enim inficiabor (nec enim diabolo aditum vllum aut ansam, nec improbis linguis libertatem datam oportuit:) non tamen tanta, quàm obtrectatoribus nostris videtur. Nam cum in hac humanæ naturæ imbecillitate facere non possemus, quin aliquid peccarem: nostrum illud erratum fuit, quòd pastores nimum amauimus, nec ex duobus bonis, vtrum melius magisque expetendum esset reperire potuimus, quandiu nobis æquè vtrumque mirari contigit. Hoc nostrum crimen est. Hoc nomine qui volè, nos cõdemnet, aut absoluat. Hoc illud est, quòd hæreticis securitatem affert. nec præter id quicquam habetis, quòd nobis impingatis, ne si maximè quidem cupiatis. Muscæ, inquit ille, oleo immorientes atque imputrescentes ipsum vitiant. At liuor ea quæ recta & honesta sunt, vitare ac labefactare volè ille quidem, sed non poterit. Omnium etenim rerum fortissima est veritas, vt cum Esdra censeo. Ac nos quidem nostras controuersias inter nos ipsi sustulimus, ac si opus fuerit, tollemus. Nec enim fieri potest, vt filij parentibus sceleratè litem intendant, interueniente præsertim communi Trinitate, pro qua bello vexamur, & propter quam haudquaquam bellum ipsi geremus. Ego pacis sum sponfor, tantillus tantæ rei: quoniam Deus humilibus dat gratiam, sublimes contra ad terram vsque deprimat. Quid verò ad vos hinc emolumenti redit, ò communes nostri pacificatores? (Pacificatores enim estis, idque beneficij nobis inuiti confertis.) Non enim propterea pij estis, si quid ipsi vel leuius vel grauius peccemus. Nos quidem reprehensionem meremur, si quid mali admiserimus: at vos interea impij esse non desinetis, etiam si in peccatum incidamus: immo eò etiam maior est impietas vestra, quòd iis qui labuntur, acerbiores estis. Atque vt nos omnibus in rebus concordés esse perspiciatis, ex eoque perpetuam etiam hanc concordiam fore intelligatis (tametsi huius rei fidem iam, vt opinor, vobis ea, quæ videtis, fecerint, Pater nimirum animi candore præditus, & Filius obsequens, alter alteri pari grauitate assidentes, à quibus si qui in vobis beneuolentiæ

Math. 7. Luc. 7.

De quo controuersia in Naz. Ecclesia fuerit.

Psal. 83.

Cõcordia.

Gen. 11.

1. Reg. 2.

Diabolo et improbis linguis occurrendu.

Eccl. 10.

3. Esdr. 3.

Deus humilibus dat gratiam. Iacob. 4. 1. Pet. 5.

concordiæque fomites erant, exuscitati sunt) tamen id quoque sermo persuadeat. Atque alterum quidem iam audiistis, eiusque admirabilis oratio meis etiamnum auribus insonat, omninoque plus quam in aërem fufum est, in animis nostris conditum atque infixum esse confido: alterum autem rursus audietis, si rursus expetitis, & si cui nondum ad probationem sufficiunt, quæ sæpenumero prædicata sunt, atque etiam tentationes illæ & lapidationes, quas & iam pertulimus, & perferre parati sumus, nequaquam detrimento ducentes pati, sed potius non pati: idque⁵ eò magis, quòd periculorum, quæ pro Christo subeuntur, gustum cepimus, præclarissimumque ex illis fructum, hoc est populi huius amplificationem retulimus. Quid igitur vultis? Vtrum id vobis persuasum est, nihil ut nos¹⁰ hac de causa negocij quicquam suscipere, ac secundam de diuinitate orationem habere opus sit, nostræque infirmitati parcitis, quæ tanta est, ut vix hæc ipsa proloqui possim? An potius illud agendum, ut velut surdioribus auribus eundem sermonem identidem inculcemus: quò diuturna saltem vocis contentione in audientium aures loquamur? Sed me hac vestra quiete & silentio ad dicendum invitare videmini. Nam⁶ silentium parcemia quoque ipsa consensum esse docet. Proinde utriusque sermonem ex vna anima atque ex vno ore accipite. Illud demum molestum est, quòd hæc in sublimem quendam montem euectus, vocemque desiderio parem consecutus ad omnes eos simul, qui peruersam doctrinam fouent, in vniuerso orbe, velut in communi quodam teatro proloqui²⁰ nequeo. Filij hominum, vsquequo graui corde, ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium: dum non vnam nec simplicem diuinitatis naturam, verum aut tres inter se disiunctas atque distractas, atque adeò defectibus excessibusque pugnantes inducitis: aut vnam quidem, sed ieiunam & angustam (quippe quæ hoc non habeat, ut magnorum causa sit, perinde atque vel non potuerit, vel noluerit) idque duplici de causa, vel ob inuidiam, vel ob metum: illud videlicet, ne quid æquale introducatur, hoc, ne inimicum & pugnans. Atqui quantò Deus creaturis excellentior est, tantò utique primæ causæ magnificentius est, diuinitatis quam rerum creaturarum principium esse, ac per intermediam diuinitatem ad creaturas venire,⁷ quam ut contra harum causa diuinitas producta fuerit, quem³⁰ admodum sublimibus istis nimiumque curiosis indagatoribus placet. Etenim si in Filij Spiritusque sancti dignitate asserenda eò progredieremur, ut eos vel principij expertes esse diceremus, vel ad alterum principium referremus,⁸ timendum profectò esset, ne Deus ignominia afficeretur, aut contrarius Deus à nobis inueheretur. Cùm autem quantumlibet Filium aut Spiritum extuleris, nunquam tamen supra Patrem eos posueris, nec à causa abstraxeris, verum illud præclaram generationem, admirabilemque processionem referas, percontabor ex te, qui Ingeniti Anarchique amorem tantopere præ te fers, vter tandem Deo maiorem ignominiam inferat, isne qui ipsum talium, quales tu inducis, principium constituat, an ille, qui non talium, sed æqualem naturam & gloriam habentium, qualésque doctrina nostra profitetur? An verò tibi ad honorem amplum, atque adeò amplissimum erit, quòd filium habeas, idque eò magis, si patrem in omnibus rebus exactè referat, veramque progenitoris sui notam atque effigiem gerat, tibi que sexcentis seruis imperare minus iucundum futurum est, quam vnus filij parentem esse. Deo autem quidpiam maius erit, quam Filij Patrem esse, quòd quidem gloriæ accessio est non decessio, quemadmodum & Spiritus productorem esse? An te illud fugit, cùm Deum Filij ac Spiritus velut creaturarum principium statuis, nec Principium abs te honorari, & quæ ex eo manant, ignominia affici: illud, quia vilium & exiguorum ac diuinitate indignorum Principium constituis: hæc, quia parua, nec creata tantum, sed omnium quoque, quæ⁵⁰ creata sunt, contempnissima atque abiectissima facis: si quidem horum causa, atque aliquando condita sunt, non secus ac instrumenta ab artifice, quæ ante artifices non erant, nec aliàs extitissent, nisi quid eorum opera Deo creare collibuisse,

Psalm. 4.

set, perinde videlicet ac voluntas ipsa nequaquam sufficeret. Quicquid enim alicuius rei causa effectum est, abiectius est eo, propter quod factum est. At ego diuinitatis Principium temporis expers, inseparabile atque infinitum inducens, & Principium, & ea quæ à Principio manant, æquo honore prosequor: illud, quia talium est Principium, hæc, quia tali modo, & talia, & ex tali, nec tempore, nec natura, nec cultu & veneratione distincta, vnum diuisim existentia, & coniunctè diuisa (dictu licet mirum) non minus ob relationem, quæ inter se habent, laudanda, quam vnumquodque sigillatim acceptum & intellectum perfectam ex tribus perfectis Trinitatem, vnitatem nimirum vltèrius sese propter opulentiam proferente, binario¹⁰ autem superato, propterea quòd supra materiam & formam sit, ex quibus corpora constant, Trinitate verò propter perfectionem definita (hæc enim prima binarij compositionem superat:) ut nec angusta maneat diuinitas, nec in infinitum diffundatur. Illud enim minus gloriosum, hoc perturbatum: illud Iudaicum prorsus, hoc Ethnicum ac plurium deorum cultum redolens. Quin hoc quoque, nec inscitè fortasse atque imperitè, sed perquam etiam prudenter & circumspectè mecum reputo, tibi quidem nihil periculi ex eo imminere, si Filium genitum asserueris. non enim verèdum est, ne is qui minimè generatus est, crassi corporeiq; aliquid in gignendo patiatur, cùm ne corpus quidem sit, idque vel communes ipsæ de Deo notitiæ facillè concedunt. Quare quid nobis timorem fingimus, vbi non est²⁰ timor, frustra que impia dogmata complectimur, ut vulgo dici solet? At verò mihi periculum est, ne diuinitatis iacturam faciam, si creatum admiserò. Nec enim qui creatur, Deus est, nec Dominus, qui conseruus est, quamlibet alioqui primas inter seruos & creaturas ferat, atque hac vna re meliorem conditionem habeat, quòd in contumelia humanius aliquantò tractetur. Nam qui eum debito honore fraudat, non magis ipsum per id quod tribuit, honore afficit, quam per id quod eripit, contemnit atque aspernatur, vtcunque res ea honoris speciem & pretextum habeat.¹⁰ Quod si passiones circa generationem tibi fingis, quid impedit, quò minus idem quoque circa creationem faciam? Nam ne id quidem quod creatur, citra passionem creatur. Quòd si nec generatus est ut affirmas, nec creatus est, ut vera doctrina ceter, quòd tibi reliquum est, accipe: qui per creaturæ nomen eò pene audacia prorumpis,¹¹ ut æqualem tibi dicas. Ac tu quidem scelerate diuinitatis iudex atque arbiter, nihil intentatum relinquis, nihil non audes (non enim alia ratione nomen tuum illustrare poteras, quam si, ut barbari atque importuni homines, quique facultates suas per scelus ac fraudem augere studet, infirmiores fortunis exturbant, eodem tu quoque modo Deum ab imperio & dominatione procul summoueres) Ego contra vnam vocem eamque breuem & compendiosam habebò. Trinitas verè Trinitas est, fratres: Trinitas porro non diuersarum rerum enumeratio (quid enim alioqui prohibeat, quominus & decadem & centonem ac myriadem nominemus, si cum tot numeris componatur? Multa quippe, multoque his plura in numerum cadunt:) sed æqualium honorèque parium complexio, nomine scilicet ea, quæ natura vnita sunt, connectente, nec quæ solutionem nesciunt, solutili numero dissipari sinente. Sic sentimus, sic animo affecti sumus, ut quam relationem atque ordinem hæc inter se habeant, Trinitati ipsi soli, ac purgata mente hominibus, quibus vel in hanc vitam vel in posterum Trinitas patefecerit, noscendum relinquamus: nos autem vnam & eandem diuinitatis naturam agnoscamus, Principij vacatione, generatione, ac processione cognobilem, quemadmodum id quod nobis inest, mente sermone ac Spiritu intelligitur (liceat enim ex paruis & sensu præditis de maximis rebus & ratione ac mente perceptibilibus coniecturam facere, quandoquidem nulla imago veritatem assequi potest) ipsam secum concordem, semper eandem, semper perfectam, qualitatis, quantitatis, temporis, creationis expertem, incomprehensibilem, nunquam se deserentem nec deserturam,¹² vitas & vitam, lumina & lumen, bona & bonum, glorias & gloriam, veram & veritatem ac spiritum veritatis, sancta &

sanctitatem ipsam, Deum vnumquodque, si seorsim consideretur, mente videlicet ea, quæ separari nequeunt, separante, Deum rursus hæc tria, si quidem simul intelligantur, propter motionis & naturæ identitatem, eam rationem habentem, vt nec supra se quicquam reliquerit, nec aliud quicquam transcenderit: nihil enim huiusmodi erat: nec rursus quicquã post se relictura aut superatura sit: quid enim huiusmodi futurum est: nec denique secum aliquid æquale admittat: nihil enim est ex omnibus rebus creatis, & seruis, & participantibus, ac circumscrip-
 ptis, quod ad increatam illam & dominam, ac communicantem infinitamque naturam aspiret. Verùm alia longo prorsus ab ea interuallo distant, alia quodammodo ad eam accedunt, atque accessura sunt, idque non natura sed gratia, nempe cum seruitutis officio apud Trinitatem egregiè perfuncti supra seruilem ordinem euecti fuerimus: nisi tamen hoc quoque ipsum libertas & regnum est, principatum nimirum probè agnoscere, nec ea, quæ inter se distincta sunt, per animi abiectionem confundere, ac permiscere. Porro quibus tam luculentum atque honorificum est seruiisse: quantus tandem horum principatus censendus est? Et cum in cognitione beata vita consistat, quantum illud est, quod agnoscitur? Hoc nobis illustre illud mysterium designat, hoc nostra in Patrem & Filium & Sp. sanctum, noménque commune fides & regeneratio, impietatis abnegatio, diuinitatisque confessio. Nam hoc commune illis nomen est. Quocirca qui trium horum aliquod contemptui habet, aut separat, confessionem quoque ipsam contemnit, hoc est regenerationem, diuinitatem, deificationem, ac denique spem vitæ sempiternæ. Videte, quid Spiritus nobis afferat, diuinitatem ipsius confitentibus, quibusque rursus mulctet, cum spernitur ac reiiicitur. Mitto enim terrorem atque iram, non ipsius cultoribus, sed contemptoribus denunciatam. Atque hæc nobis ad vos breuiter dicta sint, non disputandi modo, sed docendi, non Aristotelico, sed piscatorio, non improbè ac veteratoriè, sed simpliciter, non circumforaneè, sed concionatoriè & Ecclesiasticè, non ambitiosè, sed fructuosè: vt qui aduersum nos publicas conciones habetis, in eoque vno concordés estis, nos vnam eandemque sententiam tenere, eadem doctrina afflari, idem spirare intelligatis, nec vt famelici quidam, parua nostra siue peccata siue ludicra dicenda sunt, temere in vulgus spargatis. Extremæ quippe miseræ est non propriis viribus, sed aliorum imbecillitate niti atque confidere. En dextras mutuas inspectantibus vobis iungimus. En quid Trinitas effecerit, quam nos pari cultu celebramus & adoramus. Hoc vos benigniores magisque orthodoxos reddet: atque vtinam in ea re exaudiamur. Vtinam hic dies, dies sanctus vocetur, non contentionis, sed latitudinis: non tentationis monumentum, sed triumphale festum: vt mutua nostra concordia totiusque pene terrarum orbis, qui partim iam antè integra erat valetudine, partim sanitatem recuperauit, partim conualescere incipit, vobis quoque salutis ac reformationis causa sit. O sancta & adoranda & longanimis Trinitas: longanimis enim, quæ eorum, à quibus scinderis, impietatem tandiu tolleras! O trinitas, cuius ego qui cultor essem minimèque fictus pre-co, iam pridem dignus habitus sum! O Trinitas omnibus aliquando vel per illuminationem, vel per pœnam agnoscenda, vtinam hos quoque, qui nunc contumeliosi te profcindunt, adoratores accipias, nec quèquam, ne ex minimis quidem amittamus, vel etiã si mihi propterea aliqua gratiæ iactura facienda sit: non enim tantum dicere audeo, quantum dixit Apostolus. Quid? Hæc vobis minus grata sunt, ac lingua distorquetur, confutationemque parturit. Hanc quoque aliquando videbimus, aut quibus plus ocij quàm nobis suppetit, ac scitos & elegantes vestros foetus, imò abortus cognoscemus, cum ruptis aut dura & solida disputatione contractis aspidum ouis, inanes eos & subuentaneos esse apertè demonstrauerimus, atque impietatis basiliscum in ipsis latitantem in medium protulerimus, basiliscum quidem illum, cæterùm mortuum & imperfectum ac motu carentem, ipsisque partus doloribus immortuum, ac priusquam gignatur extin-

Ioan. 17.

Sent.

Rom. 9.

Esa. 59.

10

20

30

40

50

ctum

ctum (libet enim verbis vestris vt, vt non nihil gratiæ apud vos ineam) non magis ob contemptionem execrandum, quàm ob abortionem miserandum. Hoc nobis, mihi credite, daturus est ille, cuius munere nobis concessum est, vt super aspidem & basiliscum ascendamus, & super serpentes ambulemus, qui etiam Satanam, velut fulgur è cælo collabentem propter antiquum splendorem, vel serpentis instar fugientem propter sequentem obliquitatem, atque in naturæ humi repentis commutationem sub pedibus nostris breui conteret, vt a malis & calamitatibus aliquantum respiremus, summoto penitus dolore, mœrore ac gemitu, nunc & in posterum, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria & robur in secula seculorum. Amen.

psal. 90.

Iuc. 10.

Gen. 3.

SCHOLIA IN PRÆCEDENTEM ORATIONEM.

1. Nonnullum enim ipsa quoque ira) In Græco Heruagij codice legitur, *ὡς ἂν ἐν τῷ ὄρωσιν*. Ex vetustissimo tamen Regine codice locus emendandus est, ac pro *ὄρωσιν* legendum *χολῆς*. Liceret enim, inquit, ex inimicorum nostrorum in nos maleuolentia, animique virulentia fructum aliquem decerpere: si maledicentiæ eorum metu vitam nostram cautius & prudentius institueremus. Quæ de re extat elegans Plutarchi tractatus, cui titulus est, De vilitate ex inimicis capienda.
2. Cum Deo periclitamur) Id est, Non alio nomine nobis infesti sunt, quàm quia Dei fidem constanter tenemus, nec ab ea minis ullis auerti possumus.
3. Vibices nobis obiectant) Hæc omnia prouerbia commodè in eos torqueri possunt, qui cum grauissimis ipsi criminibus obstricti sint, leuissimas quoque aliorum noxas atrocibus verbis insectantur.
4. Vtra impietas) sabellij & Arii hæreses intelligit: de quibus in Apologetici Scholiis diximus.
5. Eoque magis quod) Hoc enim pius viris afferunt dolores pro Christi fideique defensione perlati, vt ad plura in posterum perferenda vehementius incitentur, quemadmodum alio quodam loco testatur Theologus.
6. silentium paræmia) Qui enim tacet, consentire videtur, vt vulgatissimo prouerbio iactatur.
7. Quàm vt contra) Filius enim (blasphemabant Ariani) propter nos factus est, vt nos per eum veluti instrumentum crearet Deus: neque is substitisset, nisi nos Deus creare voluisset. Niceph. lib. 8. cap. 8.
8. Timendum profecti esset) Dogma Arianorum erat, Filium & Sp. sanctum à Patre creatos esse: Catholici contra, Filium genitum esse, & Spiritum processisse contendebant. Ariani Patris honorem gloriàmque impietati suæ prætexebant: imò, inquit Gregorius, nos Patrem honoramus, vos deprimitis ignominiaque afficitis. Nos enim eum Filij & Sp. sancti creationis expertium causam esse profitemur: vos eorum vt creaturarum causam esse affirmatis. Atqui multò excellentius est Patri, Filij vt Dei causam esse, quàm vt creaturæ, & quidem vtilioris atque abiectionis quàm ipsi sumus. Si enim idcirco à Patre creatus est, vt nos postea per eum tanquam instrumentum quoddam crearemur (quemadmodum ipsi falsò asseritis) nobis profectò viliior sit, necesse est. Quod enim alterius causa efficitur, idem quoque eo inferius esse constat. Hæc breuiter perstrinxi, vt Gregorij disputationi non alioqui nimis perspicuè luminis aliquid afferrem.
9. At ego diuinitatis diuinitatis. i. Filij ac Sp. sancti. Porro ne hæc principij vox cuiquam lapis offensionis & petra scandali sit, lectorem breuiter admonendum habeo, ἀρχῶν, (principium necessariò vertimus) hoc loco non de tempore, sed de causa accipiendum esse. Nam si ad tempus referatur, non minus principio carent Filij & Sp. sanctus, quàm Pater. Verùm Theologi: ræci in Personarum, quas ἰδιότητες, i. proprietates vocant, distinctione, τὸ ἀρχῶν (quemadmodum & τὸ ἀκίνητων) Patri tribuunt, vt eum à nullo causam habere ostendant, atque hac ratione psum à Filio & Sp. sancto distinguant: quorum vterque à Patre causam habet, Filius nimirum vt ab eo genitus, Sp. sanctus vt procedens. Ac ne quis sinistram vllam de Gregorio nostro suspicionem concipere queat, ex Oratione de Dogmate testimonium proferemus, ex quo meridiana luce clarius erit, quia significatione Principij vocem accipiat. Ergo de Filio loquens his verbis vritur, εἰς ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ πατρὸς λαμβάνει, ἢ ἀρχῶν ἀρχῆς ἢ ὑπὸ τὸν πατέρα ὡς αἰτίας. εἰς δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἀρχῶν ἢ ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἀρχῶν. Quibus verbis apertissimè nullum se temporis principium in Filio agnoscere testatur.
10. Quod si passionibus) Hunc locum fustus tractatum videbis in Orat. de Dogmate. Passiones autem illas sic explicat Epiphanius in Ariane hæresis confutatione. Si enim, inquiebant illi, Pater ex seipso, hoc est ex propria essentia Filium genuit, ἀκωῶν igitur, ἢ ἑαυτὸν ἐξ ἑαυτοῦ ἢ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ἐκ τῆς αὐτοῦ, ἢ σαυτοῦ ἢ ἐκ τῆς αὐτοῦ, ἢ ἐκ τῆς αὐτοῦ, ἢ ἐκ τῆς αὐτοῦ, hoc est, vel intumuit, vel sectionem subiit, vel in gignendo dilatatus vel contractus est, vel denique aliquid affectionibus corporeis simile passus est. Eandemque eodem tractatu cantilenam canunt fanatici homines: Nisi inquiunt, Filium creatum dicamus, Patrem imminuemus. Quod enim creatum est, Creatorem non imminuit: quod autem ex natura progenitum est, vel contractionem, vel distensionem, vel diminutionem, vel sectionem efficit, vel quidpiam huiusmodi affectionum progenitori suo assignat. De huiusmodi disputandi ratione grauissimè queritur Basilius in Epistola quadam ad Episcopos Occid. πρὸς τοὺς ἐκ τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπους. ἢ τὸ καὶ τὸ αὐτὸν ἑαυτοῦ ἢ τὸ καὶ τὸ αὐτὸν ἑαυτοῦ.

Ceterum eorum error, qui perpeſionem circa Filij generationem aſtruere conabantur, in Synodo Antioche-
na, ubi fides Nicena ſtabilita eſt, condemnatus fuit, quemadmodum videre eſt apud Niceph. lib. 10. cap. 40.
II. Ut æqualem tibi dicas) Nam ſi nomine ſolum ac non naturam eſt Filius, nihil ab aliis omnibus creatu-
ris differt: quamvis alioqui dignitatis gradu præcellat. Nec enim quia Rex præfectos & duces exercitus
anteceſſit, idcirco iisdem affectibus obnoxius non eſt, quibus reliqui mortales, nec eiſdem natura conſer-
uus. quippe qui mortalis ſit, quemadmodum ij qui ipſius imperio tenentur. Epiphani. loco ſuprà citato.

12. Vitæ & vitam) Vna quæque enim Perſona ſeparatim conſiderata Vita eſt, Lumen, Gloria, &c. cum
autem plurali numero ſingulari ſubiungit, ſubſtantie vnitatem reſpicit.

13. Et cum in cognitione) Ioan. 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoscant te Deum verum, & quem miſiſti
Ieſum Chriſtum.

14. Ovis aſpidum) Eleganter alludit ad illud Eſaiæ cap. 59. Oua aſpidum ruperunt: qui comederit de ovis
eorum, morietur: & quod conſractum eſt, erumpet in regulum. Nec melius commodiusque libros hæretico-
rum comparare potuit, quàm peſtiferis aſpidum ovis, ac Baſiliſco, qui ſolo aſpectu homini necem afferre dici-
tur. Baſiliſci porro atque abortiuus fœtus ſimilitudinem aptiſſimè cepit, quia hæreticorum dogmata nihil ſoli-
dum ac vitale habent: ſed plerumque ante etiam parentes ſuos extinguntur: certè in Eccleſiæ perniciem vi-
nuacia eſſe nequeunt, quippe aduerſus quam ne ipſæ quidem inferni portæ præualere poſſint.

Matth. 16.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO

tertia de Pace.

ARGUMENTVM.

GVM propter mutuam quorundam Episcoporum contentionem plebs Constantinopolitana
in partes diuifa, atque in diuerſa ſtudia eſſet diſtracta, totaque ciuitas pernicioſiſſimo di-
ſcordiæ morbo laboraret, ut huic malo mederetur Gregorius, hanc orationem habuit: in qua
omnibus eloquentiæ viribus contentionis turpitudinem inſectatur, oſtenditque, quàm indi-
gnum atque aſidei Chriſtianiæ profeſſione alienum ſit ſimilitates & factiones exercere. Ora-
tio hæc vehemens eſt & concitata, atque ut in tali argumento, miris amplificationibus exornata & affe-
ctibus ardens.

20



PAX AMICA, non re duntaxat, ſed nomine quo-
que ipſo ſuauis & iucunda, quam nunc populo de-
di, viciffimque accepi, haud ſcio an ſinceram ab om-
nibus fucique expertem vocem, ſpirituque dignam,
ac non potius publica pacta Deo teſte abrogata atque
reiecta, ut grauior ſit noſtra condemnatio. Pax amica,
meditatio mea, & decus meum, quam & Dei, & cu-
ius Deum, & quam Deum eſſe Scriptura pronunciat
velut in illo Apoſtoli loco, Pax Dei, & Deus pacis, &
Ipſe eſt pax noſtra) ac ne ſic quidem reueremur. Pax
amica, quam tametſi omnes ut bonam laudibus ve-
hant, pauci tamen tuentur atque conſeruant, ubinam noſ tanto iam tempo-
ris ſpatio reliquiſti? ecquando ad noſ reditura eſt? Equidem te ſuprà mortales
omnes expeto atque exoſculor, & præſentem complector, & abſentem eo ani-
mi affectu reuoco, ut nec Patriarcha ille Iacob paribus vnquam luctibus lachry-
miſque Iosephum deſiderarit, à fratribus quidem diuenditum, cæterum ut ipſi
videbatur, à fera correptum & laniatum: nec Dauid amicum ſuum Ionatham in
acie extinctum, aut poſteà filium Abſalonem. Quorum alter paternis viſceribus
diſtortus clamabat, Fera Iosephum rapuit, fera ſceleſta & immanis, cruentam-
que pueri veſtem propositam quaſi filij carnes oſculabatur, eadem re ſcilicet, &
dolorem ſuum incendens, & conſolatione mitigans: alter nunc montibus illis,
in quibus prælium commiſſum fuerat, dira omnia imprecatur, Montes Gelboë,
dicens, nec ſuprà vos pluuia, nec ros cadat. Ac rurfus, Quomodo Ionathæ arcus
& vires ceciderunt? Nunc parricidæ velut inſonti ipſe tanquam reus ſeſe purgat,
ac cum mortuo in gratiam redit: hoc quoque fortasſe nomine illius interitum
acerbè ferens, quod manus aduerſus patrem intentasſet. (huiuſmodi quippe pa-
ternus

30

40

50

Pacis ex-
cellentia.

Philip. 4.
2. Cor. 13.
Ephes. 2.

Quætuſ pa-
cis amor ac
deſiderium
in Greg.

2. Reg. 18.
Genes. 37.

2. Reg. 1.

ternus affectus eſt) quemque ſibi hoſtili more bellum inferentem propulerat ac
proſtigarat: eundem oppreſſum atque interfectum velut amicum deſiderat, na-
turam nimirum, qua nihil eſt violentius, inimicitias ſuperante. Triftis quoque &
miſera res erat arca ab exteris occupata, & exciſa, atque à Gentibus calcata Hie-
ruſalem, filiique Sion, eximij, inquam illi, & auro comparabiles, in captiuitatem
abducti, atque etiamnum diſperſi, eoque calamitatis redacti, ut in toto orbe ho-
ſpites ſint & peregrini. Grauiſima ſunt inſuper, quæ nunc partim cernimus, partim
audimus, patriæ captiuitate oppreſſæ, innumerabiles copiæ ferro procumben-
tes, terra cruore & cadauerum mole laborans, & extera natio alienam regionem
velut propriam percurrans, non ob defenſorum mollitiem & ignauiam (neque
enim eam quiſquam accuſet, hi enim illi ſunt, qui vniuerſum pene orbem bello
atque armis ſubegerunt) ſed propter vitia noſtra, impiamque doctrinam aduer-
ſus Trinitatem inualeſcentem. Sunt hæc fanè grauiſima & peracerba (quis inficias
iuent, qui modò ex his, quæ vel pertulit ipſe, vel perferentibus condoluit, cala-
mitates cenſere atque æſtimare norit?) Sed nihil ex omnibus rebus perinde mole-
ſtum eſt, ut pax pulſa & fugata, & Eccleſia venuſtate ſua ſpoliata, priſcæque di-
gnitas & amplitudo ſublata & extincta, atque aded inuerſa ordinis ratio, ut qui
prius ex non populo populus, & gens ex non gente facti fueramus, nunc in co-
periculo verſemur, ut verendum ſit, ne ex populo maximo & gente in non po-
pulum & non gentem dilabamur, atque in veterem illum ſtatum redeamus, in
quo eramus, cum nobis non imperares, neque in vnum nomen ordinemque conue-
niſſemus. Ac proſectò facilius mihi eſſe videtur aduerſam fortunam ferre, quàm ſecun-
dam tueri: quippe cum noſ, qui bellis & perſecutionibus robur collegeramus, &
congregati fueramus, poſteaquam cõiuncti ſumus, diſfluximus ac dilapſi ſumus.
Quis enim, modò ſenſu præditus, præſentem rerum ſtatum non deploret? Quis
orationem huic calamitati parem inuenire queat? Latrones ſceleris vinculo in-
ter ſe deuincti pacem colunt, & tyrannidis ſocij, aut furti conſortes, aut coniu-
rati publicæ tranquillitatis perturbatores, aut adulterij participes, atque inſuper
chororum ſodalitia, & exercituum ordines, & nauium ſupplementa (mitto enim
dicere patrimonia ex æquo diuiſa, & aduerſarias Reip. gerendæ rationes, & ciui-
lium munerum ſucceſſiones, & magiſtratus lege atque ordine progredientes, at-
que aded celebratiſſimam hanc ſophiſticen aut Grammaticen, ne dicam Phi-
loſophiam, in quam infano ſtudio iuuenum ambitio fertur, quæ tamen parum
admodum contentionibus diſſidiſque agitatur, ut plurimum verò quieta eſt &
pacata: noſ autem ea animi peruerſitate ſumus, ut nec concordiam vllius fœdere
ac vinculo conſtringi, nec vnquam in vnum coire poſſimus, nec ratio atque ora-
tio vlla exiſtat, quæ huic morbo medeatur: quin potius quaſi malitiæ non virtu-
tis doctores ac diſcipuli, multos diſcordiæ igniculos adicimus, pacis autem &
concordiæ leuiſſimam, imò nullam proſus curam habemus. Atqui illorum con-
tentiones & diſſidia non multum incommodi ſecum aduehunt, imò etiam que-
dam huius ſunt generis, ut rixari ac conflictari præſtet, quàm animis conuenire.
Quis enim niſi mentis expertus flagitioſas coitiones & conſpirationes comproba-
rit? A nobis autem ſi quis ſciſcitetur, quidnam colamus atque adoremus, prom-
ptum eſt reſpondere, quod charitatem veneremur. Etenim ut à Spiritu ſancto
pronunciatum eſt, Deus noſter charitas eſt, eoque nomine vehementius, quàm
quouis alio delectatur. Quod ſi præterea rogemur, quæ legis ac Prophetarum
ſumma ſit, haud quicquam aliud quam charitatem noſ Euangelifta reſpondere
ſinet. Quid igitur tandem cauſæ eſt, cur qui charitatem colimus, mutuis odiis fla-
gramus? qui pacem, implacabile & inexpiabile bellum gerimus? qui angularem
lapidem, dirimimur ac diſtrahimur? qui petram, commouemur? qui lucem, cali-
gamus? qui Verbum, tanto ſumus ſilentio, aut amentia, aut ſtupore, aut, quo ver-
bo utar neſcio, pleni? ut cum cibi & ſomni & cantus, rerumque obſceniſſi-
marum, ut dici ſolet, ſatietas ſit, omniumque rerum, non modò triftium & mole-

Natura nil
violētius.

1. Reg. 4.

Vincuntur
Chriſtiani
propter hæ-
reſin.

Pax pulſa
& eccleſiæ
ordo in-
uerſus.

Sentent.

Improbis
& infide-
libus dete-
rioribus Chri-
ſtiani per-
multi.

Charitas
colenda.
1. Ioan. 4.

Matth. 22.

starum, sed etiã iucundissimarũ saturitas & fastidiũ tandẽ oboriatur, cunctaq; inter se vicissitudine quadã conuoluẽtur, nobis tamen nec finis nec modus sit vllus partim inferendorum partim accipiendorum vulnerum, non hæreticis solũ ac fidei doctrina & religione distractis (minus enim dolendũ id esset, zelũsq; modo fines non excedens, rem præclaram à reprehensione vindicaret) verũ iis quoq; qui eandem fidem profitentur, atque aduersus eosdem & de iisdem rebus summa contentione certant. Hoc enim omnium est sceleratissimum, vel maximẽ miserandum. Et quã huius rei causa est? dominandi libido fortasse, vel avaritia, vel liuor, vel odium, vel suspicio, aut quidpiam eorum, quibus ne impios quidem numinisque contemptores affici videmus. Quodque valde scitum & festiuum, 10 ipsa calculorum inuersio est. Nam cum deprehensi conuictique fuerimus, tum pij atque orthodoxi sumus, falsoque ad veritatem confugimus, quasi pro fide similtates geramus: idque vnum, vt in malis, laude dignum, imò scdum imprimis & turpe facimus, quod vitium erubescens, ad speciosius honestiusque nomen hoc est ad pietatem nosmet transferimus. Fanatice & versipellis, dixerit quispiã, & figmentum diaboli, malitiãque architecti, quisquis es, qui ita afficeris, aut, vt verius loquat, stolidissime & vãcordissime, hic tibi hesterno die pius erat: quĩ sit itaque vt idem hodie impius arque hæresis crimine constrictus sit, cum nec verbo nec scripto quicquam vel addiderit, vel detraxerit, sed in eadem fidei sententia hæreat, eundem aërem exhalet, iisdem oculis eundem solem intueatur, aut, 20 si maui, tanquam de numeris aut mensuris interrogatus idem plane respondeat? At etiã tibi hodie libidinosus & impudicus est, qui hesterna luce Iosephum castitate referebat (huc enim vsque prorumpit similtas, quasi flamma quãdam per stipulam currens, atque in orbem omnia ambiens atque complectens) & Iudas hodie vel Caiphã, qui heri Heliam aut Ioannem moribus exprimebat, aut alium quendam ex his, qui Christo nomen dederunt, eademque zona accincti sunt, atque eodem vel fusco vel nigro pallio coniecti, quale vita sancta & grauis, mea quidem lege ac sententia præterdit. Quin etiam pulchrum illum magnorum & excelso virorum florem, hoc est pallorem, aut vocis moderationem & tranquillitatem, aut incessus grauitatem lenitate permixtam, heri sapientiam, 30 hodie vanitatem inanẽque gloriam nominamus, atque eandem aduersus malos spiritus morbõsque potentiam nunc Domino Iesu, nunc Beelzebud ascribimus, & ad iniquam prorsus contentions iracundiãq; normã has res exigimus. Et quemadmodum eadem terra sanis quidem & recte valentibus firma, & stabilis, iis autem qui vertigine corrupti sunt, mouetur, nimirum aspicientium vitio ad rem inspectam transeunte: aut, si maui, quemadmodum idem columnarum interstitium, his qui propius distant, maui, his autem qui longius remoti sunt, minus videtur, loci videlicet interuallo aërem suffurante, atq; oculis crassiora corpora connectentibus: ad eundem nos quoque modum propter animi malevolentiam, inimiciãque facile decipimur, nec de iisdem rebus eadem, amantes, 40 & non amantes iudicamus, nobisq; facilẽ præter ius & æquum hinc multos sanctos, illinc multos impios subinde tempus designat: immo verò omnes miseros, non hoc tantum nomine, quod nobis intuendis perniciosum exemplar sibi proponunt (facilis porro & obuia atque exposita est malitia, vel nullo pertrahente) sed etiam quia libenter omnibus omnia concedimus, hac lege & conditione, vt nobiscum infant. Cũque prius ea nostrã religionis esset disciplina, vt ne superfluum quidem verbum impune proferre liceret, nunc contrã præstantissimos etiam quosque pietate viros conuiciis maledictisq; proscindimus: & cũ antea ne Legem quidem foris lectitare cuiquam fas esset, nec confessiones, hoc est, vt mihi videtur, populi assensum inuocare: nunc conuersis rerum vicibus arcanorum quoque & mysteriorum 7 arbitrium prophanis permittimus, canibus sancta proiicientes, atque ante porcos margaritas mittentes: nec eo contenti, aures illorum mutuis nostris conuiciis contumeliisq; pascimus, ac ne illud quidem perspicere

Omnium rerum satietas præterquam discordiã.

Qui heri pius erat, hodie impius est verisepelli & contentioso.

Rationis iudicium peruertit similtas.

Odio facile decipimur.

Matth. 12.

Matth. 7.

perspicere possumus, parum tutum esse arma hosti committere, hominĩq; Christianis infesto verba Christianum lacerantia. Nam quod hodie probro obieci-mus, idem nobis postero die obiicietur: iactatisque sermonibus hostis arridet, non quod probet, sed quia acerbè atque amarulentè recondit, vt oblata occasione aduersus eum ipsum, qui concedidit, viris euomat atque effundat. Quid hoc morbo laboramus, fratres? quandiu, eo vexabimur? ecquando ab hac crapula & temulentia resipiscemus, aut oculorum lemam extergemus, atque ad intuendã veritatis lucẽ nos ipsos efferemus? quã ista obscuritas & caligo est? quis nocturnus conflictus? quã tempestas nullum amicorum hostiũque delectum 10 habens? quare vicinis nostris opprobrium facti sumus, subsannatio & derisio his, qui in circũitu nostro sunt, quod tam obnixum mali studium, quid tam immortalis labore fatigamur? quid dico fatigamur? imo scelere ipso velut furiosi roboramur, atque interitu nostro & exitio oblectamur, nec vsquam est oratio, nec amicus, nec socius, nec medicus vel medicamentis vel sectione morbum depellens, nec opitulator angelus, nec Deus: verũ præter alia benignitatem quoque Dei nobis præclusimus. Vt quid, Domine recessisti longè? quo modo auerteris in finem? ecquando nos inuises? quo tandem hæc progredientur. vbi consistent? Equidem vereor ne præsens calamitas ignis illius in expectatione positi fumus quidam sit, vereor inquam, ne huic Antichristus superueniat, nostrõsque lapsus & 20 morbos in sui principatus occasionẽ arripiat. nec enim, opinor, sanos adorietur, nec charitate septos, atque firmatos: verũ regnum in se ipsum prius diuidi necesse est, atque ita fortem eam rationem quã nobis insita est, tentari atque vinciri, ac tum vasa diripi, nobisq; eadem accidere, quã nunc hosti nostro à Christo accidisse perspicimus. Proinde ego ingemisco, ait Hieremias in Lamentationibus, atque oculis meis lachrymarum fontes huic calamitati pares quæro, sapientesque mulieres accerso, vt luctum excitent, aut certè adiuuent, ventrisque dolore afficior, sensuũque organis proritor, nec quo modo, quibusque verbis animi molestiam dolorẽque leniam, habeo. Proinde vetera silentur: noua, comico risu fugillantur. Mea enim tragœdia hostibus comœdiã argumentum suppeditat. Proinde non parum Ecclesiis detraximus, scenãque adiunximus, idque in huiusmodi ciuitate, cui studio est, vt aliud quidpiam, ita sacra & diuina per ludum infectari, quãque præclarum aliquid potius & laude dignum riserit, quã vt aliquid risu dignum non inuideat, vt mihi mirum futurum sit, si me quoque hoc est extraneum pietatis fideique orthodoxæ præconem hac oratio ne vtentem ac non omnia ridenda esse, sed quãdam seriò & grauiter agenda præcipientem, non riserit. Quid dico riserit? Mirabor, nisi pro mea bene merendi voluntate pœnã à me expetantur: vt quidem res nostrã se habent. Nec verò Ecclesiã occupatã animum meum excruciat à (id quod fortasse sordidioribus abiectionibusque animis vsu venire queat) nec aurum aliis profluens, nec sceleratã linguã, quod suum est, facientes, malè videlicet loquentes, quoniam bene loqui non didicerunt. Neque enim periculum est, ne Deus loco circunscriptatur, aut vãnalis proftet, vt totus à locupletioribus possideatur. Nec verò me vel laudatores vel conuitiatores immutabunt (quemadmodum qui cœno vnguentum, aut vnguento cœnum admiscunt, qualitatẽque permixtione confundunt) vt maledicos hominum sermones molestè ferre debeam, velut à me ipso migrans: alioqui multas vtiq; pecunias laudatoribus numerarem, si me laudando meliorem efficerent. Verũ aliter se res habet. Quod enim sum, hoc maneo, siue maledictis impetar, siue laudibus euehar. Mortalis autem temere verbis natat, vt inquit Iob. nec me improbã linguã magis circunfluunt, quã æquorea spuma scopulum circumluit, vel pinum aut aliam quamuis arborem densam & sublimem tenues aurã. Ac simul huiusmodi quiddam mecum disputo. Si me falso crimine accusator incessit, non me magis, quã eum qui loquitur, hæc oratio perstringit, etiam si me nominatim conuiciis petat: sin autem verum cri-

psal. 78.

psal. 9.

Antichristus. Regnum in se prius diuiditur, deinde tentatur.

Luc. 11.

Thren. 2.

Hierem. 9.

Hostibus grata contentiones nostrã.

Nec laudator nec conuitiator hominem efficit meliorem.

Quid cogitandum cum linguã alienã nos oppugnant.

men mihi impingit, quid est, cur eum potius quam meipsum accusem? quippe qui illi ita de me loquendi anam præbeam, non ille mihi ita viuendi: vocésque præteruectus vt vanas & inanes, mei ipsius ero, hoc tantum emolumentum ex eorum improbitate percipiens, vt cautius in posterum vitam instituam. Tertium autem idque maximum, quod eximium quiddam & magnificum habet hæc maledicentia, quoniam vnà cum Deo maledictis figimur. Idem enim & diuinitatem reiciunt atque abrogant, & Theologum contumeliis afficiunt. Ob eamque causam nihil horum graue & molestum est, tametsi multi aliter existiment: verum illud animum meum angit, quod nemo iam pius ac certus, nec pura & simplici virtute coornatus, nec à fucò & simulatione immunis & alienus esse creditur, quamuis etiam animi firmitate, pietatèque minimè ficta præditus sit: verum alij apertè perspicuèque mali sunt, alij laruam tantum & fucum & simulachrum probitatis præ se ferunt, vt virtutis specie fallant. Cùmque non ideò statim quidam nigri iudicentur, quia nonnulli tales sint, nec obscuro atque ignobiles aut deformes, aut ignaui, vel intemperantes ac libidine perdit, quod plures ita se habeant, verum vnusquisque priuatim consideretur & expendatur, nec res vlla tam in laude quàm in vitio posita communiter omnibus attribuitur: hinc contra vitium ad omnes facile manat, atque ob multorum vel etiam quorundam culpam vniversus ordo in inuidiam criminemque vocatur. Quòdque omnium miserimum est, hæc criminatio non in nobis consistit ac defigitur, verum vltius se porrigit, ac magnum & venerandum religionis nostræ mysterium in eandem inuidiam trahit. Etenim iis, qui nostrarum rerum censuram faciunt, quod omnibus iis propemodum contingit, qui de rebus alienis iudicare fas sibi esse putant, alij admodum æqui & moderati sunt, alij periniqui atque acerbi. Illi enim peruersitatem nostram ita damnant & insectantur, vt doctrinam interim nosttam ab omni reprehensionis nota vindicent: hi verò in Legem quoque ipsam, quasi vitij magistratam, culpam conferunt, idque præsertim, cum in multos malos Ecclesiæ antistites inciderint. Quid hæc, ô fratres, & quandiu? non tandem aliquando respiscemus? non expurgemur? non erubescemus? non si nihil aliud, hostium certè linguis occuremus, quæ falsis etiam criminibus & calumniis innocentes premunt: non immodico contentionis studio finem imponemus? non cognoscemus quænam quæstiones à nobis percipi ac comprehendi, & quatenus comprehendi possint, quænam rursus facultatem nostram superent? quænam huius temporis ac terrenæ perturbationis & confusionis, menti nostræ tenebras offundentis? quænam rursus futuri seculi, cælestisque libertatis, vt aliis tantisper acquiescamus, aliis purgemur ac præparemur, velut iis postea initiandi, desiderijque finem habituri? Non apud nosmetipsos distinguemus, quænam huius sint generis, vt ne quærenda quidem omnino sint, quænam mediocriter indaganda, quænam contentiosis & rixandi libidine flagrantibus concedenda ac permittenda, quoquo tandem modo se habeant, vt pote doctrinam nostram nullo modo conuellentia? quæ fidei soli donanda, quæ rationibus quoque & argumentis, quæ denique huiusmodi sint, vt pro iis fortiter strenuèque decertandum sit, rationibus tamen non ferro atque armis: Nam aduersas quoque manus attollere, profus à caula nostra abhorret, iisque, quibus odio sumus, abiiciendum est. Non vnum hunc pietatis scopum nobis propositum esse ducebimus, vt Patrem, Filium & Sp. sanctum, vnam in tribus personis diuinitatem & potentiam adoremus, nihil supercolentes aut subcolentes (libet enim non nihil eos imitari, qui circa has res ingenij ac doctrinæ laudem affectant) alterum enim fieri non potest, alterum nefarium est & impium: nec magnitudinem vnâ nominum nouitate discindentes. nec enim quicquam seipso maius aut minus est. Hoc quippe fixo & constituto, cæteris quoque in rebus consentiemus, saltem qui eandem Trinitatem colimus, atque eiusdem pene doctrinæ & corporis sumus, ac superuacaneos & inutiles quæstionum hac tempestate

Ob culpam quorundam vniversus ordo damnatur.

Quædam fidei soli donanda, arma clericis illicita.

In tribus personis adoranda est vna diuinitas.

Inutiles quæstiones

pestate exortarum stolones & diuerticula velut morbum quendam communem excidemus, ac de medio tollemus. An verò, vt ea, quæ adhuc longius remota sunt, præteream, non satis molestiæ intulerat prauis Montani spiritus Sp. sancto sese opponens, & Nouati audacia, siue impura puritas, eleganti nominis specie multitudinem illectans, & Phrygum ne nunc quidem sopitus furor, non multum à prisca initiandi ratione recedentium, & Galatarum amentia, impiis nominibus affluentium, & Sabellij contractio, & Arii diuisio, atque ex ea nata huic tempestatis Sophistarum subdiuisio, tantum illos superantium, quantum loquax & volubilis lingua tardam & inertem? At nos etiam aduersus nosmetipsos propemodum contendimus, idque cum circa caput ipsum bellè valeamus, ac pro iisdem & aduersus eosdem acribus animis confictemur. De fraterno illo dissidio non ita pridè exorto loquor, ex quo & Deus & homo dedecorantur, alter videlicet nec salutis nostræ causâ omnino progenitus, nec cruci affixus, ac proinde nec sepultus, nec à morte excitatus, quemadmodum nonnullis peruersè Christum amantibus visum est, verum hic tantum honoratus, vbi honor in dedecus & contemptum cedit, atque ob eam causam in duos filios dissectus aut compositus: alter autem quia nequaquam plenè perfectèque assumptus, nec honore affectus asseritur, sed maxima & præstantissima sui parte proteritur atque spoliatur, siquidem præstantissimum in hominis natura est, diuina imago & effigies, mentisque vis & facultas. Oportebat enim scilicet, postquam diuinitas vnita & contracta esset, humanitatem diuidi, ac circa mentem homines alioqui sapientes, mentis errore affici, meque, qui totus lapsus sum, atque ex primigeni hominis inobedientia & diaboli fraude condemnatus sum: non omni ex parte salutem consequi: vt ita & Dei beneficium, & nostra salus imminuatur. Ad quam indignitatem illud quoque accedit, quod qui a Deo salute donati sumus, hominum causa bellum gerimus, tantumque in nobis contendendi studium exuberat, vt ipsum quoque aliorum cupiditatibus ambitionibusque comodemus, ac pro alienis thronis & præfecturis proprias inimicitias suscipiamus, in vna eademque re duo grauissima peccata admittentes, nimirum & eorum ambitionem inflammantes, & ipsi vitij nostri hoc velut adminiculum accipientes, quemadmodum qui in præceps feruntur propinquas petras, aut firmiores frutices. Atqui nobis potius curandum erat, vt eos quiete nostra imbeciliores redderemus. Sic enim rectius ipsis, quàm pro ipsis dimicantes, consulere mus. At nunc alij, mea quidem sententia, perquam miserè mutuis opibus auxiliisque fulciuntur, adeò vt mundus, qui diuturno labore vix tandem & paulatim nec sine plurimi cruoris effusione collectus fuerat, in duas iam contrarias partes distinctus sit: quicumque autem paci student, mediòsque se profitentur, ab vtriusque malè mulctetur, vt pote qui vel contèptui sint, vel etiam bello lacestantur. A qua parte cum ipsi quoque hodierno die stemus, qui hæc reprehendimus, ac propterea cathedram certaminis inuidiæque plenam accepimus, haud mirandum erit, si ab vtriusque laceremur atque proculcemur, ac post multos nostros sudores & erumnas de medio submoueamur, vt sublato iam omni obice atque interstitio cominus atque omni animorum ardore sese mutuò conuulnerent. Enimuero hæc sedare atque comprimere, maximè quidem Dei fuerit, omnia amicitia vinculo constringentis: deinde autem & hominum eorum, qui virtutem summo studio colunt, & concordia bonum cognitum atque perspectum habent, à Trinitate quidem exorsum, cui nihil æquè proprium est, ac naturæ vnitas & concordia, ab angelis autem beatisque illis mentibus perceptum, quæ & cum Deo, & secum ipsa quietæ ac pacatæ sunt, tum verò ad res omnes creatas progressum, quarum ornamentum in concordia situm est, atque in nobis postremò futurum, quo ad animam quidè, per mutuū virtutū comitatum & societatem, quoad corpus autem, per membrorum aut elementorum inter se concinnitatem atque proportionem, quarum altera pulchritudo, altera sanitas vero nomine appellatur.

Catharos notat.

Apollinarè notat.

Heretici peruersè Christum amantes.

Quid in homine præstantissimū.

Peccatum orig.

Nimium contendendi studium.

Pacis studiosi ab aliis contemuntur & lacerantur.

Omnium rerum ornamentum in concordia.

Quamquam autem Solomonis illud laudem, qui ut aliis omnibus rebus, ita bello etiam ac paci tempus suum veluti lata lege decernit: hoc unum tamen adiiciam, quod licet utriusque temporis habenda sit ratio (quandoquidem iuxta illius legem atque auctoritatem præclare interdum bellum suscipitur) quando tamen licet propensiores ad pacem esse debemus: hoc enim sublimius est & diuinius. Absurdum quippe fuerit existimare, concordiam priuatim quidem optimam atque excellentissimam esse, cæterum publicè non perinde vtilem ac fructuosam: & domum quidem illam & ciuitatem optimè regi atque administrari, quæ vel nullis omnino vel leuissimis disidiis laboret, aut eò prolapsa quamprimum ad se redeat, morboque liberetur: Reip. autem Ecclesiasticæ melius eo aliud quicquam esse, magisque conuenire. Absurdum inquam & præposterum unumquemque, ut secum pacatus sit, curam ac studium adhibere (nil enim unicuique tam expendendum, quàm ut animi pace fruatur, affectibusque imperet) erga alios autem non eundem se præbere: verum proximi oppressiorem atque interitum, gloriam suam interpretari: cumque Deus iis, à quibus læsi fuerimus, non solum septies sed sæpius tantidem noxas condonare iubeat, quod videlicet remissio remissionem conciliet atque impetret: nos contra iis quoque, à quibus nulla nobis orta est iniuria, calumniam libentius struere, quàm ab aliis iuuari beneficiisque ornari: cumque beatitudinem tantam pacificis reconditam esse sciamus, ut in eorum, qui salutem consequuntur, ordine soli filij Dei vocentur: nos contra, dum contentio-
 nis simultatimque studiis ardemus, in ea tamen opinione versari, ut Deo, qui pro nobis, ut nos secum in gratiam reduceret, bellumque nostrum intestinum extingueret supplicio affectus est, rem gratam facere arbitremur. Absit à nobis ô fratres, & amici hæc animi sententia. Pacifici munus, hoc est pacem reueremur, quam nobis hinc discedens quasi¹⁶ testamento reliquit. Unum hoc bellum agnoscamus, quod cum aduersariis potestatibus committitur. Eos quoque qui nobis infesti sunt, ¹⁷ fratrum nomine appellemus, si tamen id æquo animo patiantur. Exiguam quiddam concedamus, ut quod maius est, vicissim accipiamus, nimirum concordiam. Cedamus, ut superemus. Videte palæstræ leges, athletarum certamina, qui ex eo plerumque, quod humi se deprimunt, aduersariis supernè
 incumbentibus uictoriam extorquent. Hos æmulemur, non inexplebiles conuiuas aut mercatores, qui partim immodicis epulis ingurgitati atque obruti, partim nimis mercibus onerata naue, ventrem potius disruperint, nauimque aquis demerserint, quàm ut ex hac inexplebili auaritate fructum vllum capiant. Ita dum parua lucra captant, grauissimis damnis afficiuntur. Atque ipse hæc quidem clamor, & contestor, nec, quod ait Scriptura, facere desinam, Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam. Deficit enim anima mea propter eos, qui trucidantur, quos quidem non gladius aut fames, sed famæ & gloriæ dominantique libido fauciauit. ex quo efficitur, ut non miseratione magis quàm odio sui hominum animos permoueant, qui corruunt. Vos autem, si sermonibus meis parueritis, melius utrisque id fuerit: sin autem affectu rationem superante repudiandos eos, ac pro nihilo habendos duxeritis, ipse quidem satis, & quoad Deum & quoad homines officio perfunctus fuero (neque enim quisquam, tamen si pacis admodum studiosus, Deique amore præditus, à me aliquid præterea requireret) vos verò quæ deinde sequentur, videritis. Nec enim asperius aliquid adiiciam: quandoquidem cum filiis remissius atque indulgentius agere lex paterna postulat. Utinam autem magnum illum iudicem propitium atque pacatum vobis experiri contingat, & nunc & in die remunerationis, in ipso Christo Domino, cui gloria & imperium in secula. Amen.

Pacis bonū diuinū est.

Sentent.

Matth. 18.

Matth. 5. Pacifici soli vocantur filij Dei.

Ioan. 14. Vnicū bellum agnoscant Christiani.

Palæstræ lex imitanda.

Mercatores.

Est. 62.

Paterna lex.

1. Quam nunc populo dedi) In Liturgia Græca, quemadmodum & in nostra Latina, sacerdos pacem populo præcat, eamque vicissim populus ipsi à Deo petit. Vnde Chrysostomus lib. 1. de Compunct. cord. Nam osculum pacis porrigere tempore quo munera offeruntur, in usu est: sed vereor ne forte plures ex nobis labiis hoc tantummodo faciant, cum Christus pacem non ex ore sed ex corde desideret, & affectu velit proximum, non ex labiis saluari.
2. Quam & Dei, & cuius Deum) Paulus Philip. 4. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra. 2. Corinth. 13. & Philip. 4. Et Deus pacis erit vobiscum. Postremò Ephes. 2. Ipse est pax nostra.
3. Extera natio alienam) Barbari ex ultimis Septentrionis finibus in Thraciam infesto exercitu venerant, eamque omni belli clade peruastabant. Qui tandem à Theodosio conclusi atque oppressi sunt, quemadmodum narrat Nicephorus. Hanc porro hostilem barbarorum inuasionem Arianorum hæresi Theologus ascribit.
4. Qui angularem lapidem) Christus charitas in Scriptura dicitur, & pax, & lapis angularis, & petra, & lux, & Verbum. Ab his nominibus argumentum ducit Theologus, atque hinc colligit, eos qui disidiis contentionibusque delectantur, professioni suæ nullo modo respondere.
5. Ut cum cibi & somni & cantus) Hæc ab Homero petita sunt, qui in Iliade queritur omnium rerum satietatem ac fastidium præterquam belli, hominum animis obrepere.
6. Calculorum inuersio est) Metaphora ducta à iudiciis, in quibus sententiæ calculis ferebantur. Vnde apud Plinium in Epistolis, album calculum adicere, idem est, quod comprobare. Hos autem hoc loco perstringit Theologus, qui turpissimo contentionis studio, quo præcipites ferebantur, pietatis zelum prætebant.
7. Arbitrium prophanis committimus) Tanta rixandi & concertandi rabies animos eorum peruaserat, ut apud Ethnicos quoque sese mutuis criminibus maledictisque configerent, quemadmodum si hoc calamitosissimo & deploratissimo tempore, quo pestiferis disidiis Respub. Christiana concussa ac labefactata est, apud Iudeorum aut Turcarum aures alij alios proscindamus, quibus nullum spectaculum conflictationibus nostris incundius potest accidere.
8. A Christo accidisse perspicimus) Alludit ad illud Euangelij, Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet, & c.
9. Nihil supercolentes aut subcolentes) Greg. ὑπερκοινοῦς ἢ ὑποκοινοῦς. Poteramus hæc verba per periphrasim aliquanto latinus atque elegantius vertere. Sed ea totidem verbis quamuis non ita leniter fluentibus reddenda fuerunt. Alioqui ridicula fuisset hæc ἀεμίμητος, hoc est, ut cum Fabio loquar, præmolitio, quæ ad mitigandam ac velut excusandam horum verborum nouitatem à Theologo adiecta est, cum statim subiungit per parenthesis, Libet enim non nihil, & c.
10. Non satis molestiæ intulerat prauus Montani spiritus) De Montani & Nouati erroribus, vide Nazianz. Orationem de laude Heronis.
11. Non multum à prisca iniriandi ratione) In Phrygia sacerdotes Cybeles de more castrabantur, quemadmodum infra referemus in Orat. de Luminibus. In eadem regione Montanus hæresis suæ virus sparsit. Vnde & omnes ipsius sectatores Cataphryges dicti sunt. De quorum impuris & execrandis sacrificiis August. lib. de Hæresibus.
12. Galatarum amentia) Marcellianos significare videtur (nam Marcellus Galata erat) qui in eadem fere cum Sabellio hæresi erant, ac personarum Trinitatem negabant. De quibus præter Epiphanium vide Theodorit. in Opuscul. contra hæreticos.
13. Huiusce tempestatis sophistarum subdiuisio) Vel Macedonianos significat, qui Sp. sancto, non autem Filio, diuinitatē abrogabant, vel eos potius, qui Filium & Sp. sanctum creatos astruebant, ac Filium præstantiorem creaturam asserebant. De quo infra in Orat. de Baptismo.
14. De fraterno illo disidio) His verbis Apollinarium notat, qui mentem à Christo assumptam esse negabat. eoque alludit, quod mox subiungit, Circa mentem errore mentis affici, & c. Hunc porro quod nec Arij nec Macedonij pestifero dogmate infectus esset, non ita acriter insectatur Gregorius. Ac proinde non apertam hæresim sed ζοϋμαχίαν ἀδελφικὴν ei impingit: quod videlicet eum aliquando tandem ad meliorem mentem rediturum speraret, quemadmodum in epistola quadam ad Olympium testatur.
15. Atque ob eam causam in duos filios dissectus aut compositus) Nam cum intermedia mente diuinitas humanitati vnita sit, profecto quisquis mentem sustulerit, vel Christum in duo seuerit, vel certè composuerit. sublato quippe medio vel duo extrema secantur, vel inter se componantur. Quorum vtrunque in Christo absurdum est, perspicuè que impietatis.
16. Testamento reliquit) Christus Ioan. 14. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.
17. Dicamus, fratres) Hæc enim verba ita vertenda sunt, ut patet ex Nicetæ expositione in priorem Orationem de Paschate circa principium.

GREGORII NAZIANZENI IN
Plagam grandinis Oratio.

ARGVM. EX GRÆCO NICETÆ.

HANC orationem habuit Nazianzenus in plagam grandinis. Tiberinæ enim regionis, in qua natalitus ipsius Arianzi pagus situs erat, fruges iam maturæ grâdine percussæ fuerât. Quam calamitatem cum Gregorius pater ob populi scelera immissam fuisse cernebat, silentio utebatur. Theologus autem plebis impulsu in medium prodiens, patrem potius ad dicendum cohortatur, ut pote & virtute & ætate prouectiorem. Porro moralis est & suaserid hæc oratio, Nazianzenos ad penitentiam vitæque correctionem exhortans. Naturalem etiam philosophiam & placita philosophorum attingit, nec consuetæ Theologiæ est expers.



VID laudabilem ordinem soluitis: Quid legi seruienti vim affertis: Quid sermonem spiritui cedentem flagitatis: Quid relicto capite ad pedes accurritis: Quid Aaronem prætereuntes Eleazarum in medium producitis: Non æquo animo patior fonte obstructo torrentem cum impetu ferri, absconso Sole stellam ostentari, cedente canicie iuuentutem leges præscribere, tacente sapientia imperitiam iuuenili temeritate se in publicum inferre. Nam quemadmodum ingens pluuia nequaquam maiorem utilitatem parit, quam ea quæ minore copia labitur (quippe cum illa vehementia sua terram deuoluat ac distrahat, fortèque etiam ipsa agricolam mulctet: hæc autem leniter & tranquillè defluens altissimèque illabens pinguiorem terram efficit, & cultorem iuuat, spicamque ad maturum fructum nutrit) eodem modo nec copiosa verbisque affluens oratio sapienti oratione utilior censenda est. Illa enim exigua fortasse voluptate affectum auditorem relinquit, simulque cum percusso aëre dissoluitur, nec quicquam aliud virium habet, quam ut verborum lenocinio quasi præstigiis quibusdam auidas hominum aures deliniant: hæc verò mentem penetrat, dilatatumque os spiritu implet, nec in ipso ortu extinguitur, sed frugem ingentem paucis syllabis gignit. Nondum de vera illa & primaria sapientia loquor, cuius præclarus hic pastor & agricola arcem tenet. Prima sapientia, est vita proba & honesta, Deoque perpur-gata, vel certè se purgans, Deo inquam purissimo & clarissimo, solumque purgationis sacrificium à nobis requirenti, quod quidem cor contritum, & laudis sacrificium, & nouam in Christo creaturam, & nouum hominem, idque genus nominibus appellare Scripturæ sacræ familiare est. Prima sapientia est, sapientiam in verbis & dictionum argutiis & fucatis ac superuacaneis disputationibus sitam pro nihilo ducere. Atque utinam mihi potius quinque verba cloqui prudenter contingat, quam sexcenta in lingua & voce tubæ obscura & incerta, quæ militrem meum ad Spirituale bellum excitare nequeat. Hanc ego sapientiam laudo, hanc complector, cuius ope ignobiles claruerunt, ad quam viles & contempti homines cæteris prælati sunt, cum qua Piscatores vniuersum orbem Euangelij retibus cinxerunt, ac perfecto illo atque contracto verbo fluxam illam euandamque sapientiam profligarunt. Nec enim qui sermonum sibi comparauit sapientiam, hic protinus apud me est sapiens, nec qui volubilem quidem ac versatilem linguam habet, cæterum imperitum animum, illis utique sepulchris non absimilis, quæ quamuis externa pulchritudine & elegantia niteant, internè tamen cadaueribus scatent, multumque foetorem tegunt: verum is demum mihi sapiens videtur, qui pauca quidem de virtute verba facit, cæterum actionibus ipsis permulta demonstrat, vitæque integritate orationi fidem auctoritatè que conciliat. Præstantior meo quidem iudicio existimanda est pulchritudo ea, quæ oculis cernitur, quam quæ sermonis penicillo pingitur: & diuitiæ quas manibus tenemus, quam quas somnij errore nobis fingimus: & sapientia quæ operibus indicatur, quam quæ verbis splendet. Intellectus enim, inquit ille, bonus omnibus

Num. 20.
Ios. 24.

Similit.

Oratio copiosa nō est
utilior sapienti.

Psal. 80.

Vera & prima sapientia quæ.
Psal. 50.
Psal. 49.
2. Cor. 5.
Ephes. 4.
1. Cor. 14.

Rom. 9.

Mat. 43.
Quis verè sapiens.

Psal. 110.

bus facientibus eum, non item prædicantibus. Huius porro sapientiæ certissimus explorator tempus est, ac veræ gloriæ corona senectus. Nam si iuxta Solomonis meamque sententiam nemo ante mortem beatus habendus est, incertumque est quid postera dies paritura sit, (eò quòd terrena hæc nostra vita multis mutationibus obnoxia sit, atque hoc humilitatis corpus sursum deorsumque iactetur, atque in deterius immuteretur) quid tandem causæ afferri potest, quin is longum vitæ curriculum sine reprehensione confecit, & iam communis huius vitæ maris velut in portu est, tutiore ac proinde beatiore sit statu, quam is cui longa adhuc superest nauigatio: Ne igitur linguam illam claudas, quæ multa egregiè locuta est, quæ multos fructus & multos iustitiæ foetus protulit, cuius quot filij qualésque thesauri sint, attolle per gyrum oculos, & vide, totus hic populus, quem in Christo per Euangelium genuisti. Quocirca ne nobis suaues illos magis quam breues sermones inuideas, nec detrimenti illius, quod iam iamque accepturi sumus, velut præludium quoddam edas. Loquere, tametsi pauca, at mihi certè plurima atque iucunda: tametsi minus exaudibilia, at quæ tamen Spirituali clamore intelligantur, iuxta quem Deus tacentem quoque Mosem audit, ad eumque ait, Quid ad me clamas: cum tamen eum sola mente interpellaret. Hunc populum mihi compone, hoc est, alumno disciplinæ tuæ, deinde pastori, nunc autem principi quoque pastori. Doctrinam quandam de pascendi gregis ratione mihi trade: populum hunc obtemperare atque obedire doce: de præsentī plaga non nihil philosophare, de iustis Dei iudiciis, siue ea mente concipiamus, siue ob multam eorum abyssum cognitione minus assequamur. Doce quo modo & misericordia, ut est apud Esaiam, ad libram expendatur (nec enim Dei bonitas & clementia iudicio caret, ut cunque aliter illis visum sit, qui priores in vinea laborauerunt, imparem illam videlicet in æqua mercedis persolutione rationem nequam intelligentibus) & ira criminibus nostris proportionem respondeat (id quod poculum in manu Domini appellatur, & calix ruinæ qui ebibitur) tametsi alioqui omnibus de meritæ pœnæ atrocitate quidpiam remittat, iræque meracum clementia diluat: ita tamen ut ex asperitate quidem ad lenitatem & gratiam inclinēt, si quos metu castigari, & ex leui afflictione emendationem vitæ concipere & parturire, ac denique perfectum salutis spiritum procreare conspexerit, fæcem tamen interim hoc est extremam iram asseruet, ut eam totam in eos effundat, qui humanitate ipsius & facilitate ad eum non sanantur, ut etiam obdurescant, instar obduri illius Pharaonis acerbique operum iniunctoris, ad diuinæ aduersus impios potentæ specimen edendum reseruati. Explica, vnde huiusmodi plagæ & verbera fluant, quæque sit earum ratio: vtrum hic mundus temerario quodam & incondito motu gubernationisque omnis experti voluatur, & quasi nullus rerum moderationi præsit, casus & fortuna hæc ferant (ut hominibus stultè sapientibus placet, qui à præcipiti & caliginoso spiritu temere feruntur) an potius tota hæc rerum moles ut certa ratione atque ordine primùm creata, temperata, coniuncta, motuque agitata est, quemadmodum is solus nouit, qui motus auctor extitit: sic etiã prouidentie freno deducta in diuersum moueatur, & commutetur. Expone, vnde sterilitates, & à ventis importatæ calamitates & grandines, præsens nostra plaga & castigatio. Vnde aëris corruptiones, & morbi, & æstuantis terræ tremores, & maris eruptiones, & cælitus iniecti terrores? Quo modo creatura ad vsum hominum effecta, commune inquam illud & omnibus æqualiter expromptum oblectamentum à natura sua desciscat, atque in diuersum immutetur: ut quibus ornati gratiam Deo habere negleximus, iisdem nunc castigemur, atque ex his quæ patimur potentiam eam agnoscamus, quam ex beneficiis in nos collatis nequaquam agnouimus. Quo item modo aliis de manu Domini duplicia peccata donantur, ac per huiusmodi duplicationem mensura scelerum impletur, secundum quam etiam Israël emendatur: aliis rursus per septuplum in sinum redditum peccata exhauriuntur. Quenam præterea sit illa

Tempus est
explorator
sapientiæ.
Eccl. 8.

1. Cor. 4.

Exod. 14.

Esa. 16.
Matth. 20.

Esa. 51.
Psal. 74.

Esa. 25.
Fax iræ
Domini.
Exod. 5. 14.

Vnde plaga
& calamitates
& morbi.

Esa. 40.
Hier. 17.
Apoc. 18.

Psal. 78.
Gen. 35.

¹⁸ Amorrhæorum mensura nondum cumulata. Quoniam insuper modo peccator vel supplicio eximatur, vel rursus pœnas luat: illud, quia fortasse ad alteram vitam reseruetur, hoc, quia huius vitæ pœnis ad sanitatem reuocatur. Adhæc cur iustus vel affligatur, vt fortasse virtutis illius periculum fiat, vel læta omnia experiatur, vt conferuetur: ¹⁹ si quidem paupere animo præditus sit, nec iis rebus, quæ in oculorum sensum cadunt, ad modum sublimior: quorum vtrunque docet conscientia, hoc est domesticum & verum tribunal. Quæ denique hæc plaga, & quam ob causam inflicta, an vt virtus nostra exploretur, an vt scelus vindicetur: quodque præstet ea, vt peccati pœna (etiam si aliter res se habeat) deprimi, ac sub potenti manu Dei humiliari, quàm explorandæ virtutis nostræ causa immixtam existimare, ac proinde animo efferri. Hæc doce atque admone, ne grauius calamitate hac discruciemur, aut, quod plerique faciunt, in profundum malorum prolapsi contemnamus: verum prudenter hanc castigationem accipiamus, ne ad huius sensum obtupescendo grauiorem nobis accersamus. Acerba quidem res est, terræ sterilitas, & frugum pernicies (quis enim negauerit?) iam spe ipsa oblectantium, atque horreis appropinquantium. Acerba res, præmatura messis, & agricolæ laboribus suis ingemiscentes, ac velut mortuis fœtibus affidentes, quos miti pluuia enutritos fera & immanis pluuia demessuit, quibus non impleuit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit, nec propter ipsos benedictionem eam, quam viatores agricolis impertire solent, consecutus est. Miserum spectaculum, terra ignominiosè vastata, atque detonsa, suoque ornatu spoliata: quod & beatus Ioël deplorat, terræ calamitatem famisque cruciatum tragicè, vt si quis alius, exaggerans: & Propheta etiam alius pristinæ elegantia atque ornatu postremam deformitatem ex aduerso conferens. Etenim de Dei terram conquassantis ira verba faciens, in hunc modum loquitur: Anteriora eius, paradus deliciarum, at posteriora campus vastitatis. Acerba hæc quidem & certè peracerba, quandiu præsentia sola molestiam nobis afferunt, nondumque atrocioris plagæ sensus mœrore animum pulsant: quando quidem non secus atque in morbis, calamitas ea, quæ præsentis sensu doloris afficit, grauior semper videtur, quàm ea quæ nihil nobis molestiæ exhibet. Verum his multò acerbiora ²⁰ diuinæ iræ thesauri apud se continent, quæ vtinam vobis experiri nunquam contingat: nec verò experiemini, modò ad Dei miserationes confugiatis, eumque, qui vult misericordiam, lachrymis permoueat, ac morum emendatione quicquid deinceps iræ sequitur, auertatis. Adhæc lenitas & clementia est ea calamitas, in quam incidimus, mitisque correptio, ²¹ plagæque elementa teneram ætatem coercens: adhuc iræ fumus, suppliciorum præludium. Nondum ignem exurentem sensimus, hoc est concitatissimam Dei iracundiam, nec succensos carbones, id est, extremas pœnæ acerbitates, quam partim comminatus est, partim intentaui, partim vi compressit, partim etiam induxit: equè nimirum & per plagam & per comminationem nos erudiens, ac pro exuberanti bonitate sua semitæ iræ suæ ²² viam sternens, à minoribus quidem incipiens, ne asperioribus opus habeat, cæterum maioribus etiam coercens, si ea adhibere cogatur. Meminit Scriptura ²³ refulgentis frameæ, & gladij ebrij in cælo, qui iugulare, in nihilum redigere, liberis denique vsque ad carnes ipsas orbare iubetur, ac ne medullis quidem ossibusque parcere. Legimus etiam ²⁴ anxietatis perplexæque vrsæ more affectum eum qui omni animi perturbatione vacat, pardique instar ad viam Assyriorum occurrentem, non eorum tantum qui tunc erant, sed quoque eorum, qui vitæ perueritate Assyrium referunt, nec vllam valentissimæ ocysimæque ipsius iræ fugiendæ rationem esse, cum ad vlciscendas impietates nostras inuigilauerit, ipsiusque hostes zelus, qui aduersarios deuorare nouit, persecutus fuerit. ²⁵ Quid de concussione & excussione atque ebullitione dicam, cordisque confractio ac genuum dissolutione, atque eiusmodi supplicij, quæ impijs irrogantur? Nihil enim dico de futuri seculi tribunalibus, ad quæ transmittuntur, qui scelerum impunitatem

Conscientia
domesticum
tribunal.

I. Petri 5.

Prou. 18.

Psal. 128.

Ioël. 1.

Theauri
iræ Dei.
Matth. 9.Ezech. 21.
Esa. 34.
Deut. 32.
Esa. 10.
Osè. 13.

Naum. 2.

tatem in hac vita consecuti sunt: vt præstet hinc pœna affici atque purgari, quàm ad cruciatum illos transmitti, cum iam pœnarum tempus erit non expiationis. Quemadmodum enim is, qui Dei memoriam in terris colit, morte superior est, idque à Dauide præstantissimè sapientissimèque dictum est: ita his qui è vita excesserint, non est in inferno confessio, nec resipiscencia. Hinc enim Deus vitam & actionem, illic rerum gestarum censuram conclusit. ²⁶ Quid faciemus in die inductionis, cuius mihi terrorem Propheta quidam intentat, hoc est iuridicalis Dei aduersus nos contentio (siue illius ²⁷ in montibus & collibus ineunda, sicut Scriptura narrat, siue quæcunque tandem & quocunque loco futura sit) cū nos coarguet, atque ex aduerso stabit, peccata nostra, hoc est acres & acerbos accusatores nobis in facie statuens, acceptaque beneficia cū iis quæ iniquè admiximus, opponens, & ²⁸ cogitatione cogitationem conuerberas, & actionem actione coarguens atque conuincens, imaginisque vitis obsoletæ atque fœdatæ dignitatem à nobis exposcens: postremò nos abducat à nobismetipsis condēnatos atque ita conuictos, vt ne dicere quidē possimus nos iniquo iudicio circūuentos pœnas dare: quod quidē in hac vita tantā vim habet, vt ij qui supplicijs afficiuntur, eā pœnæ cōsolationem habeant. Illic autē quis patronus? quæ causificatio? quæ falsa defensio? quæ artificiosè cōparata orationis probabilitas? quæ ingenij solertia circūuento iudice veritatē opprimet, æquāque sententiā eludet, illam, inquam omnia ²⁹ omnibus in statera ponentem, actionem, sermonem, cogitationem, virtutesque cum vitis ex aduerso expendentem, vt pars propendens victoriam ferat, ac secundum id, quod numero superat, sententia pronuncietur: postquam non iam superest prouocatio, non iudex sublimior, non alia opera quibus pristinas labe expiemus, non deficientibus lampadibus oleum, quod vel à prudentibus virginibus mutuemur, vel à venditoribus emamus: non diuitis pœnitentia in flamma colliquescentis, consanguineisque suis emendationem vitæ requirentis: non denique vllum temporis spatium resipiscentiæ præstitutum: sed & solum erit, & postremum, terrorisque plenum tribunal, magisque etiam iustum quàm terribile, imò, vt rectius dicam, idcirco terribilius, quia iustum. Quo quidem tempore sedes proponuntur, & antiquus dierum iudex sedebit, & libri aperientur, & igneus amnis fluet, & lux in antica parte, & paratæ tenebræ, atque ad vitæ nunc quidem in Christo absconse, verum postea simul cum ipso manifestandæ, resurrectionem ibunt, qui bona fecerunt, qui autem mala egerunt, ad resurrectionem iudicij, quo etiam ³⁰ iudicis Verbi sententia, qui non credunt, ³⁰ condemnati sunt: atque vt illos lux omni oratione maior exceptura est, & sanctæ regiæque Trinitatis purius iam clariùsque collustrantis, totamque se cum tota mente miscens contemplatio (quam quidem ego vel solam regnum cælorum potissimum esse arbitror) ita hos contra præter alias vel potius ante alias pœnas id excruciat, quod à Deo abiecti sint, atque immortalis ignominia in conscientia iniusta. sed hæc posteriorius. Nunc autem quid faciemus fratres contriti & humiliati, & temulenti non à sicera nec vino ad breue tempus animum agitante, sed à plaga quam Dominus nobis intulit, ille, inquam, qui dicit, ³¹ Et tu cor mouere ac tituba, quique spiritus mœroris ac compunctionis poculum contemptoribus propinat, ad quos etiam hæc verba concinuntur, Videte contemptores, & inspicite, & miramini, & funditus interite. Quoniam modo enim crimina nostra coarguentem feremus? aut quid responsi dabimus, cum præter beneficia illa permulta, pro quibus nullam animi grati significationem edidimus, plagas etiam insuper nobis obiecerit, ac medicinam, qua sanati non sumus, ad calculum vocauerit, nosque prolem quidem verum reprehensibilem vocans, & filios quidem cæterum alienos, & à semitis nostris ob viæ difficultatem & asperitatem claudicantes sic allocutus fuerit: Quoniam ratione quoque modo erudire vos oportuit, quo vos non erudierim? lenioribus medicamentis? ea induxi: Aegyptium cruorem qui ex fontibus & fluuijs, & ex omni aquarum collectione bibebatur, hoc est primam plagam

Hic purgari
et puniri
præstat,
quàm in futuro
seculo
Psal. 6.Esa. 2.
Mich. 6.Iudicij
extremi
descriptio.Matt. 25.
Luc. 16.

Dan. 7.

Coloss. 3.
Ioan. 5.
Ioan. 3. 12.Regnū
cælorum
quid?Psal. 59.
Abac. 1.
Act. 13.Psal. 17.
Collatio
ca
lamitatis
præsentis
cum plagis
Ægypti.

præteriui. Ranas etiam & cyniphes ac cynomyas quæ deinceps sequebantur, prætermisi. A quinta plaga, id est à iumentis & bobus & ouibus auspicatus sum, ac ratione præditis animantibus adhuc parcens in bruta sola impetum feci. Vobis ea calamitas animum nihil tetigit, quin potius rationis minus participes minusque dociles vos expertus sum, quam illa ipsa quæ percussi. Pluuiam à vobis abstuli: pars vna imbre perfusa est: altera pars, cui pluuiam negaui, exaruit: ac dixistis, Strenuè nos geremus. Grandinem vobis immisi, contraria videlicet plaga vos castigans, vineas vestras & vuas abscidi: nec tamen improbitatem vestram protriui. Quinetiam ad me quoque, qui ne plagis quidem emendor, fortasse his verbis vitur: Cognosco te durum ac præfractum esse, collumque tuum neruum **10** ferreum esse: qui legem meam repudiabat, eandem nunc quoque repudiat: qui flagitiosè viuebat, in flagitiosa vitæ ratione perseuerat: nihil prodest cælestis animaduersio, nihil flagella. ³² Defecit follis, defecit plumbum, (quod prius quoque per Hieremiam vobis exprobraui) in cassum argentum constat aduersarius: scelera vestra non sunt liquefacta. Num me iratum sustinebitis, dicit Dominus. An non alias quoque plagas manus mea potest inferre? Adhuc penes me vesicæ sunt inferuescentes à camini fuligine, quam Moses aut si quis alius Mosis similis, iræ diuinæ minister in cælum spargens Aegyptum morbo castigat. Adhuc locusta, & tenebræ palpabiles, & plaga illa vt ordine postrema, ita dolore & acerbitate prima, nempe primigenorum strages & internecio, quam vt effugiamus, exterminatorémque à nobis auertamus, animi postes, hoc est contemplationem & actionem magno illo & salutifero signaculo nimirum noui Testamenti sanguine vnxisse præstiterit, atque vnà cum Christo in crucem tolli ac mortem obire, vt simul quoque cum eo & nunc & in postrema ipsius apparitione ad vitam redeamus, gloriâque afficiamur, ac non conquassemur & obteramur ac lugeamus, impuro spiritu intempesta nocte & in caliginosa hac vita nos percutiente, ac primigenos Deoque ³³ consecratos vitæ nostræ foetus motusque exterminante. Absit, vt cum aliis plagis his quoque probris me Deus insectetur, ad me ³⁴ ob meam obliquitatem in ira obliqua proficiscens: ³⁵ Percussi vos in aurigine & inflammatione & sideratione: nec quicquam profeci. Externè filiis vos orbavit gladius, nec sic **30** tamen ad me conuersi estis, dicit Dominus. ³⁶ Absit, vt dilecti illius vinea sim, quæ posteaquam consita fuit, & vallo munita, macerâque & turri cæterisque rebus, quoad eius fieri potuit, firmata, vastitate postea horrescit & spinas profert, ob eamque causam in eum contemptum venit, vt & turris deiiciatur, & maceria diruatur, nec iam putetur atque fodiatur, sed omnibus in direptionem & contumeliam & conculcationem obiiciatur. Hic meus timor est, hæc ratio: sic plaga hæc animum meum excruciat: atque idcirco huiusmodi precationem superioribus verbis adiungam. Peccauius, iniquitatem fecimus, impiè egimus, quoniam mandatorum tuorum memoriam abieciimus, & post cogitationem nostram peruersam ambulauimus, quoniam non vt Christi tui vocatione & Evangelio dignum erat, sanctisque illius cruciatibus, & ea deiectione, quæ nostra causa seipsum exinaniuit, munere nostro functi sumus: quoniam ³⁷ probro fuimus dilecto tuo, sacerdotes iuxta populûsque à te desciiuimus, omnes declinauimus, simul inutiles facti fuimus: non est qui iudicium & iustitiam faciat, non est usque ad vnum. Miserationes tuas & clementiam tuam & viscera misericordiæ Dei nostri vitiis nostris & consiliorum nostrorum nequitia & peruersitate nobis præclusimus. Tu bonus, at nos iniquè egimus. Tu lenis, at nos verberibus digni. Bonitatem tuam agnoscimus, tametsi stolidi atque vècordes. Leuibus flagris pro peccatorum nostrorum atrocitate affecti sumus. Tu terribilis, & quis resistet tibi? Terrore tuo montes contremiscent: & magnitudini brachij tui quis resistet? Si cælum clauseris, quis aperiet? Si cataractas tuas solueris, quis cohibebit? Facile est in oculis tuis pauperem facere & ditare, mortificare & viuificare, percutere & sanare, tuâque voluntas, absoluta est actio. ³⁸ Tu iratus es, & peccauius, ait ex veteribus **50**

Esa. 45.

Hier. 6.

Exod. 9.

Animi postes vngere.

Amos. 4.

Esa. 5.

Psal. 105.
Dan. 9.2. Paral. 36.
Psal. 13.
Peccata hominum sunt afflictionum.

Esa. 64.

ribus quidam Deo confitens. At ego in contrarium dico: Non peccamus, & tu iratus es: Idcirco vicinis nostris opprobrium facti sumus. Auertisti faciem tuam, & ignominia obruti sumus. Verum quiesce Domine, remitte Domine, propitius esto Domine: ne nos propter iniquitates nostras in finè tradas, nec supplicis nostris alios erudias, cum liceat nobis aliorum cruciatibus emendari. quorû tandè? Gentium, quæ te non nouerunt, & regnorum quæ imperio tuo parere detrectauerunt. At nos populus tuus Domine, & virga hæreditatis tuæ. Proinde castiga nos, verum in mansuetudine ac non in ira tua, ne paucissimos nos facias & contemptissimos omnium qui habitant terram. Hac ipse oratione misericordiam capto. **10** Quod si holocaustis etiâ aut sacrificiis illius iram placare licet, ne his quidâ pepercissem. Vos verò ipsi quoque pauidum sacerdotem imitemini. Ita facite dilecti filij, ita facite diuinæ increpationis clementiæque mihi participes. In lachrymis animas vestras possidete, iram cohibete, vestra vitæ studia & instituta meliora facite, ieiunium sanctificate, curationem proclamate, quemadmodum vos mecum beatus Ioël cohortatur, congregate seniores, infantes vbera lactantes, ætatem commiserandam, Deique misericordia præcipuè dignam. Nec me fugit, quid mihi quoque Domini ministro & vobis eundem honorem consecutis præcipiat, nimirum vt cum ciliciis templum ingrediamur, ac diu noctuque **20** inter gradus & altare lamentemur, corporis gestu specièque miserabiles, vocibus miserabiliores, tum nostra tum populi causa intentissimè clamantes, non labori non sermoni parcentes vllisque aliis rebus, quibus Dei indignatio sedatur, dicentes: Parce Domine populo tuo, nec des hæreditatem tuam in opprobrium, & que in eâ oratione postea sequitur: tantoque maiorem afflictionis & doloris partem nobis assumentes, quanto dignitate superiores sumus, nostro exemplo plebem ad compunctionem erudientes vitæque sceleratæ correctionem, quam vtique Dei lenitas virgæque retentio comitatur. Agedum igitur fratres omnes, adoremus & procidamus, & ploremus coram Domino, qui fecit nos pro ætatum sexuumque ratione distincti communem planctum instituamus, ³⁹ pro inuiso illi clamore supplicem vocem extollamus, eamque ad aures Domini sabbaoth efferramus: iram illius in confessione præoccupemus: ipsum denique vt iracundia inflammatum, ita lenem & placidum intueri cupiamus. Quis scit, inquit ille, an conuertetur, & pœnitentia tangetur, ac benedictionem relinquet? Ego verò id planè scio: ego misericordiæ diuinæ sponsor. Haud dubiè missa facta ira, quæ ipsius naturæ aduersatur, misericordiam, quæ ipsi naturæ inest, amplectetur. Ad illam enim à nobis vi pertrahitur: ad hanc suapte natura fertur. Cum igitur non nisi coactus percutiat, quid afferri potest, quin natua sua bonitate vtens indulgentem se nobis præbiturus sit, modò nosmetipsos nostri misereat, iustisque patris visceribus viam patefaciamus? Ac proinde in lachrymis seminemus, vt in exultatione metamus. Niniuitas imitemur, non Sodomitas. Peccato medeamur, ne cum peccato conficiamur. Ionam concionantem audiamus, ne ignis & sulphuris illuie obruamur. **40** Quod si Sodomis excefferimus, ad montem ascendamus, ad ciuitatem Segor confugiamus, ad Solis ortum eam ingrediamur, ne in tota vicina regione pedè figamus, ne huc atque illuc oculos versemus, ne alioqui in falis statuam concrescamus, columnam, inquam, sanè immortalè, animæque in vitium relabentis accusatricem. Illud cognoscamus, quod ⁴¹ omni quidem vitio carere, eiusmodi proculdubio est, vt humanum modum excedat, solique Deo conueniat: (nihil enim de Angelis dico, ne vitiis occasionem demus, improbisque contentionibus ⁴² fenestram aperiamus) contra perditè ac profligatè peccare, impuræ & aduersariæ dæmonum naturæ esse, atque eorum qui ipsius afflatu impelluntur: at verò è peccati cæno emergere, atque ad meliorem frugem redire, hominum esse, verum proborum, classisque salutem accepturæ. Nam etsi lutea hæc massa nonnihil vitij secum trahit, terrenumque hoc tabernaculum mentem sursum tendentem, aut cerrè ita creatam, vt sursum feratur, deprimit: **50**

Psal. 30.
Oratio Gr.
ad impetranda Dei misericordia.Ioël. 1. 2.
Quid faciè
dû tēpore
afflictionis

Ioël. 2.

Psal. 94.

Ioël. 2.

Deus natura sua propensus ad misericordiam.

Psal. 125.

Gen. 19.

Omni vitio carere Dei propriū est.
Perditè peccare dæmonū est ac reproborū.
E peccati cæno emergere electorum est.

opera tamen detur, vt diuina imago limum repurget, coniugatamque carnem rationis pennis subleuatâ in sublime ferat. Melius quidē & præstabilius nobiscū ageretur, si nec huiusmodi purgatione opus haberemus, nec omnino purgati fuissetus, integra videlicet atq; incolumi nobis manente dignitate illa, ad quam per huiusce quoque vitæ disciplinam contendimus, nec per amarum peccati gustum è ligno vitæ excidissetus: sed tamen illud potius expetendum est, vt peccantes castigemur, quàm vt in peccatum labentes nulla pœna coërceamur.

Quem enim amat Dominus, castigat, paternæque benevolentia argumentum est obiurgatio: contra omnis anima, quæ admonitionis est expertis, incurabilis manet. Quocirca nequaquam graue est plagis affici, sed plaga meliorem non fieri, grauius & acerbius est. Atq; eo nomine Propheta quidâ de duro illo atq; incircuncisum cor habente Israële verba faciens his verbis utebatur: Domine flagris eos cæcidisti, nec doluerunt: corripuisti eos, & disciplinâ accipere recusarunt. Ac rursus: Nec populus respuit, quoad percussus est. Et alio loco, Quare auersus est populus meus auersione praua, qua penitus exteretur ac delebitur. ⁴³ Horrendum est fratres, in Dei viuentis manus incidere. Horrendus vultus Domini super facientes mala, vitiūque funditus euertens & exterminans. Horrenda auris Domini vocem Abel etiam per tacitum cruorem intelligens. Horrendi pedes improbitatem cursu assequentes. Horrenda illa amplitudo, qua mundum vniuersum implet, vt nemini vsquam Dei commotionem atque iram effugere liceat, non si in cælum euolauerit, non si in infernum se contulerit, non si ad Orientem profugerit, non si in profundis maris gurgitibus aut extremis finibus sese abdidit. Quinetiam ante me Naum ille Elcesæus ⁴⁴ Niniuitarum onus in publicum efferens, Zeloten Deum perhorrescit, ac furibundo impetu inimicos suos vlciscentem, tamque effusa asperitate vtentem, vt ne secundam quidem aduersus sceleratos vltionem sibi reliquam faciat. Nam cum Esaiam audio Sodomorum populo, principibusque Gomorrhæ minitantem, ac dicentem, ⁴⁵ Vt quid vltra percutiemini addentes iniquitatē, minimum abest, quin totus cohortescam, lachrymisque confundar. Sceleris, inquit, accessioni & incremento pœnæ accessio iam nulla excogitari potest: Ita per omnia suppliciorum genera grassati estis, atque omne plagarū genus exhaustis, nouā subinde pœnā vitiis vestris accersentes. Non vulnus est, non liuor, non plaga tumens: corpore toto fusa est hæc plaga, prorsusque incurabilis. Nec enim fomentum imponere licet, nec oleum, nec alligaturam. Ac quæ deinceps in ea comminatione sequuntur, prætereo, ne presenti hac plaga vobis sim acerbior. Sed tamen huius calamitatis causam agnoscamus. Cur segetes siccitate affectæ sunt, horrea pudesacta sunt, pascua ouium defecerunt, extenuata sunt speciosa terræ, campi non pinguedine sed mœrore perfusi sunt, valles non frumento abundarunt, sed comploratae sunt, montes nobis, quemadmodum postea iustis viris, dulcorem non stillarunt, sed ornatum suum exuerunt & contempti sunt, ac ⁴⁶ montium Gelboë maledictionem contrario modo acceperunt. Facta est vniuersa terra vt à principio, cum nondum sua pulchritudine exornata esset. ⁴⁷ Visitasti terram, & inebriasti eam: sed visitatione mala & petniciosa ebrietate. Proh triste spectaculum! In culmo frugum vbertas nobis est, & ex paruis reliquiis sementis nostra cognoscitur, vixque primitiis Domino proferendis sufficit nostra messis, atque ⁴⁸ ex mensibus potius quàm ex manipulis agnoscitur. Tales sunt impiorum diuitia: tales malè seminantium messes: nimirum vt ⁴⁹ iuxta veterem maledictionem multa inspiciant & pauca in horreum inferant: serant, ac messem non faciant: vineas plantent, & vuas non exprimant: vbi decem iuga bouum operantur, amphoram vnâ impleant: apud alios frugum copiam audiant, cum ipsi interim egestate opprimantur. Vnde hæc tandem? & quæ nobis causa calamitatem hanc inuexit? Ne expectemus, dum alij nos coarguant: ipsimet in nos inquiramus. Magna vitij medicina est confessio, & peccati fuga. Primus ego, sicut populo meo iam pridem denunciaui, speculatoris-

que munere

Hebr. 12.

Prouer. 3.

Apo. 3.

Ob plagam

non conuer-

ti est grauis

simum.

Hier. 5. &

8.

Hebr. 10.

Psal. 33.

Gen. 4.

Gen. 3.

Hier. 23.

Psal. 138.

Naum. 1.

Esa. 1.

Ioel. 2.

Psal. 64.

Am. 9.

2. Reg. 1.

Psal. 64.

Vetus ma-

ledictio.

Deut. 28.

Esa. 5.

Sent.

Ezech. 3.

que munere functus sum (non enim venientē gladium celauit, vt & meam ipsius, & eorum qui audiunt, animas elucreret) sic nunc quoque populi mei contumaciam referam, peccatum illius mihi vendicans. Sic enim fortasse futurum est, vt non nihil clementia & respirationis impetrem. Alius nostrum pauperem oppres-

fit, terræq; partem aliquam interuertit, limitēque sceleratē vel furto vel aperta vt transgressus est, domūque domui, & agrum agro adiunxit, vt proximo aliquid extorqueat, pertinacique animo in hoc incubuit, vt vicinum nullum haberet, perinde ac solus habitaturus in terra. Alius vsuris & augmentis terram fœdauit, colligens vbi sementem non fecit, ac metens vbi non sparsit, non ex terræ cultu, sed ex pauperum egestate ac penuria facultates suas augēs. Alius aræ torcularisque primitiis Deum, cuius munere omnia habuerat, defraudauit, simulq; & beneficij immemorem se esse & stultum ostendit, non modò pro iis, quibus fruebatur, gratias nullas agens, sed ne hoc quidem, si nihil aliud, moliens, vt gratitudinē sua liberalitatem Dei sibi in futurum acquireret. Alius nec viduam nec orphanum miseratus est, nec pacem cibūque exiguum pauperi, vel Christo potius, qui per illos vel parcē nutritos alitur, impertiit: isque etiam fortasse qui multis opibus & quidem præter spem fruitur (nam hoc longè iniustissimum est) quique in multis horreis angustia laborat, eaque partim implet, partim euertit, vt futuris fructibus maiora extruat, illud ignorans fore, vt priusquam spei suæ compos fiat, morte abripiatur, rationēque reddendam habeat tum vbertatis & copiam, tum vanæ animi cogitationis, vt qui aliena bona malè dispensarit. Alius viam humilium inflexit, & iustum iniustis rationibus transuersum egit. Alius in portis corripientem odio habuit: piūque sermonem execratus est. Alius sagenæ suæ multa colligenti rem sacram fecit, pauperisque prædam domini habuit, aut Dei memoriam ex animo eiecit, aut certè illius malè recordatus est, dicens: Benedictus Dominus, quoniam diuites facti sumus: opesque ipsius beneficio consecutum iniquè existimauit, à quo pœnis quoque afficietur. Ob eas etenim causas venit ira Dei in filios contumaces. Ob eas causas vel clauditur cælum, vel perniciosè aperitur: eoque magis, si nec plagis quidem cæsi resipiscamus, atque ad eum qui natura sua ad nos appropinquat, accedamus. Quid ad hæc dicemus, qui frumentum emercamur, sordidūque postea quæstum ex eiusdem venditione captamus, temporūque difficultates obseruamus, vt opibus affluamus, & alienis calamitatibus insultemus, atque non vt Ioseph Aegyptiorum facultates dispensationis maioris causa (vtrunque enim pulchrè norat, rem frumentariam acruare atque partiri) sed vt impij & nefarij homines popularium nostrorum bona comparemus. Qui dicimus, Quando effluet mensis, vt rerum precia augeamus: & Sabbathata, vt thesauros recludamus: Qui duplici mensura ac statera æquitatem euertimus, ac plumbeā iniquitatis mensuram ad nos ipsos depri-

vimus. Quid ad hæc dicemus, qui querendarum opum nec finem nec modum vllum nouimus: qui aurum & argentum non fecus atque illi olim Baal & Astarten, & execrandum simulachrum Chamos adoramus: qui gemmarum luxus & splendoros consecramur, vestesque molles & diffluentes, quæ à tineis absumuntur, & latronibus ac tyrannis furibusque reconduntur: qui seruorum & quadrupedum gregibus gestimus, qui latifundiis montibusque dilatamur, & alia iam habemus, alia adiungimus, alia primo quoque tempore adepturi sumus, instar illius apud Solomonem sanguisugæ, cuius auiditas expleri nequit, quemadmodum nec inferni, nec terre, nec ignis, nec aquæ: nouūque orbem quem possideamus, quærimus, ac Dei terminis succensemus, vt minoribus quàm cupiditas nostra inexplibilisque auaritia postulet. Iam verò quid dicturi sunt, qui sublimibus thronis insident, imperiique laruam attollunt, superciliūque theatris ipsis sublimius: nec principem omnium Deum nec inaccessum illud veri regni fastigium animo perpendunt, vt subditis tanquam conseruis suis imperent, qui eadem clementia opus habent. Iam eos quoque mihi considera, quos diuinus Amos egre-

Peccata populi.

Matth. 25.

Luc. 12.

Heb. 1. 7.

Zach. 11.

Ephes. 5.

Hier. 23.

Gen. 41.

Amos. 8.

Zach. 5.

3. Reg. 11.

Prouer. 30.

Præpositum superbia.

giè perftringit, qui in eburneis lectis lasciuiunt, primæq; bonitatis vnguentis perfunduntur, atque ad musicorum instrumentorum sonos applaudunt, rebúsque fugientibus vt firmis & stabilibus addicti sunt, nec ⁶⁰ Iosephi calamitate afflictáque fortuna quicquam commouentur. Atqui faciendum ipsis erat, vt eos qui priores in calamitatem inciderant, beneficentia complecterentur, ac misericordia misericordiam sibi concilarent: oportebat, inquam, ⁶¹ pinum vlulare, quia cecidit cedrus, ac vicinorum plaga eruditi, atque per aliena mala res suas constitue- re, hoc vtique nomine præstantiorem conditionem habentes, quàm ij qui prius afflicti fuerant, quod ipsis alienæ pœnæ exemplo salutem consequi licet, non autem alios ipsorum calamitatibus erudiri. Hæc nobiscum philosophare, vir sacrosancte & diuine, quique multo tempore multam experientiam, ⁶² ex qua sapientia nascitur, collegisti. His populum tuum instrue. Doce panem esurienti frangere, & pauperes tecto carentes colligere, & nuditatem operire, nec consanguineos despiceré, ac præsertim hoc tempore, vt beneficentia nostra ex penuria sit, non ex redúdanti facultatum copia: quo munere Deus magis delectatur, quàm multis oblationibus magnisque largitionibus. Ad hæc, immo ante hæc, fac mihi Mo- sem & Phinees hodierno die referas. Sta pro nobis, & placa, & cesset quassatio: siue ⁶³ per spirituale sacrificium, siue per orationem ac spiritualem allocutionem. Domini iracundiam tua intercessione sedita: plagas deinceps sequentes compe- sce. Patris canicie moueri solet, pro filiis obsecrantis. Pro flagitiis præteritis ora: meliora in posterum de nobis pollicere. Offer populum calamitate ac metu pur- gatum. ⁶⁴ Corpoream alimoniam pete: angelicam etiam è cælo descendentem prius pete. Hoc si feceris, Deum nobis conciliabis, cælum mitigabis, matutinam ferotinamque pluuiam reddes: Dominus dabit benignitatem, & terra nostra da- bit fructum suum: hæc inquam inferior quotidianum, carnis autem nostræ terra sempiternum, quem diuinis horreis per te nos ac munera nostra offerentem, im- ponemus, in Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria in secula. Amen.

Zach. II.

Ad patrem

Iob. 12.

Esa. 58.

Luc. 21.

Psal. 84.

SCHOLIA FERRE TOTA EX GRÆCO NICETÆ

Commentario descripta.

1. Laudabilem ordinem) Nimirum vt iuuenes senibus, & filij parentibus cedant.
2. Legi seruienti) Quæ omnem omnibus in rebus honorem parentibus haberi præcipit: ac senes quidem loqui, iuuenes autem tacere iubet. Sic enim est apud Ecclesiasticum cap. 32. Loquere maior natu, decet enim te: cæterum cum accurata scientia. Et rursus, Loquere adolescens, vix cum necesse fuerit.
3. Fonte obstructo) Fontem, Solem, caniciem, & sapientiam patrem suum vocat: se autem torrentem, stel- lam, iuuentutem, & imperitiam. Ne quis porro obiiceret, patrem ipsius breui oratione vti, ipsum autem di- cendi copia valere: pluuie similitudinem adhibuit, cuius vtilitas non in redundantia copia & violento impetu, sed in mediocritate & lenitate sita est.
4. Cor contritum) Psalm. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicias. Psalm. 49. Immola Deo sacrificium laudis, &c. Quod sequitur, Nouam in Christo creaturam, sumptum est ex Epist. 2. ad Corinth. cap. 2. Ac denique noui hominis meminit Paulus Ephes. 4.
5. Quinque verba) Paulus I. Corinth. 14. cap. In Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & a- lios instruam, quàm decem millia verborum in lingua. Et paulò superius, Si incertam vocem dederit tuba, quis parabit se ad bellum? ita & vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur. Quorum verborum hic sensus est. Quod in tuba, est bellica significatio, hoc in linguarum do- no est interpretatio. Quemadmodum igitur tuba, nisi bellicum quiddam insonuerit, milites ad arma non exci- tationem quoque adiunxerit. Nisi enim qui adsunt, intelligant, frustra in aërem verba funduntur.
6. Ignobiles clauerunt) Per ignobiles & viles homunculos, Christi Apostolos intelligit, quemadmodum declarat vox Piscatoris, quam statim subiicit.
7. Perfecto atque contracto) Christus enim latissimam Moysi legem his duobus mandatis complexus est: Diliges Dominum Deum tuum, & Diliges proximum tuum sicut teipsum. Hæc porro verba sumpsit Theo- logus ex Paulo, qui Rom. 9. hæc ex 10. Esaiæ capite citat: verbum enim consummans abbrevians in equita- te: quia verbum breuiatum faciet Dominus super terram.
8. Corona gloriæ senectus) Efficit senectus, vt homini tutò gloriari liceat. Vt enim in palæstra is demum in tuto versatur, qui coronam est consecutus: sic etiam senex securè gloriari potest, vt cui nulla iam mutatio

timenda

timenda sit. Contra iuueni dicitur Eccl. 8. Ne glories in crastinum: incertum enim est, quid crastinus dies al- laturus sit.

9. Detrimenti illius) μέμην enim apud hunc auctorem plerumque non simpliciter pro futuro, sed pro eo quod mox euenturum est, accipitur. His porro verbis patris mortem innuit: quæ vt ab homine iam natu gran- di non longè abesse poterat.

10. Deinde Pastori) Id est, sacerdoti at que antistiti, Nunc autem principi quoque pastori. Ex Saisim enim iussu tuo huc translatus Pontificis munere fungor, ac populum doctrina instruo.

11. Imparem illam) Nam & si iniquum videbatur postremos, primis ex æquare, non tamen iniquum erat. Quoniam cum primorum labore compensabatur postremorum voluntas, id quod labori deerat, supplens.

12. Poculum in manu Domini) Dei ira & ab Esaiâ & à Davide poculum appellatur. Ille enim 51. cap. ait, Exurge Hierusalem, quæ poculum Dei ex manu Domini bibisti & exhausiisti. Hic verò Psal. 74. Calix, in- quit, in manu Domini vini meri plenus mixto, siue mixtione, καὶ ἐσθλαται. Et inclinavit ex hoc in hoc: ve- runtamen fæx eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ. Hoc itaque loco, per vini puri poculum ira nulla misericordia temperata intelligitur. Plenum autem mixtione idcirco dixit, quia Dei ira cum lenita- te & clementia permiscetur. Postremò per facem, diuinæ aduersus nefarios & impios homines iracundie reliquias significat.

13. Ex leui afflictione) Esa. 26. A timore tuo Domine concepimus, & parturimus, & peperimus spiritum salutis. Et rursus eodem cap. Domine in tribulatione recordati sumus tui: in tribulatione parua nobis casti- gatio tua.

14. Stultè sapientibus) vt Epicurus, qui diuinam providentiam sustulerunt.

15. Vnde sterilitates) Agg. 2. ἐπὶ τὰ ἔα ἡ μάστιξ ἀφορία, & ἀνεμοφθορία, & ἐν χαλᾷ. πᾶν τὸ ἐργαζόμενον ἐν ἐπι- στήλῃ καὶ ἐν ἕρῃ. Est autem ἀφορία fructuum labes & perniciēs. ἀνεμοφθορία corruptio à ventis inuecta: quemadmodum & in Cilicia Boream vehementius flantem, ac per vastum desertum grassantem, eoque in- calefcentem frugibus labem inferre, atque itidem Austrum in Ægypto. Iam verò quatuor sunt concretiones aquosæ humiditatis, quæ est in aëre: quarum duæ sunt super terram, nempe nix, si exigua sit humiditas, grando, si magna vis sit humoris: duæ item in terra, nimirum ros, si minor sit humoris copia: glacies, si ma- ior. Terrores autem cælestes sunt fulmina, tonitrua, & stellæ præter naturam existentes, cometae barbati, & foucarum igneæ figuræ.

16. Duplicia peccata) Esa. 40. Consolamini Hierusalem, quoniam impleta est humiliatio ipsius. Solutum est enim ipsius peccatum, quia accepit de manu Domini duplicia peccata. i. duplices pœnas pro peccatis.

17. In sinum) Dauid Psal. 70. in Iudæorum, qui ab Antiocho Epiphane acerbissimè vexabantur, persona loquens ait: Redde vicinis nostris septuplum in sinum eorum, improprium ipsorum, quod exprobrauerunt tibi Domine, id est, multò copiosorem illis pœnam irroga, sempiternaque eos ignominia affice. Sinus enim nomine vsus est, vt probrum eiusmodi intelligamus, quod nulla ratione excutere atque abiicere queant. Vn- de etiam Vnigenitus in Patris sinu esse dicitur, vt eum nullo modo à Patre separari posse discamus.

18. Amorrhæorum mensura) Genes. 15. Deus cum Abrahamo colloquens inter cætera ait, Nondum com- plete sunt iniquitates Amorrhæorum vsque in præsens tempus, id est, Et si Amorrhæi impiè & flagitiosè vi- uunt, tamen eorum scelus nondum eò magnitudinis peruenit, vt gentis illius internecione vindicandum sit.

19. Si quidem paupere animo præditus sit) id est, tentationis impetū sufferre nequeat. Vnde illud Eccl. 7. Calumniæ perturbat pauperem. Eoque etiam spectat illud Hierem. 5. Fortasse pauperes sunt, ac propterea non audiunt. ibo ad adulteros. Pauperes enim eos vocat, qui scientiæ penuria laborant, nec quantum ad interiorem hominem adhuc compositi & absoluti sunt, nec ad perfectam spiritualis ætatis mensuram per- uenerunt.

20. Diuinæ iræ thesauri) Deuter. 32. Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?

21. Plagæ que elementa) Quemadmodum præceptor puero, quem in disciplinam accepit, elementa pri- mum tradit, deinde syllabas: ad eundem quoque modum Deus primum nos per minores ac leuiore pœnas velut pueros ducit: ac deinde serie quadam atque ordine maiores grauiore que adhibet. Quod etiam ipsum indicare videtur Dauid Psal. 17. his verbis vtens: Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit. carbones succensi sunt ab eo. Quo loco per fumum diuinæ iræ principium, ac velut præludium significat: per ignem incitatisimam vim iracundie: ac denique per carbones extremas ipsius partes.

22. Viam sternens) Primum leges præscribit Deus, deinde iubet, mox pollicetur, tum minatur, exprobrat, pœnas intentat, se comprimit, minatur rursus, ac postremò plagam immittit, id que paulatim, nimirum corre- ctioni fenestram patefaciens.

23. Refulgentis frameæ) Ex diuersis Scripturæ libris hæc conflatæ sunt. Ait enim Ezechiel cap. 21. Hæc di- cit Adonai Dominus: Framea framea exacuere, & ira inflammare, vt cædes facias. Exacuere, vt sis in nito- rem, parata ad dissolutionem. Macta, ad nihilum redige. Ait rursus Deus per Esaiam cap. 34. Inebriatus est gladius meus in cælo. Quibus verbis nonnulli significari putant iræ diuinæ impressionem non solum in mor- tales venturam, sed & in impuros demones excursuram, pœnas ab iis ob subcælestia perditæ repetituram. Alij per gladium hostes Iudæorum intelligunt, per ebrietatem sanguinis saturitatem, per celum templum Hierosolymitanum, vt Dei domicilium. Quod autem sequitur, Liberis orbare, ex Deuteron. cap. 32. sumptum est. Foris enim, inquit, liberis eos orbabit gladius. Ille autem, Ne medullis quidem osibusque parcere, Esaiæ sunt Io. cap. Devorabit enim, inquit, ab animabus vsque ad carnes.

24. *Anxie perplexæ que vrsa*) Deus Israëlitis ostendens se, vt omnia pro potestate gubernantem, hostes in eos immisurum, pantheræ & pardo se comparat: vt hostilis incurfionis vehementiam celeritatẽque significet. Ait enim Ose. 13. Ero illis vt panthera atque vt pardus. Ad diditque, Occurrat eis, vt vrsa anxia atque perplexa. Quibus verbis tantummodo vis Dei vltrix intelligenda est, non autem quicquam aliud eorum, quæ vrsa insunt. Quemadmodum enim, inquit, vrsa in angustias redacta, preclusosque sibi omnes exitus cernens, aut etiam fame oppressa, incredibili quodam furore obuium quemque aggreditur: sic etiam hostes omni animorum impetu vos inuadent, nec misericordia vlla dignos habebunt.
25. *Quid de concussione*) Naum 2. Concussio & excussio & ebullitio & cordis confractio, & dissolutio genium, & dolor super omnes lumbos, & vultus eorum sicut nigredo ollæ. Est autem concussio, quando mouetur terra. Excussio, quando in sublime proiicitur. Ebullitio, quando feruore concutitur. Quæ igitur in terræ tremoribus fieri solent, ea in hostium assultu atque oppugnatione hoc loco Propheta posuit, futurum videlicet dicens, vt metu fluctuantibus cordibus genua debilitentur, & parturientium instar dolore afficiantur, atque ora eorum concreto sanguine liuescant, hoc est nigrorem contrahant, non secus atque illa igni admoda.
26. *Quid faciemus*) Apud Esaiam sic habetur, Quid facient in die visitationis, vt non incidant in inductionem? Quo loco per visitationem, vitæ censuram iudiciumque significat, per inductionem autem, condemnationem pænæ que inflictionem. Atque ea inductio Theologum terret.
27. *In montibus & collibus*) Mich. 6. Surge, contende iudicio aduersus montes, & audiant colles vocem tuam, & c. Quo loco iudicium montibus permittit, non velut cum ratione præditis verba faciens: sed quia montes quondam Assyriorum cadauera exceperunt, centum nimirum atque octogintaquinque millibus ab Angelo nocte vna trucidatis: id circo per montes Iudæis rerum in montibus gestarum memoriam refricare conatur. Esaias etiam cap. 10. elementa ipsa obtestatur, his verbis: Audite cæli, & auribus percipe terra, quia Dominus locutus est. Filios genui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me.
28. *Cogitatione*) Cogitatione cogitationem index ferit, bona nimirum malâ. Consimili modo actione actionem censet atque condemnat. Quare enim, inquit, hoc cogitasti ac fecisti, ac non illud potius: nostrasque cogitationes, sermones, & actiones tam bonas quam malas quasi ad libram exigit.
29. *Iudicis Verbi sententia*) Christus enim apud Ioannem ita loquitur: Iudicium omne dedit Pater Filio. Et rursus: Sermo quem locutus sum, ipse iudicabit eos.
30. *Condemnati sunt*) Sine quia hoc ipsum non credere, si absit respiciencia, supplicium est: siue quia vt is, qui cædem patrauit, quamuis iudicis sententia nondum damnatus sit, ipsius tamẽ facinoris natura damnatus est: sic etiam infidelis. Quemadmodum videlicet ipse quoque Adamus sententia & rei natura mortuus erat, tametsi viuere, quo die arboris fructum comedit. Nam qui pænæ obnoxium se reddidit, sub pænâ est, si nondum re ipsa, at certè sententia.
31. *Et tu cor mouere*) Ebibito videlicet iræ diuinæ poculo.
32. *Defecit follis*) Id est, delassatus est, qui consilia & admonitiones profert. Defecit plumbum, hoc est, purgans pænâ. Quandoquidem qui ex argento aliquid efficere moliuntur, ad expurgationem alterius materie, quæ ignis opera conficitur, plumbum assumunt. In cassum argentum constat argentarius, id est, sermo erudiens in cassum adhibetur. Nam corporeo quidem plumbo argenti sordes eliquantur ac purgantur: at spirituali plumbo, id est, purgante pænâ, improbitates quæ animæ vestræ naturâ sunt clauæ, sordes sunt, haud quaquam eliquatæ sunt.
33. *Consecratos vitæ nostræ fetus*) Nam primigeni quoque Hebræorum fetus Deo consecrari solebant.
34. *Ob me am obliquitatem*) Obliquitas, est auersio à recta via mandatorum Domini. Ira autem obliqua, est vehementior pænâ. Nam etiam ij qui obliquo ensis ictu feriunt, acrius vulnerant. Et leo furore succensus obliquè impetum facit. Aut, si manus, nobis à recta mandatorum Dei semita desectentibus, ipse quoque se auertit, & visitationis oculum obliquè torquet. Quod irascentium proprium est.
35. *Percussi vos in aurigine*) Amos 4. Percussi vos in aurigine & inflammatione & in sideratione. ac ne sic quidem ad me conuersi estis, dicit Dominus. Aurigo à flaua vile procreatur, quæ postquam nimium excreuerit atque inflammata fuerit, in superficiem extruditur ac diffunditur. Atque hinc fit, vt qui aurigine laborat, expallescat. Sideratio est cerebri cum pituita putrefactio. Inflammatio autem calor præter naturam, siue febris.
36. *Absit, vt dilecti illius vineæ sim*) Esa 5. Vineæ facta est dilecto meo in cornu, loco pingui. Et sepium eam, atque obuallui, & edificauit turrin in medio eius: & expectaui, vt faceret vvas, & fecit labruscas. Et paulò inferius: Nunc verò annuntiabo vobis, quid faciam vineæ meæ. Auferam sepem ipsius, & erit in direptionem, & diruam murum eius, & erit in conculcationem. Et relinquam vineam meam: non putabitur, nec fodietur. Et ascendent super eam vepres & spinæ: & nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem. Quo loco propheticè quidem per vineam, quæ dilecto hoc est Christo facta est, populus Israëliticus designatur, qui in pingui loco, hoc est Hierusalem terra fluente lacte & melle constitus est: per maceriam, lex: per turrin, templum: per vallum, diuinum auxilium à quo extollitur, ne hostium aggressioni pateat: per torcular, legalis preparatio & præmeditatio ad pietatem. Veruntamen pro sperata vva fert spinas, id est pro eo vt confitorem oblectaret ac refocillaret, ad pungendos & cruentandos eos, qui ad se accedebant, paratus semper fuit. Quis enim Propheta est, cui non manus attulerit? Quare maceria, hoc est lex ab eo ablata est, & turris cuersa, id est templum, ipseque Gentibus in prædam ac direptionem ac proculcationem expositus est: ac nunc

- ac nunc nec putatur, nec foditur, nec vlla cura dignus habetur. Spiritualibus nubibus, id est Prophetis, qui cælestes imbres frugiferis animabus instillabant, interdictum est, ne in Iudæam pluerent. Quocirca nunc in Synagoga illa silentiũ est verbi Dei, nec iam Propheta est, nec princeps, nec dux: sed horrenda serenitas & nubibus vacua. Morali autem sensu vnus quisque nostrum vinea est Christo confita: ac pro maceria habet sanctarum virtutum presidium, quo spoliatus aduersariorum direptioni & diaboli proculcationi exponitur, ac pro derelicto habitus instar neglectæ vineæ nec refecatur, id est aduersis casibus oppugnatur (quod ad eorum qui affliguntur, vtilitatem, Dei providentia contigit) nec foditur, id est terrenorum negociorum turbam non excutit, sed horum mole & grauitate premitur, nec ab anxietate liberam respirandi facultatem habet. Nam quemadmodum terra si à radice aliquantum distet, arbori in alimentum cedit: si autem ipsi incubuerit, eam opprimit: sic & pecuniarum copia si diuinitum capiti incumbat, eorum animos demergit: si autem à dominis suis ad pauperum inopiam subleuandam transferatur, tum ipsorum propria efficitur. Id præterea Dei consilio dispensatur, vt vinea spinas pariens, id est anima vitis imbuta non compluatur, quo videlicet in ipsa exarescant vitij propagines, quæ sunt ignis opera, flammæque alimentum.
37. *Probro fuimus dilecto tuo*) Probrum enim magistri malus discipulus.
38. *Tu iratus es, & pec.*) Verba Esa. sunt cap. 64. quasi diuina ira præcesserit, ac peccatum subsequutum fuerit. Nam cum Dei fauore atque auxilio nos reddimus indignos, tum demum ab eo deserimur, atque in peccatum prorumpimus. Vel, Tu iratus es, propter scelera nostra: atque ipsi atrocioribus peccatis nosmet obstrinximus. Theologus autem hoc ordinem inuenit, imò tuetur, dicens: Nos peccauimus, & tu iratus es.
39. *Pro inuiso illi clamore*) Quælis nimirum erat ille Sodomorum, de quo Gen. 19. Delebimus locum istum, eo quod increuerit clamor eorum coram Domino.
40. *Quod si Sodomis*) Fugiamus, inquit, vitium tanquam Sodomam: nec solum illud irretoris oculis fugiamus, sed etiam ad virtutis fastigium ascendamus, nec in circumiacente vitiorum regione maneamus: nec denique ad vitium relabamur, ne alioqui velut in columna insculptam accusationis materiam posteris relinquamus, iuxta illud Sapientie, Quoniam testimonium sceleris Pentapolitarum constitutum est, insidæque animæ monumentum fixum est, nimirum salis columna.
41. *Omni carere vitio*) Solonis hoc carmen est, & citatur apud Demosth. in Orat. pro Corona, *μὴδὲν ἀμάρτυρον ἕξι θεῶν ἐν πάλαι καὶ ποδοῦσιν.* Omnia præclare gerere, ac successibus vti Perpetuis rerum, nec quicquam errare, decorum est.
42. *Fenestram aperiemus*) Non dicam, inquit, Angelorum quoque esse peccare, ne hinc homines vitiorum illecebris dediti excusationem peccatis suis querant. Dicturi sunt enim, non mirandum esse homines in peccatum labi, cum ipsi Angeli etiam peccent.
43. *Horrendum est fratres*) Deus simplex est, & ἀγνώστos, id est nulla figura exprimi potest. Quæcumque autem de eo vt corporeo dicuntur, symbolicè dicuntur, ac sublimiorem quandam sensum habent. Per oculos igitur Dei in spectricem illius vim intelligamus, quam nulla res fugere potest. Per aures autem vim eam qua preces suscipit. Vultus item apparitionem eam & ostensionem, qua per opera perspicuum se reddit, significabit. Manus porrò vim in agendo efficacem. Pedes postremo incessum aduentum & præsentiam ad opem egeritibus ferendam, & hostes vlciscendos, aut aliam quandam actionem indicabunt. Hoc itaque sensu ait Paulus Hebr. 10. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Et David psalm 33. Vultus autem Domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum. Et Genes. 4. Et dixit Deus ad Cain: Quare fecisti hoc? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et de pedibus Genes. 3. Audierunt Deum ambulantem in paradiso ad vesperam. Horrenda denique illa mundi totius impletio Hierem. 23. Nunquid ego cælum & terram impleo?
44. *Onus Niniuitarum*) Cum promulgat commissam sibi aduersus Niniuitas prophetiam, quam accepit mente captus, id est, abreptus. Vnde apud 70. interpretes legitur *ἀνεμῶνα.* Quod Hieronymus ex Hebræis vertit onus.
45. *Vt quid vltra percutiemini*) Esaias cap. 1. Iudæos Sodomitis conferens ait: Quid vltra percutiemini? Quamque insanabilis sit eorum morbus, vt pote omnibus corporis partibus diffusus his verbis ostendit: Non iam fomentum adhibere licet, nec oleum, nec alligaturam: quemadmodum in vulneribus fieri solet. Grauior enim morbus est, quam vt his remediis cedat. Vlnus enim & liuor ac tumor quasdam tantum corporis partes obsident: at vos vnitim morbus diuexat: ita vt perturbata atque confusa omnia sint, simulque & vlnus sit, & liuor, ac tumor. Ac proinde iam nec fomentum, nec olei, nec ligaminum auxilia quicquam vtilitatis attulerint: hoc est nec sermo inanes animi tumores clementer emolliens, nec doctrina versutos & malignos mores quasi liuorem quandam cum miseratione & condolentia mitigans, nec denique oratio homines turbulentos, & ad seditionem concitatos vlnus instar colligans.
46. *Montium Gelboë*) Dicebat enim Dauid Saulis & Ionathæ morte afflictus ac mærore profligatus: Montes Gelboë non cadat super vos ros nec pluuia. Hic autem perinde ac quispiam non siccitatem sed contrariam labem imprecatus esset, grandio in montes illapsa est.
47. *Visitasti terram*) Olim, inquit, visitasti terram, vt eam omnibus bonis cumulares, iuxta illud Dauidis psalm. 64. Visitasti terram & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam. At nunc eam longè alio modo visitasti: vt iam illud experiamur, quod tu per Hieremiam cap. 11. dicitur: Visitabo super vos in malum dicit Dominus.

48. Ex mensibus potius) Tanta est, inquit, nostra calamitas, tanta frugum penuria, ut non ex manipulo- rum aceruis messim agnoscamus, sed eius tantum ex mensuram ratione coniecturam faciamus.

49. Iuxta veterem maledict.) Deuteron. 28. Sementem multam iacis in terram, & modicum congrega- bis. Vineam plantabis, & vinum non bibes. Itidem quoque Aggeus cap. 1. Seminastis multum, & intulistis parum. Respexistis ad multa, & facta sunt pauca. Consimiliter etiam Michaeas cap. 6. Tu seminabis & non metes: tu exprimes oleas, & non ungeris oleo: uas, & vinum non bibes. Quibus etiam consona sunt, quae ait Sophonias cap. 1. Edificabunt domos, & non habitabunt: & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. His quoque non incommodè adiungi possunt, quae habentur Esa. 5. Vbi arant decem iuga boùm, fa- cies amphoram unam. Quod autem de gladio & speculatoris officio sequitur, sumptum est ex cap. 33. Ezechielis.

50. Iustis iniustis rationib.) Verba Esaiæ sunt hæc, ἐπὶ ἀδικίᾳ αὐτῶν ἀδικῶσιν. i. subdolis suis sermonibus simplicitatis alumnos à recta vitæ ratione auerterunt.

51. Sagenæ suæ) Habacub 1. cap. de Rege Nabuchodonosor vaticinium edens, Propterea, inquit, immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo, id est, viribus copisque suis, quibus Israelitas quasi euerriculo attraxit, victoriam assignabit, nec Deo gratiasaget.

52. Malè recordatus est) Qui raptis aliorum facultatibus id quod est apud Zach. cap. 11. ait, Benedictus Dominus, quia diues factus sum: is Dei malè recordatur. Ac proinde ad eum Deus id quod Psalm. 49. habe- tur, dicturus est: Existimasti inique, quod ero tui similis. Iudicasti enim me tibi ad alios facultatibus suis spo- liandos adiutorem fuisse, cum ego hoc nomine te supplicio sim affecturus.

53. Ad nos appropinquat) Hierem. 23. Deus appropinquans ego sum, & non Deus de longe. Adiecit autem Theologus, Natura suæ, propter eam necessitudinem, quæ animæ cum Deo intercedit.

54. Dispensationis maioris causa) Ille enim frumento omni collecto totam Ægyptum Pharaoni compara- uit, atque ad eum Ægyptios ipsos in seruitutem ipsi subiecit: ut terra excoleretur, populusque aleretur, nec fame interiret. At isti frumentarii negotiatores, idcirco frumentum emunt, ut fratres suos opprimant.

55. Quando effluet mensis) His verbis Amos cap. 8. crudelitatis istos negotiatores accusat, qui finem men- sis semper expetunt, ut sœnora sœnoribus adiicientes rerum suarum precia intendant. Et quoniam Deutero- nom. 1. cap. scriptum est, Septimo quoque anno dimissionem facies, idcirco ipsi quoque annorum hebdoma- des effluere cupiunt, ut postea apertis thesauris sœnerentur: nec propter legem debitum remittere necesse habeant. Nec eo contenti, parua quoque mensura dantes ad magnam mensuram exigunt ea, quæ recipiunt.

56. Ac plumbeam) Zacharias cap. 5. Ecce, inquit, talentum plumbeum efferebatur: & ecce mulier una se- debat in medio mensuræ. Et proiecit lapidem plumbi in os eius. Peccati pondus natura sua grauissimum est, quemadmodum & plumbi. Zacharias itaque peccatum sub mulieris forma conspiciatur. Ex voluptate si- quidem vitia maxima ex parte nascuntur. Peccatum porro cernit instar grauissimi plumbi iniquitatis ori insidens, iuxta id quod habetur Psalm. 106. Omnis iniquitas oppilabit os suum. fructus verò peccati ignomi- nia. Vel, plumbum grauitatem peccati significat, quod peccati conuictos in profundum inferni præcipites agat. Mensura autem, diuinæ erga peccatores lenitatis & patientiæ finem, pœnæque principium. Neque enim liberum illis erit in infinitum peccare, sed iam iamque grauissimas pœnas luent. Hic autem Gregorius plumbeam mensuram ad eos accommodat, qui cum id recipiendum est, quod ad sœnus dederunt, grauissi- mis ponderibus vtuntur.

57. Querendarum opum) Vbi sunt, inquit Hieremias, qui argentum & aurum thesaurizant, iisque con- fidunt, nec querendarum opum finem vllum faciunt? Ac profecto non immerito huiusmodi homines sug- gillat. Nam qui legitimis finibus semel excesserunt, nec vrbibus vitæ necessariis, sed voluptatibus egestatem definiunt: iis vtique similes existimandi sunt, qui in prouum feruntur. Vt enim illi, quia nihil firmum ac sta- bile habent, in quo pedem certo figere queant, vltius volui non desinunt: sic etiam isti quod plura quæse- rint, eò maiori congerendarum opum studio inardescunt. Ac proinde non abs re dicebat Solon,

ἄλυστον ἂν οὐδὲν τίμα, περὶ σπέρματι δὲ δόξα καί τιμα.
Fixus opum non est limes mortalibus vllus.

58. Chamos) Moabitæ Chamos colebant, Sidonij Astarten, 3. Reg. 11. Astartes autem Veneris sidus est. Ba- bylonij sacerdotes Baal siue Beel.

59. Sanguisuga) Prouerb. 30. Sanguisuga tres sunt charissima filia: non eam exatiarunt. Sanguisuga dia- bolus est sanguinis sitiens: tres ipsius filia tria capit alia vitia, libido, auaritia, & ambitio, à quibus ita in- gurgitatur, ut tamen nunquam fames ipsius expleatur. Eodem cap. mentio fit inferni ignis, terræ, & aquæ, quæ nunquam satiantur.

60. Iosephi calamitate) ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ ἰωσήφ. Per Iosephum Iosephi tribum intelligit.

61. Vlulare pinum) Zach. 11. Vlula pinus, quia cecidit cedrus. Quibus verbis propheta nos admonet, ut diuitum calamitatibus erudiamur, ac dum eos qui opibus ac potètia nos antecellebant, prostratos atque op- pressos videmus, eorū exemplo perterriti nobis melius consulamus. Cedrus quippe proceritate pinū superat.

62. Ex qua sapientia nascitur) Alludit ad illud Iob cap. 12. In multo tempore sapientia, & in multa vita scientia.

63. Per spiritale sacrificium) hoc est, ut exponit Nicetas, τὸ ἱερουργεῖν.

64. Corpoream alimoniam) Nicetas τὸν κοινανὸν ἀπὸ τῶν ἐπιποιοῦν exponit. Et certè Basilius τὸ ἐπιποιοῦν πο- cem ad eundem modum interpretatur.

GREGORII NAZIANZENI DE Pauperum amore Oratio.

ARGVM. EX GRÆCO NICETÆ.



VASORII generis est hæc Oratio, ad bene de pauperibus & agrotis merendum exhor- tans. Eorum autem causa potissimum habita est, qui in Basiliadis valetudinario lepra labo- rabant: quod quidem Basilius magnus extruxerat, eosque ibi collectos curabat. Parhetica est autem & moralis hæc Oratio: interdum tamen etiam dogmata quedam & naturæ di- sciplinam attingit, cum videlicet antithesi quadam in argumentum incurrunt.

10



IRI FRATRES, & mecum paupertate coniuncti (quam- uis enim hominum opinione atque iudicio alij aliis, si² ad exi- guam lancem expendantur, antecellant: pauperes tamen om- nes in vniuersum sumus, gratiæque diuina indigemus) hanc de pauperibus amandis Orationem non malignè sordideque, sed benignis candidisque animis accipite, ut regni cælestis opibus affluatis: ac communibus votis mecum exposcite, ut eam affa- tim copiosèque vobis subministrem, orationisque & doctrinæ pubulum anima- bus vestris porrigam: panemque spiritualemente fame laborantibus frangam, siue

Pauperes omnes esse.

20

prisci illius Mosis in morem³ cibum cælitus depluens, panemque Angelorum impertiens, siue paucis panibus myriades etiam hominum ad satietatem vsque in solitudine alens, quemadmodum postea Iesus fecit, verus inquam ille panis & veræ vitæ auctor. Est quidem haud admodum promptum & facile in tanto vir- tutum numero eam, quæ cæteris præstet inuenire, eique primas honoris partes laudisque palmam dare: nec minus vtique arduum, quam in prato quodam plu- rimis suauissimisque floribus ornato florem omnium præstantissimum fragran- tissimumque reperire, alio nimirum aliàs olfactum prospectumque ad se retrahente, nosque primùm ad sui collectionem inuitante. Quantum tamen ipse assequi possum, ita res distinguenda atque consideranda est. Præclara virtus est fides, spes

Exod. 16.

Math. 14.

30

charitas, tria hæc: ac fidei quidem testis est Abraham, qui iustitiæ laudem ob fi- dem consecutus est: spei Enos, qui primus spe adductus est, ut Domini nomen in- uocaret, iustique etiam omnes, qui propter spem afflictiones & ærumnas ferunt: charitatis Diuus Paulus, eò audaciæ progressus, ut Israëlitis causa sibi grauius ali- quid imprecaretur, Deusque etiam ipse, qui charitatis nomine appellatur. Præ- clara virtus est hospitum amor: testimonio est, si de iustis agamus, Loth Sodomita, moribus tamen nequaquam Sodomita: si autè de sceleratis & flagitiosis, Raab meretrix, non tamè animo & voluntate meretrix, cui bene de hospitibus meren- di studium & laudi fuit & saluti. Præclara virtus fraternus amor: eiusque rei locu- pletem testem habemus Iesum, qui non modò frater noster vocari, sed etiam sa- lutis nostræ causa supplicio affici sustinuit. Præclara virtus humanitas: ac testis est idem Iesus, qui non solum hominem propter opera bona creauit, atque imagi- nem ad res præclarissimas ducem supernorumque bonorum conciliatricem car- ni coniunxit, sed nostra etiam causa Homo factus est. Præclara virtus est lenitas & æquanimitas, quemadmodum idem ipse nobis abundè testatur, ut qui non so- lum Angelorum legiones ad eorum, qui violento & barbaro impetu in eum in- furrexerunt, oppressionem recusauit, nec Petro solum ob sublatum gladium suc- censuit: verum ei quoque, cui vulnus inflatum fuerat, aurem in integrum resti- tuit. quo etiam in genere Stephani deinde Christi discipuli virtus enituit, cum pro iis, à quibus lapides in ipsum iactabantur, preces fudit. Præclara virtus est cle- mentia: testes prodeant Moses & Dauid, quibus præ cæteris virtutum ornamen- tis ea laus Scripturæ testimonio tributa est: prodeat etiam horum magister, non contendens, nec clamans, nec in plateis vocem emittens, nec iis, à quibus ad ne- cem ducebatur, obluens. Præclara virtus est zelus: testis Phinees, qui Madiani-

Gen. 15. Genes. 4.

Rom. 9. 1. Iob. 4.

Gen. 12. Ios. 6.

Hebr. 2.

40

zelus.

Luc. 22. Iob 19.

Act. 7. Num. 12.

Psal. 131. Esa. 42.

Matt. 12. Num. 25.

zelus.

tidem & Israëlitam vno eodémque ictu tranffixit, vt Israëlis filios à probro & dedecore vindicaret, atque ex animi instituto ⁴ nomen traxit: testes etiam post eum illi, qui his verbis vtebantur, Zelo zelatus sum pro domino omnipotente. Et Zelotypus sum erga vos, Dei zelo. Et, Zelus domus tuæ comedit me: nec solum hoc dicunt, sed etiam sentiunt. Præclara res est corporis fuggillatio atque cõtu-
 3. Reg. 19.
 2. Cor. 11.
 Psal. 68.
 1. Cor. 9.
 10.
 Matth. 4.
 Matth. 26.
 1. Cor. 7.
 2. Reg. 23.
 1. Paral. 11.
 Monastica
 Vita.
 Luc. 6. 19.
 3. Reg. 17.
 Philip. 2.
 Esa. 53.
 Ioan. 13.
 Luc. 19.
 Matth. 19.
 Cõrẽplatio
 Actua vi-
 ta.
 Luc. 10.
 Ioan. 14.
 Matth. 7.
 1. Cor. 13.
 Matt. 22.
 Sent.
 Psal. 84. 88.
 Iac. 2.
 sio: id tibi Paulus persuadeat, se ipsum adhuc coërcens, ac per Israëlem iis, qui nimium sibi ipsis fidunt, corporique indulgent, terrorem iniiciens, atque adeo Iesus ipse ieiunans atque tentatus, tentatorémque superans. Præclara res est oratio & vigilia: cuius rei fidem tibi faciat Iesus, sub Passionis tempus somno bellum indicens, precibusque incumbens. Præclara res est castimonia & virginitas: fidem
 10
 arroga Paulo de his rebus leges instituenti, ac matrimonij & virginitatis causam iustè incorrupteque disceptanti, ipsique etiam Iesu ex Virgine nasceti, vt & procreationem honore afficiat, & virginitatem honore præferat. Præclara res est continentia: moueat te Davidis auctoritas, qui vt æquè Bethleemitici putei copia ipsi facta est, & bibere noluit, sed eam tantum libauit, nec sitim suam per aliorum cruorem explere sustinuit. Præclara res est solitudo, & vita ab hominum cœtu commerciõque semota: idque nunc docet Eliæ Carmelus, Ioannis desertum, ac mons denique ille, ad quem sæpenumero Iesus secessisse, secumque per ocium versatus esse perspicitur. Præclara res est frugalitas, vitæque parcimonia:
 20
 documento mihi est Elias apud viduam conuiescens, Ioannes cameli pilis corpus obtegens, Petrus lupinis minuto assè uenientibus famem pellens. Præclara res humilitas animique demissio: eiusque multa exempla passim habemus, ac præcæteris mortalium omnium Seruatorem ac Dominum, qui non modò seipsum ad formam vsque seruilem deiecit, sputorumque probro contumeliæque faciem supposuit, & cum sceleratis teputatus est, is inquam, qui mundum à peccati labe purgabat: sed etiam discipulorum pedes seruili specie abluit. Præclara res est facultatum iactura, & pecuniarum contemptus: testis est Zachæus, atque etiam Christus: ille dum Christo domum suam ingredienti propemodum omnes suas opes dono obtulit: hic dum adolescentem illum alloquens perfectam vitam ea re definiuit. Atque vt compendiosius adhuc de his rebus agam, præclara est con-
 30
 templatio, præclara item actio: illa hinc assurgens, atque in Sancta sanctorum contendens, mentemque nostram ad id quod ipsi cognitum est, reuehens: hæc verò Christum hospitiõ excipiens, officiosèque colens, ac vita ipsa & moribus vim sui erga eam amoris testificans. Horum vnumquodque vna quædam salutis via est, atque ad aliquam omnino beatarum illarum & æternarum mansionum ducens, quandoquidem vt diuersa vitarum genera atque instituta, ita multæ quoque apud Deum mansiones sunt: ac cuique pro merito suo & dignitate tribuuntur. Ac proinde alijs hanc virtutem assequi studeat, alius illam, alius plures, alius, si fieri potest, omnes: hoc tantum agat, vt incedat, porròque progredi concupiscat, eiusque, qui viam præclare monstrat, gressusque nostros regit, ac
 40
 per angustam viam atque portam ad futuræ beatitudinis latitudinem nos ducit, vestigijs insistant. Si tamen ex Pauli atque ipsius etiam Christi sententia & auctoritate charitatem, vt Legis & Prophetarum caput, præceptorum omnium primum maximumque censendum est: huius potissimam partem in eo sitam esse comperio, vt pauperes amore & beneuolentia complectamur, atque eorum, qui nobis cognationis iure sunt coniuncti, calamitate moueamur, atque doleamus. Neque enim vlla omnino res est, quæ Dei beneuolentiam perinde conciliet, ac misericordia (quandoquidem nec quicquam est, quod Deo congruentius offerri possit, vt pote quem misericordia & veritas antecedant, eique misericordia ante iudicium offerenda sit:) nec vlli allj rei potius, quàm humanitati & commiserationi commiseratio & humanitas ab eo rependi solet, qui summa æquitate quemque remuneratur, atque in lance & mensura misericordiam constituit. Porro cum iuxta legis illius edictum, quæ & cum gaudentibus gaudendū, & cum
 50
 iis

iis qui in fletu lachrymisque versantur, gemendum esse præscribit, pauperes omnes & quauis calamitate pressos afflictosque miseratione prosequi, & cum homines ipsi sumus, benignitatem hominibus erogare debemus, siue ob viduitatem ea opus habeant, siue orbitatem, siue exilium, siue dominorum sæuitiam, siue principum acerbitatem, siue eorum qui legendis tributis sunt præfecti, inhumanitatem & importunitatem, siue latronum cruentam audaciam, siue furum inexplebilem auaritiam, siue bonorum proscritionem, ac denique naufragium (omnes enim æquè miserabiles sunt, atque in manus nostras intuentur, vt nos Dei manus, cum re aliqua egemus, intueri solemus) cumque ij rursus, qui nulla
 10
 sua culpa præterque morem afflictantur, maiori misericordia digni sint, quàm ij quibus iniquiore & acerbior fortuna vt consuetum est ac familiare: tum verò nos ij præcipuo quodam miserationis affectu permouere debent, qui sacro morbo labefactati atque infecti sunt, & ad carnes vsque atque ossa & medullas (quod quibusdam Scriptura minitatur) exesi consumptique, atque ⁸ ab hoc flagitioso & infido corpore prodi: cui quonam modo coniunctus sum, haud equidem scio: quòque pacto simul & imago Dei sum, & cum cœno volutor: quod & ⁹ cum incolumi valetudine est, bello me infectatur, & cum bello premitur, excruciat, mœrorèque afficit: quod & vt conseruum amo, charumque habeo, & vt inimicum infestumque detestor: quod & vt vinculum fugio, & vt eiusdem hæreditatis particeps reuereor. ¹⁰ Si macerare & debilitare contendā, iam non habebō, quo socio & administro ad res præclarissimas obeundas vtar, nimirum haud ignorans cuiusnam rei causa procreatus sum, quòdque mihi faciendum est, ¹¹ vt per actiones ad Deum ascendam: sin contra vt cum adiutore & administro mitius indulgentiusque agere mediter, nulla iam ratio occurrit, qua rebellantis impetum fugiam, omninòque à Deo excidam necesse est, ¹² corporis compedibus degrauatus, in terram detrahentibus, vel detinentibus. Hostis est blandus & facilis: infidiosus amicus. Proh Deum immortalem, quæ istæ coniunctio est: quæ inimicitiarum diffidiūque ratio! quod vereor, amplector: quod amo, perhorresco. Antequam bellum geri cœptum sit, in gratiam cum eo redeo: antequam pax
 30
 sit constituta, ab eo dissideo. Quanam hoc Dei sapientia, quonam magno & arcano consilio mihi hoc accidere dicam? an hoc agit, vt ¹³ cum Dei pars simus, atque supernè fluxerimus (ne ob huiusmodi dignitatem altius efferamur atque intumescamus, Creatorémque contemnamos) ob eam quæ nobis est cum corpore, colluctationem ac dimicationem eum semper intueamur, omnesque spes nostras in eo positas habeamus, atque ita connexa nobis infirmitas dignitatem refrenet atque coërceat? an vt intelligamus nos maximos simul atque abiectissimos esse, terrenos & cælestes, temporarios & immortales, lucis & ¹⁴ ignis siue tenebrarum hæredes, prout ad alterutrum horū nobis propendere contigerit. Hæc nostra temperatio est, atq; ob has causas, quantum quidem ipse perspicere possum, vt cum imaginis dignitas nobis animos extulerit, terra eosdè deprimat contrahatq;. Sed de his qui volet, disserat, nòsque etiam commodius aliquando differemus. Nunc verò, quod, carnis meæ atque infirmitatis vicem in aliorum calamitatibus ægerimè ferens, dicere institucram, faciendum nobis est, fratres, vt cognatum & conseruum corpus curemus (etsi enim me animi affectus eò abripuit, vt illud tanquam inimicum & infestum accusarem: tamen propter connexionis huius auctorem, velut amicum amplector) & quidem curemus non minus aliorum corpora, quàm suum quisque corpus, tam eorū qui sanitate fruuntur, quàm qui ab eodem morbo absumentur. Omnes enim vnum in Domino sumus, siue diues siue pauper, siue seruus siue liber, siue sanus siue corporis morbo
 50
 correptus, atque vnum omnium caput, ex quo omnia, Christus. quòdque membra inter se sunt, hoc quisque alteri, atque omnibus vniuersi. Ac proinde contemnendi ac negligendi non sunt, qui in communem infirmitatem priores lapsi sunt: nec magis acquiescendum est, quòd corpora nostra bellè habent, quàm lu-

Rom. 12.

Leprosi misericordia maxime digni.

Galat. 5.

Rom. 12.

Galat. 3.

Eph. 1. 4. 5.

gendum, quod fratres misera valetudine afficiuntur. quin potius ita existimare debemus carniū animarūque nostrarum incolumitatem in eo positam esse, ut de illis bene mereamur. Ac rem quāso ita expendamus. Aliis egestas sola calamitosa est, quam fortasse vel tempus, vel labor, vel amicus, vel propinquus, vel temporis mutatio sustulerit: iis autem nihilominus hæc quoque grauis est, immo eò etiam grauior, quòd vnà cum carnibus & laboris suscipiendi, & sibi ad necessarios vitæ vsus opem ferendi facultas crepta est, maiòrque semper ipsis est morbi metus, quàm spes sanitatis. Ex quo efficitur, ut parum admodum adiumenti spes illis afferat, quæ alioqui afflictis & calamitosis vnum est remedium. Ad paupertatem accedit morbus, alterum malum, & quidem atrocissimum, maximèq; iufaufstum & abominandū, atque huiusmodi, ut id pleriq; hostibus suis maledicti loco imprecentur. Tertium, quòd maxima pars hominum eos, nec adire, nec intueri sustinet: sed fugit & execratur, ac velut dirum aliquid spectaculum auersatur: id quod morbo quoque ipso illis acerbius est, cum ob calamitatem exosos se intelligūt. Equidem eorum miseriam non sine lachrymis fero, atque ad commemorationem ipsam dolore perturbor atque conficior. Denique vobis accidat, velim, ut lachrymis lachrymas fugiatis. Nec dubito, quin ex his qui adsunt, perinde afficientur, quicumque Christi ac pauperum amore flagrant, atque Dei beneficio id habent, ut aliena afflictione permoueātur. Ac calamitatis etiam testes vos ipsi estis. Proponitur vobis ob oculos graue & miserandum spectaculum, nec nisi iis, qui perspectum & exploratum habent, credibile, homines mortui ac viuentes, pluribus corporis partibus mutilati atque truncati, adeoque misere deformati, ut nec qui aliquādo fuerint, nec vnde propemodum agnoscat, immò ut rectius loquar, veterum hominum miseræ reliquæ, patres & matres & fratres ac loca ex quibus agnosci queant, proferentes: Ego illo patre natus sum, hac matre procreatus, hoc mihi nomen est, tu mihi quondam amicus & familiaris. Idq; eò faciunt, quia veteri forma corporisque lineamentis iam cognosci nequeant, homines accisi ac spoliati pecuniis, genere, amicis, adeoque corporibus ipsis, homines soli ex mortalibus, ita affecti, ut sibi ipsi simul & miserationi & odio sint, nec satis constitutum habeant, vtras tandem corporis partes magis deplorent, præcisasne atque extinctas, an in corpore adhuc manentes: easne quas morbus exhaust, an eas, quæ morbo reliquæ sunt: illæ quippe misere absumptæ atq; confectæ sunt, hæc miseriùs conseruantur: illæ ante sepulchrum interierunt: has nemo est, qui sepultura afficiat. Nam optimus & humanissimus quisq; his durissimum atque inhumanissimum se præbet: hincque solùm nos carnes esse ac humilitatis corpore obrectos esse obliuiscimur, tantùmque ab eo absumus, ut eos qui cognationis vinculo nobiscum coniuncti sunt, curemus, ut corporum quoque nostrorum salutem, eorum fugam atque auersionem interpretemur. Cùmque non desint, qui ad vetus foetidumq; etiam fortasse cadauer accedant, brutorumque animantium corpora foedo odore plena perferant, ac cæno se oblitos atq; perfusos sustineant: nos contra eos omni celeritate fugimus (ò immanem crudelitatem) pene etiam, quòd eundem cum ipsis aërem trahamus, indignè ferentes. Quid patre beneuolentius? quid matre humanius? atqui his quoque natura est præclusa, patrique filium suum, quem progenuit, quem vnicum vitæ oculum se habiturum existimauit, pro quo multas ad deum sæpenumero preces fudit, hunc inquam luget quidem ille, cæterum abiicit, partim libens, partim inuitus. Ac mater dolores quidem partus animo recolit, ac visceribus distorquetur, & miseranda admodum voce natum appellat, atque in medium producta viuum perinde atque morte abreptum luget. Fili miser, inquiens, & miseræ matris, quem mecum morbus partitus est: fili miser, fili iam ignote, fili quem præcipitiis & montibus ac solitudinibus alui, cum feris habitabis, tibi que petra tectum erit, atque ex mortalibus ij solùm te videre sustinebunt, qui pietate excellunt: atque etiam hæc tristis Iobi verba in clamabit: Quare in materno vtero creatus es, atque ex

spes vnicū
remedium
afflictis.

spectaculū
miseratione
dignū.

Humanissi
mus quis
que erga
pauperes
inhumanis
simus.

A parentibus etiam
abiicitur
liberi lan
guentes.

Dan. 4.

Iob 3. 10.

ventre egressus es, ac non statim periisti, ut mors cum vita concurreret? Quare non præmaturè excessisti, priusquàm huius vitæ mala degustares? Quare tibi genua inter se iuncta sunt? Quare vbera suxisti, miseram vitam ac morte grauiorem acturus? Atque his verbis, fontèsque lachrymarum fundit, ac complecti quidem & exoculari misera cupit, cæterum filij carnes ut inimicas & hostiles peritimescit. Publici porro clamores atq; insectationes non aduersus sceleratos & flagitiosos, sed aduersus miseros & calamitosos excitantur. Ac cædis quidem crimine constrictum non deest, qui domo excipiat, quique etiam adulterum non domus solùm sed mensæ etiam participem faciat, ac sacrilegum vitæ socium asciscat, cum iisque, à quibus detrimentum aliquod atque iniuriam accepit, amicitie foedus percutiat: horum contra à quibus nulla molestia affectus est corporis vitium non secus ac crimen quoddam auersatur. Ita vitij melior conditio est quàm morbi: atque inhumanitatem ut libero homine dignam amplectimur, humanitatem autem & condolentiam ut turpem & inhonestam contemnimus. Arcentur ab vrbibus, arcentur à domibus, foro, conciliis, viis, festorum celebritatibus, conuiujs, (ò acerbam calamitatem!) ab ipsa quoque aqua, ne profluentibus quidem fontibus ipsi cum cæteris mortalibus communiter fruuntur. nec aliter creditur, quin fluuij spurcitiem aliquam ac foeditatem ab ipsis contrahāt: quòdque mirum atque absurdum est, quos ut piacula submouemus, eosdem ut nihil nobis molestiæ inferentes ad nos rursus conuertimus, non domum impertientes, non alimentum necessarium, non vulneribus medicinam, non veste morbum eorum pro virili obuolentes. Ac proinde noctes diésque vagantur inopes, & nudi, ac tecto carentes, morbum ostentantes, vetera commemorantes, Creatoris fidem atque opem implorantes, alij aliorum membris pro iis quibus carent, vtentes, cantuum animos hominum ad misericordiam pertrahentiū artifices, panis non nihil postulantes, aut perexiguam obsonij, aut pannosam quandam ac sordidam vestem in obscœnitatis subsidium, aut vlceribus solatium. Ac clementiæ apud eos facilitatisque laudem habet, non qui ipsis quæ necessaria sunt, suppeditauit, sed qui non saue atque acerbè ablegauit. Plerique etiam horum ne pudore quidem à publicis conuentibus deterrentur: quin potius in eos se ob necessitatem intrudunt, hos inquam publicos & sacrosanctos conuentus, quos ob animarum curationem instituimus, vel mysterij cuiuspiam celebrandi causa coeuntes, vel Martyribus veritatis diem festum agitantes: ut quorum certamina honore prosequimur, eorundè quoq; pietatem imitemur. Et quamuis hominum ora, ut pote homines, propter calamitatem erubescant, ac montibus aut præcipitiibus locis, aut syluis, aut denique nocte ac tenebris obtegi vellent: in medium tamen irrumpunt, sarcina miseranda & collachrymanda: id quoque fortasse non temere ac sine ratione, nimirum ut nos infirmitatis nostræ submoneant, ac dehortentur, ne cuiquam rerum præsentium atque aspectabilium velut firmæ & stabili animum addicamus. Irrumpunt autem partim vocis humanæ, partim aspectus cupiditate, partim ut exigua vitæ subsidia ab iis, qui luxu deliciisque diffluunt, corrogent: omnes denique ut prouulgandis luctibus suis leuationem nonnullam sibi afferant. Quis non eorum miseram cantilenam concinantiū querelis frangitur? Quæ auris huiusmodi auditionem ferre, quis oculus spectaculum hoc capere potest? Iacent simul illi malè à morbo confociati, atque alij aliud quoddam calamitatis genus ad miserationem ciendam erogantes: suntque sibi inuicem doloris additamentum, miserabiles quidem illi morbi nomine, condolentiæ tamen ergò miserabiliores. Circunstat autem eos promiscuum theatrum, condolentium quidem, cæterum ad breue tempus. Hi porrò ad hominum pedes voluntantur cum Solis æstu ac puluere, nonnunquam etiam cum asperrimo frigore ac pluuiis ventorumque tumultibus confluentes, pedibusque etiam iam iamque perculcandi, nisi vel tantillum eos tangere exhorresceremus. Ita petitionū clamor internis templi cantibus ex aduerso respondet, atque è regione mysticarum

Inopes &
languentes
fugimus,
no autè a-
dulteros et
sacrilegos.
vitij condi-
tio melior
hodie quàm
morbi.

Laude non
caret qui
egenū acer-
bè non ab-
legat.
Conuentus
ob anima-
rū curatio-
nè instituti.
Martyrum
festa.

Cur paupe-
res nobis
proponan-
tur.

Templi
cantus.

vocum miserabilis ructus excitatur. Quid verò totam calamitatem hominibus festum diem celebrantibus proponere attinet? Vobis quoque fortasse lachrymas extorqueam, si omnia sedulo commemorare atque amplificare pergam, ac festum dolor superabit. Hæcque etiam idcirco dico, quia nondum vobis hoc persuadere queo, molestiam nonnunquam voluptate, & mœstitiâ lætitiâ, & honestas lachrymas turpi atque obsceno risu præstantiores esse. Atque hæc quidem illi, multo que his, quæ diximus, inferiora, illi inquam, qui secundum Deum fratres nostri sunt, ¹⁶ vel inuitis vobis, qui eandem nobiscum naturam sortiti sunt, atque eodem luto, ex quo primum creati sumus, efficti atque conflati, nervis atque ossibus itidem innexi, pellibus & carnibus atque ac reliqui omnes mortales, conu-

Malach. 2. ¹⁰ stititi (quemadmodum quodam loco ait Diuus Iob, in calamitatibus philosophas, partemque nostri in aspectum cadentem contemnens ac deiiciens) quique etiam, ut maiora dicam, imaginis decus perinde atque nos, acceperunt, meliusque fortasse quam nos tuentur atque conseruant, etiam si alioqui corporibus labefactati ac perditii sint: qui eundem Christum secundum internum hominem induerunt, atque eundem nobiscum spiritus arrabonem fidei suæ commissum habent: qui earundem nobiscum legum participes facti sunt, eorundem oraculorum, testamentorum, conuentuum, mysteriorum, eiusdemque postremo spei: pro quibus Christus, qui totius mundi peccatum tollit, æquè mortem obiit: qui cælestis vitæ coheredes sunt, etiam si ab hac longissimè exciderunt: qui cum Christo inhuman-

Iob 10. ²⁰ tur, simulque ad vitam redeunt, si quidem compatiuntur, & conglorificantur. Quid verò nos? nos inquam, qui magnum illud ac ¹⁷ nouum nomen sorte accepimus, ut à Christo nominemur, gens sancta, regale sacerdotium, populus eximius & peculiaris, bonorum & salutiferorum operum confectator: qui Christo discipuli sumus, mitis inquam illius & clementis, quique infirmitates nostras portauit, qui usque ad conspersionem nostram sese deiecit, qui propter nos carnis huius terrenique tabernaculi paupertatem subiit, & doloribus langoreque propter nos affectus est, ut nos diuinitatis opes consequamur? Quid nos, qui tantum miserationis ac condolentiæ exemplum accepimus? Quid de his cogitabimus? Quid faciemus? An eos contemnemus? an præteribimus, an ut mortuos, ut

Rom. 8. ³⁰ execrabiles, ut perniciosissimos quosque serpentes ac feras bestias deferemus? Nequaquam fratres, alienum est hoc à nobis, qui Christi oues sumus, boni inquam, illius Pastoris, qui errantem ouem reducit, & perditam conquirat, & infirmam corroborat: ab humana autem natura hoc abhorret, quæ condolentiam veluti lata lege sanxit, ex eadem nimirum infirmitate ad pietatem & humanitatem erudita. Quid? sub diuone illi vexabuntur, nos autem clarissimas domos habitabimus, omnigenis lapidibus exornatas, atque auri & argenti splendore oculorum aciem perstringentes, ac tenuissimi lapilli dispositione picturæque varietate oculos veluti illecebris quibusdam inescante ac decipiente, easque partim incolemus, partim extruemus? Quibusnam autem? ne hæredibus quidem fortasse nostris, sed alienis atque exteris, iisque ne amicis quidem fortasse nostris, sed infestissimis hostibus grauissimèque nobis inuidentibus: quod quidem malorum omnium extremum est. Quid? Illine in duris lacerisque vestibus frigore obrigescent, immo ne earum quidem copiam habebunt: nos verò mollibus & circumfluentibus vestibus, pannisque ex tenuissimo lino ac serico contextis deliciabimur, partimque in iis ineptiemus potius quam splendorem nobis conciliabimus (sic enim quicquid superuacaneum ac superfluum est, voco) partim eas arculis recondemus, curam inutilem & incommodam, à tineis excedendas, atque à tempore, quod omnia conficit, absumendas? Atque illis ne necessaria quidem alimenta suppetent (ò profusas meas delicias! ò grauem illorum afflictionem!) verum ad fores nostras iacebunt, fracti famèque confecti, ne petitionis quidem instrumenta corpore suppeditante, priuati vocibus ad lugendum, manibus ad suppliciter protendendum, pedibus ad locupletes adeundum, spiritu ad luctuosi

Misericordia oues Christi de cœt.
Luc. 15.
Eccl. 34.
Ædes splendide.
Molles & superflue vestes.
Tempus omnia conficit.
Lazarus pauper gra phice depictus.

cantus

cantus intentionem: quòdque malorum omnium acerbissimum est, leuissimum iudicantes, oculis solùm gratiam habentes, quòd scditatem suam non intuentur, hi inquam ad hunc modum se habebunt: nos autem in lectulis sublimibus & excelsis, stragulisque sumptuosis nec atrectandis luculenti luculentè recubemus, si vel solam petentium vocem audiamus, stomachantes. Atque & pauimentum suauissimis floribus, plerunque etiam extra tempus, fragrare necesse est, & mensam dulcissimis vnguentis exquisitissimisque perfundi, ut magis etiam effœminemur: adolescentes insuper astare partim in ornatu atque ordine, coma solutos & effœminatos, ¹⁸ ac cæsarie ad vultus elegantiam accuratius quàm expediat, elaboratos & expolitos, petulantibus & impudicis oculis adornatos, partim pocula extremis digitis tenentes quàm fieri potest decentissimè simul ac tutissimè, partim follibus ventum super caput excitantes, atque aura manu conflata obesas carnes refrigerantes: ad hæc mensam carnibus redundare, elementis omnibus nobis vberimè copiosissimèque subministrantibus, aère, terra, aqua, nosque coquorum & conditorum imposturis lenociniisque comprimi, omnèsque de eo inter se concertare, ecquis audum & ingratum ventrem maximè demulceat, hanc inquam grauem sarcinam & ¹⁹ malorum auctorem, belluamque inexplebilem maximèque infidam, ac ²⁰ cum cibus abolendis iam iamque abolendam. Et quidem illi præclare secum agi putant, si vel aqua expleantur: nos autem vini pocula usque ad pocula hauriemus, imò etiam ultra temulentiam, saltatem ij, in quibus libido magis dominatur: atque ex pluribus vinis alia reiiciemus, alia ut suauia & grata eligemus, de aliis etiam philosophabimur, derrimentòque ducemus, nisi ad patrium vinum exterum etiam quoddam ²¹ velut tyrannus accedat. Nos quippe molles & delicatos, & profusiores quàm necessarius vitæ vsus postulet, esse oportet, aut haberi: perinde atque vereamur, ne non mali existimemur, ac ventris & libidinis serui. Quid hæc, fratres & amici? quid nos quoque animi morbo laboramus, & quidem multò grauius, quàm qui ægro corpore sunt. Hic etenim præter voluntatem existit: ille à voluntate proficiscitur. Atque hic vnà cum hac vita finitur: ille nos hinc migrantes comitatur. Hic denique miseratione dignus est, ille odio, apud eos quidem, qui mentis sunt compotes. Cur naturæ, dum sese offert occasio non succurrimus? Cur, cum carnes simus, carnis abiectionem non obuoluimus? Cur in fratrum calamitatibus deliciis circumfluimus? absit hoc à me, ut vel opibus abundem his inopia rerum laborantibus, vel commoda valetudine fruam, nisi horum vulneribus opem feram, vel victum atque amictum satis habeam, vel deniq; sub tecto requiescam, nisi & panem egen- tibus pro virium facultate porrigam, & vestem impertiam, eosque tecto excipiam. Enimverò duorum alterum faciendum est, ut vel omnia Christo proiciamus, ut verè atque sincerè eum sublata cruce sequamur, ac leues & expediti, nec re vlla detorti atque retracti ad supernum mundum conuolemus, Christum-

Coquorum & conditorum imposturis plerisque comprimi.
Venter audus & ingratus, sarcina grauis, malorum auctor, belua inexplebilis.
Morbus animi grauior quàm corporis.
Facultates cum Christo partiendæ.
Iob 31.
Firmum nihil esse in rebus humanis.

⁴⁰ ve vnum elucemur, propter humilitatem elati, & propter egestatem locupletati: vel certè facultates cum Christo partiamur, ut opes nostræ honestè possessæ, iisque qui rerum inopia conflantur, impertitæ, sanctitate quadam imbuantur. Quòd si mihi ipsi soli sementem faciam, ita seminem velim, ut alij fructus edant, atque ut Iobi verbis rursus utar, pro tritico egrediatur mihi vrtica, pro ordeo autè rubus: ventus etià æstuosus & turbo labores meos excipiant ac subtrahant, ut mihi labor omnis incassum suscipiatur. Quòd si etiam horrea extruam, thesauros ex Māmōna atque aded Mammona ipsi cumulans: non recuso quo minus hac quoque nocte animam repositar, rationemque reddendam habeam earum rerum, quas nefariè cumulau. Non tandem aliquando resipiscemus? non stuporem atque immanitatem abiiciemus, ne tenacitatem dicam: non res humanas cum animis nostris expendemus? non in aliorum malis res nostras optimè constituemus? Naturà quippe nihil est in rebus humanis firmum & æquabile ac durabile, atque eodem statu constanter manens: verum res nostræ velut orbe quodam voluuntur,

L

aliàs alio tempore, sæpe etiam vno eodémque die, atque etiam interdum hora mutationes aduehente: vt incertis ventis, ac nauis mare percurrentis vestigiis, fallacibus noctis infomniis breuem voluptatem afferentibus, iisque figuris, quas pueri per ludum in arena fingunt, certior fides haberi possit, quàm hominum felicitati. Quò sapientiores habendi sunt, qui quoniam præsentibus rebus minimè fidunt, futuras opes sibi coaceruant, ac propter humanæ prosperitatis incertitudinem & inconstantiam, benignitatis nunquam collapsuræ studium amplexantur: vt ex tribus his commodis vnum quidem omnino adipiscantur, nimirum vt vel nunquam malis afflicentur (quandoquidem secundis quoque huius vitæ rebus homines pietate præditos Deus sæpe complectitur, vt benignitate sua eos ad subleuandas aliorum misérias inuitet) vel vt in animis suis libertatem apud Deum habeant, vt pote non propter scelus ac flagitium, sed propter dispensationem quandam in calamitate versantes: vel denique vt humanitatem eam & beneficentiam, quam, dum secundis rebus vterentur, egentibus prius erogarunt, ab iis quibus res prospere fluunt, suo quodam iure reposcant. Ne gloriatur, inquit, sapiens in sapientia sua, nec diues in opibus suis, nec fortis in viribus suis, ne si ad summum quidem peruenerint, ille sapientiæ, alter diuitiarum, alius potentia. Ego verò quæ sequuntur, adiiciam, nec clarus & celebris in gloria nominisque splendore, nec qui incolumi valetudine est, in sanitate, nec pulcher in formæ honestate, nec iuuenis in florenti ætate, nec, vt rem vno verbo perstringam, in vlla alia re ex omnibus iis, quæ in terra laudantur, qui ea intumescit: verum qui gloriatur, hac vna in re gloriatur, quòd Deum cognoscat atque requirat, calamitosisque condoleat, atque ad futuram vitam boni quidpiam sibi recondat. Cætera enim omnia fluxa sunt ac tempore peritura, & velut in calculorum ludo aliàs ad alios iactantur transeuntque, nec quicquam est ita possidentis proprium, quod non vel tempotis diuturnitate deleatur, vel liuore ad alios migret: hæc verò certa & fixa sunt, nec vnquam recedunt ac dilabuntur, nec spes eorum, qui fiduciam in his collocarunt, frustrantur. Ac mihi hæc quoque causa esse videtur, cur nullum huius vitæ bonum mortalibus certum sit ac diuturnum, atque hoc, vt si quid aliud, sapienter & egregiè ab artifice Verbo & Sapientia illa mentem omnem superantem factum esse, vt nos in his rebus quæ aspectu sentiuntur, aliàsque aliter mutant atque mutantur, ac sursum deorsumque iactantur atque voluuntur, ac priusquam manu teneantur, fuga se proripiunt, eludamur: nimirum vt eorum incertitudinem varietatémque perspicientes ad futuræ vitæ portum contendamus. Quid enim fecissemus, si vitæ felicitas firma & perpetua esset, cum, licet fluxa & fragilis sit, vsque adeo tamen ipsi affixi atque astricti simus, ac nos vsque adeo voluptas illius & impostura seruitute oppresserit, vt nihil rebus præsentibus melius atque excellentius cogitare possimus: idque cum nos ad imaginem Dei creatos esse ex Scriptura audiamus, certissimaque fide credamus. Quis sapiens, & intelliget hæc? quis prætereuntia præteribit? quis stabilibus & æternis mentem adiunget? quis de præsentibus rebus tanquam de abeuntibus cogitabit? quis de his quæ in spe positæ sunt, tanquam de certis ac perennibus? Quis ea quæ verè sunt, ab his quæ inani specie esse videntur, distinguet, atque illa sequetur, hæc contemnet ac pro nihilo putabit? quis picturam à veritate? quis terrenam scenam à superna ciuitate? quis peregrinationem à certo domicilio? quis tenebras à luce? quis limum profundi à terra sancta? quis carnem à spiritu? Quis Deum à mundi principe? quis mortis umbram à vita sempiterna? quis præsentibus rebus futuras emet? quis fluentibus opibus opes constantes & perennes? quis rebus in oculos cadentibus eas quæ oculis non cernuntur? Beatus quidem ille, qui hæc Verbi gladio, virtutem à vitio secante distinguens ac diuidens, ascensiones in corde suo disponit, vt quodam loco diuus Dauid loquitur, atque hanc fletus vallem quàm celerrimè potest, fugiens, quæ supra sunt quatrit, ac mundo vnà cum Christo in crucem suffixus, vnà quoque cum

Sapientiores esse qui præsentibus rebus minimè fidunt.

Hierem. 9.

In qua re sola gloriandum sit.

Cur Deus huius vitæ bona certa esse noluerit.

Genesi.

Psal. 83.

cum eo ad vitam excitatur, atque in cælum ascendit, vitæ iam nõ fluxæ & commutabilis nec fallacis hæres: vbi non iam coluber mordens in via, nec calcaneum obseruans, quemadmodum ipsius caput obseruatur. Reliquis autem nobis eleganter Dauid, velut vocalissimus quispiam præco, ab excelso & celeberrimo præconio inclamat, graues corde appellans ac mendacium diligentes, hortaturque, ne rebus iis, quæ in oculos cadunt, animum nostrum magnopere adiungamus, nec frumenti solum ac vini satietate omnem huius vitæ beatitudinem metiamur. Quod etiam ipsum, ut opinor, beatus Amos animaduertens, atque humi reptantibus ac speciem tantum boni habentibus rebus insultans, Accedite, inquit, ad montes æternos. Surge & proficiscere, quia non est tibi hæc requies: iisdem prope modum verbis vtēs, quibus nos Dominus noster atque Seruator inhortatur, dicens, Surgite, abeamus hinc, non eos tantum, quos tunc discipulos habebat, ex illo solum loco abducens, quemadmodum quispiam fortasse arbitratur: sed & semper & omnes discipulos suos à terra rebusque terrenis ad cælos & res cælestes pertrahens. Quocirca Dei filium iam sequamur, illius vitæ requiem quaeramus, huius vitæ opes & copias abiiciamus, hoc tantum commodi quod ipsis inest, percipiamus, animas nostras in miseratione acquiramus, bona nostra pauperibus impertiamur, vt cælestibus opibus affluamus. Animæ quoque partem da, non carni duntaxat: Deo quoque partem da, nõ mundo soli: ex ventre quiddam subtrahe, & spiritui consecra: ex igne quidpiam eripe, ac procul à depascente flamma reconde: à tyranno extorque, ac domino cõmitte. Da partem septem, hoc est huic vitæ, atque adeo octo, id est ei, quæ nos postea exceptura est. Ei cuius beneficio plura habes, aliquid dato, immo etiam ei, qui omnia elargitus est, vniuersas opes dato. Nunquam Dei liberalitatem & munificentiã vices, quamuis omnium tuarum facultatum iacturam feceris, quamuis te etiam facultatibus adiunxeris. Nam hoc quoque ipsum accipere est, Deo aliquid donare. Quantumuis erogaris, plura tamen tibi reliqua erunt. nec quicquam quod ad te propriè pertineat, daturus es: quandoquidẽ omnia à Deo manant. Et quemadmodum fieri non potest, vt umbram nostrã prægrediamur, quippe quæ prout gradimur, suffugiat, eodémque semper interuallo nos superet: quemadmodum etiam corporis magnitudo supra caput assurgere nequit, vt pote corpori semper superiectum: eodem modo nec Deus muneribus nostris vinci potest. Neque enim quicquam, quod extra illius bona sit, daturi sumus, nec quod illius liberalitatem superet. Nosce, vnde habes, quòd es, quòd spiras, quòd ratione ac mente vteris, quòdque maximum, quòd Deum cognoscis, cælorum regnum speras, parémque cum Angelis honorem, gloriæ speculationem, nunc quidem in speculis & ænigmatibus, tunc autem pleniorum ac puriorum, quòd filius Dei effectus es, Christi cohæres, ac si mihi ita loqui fas est, Deus ipse factus es. Vnde tibi hæc omnia, & à quo? Aut vt parua hæc oculisque subiecta dicam, quis tibi hoc dedit, quòd cæli pulchritudinem cernis, Solis cursum, Lunæ orbem, siderum multitudinem, eamque quæ in his omnibus velut in lyra elucet, concinnitatem atque ordinem semper eodem modo se habentem, partium anni vicissitudines, templorum mutationes, annorum conuersiones, diei noctisque æquas partitiones, terræ productiones, aëris fusionem, maris fluxi simul ac stabili immensam latitudinem, profundos fluminum gurgites ventorum profluvia? Quis pluuias, agriculturam, cibos, artes, domos, leges, Respub. vitam mitem humanitate excultam, amicitiam & familiaritatem cum iis, qui tibi cognationis vinculo coniuncti sunt? Vnde habes, quòd animantia partim cicurata tibi que subiecta sunt, partim in alimentum tradita? Quis te omnium rerum, quæ in terra sunt, dominum & regem constituit? Quis, ne singula commemorem, ea omnia, quibus homo cæteras animantes antecellit, elargitus: nõne Deus, qui nunc ante omnia & pro omnibus humanitatem atque charitatem à te vicissim petit? An vero nos non pudebit, cum tot tantaque ab eo partim acceperimus, partim speremus, si ne hoc quidem vnum ipsi

Gene. 49.
Gen. 3.

Psal. 4.

Mich. 2.

Ioan. 14.

Admonitio pulchra.

I. Corint. 4.

Deo donare aliquid est accipere Omnia manant à Deo. Simil.

Dei in nos beneficia.

I. Cor. 13.
Rom. 8.

conferamus, nimirum benignitatem & humanitatem? An cum ille nos à belluis disunxerit, solósque ex omnibus iis quæ in terra sunt, ratione ornauerit, ipsi contra nosmetipsos efferabimus, tantumque à voluptatibus & deliciis corrumperemur, aut furore afficiemur, aut quo verbo id exprimam, nescio, ut simul cum ossa & fufuribus, quæ malè fortasse comparauimus, nos quoque meliore natura esse, quàm ipsi sint, existimemus: & quemadmodum olim, ut poëta fabulantur, ²⁶ genus quoddam erat gigantum & reliquorum hominum: sic nos quoque sublimes & humana cõditione maiores apud ipsos erimus, velut ille Nembroth, aut genus Enach quondam Israëlitas opprimens, aut illi quorum scelere factum est, ut diluuium terram obrueret atque purgaret? An cum ille, Deus licet ac Dominus, Pater noster vocari non erubescat: nos contra cognatos quoque nostros abnegabimus? Nequaquam fratres & amici mei, nequaquam simus rerum diuino munere nobis concessarum scelerati dispensatores: ne alioqui Petrum dicentem audiamus, ²⁷ Erubescite, qui aliena detinetis, Dei que æquitatem imitamini: atque ita fiet, ut nemo pauper sit. Ne congerendis asseruandisque pecuniis laboremus, aliis inopia laborantibus: ne alioqui nos acerba & minaci oratione insectentur, hinc diuus Amos ad hunc modum loquens, Agite iam, qui dicitis, ²⁸ Quando effluet mensis, ut quæstuosè vendamus: & sabbatha, ut thesauros aperiamus? & cum deinceps iis, qui magnam & paruam trutinam habent, iram Dei minatur. Hinc quoque ²⁹ beatus Micheas, eundem quoque fortasse luxum reprimens, perinde atque satietas contumeliam pariat, efficiatque ut in lectis eburneis lasciuimus, primæque bonitatis vnguentis delicatè perfundamur, atque & teneris vitulis ex armentis, & hædis ex gregibus saginemur, & ad musicorum organorum vocem applaudamus, magisque etiam ut quicquam rerum humanarum stabile ac diuturnum esse arbitremur: fortasse autem hæc non tam grauiæ & flagitiosa existimans, quàm quod in deliciis nostris ³⁰ Iosephi contritione nihil commouemur. Hoc enim ad saturitatis accusationem adiungit. quod utinam nobis ne accidat, nec usque adeo voluptatibus indulgeamus, ut Dei quoque res eas indignè ferentis benignitatem aspernemur: etiam si non protinus admissio scelere iram suam peccatoribus immittat. Primam ac supremam Dei legem imitemur, qui pluit super iustos & peccatores, facitque ut Sol omnibus æquè oriatur, qui terram his omnibus animantibus, quæ in illa vitam degunt, liberam, & fontes, & amnes, & sylvas expandit, & aërem auibus, & aquam iis quæ in vndis viuunt, primæque vitæ subsidia omnibus vberrimè affluentissimèque concessit, non principis cuiusquam imperio detenta, non lege circumscripta, non finibus distincta, sed omnibus simul exprompta & opulenta, nec propterea minus copiosa proposuit: tum ut naturæ æqualitatem æqualitate muneris ornaret, tum ut benignitatis suæ opes ostenderet. At homines si aurum atque argentum & molliissimas quasque vestes & superfluas, gemmasque pellucidas, cæteraque eiusdem generis, quæ belli ac dissidij primæque tyrannidis indicia sunt, defoderint, statim supercilium præ amentia tollunt, cognatisque calamitate affectis misericordiam præcludunt, ne superfluis quidem rebus ad necessarios vitæ vsus opem ipsis ferre volentes (ô incredibilem stultitiam ac væcordiam!) ne illud quidem, si nihil aliud, cogitantes, quod paupertas ac diuitiæ, libertasque, ut appellamus, ac seruitus, ac cætera huius generis nomina postea in hominum genus ac vitam irrepserunt simul cum vitio, non secus ac morbi quidam, illabentia, ab eoque inuenta. A principio autem, inquit ille, non fuit sic: verum is qui hominem primum creauit, ingenuum arbitriique libertate decoratum reliquit sola mandati lege coërcitum, atque in Paradisi deliciis opulentum, idemque reliquo mortalium generi per primum illud semen tributum voluit. Libertas porrò & diuitiæ in sola mandati obseruatione sitæ erant: contra vera paupertas & seruitus in illius violatione. Ex quo autem liuores & contentiones & subdola serpentis tyrannis homines voluptatis illecebris furtim in fraudem pertrahens, atque audaciores aduersus

uersus infirmiores concitans, in vitam irrepserunt: ab eo tempore in varia nomina cognatum genus dissectum est, ac naturæ nobilitatem auaritia discidit, legem quoque ad imperandum adiutricem asciscens. At tu primam illam æquabilitatem, non postremam diuisionem intueri: legem Creatoris, non rerum summam tenentis tibi propone: naturæ pro viribus succurre: veterem libertatem honore prosequere: te ipsum verere: ignominiam generi tuo contege atque obrue: morbo subueni, egestati solatium affer: qui firmo corpore es, opibusque circumfluis, ægrozanti & inopi: qui minimè offendisti, collapsio & comminuto: qui læto es & hilari animo, mœrenti & afflicto: qui rebus secundis vteris, sinistris aduersisque rebus laboranti. Deo gratitudinis ergo aliquid tribue, quod ex eorum es numero, qui de aliis bene mereri possunt, non qui aliorum beneficentia opus habent: quod non ex alienis manibus pendes, sed ex tuis alij. Da operam, ut non solum opibus, sed etiam pietate, non solum auro sed etiam virtute sis locuples. Cura, ut proximo tuo idcirco præstantior sis, quia benignior: fac calamitoso sis Deus, Dei misericordiam imitando. Nihil enim tam diuinum homo habet, quàm de aliis bene mereri: tametsi ille maiora, hic minora beneficia conferat, vterque nimirum pro suis viribus. Ille hominem condidit, ac solutum rursus colligit: tu lapsus ne despicias. Ille eum maximis in rebus commiseratus est, cum ei præter cætera Legem, Prophetas, ac prius etiam naturalem legem non scriptam rerum quas gerimus iudicem dedit, cum arguit, admonuit, castigauit, postremò se pro Mundi vita in redemptionis precium tradidit: atque insuper Apostolos, Euangelistas, magistros, pastores, morborum depulsiones, miracula, reditum ad vitam, mortis oppressionem, trophæum aduersus eum qui vicerat, fœdus in umbra, fœdus in veritate, diuisas Sp. sancti gratias, ³¹ nouæque salutis mysterium largitus est. Tu verò, si quidem maiora quoque beneficia conferre potes, & quibus anima iuuatur (nam his etiam rebus diuitem te, si volueris, Deus fecit) ne his quoque te abstine, quo minus egenti benignè facias: immò primum ac potissimum ei, qui abs te petit, priusque etiam, quàm postulet, dato, tota die miserans ac salutiferam doctrinam commodans, fortemque cum fœnore sedulo exigens, hoc est, eius, cui vtilitas affertur, incrementum, quod quidem doctrinæ semper adiungit, quisquis pietatis semina in seipso paulatim auget. Sin hæc conferre nequis, at hæc quidem secunda & minora quæque facultatis tuæ præsta: subueni, cibum porrige, vestem præbe, medicamentum adhibe, vulnus alliga, de calamitate aliquid percuntare, de patientia orationem habe: bono esto animo, accede: haudquaquam ex ea re labefactaberis, haudquaquam vitium contrahes, etiam si homines nimium molles & delicati hoc existiment, inanibus rationibus decepti, vel potius hoc siue mollitiæ suæ atque inertia, siue impietati prætexant, ad timiditatem & ignauiam velut ad magnum aliquid valdeque scitum confugientes. Hoc tibi & rationes & medici persuadent, atque ij, qui eos domi curant: ex quibus nondum quisquam eò periclitatus est, quod ad eos propius accesserit. Atque ut hoc demus rem istam formidolosissimam ac suspitione dignam esse, ô serue Christi & Dei, atque hominum amore prædite: ne tamen demisso ac degeneri sis animo: verum fide subnitere, ignauiam misericordia, Dei metus mollitiæ vincat: ante humiles rationes carniq; indulgentes pietas collocetur. Ne fratrem despicias, ne prætereas, ne ut scelus, ut piaculum, ut aliud quiddam fugiendum & interdictum auerferis. Membrum tuum est, licet calamitate frangatur. Tibi, licet animo admodum forti prætereas, pauper relictus est, ut Deo: his enim verbis pudore te fortasse permouebo. Humanitatis tibi argumentum proponitur: & si à beneficio accipendo te ³² alienus abalienare atque auertere conetur. Quisquis nauigat, naufragio propinquus est, eoque magis, quod audacius nauigat: eodem modo quisquis corpore conuestitus est, corporis malis propinquus est, eoque magis, quo rector incedit, nec eos, qui ante se iacent, intuetur. Dum secundo vento nauigas ei, qui naufragium facit, manum porrige: dum sanus es & locuples, afflicto fer o-

Bene mereri de aliis diuinum est.

Mysterium nouæ salutis.

Egenti dandum priusquam petat.

Visitandi infirmi.

Tibi ut Deo pauper relictus.

simil.

pem. Ne expectes, vt in teipso discas, quantum malū sit inhumanitas: quantumque bonum viscera egentibus aperire. Ne experiri velis Deum aduersus eos, qui alta ceruice incedunt, ac pauperes prætereunt, ³³ manum extendentem. In alienis calamitatibus hæc disce: egenti paruum aliquid dato: neque enim paruum est ei, qui omnibus rebus caret, imò ne ipsi quidem Deo, si viribus tuis par sit. Summi muneris loco alacritatem dona: si nihil habes, collachryma. Magnum est infortunato remedium miseratio ex animo collata: ac sincerè condolefcere calamitatem magnopere leuat. Ne sit tibi iumento vilior homo, ò homo, quod in foueam lapsum, aut oberrans erigere, ac reducere tibi lex præscribit. In quo quidem profundiusne aliquid & magis arcanum occultet (cuiusmodi pleraque veteris legis **10** obscuritas sensuumque varietas habet) non est meum scire, verum Sp. sancti omnia perscrutantis & cognoscentis: quantum autem ipse ratione atque intelligentia assequi possum, hoc ideo sanxit, vt nos ab humanitate, quam in rebus paruis adhibemus, ad maiorem pleniorēque benignitatem exercent. Quanta enim, quæso, his, qui eiusdem nobiscum generis atque honoris sunt, debetur: quæ vel vsque ad brutas animantes exigitur? Atque hæc & ratio suadet, & lex, & hominum moderatissimi quique: apud quos præstabilius habetur beneficium dare quàm accipere, atque antiquior est misericordia quàm lucrum. Quid verò de nostris Sapientibus dixeris (nihil enim de exteris dico, qui vitiis suis patronos deos inueniunt, & ³⁴ Lucifero primas tribuunt: quòdque eo sceleratius est, nonnullis quoque **20** daemionibus in quibusdam regionibus ³⁵ homines necare in more habent, atque in pietatis parte crudelitatem ponunt, sacrificiisque huiusmodi & ipsi delectantur, & deos suos delectari putant, mali utique malorum sacerdotes & discipuli) verum ex nostris quoque nonnulli sunt, id quod lachrymis dignum est, qui tantum abest, vt ægotantium vicem doceant, ipsisque opem ferant, vt eos etiam probrius amarulenter insectentur, ipsisque insultent, ac vanè & inaniter philosophentur, ³⁶ verèque ex terra vocem mittant, & in aërem loquantur, non in prudentes aures diuinis que dogmatis assuetas, eoque audaciæ prouant, vt dicant: A Deo illis est afflictio: à Deo nobis prosperitas. Et quis ego sum, qui Dei decretum rescindam, ac Deo me benigniorem præbeam? A Egrotent, afflictentur, in calamitate versentur: ita censuit Deus. Atque hic solum Dei amorem præ se ferunt, vbi oboli custodiendi sunt, atque aduersus miseros insolescendum est. Illud quidem ex eorum oratione liquidò constat, eos Deum felicitatis suæ auctorem nequaquam arbitrari. Quis enim de pauperibus eam sententiā habuerit, qui quidem suarum omnium facultatum auctorem Deum agnoscat? Eorundem quippe est & à Deo aliquid habere, & iis quæ habent, piè ac secundum Deum vt. An verò à Deo quoque fiat, vt illi diuexentur, nondum perspicuum est, ³⁷ quandiu terrena hæc quoque moles perturbationem ex sese iactationemque velut in fluctibus tulerit. Quis verò scit, num ille ob vitium crucietur, hic rursus vt bonus ac laude dignus euechatur: ac non contrà, ille ob flagitiosam vitæ rationem attol- **40** latur, hic ob virtutem exploretur, ille inquam altius euectus, vt grauius corruat, tantisperque expectatus, quo ad vniuersa ipsius improbitas morbi cuiuspiam instar prius eruperit, vt iustiori quoque postea supplicio afficiatur: hic rursus calamitatibus præter hominum expectationem pressus, vt tanquam aurum in fornace probetur, ac quantumcumque vitij habet, eliquet (nemo enim duntaxat in procreata natura omnino à vitij labe purus est, quemadmodum literis sacris proditum est) aut etiam vt probatior & excellentior appareat: nam huiusmodi quoque aliquod arcanum in Scriptura reperire est, ac longum utique esset omnes Sp. sancti voces eò pertinentes enumerare. Sed quis arenam maris, & pluuiæ guttas, & profundi latitudinem metiri queat? Quis diuinæ in omnibus rebus Sapientiæ profundum peruestigare, qua & res omnes creauit, & quemadmodum ipse vult ac nouit, moderatur. Sufficit enim, vt Apostoli exemplo difficultatem illius obscuritatemque prætereuntes admiremur. O altitudinem diuitiarum & sapientiæ ac scientiæ

*Psal. 73.
Esa. 5.*

Sent.

*Deut. 22.
Exod. 23.*

*Arcana
multa con-
tinet obscu-
ritas veteris
legis.*

*Lucifer.
Amentia
infidelium.*

Esa. 29.

*Stultorum
& auarorum
verba.*

*Afflictionis
cause oc-
cultæ.*

*Omnes sumus
peccatores.*

Rom. II.

scientiæ Dei: quàm inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Et, Quis nouit mentem Domini? Quis, vt cum Iob loquar, ad extremum sapientiæ eius accessit? Quis sapiens, & intelliget hæc: ³⁸ ac non per id quod percipi non potest quod mensuram omnem excedit, metietur. Alius enim uero animi magnitudine atque audacia in his rebus efferatur, vel potius nemo efferatur: ego verò vel huius vitæ cruciatus sceleribus & flagitiis, vel lætos rerum successus vitæque tranquillitatem pietati omnino ascribere vereor: non quòd non vtilitatis interdum alicuius causa hoc accidat, vt vel per improborum calamitatem vitij cursus impediatur, vel per bonorum felicitatem virtuti via muniatur: sed quia non sem- **10** per nec omnino ita eueniat, verum hoc futuri æui sit, in quo alij virtutis præmiis, alij scelerum pœnis afficientur. Resurgent enim, ait Christus, hi ad vitæ resurrectionem, illi ad iudicij resurrectionem. Rerum autem humanarum alia forma est, aliæque gubernatio: tametsi omnia eò ferant, atque apud Deum æquabile quiddam proculdubio habeat id quod nobis salebrosū & inæquale videtur: haud aliter atque in corporibus extimæ atque intimæ partes, magnitudines etiam & paruitates, ac denique terræ tam prominentes quàm demissæ partes: quorum omnium pulchritudo mutua comparatione conflatur ac perspicitur. quando quidem opificis quoque materia, quæ prius inæquabilis atque incondita erat, scitè tamen admodum affabreque elaborata esset, si ad operis cuiusdam structuram **20** accommodaretur: id quod tum demum intelligimus atque fatemur, cum operis elegantiam vndique perfectam & absolutam intuemur. Atqui nec ille incertus est artifex, quandiu artificij ipsius ignari sumus: nec res huius vitæ propterea temerè atque inconditè gubernantur, quia exploratas earum rationes non habemus. Quin potius vt animi nostri affectum imagine quadam exprimam, nò multum ab iis qui nausea & vertigine afflicti sunt, dissimiles sunt, qui omnia sursum deorsumque verti putant, cum ipsi vertantur. Idem enim his, de quibus loquimur, accidit. Neque enim Deum sapientiores se esse sustinent, quam primum ad euentum aliquem quasi vertigine correpti hæserint: cum contrà faciendum **30** ipsis fuerit, vt vel in ratione conquirenda elaborent, velut cura & diligentia veritatem fortasse accepturi, vel de his rebus sapientiores viros magisque spiritalis consulerent (quandoquidem id quoque ³⁹ inter Spiritus dona numeratur, nec omnium est scientia) vel eam denique vitæ purgatione aucupari, atque à vera Sapientia sapientiam postulare. Illi verò (ò miram stultitiam!) ad id quod paratius est & procliuius, se conferunt, nec ratione vlla mundum administrari falsò asserunt, cum ipsi rationem ignorent. Ita propter incertitiam sapientes sunt, aut propter superuacaneam sapientiam, vt ita loquar, insipientes atque vècordes. Ex quo factum est, vt alij ⁴⁰ casum atque fortunam, fortuitò sanè temerèque confictam induxerint: alij siderum principatum rationis expertem atque inuolabilem, res humanas arbitrato suo, imò etiam necessariò contextentium, & inerrantium quarundam atque fixarum stellarum coitiones & recessiones: alij quod cuique in mentem temerè venit ærumnoso hominum generi inuexerint, quicquid nimirum ex ipsa prouidentia comprehendi conspicique nequit, in varias opiniones variæque nomina partientes. Nec defuerunt, qui magnæ quoque paupertatis prouidentiam insinularint, dum ea quidem, quæ nobis superiora sunt, ab ipsa regi atque administrari iudicarunt: ceterum eam ad nos vsque, qui ea vel maximè indigemus, deducere grauari sunt: perinde ac vererentur, ne pluribus iuuandis beneficij auctorem meliorem pronunciarent, aut ne Deus bene de pluribus merendo fatisceret: verum hos, vt dixi, valere sinamus: quippe quos iam Scriptura egregiè vltæ est. Infatuatum est enim, inquit ille, insipiens cor eorum. **40** dicentes enim se sapientes esse, stulti facti sunt, Dei que incorruptibilis gloriam immutarunt, figmentis quibusdam atque vmbriis prouidentiam ad omnia sese porrigentem contumeliosè proscindentes. Nos autem neque huiusmodi dogmatum portenta confingamus: si quid nobis, qui ratione vtimur, ac summæ rationis

Sap. 9.

Ioan. 5.

simil.

Multi vertiginem patientibus similes.

*I. Cor. 12.
Sapientia perstulanda à vera sapientia.*

*Fortuna.
Fatum.*

Rom. I.

cultum profitemur, ratio curę est: nec iis qui hæc opinantur, assentiamur: tametsi in absurdis verbis atq; dogmatis celerem & expeditam linguam habeant, animosque nouitate delectent. **Quin** potius & Deum rerum omnium parentem & effectorem credamus (quoniam enim modo vniuersum hoc extitisset, nisi ab aliquo procreatum atque concinnatum fuisset?) & prouidentiam, quæ vniuersam hanc rerum machinam contineat, veluti vinculis astringat, simul inducamus (quandoquidem earundem rerum, quarum conditor est, moderatorumque eum esse necesse est: alioqui si mundum casu feratur, primo quoque tempore, velut naus à venti turbine, propter materiæ perturbationem dissoluetur ac distrahetur, atque ad veterem confusionem indigestamque congeriem reducetur) ac rebus nostris præsertim nostrum, siue Factorem siue Fictorem appellare maus, præesse credemus, etiam si vita nostra per contraria gubernetur, hac fortasse de causa nobis ignota, vt quia ad eorum cognitionem aspirare vix possumus, rationem omnia superantem admiremur. Facile quippe vilescit, quicquid facile percipitur: quod autem ingenij nostri aciem superat, quod affectu difficilius, eò etiam maiorem sui admirationem mouet: atque id omne, quod desiderium nostrum fugit, cupiditatem exercet. Ac proinde nec sanitatem omnem admiremur, nec morbum respiciamus: nec fluentibus diuitiis cor apponamus profluuium huiusmodi plus æquo adhaerentes, ac velut partem quandam animæ cum eo absorbentes: nec rursus paupertatem vt scdam omnino ac detestabilem, vt infamem Deoque inuisam insectemur. Verum & stultam sanitatem, cuius fructus est peccatum, aspernari, & morbum sanctum honore prosequi condiscamus, eos, qui per dolorem afflictionemque victoriam adepti sunt, venerantes: ne forte Iob quispiam inter ægrotantes delitescat, multò vtique iis qui corpore sano sunt, præstantior atque augustior, etiam si ⁴¹ sanie ferueat, etiam si noctu ac diu subditi vexetur, cum à plaga, tum ab vxore, tum ab amicis in arctum reductus: & sceleratas opes propter quas meritò diues ille in flammis cruciatur, & exiguam æquè guttam refrigerandæ linguæ causa simplex postulat, repudiemus: & rursus paupertatem gratam & tolerantem, cum qua Lazarus salutem assequitur, atque illius in Sinu Abrahæ requietis opibus affluit, collaudemus. Ac mihi quidem hoc quoque nomine necessaria esse videtur beneficentia, misericordiamque erga pauperes, vt iis qui de illis ita sentiunt os obstruamus, nec inanibus verbis cedamus, crudelitatis legem aduersus nosmetipsos sancientes. Cæterum multò magis mādato diuino atque exemplo moueri debemus. **Quod** nam porrò hoc mandatum est? ac videte quæso quàm constans sit minimèque fucatum. neque enim hominibus Sp. sancto afflatis fuit satis, semel atque iterum de pauperibus sermonem habuisse: nec quidam duntaxat de his rebus verba fecerunt, reliqui minimè: aut alij copiosius, alij parcius, velut de re non ita magna, nec admodum necessaria: verum & omnes in vniuersum, & sedulò quisque, vel primùm, vel in primis ad eam rem nos inhortantur, nunc admonentes, nunc comminantes, nunc exprobrantes, nonnunquam etiam eos, qui hanc virtutem assequuntur, laudibus efferentes: nimirum vt assidua comminatione nos ad præcepti huius expletionem inflamment. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. **Quis** exurgentem Dominum non extimescat? Et alio loco, Exurge Domine Deus meus, exaltet manus tua, ne obliuiscaris pauperum. Elationem huiusmodi deprecemur, nec nobis in mentem veniat videre velle manum illam aduersus contumaces & rebelles homines sese efferentem: quòdque eo grauius est, in duos atque præfractos immisissam. Et rursus, Non est oblitus clamoris pauperum. Et, Non in finem obliuioni erit pauper. Et, Oculi eius ad pauperem respiciunt (quod quidē palpebris melius est, & efficacius) palpebræ autem eius explorant filios hominum, id est, minor, vt itadicam, ac secundaria inspectio. Verum dixerit fortasse aliquis, Hæc de pauperibus & egenis illis dicuntur, qui per iniuriam læsi fuerint. Sit ita sanè. nam de hoc litem nullam mouebo. At hoc quoque tamen ad colenda humanitatis officia

Prouidentia dei.

Sent.

Sanitatis stultæ fructus peccatum.

Vide ne Iob quispiam delitescat inter ægrotantes.

Luc. 16.

Elemosynæ mandatum.

Psal. 11.

Psal. 9.

Ibidem.

officia te extimulet: nam quorum iniuria affectorum tanta ratio habetur, quid afferri potest, quin iisdem beneficio affectis magis oblectetur Deus? Nam cum is, qui pauperem aspernatur, ipsius Creatorem ad iram concitet: non dubium est, quin Creatorem honore afficiat, qui creaturam ipsius complectitur. Rursus cum audis, Pauper & diues inuicem sibi occurrerunt: vtrumque autem creauit Dominus: ne illum quidem pauperem, hunc autem diuitem ab eo creatum intelligas, ex eoque insectandi pauperis ansam arripias. Neque enim constat, an à Deo huiusmodi diuisio profecta sit: verum Dei figmentum, inquit ille, vterque æquè est, tametsi quod ad res externas attinet, dispari conditione sint. Hoc te ad condolentiam & charitatem pudore pertrahat: vt cum cogitatio illa tibi animos extulerit, hæc eosdem demittat, tēque moderatiorem efficiat. **Quid** præterea? Qui miseretur pauperis, inquit, Deo sceneratur. **Quis** huiusmodi debitorem recuset, æs alienum in tempore non sine scenore redditurum? Et rursus, Misericordia & fide peccata purgantur. Ergo miseratione purgemur, animique labes & inquinamenta ⁴² egregia illa herba detergamus, ac dealbemus, ⁴³ alij vt lana, alij vt nix, pro misericordiam videlicet proportionem. Atque, vt formidabilius aliquid dicam, si nulla est in te comminatio, ⁴⁴ nec liuor, nec plaga tumens, nec ulla ⁴⁵ animæ lepra, aut significationis tactus, aut candor, quæ Lex prisca leuiter curabat, ac medicam Christi manum requirunt: at eum certè, qui salutis nostræ causâ vulneribus & languore affectus est, venerare. Veneraberis autem, si te Christi membro benignum atque humanum præbeas. **Quod** si te fortasse animarum nostrarum prædo ac tyrannus vel à Hierusalem in Hiericho descendente, vel alibi vsquam inermem & imparatum nactus, vsque adeo fauciauit, vt meritò his verbis vtique queas, Putruerunt, & corrupte sunt cicatrices à facie insipientiæ meæ. si quidem ita es affectus, vt ne medicinam quidem postules, nec morbi curandi rationem intelligas: heu plagam sanè grauiissimam, calamitatēque altissimè grassantem! Sin autem salus tua nondum profus deplorata est, nec immedicabili morbo laboras, ad Medicum accede, obsecra, vulneribus per vulnera medere, idem eodē acquirere, vel potius minoribus remediis grauiores morbos depelle. Dicit animæ tuæ: **Salus** tua ego sum. Et, Fides tua te saluum fecit. Et, Ecce sanus factus es: atque humanissimis quibusque verbis te alloquetur: modò te afflictis hominibus benignum & clementem esse videat. Beati, inquit, misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Non in postremis beatitudinum partibus est misericordia. Et, Beatus, qui intelligit super egenum ac pauperem. Ac rursus, Benignus vir, qui miseretur & commodat. Et alio loco, Tota die iustus miseretur, & commodat. **Benedictionē** arripiamus, intelligentes vocemur, benigni simus, ne nox quidem misericordiam officia interrumpat. Ne dixeris, Rediens redi, & crastino die dabo tibi: ne quid inter propositum tuum & beneficentiam intercedat. Vna enim est beneficentia, quæ moram non patitur. Frange esurienti panem tuum, & egenos ac te cto carentes induc domum tuam, idque læto atque alacri animo. ⁴⁶ Qui enim miseretur, inquit ille, cum hilaritate misereatur: ac beneficij gratia promptitudine & celeritate congeminatur. nam quod mæsto animo defertur, aut necessitate extorquetur, ingratum est parumque gloriosum. Lætandum est autem, non lugendum, cum beneficium damus. ⁴⁷ Si vinculum & electionem sustuleris, inquit ille, hoc est tenacitatem & explorationem animique dubitationem, ac querulam orationem, quid futurum est? quàm magnum & admirandum! quantaque huius rei merces? ⁴⁸ Erumpet matutinū lumen tuū, & sanitas tua citò coarctetur. **Quis** ergo est, qui lucem & sanitatem non experat? **Quin** me mouet quoque Christi crumena, qua nos ad pauperes alendos exhortatur, Paulique etiam & Petri conuentio, qui ita inter se Euangelij promulgationem inter se partiti sunt, vt pauperes interim communiter complexi sint: ac denique vitæ perfectio Adolescenti illi in eo definita & constituta, vt facultates suas pauperibus erogaret. An tu beneficentiæ officium tibi liberū esse, ac nõ necessariò præstandum

Qui pauperem spernit Deum spernit.

Prouer. 12.

Prouer. 19.

Prouer. 15.

Esa. 1.

Leuit. 13.

Luc. 10.

Psal. 37.

Psal. 34.

Luc. 7.

Ioan. 5.

Matth. 5.

Psal. 40.

Psal. 111.

Psal. 36.

Prouer. 3.

Esa. 58.

Rom. 12.

Hilariter dandum.

2. Cor. 9.

Esa. 58.

Galat. 2.

Matth. 19.

Beneficentiæ necessitas.

existimas, ac non legis sed consilii rationem habere? Hoc quoque ipse magnopere vellem & existimarem: sed me sinistra illa manus exteret, hædi, & probra ea quæ in sceleratos homines ab eo, à quo in ea parte collocati sunt, coniciuntur, non quia manus alienis bonis attulerunt, nec quia fana diripuerunt, aut adulterium admiserunt, aut aliud quiddam ex iis, quæ interdicta sunt, perpetrarunt, hoc ordine cõdemnati: sed quia Christum per pauperes minimè curarunt. Quocirca si quid mihi auscultandum putabitis, serui Christi, & fratres, & cohæredes, Christum, quandiu licet, inuisamus, Christum curemus, Christum alamus, Christum induamus, Christum colligamus, Christum honoremus, non mensa solùm, vt quidam, nec vnguentis, vt Maria, nec sepulchro duntaxat, vt Ioseph Arimatheus, nec rebus ad sepulturam accommodatis, vt ille ⁴⁹ dimidia tantùm ex parte Christum amans Nicodemus, nec denique auro thure & myrrha, vt Magi ante eos omnes, quos diximus: sed quoniam omnium Dominus misericordiam mauult quàm sacrificium, ac pinguium agnorum myriades commiseratio superat: hanc per pauperes humique hodierno die prouolutos ipsi conferamus, vt cum hinc excefferimus, in æterna tabernacula nos accipiant, in ipso Christo Domino nostro, cui gloria in secula. Amen.

Christus quomodo honorandus

ose, 6.

Luc. 16.

SCHOLIA EX GRÆCO NICETÆ COMMENTARIO maxima ex parte collecta.

20

1. Viri fratres) Aptissimè auditores fratres & paupertatis socios appellat, vt ab ipsis quoque nominibus eos ad bene de pauperibus & ægrotis merendum trahat, tum naturam suam, tum incertos rerum humanarum casus euentusque cogitantes.
2. Ad exiguam lancem) Greg. μικρῆς μέτρης μέτρον, ad verbum, si parua mensura æstimentur, hoc est, corporeis opibus quæ parua sunt, quia fluxa & peritura, vel etiam parua, si cum diuinis ac veris diuitiis in contentionem veniant.
3. Cibum calidus depluens) Hoc est, doctrinam diuinitus inspiratam, & cælestes latices, quibus Angeli vescuntur.
4. Nomen traxit) Zelotes enim ob eam causam vocatus est.
5. Ac per Israël) Paulus de Israëlitis loquens 1. Corinth. 10. Prostrati sunt, inquit, in deserto. Et rursus, Ceciderunt vna die viginti tria millia. subiungitque, Exemplum nobis facti sunt, vt non simus concupiscentes malorum.
6. Petrus lupinis) ἀδελφίου Σέρμοις, id est, vt exponit Nicetas, ἀδελφίου τυτίσι δεκανόμιμου ἐωνυμῶσις. Hoc porro ex Apocrypho quodam libro sumptum est.
7. Sacro morbo) Per sacrum morbum lepram intelligit. Vnde Græcus Commentator ἐς δὲ φθῆρεν ἢ ἐλεφαντίασις, quos elephanti, hoc est lepra labefactauit atque corripit. λυωθενῶσις etiam plurimis locis exponit. Ad eundemque modum explicans ea Gregorij verba, quæ aliquanto inferius habentur παρὰ δὴμοι δὲ κατὰ κοίτης ἢ κατὰ ἀδικοῦστων. ἢ γὰρ ἀδικῶσιν, inquit, ὅτι δὲ φθῆρεν τὸ ὕδρον ἐκείνοις, καὶ τῆς συμπίδνους χυμὸς ἐκκατὰ σπέρματι τῆς αἵματι, τῆς ἀκαθάρτου χυμὸς τῆς ἀκαθάρτου παρὰ γὰρ ἀκαθάρτου. Quid enim, inquit, nobis iniuria inferunt, quia humor eorum corruptus est, & putrefactionis succus sanguini inspersus est, atra bile extra venas suas in pituitam fusæ? Atque inferius adhuc paginis aliquot interiectis, exponens id quod Theologus ait, non esse metuendum, ne morbus ille ad nos contagione transfundatur, ἐν τῷ ὕδατι, inquit, ἐν δὲ ὕδατι σπασίται μὲν τῆς τῆς τοῦ τοῦ παρὰ δὴμοι κατὰ σπέρματι καὶ τῆς αἵματι ἐν τῆς παρὰ γὰρ ἀκαθάρτου χυμὸς ἀκαθάρτου ἀκαθάρτου. Ex quibus verbis, ne alia exempla proferam, liquidò apparet, per sacrum morbum, Elephantiam siue lepram significari, id quod idcirco annotandum putauit, ne quis hinc comitalem morbum designari existimet: qui etiam sacer morbus appellatur.
8. Ab hoc flagitioso & infido) Flagitiosum corpus vocat, quia aduersus animam insurgit: infidum, quia nec sanitatem, nec pulchritudinem, nec vires conseruat: sed quàm celerrimè immutatur: abiectum autem, vt pote humilitatis corpus, vt est apud Apost. Philip. 3. velut per se vile & contemptibile. terra enim est & cinis, vel etiam vt animum nostrum præ infirmitate sua deprimens.
9. Cum in columi valetudine) Ἐπιμαρτὸς γὰρ δὲ ἐξία καὶ χεῖρα ψυχῆς ἐργάζεται, vt eleganter inquit Nicetas. Bona corporis habitudo malam animæ habitudinem parit.
10. Si macerare & debil.) Ne videlicet in ipsis voluptatibus tanquam in cæno voluter: vel, quod ait Pythagoras, grauius mihi ergastulum efficiam.
11. Vt per actiones) Haftenus, inquit Plato, corpus fouere atque complecti debemus, vt illud ad Philosophiam administrum habeamus. Quibus verbis consentanea sunt illa Pauli verba, Curam carnis ne feceritis in concupiscentiis. Rom. 13.
12. Corporis compedibus) Corpus enim corruptibile, vt habetur Sapient. 9. aggrauat animam: ac terrenum tabernaculum

- tabernaculum mentem multa curantem deprimit. A curis porro is, qui contemplationi animum addixit, quia iam in eum habitum peruenit, vt à corpore detineri atque constringi nequeat, distrahitur, simulatque diuina spectacula negligere cæperit: is autem qui in rebus gerendis versatur, quia nondum à corporis contagione animum abrupit, non detrahitur, sed retinetur: prius nimirum & antiquius habens vitium affectibusque seruire, quàm honestos & egregios labores, in quibus animæ libertas sita est, suscipere. Vel, deprimitur quidem ille, qui ab huiusmodi vitæ curis nonnihil mentem exulit: detinetur autem, qui primum se à terrenarum rerum studio abducere atque ad superna conuolare conatur.
13. Cum Dei pars sumus) Pars Dei sumus, quia essentia nostræ rationes in Deo prius extiterunt. Supernè autem fluximus, quia non iuxta rationem in Deo prius existentem, qua conditi fuimus, moueri cæpimus, ὅτι κατὰ τὸν γὰρ ἡμεῶν λόγον τὸ ἐν τῷ θεῷ ἔσθ' ὅντα καὶ ἡμεῶν. Vel etiam aliter, Pars Dei dicimur, quia virtutis, quæ in vnoquoque homine est, substantia, Dei ratio est. Quisquis enim certum atque constantem virtutis habitum affectus est, haud dubiè Dei quoque, virtutum omnium essentia, particeps est. Vel etiam, Dei pars sumus, vt Dei familiares atque cognati, propter intelligentem animæ facultatem. (Intellectuales enim nature Deo familiares sunt) atque etiam propter principatum, ob quem ad Dei quoque imaginem conditi esse dicimur. Quòd autem nos supernè fluxisse ait, hoc ideo ait, quia anima humana nequaquam infernè creata est, vt reliquorum animantium animæ: sed supernè à Creatore corporibus infusa est. Inspirauit enim, inquit ille, in faciem eius spiraculum vitæ: & factus est homo in animam viuentem.
 14. Ignis siue tenebrarum) Ita enim vrit ignis ille, vt tamen splendore careat. Arcanus enim hic sermo est, quòd extremo illo die ignis facultates diuidentur: ac splendor quidem illius iis qui iuste curriculum vitæ confecerint, assignabitur: ardor autem sceleratis.
 15. Cum feris habitabis) Daniel. 4. Cum feris erit habitatio tua.
 16. Vel inuitis vobis) Malach. 2. Nunquid Deus vnus creauit nos? nõnne Pater vnus est omnium nostrum?
 17. Nomen nouum) Alludit ad illud Esaiæ cap. 62. Vocabitur eius nomen nouum: & benedicetur in vniuersa terra. Quòd autem sequitur, Gens sancta & c. ex libro Exodi cap. 19. sumptum est, & ex 1. Epist. Petri cap. 2.
 18. Ac cesarie) Hanc mollitiem sic notat Phædra apud Ouidium in Epistolis Heroidum, Sine procul à vobis iuuenes vt fæmina compti: Fine coli modico forma virilis amat.
 19. Malorum auctorem) Quemadmodum Homerus Iliad. 5. naues illas quibus Alexander vectus est, cum Helenam secum in Asiam abduxit, ἀρχαῖος appellat, vt pote quæ acerbissimis calamitatibus postea causam dederint: ita etiam hoc loco eleganter ventrem ἀρχαῖον vocat Gregorius, quòd hinc omnis mortaliū calamitas profluit, vt videre est Genes. 3. Sic & versu 374. Poëm. 1. Ventrem malorum auctorem vocat.
 20. Ac cum cibus) Paulus 1. Corinth. 6. Esca ventri, & venter escis: Deus autem & hunc & has destruet. κατὰ ρησιν, ὅτι τὸ ἐν τῷ ἐν τῷ πνεύματι, inanent & inertem reddet, nimirum in fine seculi. 1. er ventrem autem non ipsam corporis partem intelligere debemus: sed gulam & ingluuiem, quæ in futuro æuo nulla est futura.
 21. Velut tyrannus accedat) Patrium vinum scilicet expellens ac de medio tollens.
 22. Coluber mordens in via) Genes. 49. cap. Dan coluber in via, sedens in semita. Allegoricè autem sensu coluber est diabolus in fluxa hac & instabili vita, tanquam in via insidias struens: De quo Genes. 3. dictum est, Ipse obseruabit caput tuum, & tu obseruabis calcaneum ipsius. Caput porro spiritalis draconis, primæ sunt illius insidiæ, quas obseruare iubemur: calcaneus autem quem ipse obseruat, gressus atque incessus nostri sunt.
 23. Ad montes æternos) Id est caelestia bona: quæ quidem montes dicuntur propter sublimitatem & firmitatem.
 24. Da partem septem) Hunc Solomonis locum explicatum habes in Comment. Orationis in sanctum Baptisma.
 25. Quòd filius Dei effectus es) Paulus Rom. 8. Ipse enim Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quòd filij Dei sumus. si autem filij, & heredes & c.
 26. Genus Gigantum) Meminit quidem Gigantum Scriptura. Genesis enim 6. cap. sic scriptum habetur: Gigantes autem erant super terram in diebus illis: sed per gigantes viros fortissimos ac robustissimos intelligit, non autem naturà excellentiores quàm reliqui homines, ac prodigiosa corporis magnitudine præditos, quales Poëta suos Gigantes commenti sunt. De Nembrod habes Genes. 10. de Enac Numer. 13.
 27. Erubescite, qui aliena detinetis) Hæc verba ex Constitutionum Apostolicarum Decabiblo sumpta sunt, quam postea Concilium sex:um exauthorauit, vt insidiosè ab hereticis vitiatam.
 28. Quando effluet mensis) Hunc locum explanatum habes in Oratione in laudem Basilij.
 29. Beatus Michael) Vt mendosi sunt Græci codices, vel certè memoria lapsus est Gregorius. Neque enim hæc verba Michael sunt, sed Amos Prophete cap. 6. Sic etiam paulò antè citauit Amos pro Michæa.
 30. Iosephi contritione) Per Iosephum hoc loco Propheta genus originem à Iosepho ducens intelligit: quòd quidem iam iamque conterendum atque opprimendum erat, Samaria tum temporis ab Assyriis expugnata. Nec tamen cætera tribus calamitatem eam prospicientes, villo animi dolore tangebantur, quin potius miseris insultabant, luxurique disfluebant, atque huiusmodi luxum certum sibi fore pollicebantur, nõ autem breuem & caducum.

- 31. Nonneque salutis mysterium) hoc est, Corpus & sanguinem ipsius, vel etiam Baptismi sacramentum.
- 32. Alienus ab alienare) Et si, inquit, alienus. i. diabolus te pauperis miseratione moueri non sinens, auertat te, ne Dei beneficiis cumuleris.
- 33. Manum extendentem) Psal. 73. Leua manus tuas in superbas eorum in finem. Et Esaias cap. 5. Adhuc manus eius excelsa. quibus verbis eam ad plagam inferendam paratam esse significat.
- 34. Lucrifero. Greg. καρδωλα. Mercurij epitheton, quod eum lucri, imò etiam furtorum praesidem caeca antiquitas sinxerit. De quo Orat. I. in Iulianum.
- 35. Homines necare) Ταυροscyta intelligit, qui hospites Dianae mactare solebant: quemadmodum alio loco fusius commodiusque dicemus.
- 36. Verèque ex terra vocem mittant) Alludit ad illud Esaiæ cap. 29. Humiliaberis, de terra loqueris: & de humo audietur eloquium tuum. Et erit quasi Pythonis de terra vox tua, & eloquium tuum, & de humo eloquium tuum mustitabit. Ait igitur Gregorius, eos qui tam crudeles voces in pauperes euomant, non è caelo sed ex terra tam importunas voces emittere, id est terrenis non caelestibus sermonibus uti.
- 37. Quandiu terrena haec quoque moles) Quandiu, inquit, videro vniuersam hanc rerum machinam corruptioni atque alterationi obnoxiam esse, nosque variis multiplicibusque corporis malis propter naturæ infirmitatem subiectos esse Nam cum corpora ex materia consent, materialis vti que perturbationis atque mutationis participia sunt, res que materiata materiam sequuntur, fluctibusque instabilibus sunt similes.
- 38. Ac non per id quod percipi non potest) Greg. καὶ οὐχὶ τὰ ἀεφίλω ματρὸς τὸ ἴδιον μέγεθος. Ex eo enim, inquit, Nicetas, quòd Dei iudicia nec oculis cernere, nec animo percipere possumus, docemur ea vetustissima esse, numeroque omni ac mensura sublimiora. Hæc Nicetas. Ex quibus verbis, atque adeò ex ipso sensu negatiuam particulam οὐχὶ expungendam putauit, ac legendum, καὶ τὰ ἀεφίλω ματρὸς τὸ ἴδιον μέγεθος, ut hæc verba illis Orationis 2. in Pascha verbis respondeant, τὸ πῦρ καὶ τὰ κηρὰ τῶν ἀνθρώπων ἴσα ἴσῃ. Nam ipse quoque Paulus haud dubiè Deum mensura omni sublimiorem τὰ ἀεφίλω mensus est. cum admirandus diceret Roman. 11. Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? nonne enim hæc tantum mensura iudicia illius comprehendit, quòd ea ἀεφίλω esse dixerit?
- 39. Inter spiritus dona. 1) Scientia inter spirituales gratias numeratur 1. Cor 12. cap.
- 40. Alij casum atque fortunam) De his omnibus opinionibus in praesentia nihil dicam, quoniam ea fusissimè Nonnus explicat in profanarum Historiarum expositione, Orat. I. in Iulianum.
- 41. Sanie ferueat) In omnibus codicibus Graecis, quoscunque viderim, legitur καὶ ἰχθὲς ζῆν. fortasse tamen legendum ζῆν. Sic enim legitur Iob 2. cap.
- 42. Egregia illa herba) Misericordis, inquit Sapiens Prouerb. 15. peccata purgantur: quemadmodum herba ea, quæ dorycnium dicitur, corporis sordes. De qua etiam Hieremias cap. 2. loquens, Si multiplicaueris tibi herbam, inquit, maculata es in iniquitate tua coram me,
- 43. Alij vt lana, alij vt nix) Quemadmodum lana, quæ natura sua candida est, cura tamen hominum & diligentia candidior efficitur: sic etiam homo naturales ad virtutem facultates vsu atque exercitatione perficiens magnos virtutis progressus facere potest. Nix rursus, quæ subiecto aqua est, aeris accessione candorem contrahit. cum humor ille qui est in nubibus, vehementi ventorum flatu in spumam intumuerit, atque ab aeris frigore condensatus fuerit. Ad eundem modum anima naturalem aptitudinem tum additione suæ tum ope sp. sancti amplificans. Sanctorum splendore digna efficitur.
- 44. Nec liuor nec plaga tumens) Esaias cap. 1. Non vulnus, non liuor, non plaga tumens. Vulnus est contumeliam corporis solutio, connexione videlicet exigua quadam parte intercisâ. Liuor cruentum plagæ vestigium, contuso corpore ex eius qui vulnus infixit, inflexione: φλεγμὸν tumor cum inflammatione, humore ad affectam partem conflante, eamque præternaturali calore adurentè. Hoc autem loco per vulnus mutuas discordias & concertationes, atque hinc nata schismata fortasse intelligit Gregorius: per liuorem subdolum & simulationis plenum animam: per tumorem seu phlegmonem elationem ex stulto nostri amore permanentem.
- 45. Animæ lepra) Moses Leuit. 13. de leprosis disputans, si fuerit, inquit, in cute alicuius cicatrix significationis (quam etiam tactum vocat) aut candor &c. Est autem cicatrix vel tactus significationis lepræ vestigium, quo adhuc obscure significatur: candor vestigium albius, quo eminens cernitur, ac perspicua est. Translatè autem tactus lepræ est peccati principium, ac velut assensus: candor verò aperta actio.
- 46. Qui enim miseretur) Verba sunt Pauli Roman. 12. & Ecclesiastici 35. In omni munere hilaris sit facies tua. Et Paulus 2 Corinth. 9. Nilarem datorem diligit Deus.
- 47. Si vinculum sustuleris) Vide Scholia eius Orationis, quæ est ad ciues Nazianzenos.
- 48. Erumpet matutinum semen tuum) Non, inquit, simpliciter dabitur tibi à Deo lumen, sed iuxta Esaiæ vaticinium cap. 58. erumpet potius, fulguris cuiusdam instar cum impetu à Deo demissum. Quibus verbis perspicuè declaratur, quæ promptitudine & alacritate beneficia sua Deus nobis impertiat: Illuminationem enim nostram quasi p. aruit, atque ad bene de nobis promerendum velut impetu fertur.
- 49. Dimidia tantum ex parte) vt pote qui Christum nocte tantum alloquatur.

GREG.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO PARTIM funebris in laudem patris sui mortui, partim consolatoria ad matrem Nonnam, habita praesente Basilio, ad quem & principium Orationis spectat.

ARGUMENTVM.

HAC ORATIONE primùm Basilius magnum alloquitur, eique velut argumentum quoddam orationis subministrat. Deinde paternæ vitæ narrationem exordiens ostendit, quemadmodum portentosa quadam atque impia religione abiecta Christianam fidem amplexus sit: idque miris modis exornat, ac simul captata occasione matris laudem annexit. Postea ad propositum Orationis scopum rediens miracula quadam narrat, quæ in illius Baptismo contigerunt. Tum ad Episcopatum eius transit, vbi varias eius laudes profecquitur. Ac pietatem quidem illius fideique certitudinem per collationem amplificat, obiterque cum purgat, quòd imprudens falso cuidam & nefario hæreticorum dogmati subscripsisset. Mox eiusdem liberalitatem benignitatemque in pauperibus complectendis, gloriaque humanæ contemptum laudat. Post quibusdam virtutibus per congeriem enumeratis ad humilitatis laudem redit, eamque eleganter pertractat. Cui ignoscendi facilitatem subiungit, atque iniuriarum obliuionem eximiamque humanitatem cum mira in rebus gerendis dexteritate coniunctam. Ita demum exponit, quemadmodum Deus eum duplici miraculo celebrarit, dum & eos à quibus offensus fuerat, vltio diuina statim consecuta est, & eundem à medicis comploratum præter omnium spem pristinae valetudini restituit. Et quia his rebus hominum sanctimonia in primis elucescit, addit quemadmodum mater grauissimo & atrocissimo morbo laborans repente sanitatem receperit: ac præterea quònam modo ipse periculossima tempestate iactatus parentum precatione certissimum mortis periculum effugerit. Hinc ad fortitudinis constantiaque laudem se confert. Quæ pluribus exemplis demonstrata patris encomio finem imponit. Postremò ad matrem iam senio confectam Orationem conuertit, eamque elegantissimè & scitissimè consolatur.

HOMO DEI, & fidelis serue, & mysteriorum Dei dispensator, & vir spiritualium desideriorum: hoc enim nomine sublimes & excelsos viros, & supra ea quæ oculis cernuntur, positos Scriptura vocat. Quin te quoque Pharaonis, hoc est omnis Aegyptiacæ atque aduersariæ potestatis Deum appello, Ecclesiæque columnam & fundamentum, & Domini voluntatem, & luminare in mundo verbum vitæ sustinens, & fidei fulcimentum, spiritusque domicilium. Et quid nomina ea omnia, quæ tibi tua virtus peperit, alia aliud tibi concilians atque offerens, recensere pergo? Ceterùm dic quæso, vnde te habemus, quænam est opera tua, quidque nobis allaturus huc accedis? Quandoquidem omnibus in rebus te Deo adiutore Deique afflatu impulsuque, atque ad eorum, qui te excipiunt, vtilitatem moueri comperitum habeo. An vt nos vifas huc te contulisti: an vt pastorem quæras? an vt gregem vifites? nos quidem iam nullos, maximaque nostri parte simul cum eo vita perfunctos, atque hunc afflictionis locum grauissimè ferentes, hoc præsertim tempore quo peritum gubernatorè vitæque nostræ facem, quam nobis salutis ignem è sublimi ostentantem intuentes recto cursu ferebamur, amisimus: illum autem cum omni virtute pastoralique disciplina, quam diuturno tempore collegerat, à nobis morte abreptum, plenum dierum ac prudentia, & (vt Solomonis verbis vtat) gloriæ senectute coronatum: gregem denique anxium & abiectum, summoque, vt vides, mœrore tristitiaque profligatū, non iam in virenti loco quiescentem, nec refectiois aqua enutritum, sed præcipitia & solitudines & barathra in quæ dispergatur ac pereat, quærentem, num alium quoque posthac solertem ac prudentem pastorem consecuturus sit, dubitantem, illud quidem certissimè sibi persuadentem, nunquam se alium ei virtute parem habiturum, benèque secum agi putaturum, si non multò inferiorem. Porro cum tria hæc, vt dixi, tibi huc ve-

1. Timot. 6.
4. Reg. 1.
Matth. 25.
1. Cor. 4.
Dan. 6.
Exod. 7.

Basiliū alloquitur.

Prouer. 16

niendi necessitatem peræquè attulerint, nos scilicet, & grex, & pastor: age pro eo curationis spiritu, quo præditus es, congruentem cuique medicinam adhibe, ac sermonem cum iudicio dispensa, quo tuam sapientiam magis admiremur. Quoniam autem modo dispensabis? Primum si illum, ut virtus ipsius promeretur, laudaueris, non solum ut puro puram orationem instar funebris cuiusdam muneris inferas: sed etiam ut vitam illius vitæque rationem aliis velut exemplar quoddam ad imitandum proponas. Deinde si de vita & morte, de animæ corporisq; coniunctione ac separatione, de duobus mundis, hoc nimirum præsentis ac fluxo & fragili, & eo qui animo ac ratione intelligitur, nec unquam effluit, breuem ad nos orationem habueris, nobisque persuaseris, ut illius quidem imposturas ac perturbationem & inconstantiam, ac velut in vndis sursum deorsumque iactationem aspernemur: huic autem firmo & stabili, & diuino, semperq; eodem modo se habenti, atque omnis turbulentia & confusionis experti totos nos addicamus. Sic enim fore, ut eorum qui ante nos è vita discesserint, interitu minus discruciemur, imò etiam letemur: si nos oratione tua hinc abductos in altum subue-xeris, præsentemque molestiam in futuro æuo abdideris, fidemque feceris nos quoque ipsos ad bonum Dominum concitato cursu properare, atque habitationem peregrinatione meliorem & præstantiorem esse: quòdque nauigantibus est portus, hoc iis qui huius vitæ procellis agitantur, migrationem in alteram vitam esse: aut etiam quemadmodum qui longum iter priores confecerunt, meliore sunt conditione, quàm qui itineris laboribus adhuc fatigantur: ita tolerabiliorem & meliorem eorum conditionem esse, qui ad supernum illud hospitium iam peruenierunt, quàm qui sinuosum adhuc præruptumque huius vitæ iter emetiuntur. Ac nos ad hunc modum consolaberis. Iam verò gregis mœrorem qua ratione minues? Primum si te, sub cuius pennis conuiescere omnibus honestum est & expetendum, cuiusque vocem ardentius sitimus, quàm purissimos fontes qui fiti correpti sunt, antistitem illi ducemque non defuturum pollicearis. Deinde si nos eò adduxeris, ut ne nunc quidem à Pastore illo bono, animamque suam pro ouibus ponente relictos esse confidamus: quin potius eum & adesse, & pascere, & viam præire, & oves suas cognoscere, vicissimque à suis cognosci, non illum quidem corpore, sed spiritu nobiscum versantem, ac pro gregis salute aduersus lupos bellum gerentem, nec quenquam latronum more caulam transilire, atque animas veritatis doctrina rectè institutas peregrina voce distrahere, furtimque interciperere sinentem. Nec dubito quin hoc nunc quoque magis postulatione sua faciat, quàm prius doctrina: quippe qui excussis corporeis compedibus, ac face illa mentis puritatem turbante liberatus propius iam Deo iungitur, ac nudus primam illam purissimamque mentem nudam alloquitur, Angelorumque classe ac libertate (si tam audacter loqui fas est) donatur. Sed hæc pro tua dicendi facultate spiritusque potentia rectius per te ipse, quàm tibi submonstrare possim, philosophaberis atque constitues. Cæterum ne virtutum illius ignoratione fiat, ut longè infra rei dignitatem oratio tua subsistat, paucas quasdam laudes ex iis, quas in eo perspexi, leuiter adumbrabo, primisque lineis informabo, ac deinde tibi eximio harum rerum pictori opus in manus tradam, ut virtutis illius pulchritudinem accuratius expolias, eamque tradas memoriæ hominum sempiternæ. Ille igitur, ut patriam, genus, corporis dotes, externum splendorem, cæteraque quibus gloriari mortales solent, ad encomiorum leges remittam, atque ab his, quæ nobis prima sunt maximæque propria, initium dicendi faciam, radicis nequaquam e-gregiæ, nec ad pietatem commodè natæ, nec in domo Dei plantatæ furculus extitit (prius enim postremorum fiducia non erubescio) quin potius admodum præ-posteræ ac portentose, ex duabus rebus valde contrariis, nimirum Gentili errore atque legali vanitate conflata. Quarum ambarum partes quasdam fugiens ex quibusdam rursus partibus constituta & coagmentata est. Nam qui in ea sunt hæresi, ex Gentilium quidem religione simulachra & sacrificia ita reficiunt, ut

Duo mundi.

Præsentem molestiam in futuro æuo abdere.

Simil.

Ioan. 10.

Pro suis ouibus orat Gregorij pater defun-ctus.

Genus.

10

20

30

40

50

ignis

ignis interim & lucernarum cultum retineant: ex Iudaismo autem ita sabbatum colunt, certisque cibis fordidè abstinent, ut tamen Circumcisionem repudient. Atque humiles & abiecti homines Hypsistariorum nomen sibi arrogant, solumque Omnipotentem venerantur. Hoc ille modo cum ad impietatem biformis quispiam esset, in quem tandem virum muratur? Equidem statuere non possum, gratiamne illam à qua vocatus est, an illius animum ac voluntatem magis laudare debeam. Vt cunque sit, usque ad eò ab ea lippitudine, quæ mentis ipsius oculis inhærebat, repurgatus est, tantæque celeritate ad Christianæ doctrinæ veritatem accurrit, ut quod superni Patris veræque hæreditatis causa & matre & bonis ali-quantisper carere sustinuerit, æquiorique animo hanc ignominiam, quàm summos alij honores, tulerit, minus ipse mirer, licet alioqui admiratione in primis dignum. Quid ita? Quoniam hæc gloria illi cum multis aliis communis est, omnisque magna illa Desagena includi, ac Piscatorum doctrina irretiri oportet: tametsi alij citius alij ferius ab Euangelio comprehendantur. Quod autem mihi ex ipsius rebus potissimum admirari subit, hoc necessariò dicendum est. Ille antè etiam quàm ad nostram caulam se contulisset, noster erat. Morum quippe probitas eum nobis vendicabat. Nam quemadmodum ex nostris plerique nobiscum non sunt, quos scilicet à communi corpore flagitiosa vitæ ratio separat: sic contra permulti exterorum à nobis stant, quicumque nimirum fidem moribus anteuertunt, ac solo Christiani nomine carent, cum rem ipsam habeant. Quo in numero meus quoque pater erat, ramus quidem ille alienus, cæterum morum honestate ad nos propendens. Ac temperantiæ quidem laude ad eò excelluit, ut idem simul & amabilissimus & moderatissimus esset: quæ duo haud facillè concurrere solent. Iustitiæ autem illius quod maius illustriusque argumentum afferri potest, quàm quòd in magnis Reipub. muneribus administrationibusque versatus, ne teruncio quidem facultates suas auxerit: idque cum alios cerneret publicis bonis Briarei manus, ut dici solet, iniicientes, ac scelerato quæstu turgescerent? Sic enim opes iniustis artibus collectas voco. Prudentiæ porro quanquam hæc non exigua indicia sint, plura tamen oratio longius progressa declarabit. Pro his rebus fidem quoque, ni fallor, præmij loco retulit. Id verò quoniam pacto contigerit (neque enim res tanta silentio prætereunda est) perspicuum faciemus. Mulierem fortem quis inueniet: inquit sacra Scriptura, itemque bonum matrimonium non aliter quàm Dei munere ac beneficio concinnari testatur. Qua in sententia prophani quoque Scriptores fuerunt. Illorum siquidem hoc dictum est, Nullam bona vxore meliorem possessionem viro obuenerit posse, nec rursus perniciosiorem improba. Quod si ita est, ecquis hoc nomine fortunatior eo nominari potest? Sic enim existimo, si quis ab extremis orbis finibus, atque ex vniuerso hominum genere præstantissimum coniugium conciliare studuisset, nullum usquam coniugium isto præstantius aptiusque reperiri potuisse. Sic enim virorum ac mulierum optima & præclarissima quæque in vnum confluerant: ut hoc matrimonium non minus virtutis quàm corporum nexus esset. Nam cum alios vincerent, se tamen ipsi mutuo propter virtutis æqualitatem & æquilibrium vincere non valebant. Et quidem illa quæ Adamo adiutrix data fuerat (nec enim hominem solum esse bonum erat) pro socia hostem se præbuit, pro coniuge aduersariam: ut quæ voluptatis illecebrâ maritum in fraudem induxerit, ac per scientiæ lignum vitæ ligno exturbauerit. Huic contra mulier Dei beneficio concessa non modò adiutrix, minus enim id laudis & admirationis haberet, sed & dux & antesignana fuit, nimirum eum vita & sermone ad optima quæque suo exemplo ducens. Quæ cum cæteris in rebus, sicut matrimonij leges ferebant, viro suo parere optimum esse iudicaret: fidei tamen pietatisque se magistratam profiteri non verebatur. Quod illius factum cum mirifica laude dignum sit, tum verò admirabilior mariti laus est, qui lubenter cesserit. Illa enim est, quæ cum aliæ mulieres ob formæ elegantiam tam natiuam quàm fictam ascititiâque gloriari atque efferri animis soleant,

Hypsistariorum quoniam & quales sint

Flagitiosi non sunt nobiscum. Vita patris Greg. in paganismo laudabilis. Temperantia. Iustitiæ argumentum magnum.

Prudentia. Fides præmij virtutum. Prouer. 31. & 19.

Hesiodus.

Matrimonij clarum.

Gen. 2.

Laus matris.

Obsequiosissima vxor pietatis magistratam se præbet.

Pulchritudo animæ præferenda corporeæ. Vera nobilitas. Opes tutæ. Conſanguinei præferunt iuudici.

ipsa contra hanc vnam, quæ in anima diuinâque imagine siue tuenda siue pro viribus repurganda posita est, pulchritudinem agnoscebat: pictum autem & arte quæsitum ornatum ad eas, quæ theatris delectantur, ablegabat. Vnam item veram nobilitatem in pietate sitam esse censebat, atq; in eo, vt vnde ortum habuimus, & quò tandem peruenturi simus, intelligamus. Vnas insuper has tutas atq; inuiolabiles opes ducebat, nimirum Deo & pauperibus opes effundere, ac præfertim consanguineis, qui facultatibus suis lapsi essent. Nam his necessaria tantum impertiri eiusmodi esse existimabat, vt calamitatis potius memoriam refricare quam eam depellere videretur: ac prolixiore eosdem benignitate ac liberalitate complecti, id certi honoris plenissimique solatij esse. Iam cum aliæ amplificandæ domus, aliæ pietatis gloria excellant (vtrumque enim assequi difficile est) vtroque nomine mulieres omnes superauit: tum quod vtrumque horum excellentissimè præstiterit: tum quod sola duo ista complexa fuerit. Rem enim familiarem industria & solertia iuxta leges mulieri forti à Solomone præscriptas ita auxit, quasi pietatem colere nesciret: Deo rursus diuinis que rebus ita sese totam adiunxit, tanquam à rerum domesticarum procuratione plurimum abesset: neque ab alterutro horum quicquam impedita est, quò minus alterum imple-ret, quin potius vtrumque alterius ope fulciuit & confirmauit. Ecquod orationis tempus, ecquis locus eam fefellit? (nihil enim toto die erat, quod prius ageret) imò verò ecquæ vnquam tam certam spem habuit, fore, vt simul atque precibus aliquid petiisset, statim quod peteret, consequeretur? Ecquæ manum vultumque sacerdotum æquè verita est, aut omne Christianæ sapientiæ genus honorauit? Ecquæ ieiuniis vigiliisque carnem suam magis extenuauit, aut diurnæ nocturnæque Psalmorum cantioni seipsam affixit? Ecquæ virginitatem magis suspexit, quamuis connubij vinculis astringi sustinens? Ecquæ orphanis ac viduis maiori præsidio fuit? Ecquæ lugentium calamitates ita subleuauit? Atque hæc insuper, quæ quanquam parua, nonnullis etiam fortasse contemnenda videntur, quòd quibuslibet non facile pateant (sit enim ferè, vt quod assequi non possumus, ne credibile quidem, quo animi liuore sumus, existimemus) à me tamen permagni fiunt: quoniam à fide & spiritali quodam ardore promanabant. Quo in genere illud est, quòd in conuentibus locisque sacris nunquam illius vox audita sit: necessarias tantum illas & mysticas excipio. Quòd si olim amplum & gloriosum altari erat, quod super ipsum nec securis ascendisset, nec visa aut audita esset ascia (quo nimirum sublimius quiddam significabatur, nempe natium & simplex esse debere artèque carere, quicquid Deo consecratur) cur non illi quoque ad laudem præclarum sit, quòd silentij honore Sancta coluerit, quod venerandæ Mensæ nunquam terga verterit, nec diuinum solum consputando inquinauerit, nec mulier alioqui facillima & suauissima, Gentilium vnquam manibus dextram iniecerit, labiisque labia miscuerit, nec non dicam adduci, sed ne impelli quidem adigique potuerit, vt cum his qui mensæ impuræ ac prophanæ erant, communem falem haberet, nec præter conscientia præscriptum⁸ nefariam domum præterire aut intueri sustinuerit, nec aurem & linguam res diuinas partim accipientem partim pronunciantem Ethnicis narrationibus, theatricisque cantilenis conspurcari siuerit (nihil enim prophani sacrosanctis hominibus conuenire putabat) nec, quod maiori admirationi esse debet, corporis luctui tantum vnquam indulserit, licet alioqui vel etiam externorum calamitatibus grauissimè commoueretur, vt vel luctuosa vox prior erumperet, quam gratiarum actio, vel ex palpebris mysticè consignatis lachrymæ fluerent, vel tristis corporis habitus luculento die permaneret: tametsi multæ sæpenumero rerum acerbitates illi acciderint. Piæ enim ac religiosæ animæ esse censebat, diuinis rebus humana omnia submittere. Atque his obscuriora taceo, quorum testis est Deus, ac fideles ancillæ, quibus res eiusmodi concredebat. Nam illud quod ad me pertinet, ne commemoratione quidem fortasse dignum est, vt pote qui ipsius spei nequaquam

Primum querendum est regnum Dei. Sacerdotes honorandi. Ieiunia & vigilia. Virginitatē suspicit nupta.

Deut. 27.

Quale debet esse quod Deo consecratur. Veneranda mensa.

Pia anima diuinis rebus omnia submittit.

fatis responderim. Quamquam fuit illustre illud eius facinus, quòd nos prius etiam quam nasceremur, Deo nihil futuri euentus metu exterrita, promptis, vitæque lucem ingressos protinus consecrauit. Dei autem beneficium fuit, quòd voti sui spe non omnino exciderit, nec victima quam obtulerat, repudiata fuerit. Atque hæc virtutes partim iam ipsi inerant, partim imminebant, exiguis paulatim incrementis augescentes. Et quemadmodum Sol matutinos quidem radios suauissimè diffundit, sub meridiem tamen acrius iucundiusque irradiat: haud secus illa cum in vitæ primordiis multa pietatis officia subobscurè ostendisset, splendidius ad extremum vberiusque fulsit. Tum igitur verò acerrimum ad pietatem amplectendam stimulum domi habebat, qui eam sibi matrimonio iunxerat, quippe quæ non, vt ille, ex oleastro in oliuam inserta esset, verum iam olim & à maioribus Dei Christi que amore flagraret, virtutisque patrimonium à parentibus accepisset, nec pro eximia sua fide diuersæ religionis maritum pati posset, nec licet alioqui patientissima fœmina singularique animi magnitudine prædita, hoc vnum equo placidòque animo ferre, vt dimidia tantum sui parte ob alterius partis auersionem Deo adiungeretur, nec ad corporum coniunctionem spiritus connexio accederet. Quamobrem dies noctesque supplex humique prouoluta Deum pro sui capitis salute cum multis ieiuniis ac lachrymis obsecrabat, ac viro etiam studiosè instabat, eumque variis modis lucrari contendebat, probris, admonitionibus, obsequiis, simulatibus, & quod maximum erat, morum suorum probitate feruentique erga pietatem affectu, qua potissimum re animus flectitur, spontèque sua coactus ad virtutem emollitur. Nec verò aliter fieri poterat, quin⁹ assiduis tandem ictibus gutta lapidem excauaret, progressuque temporis quod tanto studio contendebat, perficeret, quemadmodum ex his, quæ sequuntur, liquidò patebit. Hæc igitur ipsa petebat, & in spe habebat, vt pote fide quam iuuenili ætate feruentior (neque enim quisquam præsentibus rebus atque ob oculos positis perinde confidit, vt illa rebus quas spe conceperat: nec mirum cum¹⁰ diuinæ libertatis periculum iam ab ea factum fuisset) Huic autem ad salutem adipiscendam adiumento erat, cum ratio ipsa curationem paulatim admittens, tum infomniorum etiam visio, quibus animam salute dignam plerumque Deus beneficio afficit. Sed quæ tandem fuit ista visio? Neque enim quicquam in tota narratione mihi perinde iucundum videtur. Putabat se quod antè nunquam fecerat (quamuis vxor in oratione frequens esset) ex Dauidis Psalmis eam partem canere, Letatus sum¹¹ in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. Nouus erat & insuetus hic cantus: simulque cum cantu cupiditas ingreditur. Quod vbi mulier intellexit, voti iam compos facta, oblatam occasionem arripit, visionem hanc in iucundissimam partem interpretans, beneficiique magnitudinem animi letitia declarans, salutemque adurgens, ne quid, quod vocationi obstaret, intercederet, negociumque in quod tanto studio incumberebat, abrumperet. Ac proinde cum res ita nata fuisset, vt ad profligandum nuper exortum Arij insanum dogma, quo diuinitas scindebatur, permulti Episcopi Nicæam properarent, Deo sese veritatisque præconibus tradidit, ac desiderium confitetur, communisque salutis auxilium ab iis poscit, in quibus illustris quoque Leontius erat, ¹² qui Metropolitum nostram moderabatur. Miraculum autem, quod hinc quoque diuina gratia editum est, si rericuero, malè hercle de ipsa gratia meritis videri possim. Huius porro testes sunt non pauci. Spirituale quoddam erratum exactæ disciplinæ magistri committunt, idque ¹³ quod futurum erat, superna gratia præsignat, ac sacerdotij forma cum Christiana institutione miscetur. O initiationem minimè spontaneam! Etenim in genu flexus fidei elementis imbuitur: adeo vt multi non perspicaciores tantum, sed etiam minore ingenij acumine præditi, non obscuris signis confirmati, quod postmodum euenit, prædicerent. Non multum temporis interfluxerat, cum huic miraculo miraculum aliud adiungitur. Hunc autem sermonem piis auribus commendabo: nam apud prophanas animas nulla res præ-

Gregorius deo promissus à matre antequam nasceretur.

simil. elegans.

Rom. II.

Orationes vxoris pro salute viri.

Quare potissimum flectatur animus.

Visio nocturna diuinitus immissa. psal. 121.

Nic. Cœcilium.

Leontius. Miraculum.

Regeneratio spiritalis, clara fidem inuenire potest. Ad eam regenerationem, qua per aquam & Spiritum renascimur, accedit, per quam Christiani nominis creationem atque consecrationem, terrenique ad spiritualem immutationem transitumque profitemur: & quidem cum ardenti cupiditate & luculenta spe accedit, nimirum pro viribus antè perpurgatus, atque tum animo tum corpore multò maiore cura diligentiaque; Exod. 19. lustratus, quam qui olim à Mose tabulas accepturi erant. Illi enim non vltra vestè exiguamque ventris compressionem ac breuem quandam & extemporalem corporis castimoniam lustratio sese porrigebat: huic verò ad diuinam illuminationem omnis intermedia vita præparatio quædam fuit, & purgationem præcedens purgatio, cælesti dono securitatem afferens: ¹⁴ vt Baptismus vitæ puritati tutò committeretur, minimèque perichitaretur bonū illud in animi habitudine aduersus gratiam audace. Egressum verò ex aqua lux & gloria eo animi affectu, cum quo ad fidei donum accessit, digna circumfulsit, nonnullis quidem etiam aliis perspicua (qui tum miraculum illud apud se continebant: idcirco efferre non ausi, quòd vnusquisque visionem hanc sibi obtigisse crederet, sed aliquantò post illud inter se disseminarunt) ei autem qui Baptistæ & initiatoris munereungebatur, ita clara & conspicua, vt ne mysterium quidem pectore clausum tenere potuerit, sed eum, quem inungebat, sibi in Episcopatu successurum palàm publicèque clamauerit. Nec verò est, cur cuiquam id incredibile videatur, qui modò norit, quemadmodum Moses, cum vulgi opinione adhuc paruus esset, nec vllò honore dignus haberetur, è rubo flagrante quidem illo, sed vim ignis minimè sentiente vocatus sit, vel ab eo potius, qui in rubo vtcunque se conspiciendum præbebat, primòque illo miraculo fidem auctoritatè que nactus fuerit: Moses inquam ille cui mare scinditur, panis depluit, petra aquam fontis in morè fundit, ignis ac nubes columnæ vicissim iter præmonstrat, manuum extensio crucem adumbrat, profligatis multis hostium millibus trophæum statuit. Idem Esaia illi gloriæ & Seraphinorum spectatori accidit. idem postea Hieremiæ, qui magnà aduersus gentes & regna potentiam accepit. Ex quibus alter diuinam vocem audit, ac priusquam vaticinandi prouinciam obeat, carbone purgatur: alter antequam creatur, cognoscitur, & antequam in lucem prodeat, sanctitate donatur. Quin Paulus etiam, egregius inquam ille veritatis præco, Gentiumque in fide magister, cum infesto adhuc animo Ecclesiam vexaret, lumine collustratur, eumque quem persequebatur, cognoscit, magnique ministerij prouinciam suscipit, omniumque aures & animos Euangelij promulgatione complet. Quid autem omnes eos enumerare attinet, qui à Deo acciti sunt, talibusque miraculis conciliati, qualibus ipse quoque pater ad fidei pietatem est confirmatus? Nec verò dicere cuiquam licet, principia quidem talia tamque admiranda ac propemodum fide maiora extitisse: cæterum ea quæ postea secuta sunt, pristinis virtutibus aliquam dedecoris notam inuisse: quemadmodum iis vsu venire solet, qui rerum honestarum studio celerrimè fatiantur, porròque progredi non curant, vel etiam ad vitium omnino relabuntur. Non inquam hoc cuique dicere licet, verum & sibi & vitæ superioris vestigijs admodum insistit: adeo vt inter se vtraque bellissimè congruerent, nempe & ea quæ sacerdotium præcesserant, cum his qui in sacerdotio rectè honestèque gessit, & ea quæ Episcopatum adeptus egit, cum his virtutibus quas ante eam dignitatem habuit: nec aliter exordiri deceat, quam quo modo ipse finiuit, nec rursus in alium finem progredi, quam vt exorsus est. Enimvero sacre præfecturæ munus nequaquam ipsi leuiter temerèque, vt nunc moribus receptum est, sed nonnullo interiecto temporis spatio delegatur: quo nimirum ad sui purgationem aliorum quoque purgandorum facultatem atque peritiam adiungeret: quemadmodum videlicet spiritualis ordinis lex exposcit. Postquam autem episcopus institutus est, vberius gratia celebratur, vt re vera Dei gratia & non hominum, nec sicut est apud Ecclesiasten, Impetus quidam licentiosus, spiritusque destinata oratio. Nam cum syluosam & agrestem accepisset Ecclesiam,

non

non ita pridem ab Episcopis gubernari solitam, sed quæ ab vno tantum ex antecessoribus suis exornata fuisset, viro vt eximijs atque angelicis moribus prædito, ita simpliciore, quam sint qui hac tempestate populo præfunt, eoque etiam celerimè rebus humanis exempto per diu neglectam, & quia nullius antistitis cura excolebatur, desertam, & in vepres redactam, eam inquam cum talem accepisset, primùm ferinos hominum mores haud magno negotio mitigauit, tum pastoralis artis sermonibus, tum etiam quòd se velut spiritualem quandam statutam ad excellentissimæ cuiusque actionis pulchritudinem expolitam ad imitandum proponeret. Deinde in sacrarum literarum meditatione summa animi contentione versatus, quamuis serius ad huiusmodi studia sese contulisset, tantum eruditionis breui collegit, vt nec alijs in rebus quoquam eorum, qui Theologiæ causa plurimum laboris exhauserunt, inferior esset: ac præterea singulare hoc à Deo beneficium acciperet, vt orthodoxæ fidei pater & magister existeret, non vt ætatis nostræ sapientibus mos est, pro temporum ratione variè se inflectens, nec fidei doctrinæque nostræ patrocinium ambiguè ac veteratorie suscipiens, vt solent qui minus firmas fidei radices egerunt, aut veritatem cauponum ritu adulterant: quin potius & eruditos pietate & pios eruditionis laude antecellens, aut, vt rectius loquar, ita secundas doctrinæ ferens, vt pietatis primas obtineret. Vnum quippe Deum in Trinitate adorandum, tria autem in vnam diuinitatem collecta credebat: nec aut vnum asserendo Sabellij dogma fouebat, nec tria profitendo partes Arij tuebatur, nempe vel diuinitatem impiè contrahens, ac resoluens, vel eandem magnitudinis aut naturæ diuersitate conscindens. Vbi enim sublimius vnumquodque est, quam vt ingenio nostro cogitationèque comprehendiqueat, quoniam tandem hic modo id quod præcellit, vel mente percipi poterit, vel doceri? Quæ nam porrò immensæ rei dimetiendæ ratio futura est, vt quos rebus finitis conuenit, diuinitati quoque accidat, ¹⁵ superioribusque & inferioribus gradibus definiatur. Hæc secum animo considerans magnus ille homo Dei, verèque Theologus ac de his rebus à Sp. sancto impulsus & instinctus, hoc (quid enim dicendum est?) effecit, vt noua Hierusalem, ac secunda quædam Arca super arcas delata, quemadmodum ea magni illius Noë, secundique huius mundi parentis hæc Ecclesia diceretur: quippe quæ in illa animarum illuie, quæ tum omnia passim obruebat, atque importunis hæreticorum insultibus sublimis & incolumis enataret, quantòque alijs numero cedebat, tantò iisdem splendore & gloria superior esset, idemque ipsi accideret, quod Bethleem accidisse videmus, quam nulla res prohibuit, quo minus & parua ciuitas esset, & totius terræ Metropolis, vt pote Christi orbis conditoris victorisque parentem atque quem nutricem. Id quod hac demum coniectura facile colligetur. ¹⁶ Nam quo tempore à feruentiore Ecclesiæ parte ob eam causam seditio in nos excitata est, quod literis quibusdam subdolisque verbis in prauam societatem furtim pertracti fuisset, solus illæsum cor habere, nec animam simul cum atramento fœdasse, nigrorèque affecisse creditus est, ¹⁷ tametsi per animi simplicitatem abreptus fuisset, dolumque homo doli expertus minimè vitauisset. Quinetiam solus, aut certè primus eos, qui à nobis ob pietatis zelum dissidebant, & sibi & cæteris reconciliauit, postremos à nobis separatos & primos reuersos, tum ob ipsius reuerentiam, tam ob dogmatis puritatem. Ita grauis Ecclesiarum iactatio tempestatè que sedata est, ac procella in auram redacta orationibus consiliisque illius (liceat enim audacter dicere) fracta atque sublata, nobis interim & pietatis socijs & actionis. Qui cum in omni honesto negotio eum adiuuaremus, ac velut cursim affectaremur, tum hic quoque Dei beneficio multò maximam laboris studijque partem impendimus. Verum hic sermo paulum ordinem suum antegressus hoc loco conquiescat. Quis autem tot illius virtutes aut enumerando recensere, aut multa præterire cupiens, quod prætermittendum sit, facile reperire queat? Vt enim quidque animum subit, ita præstantius iis, quæ prius effluerunt, esse vide-

M 4

tur, illudque complector, magisque ancipitis sum animi, quid mihi sit omittendum, quàm alij, qui in eodem orationis genere versantur, quid dicere debeant. Ita fit, vt mihi copia quodammodo in detrimentum ac penuriam cedat, mēnsque ipsa exploretur, dum illius laudes expendere & explorare conatur, nec superiorem inter pares inuenire potest. Nam quod in trāquillis vñdis euenire cernimus, vt cū iniectus calculus centrum effecerit, alius atque alius subinde circulus excitetur, continentēque in superficiem agitatus externū circulum semper dissoluat, id mihi planè hīc quoque accidit. Aliud enim in mentem venit, aliud superuenit, aliud dilabatur, atq; in electione plurimum negocij molestiāq; habeo, quod ea quę prius arripui, aliis postea in animum influentibus sese subducant. Quis enim illo in negociis administrandis diligentior? Quis in rebus domesticis sapientior, quando quidem ipsi & domum & opes mediocres Deus, qui omnia præclare variēque dispensat, impertit? Quis pauperibus, ¹⁸ hoc est naturæ pari honore præditę contemptissimæ parti vel animo condolentior, vel manu liberalior ac munificentior? Sic enim haud dubiè quasi alienorum bonorum procurator de bonis suis existimabat, pauperum inopiam quantum poterat, subleuans, nec superflua duntaxat sed necessaria quoq; in eam rem infumens (id quod hominis amicissimè erga pauperes affecti clarissimum est argumentum) partēque dans non septem duntaxat, sicut Solomonis lex ferebat, sed ne octauo quidem accedente sordidi tamen perparcique animi specimen vllum edens, verum libentius sua profundens, quàm alij amplificent, ¹⁹ vinculum & electionē tollens, hoc est, vt quidem interpretor, illiberalitatem, atque eius qui stipem accepturus est, explorationem, sit ne videlicet ea dignus, an indignus, nec murmuris verbum cum largitione coniungens. Quo vitio plerique laborant, qui quamuis largiantur, nequaquam tamen promptè & libenter tribuunt: quod quidem erogatione ipsa maius est & excellentius. ²⁰ Multò enim præstat ob eos, qui opem merentur, immerentibus quoque porrigere: quàm dum metuimus ne in indignos beneficium conferamus, dignis etiam misericordiæ officia denegare. Atq; eò pertinere videtur, quod Scriptura inquit, panem in aquam quoque mittendum esse: vt pote nec defluxurum nec periturum apud iustum harum rerum ponderatorem, sed eò peruenturum, vbi omnia nostra collocabuntur, ac tempestiuè occurrent, vtcunque aliter existimemus. Quòdque maximum & pulcherrimum censendum est, ad illius liberalitatem mirus glorię contemptus accedebat. Nam quamuis opes largiendique promptitudinem cum vxore communem haberet, quippe cum qua de præclarissima virtute contenderet: largiendi tamen curam ipsi vt optimæ & fidelissimæ huiusmodi rerum dispensatrici magna ex parte relinquebat. Quam autem mulierem dico? Quę tanto tamque immodico largiendi amore flagrabat, vt ne ²¹ Atlanticum quidem pelagus, aut si quid aliud maximum est, ad exhauriendum sufficere potuisset: quæ Solomonis sanguisugam in contrarium æmulata est, inexplibili boni cupiditate insaturabilem ad malum auiditatem vincens, tamque ad bene de omnibus merendum prompta & alacris, vt nulla huius rei fatietate affici posset: quę denique non opes solū omnes, quas vel primū habuit, vel postea consecuta est, cupiditate sua minores existimabat: sed se quoque ipsam, si fieri potuisset, & liberos, vt ex ipsa sæpe audiui, promptè ac lubenter vendidisset, vt in pauperum vsus infumerentur. Huic totas largitionis habenas ille permisit. Quę res mea quidem sententia præstantior est, quàm vt huius exemplum proferri possit. Nam qui in pecuniis liberales extiterint, alios quoque faciliè reperire est, siue eas spectes, quę in publicas & vrbicas magnificentias perditè effunduntur: siue quæ Deo per pauperes scœnori dantur, solæque iis qui eas expendunt, reconduntur. At qui nullam ex ea re hominum famam gloriāmque captarit, haud ita faciliè reperiemus. Permulti si quidem ad impensas prompto animo faciendas sola honoris cupiditate ducuntur. Vbi autem largitio arbitris caret, ibi quoque largiendi languescit alacritas. Atque hæc fuit illius beneficentia:

Simil:

Publicarū
& domesti
carū rerū
cura.

Liberalitas
in paupe-
res summa.

Eccles. II.

Propter di-
gnos dādū
etiam in-
dignis.

Eccles. II.

Glorię con-
temptus.

Amor lar-
giendi.
Prou. 30.

Liberorum
cura minor
quàm pau-
perum.

neficentia: plurāque etiam his vt vobis comperta relinquemus: adeò vt si quid huiusmodi de nobis commemoretur, ex eo fonte dimanet, illiusque profluuij pars sit. Iam verò quis vnquam cum maiori Dei fauore ²² vel homines sacrario obtulit, vel ob iniurias ipsis factas zelo exarsit, aut sacram mensam prophanis iniecto pauore repurgauit? Quis tanta sententiæ integritate atque constantia parique iustitiæ statēra, vel causam disceptauit, vel scelus odio habuit, vel honore virtutem profecutus est, vel optimos viros cæteris antetulit? Quis aut pari facilitate peccantibus ignouit, aut cum rectè currentibus cursum iniit? Quis cū vtrunque tempus & virgæ & baculi perspectum haberet, baculo tamen magis est vsus? Cuius porrò oculi magis ad fideles terræ, cū alios omnes, tum præsertim eos, qui in solitaria & cælibe vita terram terræque commoda contempserunt, ac Deo viuunt? Iam quis aut factum magis coërcuit, aut animi humilitatem amauit, idque non fictè ac superficialiè, quemadmodum plerique ex his, qui nunc sapientiæ studium præ se ferunt, atque in speciem belli sunt & elegantes, stultissimis vtique mulierculis haud dissimiles, quæ natiua pulchritudine carentes, ad colores confugiunt, theatricęque, vt sic loquar, comptæ atque ornatae sunt, ob venustatem inuenustæ, atque ob fœditatem deformiores. Non enim illi in veste, sed in animi constitutione humilitas sita erat, nec ceruicis depressio aut vox ad exilitatem composita, aut faciei nutus, aut promissa barba, aut oblonga cæsaries, aut certus incedendi modus humilitatem mentiebatur (quæ vt ad breue quoddam tempus effingi possunt, ita quàm celerrimè coarguuntur: ²³ nihil enim simulatum constans est & durable) Quin potius idem & vita maximè sublimis & animo perquam humilis erat: cuiusque ad virtutem nemo aspirare poterat, ad eiusdem congressum quiuis perfacilem aditum habebat. Quique ab aliis vestitus ratione non differebat, à fastu scilicet ac sordibus æquè abhorrens, idem interno splendore multos antecellebat. Et cū ventris morbum auiditatemque inexplibilem comprimeret ac domaret, ita tamen in ea re se gerebat, vt hoc minimè agere videretur: alterum vt se purgaret, alterum ne animo efferretur, instituti nouitate gloriam aucupans. Etenim hominis esse arbitrabatur ciuilem vitam amplectentis, dicta, factaque sua omnia huc referre, vt nominis splendorem apud exteros assequatur, quippe qui hac presenti vita nihil beatius esse ducat: spiritualis autem & Christiani ad vnā tantum salutem coniectos oculos habere, atque ea, quæ ad eam spectant, præclara existimare, quę verò ad eam nihil afferunt adiumenti, vt vilia nulliusque precij aspernari: ob eamque causam partem eam sui, quæ aspectu sentitur, pro nihilo putare, atque in eo vno elaborare, vt pars interna quàm bellissimè valeat: eaque plurimi æstimare, ex quibus & ipse quàm optimus futurus sit, & alios exemplo suo ad optima quæque peratrahatur. sed nulla in eo præstantior magisque propria, ac ne multitudinini quidem ignota virtus fuit, quàm simplicitas animęque candor & iniuriarum obliuio. Namque ex veteriore simul ac recentiore hominum memoria, alij quidem alia virtute, prout gratiam aliquam Dei beneficio consecuti sunt, floruisse creduntur. Job inuicta in calamitatibus patientia, Moses & Dauid clemētia, Samuel oraculorum editione rerumque futurarum prospicientia, Phinees zelo, à quo etiam nominatur, Petrus & Paulus promulgandi Euangelij acrimonia & contentione, filij Zebedei grandiloquentia, vnde & filij tonitruui cognominati sunt (& quid cæteros enumerare necesse est, cū ad vos, qui eos nostis, orationem habeat) at Stephanum patrēque meū nulla res perinde nobiles & illustres reddit, atque animi simplicitas & innocentia. Ille si quidem ne in extremo quidē vitæ periculo eos, à quibus impetebatur, oderat, sed cū lapidibus obrueretur, pro lapidatibus preces fundebat, vt Christi discipulum decebat, cuius causa cruciatus quoque ipse præclarior illi erat, quàm mors ipsa, quippe qui Christo lenitatis patientięque fructum offerret. Hic verò nullum temporis momentum inter obiurgationem offensęque condonationem fluere patiebatur: adeò vt ignoscendi celeritas dolorem quoque ipsum

Multos lu-
cratus est
Deo.

Solitaria
& Cælibe
vita Deo
viuentiū.

Ficta humi-
litas de-
scriptio.

Sent.
Vera humi-
litas.

Christianæ
vitæ scopus

Animi can-
dor & in-
iuriarū ob-
liuio.
Marc. 3.

Act. 7.

pene anteuertetur, atque furripere. At nos quidem iræ diuinæ faciem quandam esse ex Scriptura sacra audimus & credimus, hoc est reliquias iræ aduersus impios & scelerosos homines incitata: quando quidem Dominus ultionū est Deus. *Psal. 93.* Quamuis enim pro sua clementia ex asperitate in gratiam inclinet, non tamen peccantibus omnino parcit, ne benignitate atque ignoscendi facilitate deteriores fiant. At pater iis à quibus laceffitus esset, nihil reseruabat, vir alioqui ab iracundiæ vulneribus non profus immunis, ac rebus spiritualibus, in quibus à zelo vincebatur: paratus tamen armatusque, si res ita tulisset, atque aduersus dolorem acerbiterque animi, tanquam aduersus hostem, multò antè instructus & expeditus. Sic enim ne sexcenti quidem homines, ut dici solet, emouissent. *Irae refrenatio.* Quin dulcis quoque hic illius animi motus erat. Nam nec illius furor erat secundum similitudinem serpentis animum occultè succendens, atque ad ulciscendum paratus, & ex prima commotione ad iram vindicandæque iniuriæ cupiditatem prorumpens, verum apud aculeo similis, qui ita pungit, ut mortem non afferat: ac rursus humanitas & clementia tanta, quanta vix ab homine postulanda videtur. Rotas & flagra sæpe minabatur, ac præstò erant, qui hæc proferrent: tandem tamen vel in aurium compressionem, vel in maxillarum fugillationem, vel denique pugni in genam impactionem periculum desinebat. Sic minè soluebantur Vestes & calceamenta detrahebantur, atque humi stratus iacebat, qui facinus aliquod perpetrarat, cõfestim ab eo qui peccauerat, in eum, qui irascenti impigrè obseruierat, ut malorum ministrum ira se conuertebat. *Clementia.* Quanam verò ratione clementior quisquam benigniorque videri potuisset, digniorque qui Christo dona offerret? Plerumque enim vix cõmoueri ceperat, cum eum, à quo commotus fuerat, statim excusabat, illius peccatis non secus ac propriis erubescens. Ros Solem potius matutinos radios diffundentem sustinuisset, quam ut vllæ iracundiæ reliquæ in ipsius animo remanerent. Simul enim atque loquebatur, *Ira prudentibus etiam exitiosa.* protinus ira cum verbis abscedebat, solum recti amorem velut aculeum quendam infixum relinquens, nec tardius vnquam Sole occumbens, aut iram, quæ prudentibus etiam viris exitium affert, producens, aut aliquam fœditatis suæ notam corpori imprimens, ut pote cui in ipsa quoque iactatione atque perturbatione sua constaret serenitas. Ac proinde ipsi (res mira atque ab humanis sensibus aliena!) contingebat, non ut solus obiurgator esset, sed ut solus iis etiam, quibus succensebat, & amoris & admirationi esset: quòd videlicet in eo comitas obiurgationis acrimoniam vinceret. Ac profectò à viro iusto castigari præstat, quàm vngi ab improbo. Illius enim asperitas etiã ipsa propter vtilitatem suauius est: huius contra ob morum peruersitatem benignitas quoque suspecta. Quamquam autem animo ita constitutus esset, morumque diuina quadam simplicitate præditus, petulantibus tamen hominibus & contumeliosis ob pietatem terrori erat: immo, ut rectius loquar, nulla eos res alia malè multabat, quàm contempta simplicitas. Non enim fieri poterat, ut cuiquam benè vel malè precaretur, quin ei statim vel diuturnum aliquod bonum, vel breuem molestiam afferret. *Mansuetudo plurimum prodest.* Alterum enim ab intimo corde proficiscebatur: alterum ab extremis tantum labiis manabat, ac paternæ cuiusdam obiurgationis rationem habebat. Quinetiam multis eorum, à quibus offensus fuerat, ne tardior quidem ac pedisequa, ut poëtico verbo vtar, vis illa vtrix occurrit: sed in ipso iræ articulo percussi sunt, respuerunt, ad eum accesserunt, ad genua acciderunt, veniam impetrarunt, honestè victi discesserunt, atque tum castigatione tum culpæ condonatione meliores facti sunt. Nam sæpenumero magni ad salutem momenti est ignoscendi facilitas, eum qui iniuriam intulit, pudore coercens, atque à metu ad amorem & benevolentiam, multò tutior certiorque traducens. Castigati porrò sunt, alij à bobus iugo vexatis, & quod nunquam antea ipsis acciderat, repente incurfantibus excussi atque disiecti, alij ab equis mansuetissimis etiam obedientissimisque iactati & proculcati, alij intolerandis febribus perpetratiq; facinoris imaginatione correpti, alij aliis modis

modis eruditi, atque ex his quæ perpeffi fuerant, obedientiam edocti. Sed fuerit sanè tanta tamque illustri humanitate & clementia: *Asperitas simplicitate repara-* industria tamen eaque virtute, quæ in rebus gerendis versatur, cuiquam alij cedebat? Minimè. Verum idem & lenis ac placidus erat, ut si quis vnquam: & in agendo peræque strenuus. Nam cum hæ duæ res ferè inter se pugnent & aduersentur, simplicitas nimirum & asperitas, alteraque mansuetudinem cum inertia coniunctam habeat, altera rebus quidem agendis apta sit, verum humanitate careat: ille vtrumque mirificè complexus est, ut & tanquam asper & vehemens rerum actionibus incumberet cum mansuetudine: & tanquam à rebus gerendis alienus, se submitteret cum industria: idque & in præfecturæ munere & loquendi libertate, *Matth. 10.* & in omni genere gubernationis. *Miraculis confirmata pietas.* Sic enim serpentis circa malum prudentiam cum columbæ circa bonum simplicitate commiscuit, ut nec prudentiam in malitiam, nec simplicitatem in stoliditatem degenerare sineret: sed ex ambabus, quoad eius fieri poterat, vnam virtutis speciem efficeret numeris omnibus absolutam. Hunc igitur virtute tali præditum, ita in Episcopatus munere versatum, atque eiusmodi gloriam apud omnes adeptum, quid mirum signis quoque, quibus Deus pietatem confirmat, dignum habitum fuisse? Horum porrò miraculorum quæ in eo patrata sunt, hoc vnum est. Morbo laborabat, ac malè affecto erat corpore. *Pij cur aliquando affliguntur.* Quid autem mirandum, si pij quoque viri calamitatibus vexentur, siue *Rex dierū.* ad exigui limi purgationem, siue ad virtutis explorationem experimentumque patientiæ, siue denique ad imbecillorum eruditionem, qui in illis fortiter aduersa perferre condiscunt, afflictionibusque minimè frangi ac debilitari? Morbo igitur laborabat, & quidem tum, cum sanctum & nobile Pascha, diem inquam illum dierum regem, *In morbis desperatis quid agendum.* noctemque luculentam peccati tenebras discutientem, qua nos cum copioso lumine salutis nostræ festum agitamus, quique cum luce propter nos extincta mortificati eramus, iidem ea resurgente simul excitamur. Hoc tempore morbus vrgebat. Is autem, ut breue faciam, talis erat. Febris quædam ardens & peracerba internas omnes corporis partes exurebat, vires collapsæ erant, nihil stomachus appetebat, somnus excesserat, quòd se verteret nesciebat, ac deficiente arteriarum pulsu subinde concidebat. Iam oris interiora atque adedò palatum ipsum, & quicquid eo superius pendet, tot tamque continuis tetrisque vlcibus scatebant, ut ne aquæ quidem facilis & periculo vacuus meatus esset. Nec verò aut medicorum artes, aut amicorum ac necessariorum quamlibet assiduæ preces, aut vlla cura ac medela morbo depellendo par esse poterat. Atque hic eo valetudinis statu erat, paruos quosdam ac deploratos spiritus ducens, ac ne præsentis quidem agnoscens, totusque in peregrinationem incumbens, resque iam pridem expetitas ipsique preparatas. Nos verò in æde sacra sacerdotes simul & supplices eramus (desperatis videlicet omnibus aliis remediis ad magnum Medicum, & noctis illius potentiam tanquam ad extremam opem auxiliùmque confugientes) quid dicam? festumne ut ageremus, an ut lamentaremur? diæne solennitatem ut lætis animis celebraremus, an ut illum velut iam è viuorum numero sublatum funereis honoribus ornaremus? Quas tum lachrymas vniuersus populus profudit! Quas voces & clamores, quos hymnos Psalmorum decantationi admiscuit! A sacra domo sacrificum, à mysterio mysteriorum arbitrum & antistitem, *Exod. 15.* à Deo dignum antistitem requirebat: idque præcinente mea Maria tympanumque non triumphale sed supplex pulsante, ac tum primùm frontem præ dolore perfricante, populique simul ac Dei fidem cum clamoribus implorante (illius, ut dolentis vicem doleret, lachrymisque insuper obnixè contenderet: huius, ut precantes exaudiret) ipsumque adedò miraculorum omnium (ingenium enim acuit dolor) submouente. Quid hinc igitur noctis illius, & iacentis ægroti Deus facit? Mihi ad eorum quæ sequuntur narrationem progredienti cohorrescere subit: ac vos etiam cohorrescatis, velim: nec tamen fidem orationi detrahatis: neque enim fas est, &

nobis, & de illo verba facientibus fidem abrogare. Mysterij tempus aderat, & religioſa & veneranda ſtatio, commodoque ordine collocata multitudo, ſacris que peragebantur, cum ſilentio acquieſcens, cum ille ab eo, qui mortuos ad vitam reuocat, & à nocte ſacroſancta excitatur. Primùm ægrè ac paulum ſe mouet, deinde firmus: mox perexili & obſcura voce famulum quendam ex his qui domi manſerant, nominatim accitum præſtò eſſe, veſtem dextramque porrigere iubet. Quo promptè & cum ſtupore obſequenti ipſe manu tanquam ſcipione nixus Moſem illum in monte precantem imitatur, languidisque manibus ad orationem compositis vel cum populo vel ante populum myſteria celebrat, paucis quidem atque infirmis, quibusque poterat, verbis: cæterùm mente vt mihi videtur integerrima (rem miram!) ſine ſacrario in ſacrario, ſine altari ſacrificus, ſacerdos procul à myſteriis remotus. Atque hæc illi Sp. ſancti munere contingebant, ipſi quidem cognita, cæterùm à præſentibus haudquaquam animaduërſa. Poſtea Deo³⁰ pro beneficiis erga homines collatis gratam orationem, vt moris eſt, ſubiunxit, populoque bene precatus, in lectulum ruruſ ſe coniecit, cumque nonnihil cibi admidiſſet, ſomnoque ſe dediſſet, animo recreatur, auctaque paulatim ſanitate, cum nouus ille ſolemnitatis dies (³¹ ita enim dominicam eam appellamus, quæ Reſurrectionis Dominicam prima excipit) adueniſſet, in templum ſe confert, ac cum omnibus Eccleſiæ copiis ſalutis Encænna celebrat, ac pro valetudine gratiarum ſacrificium offert. Que quidem res miraculo illo quod in Ezechia editum eſt, meo quidem iudicio nequaquam inferior haberi debet: quem in morbum lapſum & deprecantem vitæ acceſſione & incremento Deus honorauit: idque per retroactam (vt ipſemet qui ſalutem accepit, precibus contenderat) graduum umbram indicauit, ſimul gratia ac miraculo Regem ornans, & diei augmento dierum augmentum confirmans. Idem miraculum circa matrem aliquantò poſt contigit, quod etiam ipſum commemorare operæ precium eſt, vt & eam honore, ſi qua vnquam alia, dignam honoremus: & patri hac narrationis ſocietate rem gratam faciamus. Hanc quoque morbus inuadit, fortem alioqui feminam & generoſam, atque omni vitæ tempore commoda valetudine uſam. In multis autem doloribus, ne ſermonem longius producam, nihil eam perinde diſcruciabat, atque inedia, qua multos iam dies periculoſè afflictabatur, neque huius mali remedium vllum inueniebat. Quoniam igitur modo eam Deus aluit? Non manna pluens, vt olim Iſraëli: aut petram frangens, vt ſitienti populo fontem aperiret: aut per coruos paſcens, vt illum Heliam: aut per Prophetam in ſublime raptum ſatians, vt Daniele ante, cum fame in lacu vexaretur. Quoniam ergo modo? Viſum eſt ipſi me, quem chariſſimum habebat (neque enim quenquam alium noſtrum ne in ſomnis quidem præferbat) noctu repente ſuperuenientem cum caniſtro candidiſſimis que panibus pro meo more benediſtis atque ſignatis eam aluiſſe, ſicque conualuiſſe, virisque collegiſſe. Ac nocturnæ viſioni veritas reſpondebat. Ab eo enim tempore ad ſe rediit, ſpémque meliorem concepit, quemadmodum dilucido & perſpicuo argumento declaratum eſt. Nam cum poſtero die ad eam matutino ingreſſus, primùm ſolitò hilariorem vididiſſem, deinde hæc conſueta, Vt ſe noctu habuiſſet, ecqua re opus haberet, percunctatus eſſem. Tu me, reſpondit illa fanè incunctanter & tranquillo vultu, nate nutriuiſti, ac poſtea rogas ecquid valeo. Simulque nutu mihi ancillæ ſignificabant, ne contradicerem, ſed promptè reſponſum hoc acciperem: ne patefacta rei veritate mœrore frangeretur. Vñ adhuc vtrique commune adiungam. ³² Cum Alexandria per mare Parthenicum in Græciam nauigare: nauigabam autem intèpeſtiua prorsus anni parte animo ita perpellète, in nauì A Eginæa (nam id me vel maxime impulit, quod in nautas mihi familiares incididiſſem) cum inquam nauigarem, paulumque proceſſiſſemus, tam atrox tempeſtas exorta eſt, vt non multas pares meminiſſent, qui mecum vehebantur. Hic omnibus mortis timore percuſis ipſe animæ mortem grauius pertimeſcebam. In periculum enim miſer yene-

ſer veneram, ne Baptiſmo non initiatus è vita diſcederem: ſpiritualem aquam inter exitioſas & mortiferas vndas deſiderans. Ac proinde clamabam, obſecrabam, ſpatiũ quoddam tēporis expetebam: conclamabam etiã in cōmuni licet vitę diſcrimine qui ſimul nauigabant, & quidẽ grauius, quàm quidam è familiaribus meis ac neceſſariis, benigni videlicet hoſpites & humanitate præditi, atque ex periculis hoc doctrinæ aſſecuti, vt aliorum calamitate mouerentur. In hoc malo, quo tum eram, parentes quoque verfabantur, per noctis viſum in periculi partem venientes, atque è terra opem ferebant vim fluctuũ precibus velut excantantes: quem admodum poſtea ſubducta temporis ratione domũ reuerſi cognouimus. Quod etiam nobis ſalutaris ſomnus indicauit, cum tandem aliquando cum remittente nonnihil tempeſtate cepiſſemus. Furiam mihi tenere videbar, truculētum quiddam intuentem, periculumque minitantem: hanc enim nobis perſpicuè depiſtam nox proponebat. Alius ex vectoribus (puer is erat mei ſtudioſiſſimus & amantiſſimus, meaque cauſa vehementer anxius) cum eo ſtatu eſſem, matrem meam ſibi videre videbatur, quæ mare ingreſſa nauim prehensam haud magno labore ad terram pertraheret: fidemque faciebat hæc viſio. Tranquillabatur enim mare: ſtatimque citra magnam vexationem Rhodum appulimus. Huius ipſi periculum donum exitimus. Vt enim nos Deo vouimus, ſi diſcrimen effugeremus, ita periculo deſuncti noſmetipſos obtulimus. Ac de his quæ vtrique communia ſunt, hæc nobis dicta ſunt. Mirari autem iam pridem quosdam eorum arbitror, quibus illius vita perſpecta eſt & explorata, quid ſit, cur cum in rebus ita immorati ſimus, ac ſi ſola hæc argumenta laudis haberemus, turbulentorum tamen temporum, quibus eum velut inſtructa acie ſeſe oppoſuiſſe conſtat, mentionem facere diſtulerimus: tanquam ea vel incognita habeamus, vel non ita magna & præclara ducamus. Agedũ igitur hæc quoque ſuperioribus adiiciamus. Tulit noſtra ætas primum, & vt opinor, poſtremum malum, ³³ Imperatorem Dei mentisque deſertorem. Hic parum amplum eſſe arbitratuſ Perſas imperio ſuo ſubiicere, magnum verò & glorioſum Chriſtianos in poteſtatem redigere, ſimulque dæmonibus, à quibus ducebatur, ita ſuadentibus, nullum genus impietatis prætermittēbat, nunc alliciendo, nunc comminando, nunc fallendo, nec callidis ſolùm artibus, ſed vi etiam homines ad ſe pertrahendo. Nec tamen eius ita obſcura eſſe conſilia poterant, quin ſatis omnes animaduërterent eum verſutis conſiliis perſecutionem tegere: nec ruruſ apertam vim intentabat: quo alterutro ſaltem modo caperemur, vel fraude circumuenti, vel per vim expugnati. Hunc porro qui magis aut contempſerit aut oppreſſerit, ecquis tandem reperietur? Ac contempſionis quidem cum multa alia ſigna proferri queunt, tum argumento etiam eſſe poſſunt ſagittarij illi, eorumque præfectus, quos in eccleſias noſtras immiſerat, vt eas vel voluntate ſibi adiungeret, vel armis ſubigeret. Nam cum plerisque aliis oppugnatis huc quoque cum eadem animi ferocia veniſſet, ac pro imperio & poteſtate templum ſibi dedi iuſſiſſet, tantum abſuit, vt quidpiam eorum quæ cupiebat, perficeret, vt niſi patri meo vel ſuoſte conſilio vel cuiuſdam admonitu protinus ceſſiſſet, calcibus etiam cæſus diſceſſurus fuerit. Ita in illum furore & zelo templi ſacerdos æſtuabat. Poſtem autem & exitium qua tandem ratione quiſpiam illi magis conſiſſe videri queat, quàm & publicè coniuñctis totius populi votis & orationibus impium fundens ac proſtigans, ac ne temporis quidem turbinem reformidans, & priuatim nocturnam aduerſus eum aciem opponens, hoc eſt humili cubitatione ſeniles & roſcidas carnes conficiens, & lachrymarum fonte pauimentum proluens in annum etiam ferme integrum, idque eo ſolùm, cui res occultæ perſpectæ ſunt, arbitro faciens, ac propter pietatem ab oſtentatione, ſicut iam diximus, alienam, ſedulò adnitens, vt nos res ea late-ret. Atque omnino latuiſſet, niſi ipſe aliquando ex improuiſo cubiculum ingreſſus, humiliſque decubitus ſigna conſpicatus, atque ex quodam ipſius famulo quidnam hoc eſſet percontatus, noctis arcanum intellexiſſem. Alteram eiuf-

Precibus
excantare
vim flu-
ctuum.

Vatum Gre-
gorii in pe-
riculo ma-
ris.

Pater Greg.
ſe oppoſuit
tempeſtati
Eccleſiæ.
Iulianus
Chriſtia-
nos perſe-
quitur mo-
dis omni-
bus.

dem temporis eiusdemque fortitudinis narrationem accipite. Cæsareæ ciues de Archiepiscopi creatione factiosè inter se contendebant (nam alter clanculum se abduxerat, alter requirebatur) acrisque seditio erat, compressiq; atque sublata nequaquam facilis. Præter id enim, quòd in hac re præsertim ob fidei feruorem naturâ suâ ad tumultus excitandos procliuus est ea ciuitas: cathedrâ insuper illius splendor & gloria contentionis acrioris causam afferebat. Atque hoc statu res erat, ac nonnulli Episcopi aderant Archiepiscopum electuri. Sed cum in plures sententias popularis multitudo distraheretur, alique alium proponerent (quem admodum in huiusmodi negociis fieri consuevit, prout quisque vel cuiuspiam beneuolentia, vel Dei pietate mouebatur) tandem plebs tota vno consensu ³⁴ primarij ordinis virum vnum, eximia illum quidem vitæ probitate præditum, nondum tamen diuino Baptismo consignatum, inuitum & repugnantem corripietes, simulque militaribus copiis, quæ tum in urbem venerant, opem afferentibus, in sublimi sede collocarunt, Episcopisque obtulerunt, ab iisque petere institerunt, vt eum saluari aqua tingerent, atque Archiepiscopum nominarēt, suafioni interim vim admiscentes, non id quidem admodum grauitè & modestè, admodum tamen piè atque ardentè. Nec enim cuiusquam virtus aut pietas oblata occasione clarius emicuit. Sed tum quid factum est, quòque progressus est tumultus? Coacti sunt, rore purifico hominem perfuderunt, antistitem pronunciarunt, in throno collocarunt, manibus tamen potius quàm voluntate synceròque animi affectu, sicut postea declaratum est. Vt enim volentes lubentèsque discesserunt, ac quæ vellent, liberè decernere potuerunt, consilium inter se ineunt, haud scio an spirituale, sed ineunt tamen, atque omnia quæ gesta fuerant, abrogare statuant, eamque institutionem, vt minus legitimè factam pro irrita habere, vim ei, cui non minor vis illata fuerat, obiicientes, ac sermones quosdam petulanter magis quàm sapienter eo tempore iactatos vrgentes. At magnus Episcopus noster, æquusque rerum æstimator, nec cum iis, qui huiusmodi consilium inibant, abductus est, nec eorum sententiam comprobauit: sed constans atque inuictus permansit, haud minus quàm si nullam omnino vim perpeffus fuisset. Nam cum vtrisque vis allata fuisset, vel vicissim accusandos eos esse dicebat, si ipsum accusarent, vel culpa soluendos, si ipsum culpa soluerent, vel, quod iustius erat, ne absoluendos quidem, tametsi ipse crimine solueretur. Si enim ipsis venia deberetur, vtique & illi: sin illi nullo modo parcendum esset, multò iis minus delictis veniam esse sperandam. Longè enim ipsis honestius tum futurum fuisse periculum subire, atque omni ratione obfistere, quàm insidias postea moliri: eo præsertim tēpore, quo veteres inimicitæ potius essent deponendæ, quàm nouæ excogitandæ. Sic enim se res habet. Aderat quippe Imperator aduersus Christianos fremens, atque hanc electionem irato infestòque animo ferens, grauè que in eum, qui Archiepiscopus institutus fuerat, minè iactabantur, atque in nouaculæ acie sitæ res ciuitatis erant, ab eone die in rerù natura esse desineret, an feruaretur, ac clementiæ humanitatissq; non nihil impetraret. Ad eum enim dolorè, ³⁶ quem ob Fortunam secundioris fortunæ tempore solutam euersamq; capiebat, noua hæc atque insolens Præfulis electio accedebat, quam publici iuris conuulsionè atq; oppressionè interpretabatur. Quin ipse quoq; prouinciæ præfectus rationes conquirebat, quibus tēporis atrocitati obsequi, & eum malo aliquo posset mulctare: ne erga eum quidem alioqui amicè ac beneuolè affectus: sed, quia aduersas in Repub. partes tuebatur, inimicè atque infensè. Quocirca eos à quibus electus fuerat, velut accusatores illius futuros per literas accersebat, non iam leniter & remisè, sed minis etiam quibusdam additis, tanquam hoc Imperator flagitaret. Cum igitur pater de ea re epistolam accepisset, sine vllò metu ac cunctatione vlla rēspōsum huiusmodi dedit: ex quo animaduertere licet, quæ in eo animi libertas fuerit, quòve spiritu acta. Nos, inquit, optime præfecte, rerum omnium quæ geruntur, cenforem vnum ac regem habemus, qui nunc armis oppugnatur

Cæsareæ ad seditio- nem procliuus. Populi consensu in electione episcopi.

Eusebius nondum baptizatus legitur in episcopum inuitus.

Ros purificus.

Consilium subdolum & iniquum.

Prouerbiū.

Magna libertas animi episcopo digna.

gnatur. Is & præsentem electionem expendet, quam nos ritè ac legitimè, atque ex ipsius voluntate fecimus. Vobis autem tametsi vim afferre, si ita tulerit animus, in procliu sit: id tamen nunquam extorquebitis, quin ea quæ facta sunt, vt rectè iustèque facta patrociniò nostro defendamus: Nisi hanc vobis legem promulgare libeat, quibus ne limis quidem oculis res nostras aspicere fas est. Hanc epistolam præfectus ipse admiratus est, tametsi ad breue aliquod tempus stomachatus, mirificè suspexit: quemadmodum ex multis intellectum est, qui res illius perspectissimas habebant. Atque hoc & Imperatoris repressit impetum, & ciuitatem periculo, atque adeò nos dedecore atque infamia liberauit. Hoc ciuitatis exiguæ cathedræque summissioris Episcopus præstitit. An non autem principatum ita tenere multo melius ac præclarius est, quàm è sublimioribus thronis declamare, ac rebus potius quàm nominibus superiorem esse? Iam quod in illius rebus gestis ordine quidem postremum, vi tamen & facultate primum & maximum, quis est tam ab orbe nostro remotus, vt nesciat? Rursus eadem ciuitas eandem ob causam seditio laborabat, eo nimirum, qui honesta & egregia vi ad Episcopatum pertractus fuerat, celeri morte abrepto, atque ad Deum, cuius causâ in persecutionibus fortiter strenuèque decertarat, profecto. Atque ea seditio quantò acrior & feruentior, tantò etiam stultior & absurdior erat. Non enim obfcurum erat, quis præcelleret (quemadmodum nec inter sidera Solis præstantia ignota est) sed perquam clarum ac perspicuum, cum aliis omnibus, tum eximie præsertim ac purissimæ populi parti, hoc est & sacris ministris, & nostris Nazaræis, quibus vel solis, vel potissimum illis electiones istas committi oportebat (sic enim nunquam Ecclesiis male esset) ac non iis, qui opibus ac potentia florent, aut stultæ ac temerariæ plebi, plebisque adeo ipsius vilissimo & contemptissimo cuique. Nunc verò parum abest, quin ciuiles magistratus meliore ordine ac disciplina regi existimem, quàm nostros, qui diuinæ gratiæ ascribuntur: atque huiusmodi res melius timore quàm ratione administrari. ³⁸ Nam nisi ita esset, quis modò sanæ atque integræ mentis te relicto ad aliam se contulisset, diuine vir & sacrosanctæ, te inquam in manibus Domini depicto, matrimonij experte, nihil possidente, carne propemodum & sanguine vacuo, te inquam doctrina & verbis post Verbum, inter philosophos sapiente, inter mundanos cælesti, sodali inquam ac socio meo, dimidiâque (audacius hoc dicam) animæ meæ parte, ac meum & vitæ & doctrinæ communionem coniuncto. Vellem mihi te apud alios liberâ oratione describere liceret, ac non coram ista te præsentem perpenderentur, necesse vt habeam quamplurima parcè laudare, ne in assentationis suspensionem incurram. Verum vt eò, vnde oratio digressa est, redeam. Spiritus quidem hominè suū norat (quidni enim nosset?) ceterum obsistebat inuidia, quorū autè, dicere me puderat: vt inā nec ex aliorū sermone, qui res nostras comica dicacitate sedulo infectatur, eorū nomē audire liceret. Sed hæc, vt fluuij petras eas quas in medio fluxu offendit, præcreamus, atq; obliuione digna silentio tegamus: ad eaq; quæ deinceps sequuntur, progrediamur. Probè sciebat vir spiritualis, quæ Spiritus erant: ob eamque causam demissos omnes & abiectos affectus submouendos esse iudicabat, nec coitionibus anticipatisq; opinionibus certandū, nec plus quàm Deo tribuendū: sed vnā tantū Ecclesiæ vtilitatē cōmunemque omnium salutē ob oculos ponendam. Ac proinde literas scribebat, monebat, populū conciliabat, sacerdotes cum aliis tū eos qui sacro munere fungebantur, obtestabatur, decernebat, etiā tum absens suffragiū ferebat, canicie fretus in alienis quasi in suis auctoritate vtēbatur. Denique quoniam electionem legitimā ac regulārē esse oportebat, cum vnus ex eorū numero, qui pontificem nominarent, desideraretur, è lectulo se abstrahit, homo iam & senectute & morbo fractus, atque ad urbem iuuenili animi vigore contendit, vel potius emortuo corpore, ac paulum spirante defertur, magnificæ parentationis instar hanc sedulitatem sibi fore persuadens, etiam si quid ipsi humanitus accidisset. Atque hinc quoque miraculum contigit, minimè dubiam fidem

Laici rebus Ecclesiasticis ne se ingerant.

Basilium magnum intelligit.

Quibus committenda sit electio episcoporum.

Laus Basilij.

Ecclesiæ vtilitas & salus spectanda.

Electio sit regulari.

faciens. Labore corroboratur, alacritate vegetatur, negotium administrat, ad conflictum se parat, in throno Archiepiscopum collocat, domumque tandem reducit, non iam vehiculo tanquam sepulchro, sed tanquam arca diuina usus. Quo etiam in munere lenitatis illius, de cuius laude haud pridem verba facere desij, luculentius argumentum edit. Cum enim ipsius collegæ contentionis, in qua victi fuerant, ignominiam, senisque omnibus in rebus auctoritatem & principatum grauissimè ferrent, ob idque ipsi infensi essent, conuiciisque cum incesserent, eos quoque tolerantia sua fregit ac superauit, maximum auxilium sibi in animi facilitate & humanitate positum reperiens, atque in eo, quod maledictis lacessitus maledicta non regerebat. Quid enim graue esset, si cum rebus superior fuisset, lingua se vinci pateretur? Quamobrem sic eorum animos lenitate sua cepit, ascito præsertim in sententiæ suæ auxilium tempore, ut ira in admirationem conuersa ad eum ipsi excusatum venirent, genibus aduoluerentur, pudore ob ea quæ prius admiserant suffunderentur, abiectisque odiis eo Patriarcha, Legislatore & iudice vterentur. Haud disparis zeli ea illius contentio fuit, qua se hæreticis opposuit, cum impij cum Imperatoris copiis suffulti expeditionem aduersus nos susceperunt, ut nos quoque in potestatem accepturi aliisque adiuncturi, iam ferme omnibus in seruitutem redactis. Nam hic quoque non paruo nobis adiumento fuit, tum per se ipse, tum per nos etiam fortasse, quos velut non ignauos ac degeneres catulos in illos tanquam in sæuissimas bestias immittebat, ad pietatem nimirum exercens. Vnum habeo ³⁹ quod vtrique succenseam (ac peto à vobis ne meam hanc dicendi libertatem ægre molestèque feratis: expromam enim animi dolorem, etiamsi grauis hic sermo futurus sit) quod me huius vitæ malis offensum, ac solitudinem adamantem, ut haud scio an quisquam nostri seculi, communemque hunc turbinem & puluerem omni celeritate vitare salutemque meam in tuto collocare obnixo studio contendentem nescio quo modo in hoc permolestum & insidiosum animarum forum per speciosum sacerdotij nomen intulistis. Qua ex re multas calamitates partim iam subij, partim expecto. Nam qui mali aliquid iam perpeffus est, vix induci potest, ut sibi melius aliquando fore speret, etiam si aliud persuadeat ratio meliora suggerens. Sed ne illud quidem præterierim, quod cum in omnibus rebus fortem & tolerantem animum sublimiorèmq, quàm ut corporis integumento cederet, præstitisset: tum verò postremo morbo, qui eum simul cum senectute adoriebatur, eoque diuturno & periculoso laborans, illud quidem cum aliis hominibus commune habuit, quod ægrotaret, hoc autem non ita commune, sed admodum peculiare aliisque miraculis congruens & consentaneum. Nam cum quotidie ac frequenter quoque quauis die, interdumque etiam hora dolore comprimeretur, solo ministerij sacri tempore confirmabatur, dolorque succedebat, quasi iussu & imperio fugatus. Cum autem centum ferme annos vixisset, ⁴⁰ fines vtique temporis nostro à Dauide constitutos prætergressus, ex iisque in Episcopatu quinque & quadraginta, quod ferè humanæ vitæ spatium est, exegisset: ita demum in bona senectute diem extremum claudit. Quonam modo? In orationis verbis ac gestibus, nullo vitij vestigio, plurimis virtutum exemplis relictis. Atque eo nomine maior quàm hominis conditio ferè videatur, ipsius veneratio in omnium linguis mentibusque versatur: nec facile quisquam reperietur, qui illius memoriam animo recolens, non etiam ⁴¹ posita, sicut Scriptura loquitur, manu ad os suum, imaginationem quoque ipsam amplectatur. Hic illi vitæ cursus fuit: hic vitæ finis. Et quoniam liberalitatis ipsius munificentiaque monumentum posteris relinqui oportebat, quodnam tandem aliud potius conueniebat, quàm hoc templum, quod Deo & nobis extruxit (populi quidem largitione non nihil adiutus, multò maiorem autem sumptuum partem è suo impendens) opus sanè memorabile ac prædicandum, magnitudine permulta, pulchritudine cuncta propemodum antecellens? Nam & octo æquilateris rectis in se occurrit: & columnarum ac porticum

cum elegantia per laquearium in altum assurgit, & quidem eiusmodi picturis ornata, ut nec naturæ ipsi concedant. Quid quod superno cæli splendore collustratur, vberimisque lucis fontibus spectantium oculis irradiat, ut verè lucis domicilium? Ad hec eximie materiæ spatij equiangulis vtrinque positis plurimumque intermedij loci complectentibus cingitur: ac præterea portarum & atriorum venustate præluet, accedentesque procul inuitat. Nondum de externo ornatu loquor, de lapidum quadratorum atque in trinam coniunctionem aptatorum pulchritudine & magnitudine: quorum alij marmorei sunt, nimirum qui in basibus & capitibus, quibus anguli intercipiuntur, locati sunt, alij patrij quidem illi, non tamen exoticis inferiores. Nondum de variis & multiplicibus zonis, à fundamentis ad vercem vsque protensis atque intextis, cuius ea est altitudo, ut spectatorem damno afficiat, visum circumscribens. Quonam modo tanti temporis opificium tantique laboris & industriæ tam breui sermone ob oculos ponerem? An hoc dixisse fuerit satis, quod cum cæteræ ciuitates multis extructionibus publicis priuatisque decorentur, hæc vel sola nominis nostri famam apud multos illustrare potuit? Ac templum quidem ad hunc modum se habet. Quoniam autem sacerdote etiam opus erat, ⁴² hunc quoque domi acceptum offert: templi magnificentia dignum necne, dicere haud queo, sed tamen offert. Quandoquidem porro victimam quoque requirebantur, has insuper adiungit, nempe filij afflictiones, atque in rebus aduersis patientiam: ut Deus ab eo rationale holocaustum habeat, ac pro legali hostia spiritualementem victimam egregiè consumptam. Quid ais pater? Vtrum ista sufficiunt, atque hanc vel profecutricem, vel funebrem orationem ita accipis, quasi laborum eorum, quos iuandis prouehendisque meis studiis suscepisti, fructum tuleris, ac pro tuo veteri more ⁴³ pacem orationi concedis, eique ne modum excedat tediumque pariat, finem imponis? An additamentum quoddam & corolarium desideras? Sed finem haud dubiè statuis: satis quippe longam orationem habuimus. Hoc verò mihi bona tua venia adiciere liceat. Fac sciamus quæ tua sit gloria, quod lumen te circumstet: atque vxorem tuam aliquantò post, & liberos, quos adhuc viuens funere extulisti, & me quoque nequaquam iam ultra, vel certè perexiguo tempore cum huius vitæ miseris conflictatum atque ante tabernacula illo hoc dulci tumulo suscipe, quem vtrique nostrum condidisti, videlicet hic quoque sacerdotem tuum & cognominem honore afficiens: veniamque tribue, siue quid dicendo prætermisimus, siue quid tua gratia assumptum minus commodè tractauimus: ac denique cum gregem vniuersum & omnes Episcopos, quorum pater vocatus es, tum me præsertim paternè à te & spiritualiter coactum gubernas, ne tuam vim vsquequaque accusem. At tu, quid censes, o meorum sermonum actionumque iudex? Si hæc satis copiosè disseruimus, tuoque desiderio satisfacimus, calculum adde, & accipiemus (nam profecto calculum tuum calculum Dei interpretamur): sin autè & illius gloria & tua expectatione longè inferiorem orationem habuimus, in promptu est, qui suppetias ferat. In illius laudes vocem tuam tempestiæ pluuiæ instar expectatam immitte. Ac sanè maximis te nominibus obnoxium habet, & ut pastor pastorem, & ut pater filium: quod ad gratiam attinet. Quid verò mirandum, si ⁴⁴ qui terrarum orbi per te intonuit, idem nunc fructum quoque aliquem ex tua voce percipiat? Restat iam, ut cum spiritali Sarra præclari nostri patris Abrahæ coniuge & equali funebrem sermonem habeamus. Non est, mater, eadem Dei hominumque natura, aut, ut in genere loquar, superiorum & eorum qui in terra versantur. Apud illos enim constans & immortale est, tam hoc ipsum, quod sunt, tum quæcunque ad illos pertinent. Quæ enim à rebus firmis & certis oriuntur, eadem quoque firma & solida esse necesse est. Res autem humanæ quo modo se habent? Labuntur & intereunt, & aliam atque aliam subinde mutationem capiunt. Vita quidem & mors tametsi inter se plurimum differre videantur, inter se tamen mutuo transmeant, vicissimque succedunt. Etenim vita ex corruptione parente nostra principium du-

Gregorius patrem de-functū in-uocat.

Basilium alloquitur

Matrè al-loquitur.

ceus, ac per corruptionem, hoc est perennem eius quod præsens est excessum, iter faciens, in corruptionem tandem nimirum in huius vitæ finem definit. Mors contra, quæ non modò nos à præsens malis vindicat, verum ad supernam quoque vitam sæpe tradit, haud scio an propriè mors appellari queat, ut pote nomine magis quàm re formidabilis. Atque absurdè sanè & præposterè affecti esse videmur, qui ea quæ formidolosa non sunt, extimescamus, ea autè quæ metuenda sunt, ut meliora magisque expetenda complectamur. Vna vita est oculos ad vitam coniectos habere. Vna mors, peccatum: animæ enim est interitus.

Mors nomine magis quàm re formidabilis. Vna mors peccatum.

Cætera quibus nonnulli insolentius effertur, nocturna quædam visa sunt, veris rebus imposturam facientia, & fallacia animæ spectra. Hoc animo si fuerimus, mater, nec ob vitam nos magnopere efferemus, nec morte nimium angemur. An verò mali quidpiam nobis acciderit, si hinc ad veram vitam migraverimus, si mutationibus, vertiginibus, fatietatibus, ac turpi illa tributi pendendi necessitate liberati cum rebus certis minimèque fragilibus futuri simus, parua lumina circum lumen illud magnum tripudiantes? At te ab eo seunctam discruciaris? spes te oblectet. At acerba res est viduitas: audio, sed illi non acerba. Vbi porrò charitatis bonum erit, si faciliora nobis ipsi dantes, asperiora proximo tribuamus? Immo quid est omnino, quod tibi acerbum videri debeat iam iamque morituræ? Instat fatalis dies, diuturna non erit hæc molestia. Ne ignavis cogitationibus res leuissimas oneremus. Magnis rebus priuati sumus: at etiam consecuti fueramus. Atqui priuari omnium est, adipisci paucorum. Quare mentem nostram illud non deiiciat, sed hoc potius consoletur. AEquum enim est meliora deterioribus cedere. Filiorum mortem adhuc florentium & ad viuendum idoneorum fortissimè & sapientissimè tulisti: fac etiam senilis corporis, iamque vita confecti (tametsi sensus integerrimos animæ vigor ipsi conseruarit) abiectiorem feras. At deest, qui tui curam gerat. An verò non tibi præfèd est tuus hic Isaac, quem tibi omnium instar ille reliquit. Parua hæc ab eo postula, ut te manu fulciat, ut seruilia officia præstet: maiora hæc repende, maternam benedictionem, orationes, atque alterius æui libertatem. Doles te admoneri? Id verò laudo. namque ipsa multos admonuisti, nimirum eos omnes, qui in tam longo vitæ curriculo ad tuam sapientiam sese contulerunt. Quare ad te fœminam in primis sapientem nihil hæc oratio pertinet: sit autem afflicti & lugentibus communis solatij medicina, ut se mortales prosequi mortales intelligant.

Viduitas.

Benedictio materna.

SCHOLIA.

1. Homo Dei) Homines Dei & viri Dei sæpe in veteri Testamento appellantur Prophetæ. Et ita Timotheum Paulus nominat 1. Timoth. 6. De seruo fidei habes Matth. 25. Iam animarum præfectos Apostolus mysteriorum Dei dispensatores vocat 1. Cor. 4. Et Daniel vir desideriorum dictus est Danielis 10. Sic Moses Deus Pharaonis à Deo ipso appellatur Exod. 7. Et Paulus Ecclesiam veritatis columnam & firmamentum esse dicit. Item ad Philip. scribens cap. 2. In quibus, inquit, lucetis tanquam luminaria in mundo verbum vite sustinentes.
2. Funeris cuiusdam muneris) Græca vox ἐπιτάφιος latius patet quàm ἐπιτάφιος. Accipitur enim pro omnibus his rebus, quæ eorum, qui ex hac vita migrarunt, ornando funeri impenduntur. δῶρον ἐπιτάφιος vocat in Orat. funebri in Casarium, munus illud quod Casarius moriens à parentibus impetrarat: nimirum ut ipsi, bonâ eorum gratiâ facultates suas quibus vellet testamento relinquere posset. Hæc etiam Orat. ἐπιτάφιος accipitur pro luculento quodam atque ad propagandam hominis vitæ functi memoriam illustre testimonio & quasi pro epitaphio.
3. Postulatione sua) Greg. τὴν προσβήτα. quod in Orat. quadam μεσητῆρα dixerat, hoc loco προσβήτα dicit. Nec enim aliud vnquam Ecclesia, cum de Sanctis agitur, per Mediatoris nomen intellexit, quàm quod ij pro nobis Deum interpellent. Absit enim ut cuiquam pio in mentem veniat, hanc vocem in ea significatione accipere, quæ Christum Mediatorem Dei & hominum Paulus vocat: quod tamen nimis frequenter, ne dicam impudenter, nobis aduersarij obiiciunt. Quod autem hic auctor eandem de Diuorum intercessione fidem teneat, quam nos tenemus cum ex his duobus locis aperitissimè liquet, tum ex sine Orationū ex Basil. in Athanas. & in Cypria. ne rem eandem sæpius repetendam habeam.

4. Certisquæ

4. Certisquæ cibis) Lego enim ex vetusto Regine codice βρώματα ἐστὶν ἄ. non ut malè in Heruag ἀεὶ βρώματα ἐστὶν ἄ.
5. Hypsistiariorum) Ὑψιστῶν Græcè excelsissimum sonat antithesi itaque eleganti vtitur. Humiles, inquit, illi & abiecti homines non verentur sibi summorum nomen arrogare. De Hypsistariis autem nihil apud Epiphanius, Augustinus, Theodorus, Damascenus, & alios qui olim de hæresibus scripserunt, me legisse memini. Confamilia tamen ferè de Euphemitis seu Massalianis narrat Epiphanius lib. 3. tom. 2. Ait enim eos ex Gentilibus nec Iudaismo nec Christianismo attendentes, deos quidem dicere, nullum tamen adorare, sed vnum solum venerari, quem omnipotentem vocant. Refert etiam eos cum luculento lucernarum igne ἡλιουχῆσαν vocat) conuentus habere. Quæ quidem non multum ab iis discrepant, quæ de Hypsistariis scribit Gregorius.
6. Briarei manus) Briareum ut & alios Gigantes centum manus pedesque draconum habuisse fabulantur Poætæ, vnde Ouid. 1. Metamorph. Non ego pro mundi regno magis anxius illa Tempestate fui, qua centum quisque parabat Iniicere anguipedum captiuo brachia cælo: Briarei ergo manus iniicere proverbialis est locutio, quo in eos non incommode vti licebit, qui rapacissimas manus quibus vis rebus iniiciunt, ac scelerato latrocinio suas opes cumulant. Illorum si quidem hoc) Hesiodus enim in libro, qui inscribitur Opera & dies, ad hunc modum loquitur: Οὐδὲν ἴδω ἢ γυναικὸς ἀνὴρ ληΐζειτ' ἀμείνονι Τῆς ἀγαθῆς. Nil homini melius contingit coniuge casta.
8. Nefariam domum) μαρὸν οἶκον: ex his quæ præcesserunt, per nefariam & scelestam domum, idolorum templum intelligere videtur.
9. Assiduis tandem ictibus) Vulgatissimus est hic versiculus apud Græcos κοιλίῃσι πέτραι πέτραι ὕδατος ὀδὲλεχθῆναι. Guttula multa cadens durissima saxa cauabit. Gutta cauat lapidem, non vi, sed sæpe cadendo. Quibus verbis significatur, nihil esse tam arduum, quod non assiduo labore & studio perficere, atque assidue qui possimus. Natio hunc versiculum ad hunc modum extulit, Quid magis est durum saxo, quid mollius vnda? Dura tamen molli saxa cauantur aqua. Eandem vim habet adagium illud, πολλὰ ὕδατα πλῆθος ὄρει ἐξέρχεται. Multis ictibus quercus deiicitur. Vide Erasm in Chiliad.
10. Diuina liberal. periculum. Nimirum cum ipsa filium Gregorium à Deo precibus impetrauit, quem admodum paulò superius exposuit.
11. In his quæ dicta sunt mihi) Greg. ἐν ταῖς εἰρηκῶσι μοι, quod commodius etiam fortasse in actiua significatione offerri queat, Propter eos qui dixerunt mihi: ut Angelos intelligamus salutis hominum cupientissimos.
12. Qui metropolim tuam nostram) In vetusto exemplari ad marginem hanc annotatiunculam inuenimus, τῆς καππαδοκίας δευτέρως δὲ καππαδοκίας μητροπόλις τῆς αἰτίας, καὶ τῆς ἡμοιωτικῆς τῆς καππαδοκίας μίαν οὖσαν εἰς δύο ἐπίμων. ἔπειτα πάλιν εἰς τρεῖς. Ἐν ταῖς δὲ ἀποστολῶν τῶν ἀγίου βασιλείου ἐπιπέρι ὁ βασιλεὺς οὐδὲν. Quæ verba (initio ut mihi videntur luxata) reddidimus. Nostræ tum metropolis, id est Casaræ. Secundæ autem Cappadociae Tyana metropolis erat, & tertiæ Musicysus. Cappadocia enim cum prius vna esset, in duas, ac postea in tres scissa est. Id autem eò faciebat Imperator Valens, ut sancto Basilio dolorem inureret. De Leontio autem isto, de quo loquitur noster Theologus, non memini aliquid in Hist. Eccl. extare. Porro Tyana ciuitas erat Cræca in sinibus Cappadociae sita, Philostrat. in vita Apollonij cap. 3. lib. 1.
13. Quod futurum erat, gratia præsignat) Quoniam cum hoc in more positum esset, ut Catechumeni nequaquam genua flecterent, sed aures tantum oleo vngendas præberent: ipse præter Catechesis legem, cum Christianismo initiaretur, genu flexit. Quoniam is, qui Catechistæ munere fungebatur, errore lapsus, non institutionis Christianæ, sed sacerdotij atque antistitij orationem protulit. Quamquam priorem rationem veniorem esse existimo. Hanc quoque annotationem ad marginem ascriptam reperi. Sic enim Græca habent, ὁ πῶς κατὰ τοὺς ἰουδαίους ἐκείνην ἐποίησε, ἀλλὰ μόνον τῶν ἐλαίων χρίσας αὐτὸν, αὐτὸς δὲ τὸν ἰουδαίου κατὰ τοὺς ἰουδαίους ἐκείνην ἐποίησε, καὶ τὸν ἰουδαίου κατὰ τοὺς ἰουδαίους ἐκείνην ἐποίησε. τὸ δὲ ἐποίησε τὸν ἰουδαίου κατὰ τοὺς ἰουδαίους ἐκείνην ἐποίησε.
14. Ut Baptismus vitæ puritati) πλειόπτα hoc loco, ut sensum auctoris apertius redderem, Baptismus vertere malui quàm ad verbum Perfectionem. πλειόπτα enim hic idem est, quod πλειώσως. i. lustrica initiatio siue Baptismus. Hoc autem vult Theologus Gregorium patrem ea ante susceptum Baptismus integritate vitæ, sanctimoniâque fuisse, ut ei tutò committi Baptismus posset. Nam iis qui à suscepto Baptismo sceleratè flagitiosèque viuere non desinunt, parum tutum est tam excimium atque excellens bonum committere. Hæc autem eò dicuntur, quia eo tempore serius ad Baptismum accedere solebant, quam nunc: cum laudabili more, ne periculum mora afferat, infantes baptizantur.
15. Superioribusque & infer. gradib.) βαθμῶν καὶ ὑποβάσεων. sublimiori enim gradu Patrem callocabant hæretici, filium inferiori, spiritum infimo. Arius enim, ut testatur Epiphanius in hæresi Sabellij, ὑποβάσιν ἡν ἡμῶσι καὶ ἡμῶσι καὶ ἡμῶσι καὶ ἡμῶσι. De qua etiam susius tractat, cum de Arianis agit. Idem etiam

Apollinario tribuit Theodori in Epit. diuin. dogmat. lib. 4. Huius enim inuentum est, inquit, magnum, ma-
ius, maximum.

16. Nam quo tempore) De hac re vide Argumentum in primam Orationem de Pace.

17. Tamesi per animi simplicitatem) Chirographum illum intelligit, cuius meminit Basilius in Epistola ad
Bosphorium Episcopum, cum se intolerabili dolore affectum esse scribit, quod Dianius, quem vnice amabat,
fidei illi, quam ex Constantinopoli Georgiani reportauerant, subscripsisset. Ex quibus verbis impie illius sub-
scriptionis Georgius Cappadox fuisse creditur. De quo multa in Orat. de Athanasij laudibus.

18. Hoc est natura pari honore) Elegantius in Græco τῆς ἀποστολῆς μίσει τῆς ὁμοῦ μὲν φύσεως, sic enim pau-
peres vocat, quod cum eandem cum ceteris naturam habeant, nec minus quam illi ad Dei imaginem con-
diti sint, impiè tamen et crudeliter contemnantur.

19. Vinculum et electionem tollens) Greg. ἀειρώων συνδεσμῶν ἐ χειρῶν. Verba sunt Esaiæ cap. 58. Quo
loco quia Propheta de benignitate erga pauperes tractat: idcirco Theologus συνδεσμῶν exponit μικρονομίας:
quod vitium est animi præparci, nimiumque sordidi et auari: si quidem avarus manum contrahit, velut
que vinculis constringit. Χειρῶν autem δόμματα interpretatur, quod quemadmodum in electionibus ho-
mines accuratè censentur et expenduntur: ita etiam tenaces homines, cum pauperibus aliquid erogandum
est, sollicitè nimium exquirunt, sint ne elemosyna digni. His itaque verbis admonet Gregorius, vt discamus
non nimium curiosè pauperes explorare ac perscrutari, sed simplici animo de ipsis bene mereri studeamus.
Extat apud Chrysostomum tractatus, De non curiosè perscrutandis pauperibus.

20. Multo enim præstat) Hanc sententiam ex Demosthenis Oratione de Corona mutuatus est: cuius hæc
sunt verba: βέλτερον δὲ τῆς ἀξίως ἡμῶν ἐ τῆς ἀτάξιας, ἢ τῆς ἀξίως ἀποστρεφῆναι τῆς ἀποστολῆς ἡμῶν ἐ τῆς ἀτα-
ξίας. Præstat, inquit, propter dignos indignis etiam honorem habere, quam dignos merito honore spoliare
propter indignos. Idem et ferè legitur in Orat. contra Leptinem.

21. Ne Atlanticum quidem pelagus) De rebus immensis et infinitis hæc verba proverbio usurpari pos-
sunt. Atlanticum porro pelagus ab Atlante Mauritanie monte nomen accepit, estque ea pars Oceani, quæ
Mauritaniam ab Occidente alluit. Quanquam Cicero in somnio Scipionis pro magno mari siue Oceano ac-
cipit, quo terra tanquam insula circumfusa est.

22. Vel homines sacrario obtulit) Sic enim τὸ βῆμα interpretor, vetustum codicem secutus, ad cuius margi-
nem hæc verba annotata reperi, ἀπὸ κληρικῶν ἐ θεοῦ λειτουργῶν ὁ λόγος. Itaque quoties hic auctor τῆς τῶ βῆ-
ματι, vel τῆς βῆμα dicit, idem est ac si τῆς λειτουργῶν τῆς τῶ θεοῦ λειτουργῶν τῆς diceret. Per βῆμα autè,
quod sacrarium verto, pars ea templi intelligenda est, in qua Antistiti soli ac Presbyteris et Diaconis stare
licebat, cum res diuina fiebat. Sciendum enim est eadem sacram Græcorum in tres partes diuidi solitam: qua-
rum prima βῆμα seu ἱερατεῖον ab eis dicitur, quod sit locus sacrificio deputatus: ideòque in eo sunt altaria
duo, vnum minus in medio illius partis situm, in quo sacerdos quæ sunt ad sacrificandum necessaria præpa-
rat: alterum maius, in quo corpus et sanguis Domini consecratur, ob eamque causam sancta sanctorum, sa-
cra mensa, propitiatorium, magni sacrificij officina, et locus Dei dicitur. Nos partem illam primam edis sa-
crae vulgò vocamus Chorum, le Chœur. Pars verò secunda ab illis τὰς, à nobis La naif appellatur, in qua
vniuersus populus congregatur: in cuius parte ima sunt mulieres ita à viris separatae, vt à nullo videri pos-
sint, cum sint in tabulato superiori, ex quo sacra quæ sunt per clatros prospiciunt. In superiori autem parte
quæ est Sacrario proxima, est Chorus Cantorum ab utroque templi latere collocatus. Pars autem tertia ἱερα-
τεῖον dicitur, id est templi vestibulum, in quo qui publicam agunt penitentiam consistunt. De his plura vide
in quadam epistola quam Gentianus Heruetus libro Nicolai Cabasilæ de diuino altaris sacrificio à se Latine
reddito præposuit.

23. Nihil enim simulatum) Ficta omnia tanquam flosculi celeriter decidunt: nec simulatum quicquam po-
test diu latere. Cic. 2. Offic.

24. Protinus ira cum verbis) Hunc locum quamuis et impresso codice et veteri exemplari refragante,
corrigere non dubitavi. Nam cum in utroque legeretur, καὶ ὁ λόγος τῆς βῆμασι συναπέρχεται, ita transtuli, quasi
non λόγος sed θυμὸς vel λόγος in textu haberetur. Quis enim sensus ex eo elici posset, si ita vertissem, simul
cum verbis sermo recedebat. Atque quemadmodum reddidi apertissimus est sensus, mentemque Auctoris
nobis apertissimè representat.

25. Industria tamen eaque virtute) ἐν τῇ αὐτῇ hoc loco industriam verti. Neque enim pro virtute omnibus
numeris absoluta accipienda est, sed pro industria agendique facultate, vt idem sit ἐν πᾶσι, quod ἀγαθὸς.
id quod ex his, quæ mox sequuntur, facillè colligere licet.

26. Sic enim serpentes) Christus Matth. 10. iubet nos prudentes esse sicut serpentes, et simplices sicut co-
lumbas. Vtriusque virtutis laudem patri suo Gregorius tribuit. Ait enim eum in malo vitando serpentis pru-
dentiam imitatum fuisse, in bono autem columbæ simplicitatem.

27. Ad exigui limi purgat.) Tres causas affert, cur iusti nonnunquam in calamitate versentur: primam, vt
quantulumcunque vitiose fecis in ipsis est, huiusmodi afflictione purgetur. Alteram, vt virtus eorum ex-
ploretur. Postremam, vt qui minus firmo animi robore septi sunt, eorum exemplo ad fortiter ferendas huius
vitæ acerbitates erudiantur.

28. Noctemque luculentam) Quomodo ea nocte, quæ Paschatis diem proximè antecedit, cum multis ce-
reis in Ecclesia pernoctare soliti sint veteres Christiani, vide Orat. 1. de Pasch. et Nicetam ibidem.

29. A Deo dignum asitem) Sic enim ἀγαθὸν ἀσitem voco, vt ἀεὶ τῆς πρᾶξης vel antistes dici solet,
cuius

cuius qui latus fulcit, ἀεὶ τῆς πρᾶξης dicitur. Qui secunde vn autre. Ineptè autem hoc loco ἀεὶ τῆς πρᾶξης propugna-
tor seu auxiliator verteretur, vbi de Deo sermo habetur. significat enim eum, qui Deo summo antistiti in sa-
cro ministerio astat, atque apud eum administri officio fungitur.

30. Pro beneficiis erga homines collatis) Ad hunc modum mihi hoc loco vertenda visa est dicitio hæc ἀ-
χαιστία. Videtur enim significare patrem suum ministerio sacro perfunctum, grata oratione Dei beneficia
prosecutum, ac tandem populo bene precatum esse. Quanquam nihil impedio, quo minus per τῆς ἀχαιστίας
ῥήματα sacrosancta Eucharistiae verba intelligamus. Hoc enim vult Theologus, Patrem suum licet morbi a-
cerbitate fractum ac pene confectum ardenti quodam zelo è lectulo profiliisse, ac rem sacram in cubiculo
ad eundem modum peregrisse, vt sanus in Ecclesia consueuerat.

31. Ita enim Dominicam eam) De hac Dominica Gregorij nostri extat Oratio Commentariis Græcis à Ni-
ceta illustrata, quam suo loco videbis.

32. Cum Alexandria) Hanc rem hoc Iambico Tetraistico ad hunc modum extulit Cyrus Theodorus
Prodrromus.

Τὸ παρθενικὸν κῦμα παρθένη πᾶσι,	Dum nauigares Parthenico virgo mari,
Σταυροποιούσης ἀγλαίας τελευμίας,	Fluctusque nauem verberarent horridi:
Εὐχῆ σερουπὴν τῆς πικραλοχουῆς ῥύη,	Tum te seruasti, tum nautas tuos prece,
Καὶ τῶ πᾶσι μίση πῶ καλυμῆ ἠδρα φάσας.	Cum rore nondum tinctus esses lustrico.

33. Imperatorem Dei) Iulianum scilicet: de quo commodius alias dicemus.

34. Primarij ordinis virum) Eusebium Cæsariensem intelligit, qui proximus ante Basilium inuitus mil-
tiumque repugnans à plebe Archiepiscopus creatus fuerat. Ad eum propter orthodoxæ fidei defensionem ci-
uitate pulsus, atque in exilio agentem tres Epistolas scripsit Nazarian Zenus.

35. In nouacula acie) Quæ in summo periculo posita sunt, ea prouerbiali locutione in nouacula acie stare
dicuntur. Adagium autem ab Homero ductum est. De quo vide Erasmus in Chiliad.

36. Quem ob Fortunam) Obscurè alludit ad Cæsariensem facinus, qui Fortune fanum, quod vnum Pa-
ganis supererat, Iuliano ipso imperante subuerterant. Cui simile illud est, quod ait Orat. 1. in Iulian. εἰδὼς δὲ
τῶ τῆς πύλης ἐδὲ κῆρος ἀγαλακτῶν ἐν κρηρῶ τῆς διπύλης ἀπυροσίου: vbi pro ἀελοσίου posuit ἀπυροσίου, vt ex
his verbis τῶ διπύλης et ἀπυρῆι venustatis plusculum gratiæ que orationi accederet. Fingit enim iustam cau-
sam Iuliano fuisse, cur iracundia furorèque inflammaretur, ob Fortunam melioris fortuna tempore (hoc est
idololatra Iuliano rerum summam tenente) infortunio affectam, id est euersam et solo æquatam.

37. Et nostris Nazareis) Nazareos monachos vocat, quod hi quoque sanctitatis votum faciunt, Deoque
se consacrent. Hæc enim lex erat Nazæreorum Numer. cap. 6. Nam profecto totos se pietatis colendæ studio
addicere ac deuouere debent, qui monasticam vitam profitentur, et si modo nomini suo respondere velint,
à diuisibilibus rebus (vt Dionysij magni verbo vtat) hoc est, terrenis et caducis omni ratione abducere, at-
que ad beatam illam vnitatem transferre.

38. Nam nisi ita esset) Per Apostrophem Basilium alloquitur.

39. Quod utriusque succensam) Patrem et Basilium alloquitur: à quibus inuitus et reluctans Sasimis
fuerat præfectus.

40. Fines utriusque à Dauid) Psalm. 89. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. si autem in po-
tentatibus octoginta: et amplius eorum labor et dolor.

41. Posita manu ad os suum) Multis locis hæc phrasıs in Scriptura reperitur. Puto tamen eum respexisse ad
illud Iob 29. ἀ δεξιῆ ἐ ἐπὶ στήθεσσι καλοῦμαι δάκρυον ἐν δὲ τῆς ἐν τῶ στήθεσσι οἱ δὲ ἀκούσωντες ἐ μακά εἰσὶν με, ἐ γλῶσ-
σα αὐτῶν τῆς λαλοῦμαι ἐ καλῶμαι. Vbi ponere manum suam ad os suum, et linguam faucibus adhaerentem habe-
re, non simpliciter est tacere, sed admiratione ac reuerentia alicuius desigi, ac linguam tenere.

42. Hunc quoque domi acceptum) Se intelligit: atque aded τῶ πῆρο φροσῆν ἐ τῶ φροσῆν φθῶρη addit, templi
magnificentiæ dignum necn e, dicere haud queo.

43. Pacem orationi concedis) Pacem sermoni dare prouerbialis est locutio, idem significans quod finem lo-
quendi alicui imponere, ac silentium indicare.


44. Qui per te orbi intonuit) Id est, qui studio suo et contentione te ad Archiepiscopatum euexit: vt illi
acceptum ferri debeat, quod velut ex editissimo quodam loco totum orbem pia doctrina, salutisque præce-
ptis instruxisti.

NAZIANZO murus quidam abruptus ac præruptus imminet: ad cuius radices calentiu aquarum scaturigo est. Illic igitur cum Theologus partim ob quietæ & tranquillæ vitæ studium, partim ob solatium, quod ipsi è renibus laboranti thermarum vsus afferebat, versaretur, festo magni Cypriani, cuius templum paruo intervallo ab vrbe distabat, interesse non potuerat. Postridie igitur illius diei, quo Martyris commemoratio celebrari solebat, Nazianzum reuersus hanc in eius laudem Orationem habuit.

10

Annui martyrum honores.

Piorum memoria utilis.



CYPRIANVS fere nobis effluxit (ô græue damnum!) idque vos passi estis, qui eum omnium maximè suspicitis, annuifque honoribus festisque celebratis. Cyprianus, inquam, cuius, vel etiam si alioqui obliuionis vitio laboraremus, meminisse tamen necesse fuerat: si quidem optimi potissimum viri memoria colendi sunt, iique quos memoria complecti non modò pium est, sed etiam vtile ac fructuosum. Verùm hoc debitum cum fœnore dissoluamus: si tamen pares huic saltem rei facultates habemus, ac non omnium rerum egestate ac penuria conficimur.

20

Sap. II.

Quòd si etiam admodum pauperes inueniamur, non dubito, quin ille pro eximia sua animi magnitudine atque æquanimitate, tum nostræ moræ tum inopiæ facile sit veniam daturus: modo hoc nomine gratias Deo agamus, quòd memoria illius ex animis nostris haudquaquam effugerit. Quamobrem ad eam rem, vt æquum est, accingamus, atque hinc principium ducamus. Quàm commodè atque opportunè egregiisque Dei mensuris, qui omnia cum libra & mensura constituit ac moderatur, ad vos redijmus: à silentio & quiete ad sermonem: à Martyrum studio, ad Martyres, à corporea relaxatione ad spirituales epulas: Desiderabamus vos, filij, parique, vt mihi persuadeo, desiderij affectu à vobis expetebamus (videte paterni animi candorem: nam & quid mihi acciderit narro, & vestro erga me affectu testimonium præbeo) atque hætenus inter nos disiuncti atque diuulsi, vt desiderium nostrum vtrinque perspectum reddere, atque ipsa locorum distantia & intervallo, quemadmodum pictores tabulas explorare possemus, rursus conuenimus. Quàm magnus est memoriæ igniculus, vel breuis familiaritas vitæque consuetudo, iis duntaxat, qui moribus sunt ad amandum propensis, Deique erga genus humanum amorem imitantur! Quidni autem, cum Christi, qui ad formam vsque seruilis nostræ salutis causa seipsum exinanuit, & à cælestibus alienos auersosque ad sese collegit, discipulos nos profiteremur, mutuo amoris complexu inter nos hæreremus, fideique vnitatem in vinculo pacis, quæ legis & Prophetarum mysterium seu caput est, seruaemus? Iam igitur hoc vnum beneficium, & primum habemus, quòd quàm celerrime ad mutuos amplexus ipsi accurrimus. Neque enim procrastinationem fert zelus: totiusque vitæ instar est vnus dieculæ spatium desiderio laborantibus. Alterum est, idque maximum, quòd non post festum accessimus, seriúsque quàm vt Martyrum sacris interesse queamus, eoque oblectamento animique iucunditate frui, quæ hinc nobis comparatur. Nam cæteris quidem in rebus me quouis homine fegniorem ac languidiorem esse non inficior, omnemque cupiditatem tum abiicisse, cum ad Christi ordines me contuli, neque ex omnibus rebus, quæ aliis iucundæ atque expetendæ videri solent, vlla teneri atque inflammari, non opibus, quæ humi distrahuntur, ac sursum deorsumque voluuntur, non ventris voluptatibus, non satietate flagitij & contumeliæ parente, non veste molli & diffuente, non gemmarum splendore & gratia, non auditu præstigijs illudente, non olfactu animum emolliente, non populi theatrique applausu in furorem agente, quem iis iam pridem, qui

Memoria igniculus magnus. Philip. 2.

Ephes. 4.

Sentent.

Martyrum sacra.

Grego. reru human. cõtempus.

Satietas flagitij parës.

40

50

qui eius rei desiderio afficiuntur, haud grauatim reliquimus, non iis denique, quæ in primo illo gustu, qui nobis pestem exitiumque attulit, originem traxerunt: quin potius magna in stultitiâ ve cordiâque eos versari existimo, qui ab huiusmodi rebus sese vinci patiuntur, ac vili & fordido circa eas studio nobilitatem animæ labefactant, fluxisque & fugacibus quasi certis & stabilibus totos se tradunt. Huius verò rei inexplebili quadam auiditate teneor, nec ab ea vnquam diuelli possum, mihi que etiam hunc affectum inesse facillè patior: Martyrum honoribus oblector, pugilum cruore gestio & exulto, atque aliorum quidè certamina & victorias, coronas autem meas esse iudico. Vsque eò gloriam hanc præripio, mihi que eorum egregia facinora vendico! Atque omnium quidem Martyrum memoria læta solennitate colenda est, omnibusque & linguæ & aures & mentes promptè aperiendæ, vt de eorum laudibus libenter aliquid dicamus & audiamus, omniaque alia eorum certaminibus inferiora esse censeamus. Nam cum multa nos ad melioris vitæ studium ducant, atque ad virtutem erudiant, Ratio, Lex, Prophete, Apostoli, Ipsaque adeò Christi primi Martyris supplicia, qui crucem conscendit, meque eodem secum duxit, vt peccatum meum affigeret, ac de serpente triumpharet, lignoque sanctitatem afferret, voluptatem vinceret, Adamum salute donaret, prolapsamque imaginem erigeret atque instauraret: cum tot inquam, tantaque habeamus, non minus tamen ad vitam rectè instituendam nobis vtilitatis afferunt Martyres, holocausta ratione prædita, victimæ perfectæ, oblationes Deo gratæ & acceptæ, veritatis præcones, falsæ doctrinæ fugillatores, legis, quæ spiritali sensu intelligitur, expletores, erroris oppressores, vitij insectatores, peccati diluuium, mundi lustratiõ. At tu mihi, Cypriane re nominèque charissime, supra cæteros Martyres celebrãdus occurris (nec enim verendum est, ne Martyres Martyribus inuideant) atque & virtute tua maiorem in modum afficior, & memotia recreor, ac præ gaudio quasi lymphatus feror, quodamque modo in eodem tecum martyrio versor, sociumque me certamini ascribo, totusque ad te transeo: siue me tibi doctrina tua atque eloquentia conciliet, qua tu tantò reliquos mortales anteibas, quantò nos brutis animantibus præstamus (sit enim nescio quo pacto vt non minus inter eos, qui studij cuiusdam atque instituti coniunctione sociati sunt, quàm qui affinitatis & consanguinitatis vinculo inter se copulati sunt, amor coalescat) siue id repentinæ & inopinatæ mutationi tuæ, quæ vim omnem oratoriæ facultatis excedit, omni que exemplo præstantior est, assignari debeat. Nam iucundior quoque post nubem, qua prius obducebatur, Sol illucescit, & ver dulcius est post hyemis tristitiam, & suauior arridens tranquillitas, atque in modum stagni fufum æquor, littoribusque alludens post ventorum tumultum fluctusque tumescentes. Hic Cyprianus, auditores, vt & ij qui vitam illius perspectam habent, submonitione ipsa magis oblectentur, & ij quibus incognitæ atque inauditæ sunt ipsius virtutes, historiam omnium nostrarum pulcherrimam, communemque Christianorum laudem atque ornamentum discant. Hic inquam Cyprianus Carthaginensium quendam, nunc autem totius orbis eximium decus, opibus conspicuus, potentiâ illustris, genere clarus, (si quidem maximum est nobilitatis argumentum, Senatorem esse, primariamque in eo ordine sedem obtinere) flos iuuentutis, elaboratum naturæ opus, doctrinæ principatus, tam philosophiæ quàm cuiusuis alius generis disciplinæ, idque quacunque eum parte censere volueris: adeò vt in eo & plurimarum artium cognitio mirabilior esset, quàm vniuscuiusque exacta & perfecta scientia, & rursus vniuscuiusque exquisita & modis omnibus absoluta perceptio plus admirationis haberet, quàm variarum artium collecta scientia: & vt apertiori distinctione hæc explicem, alios multiplici rerum cognitione, alios excellentissima & absolutissima singularum artium perceptione, alios vtraque laudè, omnes autem omnibus nominibus facillè superaret. Ac eruditionem quidem libri ipsi testantur, quos ille complures & egregios pro religione conscripsit: posteaquam Dei, qui omnia

Gen. 3.

Martyrum honores, et memoria.

Christus primus martyr. Sanctitas ligno allata.

Martyres ad vitæ rectè instituedã cõducunt Cypri. supra cæteros celebrandus.

Cypri. doctrina & eloquentia.

simil.

Cypri. Carthag. elogia.

Cypri. ante conuersionẽ senator. Cypri. eruditio insignis.

Cypri. libri.

facit atque in melius commutat, benignitate ac misericordia, doctrinam suam transtulit, brutamque literarum peritiam veritatis verbo subiecit. Quæ vero mihi iam dicendi ratio tenenda sit, planè incertus sum. Partim enim vereor, ne nimis prolixum, penitensque intempestiuum sermonem habeam, si omnes Cypriani laudes mihi commemorandas duxero, partim ne maximo eos qui adsunt, detrimento multem, si quid præteriero. Vt igitur inter temporis breuitatem studiūque auditorum medium quendam cursum teneam, hæc mihi ineunda ratio videtur, vt cætera quidem scientibus relinquam, iis qui ea ignorant, si qui tamen tales sunt, exponenda: vt ex ea re vtrique parem vtilitatem capiant, tum qui illius virtutes docent, tum qui addiscunt, (quemadmodum huius viri vel sola recordatio sanctitate animum imbuit, maximumque pondus ad studium virtutis excitandum habet oratio:) Ego verò ex illius recte factis vnum aut alterum breuiter cōmemorem, quæ etiam huius sunt generis, vt ea ne si maximè quidem velim, præterire queam. Dicam porrò quæ prioris ipsius vitæ ratio fuerit, quæ salutis via, quæ vocatio, quæ in meliorem vitæ statum mutatio. Equidem eos admodum ignaui fordidi que animi esse existimo, qui rerum minus laudandarum commemoratione Martyri contumeliam inferri censent. Hac enim ratione nec magnus ipse Paulus laudem mereatur, & Matthæus in sceleratissimorum hominum numero habendus fuerit, ac noster etiam Cyprianus: quippe cum & ille pristinarum suarum persecutionum, immutatioque zeli mentionem faciat, vt videlicet ex vtriusque collatione Dei beneficentiam magis concelebret: & alter in discipulorum albo Publicani cognomentum sibi ipsi, perinde atque aliud quoddam nobilitatis insigne atque ornamentum adiungat: atque hic denique superioris vitæ turpitudinem longa oratione proscindat, vt ipsam quoque scelerum confessionem Deo muneris loco offerat, ac multis eorum, qui ab obscœna & flagitiosa viuendi ratione ad salubriora cōsilia animum appellunt, sese velut signum quoddam ad bene sperandum attollat. Quod igitur illius scelus fuerit, quàmque magnum & atrox expendite. Dæmonum cultor erat, qui Christi postea discipulus fuit, & persecutor acerbissimus, qui postea magnus veritatis propugnator extitit, atque & re & verbis (nam vtriusque summam vim ac facultatem habebat) viam nostram doctrinamque perturbabat, qui postea vtraque re peregrinam Christianis operam nauauit. Iam quantus huic malo ex arte magica cumulus accedebat, à qua potissimum ad hominum famam peruenerat? quantoque item hæc crimina exaggerabat corporis intemperantia & libido, quæ tantam vim habet, vt sapientes etiam alioqui viros mentis errore afficiat, deteriusque sentire cogat, equulei petulantis & indomiti more rationem secum abripiens. Ad ipsum iam mali caput se confert oratio: nec verò quisquam priora Cypriani flagitia intuens, voluptatibus indulgeat: verum sequētis potius vitæ exemplo ad pudicitiam temperantiamque reuocetur. Virgo quædam erat patritio genere nata, honestisque moribus prædita (audite virgines ac simul exultate, immo etiam quæcunque pudicitiam in matrimonio colitis, ac pudicarum amore flagratis: nam vtriusque communi ornamento est ista narratio) ac virgo hæc forma erat perquam liberali & egregia, vt ipsi hæc verba accini commodè possint, Omnis gloria filia regis interna, germana Christi sponsa, pulchritudo recondita, viua statua, donarium sacrilegas manus non metuens, fanum inaccessum, hortus clausus, fons obliquatus (vt non nihil quoque Solomon ipsi accinat) soli Deo seruata. Huius amore magnus Cyprianus captus est: vnde, & quo modo haud scio, quippe virginis omni ex parte tutæ & morum grauitate prædite. Nam res quoque non atrectandas lasciuui oculi atque procaces pertingunt, organum nempe omnium promptissimum atque inexplebilis auuditatis. Nec tantum captus est, sed eius quoque pudicitiam attentabat. O prædicandam stultitiam, si quidem futurum sperabat, vt eam per sacrilegium raperet, vel potius singularem illius impudentiam, qui Cypriano in mentem immittebat, vt hoc facinus aggredere tur. Ille enim est, qui ad-

Greg. consilium.

Propositio.

Paulus & Matthæus.

Philip. 3. Gal. 1.

1. Cor. 15.

1. Tim. 1.

Matt. 9. 10.

Confessio scelerum offertur Deo muneris loco.

Cypr. dæmonum cultor, & christi persecutor.

Cypr. magnus ac libidiniosus.

Iustina virgo christiana.

Psal. 44.

Virginis vere laudes,

Cant. 4.

Cypr. Iustine amore captus.

Sent.

uersus primum hominem iam inde à principio in Paradisum irrepit, & medius inter Angelos stetit solum ad cruciatum deposcens, ac postremò ne Dominum quidem ipsum, à quo profligandus & contrucidandus erat, adoriri dubitauit, eique, qui nulli tentationi obnoxius est, tentationem admouit (quoniam eam Dei partem quæ aspectu sentiebatur, Adamo similem esse videbat) quasi ipsum quoque deiecturus. Nec enim fore suspicabatur, vt humanitatem aggressus in diuinitatem incurreret. Quid igitur eundem per Cyprianum quoque sanctam animam, corpusque nullo modo contrectandum attentasse mirandum est? Sollicitabat ergo eam Cyprianus, atque ad huiusmodi lenocinium non aniculam quamdam ad hos vsus accomodatam, sed dæmonem quendam libidinis ac voluptatis amantem asciscit. Rebelles quippe atque inuidi spiritus ad obeunda huius generis ministeria celeres esse solent, multos nimirum casus exitique sui socios habere cupientes. Huius porrò lenocinij præmia victima, & libamina erant, affinitasque ea, quæ per sanguinem & sacrificiorum nidorem cum eo contrahitur. Tale enim iis mercedem persolui oportebat, qui talia in talibus rebus beneficia contulissent. At puella simulatque vim mali persensit, atque insidias intellexit (puræ etenim diuinæ animæ diaboli technas celerius peruestigant, quamlibet versipellis ille sit, atque in conatibus suis varius ac multiplex) quid facit, & quid aduersus malitiæ parentem & architectum molitur? Deploratis omnibus aliis remediis ad Deum confugit, atque aduersus nefarium & execrandum amorem sponsum suum patronum ac defensorem assumit, qui & Susannam mortis periculo liberauit, & Teclam seruauit, illam à sæuis presbyteris falso crimine circumuentam, hanc à tyranno ipsius proco, patræque magis tyrannico: quem tandem sponsum illum intelligo? Christum, qui & spiritus increpat: & pessum euntes subleuat, & per mare pedibus iter facit, & spirituum legionem in profundum mittit, quique & iustum virum è lacu eripit, leonibus in escam obiectum, manuūque extensione victoriam de feris consecutum, & fugitium Prophetam à cetò voratum, in ipsiusque præcordiis fidem integram seruantem ex imminenti vitæ discrimine extrahit, & Assyrios pueros inter flammam incolumes seruat, Angeli opera ignis ardorem refrigerans, ac tribus illis quartum adiungens. Hæc atque his plura commemorans, Virginemque Mariam supplex obsecrans, vt periclitanti virgini auxilium ferret, ieiunij atque humi cubitationis pharmaco sese communit: partim vt formæ venustatem tanquam insidiosam obscuraret, sicque flammæ materiam subtraheret, ac libidinis faciem absumeret: partim vt humilitate sua propitium sibi Deum & exorabilem redderet. Neque enim vlla re perinde, atque corporis animique afflictatione conciliatur Deus: lachrymisque misericordia vicissim rependi solet. Non est apud me dubium, quin reliquam huius historiarum partem auidè expectetis. Virginis enim nec minus amantis ipsius causa laboratis, animoque sollicito estis, ne vtriusque funestum tandem & exitiosum finem hic amor habuerit. Verum bono animo estote. Fidem enim hic amor conciliat, ac dum procius virginis nuptias ambit, à Christo ipse despondetur, atque extincta libidine flamma igne veritatis flamma suscitatur. Quo pacto id acciderit, quæritis: (hic iam in iucundissima parte narrationis versor) virgo superat, dæmon superatur: ad amantem accedit tentator, victum se recessisse indicat, eamque ob causam ab eo contemnitur. Quam rem indignè acerbèque ferens contemptorem suum hac ratione vlciscitur. In eum si quidem ipsum, à quo antè colebatur, immigrat (quò videlicet malum malo extruderetur, furorūque medicinam furor afferret) atque à virgine quidem non secus ac tormentaria quædam machina à firmo & valido muro repellitur, precibus nimirum & oratione fufus ac fugatus: cum eo autem à quo missus fuerat, colluctatur (ò rem miram & inauditam!) ad eum, à quo teli cuiusdam instar iactus fuerat, rediens, ipsumque velut alterum Saulem præfocans. Quid hic igitur demens ille amator, & pudicus ac prudens arreptitius? Mali depulsionem quærit, & inuenit. Ingeniosus enim & in-

Gen. 3.
Iob. 1.
Matth. 4.
Luc. 4.
Cur diabolus Christum tentarit.

Cypr. dæmonem sibi adiutorem asciscit. Dæmones cupiunt habere multos exitus sui socios.

Anima pura diaboli technas facile detegit Iustina ad Deum confugit.

Susanna. Dan. 13. Tecla. Christus sponsum.

Matth. 17. Luc. 4. Matth. 14. Luc. 8. Dan. 14. Ion. 2.

Dan. 3. Iustina Mariam virginem obsecrat.

Ieiunij pharmaci. Quibus rebus conciliatur maxime Deus.

Iust. superior demone.

Dæmo Cyprianum ingreditur.

Dæmon fufus oratione. I. Reg. 16. 18.

Sent.

dustrius esse solet, quisquis diu exatur. Quænam autem depellendi mali ratio fuit? Ad virginis Deum, quemadmodum Saul ad Davidis citharam, fidiumque pulsus confugit: ad huius pastorem se confert, atque ut amore per acceptam plagam, ita malo spiritu per fidem in Christum purgatur, amorémque commutat. Quæ res adeo noua atque insolens Episcopo uisa est, ut multo tempore fides illi abrogaretur, ac repelleretur: quod incredibile, ac miraculi simile videretur, Cyprianum aliquando inter Christianos nomen suum profiteri, quamuis etiam alij omnes homines Christianam fidem amplecterentur. Cæterum commutat, mutationemque luculento argumento confirmat. Magicos enim libros publicè proponit, de imbecillitate perniciosi thesauri triumphum agit, amentiam prædicat, ingentem ex illis flammam excitat, diurnamque imposturam, quæ ne vni quidem carnis flammæ opem afferre potuerat, igne absumit, à dæmonibus secedit, Deo adiungitur, atque (ò insignem diuinæ gratiæ magnitudinem!) per scelus amoris ac spiritum, Deum inuenit, ac sacri gregis ovis sacra efficitur, & quemadmodum ex quodam intellexi, euerrendi quoque templi munere fungitur, cum id videlicet multis precibus contendisset, ut ad expiandum antea actæ vitæ fastum humilitatis studia coleret. Pastor deinde creatur, ac Pastorum optimus & probatissimus. Neque enim Carthaginensi tantum Ecclesiæ, nec Africæ ab eo & propter eum etiam nunc illustri celebrique præficitur, verum etiam Occiduis omnibus regionibus, ac propè etiam ipsi Orienti, necnon Australi & Septentrionali oræ, quocumque illius fama & admiratio peruagata est. Sic Cyprianus noster efficitur. Hæc signorum & prodigiorum Deus facit: hæc, inquam, ille, qui Iosephum fratrum scelere atque iniuria vana in Aegyptum duxit, & in scæmina explorauit, & in frumenti largitione nobilitauit, & per insomnia erudiuit, sapientiæque instruxit: ut in externa regione auctoritate floreret, atque à Pharaone ornaretur, patèrque maximarum illarum copiarum fieret, propter quas Aegyptus excruciat, mare scinditur, panis pluuiæ instar funditur, Solis cursus inhibetur, promissa terra per sortem distribuitur. Diuina enim sapientia magnarum rerum fundamenta multò antè iacere, ac contraria per contraria procurare nouit: ut maiorem sui admirationem mortalibus excitet. Si iam nihil haberem, quod ad iicerem: hæc tamen Cypriani virtutes ad numeros omnes laudationis explendos abundè sufficerent: nunc verò tot tantæque mihi dicenda restant, ut etiam si nihil eorum, quæ superius allata sunt, illi ad laudem suppeteret, his tamen quæ sequuntur, omnes post se relicturus sit. Nam ut media incidam, pecuniarum contemptum, fastus compressionem, corporis frenationem, & puritatem cum prioris vitæ cupiditatibus ex diametro pugnantem, in vestitu frugalitatem, in congressibus grauitatem cum humanitate coniunctam, pari interuallo à vilitate atque arrogantia remotam, asperas item humi cubitationes & vigilias, quibus, homo alioqui huiusmodi rerum studium serò ingressus, eos qui priores hoc vitæ genus amplexi fuerant, multum facilèque superabat, ut etiam doctrinæ vbertatem fileam, qua ut omnium mores instruxit, & dogmatum inscitiam sustulit, & clarorum hominum vitam exornauit, & principis ac regiæ Trinitatis diuinitatem, quam nonnulli scindebant, nonnulli etiam contrahebant, ad priscam integritatem reuocauit: piæ videlicet vnionis connumeratæque finibus sese continens: ut hæc, inquam, omnia vitandæ prolixitatis causa, missa faciam, eius vitæ sine, oratio nostra concludetur. Furebat aduersus nos Decius, omniæque tormentorum generum conquirebat, ac grauissima quæque supplicia partim iam inferebat, partim intentabat, parique contentione in vtrumque horum incumbibat, ut & Christianos opprimeret, & priores omnes persecutores crudelitate superaret, immo potius ut vel Christianos omnes, vel Cyprianum vnum vinceret, atque in potestatem redigeret. Nam quantò illum pietate & gloria reliquis præstare intelligebat: tantò præclariorem quoque & illustriorem victoriam suam fore perspiciebat, si eum superasset. Illo enim modo nihil aliud se perficere posse, quam

quam ut Christianos vinceret: hac autem ratione, ut philosophiam quoque ipsam, & doctrinam extingueret. Porro linguam prius amputare, atque ita mutos & elingues eos, qui ab ea fulciri solebant, abducere, præstantissimi ducis esse censebat: non rectè quidem ille nec piè hæc cogitans, non tamen omnino temerè & inconsultè, quantum quidem ad eius consilium & conatus attinebat, quemadmodum res ipsa declarauit. Nam cum, ut scopulus quidam incurfantes fluctus, sic ille impetus omnes assultusque magno animo strenuèque propulsaasset, tandemque ab eo in exilium actus esset, haudquaquam in priuata salute sua vir egregius acquiescebat, aut præclare secum agi putabat, quod vita ipsi erepta non fuisset, nec securitatem corporis potius hanc ignominiam, quam animæ periculum interpretabatur, si ocio & silentio indulgeret, eorumque salutem negligeret, qui grauissimo tempore periclitabantur, ut qui neminem haberet, qui ipsos ad certamen erudiret, animisque obfirmaret. Nec enim ad augendum animi robur leue momentum iis affert oratio, qui ad virtutis stadium accinguntur. Proinde quamuis corpore abesset, spiritu tamen aderat, in eodémque cum his, qui pugnant, certamine versabatur: & quibus lingua opitulari non poterat, iisdem per literas succurrebat. Alipten enim, tamen in exilio positus, sese præstat, cohortatorias orationes conscribens, pietatémque literarum monumentis consignans, pluresque propemodum solus ipse per epistolas ad subeundum martyrium inducit, quæ cæteri omnes, qui tum dimicantibus præstò fuerant. Admonet enim, ne patriam, ne genus, ne facultates & copias, ne principatum & potentiam, aut aliud quidpiam humi iacentium rerum atque caducarum veritati præmissis illis, quæ virtutis causa periculum aduentibus in cælo recondita sunt, anteponamus. Hanc enim negociationem omnium præstantissimam esse, qua per exigui sanguinis precio caeleste regnum emitur, ac breuia & fragilia bona & cum sempiterna gloria commutantur. Vnam enim magnis & excellis viris spiritualem illam ac mente sola perceptibilem Hierusalem patriam esse, non eas, quas hic angustiis finibus circumscriptas esse, atque ab aliis hominibus subinde incoli videmus: vnum item generis splendorem in eo consistere, ut diuinam imaginem tueamur, atque exemplar nostrum imitemur, quantum quidem iis, qui carnis vinculis astricti sunt, ac per exiguos duntaxat primarij boni riuulos accipere queunt, assequi datur: vnum porro principatum in hoc positum esse, ut pestiferum spiritum imperio teneamus, ne in iis certaminibus, quæ pietatis causa suscipiuntur, animos nostros frangi atque expugnari sinamus, ubi vitium cum virtute confligit, & fluxus ac fragilis mundus cum firmo & stabili, & truculentus certaminis præles cum generosis athleticis, & Belial aduersus Christum aciem instruit. Ob easque causas & gladios contemnere, & frigidum ignem, ac feras quamlibet immanes & acerbis, mites existimare & famem pro summis deliciis ducere, amicorum autem & propinquorum lachrymas & luctus ac gemitus ut diaboli illecebram, viæque ad Deum ferentis obicem prætereire suadebat. Hæc enim generosarum fortiumque animarum esse, grauisque consilij atque prudentis. Atque harum rerum propinquum exemplum ille ipse erat, qui hæc dicebat ac scribebat, ut pote qui omnia pro stercore duxit, ut Christum elucraretur. Hoc animo præditus Cyprianus, atque huiusmodi sermonibus Christianos ad certamen armans, permultos ad mortem pro Christi nomine oppetendam impellebat. Quodnam autem huius rei præmium tulit: quam copiosum atque profusum! Post eos etenim omnes, quos præmiserat, capitis obrucatione martyrij palmam adipiscitur, multisque tormentis hanc coronidem imponit. Sic Christo offertur, sic ad Christum migrat ille impietate affluens, pietate affluentior, Cyprianus, inquam ille, tum persecutor magnus, tum laureatus pugil, non minus ob vitæ mutationem quam ob virtutem admirandus. Neque enim tam honorificum est virtutis formam effigiémque conseruasse, quam mutata vitæ ratione animum ad pietatis studium contulisse. Illud enim consuetudinis est, hoc consilij & prudentiæ: illuc frequens ac vulgare, hoc

Correctio.

Sent.

Cypr. corpus reuelatum. Sanctorum reliquie.

Luc. 2. Matth. 28. Cypr. corpus publicum orbis bonum.

Cinerum Cyp. virtus

Contra diabolum pugnandum. Eph. 6.

rari omnino exempli. Iam quale illud quoque ipsius miraculum est: (Libet enim in Martyris gratiam parumper adhuc in oratione immorari.) Hæc fuit ipsius vitæ ratio: hic certaminis modus. Cum autem extremum vitæ diem egisset (si tamen hoc verbo uti fas est, ac non potius res ea vel discessus ad Deum, vel desiderij cumulus, vel vinculorum solutio, vel oneris excussio appellanda est) hîc quoque dignum vita sanctissimè acta miraculum designatur. Nam quanquam Cypriani nomen apud omnes non modò Christianos, verùm eos quoque qui doctrinæ nostræ aduersantur (omnes enim æque veneratione sui virtus afficit) clarissimum ac celeberrimum esset: corpus tamen obscurum erat: atque hic thesaurus ²³ apud mulierem quandam acri atque ardenti pietate præditam occultabatur, idque perdiuturno tempore: siue hoc eò fieret, quòd Deus piam mulierculam honoraret, ac propterea illa Martyrem complexu suo teneret: siue etiam ut desiderij nostri periculum faceret, atque experiretur, num hac iactura discruciamur, acerbissimèque ferremus nos sacrosanctis reliquiis defraudari. Ea verò posteaquam ille Martyrum Deus commune omnium bonum alicui priuatim concedere, ac singulari erga illam gratia publicis commodis detrimentum afferre minimè sustinuit: per reuelationem corpus in apertum profert, atque hunc rursus honorem probæ cuidam mulieri confert: ut mulieres ex eo quoque sanctificentur, quòd quemadmodum Christum ante pepererunt, resurrectionisque ipsius nuncium discipulis attulerunt, ita nunc etiam Cyprianum, hoc est publicum orbis bonum partim indicarunt, partim tradiderunt. Hæc laudum illius postrema est. Sic in medium prodit, qui indignus erat, ut in obscuro delitesceret: nec sui furtum tolerare finitur. Quandoquidem præstantiori atque excellentiori animo erat, quàm ut eos honores ambiret, qui corporibus haberi consueuerunt. Hæc sunt, quæ dicenda habuimus, atque haud scio, an plura dicere necesse sit. Neque enim, etiam si orationem in longum produxerimus, quicquam tamen afferre queamus, quod illius virtutibus, & existimationi, quam de eo vnusquisque concepit, vlla ex parte respondeat. Atque hæc etiam eò disseruimus, ut debito illi honoris officio utcunque defungeremur. Vestræ iam partes sunt, ea quæ restant, à vobismetipsis adiungere, ut nonnullum ipsi quoque Martyri munus offeratis, dæmonum profligationem, morborum depulsionem, futurarum rerum præscientiam: quæ quidem omnia vel cineres ipsi Cypriani, modò fides adsit, efficiunt: quemadmodum norunt, qui huius rei periculum fecerunt, ac miraculum ad nosque transmiserunt, eiusdemque memoriam posteris quoque tradituri sunt. Quin potius ita vos comparate, ut his maiora offeratis, qualiaque eos offerre decet, qui eum veris honoribus afficere instituerint corporis nimirum extenuationem, animi subuectionem, vitij fugam, virtutis incrementum: virgines carnis contemptum, vxores virtutis potius quàm corporis concinnitatem & elegantiam, iuuenes in comprimendis animi perturbacionibus fortitudinem, senes consilium & prudentiam, principes egregiam legum constitutionem, præfecti militares clementiam, eloquentiæ cultores, aptam & rationi congruentem orationem, atque, ut de nostra disciplina aliquid dicam, sacerdotes mysticam initiationem ac disciplinam, populares obedientiam, mœrentes consolationem, læti atque hilares timorem, diuites largitionem, pauperes gratiarum actionem, omnes denique muneris cuiusdam instar, belli apparatus aduersus peruersum illum & amarulentum persecutorem afferant: ut nec aperto Marte nos vulneret, nec obscuris sagittis impetat. nec ²⁴ ut caligo bellum inferat, nec angelus lucis fallat, furtimque ad semperni exitij barathrum præcipites agat. Graue & perniciosum est per oculos capi, per linguam fauciarum, per aures inescari, per ebullientem iram inflammari, per gustum deiici, per tactum emolliri, atque arma salutis in mortis arma conuertere: cum contra nobis faciendum sit, ut fidei clypeo communiti aduersus diaboli astutias in procinctu stemus, victoriàmque cum

cum Christo affecuti, simulque cum Martyribus colluctati magnam illam vocem audiamus, Venite benedicti Patris mei, regnum vobis promissum hereditate percipite, in quo lætantium omnium choreàmque sempiternam agentium habitatio est, in quo sonus festum celebrantium, & vox exultationis, & diuinitatis, ac plenior illuminatio, qua nunc in ænigmatibus duntaxat & ymbris fruimur. Hoc honorum genere magis oblectatur Cyprianus, quàm cunctis aliis in vnum congestis. Hæc & cum apud homines versaretur, vita moribusque præstabat, & absens per nostram vocem omnibus præcipit, quam obsecro ne contemnatis ac pro nihilo ducatis, si tamen aut illius in dolorum acerbitatibus tolerantia, ac certaminum pro veritatis defensione susceptorum, aut etiam mei, qui hac legatione fungor, apud vos vlla est ratio. Habes, vir diuine & sacrosancte, ²⁵ meorum sermonum primitias: Habes tum doctrinæ præmium, tum certaminis, nõ oliuam Olympicam, nec poma, delphicas nugas, aut Isthmicam pinum, aut Nemæum apium, quibus miseri adolescentes olim ornabantur, verùm orationem, qua nihil est quod Verbi cultoribus magis conueniat: quæ si certaminum tuorum doctrinæque meritum affecuta est, Verbo id acceptum fero. At tu nos è cælo benignus aspicias, sermonesque nostros & vitam gubernes, sacrumque hunc gregem pascas, aut pascentem adiuues, cum in cæteris rebus, quoad eius fieri poterit, eum ad optima quæque dirigens, tum graues lupos, syllabarum verborumque captatores amolens, sanctæque Trinitatis, cui nunc adsitis, pleniorẽ clariorẽque splendorem nobis concilians, quam adoramus, quam celebramus, cui munere nostro fungimur, in Filio Patrem, in Spiritu sancto Filium adorantes, cui vtinam etiam post confectum huius vitæ curriculum puri, & ab omni offendiculo liberi adstemus, eaque perfecti perfectè fruamur, in ipso Christo domino nostro, cui omnis gloria, honor, & imperium in secula seculorum. Amen.

10
20

Matth. 26.
Psal. 86.
Psal. 117.
1. Cor. 13.
Quibus honorib. delectantur Martyres,
Cyprianum alloquitur. Olymp. oliua.
Delph. poma.
Isth. pinus.
Nemæ apium.
D. Cyp. inuocat.

SCHOLIA MAXIMA EX PARTE E GRÆCIS
Nicetæ Commentariis collecta.

1. A Martyrum studio (a) Greg. ἐν τῆς φιλοδοξίας, quam vocem Græcus interpres vel ad præcedentem dictionem ἡσυχίας, quæ quietem seu solitudinem significat, refert: vel ad mulierem quandam Martyrum nominis studiosam.
2. Quemadmodum pictores tabulas (b) Quemadmodum, inquit, rectius tabulas suas ex interuallo perspicunt atque expendunt, quàm si oculos propius admotos habuerint: ita mutuis amor separatione melius exploratur, quàm perpetua vitæ consuetudine & contubernio. Hanc autem similitudinem ab Euripide sumpsit, apud quem Græcorum Imperatorem Hecuba his verbis alloquitur:
ὡς γὰρ θεὸς ἄποσταθὲς
Πικτοῦ ἰνσταν non nihil tu disitis
Ἴδού με ἢ εὐδὲ ἡσυχίᾳ ἢ ἔχω ἔχοντα. i. Vide malorum quæ me moles obruat.
3. Totiusque vitæ instar est (c) Tritum est illud quoque Theocriti:
-οὐ δὲ πικρῶν πικρὸν ἄμα καὶ γλυκύων. i. Vna dies cupidus senium mortalibus affert.
4. Quòd non post festum accessimus (d) Hoc prouerbio notantur ij, qui serius ad rem aliquam accedunt. Eo & utitur Plato in Gorgia. Vide Erasmus in prouerbio, Post festum venisti.
5. Non satietate flagitij & contumeliæ (e) Celebre est illud quoque Theognidis: Ὀλίγη τὸ νόσος ἰσχυρῆ. Satietas contumeliam & libidinem parit. Quisquis enim cibus ac vino se ingurgitat, idem quoque facili in libidinem præceps fertur. Ac proinde non immeritò Theologus in Orat. de Baptismo nos admonet, ne cupidus titillemur, acriorum titillationum sororibus, nimirum veneris ac libidinis. Vnde illud peruulgatum ex Comico, Sine Cere & Baccho friget Venus.
6. Ratio λόγος hîc bifariam exponit Nicetæ, ut vel sermonem significet: Deus enim multos sanctos viros allocutus est: vel insitam nobis à natura rationem.
7. Ipsaque adeò Christi primi Martyris (f) Testatus est enim sub Pontio Pilato bonam confessionem, quemadmodum, inquit Apostolus, 1. Timoth. 6. Atque primus ex omnibus, qui post ipsum extiterunt, pro veritate interemptus est. Queritis enim, dicebat, me interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis.
8. Oblationes Deo gratæ & acceptæ (g) Non autem ex auctoritate atque reiectæ iuxta veteris Legis oblationes, quæ corporeo modo peragebantur. De quibus partim per Dauidem ait Deus: Non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos. Et rursus, Holocaustis non delectaberis. Partim etiam per Esaiam, Quis requisivit hæc de manibus vestris. Quanquam etiam licet in veteri Testamento certa dispensatione sacrificia permissa essent: ea tamen, quæ vitiosa erant, tum quoque reiecta solebant.

9. *Legis expletores*) Iubentis victimas & holocausta offerre. Illius enim corporali sensu intellectæ sacrificia erant bruta animantia: spiritali autem modo acceptæ S. Martyres. Qui etiam legem expleuerunt, nimirum quantum ad spirituales intellectum minus integram atque perfectam. Expleuerunt autem, cum semet ipsos, hoc est perfectas & Deo acceptas victimas obtulerunt. Quod quidem lex Moysi obscure postulabat. Nam si ea, quæ offerebantur, eiusmodi esse volebat, ut nihil in iis desiderari posset, quanto magis eandem puritatem ab oblatoribus ipsis exigebat?

10. *Supra ceteros Martyres*) Vincentius Lirinen. in lib. aduersus prof. nouat. Cyprianum vocat Sancti orii omnium & Episcoporum & Martyrum lumen beatissimum.

11. *Verum sequentis potius vitæ exemplo*) Ob eam enim causam sanctorum virorum lapsus literarum monimentis proditi sunt, non ut ipsi quoque in peccatum prolabamur: sed potius ut metu corripiamur, cautiùs que vitam nostram instituamus. Sin autem prolapsi fuerimus, nequaquam in peccato hereamus: verum eorum exemplo nos ipsi erigamus, ac superioris vitæ labes meliori viuendi ratione detergamus.

12. *Virgo quædam erat patritio genere*) Virgo hæc Antiochena erat, quæ Syriæ ciuitas est, A desio & Clidonia parentibus nata. Ipsi autem nomen erat Iustina. Porro hæc tres lineas habet Heruagianus codex, quas nulli ex manuscriptis libris agnoscunt, nec Nicetas ipse in Comment. Ac proinde nec eas in contextu vertendas duxi.

13. *Hortus clausus*) Hortus est virginitas, non vnum pietatis virtutisque fructum, sed multos & varios proferens. Est autem hic hortus clausus, id est obseptus & ab insidiis tutus, nec fures admittens.

14. *Huius amore magnus Cyprianus*) At fortasse dixerit quispiam: Is qui Cypriani martyrium conscripsit, nequaquam amore virginis exarsisse Cyprianum narrat, verum iuuenem quendam nomine Aglaidem. Huic obiectioni sic responderi potest, ut dicamus vtrumque horum contigisse. Cyprianus enim in ea Oratione, qua vitæ suæ confessionem edidit, Aglaidem quidem prius Iustinam deperisse scribit, ad eamque rem se illi operam suam nauasse: postea autem cum puellam conspiciat, in ipsius quoque amorē incidisse. Theologus igitur breuitatis studio extremum tantum assumpsit, ut argumenti instituto magis necessarium. Ille autem qui Martyris vitam literis mandauit, prætermisso Cypriano Aglaidis tantum meminit: fortasse quod viri sancti reuerentia ab huiusmodi commemoratione detereretur.

15. *Puræ enim ac diuinæ animæ*) Anima puritatem familiarem habens, ac sese vndique circumspectans, etiam si perniciofa quædam ac pestifera cogitatio in eam lenis cuiusdam auræ incubuerit, eam protinus repellit atque propulsat. Quod si ita diutius maneat, ipsique insultet, tum verò intellecto atque deprehensio illius impetu seipsam excitat, acriùsque cum ea manum conferit atque decertat, non naturæ videlicet sed diabolici afflatus huiusmodi assultum atque insurrectionem esse iudicans.

16. *Patreque magis tyrannico*) Hæc interpretatio mihi simplicior visa est, quam sit ea, quam Enarrator Græcus attulit. Sic enim ad verbum exponit: Deus Theclam à proci Thamyridis importunitate ac tyrannide vindicauit, qui violentiorem se erga illam præbebat, quam ipse pater. Nec enim tot iura procius habet ad vim adamate puellæ afferendam, quot pater ad filiam imperio suo subiiciendam. Et Thamyris plus sibi quam patri ipsi licere volebat, ut scilicet ac minis ab ea extorquere contendens, ut ipsius libidini morem gereret. Nec enim memorie proditum est Theclam à patre quoque vexatam imperiosè que coactam fuisse. Hæc ille. Cui quò minus assentiar, impedit hæc dictio *περιουσία* (scriptum est enim *επιουσία*) quæ durior atque odiosior est, quam ut pro legitima illa & moderata potestate, quam patres in liberos habent, accipi queat. Et certè violentior est hæc interpretatio.

17. *Et Assyrios pueros inter flammæ*) Assyrios vocat Israelitas pueros, vel quia tum temporis apud Assyrios captiui detinerentur, atque in eorum terra commorarentur: vel etiam fortasse propter generis auctorem Abrahamum, ab Assyriis, hoc est Chaldeis oriundum. Quod verò de quarto adiungit, alludit ad id quod dicebat Nabugodonosor, Nonne tres in medium ignem victos iniiecimus, & ego quatuor viros solutos vido? Quartus autem ille Angelus Dei erat, ad egregios iuuenes liberandos missus.

18. *Quæ res ad eò noua Episcopo*) Anthimum intelligit Antiochenæ Ecclesiæ pastorem.

19. *Ac contraria per contraria*) Per seruitutem enim & ignominiam atque carcerem ad libertatem & gloriam Ioseph peruenit. Itidemque Cyprianus per obscenum & flagitiosum amorem artémque magicam, eamque demonis intemperiam, qua actus est, ad amorem diuinum ac fidem animæ que sanitatem adductus est: atque ita contraria contrariis curata sunt.

20. *Qui omnia pro stercorebus*) Greg. *σκιελά*. i. arundinis internodia, quæ paleis multò sunt crassiora, prorsusque inutilia. Aut secundum magnum Basilium *σκιελά* vocauit Apostolus excrementa sine stercore.

21. *Martyrii palmam adipiscitur*) Apud fluuium Gallum in Nicomedia vna cum Iustina sub Claudio, qui post Decium imperium tenuit, capite truncatus est Cyprianus.

22. *Illud enim consuetudinis*) Hoc duplici modo exponit interpret Græcus, *ἡπιότης*. i. huiusmodi virtutis habitus longa consuetudine acquiritur. Vel *ἡπιότης*. i. hæc res communis est, non autem rara & insueta.

23. *Apud mulierem quandam*) Mulieris huius pronomen erat Matrona, cognomen autem Ruffina, quæ sui generis originem ad Claudium referebat.

24. *Ut caligo bellum inferat*) Diabolus tenebrarum nomine à Ioanne appellatur. Idem etiam nonnunquã se in Angelum lucis transfiguratur, ut Paulus testatur. Ergo ille aperto Marte, atque ut caligo nos infectatur, quando in perspicua scelera nos impellit, ac tenebrosa & obscena flagitia in mentem nobis immittit: occultè autem

tè autem atque ut angelus lucis nos aggreditur, cum falsa boni specie nos circumscribit, ac simulans se optima & saluberrima consilia porrigere, ad exitium sempiternum incautos pertrahit.

25. *Meorum sermonum primitias*) Veteres mortuis sacrificia peragebant, eaque primitias appellabant: ac præterea varia certaminum genera instituebant. In quibus qui victor discessisset, in Olympia quidem, qui Arcadiæ locus est, pro premio oleæ raram ferebat: apud Delphos autem poma, quæ etiam *πρωσία*. i. augas seu ludicra vocat Theologus, quòd puerile sit ac ludicrum huiusmodi præmiū. Iam qui in Corinthi isthmo vicisset, pini raram accipiebat. Qui autem in Nemæa, apium referebat. Atque his honoribus adolentes afficiebantur: eo certè nomine miseri, quòd magnorum laborum exigua præmia consequerentur.

ATque hæc ferè omnia ex interpretatione Græca, quam breuissimè fieri potuit, in gratiam studioforum excerptimus. Ex quibus satis incertus reddor, verum Cyprianus idem ille sit, cuius præclarissima opera Latina extant, cuiusque in Ecclesia amplissima illustrissimaque est auctoritas, an quispiam alius potius. Nam duos eo nomine fuisse apud Historicos constat. Atque ut ea, quæ mihi dubitandi causam afferunt, in medium producam, primum quòd sit Apher ille Cyprianus, cuius encomium hac Oratione contexit Gregorius, his rationibus ferè colligi potest. Nam eum & Carthaginiensem & Carthaginis Episcopum fuisse, ac multa scripsisse, & pro Christi fide primum exilio, deinde etiam capitis supplicio multatum fuisse narrat. Quæ omnia Cypriano nostro bellè conueniunt. At rursus ex altera parte hæc me mouent, primum quòd eum magicis artibus operam dedisse Iustinæ que virginis Christianæ pudicitiam attentasse, atque ad hoc nefarium facinus dæmonis cuiusdam lenocinio usum fuisse scribit. Quæ quidem Antiochia in Syria contigisse Græcus interpret affirmat. Et, si Cypriano nostro verè tribui possent, à Pontio eius Diacono, qui vitam ipsius literis consignatam ad nos transmisit, meo quidem iudicio nequaquam prætermissa essent, qui etiam disertis verbis deuotum Cypriani pectus bonas artes ante Christianæ religionis professionem imbibisse restatur. Huc accedit, quòd Græcus Enarrator, ipsum ab Antimo Antiochenæ Ecclesiæ antistite pietatis Christianæ rudimentis informatum, ac salutari aqua tinctum fuisse ait. Tum illud permagni momenti mihi esse viderur, quòd Cypriani quoque *ἡσυχαστικὸν λόγον*, Confessoriam orationem testem producit, in eaque Aglaidis tantum, vel ut alius placet, Aglai & Iustinæ mentionem fieri ait, cum tamen nulla Cypriani nostri Oratio sit, quæ hunc titulum præferat, eiusque historiæ vel vnam verbum faciat. Illud verò me omnium maxime mouet, quòd Cyprianum hunc apud fluuium Gallum in Nicomedia capitis abscissione Martyrii coronam adeptum fuisse commemorat. Quæ res profectò Cypriano nostro nulla ratione conuenire potest, quem haud longè à Carthagine capitali pœna affectum esse constat. Iam quod ad temporis rationem attinet, Theologus hunc Cyprianum iussu Decij in exilium pulsum fuisse asserit: interpret autem Græcus imperante Claudio (quem tamen falso, nisi omnes Chronologi mentiuntur, Decio successisse ait) mortem pro Christo subiisse affirmat. Atqui & Pontius Diaconus & omnes historici Cyprianum nostrum sub Valeriano & Galieno passum esse constatissimè tradunt. Nam quòd eo nomine, vir quidam doctissimus, ac de re literaria præclare meritis *πρωσιανὸν ἀποστόλων* Gregorij notandum putauit: quanquam ipsius iudicio plurimum tribuo, hæc tamè in re ipsius sententiæ haud facillè subscripserim. Nec enim verisimile est Theologum in predicandis illis laudibus, quem anniuersariis honoribus Ecclesia prosequi solebat tam fædo errore prolapsus esse, ut tum in persecutionis tempore, tum in persecutoris nomine hallucinatus sit: cum præsertim recens adhuc esset martyris illius memoria (nondum enim ab ipsius morte XC. anni fluxerant) nec propter festum illi institutum obsolescere posset. Atque ut fateamur in temporis ratione Auctorem nostrum memoria lapsus fuisse, cui tandem probabile videri poterit, eum hunc errorem nouo errore cumulasse: cum diuturno tempore apud mulierculam quandam, quam Matronam Ruffinam vocat Interpret, corpus eius delituisse, ac tandem alteri mulieri diuina reuelatione indicatum fuisse dicit. Nam in eo à Latinis quoque historiis coarguetur, quæ nulla huius rei mentione facta hoc duntaxat scriptum reliquerunt, ipsius corpus cum cereis & scholaribus in area cuiusdam candidi procuratoris cum magno triumpho inhumatum fuisse. Habes, Lector, quæ dubitationis causæ animum meum ancipitem teneant, atque in vtramque partem versent. Sed si tamen *ἡσυχαστικὸν λόγον* esse debet, ut quodam loco rectè censet nos ter Gregorius, ac secundum eam partem, quæ pluribus rationibus nititur, sententiæ ferenda est: existimarem hæc Oratione non

Aphrum, sed Antiochenum Cyprianum laudari. Ad eum enim tota ferè Oratio vna cum enarratione Nit etæ commodissime referripotest. Ferè dixi, propter eum locum, in quo Carthaginis Episcopatusque Carthaginensis mentionē facit, qui Antiocheno Cypriano attribui nequit. Verum haudquaquam mirandum, si vt in gemellis fratribus, interdum formæ similitudine decepti alterum pro altero accipiamus: ita Gregorius in duobus eiudem nominis viris, multarumque egregiarum virtutum similitudine coniunctis cæcutiens seu hallucinatus, Antiocheno nonnulla tribuerit, quæ Aphro conueniebant.

GREGORII NAZIANZENI FVNEBRIS ORATIO
in laudem Basilij magni Cæsariensis Archiepiscopi.

ARGVMENTVM.

ILLVSTRIS est hæc Oratio & princeps inter eas, quæ in demonstratio genere versantur. In qua, tanquam pulcherrimi artifices in pulcherrima materia, omnes ingenij industriaeque vires effudisse videtur Theologus, perspicuumque omnibus facere voluisse, quantas secum opes ex Ægypto ad terram sanctam deportasset. Ideo luculentum hinc eloquentiæ specimen edit! Adeo scitè & feliciter externa disciplina instrumenta pio instituto seruire cogit. Nec me fugit doctissimum quendam virum huic Auctori ostentationem tribuisse: quia videlicet prophana interdum operibus suis admisceat. Sed profectò æquum fuit eum temporis, quo hæc scripsit Gregorius, rationem habere. Quod si fecisset, minimè mirum ei visum fuisset, hominem, qui & Athenis & plerisque aliis Græciæ vrbibus sceleratos & impuros falsorum deorum cultus oculis hausisset, libenter oblata occasione in eos stilum stringere. Id si quis hac tempestate faceret, ineptiæ & vantatis notam non effugeret: quod iam nemo sit adeo vacors & stupidus, qui non hæc errorum portenta rideat & excretur. Hanc porrò Orationem post suum ex vrbe Constantinopolitana in patriam reditum ad Basilij magni (quem Abbas Vrspergensis, qui ante 330. annos scripsit, obiisse narrat anno salutis nostræ 383. & sequenti anno synodum 150. Episcoporum Constantinopoli habitam) sepulchrum habuit Gregorius.



BRG O hoc oportebat, vt cum multa nobis Basilij magnus Orationum argumēta proposuisset (sic enim meis Orationibus gestiebat, vt nemo vnquam perinde suis) seipsum tandem in summæ contentionis ac dimicationis argumentum iis proponeret, qui in eloquentiæ studiis elaborarunt. Sic enim existimo, si quis vim suam facultatēque dicendi experiri, eamque postea velut ad normam exigere vellet, materiam vnā ex omnibus sibi proponēs, quemadmodum pictores primarias illas tabulas, ex quibus exempla petunt: eum hac sola submota, velut oratoriam omnem vim superante, cæterarum primam quamque delecturum. Tam ardui laboris est huius viri encomium, non nobis solū, qui iam olim ambitionem omnem profligauimus, verū etiam illis, quibus vita est oratio, quique eò studium omne contulerunt, vt huiusmodi argumētis nominis sui famam illustrent. Ac de hac re sic existimo: & vt mihi persuadeo, admodum rectè. Cæterum qua tandē alia in re dicēdi facultate vtique nescio, si nunc ea minimè vsus fuero, aut quid ipse gratius facere possim vel mihi, vel iis apud quos laudi virtus habetur, vel eloquētiæ denique ipsi, quā si huius viri laudes oratione profecutus fuero. Ita enim me primū ipse velut ære quodam alieno vtcunque liberauero. debetur quippe, vt si quid aliud, viris cum cætera egregiis tum in dicendo copiosis, oratio. Deinde illos simul & voluptate afficiet hic sermo, & ad virtutis studium extimulabit. Quarum enim rerum laudes prædicantur, eadem quoque haud dubiè crescunt: nec quicquam omnino est, quod non hac ratione augeatur. Postremò quod ad eloquentiam attinet, vtroque modo res præclarè se habitura est. Nam si ad ipsius dignitatem & meritum propius accesserit, vim suam luculenter ostenderit: sin autem ab illius præstātia longè abfuerit (quod omnino iis, qui eum laudare instituerint, accidere necesse est) re ipsa inferiorem se esse declarabit, eumque

eumque cuius laudes celebratur, omnem vim orationis virtute superasse. Atque ego has causas habui, cur ad dicendum prodirem, causamque hanc susciperem. Quod autem serius quàm commodum fuerit, ac post tot alios, qui res illius priuatim publicèque laudibus extulerunt, ad hoc vnus accedam, nemini mirum videatur. Verū ignoscat mihi, velim, diuina anima, mihi que & nunc & antè veneranda. Profectò autem quemadmodum cum apud nos ageret, multa mea errata pro amicitiae iure præstantiorique lege corriperebat (non enim eum virtutis legē omnibus fuisse dicere verebor) sic nunc quoque supra nos positus faciem se mihi exorabilemque præbebit. Ignoscant etiam quæso, quicūque ex vobis ad contendas illius laudes acrius incitantur, si qui tamen aliis aciores sunt, ac non potius omnes in hoc vno viro laudando pares sumus. Non enim negligentia & socordia officij nostri partes deseruimus (absit à nobis tanta vel virtutis vel eius officij, quod amicitia præscribit, incuria) nec quod hoc laudationis munus cuiquam alij potius quàm nobis conuenire arbitraremur. Sed primū, vt verum fatear, sermonem habere subuerebar, quemadmodum qui ad sacra accedūt, priusquam vocem animūque perpurgassent. Deinde vt eius rei, quam non ignoratis, memoriam vobis refricem, in veræ fidei periclitantis defensione interim occupati fuimus, egregiè coacti, nec sine Dei numine fortasse peregrè profecti, nec præter magnanimi illius veritatis propugnatoris, qui que nil vnquam aliud quàm piā seruatricemque orbis vniuersi doctrinam exhalauit, voluntatem animique sententiam. Nam de corporis infirmitate vix quicquam proloqui audeo apud generosum virum corporèque antè etiam quàm ex hac vita migraret, sublimiorem, atque astruentem eiusmodi esse animi bona, vt nihil ipsis corporis vinculum officere possit. Atque hinc purgatio nostra finem habeat. Neque enim longiore defensione mihi opus fore arbitror, duntaxat apud eum cæterosque, quibus res nostræ sunt perspectæ. Iam igitur laudationem ipsam aggrediamur, illius Deum Orationis nostræ patronum & antistitem in principio locantes atque obsecrantes, ne laudum tenuitate tanto viro contumeliam inferamus, ab iisque qui iam in hoc argumento versati sunt, longo intervallo prætereamur: nisi fortè ab illius virtutum præstantia omnes æquo intervallo distamus, non secus atque à cælo Solisque radiis, qui ea contuentur. Enimvero si Maiorum imaginibus eum generis splendore aut vllis omnino leuibus rebus, quibus humi defixi homines efferris solent, gloriari viderem: alius vtique Heroum catalogus appareret. Tot tantæque à Maioribus illius ad eum ornandum accipere possemus: ac ne historiis quidem quicquam hac parte cederemus, hoc certè nomine superiores futuri, quod non commentitiis fabulosisque narrationibus, sed rebus ipsis, quarum multi testes sunt, gloriaremur. Nā cum permulta nobis laudum argumenta ex paterno latere Pontus suppeditet, & quidem prisca suis miraculis, quibus & Historicorum & Poëtarum volumina plena sunt, neutiquam inferiora: tum etiam permulta subministrat veneranda hæc mea patria Cappadocia, non minus bona iuuenum nutritrix quàm equorum. Ita fit, vt paterno generi materni generis splendorem opponamus. Ecqua enim in familia plures vnquam extiterunt, qui copiis militaribus præfuerint, populos rexerint, apud Imperatorum aulas gratia & auctoritate valuerint, opibus, sublimibus thronis, publicis honoribus laudibusque claruerint? In quibus quidem commemorandis si animo obsequi liceret, nec Pelopidæ quicquam præ illis essent, nec Cecropidæ, nec Alcæones, nec AEacidæ, nec Heraclidæ, nec alij nobilitate præstantissimi viri, qui cum nihil proprium habeant, quod apertè prædicent, ad obscura & ignota confugiunt, generisque sui originem ad dæmones quosdam deosque fabulosos referunt: quorum ea est ratio, vt quod de ipsis magnificè narratur, fide careat: quod autem creditur, flagitiosum sit contumeliarumque plenum. Sed quoniam de eo viro mihi oratio instituta est, qui nobilitatē viritim expendi oportere censebat, nec cum formæ atque colores & equi tam generosissimi quàm abiectissimi & ignauissimi ex seipsis

*Basilij
lex virtutis
omnibus.*

Genus.

Patria.

exploari soleant, nos contra ab externarum rerum lineamentis depingi: vnum aut alterum ex iis, quæ à maioribus ipse habuit, quæque & ipsius vitæ conueniunt, & maximam illi, si commemorentur, voluptatē allatura sunt, oratione profectus, ad ipsum protinus me cōuertam. Aliarum quidem familiarum vel etiam figillatim cuiuslibet hominis alia sunt decora & laudum ornamenta vel maiora vel minora, quæ instar paternæ cuiusdam hæreditatis vel longinquius vel propinquius exorsæ ad posteros deuoluuntur: huic autem vtriusque generis insigne atq; ornamentū pietas fuit, quæadmodū nunc oratio declarabit. Persecutio erat, & quidē atrocissima & formidolosissima, iis loquor, quibus ea persecutio nota est, quæ Maximinus excitauit, qui complures haud ita pridē obortas excipiēs, crudelitate sua perfecit, vt omnes quæ cesserant, leues & humanitatis plenæ fuisse viderentur, incredibili quadam audacia furens, modis que omnibus impietatis palmam ferre contendens. Hunc athletarum nostrorum plerique superarunt, alij ad mortem vsque, alij pene vsque ad mortem dimicantes, hæctenus videlicet relictī, vt victoriæ suæ essent superstites, nec in ipso certamine animā efflarent, sed aliis virtutis aliptæ, viui Martyres, animatæ colūne, tacitūq; præcones relinquerentur. Horum numerū auxerunt paterni illius proauis, quibus per omnia pietatis genera grassatis eximiā tempestas illa coronidē inuexit. Nam cum illi animo ita constituti & comparati essent, vt ea omnia facile perpassuri essent, ob quæ Christus eos, qui certamen ipsius nostra causa susceptum imitantur, corona donat: quoniam tamen certamen eorum legitimum esse oportebat (lex autem martyrij hæc est, vt nec nosmetipsos in periculum vltro coniciamus, vt & persecutoribus & infirmioribus athletis consulatur: nec in discrimen adducti certamen detrectemus, illud quippe temerarij ac præcipitis est animi, hoc timidi & ignaui) in hoc quoque sibi Legislatore parendum statuunt, ac quid consilij ceperint, vel potius quonam à diuina prouidentia omnia eorum consilia gubernante ducti sint, queso audite. Ad quandam Ponticorum montium sylvam (illic autem permulte sunt & densæ & valde ample ac spatiosæ) cum paucis admodum tam fugæ comitibus quàm cibi ministris confugiunt. Atque hîc quidem alij temporis diuturnitatem admirentur (si quidem in annum pene septimum eoque amplius protractum illis exilium fuisse narrant) viuendi rationem corporibus generosis angustâ & insolentem, vt verisimile est, quodq; item sub dio agentes algoribus, caloribus, pluuiis diuexati fuerint: postremò quod in molesta huiusmodi solitudine hominum societate & cōmercio caruerint. Quæ res quàm calamitosa & acerba iis fuisse putanda est, qui frequenti satellitio cingi atque ornari solebāt! Ego autem quod maius est, maiorique admiratione dignum, exponam. Nec mihi quisquam fidem abrogabit, nisi qui rem leuem nec magnopere laudandum existimarit pro Christi nomine persecutiones & pericula subire, perniciosè vtique periculosissimæque iudicans. Suauiores quasdam epulas egregij viri expetebant, vt qui temporis longinquitate fracti ac debilitati essent, ac necessariorum ciborum fastidium contraxissent. Nec idcirco tamen Israëlitarum sermonibus utebantur (non enim queruli & murmuratores erant, vt illi, cum Aegyptum fuga reliquissent, famèque in deserto premerentur) nimirum solitudine meliorem sibi que magis exoptandam Aegyptum esse, vt pote carniū ollas, cæteraque omnia, quæ illic reliquerant, affatim copiosè que subministrantem. (Nec enim iam, qua vācordia erant, grauis ipsis lateritius labor & argilla videbatur.) Verum alia quæ sanctitatem maiorem fidemque præ se ferebant, proloquebantur. Quid enim, dicebant, fieri ne hoc nequit, vt Deus ille miraculorum, qui peregrinum populum & profugum ita copiosè in deserto aluit, vt & panem plueret, & aues effunderet, non solum necessariis sed etiam delicatioribus cibis eum nutriens, qui mare scidit, solis cursum retardauit, amnem repressit (aliâque deinde subiungentes, quæcunque ab eo gesta fuerant: solet enim in huiusmodi rebus animus veteres historias peruolutare, Deique gloriam ex multis miraculis efferre) idem etiam, infer-

Maximini
persecutio.

Martyres
vivi.

Lex marty
rij qualis.

Basilij parē
tes pētūt sō
litudines
ob persecu
tionem.

Exod. 16.
Nume. 11.

Psal. 104.

rebant, nos pietatis athletas hodierno die lautioribus obsoniis pascat. Tot ferè ditium mensis, quales quondam nobis erant, fuga elapsa in his montibus latitant: tot esculentæ aues supra nos, qui eas expetimus, superuolant: quorum quid omnino est, quod te vel solum annuente non facile capi possit? Hæc eorum verba erant, ac præda verborum comes erat, obsonium sponte oblatum, conuiuium nullo labore instructum, cerui è tumulis repente apparentes: qua magnitudine: quàm pingues! quàm ad necem prompti & parati! propemodum eos coniceres, quod non citius vocati essent, moleste ferre. Illi capitum nutu trahebant: hi sequebantur: quo insectante & cogente? Nemine. Quibus equis? quibus canibus? quo latratu & clamore venatico? quibus iuuenibus viarum exitus occupantibus; vt venationis leges postulant: orationis tantum iustæque petitionis vinculo constricti. Quis vel nostra, vel omnium qui vnquam fuerunt, memoria talem venationem capturamque cognouit? O rem admirandum! Ipsi prædæ suæ promi condi erant: quantum voluntas ferebat, detentum est: quod supererat, ad sylvas in secundam mēsam relegatum est. Coqui simplices & extemporales, cœna composita & moderata, conuiuæ grati beneficiique memores, mirandum illud facinus iam quasi præludium habentes rerum in spe positarum. Ex quo etiam ad eam dimicationem, quæ hæc illis afferebat, alacriores redditi sunt. Atque hæc meæ narrationes sunt. Tu verò, qui me insectaris, qui fabulas admiraris, age, Dianæ tuas, & Orionis, & Actæones, infelices, inquam, illos venatores mihi narra, quæ uamque virgini substitutam, si tam amplum & gloriosum hoc ducis, vt interim narrationem hanc minimè fabulosam esse donemus. At quàm fœda sunt, quæ deinceps sequuntur! Quid enim vtilitatis habeat hæc subrogatio ac cōmutatio, si virginē à mortis periculo vindicat, vt hospites iugulare doceatur, & pro humanitate & misericordia inhumanitatē referre condiscat? Atq; hoc ex multis vnū, multūq; vt opinor, æquiparabile, mihi dictum sufficiat. Quod etiā ipsum non eò commemorauit, vt Basilij gloriæ cumulū aliquem afferrem (nā nec mare influentium in se fluminum aquis indiget, etiam si quamplurima atque amplissima illa bantur: nec is, quem nunc laudamus, ab aliena laude quicquam mutuari necesse habet) verum vt ostēderem, quibus ille maioribus ortus, quodque exemplar inueniens, quàm longè eos antecelluerit. Etenim si aliis honorificum est, ad nominis celebritatem à maioribus aliquid accepisse: multò certè præclarior ipsius laus cēfenda est, qui maiorum suorum laudibus aliquid ex se adiecerit, non secus ac fluctus retrorsum labentes. Quamquam autem parentum ipsius, quos nō minus virtutis quàm corporum coniunctio sociavit, multa quoque alia monumenta extant, pauperum alendorum cura, hospitum exceptio, animæ per abstinentiam purgatio, pars bonorum Deo consecrata (quæ res tum temporis haud ita multis studio erat, nūc verò ex primis exemplis aucta honoriq; habita) aliâque omnia quæ Pontici & Cappadoces inter se partiti sunt, atque eorum narratione multorum aures expleuerunt: mihi tamen nullo nomine celebriores atque illustriores esse videntur, quàm egregiæ sobolis procreatione. Nam eosdem & multorum filiorum & honestorum parētes in fabulis fortasse reperias: hos autem experientia ipsa nobis exhibuit tali nimirum ipsos virtute præditos, vt etiam si nequaquam tales liberos extulissent, sibi ipsis tamen ad nominis commendationem sufficere possent: rursus huiusmodi liberos gignentes, vt licet eò virtutis minimè peruenissent, omnes tamen sobolis felicitate superaturi essent. Nam cum vnus duntaxat aut alter cum laude viuunt, id tale est, vt bonitati naturæ possit ascribi: at vndique perfecta & ad summum proeucta omnium virtus, iis haud dubiè, à quibus procreati atque instituti sunt, assignari debet. Quod quidem liquidò demonstrat beatus Sacerdotum & Virginum numerus, eorumque qui in coniugata vita eam vim sibi adhibuerunt, vt matrimonium nihil ipsis impedimenti afferret, quò minus ad parem virtutis gloriam aspirarent, sed ea vitæ generum potius quàm rationis viuendi discrimina esse censerent. Eccei verò Basilius huius nostri pater in-

Parentibus
Basilij Deus
cibos & de-
sertis sub-
ministrat.

Iphigeniā
intelligit.

Basilijus pater
ter Basilij.

cognitus est, vir magni apud omnes nominis, qui paterni voti compos factus est, si quis vnquam alius, ne dicam solus. Cum enim reliquos omnes virtute antecel-
Emmelia mater. lat, à solo filio primas ferre prohibetur. Eccui Emmelia, quæ id prius appellata est, quod postea fuit, aut id fuit, quod prius nuncupata fuerat, illa inquam meritò
Laus Basilij à corporis bonis. curæ & diligentia nomen ferens: quæ, vt vno verbo dicam, hoc inter mulieres fuit, quod ille inter viros: vt si quidem eum, de cuius laudibus orationem suscepimus, ad naturæ subferuendū mortalibus dari oportebat, vt quempiam ex priscis illis viris ad publicam vtilitatem diuino munere concessis, neque huic ab aliis potius quàm ab his gigni conueniret, neque illis rursus cuiusquam alius potius quàm huius parentes nominari. Quæ res vtrisque percommode accidit. Posteaquam autem legi diuinæ obtemperantes, quæ honorem omnem parentibus haberi iubet, iis, quorum mentionem fecimus, primitias laudum perfoluimus: ad ipsum iam orationem conferamus, hoc tantum præfati (quod neminem fore puto, qui non verissimè à me dici existimet, qui modò illum nouerit) sola illius voce nobis, qui illius laudes oratione prosequi paramus, opus esse. Idem enim ipse & illustis est materia iis, qui laudationis munus aggrediuntur, & solus pro
Eruditio inter humana bona primas tenet. Præuium quorundam iudicium. eximia sua dicendi facultate huic materiae par. Ac pulchritudinis quidem & roboris & magnitudinis laudem, quibus hominum vulgus delectari conspicio, volentibus relinquemus. Non quòd in his etiam quoquam eorum, qui res paruas & abiectas magni aestimant, & circa corpus volutantur, inferior esset, cum adhuc
2. Cor. 10. Res quælibet sit bona vel mala pro vrentiu iudicio. atate floretet, necdum philosophia carnem domuisset: sed ne idem nobis, quod imperitoribus athleticis vsu veniat, qui consumptis in vana & superuacanea coluclatione viribus, in feriis postea certaminibus, ex quibus victoria coronæque decus comparatur, minus firmi robustique reperiuntur. Ea autem quæ nec dictu superflua, nec ab orationis scopo aliena fore videntur, laudanda suscipiam. Illud quidem inter omnes sanæ mentis homines constare arbitror, eruditionem inter humana bona primarium locum tenere, non de hac nostrate solùm ac nobiliore loquor, quæ contempto omni sermonis lepore atque ornatu salutem vnam, carumque rerum, quæ ratione atque animo intelliguntur, pulchritudinem arctissimè complectitur: sed etiam de externa, quam plerique Christiani prauo quodam iudicio vt infidiosam & periculosam, & procul à Deo auertentē repudiant. Quemadmodum enim cælum, terram, aërem, quæque eorum complexu coercentur, non ideò aspernari debemus, quia nonnulli ea sceleratè acceperunt, Dei opera pro Deo colentes: quin potius collecto, quidquid eis ad vitam vsumque vitæ commodi inest, quidquid periculosum est, fugimus, non creaturam aduersus Creatorem vasanorum hominum more concitantes, sed ex rebus conditis Conditorum percipientes, intellectumque omnem, vt Apostoli verbis vtar, Christo captiuum submittentem. Quemadmodum insuper nec ignis, nec cibus, nec ferrum, nec res vlla alia suapte natura vel commodissima est, vel perniciosissima, verùm pro vtentium iudicio hanc vel illam qualitatem assumit: atque ad eorum
Quidam insulsi optarint omnes sui similes esse. reptilibus bestiis quasdam interdum salutiferis medicamentis admiscemus: eodem nos quoque modo admissa ea prophanæ disciplinae parte, quæ in inquirenda rerum natura & contemplatione versatur, eam quæ ad dæmones & errores exitiique barathrum ducit, abieciimus: imò etiam ab ea ad pietatis cultum adiuti sumus, quippe qui ex deteriori id quod erat præstantius, cognouerimus, atque illorum imbecillitatem doctrinæ nostræ fideique robur esse censuerimus. Quamobrem non idcirco contemnenda est eruditio, quòd ita quibusdam videatur: quin potius insulsi atque præposterii habendi sunt, qui hoc existimant, omnésque sui similes esse optarint, vt priuata eorum ignorantia communis ignorantia tenebris obtegatur, nec quisquam ipsorum inscitiam prodat & coarguat. Quod quoniam à nobis positum atque confessum est, age, Basilij vitam contemplemur. Primis igitur ætatis annis sub eximio patre, quem publicum virtutis magistrum eo tempore Pontus proponebat, velut fasciis inuoluitur, atque optimo illo

illo purissimoque figmento, quod Dauid diurnum eleganter vocat, nocturnoque
psal. 138 oppositum effingitur. Hoc præceptore doctrina & virtute simul incrementibus atque assurgentibus egregius adolescens imbuitur, non thessalicum & montanum quoddam antrum quasi virtutis scholam & officinam iactans, nec arrogatem
Chiron. quendam Centaurum Heroum sui temporis præceptorem. Nec verò ab eo arte percipit, qua lepores sagittis configat, vel hiruulos cursu insequatur, vel ceruos venetur, vel in rebus bellicis excellat, vel feroces equos scitissimè domet, eodè videlicet & equo vtens & magistro, nec fabulosis ceruorum ac leonum medullis nutritur: sed liberales artes docetur, atque ad Dei cultum eruditur, & vt vno verbo
Basilij artes liberales docetur. complectar, per primas ac pueriles disciplinas ad futuram perfectionem ducitur. Nam qui vel vitæ probitate solùm vel doctrina præstât, atque ab altera deseruntur, ij mihi nihil à luscis differre videtur, qui cum in magna calamitate tum verò in maiore deformitate sunt, siue alios inspiciant, siue ab aliis inspectentur. At quibus vtraque laude clarere, ac velut ambidextris esse contigit, si nimirum omnibus numeris absoluti sunt, ac deinceps iam alterius vitæ beatitudine perfuuntur. Quod quidem illi, vt par erat, contigit, domesticum habenti virtutis exemplar, in quod oculos coniciens iam inde ab ineunte ætate optimus erat. Et quemadmodum equuleos ac vitulos, simulatque in lucem prodierunt, matribus suis assultare videmus: sic ille patrem cum equino & generoso impetu è propinquo affectabatur, nec à summis virtutis illius agitationibus longo interuallo distabat: aut, si mauis, in ipsa quoque virtutis delineatione futuræ virtutis pulchritudinem indicabat, atque antè accuratioris vitæ notis ante accuratioris vitæ tempus inurebatur. Illic porro cum satis vberem doctrinam collegisset, nec rei cuiusquam honestæ ignarum & expertem eum esse oporteret, nec ab apicula, quæ ex quibuslibet floribus vtilissima quæque decerpit, labore ac diligentia superari: Cæsaream, vt eius vrbs scholarum particeps esset, celeriter contendit, hanc inquam
Cæsareali ter. vr. gloria nobilis. eximiam ciuitatem, & nostram (nam meorum quoque studiorum dux & magistra extitit) non minus literarum atque doctrinæ, quàm vrbiū quibus præest & dominatur, Metropolim: quam si quis doctrinæ palma spoliauerit, rem omnium
30 pulcherrimam ipsiq; maximè propriam eripuerit. Nam cum aliæ ciuitates aliis ornamentis vel antiquis vel nouis glorientur, prout, opinor, vel historiis, vel rebus quibusdam visendis ornatae sunt: hanc contrà, vt arma vel tragædias notæ quædam atque insignia, sic literarum gloria nobilitat illustrémque reddit. Iam quæ sequuntur, ij exponant, qui & eum apud se erudierunt, & fructum ex ipsius eruditione perceperunt, quantus videlicet magistris, quantus æqualibus esset, quo modo illos æquaret, hos omni doctrinæ genere superaret, quantam apud omnes tum populares tum ciuitatis principes gloriâ breui tempore affectus fuerit, maiorem, quàm illa ætas ferebat, eruditionem, rursus maiore eruditione morum constantiam & grauitatem ostendens: Rhetor inter Rhetores, prius etiam quàm sophisticam exhedram accepisset: Philosophus inter philosophos, antè
40 etiam quàm Philosophiæ decreta esset amplexus: & quod maximum est, sacerdos inter Christianos etiam ante sacerdotium. Tantum ipsi omnes in omnibus rebus concedebant: In artibus porro ac disciplinis secundariam duntaxat curam operamque ponebat: id hoc nimirum fructus ex iis colligens, vt earum adiumento ad nostram philosophiam vteretur: quandoquidem earum facultas ad explicanda animi sensa necessariò comparanda est. Mens enim infans hominum torpedine affectorum incessui nequaquam dissimilis est. At verò antiquissimum atque præcipuum illius studium in eo versabatur, vt veræ philosophiæ operâ daret, scèque à mundi contagione abrumperet, Deoque adiungeret, terrenisque
50 superna lucrifaceret, ac fluxis & fragilibus firma & æterna compararet. Hinc Byzantium vrbem totius Orientis principatum tenente (excellētissimis enim Oratoribus Philosophisq; florebat, quorum breui optima quæque ingenij celeritate ac magnitudine collegit) atque inde Athenas, hoc est literarum domicilium à

Basilius A-
thenas à
Deo missis
1. Reg. 9. 10
simil.
simil.
Scholæ A-
theniensis
mos.

Deo atque inexplebili eademque laudanda doctrinæ cupiditate mittitur, Athenas, inquam, mihi verè aureas, ac, si cuiquam alij, bonorum parentes. Nam illæ hominem non illum quidem antè ignotum, sed tamen notiore reddiderunt. Ac literas conquirens, beatitudinem percepi: mihi que diuerso modo idem quod Sauli accidit, qui patris ainas quærens, regnum inuenit, plûsque lucrificavit in ea re, quæ ipsi secundariæ curæ erat, quæ in ea quam potissimum agebat. Ac nobis quidem hætenus plana & facili ac verè regia laudum illius via prosperum cursum tenuit oratio: nunc autem quam dicendi rationem sequar, aut quò me vertam nescio. Habet enim præceptus aliquid atque arduum hic sermo. Huc enim in dicendo progressus, atque hanc occasionem nactus rerum nostrarum non nihil superioribus adiungere, paulumque in hac narratione immorari gestio, atque vnde, quòque modo, quibusque ex principiis conflata inter nos amicitia, siue, vt appositius dicam, animorum conspiratio & coalitio fuerit, explicare. Quemadmodum enim oculi à iucundis spectaculis non facile recedunt, ac si quis per vim eos retrahat, eodem rursus feruntur: sic nec sermo à rei iucundissimæ commemoratione. Sed in eo conatu pertimescendam mihi inuidiam esse conspicio. Adnitar itaque, vt quàm parcissimè potero, id faciam. Quòd si nos fortè violentus amor cupiditatisque modum excedere coegerit, affectui nostro, quæso, ignoscite, affectuum omnium iustissimo, & quo non affici, damno ac detrimento ducendum est, iis quidem certè, qui sana atque integra mente sunt. Habebant nos Athenæ profluuij cuiusdam fluuiialis instar ex eodem patriæ fonte in diuersas regiones doctrinæ cupiditate dissectos, rursusque velut ex composito, Deo videlicet ita impellente, coeuntes. Ac me quidem aliquantò antè habebant, illum autem haud multò post, & quidem cum mirifica & luculenta spe expectatum. Etenim in multorum linguis versabatur, antequam aduenisset: nec quisquam erat, qui non præclare secum agi putaret, si id quod summo studio expetebat, prior occuparet. Nec verò alienum erit narratiunculam vnam condimenti cuiusdam vice orationi adiungere, vt scientibus submonitioni, ita ignorantibus documento futuram. Insano quodam erga Sophistas studio Athenis sunt affecti quamplurimi studiosissimisque adolescentes non modò ignobiles & obscuro, sed nobiles etiam & illustres, vt qui miscellanea quædam multitudo sint, & iuuenes effrenato animi impetu præcipites. Quemadmodum igitur cernere est eos, qui equis & spectaculis oblectantur, circa aduersarios equorum cursus affectos esse (exiliunt, clamant, puluerem in cælum mittunt, sedentes habenas moderantur, aërem verberant, equos digitis quasi stimulis in alterum atque alterum latus subinde iungunt, cum nihil horum in ipsorum potestate situm sit, facile inter se aurigas, equos, equorum stationes, certaminis duces permutant: idque quinam tandem iuuenes? tenuiores plerumque ac pauperes, & quibus ne in vnum quidem diem victus suppetit) eodem planè modo ipsi erga præceptores suos aliosque eiusdem artis professores eorumque æmulos affecti sunt, in hoc elaborantes, vt & numero crescant, & illos opera sua locupletiores efficiant. Atque ea res vehementer absurda est & prodigiosa. Præoccupantur vrbes, viæ, portus, summæ motium, planities, solitudines, omnes denique Atticæ ac reliquæ Græciæ partes, atque adeo incolarum permulti. Nam & illos in partes ac studia distractos habent. Cum autem iuuenis quispiam accesserit, atque vel libens vel inuitus in eorum à quibus captus est, manibus & potestate fuerit: tum verò²⁴ Attica hæc illis consuetudo est, ludusque rei seriæ admixtus. Primum apud eorum aliquem, qui priores ipsum arripuerint, hospitio accipitur, vel amicorum, vel propinquorum vel qui eiusdem sunt patriæ, vel qui artem Sophisticæ apprime callent, ac lucra magistris conciliant, eoque nomine apud eos in summo honore ac precio sunt: quando quidem illis mercedis loco est, habere qui ipsorum commodis studeant. Deinde à quouis volente cauillis læcessitur: quod quidem, ni fallor, eò faciunt, vt nouitiorum fastum & superbiam retundant, atque à principio ipsos in potestatem redigant. Læcessitur autem

tur autem ab aliis impudentius atque audacius, ab aliis eruditius, prout ille vel rusticis & ineptis moribus, vel vrbaneitate fuerit præditus. Atque id ignaris quidem terribile atque inhumanum videtur: iis autem periuicundum suauitatisque plenum, quibus non ignota est ea consuetudo. Plus enim terroris habet hæc minarum ostentatio, quàm res ipsa. Tum per forum ad balneum cum pompa deducitur. Pompa autem hoc modo se habet. Qui deducendi iuuenis munere funguntur, ordine dispositi atque æquis spatiis distincti bini eum ad balneum antecedunt. Cum autem propius accesserint, quasi fanatico furore correpti clamorem ingentem tollentes (hic autem clamor iubet, vt ulterius progredi desinant; ac loco suo consistant, tanquam eos balneum minimè admittat) simulque fores pulsantes & iuuenem strepitu perterrentes, ac deinde introeundi potestatem ipsi facientes, ita demum eum in libertatem asserunt, atque à balneo redeuntem deinceps vt æqualem ac sodalem accipiunt. Atque hoc ipsis est totius ceremoniæ iucundissimum, nimirum ab his qui molestiam exhibent, quamprimum liberari. Tunc igitur meum magnamque Basilium non ipse solùm venerabar, perspicuens illius cum in moribus grauitatem atque constantiam, tum in sermone tempestiuitatem: sed aliis etiam quibus perinde cognitus non erat, vt idem facerent, persuadebam. Nam plerisque statim venerationi erat, vt qui fama & auditione iam eum percepissent. Ex quo effectum est, vt solus ferè ex omnibus, qui studiorum causa Athenas veniebant, communi lege solutus sit, maiorem vtique honorem, quàm nouitij conditio ferè videbatur consecutus. Hoc nobis amicitiae principium, hinc coniunctionis igniculus: sic mutuo amore fauciati sumus. Postea huiusmodi quoque quiddam accidit: nam ne hoc quidem prætermittione dignum est. Haud simplicem apertamque nationem Armenios esse inuenio, quin potius admodum tectam & simulatam. Tum ergo nonnulli iam pridem cum ipso familiaritate & amicitia coniuncti, vt pote ex patre ac veteri sodalitate (nam in illius schola instituti fuerant) ad ipsum per amicitiae speciem accedentes (inuidia autem non beneuolentia ducebantur)²⁵ contentiosis potius quàm doctis & argutis interrogationibus eum vrgebant, ac primo impetu sibi subiicere conabantur: tum quòd egregiam ipsius indolem iam pridem nossent, tum quòd ipsi tantum honoris eo tempore haberi permolestè ferrent. Graue enim minimèque ferendum esse, eos qui philosophica pallia priores induissent, atque in ratione scire & facundè dicendi elaborassent, extero & nouitio nequaquam anteferri. Ego autem ille Athenarum amans ac stultus (non enim eorum inuidiam fenseram, frontis integumento fidem habens) Athenarum gloriã in ipsis conuulsam celerrimèque contemptam indigno animo ferens, succumbentes iam adolescentes & terga vertetes reducta disputatione suffulciebam, atque auxilij mei momentum afferens (in talibus autem rebus vel perexigua accessio quiduis potest)²⁶ æqualia, vt ille ait, prælij capita constitui. At vbi disputationis arcanum intellexi, quod iam ne contineri quidem poterat, sed iam perspicuè detegebatur: repètè mutato consilio²⁷ remigationem ad puppim conuerti, ab illius partibus stans, dubiamque victoriam reddidi. Qua ex re, vt erat ingenio in primis acuto, magnam statim voluptatem cepit, atque alacritate perfusus, vt eum Homericis verbis omnino describam, egregios illos iuuenes disputatione perturbatos infectabatur, nec antè argumentationibus ferire destitit, quàm eos in effusam fugam vertisset, victoriamque haud dubiam adeptus fuisset. Hæc nobis amicitiae non iam scintilla, sed fax conspicua & sublimis accenditur. Atque illi quidem sic infecto negotio discesserunt, cum suam temeritatem multum incusantes, tum fraudem nostram animo vsque adeo iniquo ferentes, vt apertas mihi inimicitias indicerent, ac proditorem criminose appellarent, non modò eorum sed Athenarum quoque ipsarum: quoniam primo impetu ab vno homine confutati atque ignominia affecti fuerant, idque ab eiusmodi homine, cui ne fideti quidem animo esse per tempus licebat. Hic contra (ita enim omnes affici solemus, vt cum quædam

Amicitia
inter Grego-
rium & Ba-
silium prin-
cipium.
Armenij
quales.

In disputa-
tione par-
ua accessio
quiduis po-
test.

Inanem felicitatē Athenas nominat Basilus.

magna spe atque expectatione complexi sumus, ac repente ad ea ventum est, omnia opinione nostra inferiora videamus) hic inquam, cum idem quoque ipsi accidisset, mœrebat, angebatur, non habebat quod sibi de Atheniensi profectio-
ne gratularetur, quærebat quod spe conceperat, inanem felicitatem Athenas nominabat. Ego autem maximam mœroris partem depellebam tum argumen-
tis congregiens, tum rationibus deliniens ac velut excantans: cum, vt res erat, nec hominis mores confestim, sed diuturno tempore ac perfectissima familiari-
tate vitæq; consuetudine percipi, nec eruditionem ab iis, qui eam periclitantur, ex paucis argumentis ac paucis tempore cognosci dicerem. Sic eum ad animi
tranquillitatem reuocavi, ac beneuolentiæ specimen simul præbens & accipiēs
arctioribus vinculis mecum astrinxi. Vt autem tēporis progressu alter alteri cupiditatem nostram confessi sumus, ac veram philosophiam id esse quod à nobis
expeteretur: tum verò iam vterque alteri quiduis eramus, contubernales, con-
uictores, concordēs, vnum idēque spectantes, mutuū amorem quotidie in-
flamantes & confirmantes. Nam corporum quidem amores, quia res fluxas sibi proponunt, fluunt quoque ipsi, non secus ac veris flores: nec enim flamma cō-
sumpta materia remanet, sed vnā cum ea extinguitur: nec libido marcescēte fo-
mite subsistit. At pudici & Deo grati amores, quando quidem rei certæ innitun-
tur, propterea firmiores quoque ac diuturniores sunt, quantōque maior pulchritudo
ipsis obuerfatur, tantō etiam arctius & secum & inter se constringunt earundem rerum amatores. Hęc quippe superni amoris lex est. Equidem sentio me
extra temporis & mediocritatis fines abreptum ferri: nec scio quomodo in hos sermones incidam, nec rursus quo pacto me ipsum ab huiusmodi commemora-
tione reprimere queam. Mihi enim id quod prætermisum est, necessarium semper videtur, meliusque & excellentius, quàm ea quæ prius accepta sunt. Quòd
si quis me vi abstrahere tentet, ne vterius pergam, idem mihi quod polypis accidet: qui si à stabulis extrahantur, eorum acetabulis petrae agglutinantur, nec prius à se inuicem depelluntur, quàm ex illa vi quidpiam vtrinque acceperint. Proinde si quis hoc mihi concesserit, habeo quod quæro: sin minus, à me ipso impe-
trabo. Ad hunc itaque modum inter nos affecti, talibusque bene muratæ domui, vt est apud Pindarum,
aureis columnis subiectis, ita demum porrò progrediebamur, Dei & amoris ope suffulti. Heu quo modo hæc sine lachrymis commemorabo! Par spes doctrinæ, hoc est rei omnium inuidiosissimæ, nos ducebat: & tamen aberat inuidia, sola æmulatione flagrabamus. Hoc vtrique certamen, nō vter primas ferret, sed vter alteri primas cederet: vterque enim alterius gloriam suam existimabat. Vna vtrique anima videbatur, duo corpora ferens. Quòd si minor fides iis habenda est, qui omnia in omnibus posita esse dicunt: at nobis certè credendum est, quòd vterque in altero & apud alterum positi eramus. Vnum hoc ab vtroque nostrum agebatur, vt virtutem coleremus, atque ad futuras spes vitæ nostræ rationes accommodaremus, ante mortem à terra migrantes. Quòd quidem nobis ob oculos proponentes, vitam, actionesque omnes nostras dirigebamus, tum diuini præcepti ductum sequentes, tum alter alteri virtutis studium extimulantes: atque (nisi hoc arrogantius dicere videar) vterque alteri norma atq; amussis eramus, qua rectum à prauo discernitur. Nec enim cum flagitiosissimis ac petulantissimis quibusque sodalium nostrorum consuetudinē habebamus, sed cum optimis & honestissimis, nec cum pugnacissimis, sed cum tranquillissimis & pacatissimis, iisque quorum consuetudo maximos fructus afferebat: illud nimirum exploratum habentes, multò facilius vitium contrahi, quàm virtutem communicari: quemadmodum facilius quoque morbus contrahitur, quàm sanitas impertiatur. Disciplinis porrò non tam iucundissimis quàm præclarissimis oblectabamur: nam hinc quoque vel ad virtutem vel ad vitium iuuenes informantur. Duæ nobis viæ notæ erant, altera primaria & præstantior, quæ videlicet ad sacras domos nostras sacrosque doctores ferebat: altera.

Amor pudicus & Deo gratus est stabilis.

Polypi.

Pindarus.

Basilus & Greg. videntur animi vna duobus inclusi corporibus.

Cū quibus conuersandum.

sent.

altera secundaria nec eiusdem honoris, nimirum quæ ad externæ doctrinæ profectores ducebat. Reliquas omnes, quæ ad festa, spectacula, celebres conuentus, epulas ferebant, volentibus reliqueramus. Nihil enim, mea quidem sententia, magni faciendum est, quod nihil affert ad rectè honesteque viuendum, nec sui studiosos meliores reddit. Iam cum aliis alia quædam cognomenta sint, vel à parētibus accepta, vel ex seipsis hoc est ex propriis vitæ studiis institutisq; comparata: nobis contra magna res erat, & illustre nomen, Christianos & esse & nominari: atque ea re magis efferebamur, quàm Gyges palæ annuli conuersione (si tamen hoc fabulosum non esset) per quam Lydios tyrānide oppressit: aut Midas auro, quod ipsi interitum accersiuit, cum voti sui compos factus nihil præter aurum possideret, quæ & ipsa Phrygia est fabula. Nam quid Hyperboræi Abarridis sagittam, aut Argium Pegasum dicam, quibus minus præclarū erat per aërem ferri, quàm nobis mutua opera simulque ad Deum subuehi? Atque vt rem in pauca contrahā, perniciosæ quidem aliis, quoad animæ salutem, Athenæ sunt (nec enim id à piis viris temere existimatur: nefariis enim opibus, hoc est simulachris magis affluunt, quàm reliqua omnis Græcia: difficilēque est non simul cum eorum laudatoribus & patronis in errorem abripi) nobis autem nihil detrimenti ab iis allatum est, vt pote animo communitis firmissimēque obseptis. Quin potius, quod vix credibile est, hinc ad fidem confirmati sumus, ipforum fraudem & imposturam cognoscentes, atque illie dæmonēs contemnentes, vbi in mirifica laude sunt dæmones. Quòd si quis est, aut esse creditur, fluuius per mare dulcis fluens, aut animal in igne, quo omnia consumuntur, saliens: hoc ipsi inter æqualium greges eramus. Illud autem præclarissimum, quòd circa nos quoddam non ignobile sodalium erat, præceptorem illum habens ac ducem sequēs, iisdemque rebus gaudens: quamuis alioqui pedites, vt vetus habet proverbium, ad Lydium currum, hoc est illius cursum & mores curremus. Ex quod id assequeremur, vt non solum apud præceptores & socios, sed apud totam etiam Græciam, ac præsertim clarissimos quosque Græciæ viros illustri fama celebreremur. Quin etiam vltra Græciæ fines progressi sumus, sicut multorum sermone compertum est. Nam vt quocumque Athenarum fama, eodem quoque præceptorum nostrorum fama sese proferebat: ita quicumque præceptores, iidem quoque nos cognoscebant, simulque de nobis audiebant, ac proloquebantur: ac par quoddam non obscurum & incelebre apud eos & eramus, & dicebamur. Nec nobiscum Orestes suos & Pylades vilo modo conferendos putabant, nec Molionidas illos Homericō versu celebratos, quos calamitatis societas atque ars egregiè aurigandi nobilitauit, eodem tempore fræna & verbera inter se partientes. Atenim imprudens ipse in meas laudes prolapsus sum, quas ne ab alio quidem vnquam prædicari sustinui. Quanquam mirum videri non debet, si hinc quoque fructum aliquem ex illius amicitia obiter percepi, quemadmodum cum viueret, ad virtutem, ita cum vita excessit, ad laudem & commendationem. Verū ad metam iam reducēda est oratio. Quis prudentia perinde canus erat, etiam ante caniciem? quando quidem hac re senectutem Solomon quoque definiuit. Quis vel senibus vel iuuenibus æquè venerabilis, non de nostræ tantum memoriarū viris loquor, sed de iis etiam, qui longò antè tempore vixerunt? Quis doctrina propter morum elegantiam minus eguit? quis tamen vberiore doctrinam cum vitæ integritate coniunxit? Quod disciplinæ genus est, in quo versatus non sit, atque ita eximiè versatus, quasi in eo solo elaborasset: sic nimirum omnia complexus, vt nemo ne vnum quidē: vnumquodq; autē adeo excellēter, quasi nihil aliud præterea didicisset? Ad ingenij enim acumen studium accedebat: ex quibus imperium artibus scientiisque comparatur. Qui cum celeritate naturæ propter laborem & contentionem minimè opus haberet, quemadmodum nec labore propter ingenij magnitudinem: sic tamen vtrumque coniunxerat, vt non satis liqueret, vtro nomine admirabilior esset. Quis in Rhetorica, illa inquam

sent.

Basil. et Greg. gregio magna res erat Christianos nominari.

Athenæ perniciosæ aliis, sed Basil. et Greg. gregio vitales.

salamari-dra.

Prou.

Amicorum paria.

Prou. 20. Sap. 4.

Basilus in artibus omnibus excelluit. vim ignis spirante cum eo comparandus, tametsi illius mores à Rhetorum moribus abhorrent? Quis in Grammatica, quæ linguam ad Græcismum format, historias colligit, metris præest, carminibus leges præscribit? Quis in Philosophia, excelsa proculdubio arte ac sursum gradiente, siue eam partem spectes, quæ in actione ac speculatione posita est, siue eam quæ in logicis demonstrationibus aut oppositionibus concertationibusque versatur, quàm Dialecticam vocant: in qua adeo excelluit, ut iis qui cum eo disputabant, ⁴¹ facilius esset è labyrinthis sese extricare, quàm argumentorum eius laqueos effugere, si quando res ita postularer. Iam verò ⁴² Astronomiam, Geometriam, numerorum proportionem hactenus didicisse contentus, ne ab illis, qui harum artium gloria sibi placent, commoueretur, quicquid supererat, ut pietatis cultoribus infrugiferum contempserit: ad eò ut & quòd elegit, magis admirari ac prædicare liceat, quàm quòd reliquit: & rursus id quòd reliquit, maiori laude efferre, quàm id quòd elegit. Iam Medicinam, quæ Philosophiæ & laboris atque industriæ fructus est, ⁴³ corporis aduersa valetudo, necessariam ipsi reddiderat. Vnde exorsus ad artis habitum tandem peruenit, & quidem eius, non quæ circa perspicua oculisque subiecta atque humilia versatur, sed quæ in doctrina ac philosophia consistit. Sed quid hæc, tametsi magna & præclara, si cum morum illius doctrina conferantur? Qui virtutis ipsius periculum fecerunt, ⁴⁴ Minoem illum ac Rhadamanthum pro nugis habent, quos pratis asphodelo refertis & campis Elysiis Græci donandos dixerunt, paradysum nostrum imagine quadam concipientes, ex Mosaicis, ut opinor, nostrisque libris, tametsi in nomine nonnihil discrepent, aliis tamen vocabulis hoc ipsum indicantes. Atque hæc ita se habebant, eratque doctrinæ mercibus nauis onusta, quantum quidem humanæ naturæ assequi datur (⁴⁵ neque enim ultra Gades transmeare cuiquam concessum est) ac iam faciendum nobis erat, ut in patriam rediremus, perfectiusque vitæ genus ordiremur, resque conceptas atque inter nos compromissas arriperemus. Aderat discessus dies, & quicquid ad discessum pertinebat, extremæ allocutiones, prosecutiones, reuocationes, gemitus, complexus, lachrymæ. Nihil enim cuiquam perinde molestum & acerbum est, ut iis qui illic simul educati sunt, & ab Athenis & à se inuicem diuelli. Tum igitur triste & miserum ac commemoratione dignum spectaculum accidit. Circumstare nos sodalium & æqualium, nonnullorumque etiam magistrorum chorus, prorsus negare se nobis abeundi potestatem facturos, obsecrare, cogere, hortari, omnia denique ea tum facere tum dicere, quæ verisimile est eos, qui in dolore versantur. Hoc loco faciam, ut & meipsum & diuinam illam atque innocentem animam (licet hoc audacius aliquanto dictum videri possit) nonnihil tamen accusem. Ille enim cum causas exposuisset, quare pro re-ditu suo tam obnixè contenderet, iis qui ipsum retinere conabantur, superior visus est: & quanquam ægre, abeundi tamen licentiam impetrauit. Ego autem Athenis eorum precibus cedens, partim ab ipso proditus, ut qui eò se adduci passus sit, ut dimitteret non dimittentem, iisque à quibus trahebar, manus daret. Res profectò antequam contigisset, incredibilis! diceres quippe quasi corpus vnum bifariam secari, atque vtramque partem emori: aut boues quosdam collactaneos & coniugatos disiungi, lugubre quiddam vtrinque alterum alterius causa mugientes, nec separationem ferentes. Nec tamen in longum mihi producta est hæc calamitas (neque enim diutius miserandus conspici, nostræque disunctionis rationem omnibus reddere sustinui) sed non ita multo tempore Athenis postea commoratus, præ animi desiderio ⁴⁶ equum illum Homericum imitor, perfractisque eorum, à quibus retinebar, vinculis, campos pedibus pulso, atque ad sodalem meum impetu feror. Domum autem reuersi, cum mundo ac scenæ nonnihil inseruissimus, hactenus scilicet, ut plerorumque hominum desiderio utcumque satisfaceremus (nam ipsi quidem ab ambitione ac theatrica quadam ingenij ostentatione abhorrebamus) ad nos ipsos quamprimùm rediimus, atque

Basilus ad suos redit Gregorio relicto Athenis.

Basilus Gregor. alieni ab ambitione.

ex imberbibus inter viros profiteri cœpimus, virilius iam ad philosophiam progredientes, non iam corpore (haud enim permittebat liuor) sed desiderio & amore coniuncti. Ille enim à Cæsariensi ciuitate ut alter quispiam conditor ac conseruator retinetur: ac deinde, quoniam me non fruebatur, necessarias quasdam ⁴⁷ peregrinationes minimèquæ à propositæ sibi philosophiæ scopo alienas iniuit. At me & parentum pietas, & senilis ætatis curatio, ⁴⁸ & incurstantes calamitates ab illius consortio abstractum tenuerunt, haud rectè quidem ac iuste fortasse, sed tamen tenuerunt. Atque haud scio, an mihi hinc quoque omnis vitæ difficultas asperitasque fluxerit, quòdque incommodum ac salebrosum ad philosophiam iter habuerim, nec cupiditate mea animique proposito satis dignum. Sed rerum quidem nostrarum status, quòd Dei voluntas tulerit, feratur: utinamque illius precibus in melius feratur. Hunc verò multiplex Dei erga genus humanum beneficentia & prouidentia in multis antè muneribus exploratum, ac quotidie clariorem illustrioremque compertum, in sacrum Presbyterorum ordinem ascribit, luculentamque Ecclesiæ faciem memorabilemque proponit, ac per vnicam Cæsariensem ciuitatem vniuerso terrarum orbi præluceat. In quo etiam hanc rationem tenuit, ut minimè repente eum ad huiusmodi gradum subueheret, nec eodem temporis momento salutari aqua tingeret, ac sapientia instrueret: quemadmodum plerisque eorum accidit, qui nunc ad præfecturas inflammati cupiditate rapiuntur: verùm ordine ac spiritualis progressionis lege hoc eum honore afficeret. Nec enim mihi perturbatio illa temeritasque probatur, quæ apud nos interdum & in nonnullis primarias Ecclesiæ sedes tenentibus oboritur: nec enim eò audaciæ progrediar, ut omnes accusem: iniquè enim facerem. Verùm nauticam legem præclaram censeo, quæ gubernatori futuro primùm remos committit, deinde ad proram collocat: sicque prioribus muneribus ipsi commissis tandem eum post diuturnam maris verberationem ac ventorum obseruationem ad gubernacula constituit. Eadem rei militaris est ratio: miles primùm, deinde Centurio, tum Imperator. Hic optimus ordo est, iisque qui subsunt, in primis conducibilis. Quàm præclare nobiscum ageretur, si eodem statu res nostræ essent! Nunc autem periculum est, ne ordo in toto Christianismo sanctissimus, in toto Christianismo maximè sit ridiculus. Non enim virtute magis quàm malitia & fraude sacerdotij dignitas paratur: nec meliores ac digniores, sed potentiores thronis insident. Samuel inter Prophetas, ille inquam futura prospiciens: sed & Saul vilis & abiectus. Roboam Solomonis filius inter Reges: sed & Hieroboam seruus & rebellis. Cùmque nec Medici nec pictoris nomen quisquam obtineat, nisi prius morborum naturas expenderit, aut multos colores miscuerit, variâque formas penicillo expresserit: Antistes contra facile inuenitur non elaboratus, sed recens quantum ad dignitatem, simul factus ac prouectus, ⁴⁹ quemadmodum gigantes poëtæ finxerunt. Vno die sanctos fingimus, eosque sapientes & eruditos esse iubemus, qui nihil didicerunt, nec ad sacerdotium quicquam antè contulerunt, præterquam velle. Atque is quidem inferiori sede acquiescit, humilisque stat, qui sublimem promeretur, atque & multum diuque in diuinorum sermonum meditatione versatus est, & multum diuque carni leges sanxit ad spiritui obediendum: hic contra fastuosè sedet, atque aduersus meliores supercilium attollit, nec thronis intremiscit, nec aspectu cohorrescit, cum moderatum hominem cupiditatibusque imperantem inferiori loco stantem intuetur, verùm simul cum imperio & dignitate sapiëntiorem quoque sese existimat, prauè utique sentiens, atque à potentia & autoritate ⁵⁰ dementatus. At non eadem magni egregique Basilij ratio fuit: quin potius ut aliarum omnium virtutum, sic etiam moderationis in his rebus tenendæ aliis exemplar se præbuit. Nam cum prius sacrosantos libros populo lectitasset, qui eorum explanator erat, nec hunc sacerdotij gradum indignum se duxisset: ita demum in Presbyterorum ac deinde in Episcoporum cathedra Dominum laudat, non

Basil. Presbyter.

Ordo seruatus in præfecturis. Lex nautica. Lex belli.

Indigniores ad sacerdotia promouentur. 1. Reg. 10. 3. Reg. 11. 12. Simil.

Psalm. 1.

Basil. lector. Psal. 106.

Iohan. 10. hanc potestatem furatus, nec ea per vim potitus, nec honorem persecutus, sed ab honore quæsitus, nec humano favore sed diuino, ac diuinitatis sacerdotium consecutus. Verum oratio de illius præfectura hoc loco nos maneat: ac paulum in earum rerum narratione, quas ante Episcopatum gessit, immoremur. Quale enim hoc quoque mihi pene effluxit, in medio eorum, quæ à nobis commemorata sunt, iacens. Cum Basilio similitatem quandam is, ¹ qui proximus ante eum Ecclesiæ præerat, exercebat: quibus autem de causis aut quo modo silentio præterire satius est, cæterum exercebat, vir cæterà quidem non ingenerosus atque eximia pietate præditus, ut persecutio tum temporis exorta & acris aduersus eum suscepta contentio perspicuè declarauit: sed tamen in Basilio humani aliquid passus. Neque enim viles tantum & plebeios, sed etiam præstantissimos quosque viros Momus attingit: ut solius Dei sit omni peccato atque animi perturbatione vacare. Ergo aduersus eum concitatur Ecclesiæ pars selectior & sapientior: si modò sapientiores ij habèdi sunt, quàm reliquum mortalium vulgus, qui seipso à mundi consortio segregarunt, ac vitam suam Deo consecrarunt. ² Nazaræos nostrates dico, atque in huiusmodi res præsertim maxima animi contentione incumbentes. Qui turpe & indignum esse arbitrati principis sui contumeliam repulsæque iniuriam dissimulanter ferre, periculosissimum facinus aggrediuntur. A magno & seditionis experte Ecclesiæ corpore deficere, seque abrumpere constituunt, non exiguam quoque multitudinis ipsius partem amputantes, tam eorum qui plebeio ordine censèbantur, quàm eorum qui magistratus gerebant. Id autem ob tres causas easque firmissimas per facile erat. Primùm enim Basilius tanta apud omnes veneratione erat, quanta haud scio an quisquam nostræ ætatis philosophorum, eamque vim habebat, ut cohorti suæ, si voluisset, animos ac fiduciam afferre posset. Deinde qui negocium illud facebat, propter tumultum in ipsius electione coortum ciuitati suspectus erat, ut non magis ritè ac legitime quàm tyrannicè præfecturam consecutus. Postremò aderant ³ Episcopi quidam ex Occidente, qui Orthodoxos omnes ad suas partes pertrahebant. Quid igitur præclarus ille & Pacifici discipulus? (nec enim iis qui contumeliam ipsi inferebant, aut qui ipsius partibus studebant, oblectari poterat: nec illius erat dimicare, aut Ecclesiæ corpus lacerare, alioqui etiam bello vexatæ, atque ab hæreticis, penes quos tum summa rerum erat, in periculum adductæ: simul etiam consultoribus nobis sincerisque monitoribus in ea re vsus) nobiscum hinc profugus in Pontum secedit, pietatisque gymnasia, quæ in illis locis erant, moderatur: atque cum Helia & Ioanne summis philosophis solitudinem amplectitur: fructuosius id sibi esse existimans, quàm in præsentis negotio cogitationem quandam suscipere philosophia sua indignam, ac consilij prudentiæque clauum, quem in tranquillitate tenuerat, in tempestate perdere. Quamuis autem adeo philosophica & admirabilis fuerit illius secessio: excellentiorem tamen & admirabiliorem ipsius reditum fuisse reperiemus. Ita enim se habuit. Cum in his studiis versaremur, institit repente nubes grandinis plena & perniciosè stridens, quæ Ecclesiæ omnes, in quas incidit, prostrauit, & quascūque inuasit ⁴ Imperator auri amantissimus & Christi hostis infestissimus, ac duobus his grauissimis morbis laborans, inexplibili nimirum avaritia & blasphemia, post persecutorem persecutor, post apostatam non quidem apostata, sed nihilo tamen eo meliorem se Christianis præbens, vel, ut rectius loquar, Christianorum purissimæ & piissimæ parti ac Trinitatis adoratrici: quam quidem vnâ pietatem salutarèque doctrinam voco. Non enim diuinitatem velut ad libram expendimus, nec vnâ & inaccessible naturam substantiarum diuersitate à seipsa separamus, nec malum malo curamus, impiam Sabellij contractionem magis impia diuisione ac sectione dissoluentes. Quo morbo correptus ⁵ ille à furore nomen habens Arius magnam Ecclesiæ partem labefactauit, atque conuulsit, nec patrem honore persecutus, & ea quæ ab ipso causam habent, aspernatus, dum inæquales diuinitatis.

Basil. cum Eusebio Episcopo multis.

Præclara sentent. Momus. Monachi.

Nazaræi.

Basilij gratia.

Basil. cum Greg. secedit in Pontum, ibique monachis præest.

Basil. reditus.

Valès Imp. hostis Christi.

Sabel. contractio. Arii diuisione.

nitatis gradus inuexit. Verum vnica patris gloriam esse censemus, æqualem vnigeniti dignitatem, vnica item Sp. sancti cum eo exæquationem. Ac si quid horum trium in inferiori dignitatis gradu ponamus, totam Trinitatem à nobis diffici atque peruerti iudicamus: tria quidem ⁶ quoad proprietates, vnâ autem quoad diuinitatem agnoscentes & colentes. Quorum cum ille nihil animaduerteteret, nec sublimes oculos efferre posset, verum ab iis qui eum ducebant, deprimeretur, secum etiam diuinitatis naturam deprimeri non dubitauit, ac sceleratâ creatura Dominum in seruorum ordinem deiecit, naturamque increatam ac tempore superiorem in rerum creaturarum numero collocauit. Atque hoc quidem ille animo & cum huiusmodi impietate aduersum nos expeditionem suscipit (nec enim aliud quiddam ea res existimanda est, quàm barbarica incurfio, non mœnia, non vrbes, non domos, aut alia quædam parua & manufacta eiusque generis, ut denuo erigi atque extrui possint, euertès, sed animas ipsas distrahens.) Imperum quoque vnâ cum eo facit exercitus ipso dignus, nefarij Ecclesiarum antistites, sæui orbis illius Tetrarchæ, qui ipso imperio & ditioni subiacebant. Qui cum Ecclesiæ partim iam tenerent, partim oppugnarent, partim ob Imperatoris opem ac vim tum illatam tum minaci oratione denunciata, in potestatem venturas sperarent: huc quoque ut Ecclesiæ nostram in deditionem acciperent, venerunt, nulla re perinde, ut prædictorum hominum similitate, atque illius qui tum nobis præerat, imperitia, morbisque nostris freti atque subnixi. Magnam ergo certamen propositum erat, non ignaua etiam multorum alacritas: sed infirma erat acies, ut pote propugnatorum carens ac perito artifice tam in doctrinâ quàm in Spiritus facultate. Quid igitur generosa illa mentisque magnitudine præstans anima, Christi que amore verè inflammata? Ne longa quidem ad hoc oratio comparanda fuit, ut ad nos se conferret, nobisque adiumento esset: verum simulatque me legatione fungentem aspexit (erat enim vtrique nostrum commune hoc certamen, ut qui fidei defensores atque patroni designati essemus) statim legationi celsit: ac spiritualibus rationibus secum optimè sapientissimèque distinguens, aliud simultatis tempus esse (si quid etiam eiusmodi affectui indulgendum esset) nempe pacis ac tranquillitatis, aliud rursus æquanimitatis, nempe necessitatis & periculorum tempus, hoc, inquam, secum reputans confestim ⁷ è Ponto nobiscum excedit, atque erga periclitantem veritatem zelo exastuat, vltroque suppetias nobis affert, totumque se matri Ecclesiæ tradit. At fortasse alacriter quidem hanc rem aggressus est, verum nequaquam, ut illa animi alacritate dignum erat, dimicauit: aut strenuè ille quidem dimicauit, sed non consultè ac prudenter: aut ita prudenter, ut tamen sine periculo: aut hæc quidem omnia cumulatè ac suprâ quàm dici queat, præstitit, cæterum in illius animo veteris simultatis fomites quidam residebant. Minimè gentium. Omnia quippe simul præstat: inimicitias ponit, consultat, aciem instruit, scandala & offendicula intermedia submouet, cunctaque ea, quorum fiducia illi bello nos laceffendos putauerunt. Alios asciscit, alios retinet, alios propulsat. Aliis murus firmus & vallum efficitur: aliis securis petram scindens, aut ignis in spinis, ut scriptura sacra loquitur, sarmentitios homines & in diuinitatem contumeliosos faciliè absumens. Quod si quid auxiliij Barnabas, qui hæc loquitur ac scribit, Paulo decertanti tulit, Paulo habèda est gratia, qui illum in certaminis partem & societatem asciiuit. Atque illi sanè sic infectis rebus discesserunt, tunc primùm turpiter pudefacti & profligati, atque edocti, etiam si alios omnes homines, Cappadoces tamen non ita temere contemnere ac pro nihilo putare: quorum nihil tam proprium est, quàm fidei certitudo fidusque ac sincerus erga Trinitatem affectus: ⁸ cuius etiam beneficio hoc habent, quod animis coniuncti sunt atque concordés, viribusque pollent, eadem videlicet auxilia, quæ diuinitati ferunt, accipientes, multoque etiam præstantiora & valentiora. Proximum autem Basilio negocium ac studium hoc fuit, Antistitem obseruare, suspicionem extinguere, mortalibus omni-

Trinitatis veri confessio.

Valens orthodoxos persequitur.

Basil. et Greg. fidei contra Valentem defensores.

Occurrit obiect.

Hier. s. Ind. 9. Psal. 117. De seipso loquitur. Galat. 2. Hæretici victi. Cappadocum laus.

Basil. in Eusebium Ep. obseruati.

bus persuadere mœrorem illum quo affectus fuerat, tentationem quandam col-
 luctationemque peruersi spiritus extitisse, honesta ac laudabili concordia inui-
 dentis: ceterum non ignarum se esse, quid obedientia ordinisque spiritualis le-
 ges postulerent. Ac proinde adesse, docere, dicto audientem se prebere, monere,
 quiduis denique illi esse, consultor bonus, opitulor commodus, diuinorum
 oraculorum explicator, rerum agendarum præmonstrator, senectutis subsidium,
 fidei adminiculum, domesticorum fidelissimus, externorum ad res gerendas
 aptissimus, ut vno verbo dicam, tantam eius benevolentiam obtinens, quanto
 prius apud eum odio flagrare putabatur. Ex quo hoc assecutus est, ut etiam si illi
 cathedræ honore secundus esset, Ecclesiæ tamen imperio potiretur. Etenim pro
 benevolentia quam conferebat, authoritatem vicissim accipiebat: ac mirus qui-
 dam erat inter eos concentus nexûsque potestatis. Ille plebem ducebat, hic du-
 ctorem: atque instar cuiusdam leonum curatoris præpotentem arte cicurabat.
 Nanque ut nuper in sublimi cathedra constitutus ac terrenæ materiæ non nihil
 adhuc spirâs, nondumque in his quæ spiritus erant, numeris omnibus absolutus,
 magnisque etiam fluctibus inferuescentibus atque ingruentibus Ecclesiæ hosti-
 bus opus habebat homine, qui eum manu ductaret atque fulciret. Eoque no-
 mine ipsius ope atque auxilio acquiescebat, eoque imperante seipsum imperare
 arbitratur. Iam verò ipsius erga Ecclesiam curæ ac patrocinij quanquam multa
 quoque alia signa & argumenta sunt, libertas animi, qua cum ceteros magi-
 stratus tum potentissimos quosque ciuitatis alloquebatur, ¹⁹ controuersiarum
 solutiones nequaquam suspectæ, sed ab eius voce formatae ac constitutæ modò-
 que ipsius tanquam lege receptæ, pauperum tutelæ plures quidem spirituales
 sed tamen corporeæ non pauca (nam id quoque sæpenumero animæ prodest, eos
 nimirum, in quos beneficium confertur, per beneuolentiam subigere) pauperum
 alendorum, hospitem excipiendorum, virginum curandarum studium, ⁶⁰ mo-
 nasticarum legum institutiones partim scripto partim voce tradita, ⁶¹ precum
 descriptiones, sacrarij concinnitates, ea denique omnia, quibus homo verè diui-
 nus Deoque adiunctus plebi utilitati esse potest: hoc tamen vnum maximum est,
 maximèque illustre atque insigne. Fames grassabatur, & quidem post hominum
 memoriam atrocissima. Languebat ciuitas, nec ex vlllo loco auxilium affereba-
 tur, nec vlla calamitatis medicina. Nam maritimæ quidē vrbes eiusmodi rerum
 penurias facile sufferunt, dantes nimirum ea, quibus affluunt, ac vicissim ea qui-
 bus carent à mari accipientes: at nos qui procul à mari degimus, nec ex iis rebus
 quibus abundamus, utilitatem vllam capimus, nec ea quibus egemus, vlla arte
 comparare possumus: ut qui nec ea, quæ habemus, exportare, nec ea quibus ca-
 remus, importare queamus. Sed in huiusmodi malis nihil grauius atque acerbius,
 quam crudelitas cupiditatisque inexplebilis eorum, qui rei frumentariæ copia cir-
 cunfluunt. ⁶² Obseruant enim temporum difficultates, atque ex annonæ pe-
 nuria lucrum captant, & ex aliorum calamitatibus messem faciunt: nec illud
 audientes, eum qui pauperes commiseratur, Deo fœnori dare: Nec rursus illud,
 eum qui frumentum abscondit, plebi execrabilem esse: nec denique quicquam
 aliud eorum, quæ vel humanis & benignis hominibus pollicetur scriptura, vel
 duris & inhumanis comminatur. Verum immodica quadam & inexplebili cu-
 piditate flagrant, malèque sibi consulunt, ut aliis sua, ita sibi ipsi Dei, cuius
 ope non multò magis se indigere sentiunt, quàm alij ipsorum auxilio egeant,
 viscera præcludentes. Atque hæc frumentarij mercatores cauponèsque faci-
 unt, qui nec cognationis iure mouentur, nec erga Deum, cuius munere ipsi
 aliis inopia laborantibus in rerum copia viuunt, grati animi officio fungun-
 tur. At Basilius panem quidem è cælo per orationem fundere, populumque
 profugum in deserto alere minimè poterat, nec alimoniam sumptus exper-
 tem vasis fontis instar scaturire, quòdque vix humani sensus capiunt, inani-
 tione ipsa intumescantibus, ut altricem suam in hospitalitatis præmium ale-
 ret,

Basil. secū-
 dus ab E-
 piscopo.

Basil. erga
 Ecclesiam
 sollicitudo,
 & pia stu-
 dii.

Fames.

Cæsarea
 & Nazia-
 num
 longè à
 mari.

Mercatorum
 auaritia.
 Prou. 19.
 Eccl. 29.
 Prou. 11.

Exod. 16.
 3. Reg. 17.

ret, nec postremo quinque panibus copiosissima multitudinis famem explere,
 quorum reliquæ etiam ipsæ tales erant, ut pluribus mensis sufficerent. Hæc enim
 Moyses erant & Helia, & Dei mei, à quo ad eos quoque huiusmodi potestas ma-
 nauerat: fortasse etiam temporibus illis statuique rerum conueniebant: quando-
 quidem signa infidelibus non fidelibus dantur. Verum quæ his cõsentanea sunt,
 & eodem tendunt, ea cum pari fide cogitauit atque perfecit. Apertis enim ora-
 tione sua & cohortatione locupletum horreis, facit quod est in scriptura, cibum
 esurientibus frangit, panibusque pauperes satiat, alitque eos in fame, atque esu-
 rientes animas implet bonis. Quo tandem modo: neque enim hoc ad laudis cu-
 mulum parui momenti est. Nam cum eos, quos fames vulnerarat, in vnum coë-
 gisset, nonnullos etiam spiritum ægrè trahentes, viros, fœminas, puerulos, senes,
 omnem ætatem commiseratione dignam, omnia ciborum genera, quibus fames
 depelli solet, corrogans, atque ollas pulmentariorum falsiq; nostratis obsonij at-
 que ad leuandam pauperum famem accommodati plenas proponens: ac deinde
 Christi, qui linteo præcinctus discipulorum pedes abluere nequaquam grauaba-
 tur, ministerium imitans, simulque puerorum siue conseruorum suorum ad eam
 rem opera vtens, corpora pauperum animasque curabat, honorem cum necessa-
 rio alimento connectens, ac dolorem eorum vtrinque leniens. Talis erat nouus
 noster procurator, & secundus Ioseph: immo etiam quiddam habemus, quod de
 nostro magnificentius prædicemus. Ille etenim arte fami occurrit, ac benignita-
 te Aegyptum emeratur, vbertatis tempore ad famem venturam commodissi-
 me vsus, aliorumque infomniis ad eam rem ordinatus: hic autem gratuitam be-
 neficentiam exercebat, neque in hoc frumentariæ largitionis auxilio quæstum
 vllum captabat, id vnum spectans, ut misericordia misericordiam sibi cõciliaret,
 ac pro terrena frumeti erogatione cœlestibus opibus fructetur. Accedebat ser-
 monis alimonia, pleniùsque beneficium ac munificentia, illa inquam verè cœle-
 stis & sublimis: siquidem Angelorum panis sermo diuinus est, quo aluntur atque
 irrigantur animæ Deum esurientes, ac cibum non defluentem & abeuntem sed
 perpetuò manentem expetentes, cuius ipse dispensator erat, & quidem per quã
 locuples, homo alioqui omnium, quos noui, tenuissimus atque egèrissimus, non
 panis famem aut sitim aquæ sanans, sed verbi illius verè vitalis ac vim alendi ha-
 bentis, eumque qui rectè nutritur, ad spiritualis ætatis incrementum ducentis,
 auiditatem explens. Ob hæc igitur ac tanta (quid enim omnibus recensendis lō-
 giorem moram trahere necesse est?) cum is qui nomen à pietate appositè duce-
 bat, ex hac vita migrasset, atque in ipsius manibus animam suauiter exhalasset,
 ad excelsum Episcopatus sedem euehitur: non id quidem citra laborem nec ci-
 tra inuidiam & dimicationem tum eorum qui patriam cum imperio administra-
 bant, tum perditissimorum quorumque huius vrbes ciuium, qui ab illorum parti-
 bus stabant. Verum fieri aliter non poterat, quin Sp. sanctus vinceret: atque adeo
 abunde vicit. Nam ad eum vngendum viros pietate claros Deique æmulatio-
 ne flagrantes ab exteris regionibus extitauit, in iisque nouum Abraham & Pa-
 triarcham nostrum, parentem meum dico, cui miranda etiam res quædam acci-
 dit. Nam quamuis non solùm senectute confectus, sed etiam morbo fractus ac
 debilitatus esset, animamque ageret: iter tamen capescere non dubitauit, ut cal-
 culo suo electionem iuuaret, spiritus videlicet ope atque auxilio fretus. Atque
 ut rem in pauca conferam, vehiculo, non secus ac mortuus feretro, impositus, iu-
 uenis redit, firmus ac vegetus sublimes oculos gerens, à manuum impositione &
 vnctione, addo etiam & ab illius, qui vngebatur, capite, confirmatus, bonæq; va-
 letudini restitutus. Hoc igitur præcis narrationibus accedat, quòd labor sanita-
 tem affert, & alacritas animi mortuos excitat, ⁶³ & exilit senectus spiritui com-
 modata. Enimuero cum primariæ sedis honore ita affectus, ut par erat eos qui ita
 vixerant, eamque gratiam consecuti fuerant, eaque apud homines existimatio-
 ne florebant, nullo sequentis vitæ facinore vel philosophiam suam dedecorauit,

Ioan. 6.
 Moyses &
 Helias.

i. Cor. 14.
 Famem Ba-
 sil. fugat.
 Esa. 58.
 Tob. 4.
 Luc. 1.

Ioan. 13.

Compara-
 tio Basilij
 cum Ioseph
 Gen. 41. 47

Psal. 77.
 Sermo di-
 uinus pa-
 nis Ange-
 lorum.

Eusebius
 moritur.
 Basil. crea-
 tur episco.

Vnguntur
 episcopi.

Greg. patet

de c. c. c. c.

Labor si-
 nitatem af-
 fert.

vel eorum qui hoc munus ipsi crediderant, spem expectationemque fefellit: quin potius quantum alios prius, tantum quotidie seipsum vincebat, optime utique ac sapientissime de his rebus sentiens. Sic enim existimabat priuati quidem & plebeij hominis virtutem in eo consistere, ut vitio careat, aut quoquo modo probitatem colat: principi verò ac præfecto ac præsertim huiusmodi principatû gerenti turpe & ignominiosum esse, non multum reliquis antecellere, nec meliorem in dies existere, nec parem dignitati suæ ac throno virtutem asferre. Vix enim fieri, ut ad summum contendendo medium assequatur, ac virtutis exuberantia populum ad mediocritatem pertrahat. Imò verò, ut rectius de his rebus differam, quod ego in seruatore animaduerto, atque etiam omnes, ut opinor, 10 qui ingenio ac doctrina paulò maiore sunt, cum sublimiorem naturam ac nostrâ complexus in terris versaretur, idem hîc quoque vsu venisse reputo. Ille enim, inquit, ut ætatè ita etiam sapientia & gratia proficiebat: non quòd hæc in illo incrementum caperēt (quid enim eo, quod à principio perfectum est, perfectius esse possit) sed quòd paulatim patefierent & elucerent. Eodem modo Basilij virtus eo tempore nequaquam, ut opinor, accrescebat: sed culturam occupationemque maiorem accipiebat, vberiore nempe materiam suppeditante potestate. Primum illud omnibus perspicuum facit, dignitatem quam acceperat, non humane gratiæ, sed diuino beneficio acceptam referendam esse. Id autem res quoque nostræ liquidò demonstrarunt. Qualia enim mecum circa illud tempus philosophabatur: Nam cum omnes in hac opinione versarentur, me statim facturum, 20 ut summa cum animi voluptate ad eum accurerem (id quod fortasse alius quispiam fecisset) cum eoque imperium potius partirer, quam proximam auctoritatem haberem, idque ex amicitia nostra coniectarent: ego tamen cum in omnibus rebus arrogantiam suspicionem, ut si quis alius, fugiens, temporis illius inuidiam vitans, simul etiam quòd negocia ipsius adhuc turgere & perturbari viderem, cupiditati meæ frenum inieci, domique me cõtinui. Quo nomine quidem mecum ille exoptulat: ceterum veniam concedit. Ac postea cum ad eum venissem, atque eadem de causa cathedræ honorem, insigniorémque inter presbyteros sedem repudiassem, non modò meum hoc factum non accusauit, sed vehemèter etiam, 30 ut debuit, comprobauit: atque à nonnullis, qui rationis ipsius ignari erant, factus insimulari maluit, quam aliquid facere, quod rationi consiliisque suis aduersaretur. Quonam porrò modo luculentius specimen edere potuisset animi ab omni adulationis fuce liberi, solamque honesti legem intuentis, quam ita de nobis, quos primo amicorum ac necessariorum loco numeròque habuit, constituens? Deinde eos, qui cum ipso dissidebant, mitigat, ac magnifico medicinæ genere curat. Non enim id assentatoriè atque abiectè facit, sed perquam grauitè & præclarè: ut pote non presentis solum temporis rationem habens, sed hoc etiã agens, 40 ut eos in posterum dicto audientes haberet. Nam cum molliorem dissolutos & eneruatos homines efficere, asperitatè rursus feros & contumaces reddere perspiceret, utriusque malo ab altero opem parauit: rigiditatem nimirum humanitate, molliem autem seueritate temperas: sermone ad animarum curationem haud multum indigens, opere quam plurima perficiens: nec callidè homines sibi inferuire cogens, sed beneuolentia deuinciens: nec imperij potestate utens, sed potestatis repressioe atque ignoscendi facilitate pelliciens. Sed nihil tantum ad eam rem momenti habuit, quam quòd omnes ingenij acumine ipsi concedebant, incomparabilémque ipsius virtutem esse perspectum habebant: atque in ea opinione versabantur, ut non aliter sibi salutis rationem constare posse putarent, quam si cum ipso & sub ipso censerentur: contra vnum hoc certissimum periculum existimarent, si in ipsius offensionem incurrerent: ab eoque disiungi nihil aliud esse interpretarentur, quam à Deo separari. Sic vltro cesserunt ac manus dederunt, & quasi tonitruo sono sese inflexerunt, alius alium ad excusationem anteuertentes, conceptamque prius aduersus ipsum odij vim in non minorem beneuolentiæ

Qui differat virtus priuati à virt. præsulis.

Explicatio loci. Luc. 2.

Greg. alienus ab arrogantiâ ad Bas. statim non accedit.

Honorem recusit Gregor.

Bas. prudens.

Bas. apud omnes auctoritas.

beneuolentiæ vim commutantes ac virtutis incrementum (quam quidem vnam firmissimam purgationem inueniebant) præterquam si quis ob deploratam improbitatem neglectus ac proiectus est, ut ipse in seipso contereretur atque extingueretur, non secus ac rubigo simul cum ferro consumi solet. Postquam autem res ipsius domesticæ ex animi sui sententia constitutæ sunt, & quemadmodum nemo fide carens, virtutisque illius ignarus vnquam arbitratus esset, maius quidpiam & sublimius animo agitare incipit. Nam cum omnes alij tantummodo, quod ante pedes est, videat, suamque ut in tuto sint, laborent (si tamen id satis tutum esse potest) nec vltius progrediantur, nec magni aliquid & egregij vel cogitare vel cõficere queat: ipse contra, tametsi cæteris in rebus mediocritatè adamaret, hîc tamen nequaquam sibi moderatur: verum sublato in altum capite mētisque oculis quoquo versum iactatis omnes eas orbis partes, ad quas salutifera Christi doctrina peruagata est, animo complectitur. Cumque magnam illam Dei hereditatè, ipsiusque doctrina & legibus ac suppliciis acquisitam, gentem illam sanctam, regium illud sacerdotium, perniciosè se habere, atque in sexcentas opiniones & errores distractum esse, vineamque illam ex Aegypto hoc est ex impia & caliginosa ignorantia translata & supplantatam, eoque pulchritudinis magnitudinisque progressam, ut terram omnem tegetet, ac supra mōtes & cædros assurgeret, hanc inquam à peruerso & truculento apro, id est à diabolo, miserè peruastatam esse cerneret: haud quaquam satis esse iudicauit, ut secum ipse hanc calamitatem fletu prosequeretur, manusque duntaxat ad Deum tolleret, ac malorum vrgentium finem postularer, atque ipse interea dormiret. Verum faciendum sibi quoque putauit, ut opis non nihil afferret, ac de suo erogaret. Quid enim hac calamitate tristius, aut pro qua tandem re magis elaborandum homini sursum spectantur? Vno etenim homine rectè vel malè se habente nihil hinc mali ominis Reip. importatur: at Rep. hoc aut illo modo affecta priuatim etiã vnumquemque eodem modo affici necesse est. Hæc igitur ille publici commodi procurator & antistes secum reputans atque perpendens (quandoquidem tinea est ossium cor acri sensu præditum, ut verè Sôlomon videtur, atque ut indolentia læta est & 30 alacris, ita condolentia tristis & acerba, pectusque conficit diuturna cogitatio) idcirco discruciabatur, mœrebat, conuulnerabatur, eodem modo afficiebatur, quo Ionas, quo Dauid, animum despondebat, nec somnum oculis nec dormitationem palpebris concedebat, quicquid carnis reliquum habebat, curis absorbabat, quoad huic malo remedium inuenisset: diuinam & humanam opem implorabat, quæ publicum incedium opprimeret, offusamque nobis caliginem discuteret. Atque illud quidem vnum valde salutiferum excogitat. Nam cum seipsum, quantum fieri poterat, collegisset, & cum spiritu conclusisset, atque & omnes humanos sensus excitasset, & altissima quæque atque obscurissima scripturæ loca peruoluisset, piam doctrinam literis consignat, aduersariisque collationibus & præliis importunam hæreticorum audaciam propulsat, eos quidem, qui manus conferere ausi fuerant, armis linguæ cominus feriens ac subigens: 40 eos autem qui longo interuallo ab eo disuncti erant, atramenti sagittis impetens, iis literis, quæ olim in tabulis insculptæ fuerunt, nihilo inferioris, nec vni tantum & exiguæ Iudæorum nationi de cibis & potionibus, & temporariis sacrificiis, carnisque purgationibus leges imponentis, sed omnibus hominibus atque omnibus orbis partibus de veritatis doctrina, ex qua salus pertractatur, pertractatis. Deinde quoniam actio doctrina carens atque actionis experta doctrina æquè imperfectæ sunt, idcirco actionis subsidium doctrinæ adiungebat, alios adiens, ad alios legationem mittens, alios accersens, admonens, arguens, obiurgans, cõminans, probris incessens, pro gētibus, pro vrbibus, pro singulis etiam hominibus certamen suscipiens, omne salutis genus excogitans, vndecunque medicinam morbo adhibens, Beseleel ille, ille inquam arcæ diuinæ fabricator, materiam omnem & artem ad opificium accommodans, atque omnia contexens ad exi-

simil.

Christianorum epistheta. I Pet. 2. Psal. 79.

Eccle. 24. Eccle. 79.

Sent. Prov. 25.

Ion. 4. Psal. 131.

Basilij hæreses scriptis oppugnat.

Actio sine doctrina imperfecta.

2. Tim. 4.

Exod. 31.

36

Valens. miam quam vnus operis pulchritudinem & concinnitatem. Quid alia dice-
 re necesse est? Verumenimvero teterrimus Christi hostis imperator, & fidei ty-
 rannus cum maiore impietate acriorique belli apparatu, vt pote cum valentiori
 aduersario rem habiturus ad nos iterum venit, impuri ac pestiferi illius spiritus
 Luc. II. in morem, qui ab hominis corpore depulsus diuque vagatus, ad eundem rursus
 cum maiori spirituum agmine habiturus redit, quemadmodum in Euangelio
 habetur. Huius ille discipulum se profitetur, partim vt prius acceptæ cladis in-
 commodum sarciret, partim vt prioribus palæstris cumulum aliquem afferret.
 Indignum enim & miserum esse existimabat, cum multas gentes imperio tene-
 ret, magnamque gloriam consecutus esset, atque omnes impietatis viribus in po-
 10 testatem redegisset, ditionique suæ, quicquid obuium habuerat, subiecisset, ab
 vno homine atque ab vna ciuitate superari, nec solum impiæ doctrinæ patronis,
 à quibus ducebatur, sed etiam omnibus mortalibus, vt quidem ipsi videbatur,
 ludibrio esse.⁶⁵ Perfaram quidem regem ferunt, cum aliquando infinitam ho-
 minum multitudinem secum ducens atque iracundia & audacia furens in Græ-
 ciam expeditionem faceret, non eo tantum nomine superbia elatum & in mi-
 nis immodicum fuisse, sed vt maiorem illis timorem incuteret, grauioremque
 sui terrorem excitaret, nouo quodam atque inaudito furore elementis quoque
 20 ipsis vim attulisse. Terra quædam noua & mare audiebatur noui illius opificis,
 & exercitus in continenti nauigans, ac rursus in mari pedibus iter faciens, abre-
 ptæ item insulæ, & mare verberibus cæsum, cæteraque omnia, quæ vāsani exer-
 citus ducisque haud dubium argumentum erant, ignauioribus quidem formi-
 dolosa, fortioribus autem ac solidiori animo præditis stulta & ridicula. Hic verò
 bello nos laceffens nihil quidem vlla huiusmodi re opus habebat: verum quod
 Valens or- his sceleratius & perniciosius erat, hoc & facere & dicere ferebatur. Posuit in
 thodoxos, & maxi-
 me Basiliū
 persecui-
 tur.
 Psal. 72. Cur Chri-
 stus nobis-
 cum versus.
 Orthodoxi
 Episcopi
 exulare
 iussi.
 Presbyte-
 rorū mors
 miseranda.
 Incruenta
 sacrific.
 Mal. 1.
 Rom. 9.
 Valens Cæ-
 sar Eccle-
 siam inua-
 dit:
 sim.

re necesse est? Verumenimvero teterrimus Christi hostis imperator, & fidei ty-
 rannus cum maiore impietate acriorique belli apparatu, vt pote cum valentiori
 aduersario rem habiturus ad nos iterum venit, impuri ac pestiferi illius spiritus
 in morem, qui ab hominis corpore depulsus diuque vagatus, ad eundem rursus
 cum maiori spirituum agmine habiturus redit, quemadmodum in Euangelio
 habetur. Huius ille discipulum se profitetur, partim vt prius acceptæ cladis in-
 commodum sarciret, partim vt prioribus palæstris cumulum aliquem afferret.
 Indignum enim & miserum esse existimabat, cum multas gentes imperio tene-
 ret, magnamque gloriam consecutus esset, atque omnes impietatis viribus in po-
 testatem redegisset, ditionique suæ, quicquid obuium habuerat, subiecisset, ab
 vno homine atque ab vna ciuitate superari, nec solum impiæ doctrinæ patronis,
 à quibus ducebatur, sed etiam omnibus mortalibus, vt quidem ipsi videbatur,
 ludibrio esse.⁶⁵ Perfaram quidem regem ferunt, cum aliquando infinitam ho-
 minum multitudinem secum ducens atque iracundia & audacia furens in Græ-
 ciam expeditionem faceret, non eo tantum nomine superbia elatum & in mi-
 nis immodicum fuisse, sed vt maiorem illis timorem incuteret, grauioremque
 sui terrorem excitaret, nouo quodam atque inaudito furore elementis quoque
 ipsis vim attulisse. Terra quædam noua & mare audiebatur noui illius opificis,
 & exercitus in continenti nauigans, ac rursus in mari pedibus iter faciens, abre-
 ptæ item insulæ, & mare verberibus cæsum, cæteraque omnia, quæ vāsani exer-
 citus ducisque haud dubium argumentum erant, ignauioribus quidem formi-
 dolosa, fortioribus autem ac solidiori animo præditis stulta & ridicula. Hic verò
 bello nos laceffens nihil quidem vlla huiusmodi re opus habebat: verum quod
 his sceleratius & perniciosius erat, hoc & facere & dicere ferebatur. Posuit in
 cælum os suum, blasphemiam in sublime loquens, & lingua eius transiuit in
 terra. Eleganter enim illum ante nos David inuectiua oratione confixit, illum,
 inquam, cælum in terram deprimentem, naturam mundo sublimiorem in crea-
 turarum numerum cogentem, quam ne capere quidem creatura potest: tametsi
 ob nostri amorem aliquantisper nobiscum versata sit, vt nos humi iacentes ad
 30 seipsum attrahat. Porrò cum illustria fuerint prima illius facinora, tum verò il-
 lustriora ea certamina extiterunt, quæ postrema aduersum nos habuit. Quamã
 autem prima dico: exilia, fugæ, bonorū proscriptiones, insidia tam apertæ quàm
 obscuræ, verborum illecebræ, vbi offerebatur occasio, vis vbi verborum blanditi-
 tiis efficere nihil poterat. Alij ab Ecclesiis exturbabantur, quicumque scilicet fi-
 dem orthodoxam ac nostratam profitebantur: alij introducebantur, nempe qui
 pestiferam perditamque imperatoris religionem tenebant, qui impietatis chiro-
 grapha exigebant, qui his etiã atrociora scribebant.⁶⁶ Adde presbyteros in mari
 deflagrantes, adde impios & nefarios belli duces, non Perfars superates, non Scy-
 40 thas in ditionem redigentes, non aliam quandam barbaram gentem repurgâtes:
 sed Ecclesiis bellum inferentes, in altaribus saltitantes, & incruenta sacrificia ho-
 minum & victimarum cruore fœdantes, ac virginum pudorem per summã con-
 tumeliã violantes. Idq; quam tandẽ ob causam? vt Iacob Patriarcha expelleretur,
 ipsiq; Esau ille, antè etiã quàm in lucẽ prodiiisset, odio habitus subrogaretur.
 Habetis rerum primùm ab eo temere gestarum historiam, quæ ad hunc quoque
 diem multis lachrymas mouent, cum in memoriam veniunt atque exponuntur.
 Vt verò alia omnia peruagatus in hanc firmam & ab iniuria tutam Ecclesiarum
 matrem impetum fecit, vt vitalem quoque illum veritatis igniculum, qui solus
 reliquus erat, opprimeret: tum primùm malum se consilium iniisse intellexit.
 Nam vt sagitta in durius ac solidius corpus incidens, repulsus est, ac rudentis in-
 50 star effractus cessit. In talem Ecclesiæ Antistitem incidit! In tantum scopu-
 lum impactus sese infregit ac dissoluit! Atque alia quidem ex eorum qui tunc
 periculum fecerunt, sermone ac commemoratione accipere licet. Nemo autem
 est, qui

est, qui non hæc memoriæ prodatur: verum ij demum admiratione defiguntur, qui
 perspecta atque explorata habent illius temporis certamina, insultus, pollicita-
 tiones, minas, illos ex Senatorio ordine ad eum missos, eumque flectere adni-
 tentes, illos ex militari, illos ex gynæceo, illos, inquam, inter scæminas viros, & in-
 ter viros scæminas, atque vna tantum impietate viriles, qui cum naturali modo
 libidinari nequeant, quod vnum possunt, ⁶⁸ lingua scortantur, ⁶⁹ illum denique
 Nabuzardum coquorum præfectū artis suæ gladios minitantem atque ad ignem
 sibi congruentem transmissum: Ego verò id quod ex omnibus laudibus summè
 admiror, & quod, ne si cupiam quidem, præterire queam, breuiter, quoad eius
 10 fieri poterit, exponam. Ecceui tãdem incognitus ille est, qui tum apud nos ⁷⁰ præ-
 fecti munere fungebatur, cum suapte feritate aduersus nos præsertim inflamma-
 tus (nam ab illis quoque ⁷¹ Baptismi aqua tinctus vel potius obrutus atque con-
 fectus fuerat) tum amplius quàm necesse haberet, Imperatori subseruiens, atque
 ex eo quod illi omnibus in rebus obsequeretur, diuturnius imperium sibi con-
 seruans: Ad hunc aduersus Ecclesiam frementem, leonisque speciem præ se fe-
 rentem, ac leonis more rugientem, tamque ferum & immanem, vt à multis ne
 adiri quidem posset, vir præclarus adducitur, immò verò ingreditur, perinde ac
 si non ad iudicium, sed ad festi celebritatem vocaretur. Quonam autem modo
 vel præfecti audaciam, vel Basilij virtutem & sapientiam, cum qua ei restitit, satis
 20 digna oratione complectar? Quæ tua est, inquit, ratio, heus tu, nomine illū com-
 pellans (nondum enim eum Episcopi nomine appellandum ducebat) vt tanto
 imperio obsistere audeas, solusque omnium præfractè & contumaciter obluete-
 ris. Quorsum, respondit Basilius, hæc oratio spectat, & quænam hæc est contu-
 macia? Nondum enim id satis intelligo. Quoniam, inquit ille, Imperatoris reli-
 gionem minimè profiteris, omnibus aliis iam substratis ac superatis. Non enim,
 inquit Basilius, hæc vult Imperator meus: ⁷² nec creaturam vllam adorare susti-
 neo, cum & Dei creatura sim, & Deus esse iubear. Nos vero, inquit ille, qui hæc
 imperamus, quid tandem tibi videmur, nihilne? Age verò non magnum & ho-
 norificum existimas nobiscum adiungi, sociosque nos habere? Ad hæc Basilius:
 30 Vos quidem præfecti estis, & illustres, non inficias eo: minimè tamen Deo præ-
 stantiores. Socios autem vos habere mihi quidem amplum & honorificum fue-
 rit (quidni enim, cum ipsi quoque Dei creaturæ sitis) sed vt alios quosdam ex his,
 qui nobis subiecti sunt. Non enim personarum dignitate, sed fidei integritate
 Christianismus dignoscitur. Hac oratione commotus præfectus, ac maiori ira
 succensus è cathedra surrexit, atque asperioribus verbis cum eo agere perrexit.
 Quid? Potestatem hanc non pertimescis? Cur verò pertimescam, respondit Ba-
 silius: Quid fiet? quid patiar? Quid patieris, intulit ille, vnū è tam multis, quæ meæ
 sunt potestatis. Quænam hæc, subiunxit Basilius: facito enim, vt ea cognoscamus.
 Bonorum, inquit ille, proscriptionem, exilium, cruciatus, mortem. Tum Basilius:
 Si quid aliud habes, id nobis minitare. Horum enim, quæ adhuc commemora-
 40 sti, nihil nos attingit. Quonam, inquit ille, modo hæc intelligis? Quoniam, inquit
 Basilius, primùm bonorum proscriptioni obnoxius non sum, quippe qui nihil ha-
 beam: nisi fortè laceris ac detritis hisce pãnis indiges, ac paucis libellis, in quibus
 omnis mihi vita sita est. Nec verò exiliū vllum cognosco, qui nullo loco circun-
 scriptus sum, ac neque terram hanc, quam nunc incolo, meam habeo, & eam
 omnẽ, in quam proiectus fuero, pro mea duco: immò, vt rectius loquar, vniuer-
 sam terram Dei esse scio, cuius aduena ego sum & peregrinus. Iam quid accipere
 queant tormenta, cum corpore caream? nisi fortè primam plagam dixeris: huius
 enim solius inferendæ potestatem habes. Mors porrò beneficij mihi loco erit:
 50 citius enim me ad Deum transmittet, cui viuo, & munere meo fungor, maximã
 que ex parte obij, & ad quem iam pridem propero. Quo sermone attonitus Præ-
 fectus, Nemo, inquit, me (nomènque suum adiunxit) ad hunc vsque diem ita est
 allocutus, nec pari verborum libertate. Neque enim, ait Basilius, fortasse in Epi-

Eunuchi.

4. Reg. 25.

Hier. 39. 52.

Basili. ad
præfectum
adducitur.Modestus
præfectus
ad Basiliū.

Psal. 81.

Senn.

Minas nil
timet Bas.Nullū exi-
lium Chri-
stiano.

Psal. 23.

Psal. 38.

Tormenta.

Mors.

Gal. 2.

scopum incidisti. Alioqui hoc prorsus modo differuisset pro huiusmodi rebus incertamen veniens. Nam cæteris quidem in rebus, ô præfecte, clementes & placidi fumus, atque omnium abiectissimi, quemadmodum hoc nobis lege præscriptum est, ac non dicam aduersus tantam potentiam, sed ne aduersus plebeium quenquam & infimi ordinis hominem supercilium attollimus.⁷³ Verùm vbi Deus nobis periclitatur ac proponitur, tum demum alia omnia pro nihilo putantes, ipsum solum intuemur. Ignis autem & gladius, & bestia, & vngulæ carnes lacerantes voluptati nobis potius sunt, quàm terrori. Proinde contumelias nos affice, comminare, fac quicquid collibuerit, potestate tua fruire: audiat hæc etiã Imperator: nequaquam profecto nos vinces, eoque adduces, vt impiæ doctrinæ assentiamur: ne si his quidem atrociora miniteris. Hæc postquam dixit, ac præfectus audiit, ipsiusque in resistendo virtutem adeo interritam & insuperabilem esse cognouit, eum quidem à se amandauit atque excedere iussit, non iam cum iisdem minis, sed cum quadam reuerentia & summissione. Ipse autem quàm celerimè potuit, Imperatorem adiens, Imperator, inquit, ab huius Ecclesiæ antistite victi sumus. Præstantior est, quàm vt minis, firmior quàm vt sermonibus, fortior quàm vt verborum blâditis superari possit. Ignauiorum alius quispiam tentandus est: huic autem aut vis aperte inferenda, aut non expectandum, vt minis cedat. Qua de causa factum suum improbens Imperator, Basiliique laudibus victus (⁷⁴ est enim ea vis virtutis, vt eam etiã in hoste miremur) cogi cum vetuit, idemque ipsi accidit, quod ferro solet, quod tamen si flammis emolliatur, ferrum tamen esse non desinit: minisque in admirationem conuersis illius quidem societatem haudquaquam amplexus est, quod eum de sententia decedere puderet: cæterum quàm honestissimè potuit, facinus suum excusare studuit, quemadmodum oratio declarabit. Templum enim cum omni suo satellitio ingressus (erat porro Epiphaniorum dies, atque hominum frequentia celebris) ac populi pars factus, ita perfunctoriè cum ipso in gratiam redit. Ac ne hoc quidem prætermittendum est. Postquam enim introiit, atque ipsius auribus Psalmorum cantio intonuit, populique pelagus, omnemque eam concinnitatem, quæ tam circa sacrarium, quàm prope sacrarium elucebat, angelicam potius quàm humanam aspexit, atque ipsum quidem ante populum recto corpore stantem, qualem scriptura Samuelem describit, nec corpore, nec oculis, nec animo, perinde ac si nihil noui contigisset, vllam in partem se mouentem, sed Deo, vt ita dicam, & altari affixum: eos autem à quibus cingebatur, cum timore quodam ac reuerentia stantes: hæc, inquam, simulatque perspexit, nec vllum vnquam exemplum tale conspicatus esset, humanum quiddam passus est, ac vertigine oculorum tenebrisque totus corripitur. Atque id plerisque adhuc obscurum & incognitum erat. Verùm ⁷⁵ cum dona, quæ ipsemet effecerat, diuinæ mensæ offerenda essent, nec quisquam, vt mos ferebat, simul ea capesteret (quod non satis liqueret, an ea Basilius accepturus esset) tum verò manifestè se morbus prodit. Ita enim vacillare cœpit, vt nisi quispiam ex sacrarij ministris vacillantem supposita manu retinisset, miserè utique & luctuosè prolapsurus fuisset. Iam verò quæ ad ipsum Imperatorem, & quanta cum sapientia prolocutus est (cum quidem ille nescio quo modo rursus in Ecclesiam nostram se contulisset ac secretarium ingressus esset, atque in illius conspectum colloquiumque, quod iam pridem expetebat, venisset) quidnam aliud dicendum est, nisi Dei voces eas fuisse, quas & qui cum Imperatore erant, & nos qui simul ingressi fueramus, audiuius.⁷⁶ Hinc Imperatoriæ erga nos humanitatis & clementiæ principium natum & constitutum est: hæc occasio maximam bellici illius insultus, quo tum vexabamur, partem non secus ac fluctus quosdam fregit ac dissoluit. Sequitur alia narratio superioribus haudquaquam inferior. Vincebant scelerati, atque aduersus Basilius exilium decernitur: nec quicquam eorum, quæ ad eam rem pertinebant, desiderabatur. Nox aderat, paratus currus, plaudebant hostes, mœrebant pij, nos prompti atque alacris viatoris latus cinge-

cingebamus, nihil denique quod ad præclaram ignominiam pertinere posset, requirebatur. Sed quid accidit? Exilij decretum rescindit Deus. Nam qui Aegypti aduersus Israëlitas sæuientis primogenitos percussit, idem Imperatoris quoque filio morbi plagam infert: Et quidem qua celeritate! Illine exilij tabulæ, hinc morbi decretum, ac scelerati scriptoris manus inhibetur, & sanctus periculo liberatur. Ita febris beneficio seruatur vir pitius, Imperatoris audaciam coercens. Quid hoc Dei iudicio vel æquius vel celerius fingi atque excogitari potest? Postea autem Imperatoris filius ægrotabat, afflictaque corporis valetudine erat: pater etiam, vt pote pater, simul ægrotabat, remedium vndeunque morbo conquirens, atque optimos quosque medicos deligens, ac precibus, vt si aliàs vnquam, incumbens humique prouolutus: Nam reges quoque calamitas deiicit: nec mirum, cum Dauidem etiam ob filij morbum eodem modo affectum fuisse scriptura testetur. Cum autem huic malo medicinam nullam inueniret, ad Basilius fidem confugit: & quoniam ob contumeliam recens ipsi illatam eum suo nomine accersere verebatur, aliis quos arctissima familiaritate & benevolentia complectebatur, hanc legationem committit. Ille verò nihil cunctatus, nec, quod fortasse alius fecisset, calamitoso tempore aduersus eum insultans confestim affuit, atque ad eius aduetum protinus remittitur morbus, paterque meliorem spem animo fouere cœpit. Quod nisi falsam aquam dulci admiscuisset, simul videlicet & ipsum aduocans, & hæreticis fidem habens, sanum quoque & incolumem filium fortasse recepisset: atque id pro certo & indubitato habebant, qui tunc aderant, calamitatisque participes erant. Idem autem & ipsi præfecto non multo post accidisse narrant. Nam hunc quoque morbus quispiam obortus viri sancti manibus substernit. Nam profecto plaga cordatis hominibus in documentum cedit, ac plerumque prospero rerum successu melior magisque expetenda est afflictio. Aegro corpore erat, illachrymabat, distorquebatur, Basilius accerserebat, obsecrabat. Satisfactionem habes, clamabat: da salutem. Et quidem hanc consecutus est, vt ipse fatebatur, & multis huius rei ignaris persuadebat. Neque enim illius virtutes admirari ac prædicare desinebat. Atenim huiusmodi quidem fortasse ea, quæ cum illis egit, fuerunt, eumque finem habuerunt. Cæterum cum aliis alio modo se gessit, aut paruis de rebus, aut parum egregiè dimicauit, aut non ita sapienter differuit, nec vt hominum commemorationem, aut certe insignem laudem mereretur? Minimè gentium. Verùm is qui ⁷⁷ nefarium Ader aduersus Israëllem olim excitauit, idem contra hunc quoque Ponticæ prouinciæ præfectum excitat: hoc quidem prætextu, quasi mulierculæ cuiusdam causa stomacharetur, sed re vera quod impietatis patrociniū susciperet, rectæque fidei aduersaretur. Mitto alias omnes contumelias, quibus Basilius vexauit: quod perinde est, ac si Deum dicerem, aduersus quem & cuius causa bellum gerebatur. Quod verò & eum qui contumeliam inferebat, maxima ignominia affecit, & pugilem nostrum summopere extulit (si modò magnum quiddam & excelsum existimandum, Christiana sapientia florere, eaque virtute hominum vulgus anteire) id oratione persequar. Mulieri cuidam amplissimo loco natæ, cuius maritus haud pridem extremo vitæ die functus erat, iudicis assessor vim afferebat, inuitamque ad nuptias pertrahebat. Illa autem cum nulla ratione hanc vim effugere posset, consilium capit non maioris audaciæ quàm prudentiæ plenum. Ad sacrâ etenim mensam confugit, Deumque aduersus importunam hanc iniuriam propugnatorem sibi asciscit. Quid igitur per Trinitatem ipsam (vt iudiciali quoque dicendi genere non nihil inter laudandum vtar) faciendum fuit, non dico magno Basilio, ac de his rebus leges aliis constituenti, sed alij cuiquam longè illo inferiori, dum tamen sacerdoti? Quid aliud, nisi vt eam assereret, retineret, omni cura tueretur, Dei clementiæ & legi, quæ altaribus honorem haberi iubet, manum porrigeret, omnia denique prius faceret & pateretur, quàm vt inhumanus vllum aduersus eam consilium iniret, sicque & mensam sacrosanctam,

Quales debent esse Episcopi. Luc. 22. Matth. 20.

Præfectus à Basil. vi. ctus.

Virtus etiã in hoste suspicitur. Simil.

Dies Epiphaniorū.

1. Reg. 7.

Valis mense diu. offert munerat. Mirum.

Basilio exilium decernitur.

Exod. 12. Valis filius ægrotat.

Sent. 2. Reg. 12. Valens, ad Basil. fidem confugit.

Prou.

Modestus præfectus æger.

Sentent.

Obiect. dissolutio.

3. Reg. 11. Præfectus Pont. Basilius insequitur.

Histor.

Ius asyli in sacra mensa.

Deus iubet altarib. honorem haberi.

& fidem etiam illam, cum qua supplicabat, contumelia afficeret. Nequaquam, inquit nouus iudex: sed omnes imperio meo cedere, ac Christianos leges suas perfidè prodere oportet. Ille igitur supplicem deposcebat, hic omni vi retinebat. *Improbitas præfecti.* Ac proinde ille furore percitus mittit denique magistratus quosdã, ⁷⁸ qui sancti cubiculum perscrutarentur, ignominia causa potius id faciès, quàm quòd eiusmodi quicquam necesse esset. Quid ais? Illiusne viri cubiculum ab omni vitioso affectu tranquillique, quem Angeli complectuntur, quem vel solùm intueri scemina reformidant? Nec eo contētus, ipsum insuper adesse & causam dicere iubet, neque id placidè & humanè, sed quasi aliquem rei capitis damnatum. Aderat Basilus. Ille ergo ira & arrogantia plenus sedebat: hic stabat, quemadmodum ¹⁰ Iesus meus Pilato iudicante. Cunctabantur porro fulmina, Deique gladius adhuc exacuebatur, & differebatur, arcusque ita contendebatur, vt tamen retineretur, pœnitentiæ videlicet tempus aperiens. ⁷⁹ Hoc enim apud Deum in morè atque vsu positum est. Atque hîc mihi quæso alterum persecutoris & athletæ certamen vide. Pallium detrahi ac lacerari iubebat: at ille, exuam præterea, si ita lubet, etiam tunicam. Carnis expertem verberibus se affecturū minabatur: corpus summittebat. Vngulis lacerare. At ille, huiusmodi, inquit, laniatione medicinam afferes hepatis, magnopere vt vides me affligenti ac debilitati. Atque hi quidem in his erant. Ciuitas autem simulatque huiusce mali communisque periculi certior facta est (neque enim quisquam erat, qui non contumeliam ipsius periculum suum esse interpretaretur) tota furore corripitur atque inflammatur, ac velut fumo examen mouente, certatim omnes cuiuslibet generis atque ætatis excitantur & exurgunt, ac præsertim armorum opifices, imperatorique textores. Nam hi in huiusmodi rebus acrius incitantur, atque ob libertatem ac licentiam, qua fruuntur, ad audendum sunt paratiores. Vnicuique porro armorum vice erat, vel quod ars offerebat, vel quod in re præsentis tumultuariè confecerat. Faces in manibus, saxa, fustes in promptu, vnus omnium cursus, vnus clamor, communis animorum alacritas: armabat eos ira, immò ad prælium ducebat. Ne mulieres quidem tunc armis carebant, hac nimirum occasione animos earum exacuate (radij autem ipsis hastarum loco erant) immo nec mulieres iam manebant, quippe quas zelus roborasset, atque in virilem fortitudinem animique magnitudinem traduxisset. Quid multa? pietatè omnes ita demum inter se partituros censebant, si ipsum diuiderent ac discerperent: atque is maiorem apud eos pietatis laudem habiturus videbatur, qui primus ei qui tantum facinus aggressus esset, manū iniiceret. Quid tum igitur audax ille & fastuosus iudex? Supplex erat, miserandus, calamitosus, quouis homine deiectionior: quoad in conspectum prodiens ille citra sanguinem martyr, & citra plagas victricem coronam affecutus, populo sui reuerentia ægrè represso, supplicem suum ac vexatorem à periculo vindicauit. Hæc sanctorum Deus, qui omnia facit, atque in melius commutat, qui superbis resistit, & humilibus gratiam admetitur. Quidni autem is, ⁴⁰ qui mare scidit, & fluminis cursum inhibuit, & elementis vim attulit, & manuum extensione trophæum erexit, vt exulem populum conseruaret, idem hunc etiã à periculis extraheret? Atque hîc mundanum externumque bellum conclusum est, finemque habuit Deo fauente lætum atque felicem, qualémque fides illius merebatur. Hinc verò iam Episcoporum, & eorum qui militia societatem cum illis inierant, bellum incipit: bellum cum per se admodum turpe & ignominiosum, tum subditis ipsis non minus perniciosum. Quis enim alios ad moderationem ac tranquillitatem inducere queat, sic affectis præsulibus? Ac tres quidem erant causæ, cur multi etiam antè parum æquo & amico erga eum animo essent. Prima, quòd in fidei negotio cum eo nequaquam consentiebant, nisi quantum ⁵⁰ id ipsis, cogente multitudine, necessariò faciendum erat. Altera, quòd dolorem ex ipsius electione conceptum nondum penitus ex animis eiecerant. Postrema, quòd se longè multumque ab eo gloria superari acerbissimè ferrent: tametsi id confiteri

*Matt. 27.
Ezech. 21.
Psal. 7.
Deus pœnitentiæ tempus aperit.*

Tumultuatur ciuitas propter Basil.

Furor arma ministrat.

Præf. deiectionis & liberatio.

*Iac. 4.
1. Pet. 5.*

Episcoporum bellum.

confiteri turpissimum esset. Oborta est & alia quædam similtas, quæ hæc omnia redulcerauit. ⁸⁰ Nam cum patria nostra in duas prouincias & Metropoles diuisa esset, ac multa ex priori nouæ Metropoli adiungerentur: ea de causâ inter illos dissidium excitatum est. Hic enim æquum esse dicebat, vt cum publicis dicecibus nostræ quoque simul ditiderentur: ob eamque causam eas parœcias, quæ nouæ prouinciæ nuper adiunctæ fuerant, vt iam ad se pertinentes atque ab illo distractas vendicabat. Basilus contra veteri consuetudine nitentur, atque huic diuisioni, quæ olim à Patribus facta fuisset, inhærebat. Atque ex hac contentione permulta mala partim iam accidebant, partim impendebant. Episcopos subdolè ad se pertrahebat nouus Metropolitæ, prouentus diripiebat, Ecclesiarum Presbyteros partim oratione inflectebat, partim subrogatis aliis eiiciebat. Ex quo efficiebatur, vt Ecclesiarum negocia deterius se haberent: vt pote quæ in partes ac studia scinderentur. Homines quippe rerum nouatione quodammodo delectantur, ac libenti animo ⁸¹ noxas suas obiter elucrantur: faciliusque est constituta labefactare, quàm labefactata in pristinum statum reducere. Quod autem illum magis in furorem agebat, ⁸² Taurici redditus ab ipso quidem obiter cernebantur, verum ad Cæsariensem deuehebantur. Sancti Orestis prouentus colligere maximi æstimabat: ad eò vt ipsius etiam iter facientis mulos aliquando corripuerit, ac ne vltra progredierentur cum prædatoria manu prohibuerit. Et quàm ²⁰ speciosus his rebus prætextus adhibebatur? Filij spirituales, & animæ, & fidei doctrina, cæteraque huiusmodi cupiditatis inexplebilis integumenta (res inuentu perfacilis) itémque illud, Vestigial hæreticis persolundum non esse: quisquis enim illi molestiã exhibebat, in hæreticorum numero habebatur. Nec tamen ille Dei sanctus sublimisque Hierusalem verè Metropolitæ aut errantes secutus est, aut hoc dissimulare sustinuit, aut paruum huius mali remediū excogitauit. Sed perspiciamus, quæso, quàm magnum & admirandum, & illius (quid enim aliud dicam?) anima dignum. Etenim dissidium hoc in Ecclesiæ lucrum emolumentumque conuertit, ex eaque calamitate insignem vtilitatem traxit, patriam nimirum pluribus Episcopis communiens. Ex quo tres præclarissimæ res secute sunt. Nam ³⁰ & animarum cura maior suscepta est: & quælibet ciuitas prouentus suos habuit: & bellum hac ratione compressum & extinctum est. Huius consilij vereor, ne velut appendix quædam ipse fuerim. Neque enim honestius ac speciosius verbum, quo vtar, occurrit. Nam cum cætera omnia huius viri facta, supra quàm dici queat, admirer: vnum hoc laudare nequeo (affectum enim animi confitebor, alioqui nec multis incognitum) eam nimirum, qua mecum præter morem vsus est, inhumanitatem ⁸³ ac diffidètiã, cuius mœrorem ne tempus quidem adhuc exhaurire potuit. Ex hoc etenim fonte mihi omnis vitæ inconstantia & perturbatio manauit, quòdque philosophari nequeam, aut certè nõ existimer: tametsi de posteriori non magnopere laborem. Nisi quis tamen hoc à me pro illius purgatione accipiat, quòd altius quàm pro hominis conditione sentiès, atque hinc, ⁴⁰ prius etiam quàm vita excederet, digressus, omnia ad spiritum referebat: atque amicitia iura atque officia, quæ alioqui sanctè colebat, hîc solùm aspernabatur, vbi Deum anteferri oportebat, atque antiquiores habere res in spe positas, quàm fragiles & caducas. Equidem mihi verendum esse video, ne dum apud eos, qui omnes illius laudes requirunt, negligentia culpam vitare cupio, in immodicæ prolixitatis crimen apud eos incidam, qui mediocritatè laudibus efferunt, quam nec ille contemnebat, sententiã hanc, ⁸⁴ Modus omnis optimus, in primis laudãs, ac toto vitæ curriculo seruans. Ego tamen vtriusque contemptis, nempe & iis qui breuitatis nimium studiosi sunt, & iis quibus nulla satis est proluxa oratio, hunc ⁵⁰ ferè dicendi modum tenebo. Alij aliud quidpiam rectè & cum laude faciunt, nonnulli etiam ex pluribus virtutis generibus quædam assequuntur: nemo autè est qui omnia ad summum absoluerit, eorum duntaxat, quos nunc cognoscimus: verum is apud nos præstantissimus habetur, qui vel plura complexus fuerit, vel

Cappadocia in duas prouinc. diuisa.

Antihimus.

sent.

Taurici redditus, & s. Orestis.

Basil. calamitatem in vtilitatem vertit.

Cleobuli sentent.

In Basilio virtutes omnes. *Bas. pauper- tas & di- uitiæ.* vnus numerus omnes expleuerit. At Basilius ita per omnia virtutū genera graf- satus est, vt in eo magnificentiæ suæ specimen edidisse natura videatur. Id quod hac demum ratione perspiciemus. Est qui paupertatem laudet, vitamque simpli- cem & superuacaneis rebus carentem. Illi verò quid vnquam fuit præter corpus ac necessaria carnis integumenta? Diuitiæ autem illi erant nihil habere, & crux, quam solam tota vita familiarem habebat, multisque pecuniis excellentiorem sibi esse existimabat. Neque enim fieri posse, vt quisquam omnia, etiam si velit, colligat: verum omnia aspernari licere, sicque omnibus rebus præstantiorem su- blimiorēque se præbere. Hac porro mente præditus atque ita comparatus, ara opus non habuit, nec inani gloria, nec publico illo præconio, ⁸⁵ Crates Cratetem *Crates Theb. Sent. Diogenes.* Thebanum libertate donat. esse enim optimus, non videri studebat. ⁸⁶ Nec verò in dolio ac medio foro habitabat, vt ex omnium largitione deliciosius viueret, inopiam in rerum copiam nouo modo conuertens: verum pauper erat ab omni gloria cupiditate alienus, atque omnibus facultatibus, quas vnquam habuerat, æquo animo proiectis leuiter facileque vitæ pelagus transmittēbat. Præclara res est continentia, & paruo contentum viuere, nec à voluptatibus superari, nec vē- tri tanquam truculento & fordido domino parere. Quis vnquā tenuiori ac par- ciori cibo vsus est, pene etiam dicam, perinde carnis expers? Nam ventris inglu- uiem atque ingurgitationem iis abiecerat, qui ab hominum natura ad brutorum naturam magis degenerarunt, quorūque seruilis est vita, atque in terram pro- na. Ipse autem nihil eorum, quæ semel in stomachum transmissa pari postmodū honore sunt, magni ducebat: verum necessariis tantum cibis, quandiu licebat, vi- tam sustentabat, solâque has voluptates ac delicias censebat, nempe à volupta- tibus & deliciis abhorrere, nec ob eam causam pluribus postea indigere: sed lilia & aues, quibus simplex & natiua est pulchritudo, & victus facilis atque ex tē- pore quæsitus ob oculos habere, quemadmodum Christus meus admonet, qui carnis paupertatem nostra causa subiit, vt nos diuinitatis ipsius opibus affluamus. Hinc illi tunica vna, & pallium vnum, & humi cubitatio, & balnei contemptio, & vigilia (illa eius decora & ornamenta) & cœna suauissima atque pulmentum, panis & sal, nouum inquam illud condimentū, & potio sobria & vberima, quam ³⁰ nobis nihil laboratibus fontes proferunt. Ex quibus, immò cū quibus rebus ori- ginem morbi morborūque curationes traxerunt: id quod commune vtriusque nostrum studium fuit. Decebat quippe me, cū cætera omnia inferiora, labore, calamitatum saltem æquam partem ferre. Eximia res est virginitas & cælibatus, atque in Angelorū naturâque singularis ordine censerī. vereor enim dicere Chri- sti, qui cū propter nos procreatos procreandus esset, ex Virgine procreatur, ⁸⁷ virginitatem lege præscribens, vt hinc abducentem ac mundum contrahentem, vel potius mundum ad mundum transmittentem, præsentem nimirum ad futu- rum. Quis igitur vel virginitatem maiori honore profecutus est, vel carnem legi- bus frenauit, idque non suo tantum exemplo, sed iis etiam studiis quibus incu- ⁴⁰ buit? Cuius sunt Virginum cœnobîa: cuius præcepta illa literis cōsignata, quibus cū omnes sensus coercēbat, tum membra omnia componebat, ac virginitatem verè seruare persuadebat, pulchritudinem ab iis rebus, quæ aspectu sentiuntur, ad ea quæ oculorum obtutum fugiunt, conuertēs, atque externam quidem homi- nis partem extenuans maciēque conficiens, flammæque materiam subtrahens, internam autem & occultam Deo, qui solus purarum animarum sponsus est, at- que infomes animas, si modò cum claris lampadibus & copiosa olei alimo- nia obuiam ipsi prodierimus, secum introducit, spectandam offerens. Ergo ⁸⁸ cū solitaria vita, & ea quæ societate gaudet, vt plurimum inter se dissiderent, ac pugnarent, neutraq̃e omnino vel commoda vel incommoda sua pura & ⁵⁰ immixta haberet, verum illa tranquillior quidem esset magisque sedata & con- stituta, Deoque coniungens: cæterum quia in eo instituto nec explorari nec ex comparatione cognosci virtus poterat, fastus non omnino expers esset: hæc

Bas. continētia.
Bas. tuni- ca vna.
Bas. cibis & potus.
Virginitatis & cæ- libatus laus.
Virginum cœnobîa.
Bas. libri de virgini- tate.
Matt. 25.
Vita ciuilib & mona- stica.

10
20
30
40
50

contra

contra occupatior quidem & fructuosior, verum à tumultibus minus libera: præ- clarè eas inter se reconciliauit, ac permisit, pietatis nimirum gymnasia & mo- nasteria extruens non tamen longo interuallo ab iis, qui in sodalitiis viuunt, re- mota, nec velut muro quopiam interiecto ea distinguens atque à se inuicem se- parans, verum propè coniungens ac dirimens: vt nec contemplatio communi- cationis expers esset, nec actio tranquillitate & speculatione careret: sed quem- admodum terra & mare, ita etiam hæ duæ vitæ commoda sua inter se commu- nicantes ad vnicam Dei gloriam concurrerent. Quid præterea? Egregia virtus est charitas, & pauperum alendorum studium, atque humanæ infirmitati opem *Monasteria à Bas. ex- tructa.* 10 ferre. Paulum extra ciuitatem pedem effer, ⁸⁹ ac nouam ciuitatem conspice, il- lud, inquam, pietatis promptuariū, commune locupletum ærarium, in quod non modò redundantes ac superflua opes, sed iam necessariæ quoque facultates illius cohortationibus reconduntur, tineas excutientes, fures non oblectan- tes, inuidiæ certamen & temporis corruptelâ effugientes. In quo morbus æquo animo toleratur, & calamitas beata censetur, & misericordia atque humanitas exploratur. ⁹⁰ Quid cum hoc opere Thebas septem portas habentes? Quid Aeg- yptias illas comparè? Quid muros Babylonicos, & Mausoli in Caria sepulchrū, & Pyramides, & Colossi æs immensum, & delubra mira magnitudine atque ele- ganti arte confecta, iam euerfa & prostrata, cæteraque omnia, quæ homines ad- *Charitas & paup. alend. stu- dium.* 20 mirantur, atque historiis prodiderunt: ex quibus omnibus præter inanem quan- dam & exiguam gloriam nulla prorsus vtilitas ad extructores rediit? Mihi verò nulla res perinde admirabilis videtur, atque compendiaria hæc ad salutem via, facilisque in cælum ascensus. Non iam oculis nostris triste & miserandum spe- ctaculum proponitur, homines ante mortem extincti, ac plurimis corporis mem- bris mortui, ciuitatibus expulsi, domibus, foro, aquis, ab hominibus etiam sibi charissimis, nominibus potius quàm corporum lineamentis noti: nec in publicis cœtibus celeberrimisque conuentibus secundum sodalitia & contubernia offe- *Matt. 6. Bas. vale- tudinarius. Orbis mi- racula.* 30 runtur, odio potius ob morbum quàm miserationi habiti, miserabilium cantio- num artifices, si quibus tamen vox quoque ipsa superest. Quid nostras omnes calamitates commemorem, atque amplificem, cū nulla oratio tanto malo par inueniri queat? At ille omnium maximè nobis persuasit, vt, cū homines simus, homines ne contemnamus, nec nostra in illos crudelitate Christum vnum om- nium caput ignominia afficiamus: sed in alienis calamitatibus nobis ipsis optime consulamus, Deoque misericordiam, qua ipsi egemus, sceneremur. Quocirca ne labra quidem vir generosus & generosis parentibus ortus nominisque splendore clarissimus ægrotis admouere grauabatur, sed vt fratres amplectebatur, non vt quispiam fortasse existimauerit, inanem gloriam captas (Quis enim ab hoc affe- ctu remotior?) verum id agens, vt sapientissimo ipsius exemplo cæteri quoque ad ægrotorum corporum curationem accedere non vererentur. Ita non modò lo- *Leprosi.* 40 quendo sed etiam tacendo eos cohortabatur. Nec verò institutum hoc in ciui- tate quidem florebat, cæterum in reliqua regione externisque locis non perinde florebat: verum omnibus populi præfectis humanitatis erga pauperes liberali- tatisque certamen commune proposuit. Et aliorum quidem coqui, & lautissimæ mensæ, & cupediariorum lenocinia & scitamenta, & elegantes currus, & vestes molles latèque diffluentes: Basilius autem ægroti, & vulnerum cura, & Christi æ- mulatio: tametsi non sermone sed actione lepram purgaret. Quid ad hæc nobis dicturi sunt, qui homini fastum superciliumque obiciunt: iniqui sanè ac duri re- rum huiusmodi iudices, ⁹¹ atque obliquæ & peruersæ regulæ admouentes. An *Basilium à superbia purgat. Luc. 18. philip. 2. Luc. 5. Ioan. 13.* 50 uersus sanos & valentes supercilium attollere? Eum qui carnes continētia atque inedia conficiat, inani animi fastu turgere? Eum qui Pharisæum insectetur, atque illius deiectionem ex arrogantia natam commemoret, Christumque ad formam vsque seruilem sese demisisse, & cum Publicanis esitasse, & discipulorum pedes

Monasteria à Bas. ex- tructa.
Charitas & paup. alend. stu- dium.
Matt. 6. Bas. vale- tudinarius. Orbis mi- racula.
Leprosi.
Eph. 4. 5. Pro. 19. Bas. lepro- sos oscula- tur.
Basilium à superbia purgat. Luc. 18. philip. 2. Luc. 5. Ioan. 13.

abluisse, nec crucem recusasse sciat, ut peccatum affigeret (quanquam quid hoc mirabilius, ²² Deum, qui capi atque expugnari nequit, ac perpeffione omni sublimior est, pendentem & quidem cum latronibus, & prætereuntium ludibrio expositum intueri?) Estne, inquam, verisimile eum superbia efferri, seque omnibus anteferre, quemadmodum illius obrectatoribus videtur? Sed illi, ut opinor, morum constantiæ atque exactæ grauitati fastus nomen imposuerunt. At iidem homines facillè quoque mihi facturi videntur, ut & fortem temerarij nomine appellant, & prudentem ac circumspectum timidi, & temperantem agrestis & inhumani, & iustum crudelis atque ab hominum confortio abhorrentis. ²³ Neque enim hoc quidam malè tradiderunt, virtutibus adiuncta & quodammodo
10 vicina esse vitia, nihilque facilius esse, quàm ut ab illis, qui huiusmodi rerum scientiam non habent, res quædam aliud esse iudicetur, quàm reuera sit. Quis enim magis aut virtutem ornauit, aut vitium coërcuit? quis vel officio probe functis benigniorem ac suauiore, aut peccatibus seueriorem molestiorè que se præbuit: utpote cuius vel leuis etiam risus laudationis instar esset, & silentium obiurgationis, in propria nimirum cuiusque conscientia culpam explorans. Quod si minimè facetus ac scurrilis & circumforaneus erat, nec ut imperitiæ multitudini gratus esset, omnia omnibus fiebat & obsequebatur: quid tum? Nonne laudem potius quàm reprehensionem hoc nomine meretur, saltem apud mente præditos
20 Nisi quis leonem etiam accusandum putet, quod simiæ parem oculorum obtutum non habeat, sed toruum quiddam & horrificum ac regium intueatur: cuius ipsæ quoque saltationes fortes & generosæ sunt & cum admiratione iucundæ: atque etiam scenicos ut suaues & humanitatis plenos admiretur, quoniam populi voluptatibus inseruiunt, colaphosque sibi inuicem in malam impingendo, strepitumque ciendo risum ei mouent. Quanquam etiam, si hoc quæramus, quis in colloquiis vitæ consuetudine adeò iucundus, quantum quidem ipse cognosco, qui maximè illius mores expertus sum? Quis in narrando festiuor? Quis in iocando eruditior? Quis in obiurgando lenior? Sic ut neque castigatio in ferocitatem, neque indulgentia in mollitiem recideret, sed vtriusque excessum fugeret, utroque cum ratione & tempestiuè vtens, iuxta Solomonis leges omnibus
30 rebus tempus constituentis. Sed quid ista sunt præ illius dicendi facultate palmæque doctrinæ, qua extremas orbis partes inter se conciliauit? Adhuc in montis radicibus versamur, à vertice remoti: adhuc fretum traicimus relicto magno & profundo Oceano. Sic enim existimo, si qua vnquam fuit vel futura est buccina, in aërem quàm latissimè penetrans, aut vox Dei totum orbem complectens, aut vniuersæ terræ motus nouo quodam & mirando modo exortus, hæc omnia vocem illius ac mentem fuisse, tantò omnes superantem ac post se relinquentem, quantò nos brutis animantibus superiores sumus. Quis seipsum magis spiritui purgavit, atque ita præparauit, ut dignus esset, qui oracula diuina explicaret? Quis rursus scientiæ luce vberius collustratus est, & profunda spiritus prospexit,
40 ac cum Deo quæ Dei sunt, perquisiuit? Quis porrò dictionem habuit animi sensa melius interpretantem, ita ut neutro, multorum instar, claudicaret, nempe vel mente sermonis experte, vel sermone mentis inope: verum parem in vtroque laudem obtineret, parque ipse sibi haud dubiè esset verèq; integer & absolutus. Spiritum quidem sanctum omnia scrutari, etiam profunda Dei scriptura testatur, non ut ignorantem sed ut contemplatione maiorem in modum sese oblectantem. At Basilius omnia, quæ spiritus sunt, inuestigauit. Ex eoque mores omnes erudiuit, ac ²⁴ sublimiter loqui docuit, hominumque animos à rebus præsentibus distractos ad futura traduxit. Laudatur apud Dauidem Solis pulchritudo, & magnitudo, & cursus, & pernitas, & vis ac facultas: quippe qui sponsum nitore, gigantem magnitudine referat, ac longè latè que progredièdo tantam vim
50 habet, ut ab extremis æquabiliter extrema collustret, nec locorum interuallis calor ipsius villo modo mainatur. Basilio itidem pro pulchritudine virtus fuit, pro magnitudine

Matt. 27.

Vitia virtutibus vicina.

Simil.

Basil. vrb. nitas.

Eccle. 3. 8. Basil. eloquentia.

Prom.

Basil. doctrina.

1. Corin. 2.

Psal. 18. Comp. Basil. cum Sole.

magnitudine Theologia, pro cursu perpetua virtutis agitatio, continuisque incrementorum gradibus ad Deum ferens, pro viribus denique doctrinæ semen ac distributio: adeò ut nihil sit, cur mihi dicere verendum sit, In omnem terram
10 sonum illius exiisse, atque in fines orbis terræ vim illius verborum: quod de Apostolis Paulus dixit à Dauide mutuatus. Quænam hodie alia vllius cætus lætitiæ? quæ conuiuiorum voluptas? quæ fori? quæ Ecclesiarum? quæ priuatorum delictiæ? quæ monachorum aut cœnobarum seu societate gaudetium? quæ vel eorum qui à negociis sese remouerunt, vel eorum qui in rebus gerendis versantur? quæ vel eorum qui prophanæ, vel eorum qui nostræ disciplinæ studium profiterentur? Vna & perpetua & maxima oblectatio, illius opera & lucubrationes. Nec
20 scriptoribus materia vlla alia & copia post eum præter ipsius scripta suppetit. Si lentur vetera, quæcunque in diuinorum oraculorum explanatione à quibusdam elaborata sunt: noua prædicantur: atque is apud nos eruditissimus habetur, qui libros ipsius maxime intelligit, ac linguâ versat, auribusque instillat. Vnus enim omnium loco satis superque est studiosis ad eruditionem comparandam. Hoc tantum de eo dicam. Cum Hexaemeron illius in manus sumo, atque in ore habeo, cum Creatore coniungor, ac creationis rationes cognosco, Creatorè que
30 magis admiror ac suspicio, quàm prius solebam, cum solo aspectu magistro vterer. Cum aduersarios ipsius libros lego, Sodomiticum ignem video, quo perniciosæ ac sceleratæ linguæ in cinerem rediguntur, ²⁵ aut Chalanæ turrim, ut malè constructam, ita rectè interruptam atque compressam. Cum tractatum, quem de Sp. sancto conscripsit, euoluo, Deum, quem habeo, nanciscor, ac libero & præfidenti animo veritatem cõfiteor, illius videlicet Theologiæ ac speculationi insistens. Cum alias eius enarrationes perlego, quas rudioribus atque ingenio minus acuto præditis explanat, ²⁷ trifariam in solidis cordis sui tabulis describens: eò adducor, ut in externo literæ cortice minimè consistam, nec verborum tantum superficiem spectem, sed ut ulterius progrediar, atque ex gurgite ad gurgitem
40 adhuc pergam, abyfso abyfsum accersens, ac lumine lumen inueniens, quoad usque ad summum tandem verticem peruenero. Cum Martyrum Encomia lego, corpus asperror, & cum iis, qui laudibus efferuntur, animo versor, atque ad certamen excitor. Cum Orationes eas, quas de moribus ac bene viuendi ratione scripsit, in manus accipio, animo & corpore purgor, templumque Dei capax efficior, atque instrumentum musicum à Spiritu pulsatum, diuinamque gloriam & potentiam decantans. Hoc reconcinno & compono, atque in alium virum migro, diuinitusque immutor. Quoniam autem Theologiæ mentionem feci, eiusque in dicendo sublimitatis, qua ille in eo potissimum argumèti genere vsus est: hoc adhuc superioribus adiungam. Simplicibus enim & imperitis vtilissimum est prouidere, ne damno afficiantur, malè & sinistrè de ipso existimantes. Mihi
50 sunt, vitiis suis opem ferre moliuntur. Ille etenim pro recta fide ac doctrina, & trinitatis sanctæ coniunctione & coniuinitate, aut si quo magis proprio & perspicuo verbo res ea notari potest, non modò Archiepiscopali throno, ad quem ne à principio quidem cupidè profilierat, eiici atque exturbari, sed etià exilium & corporis cruciatus ac mortem denique ipsam prompto alacrique animo pertulisset, ac lucro potius quàm periculo deputasset. Hoc verò ita esse apertè declarant ea, quæ & fecit, & passus est: ut qui etià ob veritatis defensionem exilio multatus nihil amplius sategerit, quàm ut vnum ex comitibus acceptis pugillaribus iuberet se sequi. Cæterum sermones cum iudicio dispensare de Dauidis consilio & sententiâ necessarium esse iudicabat, atque aliquantisper belli tempus & hæreticorum principatum tolerare, quoad libertatis tempus tranquillitatisque successisset, linguæque libertatem ac licetiam attulisset. Illi enim nudam atque apertam vocem, quæ Sp. sancto diuinitatem tribueret, arripere cupiebant (quod quidem tametsi verum erat, impium tamen illis, ac nefario impietatis an-

Psal. 18. Rom. 10.

Scripta Basil.

Hexaemeron.

Basil. aduersarij libri.

Gen. 19. Tract. de Sp. sancto. Enarrationes.

Prou. 22. Psal. 41. 35.

Martyrum laudes.

Orat. morales.

Theologia.

Basil. à calumniis purgat.

vnaqueque & sua.

Psal. 111.

Basil. circa sermones dispensatio.

tistiti videbatur) vt eo cum summa Theologica lingua ciuitate pulso, Ecclesiam ipsi occuparent, eamque sceleris sui propugnaculum praesidiumque facerent, vnde postea velut ex arce quadam omnia, quae reliqua erant, popularentur, atque incurfionibus peruastarent. Quas eorum insidias vt eluderet Basilius, aliis quidem vocibus e scriptura petitis, testimoniisque minimè dubiis eandem vim habentibus, necessariisque argumētis aduersarios ita comprimebat, vt nullo modo repugnare atque in contrarium niti possent: sed, quae maxima disputationis & ingenij virtus est, propriis vocibus constringerentur: quemadmodum is liber, quem hoc argumento edidit, perspicue ostendet, in quo calamum quasi ex spiritu pyxide mouet. Sed tamen propriam & apertam vocem interim vsurpare differebat, tum ab ipso spiritu, tum ab aliis etiam synceris ipsius propugnatoribus gratiam petens, ac rogans, ne hoc suo consilio offenderentur, nec committerent, vt dum vnam voculam mordicus retinere conarentur, propter inexplebilem cupiditatem omnia perderent, conuulsa nimirum turbulentissimo tempore ac distracta pietate. Ipsos enim nihil ex eo incommodi ac detrimenti accepturos, si dictiones paulum immutentur, modò aliis verbis eadem doceantur (neque enim salutem nostram in sermone magis quam in rebus consistere: quippe cum ne Iudaei quidem reiiciendi sint, si ad aliquod tempus pro Christo vocem vincti sibi concedi postulant, religioni nostrae assentiri vellent:.) At Reip. non posse maiorem pestem ac perniciem afferri, quam si ab hereticis occuparetur Ecclesia. Nam quòd alioqui melius quam quiuis alij Sp. sanctum Deum nosset, cum ex eo perspicue constat, quòd & hoc saepe de loco superiore, quoad per tempus licebat, praedicauit, & priuatim apud eos, à quibus interrogabatur, haud cunctanter confessus est: tum verò in suis ad me sermonibus apertius id ostendit (neque enim quicquam vnquam, cum de his rebus mecum colloqueretur, animo tectum occultumque habuit) non simpliciter hoc affirmans, sed quòd antea ipsi perarò acciderat, sibi rem omnium maximè horredam imprecatus, nempe vt ab ipso Spiritu excideret, nisi cum Patre & Filio Spiritum vt consubstantialem & aequalem coleret. Quòd si quis in huiusmodi rebus me illius socium admiserit: aliquid, quòd plerisque incognitum antè fuit, euulgabo. Nam cum temporis angustiis premeremur, hanc ipse rationem iniebat, vt sibi quidem verbi dispensationem, nobis autè, quos ob nominis obscuritatè nemo accusaturus patriaq; eiecturus esset, loquedi libertatem committebat. Atque ita Euangelium nostrum firmum & validum erat, vtriusque auxilio suffultum. Nec verò hæc eò à me commemorata sunt, vt illius glorià oratione mea defenderè (prestantior enim est, quam vt accusatoribus, si qui tamen sunt, in ipsius famam quicquam liceat: sed ne iis solis vocibus, quae in illius libris reperiuntur, pietatem circumscribentes, imbecilliori fide nitantur, eamque de diuinitate disserendi rationem, quam ei tempus illud non sine spiritus numine afferebat, versuta malitiae suae pretextant: verum eorum quae scripsit, sensum ac scopum, quem sibi in scribendo proponebat, expendentibus ad veritatem magis accedant, atque impiae doctrinae professoribus os obstruant. Mihi quidem omnibusque qui me charum habent, vtinam adsit illius Theologia. Atque adeò tam certam de ipsius circa hanc rem animi puritate fiduciã habeo: vt præter alia omnia hoc quoque cum eo commune habere non recusem: ita vt illi mea, mihi vicissim illius omnia & apud Deum & apud candidissimos quosque homines adscribatur. Nam neque Euangelistas idcirco inter se pugnare dixerimus, quoniam alij in exponenda Christi humanitate plus operæ posuerunt, alij ad explicandam diuinitatis materiam se contulerunt: atque alij ab humana natiuitate, alij ab his rebus, quae naturam nostram superant, opus suum auspiciati sunt: sic videlicet prædicatione inter se partiti, vt eorum, qui eam excipiebant, utilitas ferebat, atque à spiritu quem domesticum habebant, ita informati edoctique. Age igitur, cum multi viri tum in veteri tum in nouo testamento pietate illustres extiterint, legislatores, militares duces, Prophetæ, doctores, fortes vsque ad sanguinis profusionem,

Quatenus de dictionibus curandum.

Pestis omnium maxima.

Spiritus sancti diuinitas.

Basilius Gregorio loquendi libertatem committet.

Euangelistae non inter se pugnant.

Basilius cum patribus vtriusque testamenti collatio.

profusionem, cum illis Basilius nostrum conferamus: vt hinc, qualis fuerit perspiciamus. Adam hoc honore affectus est, vt Dei manu crearetur, & deliciarum paradiso frueretur, legemque primam acciperet: attamen ille, nequid ob primigeni parentis reuerentiam contumeliose dicam, præceptum non seruauit. Hic autem & illud accepit, & conseruauit: nec à scientiae ligno noxam contraxit, & flammeum gladium prætergressus haud dubiè ad Paradisum peruenit. Enos primus spe ad Dominum inuocandum adductus est: hic autem non solum inuocauit, sed; quòd inuocatione multò præstantius est, aliis quoque promulgauit. Enoch translatus est, exiguae pietatis præmium (fides enim adhuc in umbris erat) hac translatione consecutus, vitæque sequentis periculum effugit: huius autem vita omnis nihil aliud quam translatio erat, quippe qui perfecte in vita perfecta probatus & exploratus fuerit. Noè arca commissa est, & secundi mundi semina paruo ligno concredita & in aquis conseruata: hic autem impietatis diluuium effugit, suamque ciuitatem salutis arcam effecit, in hæreticorum vndis facile & leuiter supernatantem, atque ex eò vniuersum orbem recuperauit. Magnus Abraham, & Patriarcha, & noui sacrificij sacrificator eum quem ex promissione acceperat, beneficij auctori offerens, victimam paratam & alacrem atque ad caedem properantem. Atqui nec parua huius nostri laus est, qui seipsum Deo obtulit, nec quicquam in eius locum, tanquam ipsi par (quidnam enim illud esset?) substitutum est, sed plenè perfecteque litatum. Isaac etiam antè quam in lucem ederetur, promissus est: hic autem sponte seipsum promisit, ac Rebeccam, hoc est Ecclesiam non procul quaesitam sed è propinquo uxorem asciuit, nec per seruilem legationem, sed diuino beneficio concessam atque commissam: nec in filiorum prælatione circumuentus est, sed unicuique, quòd promerebatur, cum spiritus iudicio & delectu sine vlla fraude ac circumscriptione tribuit. Iam verò Iacobi scalam & columnam eam laudo, quam Deo vnxit, eius præterea cum eo colluctationem, quaecunque tandem illa erat, vt quidem ipse opinor, humanæ moduli cum diuina sublimitate comparatio & contentio⁹⁹ vnde etiam humanæ naturæ superata signa gèstat. Quin & illius circa ouium greges calliditatem ac solertiam & facilitatem, & duodecim ex eo natos Patriarchas, & benedictionum partitionem cum egregia futurarum rerum prædictione coniunctam laudibus veho. At huius quoque non conspectam tantum, sed & transitam & quotidianis virtutum gradibus conscensam scalam laudo, & columnam, quam Deo nõ quidem vnxit, sed erexit, impiorum dogmata ad infamiae sempiternæ notam inusta habentem, dimicationemque eam, quam non aduersus Deum, sed pro Deo suscepit, hæreticorum doctrinam profligantem: ac præterea pastorem illius artè, ex qua locupletatus est, plures oues nota distinctas, quam non signatas adeptus: elegantem item & numerosam sobolem secundum Deum procreatam: ac denique benedictionem, qua multos fulciuit. Ioseph dispensator fuit, sed Aegypti solus, neque id sæpius, nec nisi corporeo modo. At hic & omnium, & semper, & spiritali modo: quòd quidem illa frumenti erogatione mea quidem sententia longè excellentius atque augustius censendum est. Cum Iobo tētatus est, ac superior discessit, confectisque certaminibus illustri præconio victor pronunciatum est, nullo incurfantium acerbitatum (quae multae fuerunt) impetu labefactatus, sed tentatorem nullo negotio superans, atque amicorum calamitatis arcanum ignorantium inconsultam orationem compefcens. Moses & Aaron in sacerdotibus eius. Et magnus quidem Moses, qui Aegyptum vexauit, populum cum signis multis prodigiisque seruauit, in nubem perripit, duplicem legem sanxit, alteram literalem & externam, alteram internam & spiritualem: Aaron autem Mosi & corpore & spiritu frater pro salute populi orationes fundens, & sacrificia offerens, magni illius & sacrosancti tabernaculi mystes, quòd fixit Dominus ac non homo. Vtriusque horum æmulus fuit Basilius, gentem hæreticam nõ corporeis, sed spiritalibus & rationalibus plagis excrucias, ac peculiarem populum

Adam: Gen. 1.2: Gen. 3:

Enos: Gen. 4:

Enoch: Gen. 5:

Noe: Gen. 7:

Abraham: Gen. 22:

Isaac: Gen. 18:

Gen. 24: Gen. 27:

Iacob: Gen. 28:

Gen. 32:

Gen. 30: Gen. 49:

Ioseph: Gen. 41:

Iob:

Psal. 98: Moses:

Aaron:

Heb. 8:

& bonorum operum sectatorem ad promissionis terram ducens, tabulisque quæ non confringuntur sed conseruantur, leges non iam obscuras & umbratiles, sed prorsus spirituales inscribens, atque aded in sancta sanctorum non semel quotannis, sed sæpius, & vt ita dicam, quotidie ingrediens, atque hinc nobis sanctam Trinitatem patefaciens, ac postremò non temporariis asperisionibus sed purificationibus æternis populum purgans. Quid pulcherrimum habuit Iosue? militare præfecturam, & partium distributionem, terræque sanctæ occupationem. Quid noster? nonne imperator, nonne dux eorum, qui salutem per fidem assequuntur? nonne diuersarum hæreditatù ac sedium, quæ apud Deum sunt, assignator, quas militibus suis distribuit? Aded vt commodè his verbis vti possit, Funes ceciderunt mihi inter fortissimos: Et rursus, In manibus tuis hæreditates meæ, hæreditates vtique terrenis ac direptioni obnoxii multò præstantiores. Atque vt Iudices & Iudicum clarissimos quosque prætereamus, Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius, atque ante natiuitatem datus, & post natiuitatem confestim sacer, ac cornu suo reges & sacerdotes vngēs. Quid Basilius? Nonne ab infantia & ab ipsa matrice Deo consecratus, ac cum diploide altari oblatu est, & cœlestia perspiciēbat, & Christus Domini erat, & vnctor eorum qui spiritualiter initiabantur? Dauid inter reges magni nominis, cuius cum multæ de hostibus victoriæ ac triùphi historiis proditi sunt, tum præcipuum decus & ornamentum est clementia, & ante regiam dignitatem vis citharæ mali spiritus excantatrix. Solomon cordis latitudinem à Deo postulauit, & impetrauit, eoque sapientiæ & contemplationis progressus est, vt omnes suæ ætatis mortales nominis celebritate superaret. Basilius autem, nisi me opinio fallit, nec illi clementiæ, nec huic sapientiæ laude quicquam, aut minimum certè concedit: aded vt imperatorum quoque dæmonum intemperis actorum furorem emolliret, nec regina tantum Austri, aut quidam duntaxat homines sapientiæ ipsius fama permoti è finibus terræ ad eum se conferrent: sed omnibus orbis finibus sapientia ipsius nota esset. Ac sequentē Solomonis vitam silentio præteribo, tametsi omnibus perspectam & exploratā, etiam si ipsi dicere superse deamus. Laudibus Heliam effers, quod mira animi libertate tyrannos allocutus sit, ac per ignem acceptus fuerit: Elysei etiam præclarā hæreditatem, Meloten inquam illam, quam Helix spiritus comitatus est: Huius quoque vitam lauda in igne traductam, id est in tentationum agmine, ac salutem per ignem partam, vrentem quidem illum, sed non perurentem (quod de admirando illo rubo scriptura prodidit) sublimitatque ipsi datam pellem, nimirum carnis extenuationem & maciem. Mitto irroratos in flammis adolescentes, & in ventre ceti precantem fugitiuum Prophetam, atque ex bestię præcordiis quasi è thalamo prodeuntem, & iustum illum leonum furorem in lacu constringentem: mitto septem Maccabæorum dimicationem, qui cum sacrosancta parente in sanguine atque omnibus tormentorum generibus consummati sunt. Quorum vt tolerantiam æmulatus est Basilius, ita gloriam quoque est assecutus. Transeo nunc ad nouum Testamentum, ac cum præclarissimis illius viris vitæ ipsius rationem conferens ex magistris discipulum honorabo. Quis præcurfor Iesu? Ioānes, vt vox sermonis, & vt lychnus luminis, ante quem & in ventre exiit, & ad inferos per Herodis furorem transmissus est, vt illic quoque mox venturum prædicaret. Quod si cui durior atque audacior hæc forte videatur oratio, illud prius cogitet, me in hac comparatione nō id agere, vt eorum, qui è mulieribus nascuntur, maximo Basilium vel anteponam, vel ex æquē: sed vt eum æmulatorem illius fuisse ostendam, atque ex eius forma & caractere non nihil in seipso circuntulisse. Non enim probis viris atque honesti studiosis exiguam laudē affert summorum virorum quamuis parua imitatio. annon enim philosophiæ illius imaginem perspicuè in seipso expressit? Ipse quoque in deserto habitanti, qui Christi præcō fieret, & si non præcurfor: atque ad eum egrediebatur non solum omnis vicina regio, sed etiam externa & lōgè distita. Ipse quoque inter duo

testamenta

testamenta mediis, illius videlicet literam abrogans, huius spiritum promulgans, ac per externæ & visibilis legis antiquationem absconditam legem implens. Petri zelum, Pauli contentionem & acrimoniam prædicationis imitatus est, illorum, inquam, elari nominis virorum, nominisque mutationem assecutorum, atque vtriusque fidem, filiorum Zebedæi grandiloquentiam, Discipulorum omnium frugalitatem & superfluarum rerum contemptum. Propterea clauis etiam cœlorum ipsi committuntur, nec ab Hierosolyma tantum vsque ad Illyricum, sed maiorem circulum Euangelio complectitur, filiusque tonitruum non quidem nominatur, sed efficitur, atque ad Iesu pectus iacens illinc vim dicendi & profunda animi sensa trahit. Nam Stephanus fieri, quanquam ad id parato esset animo, prohibitus est, pudore nimirum ac reuerentia compresso lapidantium impetu. Atque vt de his rebus compendiosius adhuc loquar, ne singulis recensendis sermonem nimium producam, res præclaras ac laudandas partim ipse inuenit, partim æmulatus est, partim superauit. In quantum autem omne virtutis genus excoluit, omnibus nostræ memoriæ hominibus palmam præripuit. Vnum omnibus adiciam, idque breue. Tanta ipsius virtus fuit, gloriæque affluentia, vt multa ex paruis ipsius rebus, atque aded ex corporis vitiis ab aliis ad gloriam nominisque claritatem parandam excogitata sint. Cuius generis sunt, pallor, barba, certus incedendi modus, tum etiam non admodum cupidè promptèque loqui, sed vt plurimum cogitandum atque intrò ad se cōuersum esse (id quod multi non rectè imitantes nec animaduertentes in tristitiam atque inamœnam quandam austeritatem inciderunt) vestis etiam genus, & lectuli forma, & esitandi ratio: quorum ille nihil studio ac de industria, sed simpliciter temerèque faciebat. Ac multos iam Basilios specie tenus videre licet, quasi statuas in umbris: nimiùm enim illis dederò, si eos resonabili Echus voci similes esse dixerò. Nam illa quamuis postremam duntaxat sermonis partem, expressius tamen refert atque exprimit: hi autem longius ab eo distant, quàm quantum accedere concupiscunt. Illud verò non iam parui momēti, sed permagni ad gloriam ponderis meritò existimatur, commercium cum eo aliquando habuisse, aut eum coluisse, aut quidpiam ab eo ioco vel seridè dictum aut factum monimēti loco ferre: quemadmodum ipse quoque sæpe gloriatus sum. Quandoquidem quæ ab illo neglectim ac perfunctoriè fiebant, multò præstantiora & illustriora sunt, quàm ea in quibus alij elaborant. Cum autem cursu confecto fidèque seruata resolutionis desiderio teneretur, tempusque coronarum appeteret, atque illud quidem non audiuisset, Ascende in montem, & morere, verum, Morere, atque ad nos ascende: hinc quoque miraculum edit superioribus nequaquam inferius. Nam cum ferme mortuus & exanimis esset, maximaque ex parte vita perfunctus, circa extremos sermones inualefcit, vt cū pietatis verbis abscederet, ac fidelissimis sui cultoribus ad Ecclesiasticos gradus prouehendis manum & spiritum præberet ne sacrario fraudarentur, quos discipulos atque in sacerdotio adiutores habuerat. Ad ea quæ sequuntur, grauatim quidem, sed tamen se conferet oratio, licet aliis potius quàm nobis hic sermo conueniat. Nec enim in dolore philosophari queo, & si vt philosopharer, vehementer contenderim: dum mihi in animum subit communis damni memoria calamitatisque illius, quam illius mortè totus terrarum orbis accipit. Iacebat ille extremos spiritus ducēs, atque à cœlesti choro, ad quem iam pridem oculos cōuersos habebat, expetitus. Circumsusa autem illi erat tota ciuitas calamitatem hanc ægerrimè ferens, ac discessum perinde ac tyrannidem accusans, eiusque animam non secus ac si vel manibus vel precibus retineri ac cogi posset, arripere tentans. Mentis enim errorem ex mœrore contraxerant, nec quisquam erat, qui non aliquam vitæ suæ partem, si fieri posset, illius vitæ addere paratus esset. Vt autem victi sunt (oportebat enim eum hominem inueniri atque conuinci) atque ipse ad Angelos eos, à quibus abducebatur, postrema hæc prolocutus, In manus tuas commendo spiritum, animam letus ex-

Petrus Paulus.

Ioānes Jacobus: Matt. 16: Rom. 15: Marc. 3: Ioan. 13: Act. 7.

Et vitia corporis Basilii nonnulli viderunt imitari.

Echo: simil.

Basil. mors.

Piorum animæ abducuntur ab Angelis. Luc. 6: Psal. 30.

Funus Basilij.

Luc. 8. Act. 5.

Psalmodia in funere.

Sancti pro vivis sacrificia offerunt, & preces fundunt.

Ad quid sanctorum historia conducat.

Basil. alloquitur.

Sentent. Basilium orat Greg.

halasset, non ante tamen quam sacrosancta doctrina eos, qui aderant, non nihil instruxisset, extremisq; alloquiis meliores effecisset. Tum vero miraculum omnium, quæ vnquam fuerunt, celeberrimum designatur. Efferebatur vir sanctus, sanctorum manibus exaltatus: atque omnes operam dabant, partim vt fimbriam arriperent, partim vt umbram, partim vt feretrum, quo sanctus portabatur, vel solum attrectarent (quid enim illo corpore sanctius ac purius?) partim vt propius ad eos qui corpus ferebant, accederent, partim vt aspectu solo fruerentur, tanquam eo quoque vtilitatis aliquid afferente. Plena erant fora, porticus, distega & tristega hominum illum deducendum, præeuntium, sequentium, affectantium, seque inuicem conculcantium, multa millia hominum omnis generis & ætatis ante eum diem incognita. Psalmodiæ luctu interrompebantur ac vincebantur: patientia doloris magnitudine frangebatur. Certabant nostri cum exteris, cum Ethnicis, Iudæis, aduenis, iisque vicissim nobiscum, vtris vberiores lachrymæ vberiore vtilitatem afferrent. Vt finem faciam, in periculum etiam luctus definit, pluribus nimirum hominibus illa propulsione & protrusione violentia extinctis, atque hinc simul cum eo digressis: qui etiam mortis nomine felices existimati sunt, vt ipsius itineris comites, atque, vt feruentiorum quispiam dixerit, funebres victimæ. Tandem corpus vix raptoribus elapsum, ac prosequentium victor in parentum sepulchro conditur, ac sacerdotibus sacerdotum princeps, prædicatoribus magna vox meisque auribus insonans, Martyribus martyr adiungitur. Ac nunc ille quidem in cœlis est, illicque, vt opinor, sacrificia pro nobis offert: ac pro populo preces fundit (neque enim ita nos reliquit, vt prorsus reliquerit) Ego autem semianimis & semifectus Gregorius: vt pote à præclara illa coniunctione abruptus, ac tristem vitam & difficilem trahens, vt probabile est eum, qui ab eo dissociatus sit, haud scio quid de me tandem fiet illius castigatione priuato. Quanquam nunc quoque ab eo admoneor, ac per nocturna visa castigor, si quando ab officio recessero. Nec verò ipse solum luctus laudibus adiungo, atque illius vitæ rationem literis mando, ac tempori communem virtutis tabulam, salutiferumque omnibus Ecclesiis omnibusque animabus exemplum propono, in quod velut in viam quandam legem intuentes vitam nostram dirigemus: sed nec vobis, qui ab illo doctrina sacra imbuti estis, quicquam aliud consuluerim, quam vt eam vobismetipsis semper proponatis, ac tanquam ipse & vos videat, & à vobis videatur, spiritu instauremini. Adeste iam omnis illius cœtus, tam clerici quam populares, tam nostri quam exteri, atque encomium ipsius mecum contexite, alius aliam quampiam illius virtutem exponentes & conquirentes, qui thronis insidetis, magistratus principem, qui Rempub. geritis, ciuitatis principem, multitudo moderatorem, studiosi præceptorem, virgines pronubum, coniugata castigatorem, solitarij pennarum aptatorem, cœnobiaci iudicem, simplices itineris ducem, speculationis amantes Theologum, hilares frenum, calamitosi solatium, senes baculum, iuuenes pædagogum, pauperes largitorem, locupletes dispensatorem. Quin mihi quoque videntur & viduæ patronum suum laudaturæ, & orphanum patrem, & pauperes pauperum studiosum, & peregrini hospitem, & fratres fratrum amatorem, ægotantes medicum cuiuscunque volueris morbi & medicinæ, & sani fanitatis custodem, omnes denique eum, qui omnibus omnia factus est, vt omnes aut quamplurimos elucraretur. Habes hæc à nobis, Basilij, hoc est à lingua quondam tibi suauissima, atque honore & ætate æquali. Quæ si ad virtutis tuæ meritum propè accesserint, beneficium id tuum est. (Te enim fratrus hanc orationem institui) sin autem longè infra illius dignitatem & spem tuam substiterunt, quid facere homo & senectute & morbo & tui desiderio cōfectus? Quanquam Deo quoque gratum est, quod viribus respondet. Tu verò sacrum & diuinum caput, nos cœlitus inspicias, carnisque stimulum à Deo nobis ad disciplinam datum, aut precibus tuis sistas, aut persuadeas, vt forti animo perferamus, omnem vitam nostram ad id, quod maximè conducibile est, dirigas: nõsque

10

20

30

40

50

que posteaquam ex hac vita migrauerimus, illic tabernaculis tuis excipias, vt simul viuentes, & sanctam ac beatam Trinitatem, cuius nunc exiguam speciem & imaginem accepimus, purius perfectiusque conspicientes, desiderijs nostris finem statuamus, atque eorum bellorum quæ gessimus vel pertulimus, hoc præmium accipiamus. Atque hanc quidem à nobis orationem habes: nos autem post te vita perfunctos quis laudaturus est: si tamen aliquam laudis materiam orationi supeditauerimus. In Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in sæcula. Amen.

SCHOLIA FERÉ TOTA EX GRÆCÒ
 Nicetæ Commentario excerpta, nonnullis additis
 ex Nonno Monacho:

LECTORI S.

In scholiis huiusce Orationis quedam ex Nonno Græco scriptore, qui historiarum à Theologo nostro commemoratarum explicationem conscripsit, adieci, nimirum ea, quæ in Nicetæ desiderabantur. Nam in reliquis omnibus, quæ in hanc orationem conscripsit, eandem prorsus cum Nicetæ cantilenam canit: eadem res iisdem verbis conuestitæ. Insignem omnino plagiarium alterutrum horum fuisse necesse est, nisi forte vterque ab eodem fonte hauserit, aut res eadem diuersis authoribus tributa fuerit. Vt autem quæ præter Nicetam Nonnus dixerit, intelligas, Nonni verba hoc signo [] inclusimus.

1. Et ad virtutis studium) Virtus enim laudata, vt quidam ait, velut arbor crescit. Quarum enim rerum laudes celebrantur, eas quoque progressum & incrementum accipere compertum habeo. In nulla igitur re ex omnibus aliter accidit, quin incrementum ex eo quod laudetur, accipiat. Sic ad verbum. Enarrator Græcus hæc Gregorij verba satis obscure posita explicat. Est & alia expositio Græca minutissimis literis ad marginem scripta, quam Latine reddere non grauabor. *Ὅτι ἡ δὲ πῶς ἐπιτύχει οἱ δὲ, πῶς τὰ κατὰ τὴν ἐπιτύχουσαν. Quorum laudes noui, horum planè & augmenta. I. Quarum rerum laudes noui, eorum quoque hominum, qui eas approbent, ad virtutem incrementa perspicue noui. Atque ita pronomen πῶς refert ad αὐτὰς, & non ad τὰς αὐτὰς. In nulla igitur re (ex omnibus scilicet quæ laudantur) vbi aliter venire reperias, quin ij qui ea delectentur, accessiones & progressus faciant. Vel, in nullo est omnium. I. tam eloquentiæ quam dicentis quam auditoris, cui argumenti laus non conueniat. Hanc porro sententiam Dorica lingua ita citat Clemens Alexandr. lib. 1. Pædag. cap. 1. ἀπέλα ἐπιτυχούσα δὲ δὲ πῶς ὡς ἀξίον.*
2. Pro amicitia iure) Lex amicitia est communia existimare, quæ amici sunt, atque eius errata corrigere. Lex autem præstantior & spiritalis errantem amicum in viam reducere.
3. Illius Deum orationis) Quemadmodum enim dicitur Deus, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob ob excellentem ipsorum virtutem: sic dici etiam possit Basilij magni Deus, quem & in operis successum inuoco, ne laudibus meis Basilium ignominia afficiam, vt pote inferioribus ipsius dignitate & merito.
4. Alius vtrique Heroum) Non iam admirationi esset catalogus, quem in poësi sua ostendit Homerus, generosos quosdam & semideos viros recensens ac laudibus exornans.
5. Quibus & historicorum) De his enim rebus poëma conscripsit Apollonius, & historiam ediderunt Xenophon & Polybius.
6. Non minus bona iuuenum) Alludit ad illum Homeri, apud quem Ulysses Ithacam describens, τὴν ἄνδρα ἀνὰ κούροσπορος. Aspera sed iuuenum nutritrix percommoda.
7. Nec Pelopidæ) Pelops Tantalij Phrygiæ regis filius fuit. Tantalus autem cum bellum aduersus Ilium Ilij conditorem suscepisset, metuens ne ab eo vinceretur, Pelopem filium cum maxima pecuniâ vi in continentem nauigare iussit: hac conditione, vt si victoriam adipisceretur, in Phrygiam remearet: si autem vinceretur, in Europa maneret. Pelops itaque acceptis pecuniis in Apiam, quæ Græciæ regio est, nauigauit. Huius porro regnum tenebat Oenomaus Hippodamiæ pater, quem cum in certamine vicisset, filiam eius uxorem duxit, ac regione occupata, eam pro Apia Peloponnesum nominauit. Omnes igitur qui ab eo originem duxerunt, Pelopidæ vocati sunt, velut Atreus, Agamemnon, Thiestes, Menelaus, & postremus Orestes.
8. Cecropidæ) Cecrops rex fuit Athenarum, qui magnopere Atticam exornauit: vocabatur autem δὲ πῶς, quod duas linguas calleret, Græcam & Ægyptiam. Erunt enim Athenienses Ægyptiorum colonos fuisse à Saensibus oriundos. Dux autem Colonia fuit hic Cecrops: qui ad Ægyptiæ linguæ cognitionem Græcæ quoque peritiam adiunxit. Qui autem ab eo genus traxerunt, Cecropidæ appellati sunt.
9. Nec Alcæones) Alcæon vir clarissimus, patria Atheniensis fuit. Is tyrannide oppressam à Pisistrato ciuitatem in libertatem vindicare cupiens, Delphos consulendi oraculi causa profectus est: ac precio corruptis omnibus Apollinis ministris, sacræ virgini persuadet, vt si quando Spartanus quispiam oraculum petiturus eò se conferret, nil aliud responsi daret, quam quod velit Deus liberæ esse Athenas. Id igitur cum scèpius factum esset, impulsi tandem sunt Lacedæmonij, ac tyrannidem, quæ Athenis erat, sustulerunt. Quæ res magnam gloriam Alcæoni peperit, vt qui prudenti consilio ab Athenis seruire iugum depulisset.

10. Nec Aecidae) Aecus Iouis filius dicebatur, vir insigni iustitiae laude praeditus. Quocirca cum aliquando aqua penuria Graecia premeretur, ad eum profecti sunt civitatum principes, eumque obsecraverunt, ut a patre suo precibus suis pluviam impetraret. Qui cum steteret, ac preces sudisset, confestim siccitate soluta profuons aqua Graeciam irrigavit. Quae res praecipue testatam fecit Aeci pietatem. Is duos filios habuit, Peleum & Telamonem. Ex Peleo Achilles natus est, ut ex Telamone Aiax, qui omnes Aecidae sunt vocati.

11. Nec Heraclidae) Hercules Iouis quoque filius est habitus, qui egregia illa certamina poetarum fabulis decantata obiit. Multi autem ab Hercule originem duxisse dicuntur: quorum primus & illustrissimus fuit Hyllus: a quo & Lacedaemoniorum reges omnes Heraclidae appellabantur.

12. Quorum ea est ratio) Quorum maiorum id quod magnifice praedicatur ac laudatur, admirationemque parit, fide caret, velut, Quod dii sint. Quis enim Deum cum muliere mortali congressum fuisse crediderit? Contumelia autem generis & infamia id quod creditur. Nam si in Deum non cadit ullus libidinis affectus, sequitur ut obscenus homo sit & impostor, qui cum muliere consuetudinem habuerit. Nam cum illud fide careat, reliquum est, ut hoc credatur.

13. Taciti praecones) Non sermonibus sed membrorum lacerationibus pietatem predicantes.

14. Lex autem Martyrii) De ea lege iam ante dictum est.

15. Non enim queruli & murmuratores) Quater murmurasse Iudaeos legimus, bis in Exodo, primum apud Mara, secundo in Raphidim: bis item in Numeris, nimirum ad aquam contradictionis, & in puteo ex quo profecti sunt, Omoth.

16. Talem venationem) Hanc venationem sic versibus expressit Cyrus Theodorus.

Κωνηκῶσι οἱ χαμαὶ κωνηκῶται	Venator arte subdola captat feras,
Κελευγῆς, ὕλας ἑσ, πλεκτενας, δόλοισ, λόχοισ.	Clamore saevo, nexibus, latr. utibus:
Κωνηκῶσι οἱ θεοῦ κωνηκῶται	Venantur autem Basilij fortes aui
Εὐχῶς, πρῶτον ἄς, πρῶτον ἄς βασιλείου.	Ardentibus praecipibus, fideque non leui.

17. Age Dianae ius) Diana ελαφιοβολος dicta est, quasi scite ceruos feriens. Haec irata Orioni & Actaeoni, alterum ut ipsius amore captum a scorpione percipiendum curavit, eamque ob causam eam cum scorpione esse fabulantur poetae: alterum autem, quod nudam ipsam conspicatus esset, propriis canibus dilacerandum obiecit.

18. Cervinamque illam virgini) Cum Graeci aduersus Troiam nauigarēt, Iphigenia Agamemnonis filia apud Aulidem Baeotiae civitatem in sacrificium Dianae oblata est. Diana autem, miseratione permota cervinam ipsius loco mactandam dedit, eamque periculo ereptam ad Tauriscythas abduxit: a quibus sacerdos Dianae constituta est, atque hospitibus manus adferre, hominesque ipsi immolare didicit. Sic igitur Theologus Gentile alloquitur: Est magnum ad laudem & gloriam tibi est, quod dea tua Diana virginem periculo liberavit: at quae postea sequuntur in narratione, turpia & foeda sunt. Quae enim hinc vilitas prodiit, quod e periculo ita extracta est Iphigenia, ut impia crudelitate homines sacrificare disceret.

19. Egregiae sobolis, Basilij pater multos liberos procreavit, Macrinum, Basilium, Gregorium, Petrum, Nativitatum: quorum tres virgines fuerunt, tres autem Episcopi. Basilium Casaream, Petrus Sebastiam, Gregorius Nysifam. Hic porro quamvis nuptias amplexus sit, vim tamen adhibuit, ne ab ipsis ad virtutis cursum impediretur. Sic enim connubialem vitam delegit, ut tamen eandem vite rationem idemque institutum cum Episcopis haberet. Ita fiebat ut haec tria, nimirum calibatus matrimonium & sacerdotium, vite quidem genere & instituto inter se differrent, non item vite gerendae ratione. Ad eundem enim virtutis scopum omnes collimabant.

20. Optimo illo & purissimamente) Fagmentum Baptismatis intelligit, vel potius morum, quod diurnum David vocat dicens: Die formidantur: sic enim legendum est non dies, ut respondeat genitivo Graeco ημερας quod quidem pulcherrimum fagmentum nocturno, quod per congressum sit, forludumque & tenebrosum est, aduocatur.

21. Quendam Centaurum) Chiron Centaurus Achillem in disciplinam acceptum equinae suae parti impositum iaculanti, ac lepores & hinnulos ferire docebat, eumque lactis loco, ut ferunt fabulae, medullis leonum nutrebat. Unde & Achilles dictus est, quod communis & visitati alimenti expertus fuerit, χυδος enim alimonia dicitur. Vtebatur itaque Achilles eodem & equo, nimirum ipsi infidens, & magistro, quoniam ab eo docebatur.

22. Alterius vite beatitudine) Qui utramque laudem assecutus est, doctrinae scilicet & vite, is perfectus est, ac deinceps iam cum alterius saeculi beatitudine vitam traducit. Nam quae futurum saeculum ex sua natura habet, haec ille anticipans animi destinatione praestat, vite nimirum puritatem & contemplationem.

23. Hanc contra ut arma, ut in scutis umbilici quidam, aut alia picturae species, & in poetarum fabulis nonnulla alia signa apponuntur: velut apud Sophoclem est Tragedia, quae inscribitur αιλα ματιρφορος, Aiax flagellifer.

24. Attica haec illis consuetudo, In hanc Atheniensium consuetudinem hoc tetraistico ita lusit Cyrus Theodorus.

Ναι ναὶ πῶ λουτῶν οἱ πρὸς ἀθῆνας ἕξεισ	Ingens Athenis hospites ex balneo
Ὡς πῶ κεν οἱ, αἰς φοβῶν: οἱ, ὡ, κενὴν ἕξει.	Timor obsidebat, & nouo spectaculo.
Ἀλλ' ἀρχὴ τῶν πρὸς σοφῶν βασιλίου	At in perito & moribus laudabili
Μείων φύρτης τῶν τεκνῶν τῶν μοι	Huius Basilio soluitur legis vigor.

25. Contentiosus potius) In hanc quoque disputationem ita lusit idem author.

Σοφιστικῶν ἀρμῶν, πῶν μάτω	Armenie frustra disputas, frustra sonos
Καὶ κομφολερῶς, πῶν κενῶς χεῖρῶς ψφῶς.	Fundis disertos, quae tua est prudentia,
Καὶ ἕξ, ὅδ' εἰ σὺ σιλογοσῶν κενὸν λόγῶν	Ut disputando Gregorium tanto viro
Πρὸς γρηγορίου βασιλῆς σοφῶν.	Iunctum tibi nunquam posse sphaeras cedere?

26. Aequalia praelij capita) Gr. ἴσας ἰσμή κεφαλας. Hoc hemistichium ab Homero Iliad. x. sumptis. Quod significatur aequum & anceps praelium. Quemadmodum & illud, quod paulo post sequitur, εἰ περακία νικῶν. Quod epitheton saepe victoriae tribuit poeta. εἰ περακία autem exponit interpres noster εἰ προδδραμῶν, ἢ περὶ πῶν ὄμιον ἐπελεποσῶν, i. ad Basilium inclinantem & spectantem.

27. Remigationem ad puppim) Gr. ῥῶμα κρῖνα δῶν. Proverbium de iis, qui cursum reflectunt, metaphora ducta a remigibus, qui proram in remigando pulsantes puppim rursus pulsan, cum nauim conuertunt. Hoc adagium is quadrat, qui consilium in diuersum mutant, vel partes quas prius tuebantur, deserunt, atque in contrarium nituntur.

28. Aureis columnis) Praeclarissimi cuiusque instituti principia iuxta Pindarum aureae columnae dicuntur, Ode β.

29. Rei omnium inuidiosissimae) inuidia est dolor ob proximi bona conceptus. Aemulatio vero seu zelus imitatio bonorum, & acris ad ea animi affectio.

30. Qui omnia in omnibus posita) Hoc Empedocles & Anaxagoras astruxerunt, ceterum non cum eadem sententia. Hoc enim de quatuor elementis asseruit Empedocles, quod non solum discreta & separata, sed etiam inter se commixta sint. Id autem hinc perspicuo argumento colligi, quod omne animal ex quatuor elementis gignatur. Anaxagoras autem cum ex veteri quodam philosophiae placito nihil ex eo, quod nusquam fit, fieri posse didicisset, generationem ita tollebat, ut in eius locum distinctionem introduceret. Nugabatur enim haec quidem inter se commixta esse, sed cum crescerent, discerni. Etenim in eodem fatus & capillos esse, & ungues, & venas, & arterias, & nervos, & ossa: quae ob partium tenuitatem primum obscura essent, paulatim autem cum augmentum caperent, discernerebantur. Quoniam enim modo, inquebat, ex non capillo capillus fieret, & ex non carne caro: Atque id non modo de corporibus praedicabat, sed & de coloribus. Etenim & nigrum in albo, & in nigro album esse affirmabat. Eodemque etiam modo in ponderibus leue cum graui, & rursus graue cum leui coniunctum esse profitebatur. Quae quidem omnia a vero abhorrent. Quoniam enim modo contraria cum contrariis simul esse queant: nocigitur decretum sugillans Theologus ait: Tamesi Anaxagoras fides habenda non est ex rationibus, quas nunc commemorauimus, omnia in omnibus posita esse asserenti: tamen quod in hoc dogmate est impossibile, idem in amicitiae nostrae ratione possibile reperitur. Alter enim in altero, & alter apud alterum eramus. Alter quidem in altero, quia animorum & voluntatum consensione coniuncti: alter autem apud alterum, quia corporibus diuisi.

31. Quam Gyges) Plato 2. de Reipub. Gygem anulum inuenisse narrat, cuius palam cum ad se conuerteret, a nemine conspici poterat, eaque arte Lydorum regnum occupasse. Hanc fabulam ad verbum transtulit Cic. lib. 3. Offic. Herodotus tamen hanc rem aliter narrat.

32. Aut Midas auro) Midas cum optasset, ut quicquid attingeret, in aurum verteretur, eiusque voti compos factus esset, fame miserrime periit: quod cibi omnes, quos attraheret, in aurum commutarentur. [Narrant alij, eum accepto huiusmodi oraculo salutem accepisse. Iussus est currum agitare, illicque ubi curvus inhiberetur, consistere, ac civitatem extruere. Quod quidem fecit, atque Ancyram in Galatia condidit: quod videlicet anchora currum repressisset, ac Midam ulterius progredi vetuisset. Atque ita vrbs extructa est & vocata Ancyra. Hanc posteriorem partem ex Graeco Nonni vertimus.]

33. Abarydis Hyperboraei) Hyperboraei populi sunt maxime septentrionales, ac Scythis interiores. Porro hunc Abarydem poeta a pollini seruisse narrat, ab eoque sigillum accepisse, cum qua totam Graeciam circumibat, atque oracula edebat. Sunt etiam qui dicunt, eum, cum sigillum in aera mitteret, cum ea circumferri solitum fuisse.

34. Pegasus) [Cum Patarica Chimera enata esset, ac Lyciam cuius regnum Praetus tenebat, peruastaret, eius obruncanda negotium Bellerophonti datum est. Erat autem haec bellua ab antica parte leo, a postica draco, a media Chimera, ex qua ignis emebatur. Immane plane superatūque difficile monstrum. Ergo cum Pegasus equum, qui pennas habere, atque ab unguibus aquam stillare forebatur, Bellerophon diuinitus accepisset, eius opera in Chimeram inuolat, ac plumbi globum lanceae suae cuspidi impositum in Chimerae fauces iniecit: quod quidem vi flammae solutum ac liquifacitum Chimera interemit. Nonnus.]

35. Fluuius per mare) Alpheus Arcadiae fluuius Siculi fontis, cui Arethusa nomen est, amore captus mare penetrare, in eumque influere dicitur, nec ex maris contagione saluginis quicquam contrahere. Vide Lucianum in dialogo Neptuni & Alphei.

36. Aut animal in igne) Salamandram intelligit, quae naturam habet frigidissimam & humidissimam: quae causa est, ut in ignem rerum omnium voracem incidens exiliat, adeoque non laedatur, ut ipsum potius extinguat. Vide Plinium lib. 10. cap. 66.

37. Ad Lydium currum) [Hoc proverbio notantur, qui cum multo superioribus contendunt. Ductum est hoc adagium a curribus Lydiis, quorum tanta est celeritas, ut nullo modo anteherti possint. Alij a Pelopis curru originem traxisse hanc paremiam volunt, quidam enim Pelopem non Phrygem sed Lycium fuisse narrat. Ergo cum ille curru suo Oenomaum vicisset, ab eo tempore in usum abiit hoc proverbium, ad Ly-

diuum currum curvis. Nonnus.]
 38. Orestes & Pylades) [Orestes Agamemnonis filius & Pylades tanto amore sese inuicem complexi sunt, ut mortuo Pylade una cum eo Orestes ad inferos descenderit. Nonnus.]
 39. Nec Molionidas illos) Molionidae gemini fratres erant tum corporibus, cum artibus: quorum Homerus meminit: quamuis Actorionas eos vocauerit a patre: Theologus autem Molionidas a matre. Actoris enim & Moliones filij erant. Ceterum parum hic animum ad Gregorij verba Nonnius aduertisse videtur, qui per Molionidas Otium & Ephialtem inusitatae magnitudinis gigantes intelligitquam: qui dem expositionem Theologi verba apertissime refutant, vbi de aurigatione verba facit. Nec enim quicquam eiusmodi de Oto & Ephialte fabulis proditum est. Verum hoc ei imposuit, quod non a patre Actore sed a matre Molione eos Theologus vocauerit.
 40. Illa, inquam, vim ignis spirante) Homerus de Chimera verba faciens, his verbis usus est, quae quidem ad Rhetoricen traduxit Gregorius, nimirum quia ipsa quoque diuisa sit in demonstratum genus, in deliberatum, & in iudiciale.
 41. Facilius esset à Labyrinthis) [In Creta insula mons est, in eoque antrum quoddam accessu ac recessu admodum difficile atque arduum: in quod Minotaurus iniectus esse dicitur. Quoniam ergo ex Labyrintho sese extricare difficile est: idcirco hanc vocem ad eas argumentationes Theologus accommodauit, è quibus elabendi nulla est ratio. Nonnus.]
 42. Astronomiam, Geometriam) Astrorum enim nexus & mutuas comparationes, quibus prouidentia tollitur, & sideris natalitij indagatiōem, & fatum, & geniturarū effectus, itēque certis astris ea quae sunt ac fiunt, assignare, omnem, inquam, huiusmodi rerum cognitionem aspernatus est. Eam autem partem, quae docet, quo modo per caelestium siderum motum partium anni vicissitudines fiant, ac per supernorum corporum apertissimam concinnitatem animos nostros in opificis admirationem rapit, eaque signa, quibus vel imbres, vel siccitates, vel motus ventorum, vel aliud quidpiam eius generis mediocriter inquirat, non modò non reiciendam sed amplectendam etiam duxit: ita tamen ut cum cetera alia tum astrorum motum ad Deum auctorem referret. Consimili modo ex Geometria eam partem, quae magnitudines & figuras & quid unumquodque sit, exquirat, haudquaquam improbat. Illud autem, quoniam caelestia corpora circulari motu feruntur, circuli autem principium non facile sensibus nostris comprehenditur: idcirco existimare mundum hanc visibilem principii expertem esse, Deoque coeternum, hoc & similes nugae repudiavit, ac procul ablegauit. Iam arithmeticae methodum haecenus probauit, ut analogias quasdam quaereret. Analogia autem est similitudo numerorum, & in unum idēque collectio, ut cum dicimus, Quam rationem habet octonarius ad quaternarium, eandem quaternarius ad binarium. Dupli enim rationem habet. Eodem modo de magnitudinibus, Quam rationem habent octo cubiti ad quatuor, eandem quatuor ad duos. At diuinam quandam vim & potestatem numeris tribuere, Deūque his subiicere, & affirmare res eas quae fiunt, secundum eos fieri, id verò ut vanum execratus est. Proinde utrinque ex aequo laudandus Basilius, tum quod optima elegerit, tum quod pessima reliquerit.
 43. Corporis aduersa valetudo) Habitudinem corporis infirmam & morbosam non parui momenti ad philosophiam esse tradidit Plato.
 44. Minoem illum) [Minos & Rhadamanthus Iouis filij habitati sunt: quorum alter legislator fuit, alter iudex severus & incorruptus. De iis ergo poetae narrant, atque adeo Plato ipse, quod fatis perfuncti non ad tenebras relegati sunt, sed ad beatorum insulas & Elysium campum transiisti. Dicitur autem hic locus Elysus quasi ἀλύσιος & ἀπύσιος τῆς καλῆς ζωῆς, quod à pena soluat. In eo campo eos, qui iustitiam in vita coluerint, habitare veteres finxerunt. Asphodelus autem herbae nomen est, quod odorem non malum, storem autem suauem ac radicem vtilem habet. Nonnus.]
 45. Neque enim ultra Gades) Gades locus est circa occidentas partes inter Hispaniā & Africam, vbi mare permeabile esse negauit antiquitas. Vnde adagium ductum est, quo vti licet, cum quis ad eum modum finemque peruenerit, ultra quem progredi non sinit natura. Vnde etiam Pindarus de Cadibus loquens, τὸ πρῶτον εἴς τινος ἀπέριον & ἀσπίον. I. Quod ultra Gades est, aequè sapientibus & stultis inaccessum est. τὰ δὲ δὲ αὐτῆ ἀπὸ τῆς αἰτίας αἰτίας τῶν γὰρ τῶν δὲ αὐτῆ, τῶν τῆς αἰτίας, hoc est, quod terrae velut collis in eo loco sit.
 46. Equum illum Homericum) Homeri sub finem sexti Iliados haec verba sunt.

Ὡς δ' ὅτ' ὅτε δὲ πρὸς ἵππος ἀκοῦσας ἐπιφάνη,
 Δεσμοὶ ἀπὸρρηξάν, ἔειπε πείθειο κροαίωτα,
 Εἰωθὸς λουεῖν ἐὺρρητοῖς ποταμοῖς,
 Κυδίωτα, ὅψιν δ' ἐκείνην ἔχει, ἀμφὶ δὲ χεῖρας,
 Ὡς αἰὲς ἀπὸρρηξάν, ὅτε ἀγλαΐηφι πεπιθώε,
 Ἐμφοῖα ἐρεῖα φέρει μετὰ τ' ἠδὲ αἰετοῖσι πῖπται.

Quos versus ita utcumque Latinos fecimus:
 Atque ut in obscuro stabulo cum forte moratus
 Indignatur equus, stringentia vincularumpens,
 Ac pedibus terram pulsans per amœna vagatur
 Prata, fluentis aquae medio pronoluere corpus
 Assuetus, tumidūque caput sustollit, & illinc
 Atque illinc latos humeros iuba concutit ingens.

Ipsē

Ipsē autem rapido consueta ad pascuā cursū
 Fertur, &c.

47. Peregrinationes) Nam Seleuciam ad Teclae templum profectus est, vel orandi causa, vel etiam quiete ac tranquille vite studio.
 48. Et incurstantes calamitates) obierat enim soror Gorgonia, atque ante eam Caesarius frater, cuius opibus & facultatibus diripiendis multi inhiabant. Vnde Gregorius patris iam natu grandis curam gerens, dum sceleratorum hominum audacia & importunitati occurrit in varias calamitates incidit.
 49. Quemadmodum Gigantes) Ferunt Cadmum Agenoris filium apud Thebas Bæotiae urbem draconis a se interfecti dentes fuisse, atque hinc exiisse gigantes, homines a capite usque ad femur armatos, qui eodem die inito praelio seipsi mutuis vulneribus consecuerunt.
 50. Dementatus) Nam præter meritum felicem esse, stultis malè sentiendi occasio est.
 51. Qui proximus ante eum Ecclesiae) Eusebium intelligit, qui proximus ante Basilium Cæsariensem Ecclesiam moderatus est, atque in exilium pro orthodoxae religionis defensione missus est.
 52. Nazareos nosstrates) per Nazareos intelligendos esse Monachos dictum est à nobis alibi.
 53. Episcopi quidam ex Occidente) Roma duo Episcopi Cæsariam venerant, Lucifer & Eusebius ad Cæsariensem Ecclesiam tranquillandam missi.
 54. Imperator auri amanti) Valentem significat, qui Iuliano fidei Christianae desertori in impietate successit. Nam quod ad imperium attinet, inter virumque medius interiectus est Iouinianus. Atque ex hoc loco non imperante Iuliano, sed Valente principatum tenente Basilium Episcopum institutum fuisse constat: contra quam nonnulli existiment.
 55. Arius ille à furore nomen habens) Arius ἀπὸ τοῦ θυμοῦ, i. à Marte dictus est bellacissimo & furioso demone.
 56. Quod ad proprietates) Proprietas Patris est, quod ingenitus sit: Filij, quod genitus: Sp. sancti, quod à Patre & Filio procedat.
 57. E Ponto nobiscum) Vide de hoc latè Epistolae Basilij.
 58. Cuius etiam beneficio hoc habent) Catholici Patrem & Filium & Spir. sanctum unum esse profitebantur. Ita quia tria haec uniebant, vicissim Trinitatis beneficio illud consequerentur, ut inter se concordesset atque unire essent.
 59. Controversiarum solutiones) Ratio, inquit, qua in dirimendis controuersis utebatur, nequaquam fide carebat, aut in dubium veniebat, quin recta esset, sed ab ipsius sententia constituebatur ac confirmabatur: ac modus ille, quo disidia consopiebat, legis vim obtinuit: adeo ut deinceps huiusmodi controuersiae eodem modo soluerentur. Vel fortasse hic sensus est, Basilio contentiones quorundam & disidia soluente, nemo erat qui fidem ipsius voci & sententiae detraxerit. Neque enim verbo tenus philosophabatur, sed ea quae docebat, factis prius exprimebat. Ita pro lege non scripta ipsius vita & mores habebantur.
 60. Monasticarum legum institutiones) Leges monasticas in Asceticis tradidit Basilius. Quem tamen librum non Basilio sed Eustathio Sebastiae Episcopo tribuit Nicophorus in sua Ecclesiast. Hist. Et tamen sub nomine Basilij adhuc extat Asceticorum liber à Ruffino illo magni Hieronymi emulo Latinus factus.
 61. Precum descriptiones) orationes ordinavit cum alias tum diuinae mystagogiae siue Liturgiae, quae & extant.
 62. Obseruant temporum difficultates) Γραμμάτων ἀποστολῶν τῆς ἐκκλησίας. Vera enim est haec lectio, & ita habent exemplaria omnia manuscripta, quae quidem viderim. Vnde Nicetas haec verba explicans, οὐ διακρίνει, οὐκ ἐπιφέρει, τὸ ἐπιφέρει τῆς ἀποστολῆς, ἀλλ' ἐπιφέρει τῆς ἐκκλησίας, & αὐτῶν τὸ πάθος. Inopiam, inquit, egenorum non leuati, sed obterunt atque augent. Hoc ideo annoto, quia suspicatur Budaeus legendum in accusandi casu τῶν ἐνδεῶν, sed nō hoc vult Gregorius, huiusmodi sceleratos negotiatores egestatem ac penuriam inducere, verum eam in lucrum suum conuertere, & ex publica calamitate commodi sua comparare, sumēque per se atrocem crudeli negotiatione atrociorē reddere. Nam quod idem Budaeus Nazianzenum sequi pagina commodius hoc verbo usum esse ait, cum de Iosepho verba facit, non dubito, quin si totam periodum accuratius expendisset, pro sua insigni eruditione aliter sensurus fuerit. Eodem enim planè significantu hoc verbū usurpauit. Nam ut Basilius erga pauperes benignitatem humanitatemque altius efferat, eum cum Iosepho comparat, superiorēque esse ostendit, ad hunc modum argumentans. Tamen non vulgare vterque laudem mereatur, quod difficillimo tempore plebem fame laborantem aluerit: eo tamen nomine maiori laude dignus censendus est Basilius, quod Ioseph publicam famem in regis vtilitatem conuerterit, atque huiusmodi benignitate atque alimonia totam Aegyptum Pharaoni emeratus fuerit. Basilius autem gratuitam erga plebem benignitatem exercuerit, neque in ea magnificentia quicquam aliud sibi proposuerit, quam ut de pauperibus & fame laborantibus praecclare mereretur. Hanc porro Basilij liberalitatem verbis ita profectus est Cyrus Theod.

Καταπαύσεις τὸ πάθος ἠνὸς σὸς λιμῶος.	Fame aestuabat Cappadox quondam solum.
Ἰαχὸς ἢ χὰρ τῆ σφοδρῆ βασιλῆος.	Morbo medelam vir beatus porrigit.
Τὸ φάρμακον λέγει τῆς ἐφθῶν κακῆς	Ollis fabarum pellitur morbus grauis,
Ἵππεδῶντες, δαίμα, τὸ δὲ δακτύλιος.	Ipsō ministro, qui fabas donauerat.

63. Et exilit senectus) Γραμμάτων ἀποστολῶν τῆς ἐκκλησίας. sic enim legitur in Heruagiano codice, & in recentiori Reginae exemplari. Atque etiam ita legit Graecus Narrator. Ceterum in vetustiss. libro non χεῖρα sed χεῖρα

scribitur cum huiusmodi annotatiuncula ad marginem ascripta, & dicitur quod in idem uerbum...

64. Fastus infimulari) Hinc fortasse est, quod Abbas Vrspergensis in Chronico, ubi de Valente Imp. scribit...

65. Persarum quidem regem) Xerxes, ut est apud Herodotum, quod maiorem Græcis terrorem iniiceret...

66. Adde presbyteros) Octoginta presbyteri orthodoxi, qui legati ad Valentem Nicomediam missi fuerant...

67. Sed Ecclesis bellum) Dux enim exercitus Sebastianus, qui Manichæus erat, Alexandria cum magna militum caterua...

Mat. 12. 16.

Psal. 105.

68. Lingua scortantur) Præuaricatio in Deum scortationis seu fornicationis genus est, ut apud Prophetam, Fornicati sunt in ligno...

4. Reg. 25.

Hier. 29.

39.

69. Illum denique Nabuzardam) Quæmadmodum Nabugodonosor principem coquorum Nabuzardam Hierosolymam misit...

70. Præfecti munere) Modestus vocabatur hic Præfectus, de quo ita Cyrus Theod.

Ἐπαρχος εἰς ἑκάστην τῶν ἐθνῶν οὖλοισ, Præfectus es tu cæteris quidem omnibus,
Μόδω δὲ ὁ παρχος τῆς σφοδρῆς βασιλείας, Modeste, verum Basilio Magno subes.

En eundem etiam morbo correptum ac Basilij opem implorantem ita ludit.

Ὁ ὕψιστος ὁ χεῖρ ἐπέβαλεν ἐπὶ τὸν λέοντα, Ecce mihi, nuper qui fremebat ut leo,
Καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς χειρὸς τοῦ θεοῦ ἐγένετο, Virumque sanctum territabat insolens?

71. Baptismi aqua tinctus, vel potius obrutus) Græcè elegantius, ἐκτίθηται τῆς βαπτιστικῆς ὕδατος ἢ σωματικῆς. Hoc enim loco σωματικῆς ὕδατος idem est quod καθαριστικῆς ὕδατος...

Psal. 81.

72. Nec creat. ullam ador. sustineo) Non sustineo Filium Dei creaturam ac facturam dicere, neque ut creaturam ipsum adorare...

73. Verum ubi Deus nobis periclitatur) Deum enim amittimus, si quidem ipsum dignitate sua spoliemus.

74. Est enim ea vis virtutis) Eandem sententiam pluribus explicatam apud Chrysostr. extare in Epistola ad Episcopos & presbyteros in carcere monimus supra.

75. Cum dona, quæ ipsemet) Græcè δὲ χρυσὸν ἢ κελσεδάσσι ἢ βασιλείς. I. aurea vasa, quæ Imperator ipse fabricatus fuerat.

76. Hinc imperatoricæ) Græcè ἡγεμονία. I. ut Cræcus interpretæ exponit, ἡ ἡγεμονία ἢ σωτηρία ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν, ἢ ἀσφάλεια ἢ ἀσφάλεια ἢ ἀσφάλεια.

77. Nefarium Ader) Querendum est, quare à Theologo & Ader seu Adad, & Præfectus ab eodem diabolo excitati dicantur...

78. Qui sancti cubiculum, Hanc contumeliam his versibus infectatus est Cyrus Theod.

Ἦν ὁ ἕρως ὁ παρὰ τῆς ἀρχῆς, Præfecte, quodnam dedecus? in iuria
Γωσθίας αἰτίς ἐν βασιλῆος δόμοις, Quænam hæc? Requiris in domo mulierculas

79. Hoc enim apud Deum nimirum peccatores tolerare, ac lenitate & patientia vitæ, atque respicientie occasionem aperire...

80. Nam cum patria nostra) Diuisa enim fuerat Cappadocia nostri Theologi patria in duas prouincias & præfecturas...

81. Noxas suas obiter elucrantur) Noxas suas seu debita sua, siue aëris alieni, siue etiam castigationis & pænæ libenter elucrantur...

82. Taurici reditus ab ipso) Fructus & prouentus S. Orestis per montem Taurum quæstus inter Ciliciam & Cappadociam, deuehebantur.

83. Ac diffidentiam) A multis accusatus est Basilius, quod sasimis vili & in ameno ac per angustis oppidulo Gregorium amicis iuratisimum præfessisset...

84. Modus omnis optimus) Ἐπιτομή, Cleobuli, qui inter septem Sapientes enumeratur, sententia est.

85. Crates Cratetem) Crates cum possessiones suas vastas ac desertas reliquisset, ascendit in editum quendam locum...

86. Nec verò in dolio) Cynicus Diogenes Sinopensis in media vrbe dolium habitabat, ut paupertatem in opulentie instrumentum conuerteret...

87. Virginitatem lege præscribens) Non quod eam lege præscripserit Christus: sed quod exemplo suo ad virginitatis studium præstantissimos quoque adhortatus fuerit.

88. Cum solitaria vita, & ea, Antequam in Græciam interpretationem incidissem, utramque vitam à Gregorio designari, nempe solitariam & civilem...

89. Ac nouam ciuitatem conspice) Valentinarium intelligit, quod curiæ pauperibus agrotis extra Cæsaream Basilius extruxit.

90. Quid cum hoc opere Thebas) Quædam hic mundi miracula attingit: quæ septem ista fuisse dicuntur: primum, Thebæ Ægyptiæ centum portis cinctæ...

91. Atque obliqua & peruersa regulæ admon.) Græcè κατὰ τὴν οὐ κατὰ τὴν ἀρετὴν, ἢ ut interpretæ Græcus explicat, κατὰ τὴν ἀρετὴν, ἢ ὁρθῶς βυλάμενοι, αὐτοὶ αὐτοῖς ἰ. formare atque erigere illum cupientes...

92. Deum pendentem intueri) Non quod diuinitas pependerit, cruci que affixa sit, quemadmodum astruunt Theopaschita. i. qui Deo passionem tribuunt: verum hoc dixit ratione communicationis, quam Graeci αἰνισθῶν appellunt. Nam Dei quoque ea caro erat, quae in crucem sublata est, ac non alius cuiusquam. pependit autem in cruce quantum ad humanitatem, qui secundum diuinitatem capi ac superari non poterat.

93. Neque enim hoc quidam male) Menandri hoc dictum est, ἐγὼ ἀγαθὸν καὶ κακὸν ἀπαρτίζω, Malum bono naturam propinquum est. Et Aristoteles ait, virtutibus esse vitia ἀγχιθῶς, hoc est, vicina: quod velut portae quaedam propinqua, ob incertitudinem homines fallant, ac pro alia ad aliam introducant, nimirum ipsarum inter se similitudine quadam deceptos.

94. Si qua vnquam fuit, vel futura est) Buccina praeterita, Apostolorum fuit buccina, de quibus apud Esaiam dicitur, Buccinant buccina magna. Buccina autem futura, est extremus dies: de qua Paulus in Epist. 1. ad Corinth. cap. 15. Vox autem Dei mundum complectens illa est: de qua dicit David, Deus deorum locutus est, & vocauit terram. Iam per orbis terrae motum, fidei mutationem indicat scriptura, à Gentilismo ad Iudaismum, à Iudaismo ad Christianismum. Quemadmodum igitur sonus buccinae in longum protenditur, & vox Dei ab omnibus auditur, & vniuersalis terrae motus nullius mortalis sensum fugit: sic Basilij quoque vox omnes orbis fines peruasit.

95. Sublimiter loqui) Sublimem Theologiam docuit, librum nimirum edens de sancta Trinitate, hic tamen non extat.

96. Aut Chalanæ turrim) Sic Esaias hanc turrim vocat in translatione 70. Interpretum, quae alioqui turris Babylonica vocari solet.

97. Trifariam in solidis) hoc est, historicè, moraliter, anagogicè: vt omnium & multorum & quorundam aedificationi consulatur. Alludit autem ad Solom. in Prouerbis.

98. Sermones cum iudicio dispensare) De hoc commodius in oratione de Athanasij laudibus agemus, ibi eum dictionem explicaturi.

99. Vnde etiam humanae naturae) Non enim est rectipes virtus in corpore mortali, quemadmodum ait Philo Iudaeus: sed quasi torpore correpta non nihil claudicat. Obtorpuit enim, inquit scriptura, latitudo femoris, & claudicabat. Femur autem generationis signum: quandoquidem genitale membrum circa femur est. Scala igitur diuinam submissionem praefigurat: lapis angularem lapidem Christum: lucta vnionem verbi cum carne quam accepit, vel comparisonem & contentionem medioeritatis nostrae naturae cum diuina sublimitate: femoris dolor humanam generationem victam esse significat. Nam natura nostra, si cum diuina componatur, huiusmodi collatione quasi graui dolore oppressa subclaudicat.

100. Tanta ipsius virtus fuit) Sic quidam cacozeliae morbo laborantes Aristotelis balbutiem imitabantur, & Platonis gibbositatem, ac praestantissimis illorum virtutibus relictis, naturae vitia complectebantur.

101. Si eos resonabili Echus voci) Si dixerimus eos ita Basilium imitatos fuisse, quemadmodum vocem imitatur illa è concauis locis reuerberatio vocis, quae Echo dicitur, nimirum ipsis dederimas. Illa enim timetis extremam vocis simulet, extremasque syllabas reddat, cuius tamen sermonem exprimere videtur. Dionysius magnus in huiusmodi significatione ἀπὸ χιμαίρας verbo libenter vitur.

102. Oportebat enim eum hominem inueniri) Quoniam scilicet excellentius vixerat, quam humane imbecillitatis ratio ferre videretur. Vnde & Cyrus Theod. hanc rem in carmine expressit.

Ἐχμῶς ὡς ἀσθρῆκος ἀπὸ ἐλου βίον,	Vt carne casso vita decursu est tibi:
Τέθνηκας ὡς ἐσθρῆκος ἀπὸ θρώπου μέρον.	Vt carne recto clausus est vita dies.
Ἡ πῶς αὐτὸν ὠφθῆς τῆς καὶ τῶ ζύμης μέρος,	Nite attigisset mortis atrae speculum,
Εἰ μὴδὲ καὶ πῆθνηκας ὡ καὶ πῶ δῶν.	Non visus esses molis huius particeps.

103. Martyribus martyr) Auius Basilij sub Maximiano Martyrij coronam adeptus est.

104. Sacrificia pro nobis offert) Eadem pagina vides, lector, quid Gregorius de sanctorum intercessionibus, & de eorundem inuocatione senserit.

105. Carnisque stimulum à Deo nobis) Remum infirmitatem significat, atque articulorum debilitatem siue podagram. Sic enim locum illum Pauli de corporis infirmitate, & non de fomite concupiscentiae veteres quidam intellexerunt. Quamuis probabilior mihi eorum videatur sententia, qui haec verba de libidinis pruritu accipienda putant.

Psal. 49.
Luc. 21.

2. Cor. 12.

GREGO-

GREGORII NAZIANZENI AD CIVES

Nazianzenos graui timore perculsos, & principem irascentem, Oratio.

ARGUMENTVM.

Quod illud crimen fuerit ciuium Nazianzenorum, quod principis iram commouerit, ex hac oratione non satis constat. Coniectura tamen ductus existimo eos aut edicto quopiam, aut fortasse tributorum vectigaliumque grauitate offensos signa quaedam dedisse animorum ad seditionem spectantium. Verisimile enim est Gregorium multo acriorem ad eos orationem habiturum fuisse, si eam non modò in animo habuissent, sed etiam reipsa concitassent. Insignis autem est hic locus mouendae clementiae, diligenterque legendus ac memoria mandandus. Accidit enim saepenumero, vt idem argumentum tractare necesse habeamus. Porro illud te etiam obiter admonendum esse duxi, quisquis es rei Theologicae studiosus, vt sedulo animaduertas, qua arte & copia citatos orationis principio quosdam scripturae locos amplificet; luculentum certe operae precium facturum, si eam dilatandam rationem tibi imitandam proposueris.

Ventrem meum, ventrem meum doleo, & cordis mei sensoria incitantur, ait quodam loco Hieremias, qui humanitate & condolentia parem ex omnibus Prophetis habuit neminem, cum rebellantem & contumacem Israëlem deplorat, à Deique benignitate se auertentem. Quo loco ventris quidem nomine suam ipsius animam intelligit: hoc enim sensu persape hanc vocem in scripturis acceptam reperio, vel quod abdita sit, conspectumque oculorum fugiat (id enim habet anima cum ventre commune) vel quod ser-

monis alimenta capiat, atque vt sic loquar, digerat. Quem enim vsum cibus corpori adfert, eudem animae praestat oratio. Per sensoria autem fortasse impulsiones animae cogitationesque significat, easque potissimum, quae à sensibus proficiuntur: quibus optimus vir peruellitur, & incalescit, atque

impetu fertur, nec iam praespiritus aestu teneri ac coerceri potest. hoc enim verbum promptitudinem quandam indicat iracundia permixtam. Quod si quis haec ad ipsius etiam corporis sensoria referat, haud quaquam absurdè id fecerit: quandoquidem oculi auresque non modò tristibus spectaculis, atque auditionibus discruciantur, verum etiam ob commiserationem latiora videre atque audire concupiscunt. Quocumque verò haec sensu accipiuntur, perspicuum est utique Prophetam graui dolore affici & incitari, atque Israëliticae gentis calamitates molestissimè ferre, siue corporeas illas intelligas, eiusque qui corporeo modo cernitur, siue spirituales, eiusque qui spirituali modo percipitur. Nam & alibi fontem lachrymarum idem Propheta requirit, atque extremum quendam recessum

exoptat solitudinemque complectitur: quò liberè nullòque obturbate Israëlem defleat, sicque magnam sui mœroris partem exhauriat, & vulneris in pectore haerentis dolore quoquomodo leuetur. Consimilem in modum David multis ante Hieremiam annis calamitates suas acerbè ferens, quis, inquit, mihi dabit pennas sicut columbae, & volabo, & requiescam. Columbae pennas expetit, vel quòd leuiore sint ac perniciores (talis enim est, quisquis iustitiam colit) vel quòd Spiritum adumbrent, cuius vnus auxilio pericula fugimus: vt quam longissimè se ab iis malis remoueat, quae tum grassabantur. Ac deinde spem angustiarum rerum medicinam subiungit. Expectabam, inquit, Dominum, qui saluum me facit à pusillanimitate & tempestate. Quam rationem alio etiam loco tenuit, vbi confestim dolori remedium subnectit, praclarumque & sermone & opere magnitudinis animi nobis in grauibus molestisque rebus praestandae documentum praebet. Renuit, inquit, consolationem accipere anima mea. Audisne anxietatis & desperationis verba? Num quis te Dauidis causa timor inuasit, velut incurabili

4. cap. Quare ceteros Prophetas Hieremias vicit. Venter pro anima saepe sumitur in script.

Hierem. 9.

Psal. 54. Cur penas columbae expetit David.

Ibidem.

Psal. 76.

morbo laborantis? Quid ais? Respui exhortationem? negas tibi solatij spem ullam reliquam esse? Nihilne tibi medebitur, non oratio, non amicus, non propinquus, non monitor, non malis tuis indolescens, non tristem rerum suarum statum exponens, non vetera commemorans, non presentia cum illis comparans atque ostendens, quam multos homines vel ex atrocioribus malis Dei benignitas extraxerit? Siccine proiecta est, abiit, concidit, periit spes omnis, nec quicquam aliud superest, quam ut iacentes & supini finem expectemus? At sunt hæc tamen Davidis verba, qui alioqui in tribulationibus dilatatur: qui vel mortis umbra circumfusus, Dei tamen ope subnixus erigitur, atque aduersus omnes difficultates superat. Quidnam igitur me facere par est, me tenuem & infirmum, me 10 crassum & terrenum, nec tanta spiritus facultate præditum? Dauid æstuat, neque habet, quò se vertat: & quis saluus esse poterit? Quæ res mihi laboranti vel subsidio, vel solatio futura est? Ad quem in rerum asperitatibus & angustiis perfugiam? Audi quid Dauid respondeat, magnus, inquam, ille medicus, ac malos etiam spiritus per Spiritum in ipso habitantem excantans. Ad quem confugiendum tibi sit, vis ex me scire, nec ipse per te intelligis? Quis est, qui laxas manus roborat, & genua dissoluta consolatur, qui educit per ignem, & per medias vndas viam salutis monstrat? Nihil, inquit, instructa acie opus est, non armis, non sagittariis, non equitibus, non consultoribus, non amicis, nihil denique necesse est foris auxilium quærere: habes domi auxiliares copias, quæ & tibi & 20 mihi, & cuiuis volenti in promptu sunt. Adsit modò voluntas, animique propositum: propinqua est consolatio in ore tuo & corde tuo. Memor fui Dei, inquit, & delectatus sum. Quid memoria paratius? Memor ergo esto tu quoque, & delectaberis. O facilem & parabilem medicinam! O celerem curandi rationem! O egregiam diuini beneficii magnitudinem! Nò modò animi deiectionem mœstitiâque sedat Dei recordatio, sed & delectationem affert. Vis alia insuper diuinæ erga humanum genus benevolentia testimonia producam? Si, inquit, conuersus ad Dominum ingemueris, salutem consequeris. Videtis, quemadmodum salus cum gemitu & lamentatione coniuncta sit? Et adhuc te loquente dicit, Ecce adsum, & loquetur animæ tuæ, Salus tua sum ego. Nihil inter petitionem, & rei 30 petita obtentionem intercedit, non aurum, non argentum, non splendida & eximia gemma, non cetera, quibus hominum mentes ad lenitatem & clementiam inflectuntur. Postquam iratus atque infensus Deus per Sophoniam sic locutus est, desertas reddam vias eorum, ut nemo eas ingrediatur. Deficient ciuitates eorum, eò quòd à nemine incolantur: postquam acerbissima quæque minatus est, postquam summo mœrore animos deiecit, ac minarum caliginem offudit, spei melioris lumen statim inducit, meque huiusmodi oratione recreat & reficit: Veruntamen dixi, Timete me, & accipite disciplinam, & non delebimini. Aliquãtòque vltèrius progressus lætioribus adhuc humanioribusque verbis vtitur. In tempore illo dicit Dominus, Bono animo esto Sion, ne languecant manus tuæ. 40 Dominus Deus tuus in te est, qui te seruare potest: & inducet super te iucunditatem, & innouabit te per dilectionem suam, & contritos colliget, & oppressos seruabit, & ciectos admittet. Hæc sancti viri, hæc rationes volunt, hæc mea postulat oratio. Vos verò suscipite sermones prudentiæ, ut est apud Solomonem, ne tandem in profundum malorum lapsi contemnatis, nec tam ab vrgente molestia & difficultate, quam ab imperitia vestra stultitiâque absorbeamini. Res humanæ velut orbe quodam voluuntur, fratres, ac nos per contraria Deus erudit: ut sapienter omnia coagmentauit, quasi que vinculis astrinxit, sic non minori sapientia (ut inaccessa sunt illius iudicia, minimèque humanæ menti peruestigabilia) cum vniuersam rerum machinam, tum res quoque mortaliū regens ac gubernas. Mouetur enim, ut sic dicam, ac fluctuat vniuersitas rerum circa immobilem, ratione quidem haudquaquam (idem enim ipse inter omnia firmus & immobilis stat, etiam si nostram infirmitatem animorumque hebetudinem effugiat) ve-

Psal. 4.
Psal. 22.

1. Reg. 16.
Esai. 35. &
43.

Psal. 65.

Psal. 76.
Vera con-
solatio est
Dei recordatio.
Ezech. 18.

Esai. 58.
Psal. 34.

Soph. 3.

Prou. 18.

Rerum hu-
manarum
circulus.
Iudicia dei
nobis oc-
culta.

rùm rebus variis in singulos dies occurrentibus atque incidentibus. Atque hoc antiquum fixumque Dei decretum est, ipsius latibulum esse tenebras ob oculos nostros suffusas, permultaque in ipsius gubernatione hanc rationem habere, ut à nobis nisi in ænigmatibus & imaginationibus peruiideri nequeant: siue hæc ratione factum nostrum & arrogantiam coercere velit, ut intelligamus quàm nihil simus; si cum prima illa veraque sapientia conferamur, eamque ob rem ex illo vno pendeamus, in eo nostra omnia posita esse censeamus, semperque radiis illis collustrari quæramus: siue per earum rerum, quæ oculis cernuntur, inconstantiam & conuersionem ad ea quæ certa & æterna sunt, auocare. Cæterum nihil motus 10 expers est, ut diximus, nihil planum & æquabile, & in finem vsque sibi constans, non læti & tranquilli animi affectio, non ægritudo, non opes, non egestas, non vires, non infirmitas, non humilis & deiecta vitæ conditio, non principatus, non præsens, non futurus rerum status, non nostra, non aliena, non parua, non magna, nec denique quidquid dicere quisquam possit. Atque æquale hoc vnum habet ipsa inequalitas, quòd in omnibus rebus huiusmodi vicissitudo reperitur. Omnia quippe facili quodam circuitu feruntur atque recedunt, sibi que inuicem aduersantur: ut ventis tatius, aut lineis in aquis descriptis fides haberi posse videatur, quàm hominum felicitati. Ac liuor quidem secundarum rerum cursum impedit: calamitatem autem sistit commiseratio. Idque meo quidem iudicio non sine magna 20 sapientia, singularique & mirando consilio contingit: ne vel aduersitas solatio, vel prosperitas freno & disciplina careat. Prudenter verò illi faciunt, qui calamitatibus erudiuntur, dumque illis, velut aurum igne, purgantur, Davidicum illud in ore habent, Bonum mihi, quia humiliasti me: quòd videlicet ea res iustificationum Dei cognitionem in nobis excitet: quique Petrum imitantur, Seruatoris opem cum iam iamque aquis obruendus esset, imploratem: qui denique Deo propter dolorem magis adiunguntur, ac beneficiorum omnium authorem per afflictionem sibi conciliant. Anima enim morbo affecta Deo propinqua est: ac penuria ipsa efficit, ut ad eum, qui largiendi potestatem habet, nosmetipsos conferamus, quem alioqui fortasse ob nimis expromptam liberalitatem con- 30 temptui haberemus. Quocirca, fratres, oculos in cælum erectos habeamus, omni tempore rerumque statu bonam spem præferamus, neque vel in prosperis rebus timorem, vel in aduersis spem abiiciamus. Memores simus tum in tranquillitate tempestatis, tum in tempestate naucleri: nec turpiter & fœdè in afflictionibus deficiamus, aut improbos seruos imitemur, qui bene merentem quidem de se dominum laudibus celebrant, verum eidem corripienti nequaquam pari studio & voluntate adiunguntur: cum tamen interdum accidat, ut dolor sanitate, & submonitio remissione atque indulgentia, & visitatio neglectu, & castigatio veniã melior sit & præstabilior. Atque, ut rem in pauca conferam, sic nos institua- 40 mus, ut nec pro calamitatibus conseruemur, nec propter satietatem omniumque rerum copiam insolentia efferamur. Subiiciamur tum Deo, tum alij aliis, tum iis qui imperium in terra gerunt: Deo quidem omnibus de causis, alij autè aliis propter charitatis fœdus, principibus denique propter ordinem publicæque disciplinæ rationem, idque tantò etiam magis, quantò clementioribus moderatioribusque illis vtimur. Graue ac periculosum est indulgenti assiduitate clementiam exhaurire: ne alioqui illorum asperitatis & crudelitatis pœnæ tandem à nobis expetantur, ut qui ventis inuectis tranquillitatem sustulerimus, & luci caliginem induxerimus, mellisque absinthium admiscuerimus. Iam verò inter cæteras nostræ doctrinæ leges hanc quoque habemus comprimis laudandam, & à spiritu, qui id quod præstare possumus cum eo quod honesti ratio poscit, explora- 50 uit, legèque sanxit, præclare constitutam: qua ut serui heris suis, & vxores viris, & Ecclesia Christo, & discipuli magistris ac pastoribus dicto audientes esse atque obtemperare iubentur, ita nobis etiam præscribitur, ut præcellentibus potestati- bus pareamus, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, ut qui

Psal. 17.

Ventis con-
fiditur tu-
lius quam
rebus pro-
spers.

Calamita-
tes nos eru-
diunt.
Psal. 118.
Matth. 14.

sent.
Penuria
quid effi-
ciat.

Ephes. 3.
Psal. 48.

1. Pet. 2.
Principi-
bus cur pa-
rendum.
sent.

Eph. 6.
Col. 3.

Rom. 13.

pendendo tributo simus obnoxij: nec committamus, vt ob scelera & flagitia nostra legem odio infectemur, ac vindicem gladium expectemus: quin potius id agamus, vt per timorē purgati laudem à potestate & magistratu consequamur: Vna atque eadem est regula, & tamen ita recto parcat, vt quod superfluum est, incidat. Vnus itidem Sol: & tamen vt fanis & incorruptis oculis splendorem affert, ita ægros & imbecilles præstringit & obscurat. Atque vt ex nostra doctrina quidpiam in medium proferam, vnus est Christus. Idem tamen in ruinam & resurrectionem positus est, in ruinam nimirum incredulis, in resurrectionem autem iis qui fide præditi sunt: & aliis quidem petra offensionis est ac lapis scandali, iis nempe qui nescierunt neque intellexerunt, verum in tenebris ambulant (quales illi sunt, qui vel simulachra pro diis colunt, vel defixos in litera mentis oculos habent, nec quicquam præterea splendoris accipere vel cupiunt vel possunt) aliis contrà lapis angularis & petra laudabilis (iis videlicet qui verbi diuini vinculo cōstringuntur, eique insistant) aut, si mauius, margarita illa, quam bonus negotiator omnibus suis facultatibus emeratur. At nos, fratres, dum officium ipsi deferentes magistratus potestatem iniquo animo ferimus, perinde vtique facimus, ac si quis certaminis præsidē vt improbum accuset, cum ipse in palæstræ leges peccet, aut medicum vt indoctum & audacem, quod sectionibus & cauteriis grassetur, cum ipse graui morbo laboret, asperioribusque remediis opus habeat. Atque hæc mihi ad subditos partim admonendi, partim cōsolandi gratia dicta sint, mihi inquam pauperi pastori, gregem hunc paruum componentem & instaurantem, cui & gaudenti gratulari ac læto animo esse, & mœrenti condolere pastoritiæ meæ artis lege præscripta iubeor. Quid verò vos principes & præfecti? Ad vos enim iam nostra se conuertit oratio, ne alioqui iniquè omninò facere videamur, atque his quidem quæ in rem futura sint consulere, vestræ autem dignitati potentiaque cedere, quasi vel pudore vel metu nostram secundum Christum libertatem demittentes, aut rationibus quidem illorum accuratius providere, vestri autem cura minus tangi, quibus eò etiam maiori sollicitudine prospiciendum est, quod ea res plus in vtramque partem momenti habeat vberiorque inde vtilitas promanet, si negocium prosperè successerit. Contrarium enim tum à nobis ablit, tum ab oratione nostra. Quid igitur dicitis? aut quid inter nos conuenit? An me liberè loquentem æquo animo feretis? Nam vos quoque potestati meæ meisque subfelliis lex Christi subiicit. Imperium enim ipsi quoque gerimus, addo etiam præstantius ac perfectius: nisi verò æquum est Spiritum carni fasces submittere, & cœlestia terrenis cedere. Sed non dubito, quin hæc dicēdi libertatē in optimam partem accepturus sis, vt pote sacri mei gregis ouis sacra, magnique Pastoris alumna, recteque iam inde à primis annis à spiritu ducta & instituta, sanctæque & beatæ Trinitatis lumine æquè ac nos ipsi collustrata. Proinde breuis erit mihi tecum oratio. Cum Christo imperium geris, cum Christo prouinciam administras. Ab illo gladium accepisti, non tam vt eo utaris, quàm vt mineris ac terreas. Quare tibi videndum est, vt illum tanquam donarium quoddam purum & integrum ei qui dedit, serues. Imago Dei es: verum imaginē quoque Dei regis, hinc quidem certa dispensatione gubernatam, ad aliam autem vitam migrantem, ad quam omnes quoque concedemus, posteaquam in hoc vitæ ergastulo vel stadio, vel præsignatione, vel adumbratione aliquantisper luserimus: cœtat te naturæ cognatio: moueat te exemplar tuum: fac Deum imiteris, non mundi principem: benignum dominum, non acerbum & crudelem tyrannum. Ille homicida erat ab initio. Ille & primo homini per mandati transgressionem vulnus inflixit, & ærumnosam vitam inuexit, & tum inferendæ tum subeundæ pœnæ legē per peccatum induxit. Tibi verò, homo Dei, in mentem veniat, quis te finxerit, quò voceris, quot quantaque habeas, quot nominibus obstrictus sis, à quo rationem, legem, prophetas acceperis, cuius beneficio hoc ipsum consecutus sis, quòd Deum cognoscis, quòdque futurum speras, vt bonis in expectatione

Simil.

Luc. 2.

i. Pet. 2.

Rom. 9.

Psal. 81.

Eph. 2.

Matt. 13.

Simil.

Rom. 11.

Episcoporum imperium præstat regum imperio. Imperatorem alloquitur.

Ioan. 8. Gen. 3.

10

20

30

40

50

positis

positis aliquando perfruat. Quocirca Dei humanitatem & misericordiā æmulate: Nihil tam diuinum habet homo, quàm beneficentiā ac bene de hominibus merēdi studium. Licet tibi nullo labore diuinitatem assequi: noli oblatam diuinitatis adipiscendæ occasionem amittere. Alij opes suas effundunt, alij exhaustam carnem spiritui mancipant & Christo propter Christum emoriuntur, penitusque se à mundi consortio abrumpunt. Alij charissima sibi pignora Deo consecrant. Nec verò tibi Abrahæ sacrificium inauditum est, qui vnicum filium diuinitusque promissum, immò ad quem ipsa promissio referebatur, Deo libentius obtulit, quàm ab eo primùm acceperat. Horum nihil à te postulamus: hoc vnum petimus, vt clemētiā, qua Deus magis quàm cunctis aliis rebus in vnum collatis delectatur, omnium munerum loco conferas, donum proprium, donum labe omni vacuum, donum Dei liberalitatem & munificentiam inuitans lenitatem admisce terrori: minas spe tempera. Multa quoque perficere benignitatem ignoscendique facilitatem exploratum habeo, ad debitam gratiam referendam pudore ipso compellentem: cum videlicet in summa vim inferendi atque animaduertendi potestate noxam condonantes, eum, in quem fuimus misericordes, beneuolentia nostra victum ac pudore fractum ad nostri amorē pertrahimus. Nihil tibi tanti sit, vt propterea inducas in animum aliquid admittere, quòd à principis dignitate abhorreat. Nihil commiserationem animique mansuetudinem excludat, non temporis acerbitas, non princeps, non metus, non maioris præfecturæ spes, non audacia & asperitas opibus & gratia florens. Ad necessaria tempora supernæ beneuolentiæ tibi præsidium para: Misericordiā Deo mutui nomine præbe. Neminem vnquam Deo aliquid prius erogasse pœnituit. In beneficio referendo copiosus est, maximè ille quidem cœlestia bona iis, à quibus ipsi antè quidpiam collatum mutuòque datum fuerit, rependens, nonnunquam tamen huius quoque vitæ commoda refundens, vt futura certiori fide expectemus. Breui transibit & dilabatur hic mundus, vitæque, scena dissoluetur. Temporis igitur commoditate ad quæstum nostrum vtamur: fluxis & fragilibus æterna coëmamus. Vnusquisque nostrum correptioni & pœnæ obnoxius est, ac secum lutea hæc massa plurimum æris alieni circumfert. Veniam ergo alienis peccatis demus, vt nostris impetremus: remittamus, vt vicissim nobis remitti postulemus. Vides in Euangelio quomodo quidam talentorum multorum debitor adducatur, atque omni ære alieno liberetur. Nec mirum: ad bonum enim & facilem dominum acceperat. At ille ære alieno solutus nequaquam pari humanitate aliis debitum remittit (nam animi quoque destinatione & voluntate seruus est) nec misericordiam quam in maiori pecuniæ summa consecutus est, in minori pecunia conseruo suo impartit, si nihil aliud, at propositum sibi certe liberalis erga alios animi exemplum sequens. Cuius rei indignitate grauissimè mouetur dominus. Nam quæ postea sequuntur, silentio præteribo. Tantum hoc dicam, conducibilius omnino esse, vt priusquam in altero sæculo vitæ rationes referamus, huius vitæ benignitatē impendamus. Quid ais? Num te sermones nostri permouerunt, quorum te amore ac cupiditate flagrare sæpe confessus es, præstantissime princeps, atque vtinam addere liceat, clementissime? Num tibi præterea supplicis cuiusdam libelli lococanicies hæc offerenda erit annorumque nostrorum numerus, diuturnumque & incontaminatum sacerdotium, quod ipsi quoque Angeli puri purissimi Dei cultores fortasse verentur, vt ipsorum cultu & sacrificio dignum? Num hæc inquam te permouent? An maius aliquid audiendum erit? Audacem autem me dolor facit. Christum tibi offero, Christi que pro nostra salute inanitionē, & impatiibilis supplicia, & crucem, & clauos, quibus peccato solutus sum, & sanguinē & sepulturam, & reditum ad vitam: & ascensionem, atque aded mensam hanc, ad quam communiter accedimus, salutisque meæ signa, quæ eodem ore perago, quo has ad te preces fundo, hoc inquam sacrosanctum mysterium atque in cœlum nos tollens. Quòd si hæc singula minus apud te valeant: at vniuersa certè valeant.

scnt.

Gen. 22.

Clementia Deo gratior cunctis aliis rebus.

Act. 2.

Eccles. 8.

Matth. 18.

Sacerdotium incontaminatum reuerentur Angeli.

Philip. 2.

Sacrosanctum mysterium altaris.

Da & nobis & tibi ipsi hanc gratiam, & domesticæ Ecclesiæ tuæ, atque huic præclaro Christi cœtui, de quo ita velim existimes, eum tibi nobiscum supplicem esse, tamen si obeundæ legationis munere nobis cedat, ut maiorem apud te, à quo honore affecti sumus, auctoritatem habituris: ne illud etiam dicam, quòd imperij tui interdicto huius loci accessu prohibetur. Hac vna re patere te vinci, ut humanitate nos superes. En tibi coram Deo & Angelis & regno cœlorum, illiusque vitæ præmiis supplices meos offero. Fidem meam honora, quam mihi commissam aliis commisi: ita fiet, ut tua quoque in maioribus rebus & grauioribus honoretur. Atque, ut vno verbo rem complectar, Dominum ipse quoque in cœlo habes. Hunc tibi talem erga te iudicem experiri contingat, qualem te his, qui tuo subsunt imperio, præbueris. Utinam autem nobis & in hac vita mitia & benigna cuncta contingant, & in altero sæculo leuiora. In Christo Iesu Domino nostro, cui gloria, & imperium, & honor, & regnum cum Patre & sancto Spiritu, sicut erat, & erit, & nunc est, & in secula seculorum. Amen.

SCHOLIA.

- 1. Mouetur enim) Græcâ verba ita inuoluta & intricata sunt, ut vix ullus sensus ex iis elici queat. In Regine tamen codice eodem modo leguntur, quòd in Heruagiano: nisi quòd hæc verba π κατ' ἡμαρ in manuscripto desunt, & certè parum ad rem facere videntur. Meo quidem iudicio commodior esset lectio, si ita haberetur: καὶ ἐπειδὴ τὸ πρῶτον αὐτῶν ἐσαλεύεται (ὁ γὰρ αὐτὸς ἐν πᾶσι ἐστὼς ὁ αὐτῶν, καὶ ἕξ αὐτῶν τὸ ἡμετέριον ἀδελφῶν) λόγῳ ἰδὲ ἡδαιμῶς, τοῖς δ' Ὁ. c. ut intelligat Gregorius vniuersam rerum machinam moueri ac fluctuare, non quidem quòd ad rationem gubernationis (omnia enim sapientissimè moderatur Deus) sed quòd ad varios rerum euentus attinet.
- 2. Anima enim morbo affecta) Eandem sententiam in priore ad Cæsarium fratrem Epistola profert, eamque D. Petro tribuit, quæ tamen in neutra ipsius Epistolarum extat. Quare idem de hac sententia dicere possumus, quòd Græcus interpres eum locum Orationis de Cura pauperum explicans, in quo ait Petrum lupinis minuto asse emptis vesci solitum, π πρὸς τὴν ἐκκακοσοφίαν οὐδὲν βίβλων αὐτῶν πρῶτον. Hoc, inquit, ex libris nequam ab Ecclesiâ receptis atque approbatis sumptum est.
- 3. Contrarium enim tum à nobis) Perspicua & absoluta fuisset sententia, si sic dixisset: vtilitas maior ad Rēp. redit, si res hæc ex sententiâ successerit. Et contra si infelicem exitum hic conatus habuerit, maximam inde negocia publica calamitatem hauriunt. Verum tanta est huius authoris religio, ut cum triste aliquid miserumque proferendum est, consultò se reprimat: ne vel simplex & nuda commemoratio mali aliquid animis habere videatur. Hæc autè figurâ à Cicerone præcisio dicitur, apud authorè nostrum frequentissima.
- 4. Vel præsignatione, vel adumbratione) Gr. εἰ πρὸς ἀρχὰς μακρὰν, εἰ πρὸς ἀσπίδα π. Eleganter hanc vitam futuræ vitæ ἀρχὰς μακρὰν & ἀσπίδα vocat, quòd non plena ac perfecta sit, sed velut rudis & imperfecta. ἀρχὰς ἀπὸ τῶν ἀρχῶν dicuntur (sculptores, quemadmodum & ἀρχὰς ἀπὸ τῶν ἀρχῶν, cum primam manū operi apponunt.
- 5. Nihil tam diuinum habet homo) Cicero pro Ligario: Homines ad deos nulla re propius accedunt, quàm salutem hominibus dando. Et Plinius lib. 2. Nat. hist. Deus, inquit, est mortali iuuare mortalem, & hæc ad æternam gloriam patet via, & c. Et Strabo lib. 10. Rectè dictum est, mortales tunc maximè Deos imitari, cum benefici sunt. Vide Erasmus in prouerb. Homo homini Deus.
- 6. Licet tibi nullo labore) Nam ad ignoscendum nulla externa actione opus est, in qua subeundus sit grauis aliquis labor: sed ad id solius vocis & linguæ opera requiritur.
- 7. Vnusquisque nostrum correptioni) Allusio hæc ducta est ex cap. 8. Eccl. quo loco in vulg. ita translatione vitiosè legitur, Omnes in corruptione sumus. Legendum est enim in correptione.
- 8. Nā quæ postea sequuntur) Est hic quoque præcisio, de qua modò diximus, vel, ut aliis placet, reticètia.
- 9. Salutisque meæ signa, Gr. τοῖς τῶν πρὸς ἐμὴν σωτηρίαν. Ne te conturbet, Christiane Lector, quòd Gregorius noster augustissimum Eucharistia sacramētum typos seu signa salutis nostræ appellet. Quo etiam modo Tertulianus lib. 4. contra Marcionem nomine figuræ vitur, & signi vocabulo Augustinus aduersus Adimantum scribens. Quibus vocibus nihil aliud intelligerunt, quàm partem eam sacramēti, quæ in oculorum sensum cadit, hoc est, accidentia panis & vini. Sunt enim hæc signa, sed rerum præsentium, nimirum corporis Christi realiter & substantialiter præsentis. De qua re aliquantò fusiùs tractauimus in annotationibus orationis in laudem Gorgoniæ.

GREG.

GREGORII NAZIANZENI DE LAV-
dibus Athanasij Magni Archiepiscopi Alexandrini,
Oratio:

ARGUMENTVM.

10 **H**æc oratio simpliciter laudatoria est, & non funebris, ut quidam existimarunt. Neque enim lamentationes ullas habet, nec consolationes: nec ad sepulchrum Athanasij pronūciata est. Nam cum apud Constantinopolin peregre ageret Gregorius, imperante Theodosio, hanc orationem conscripsit. Magnus autem Athanasius antea Valente imperium obtinente ad Deum migrauerat, cum totos quadraginta sex annos Alexandrinam Ecclesiam non sine grauisimis laboribus rexisset.



10

30

40

50

Thanasium laudans, virtutem laudabo. Idem enim est illū dicere, quòd virtutem laudibus efferre: quoniam virtutes omnes complexu suo tenebat: vel, ut verius loquar, tenet. Deo etenim omnes viuunt, qui secundum Deum vixerunt, etiam si ex hac vita migrarint. Vnde & Deus, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob dicitur, ut viuentium Deus non mortuorum. Virtutem autem laudans, Deum laudabo, à quo virtus ad homines promanat: cuiusque beneficio nobis contingit, ut ad eum per cognatam illuminationem euehamur, vel potius reuehamur: nam cum multa ac magna sint atque adeò tot & tanta, ut nemo ea sermone complecti possit, quæ nos à Deo partim habemus, partim habituri sumus. In hoc tamen potissimum elucet ipsius erga genus humanum beneficentia, quòd ad eum animos erigimus, eique velut necessitudine quadam & cognatione iungimur. Nam quòd sensibilibus rebus est Sol noster, hoc intelligibilibus est Deus: Ille enim mundum hunc aspectabilem collustrat: hic inuisibilem. Ille corporis oculos ita afficit, ut lumen ipsius intueri possint: hic mentes deiformes reddit. Atque ut ille cum & iis quæ oculorum sensu prædita sunt, & iis quæ in aspectum cadunt, hanc vim tribuat, ut & illa videre & hæc visu percipi possint, interim tamen ipse omnia, quæ oculis subiecta sunt, pulchritudine antecellit: eodem modo Deus, cum tam iis, quæ intelligètia vtuntur, quàm quæ mente & intellectu comprehenduntur, hoc afferat, ut & illa intelligant, & hæc intelligentia percipiantur, ipse tamen intelligibilium omnium summus est vertex, in quo desiderium omne consistit ac desigitur, nec supra eum vsquam fertur. Nec enim quicquam sublimius habet, aut omnino habebit mens vlla, quantumuis philosophica, & altissimè tendens, ac summè curiosa. Hoc etenim rerū omnium expetendarum extremum est, quòd cum peruenerimus, conquiescit omnis speculatio. Quicumque igitur corporis crassitie & rationis & contemplationis operrupta, solutaque hac carne, siue nubes, siue obuclatio dicenda est, cum Deo commercium habere, ac purissimæ luci, quantum humanæ naturæ datum est, commisceri licuerit, is duplici nomine beatus censendus est: tum quòd hinc seipsum extulerit, tum quòd illius vitæ diuinitatem sit consecutus, quam verum & syncerum philosophiæ studium conciliat, ac mentis supra terrenum binarium subuectio, propter eam, quam in Trinitate intelligimus vnitatem. Qui autem ob hanc carnis copulam deterior factus est, atque ita luto cohæsit, ut nec veritatis radios intueri, nec supra inferiora hæc assurgere queat, idque cum supernè originem traxerit, & ad superna vocetur: hunc cæcitatibus ergò miserum existimo, etiam si res huiusce vitæ illi ex animi sententiâ fluant, tantòque etiam miserorem, quantò magis à secūdo rerum fluxu delusus fuerit, sibi que aliud quodpiam bonum vero bono præstabilius esse persuaferit: malum utique malæ opinionis

Virtutes omnes in Athanasio.

Matth. 21.

Elegas collatio solis cum Deo.

Omnium rerum expetendarum extremum.

Beatus quis.

Miser quis.

pauci ho- mines sunt Dei.

fructum decerpens, ut vel tenebris mulctetur, vel ignem videat, quem vel lucem non cognouit. Hæc paucis tum nostræ tempestatis tum veteris memoriæ hominibus curæ ac studio fuerunt. (pauci enim Dei sunt, quamuis omnes ipsius figmenta simus) legislatoribus, præfectis militaribus, sacerdotibus, Prophetis, Euangelistis, Apostolis, pastoribus, doctoribus, omnique spiritali agmini & complemêto: inter omnes autem eos huic quoque, in cuius laudem hæc à nobis habetur oratio. Quos tandem hos dico: Enoch illum, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, duodecim Patriarchas, Mosem, Aaronem, Iosue, Iudices, Samuelem, Dauidem, Solomonem aliquantisper, Heliam, Helisæum, Prophetas, qui vel captiuitatem antecesserunt, vel post eam floruerunt, atque hæc ordine quidem postrema, ceterum veritate prima, quæ circa Christi incarnationem seu humanitatis assumptionem contigerunt, lucernam illam luci præeuntem, vocem sermoni, mediatorem mediatori, mediatorem, inquam, veteris & noui Testamenti, Ioannem illum egregium, Christi discipulos, eos denique, qui post Christi tempora vel populo præfuerunt, vel orationis facultate & doctrina claruerunt, vel signis ac miraculis nobilitati sunt, vel martyrio perfundi sunt. Ex his Athanasius alios æquauit, ab aliis paruo interuallo superatus est, nonnullos etiam, nisi hoc audacius à me dictum videatur, antecessit: atque aliorum dicendi facultatem, aliorum actionem, aliorum clementiam, aliorum zelum, aliorum dimicationes, quorundam plura virtutum ornamenta, nonnullorum etiam omnia imitando consecutus, atque aliud ab alio mutuatus, quemadmodum qui formas excellentissimè pingunt, atque in vnam suipsius animam complexus, vnum ex omnibus virtutis simulachrum numeris omnibus absolutum edidit: sic videlicet se comparans, ut & eruditos ac disertos actione, & agendi vi præditos eruditione atque eloquentia vinceret, aut si maus, & doctrinæ gloria florentes, doctrinâ & rebus agendis aptissimos actione superaret: atque & iis qui mediocre in vtroque genere laudem habebant, eò superior esset, quòd in altero horum summè excelleret, & rursus iis, qui in altero duntaxat genere summopere eminebant, hoc eo nomine præstaret, quòd vtraque virtute ornaretur. Quòd si his, qui ipsum ætate præcesserunt virtutis exemplum ipsi præbuisse magnum atque honorificum est: non minus certè huic nostro præclarum censei debet, quòd posteris exemplum ipse fuerit. Atque omnem quidem illius vitam sermone profèqui ac laudibus efferre longius fortasse fuerit, quàm orationis institutù ferat, atque historiæ opus fuerit, nò encomij: quàm etiam ut posteris documento atque oblectationi futuram proprio scripto mandare comprimis optatam, quemadmodum ipse diui Antonij vitam conscripsit, cum vitæ monasticæ leges sub narrationis specie promulgaret. Verùm pauca ex multis illius ornamentis, quæque nunc nobis ut notiora & insigniora vltro memoriæ offeruntur exposuisse contenti (ut simul & cupiditati nostræ satisfaciamus, & officium huic festo debitum persoluamus) plura iis, quibus ea cognita sunt, relinquemus. Neque enim alioqui pium nec tutum est, cum impiorum hominum vita memoriæ prodatur, pietate præstantes viros silentio transmittere: idque in ea ciuitate, quam vix etiam multa virtutis exempla seruare possint, ut quæ sicut circos & theatra, ita diuina quoque mysteria pro ludo habeat. Ille igitur in diuinis moribus atque disciplinis statim educatus est, cum liberalibus artibus perexiguum temporis tribuisset, ne videlicet huiusmodi rerum omnino rudis & ignarus videretur, eaque nescire, quæ sibi contemnenda duxerat. Neque enim generosam ac magnificam animam inanibus studiis occupari sustinuit, eodemque modo affici, quo imperiti athletæ, qui dum aërem sæpius quàm corpora feriunt, præmiorum spe frustrantur. Atque & veteris & noui Testamenti libros omnes ita permeditatus, ut ne vnum quidem quisquam alius, non modo contemplationis, sed etiam egregiæ ac luculentæ vitæ diuitiis augetur, mirificèque vtrunque connectit, catenam verè auream, atque eiusmodi, ut nequaquam à multis connecti queat: hanc nimirum rationem iniens, ut & vita duce ad contemplationem

Athanasius confertur cum illis qui eum præcesserunt.

D. Antonius.

Constantinopolin intelligit.

Inania studia.

Athanasius instruitur cognitione vtriusque Testamenti. Catena verè aurea.

temptationem vteretur, & contemplatione vitam morumque elegantiam obfignaret. Nam ut timor Domini principium est sapientiæ, velut prima quædam incunabula: ita sapientia cum timore superato ad Dei amorem nos subuexerit, ex seruis iam amicos ac filios efficit. Sic porro nutritus & eruditus, ut nunc quoque eos oporteret, qui plebis antistites futuri, magnùmque Christi corpus tractaturi sunt, secundum magnum Dei consilium ac præscientiam, quæ magnarum rerum materiam longè antè constituit, in magnum hunc clericorum ordinem cooptatur, atque in eorum, qui appropinquant Deo appropinquant, numerum ascribitur, ac sacrosanctæ stationis & ordinis honore afficitur, cunctisque Ecclesiasticorum graduum muneribus deinceps perfunctus, ut quæ media sunt refecem, Alexandrino populo, quod idem est ac si dixissem, vniuerso terrarum orbi præficatur: neque satis constituere possum virtutis præmiū, an Ecclesiæ fontem ac vitam huiusmodi dignitatem acceperit. Hanc enim oportebat veritatis siti languentem ac propè confectam, Ismaëlis instar potione refici, aut velut Heliam, refrigerata siccitate terra, è torrente refocillari, paulùmque spirantem ad vitam reuocari, semèq; Israël relinqui: ne ut Sodoma & Gomorra efficeremur, quarum peruulgatum scelus peruulgatori interneccione vindicatum est, incolis nepe igni & sulphure demersis atque obrutis. Propterea nobis iam iacentibus cornu salutis erectum est, lapisque angularis nos & sibi & inter nos constringens opportunè iniectus est, aut ignis malæ & vitiosæ materiæ purgator, aut ventilabrum rusticum, quo à grauibus dogmatis leuia discernuntur, aut gladius vitij radices excidens, Deique filius belli focium nanciscitur, Spiritusque hominem, qui proprio spiret, inuenit. Sic igitur atque ob eas causas totius populi suffragiis, non autem secundum peruersum exemplum, quod postea inoleuit, neque per vim ac cædem, sed apostolicè & spiritualiter ad Marci thronum euehitur, nò minus pietatis quàm primariæ sedis successor. Ut enim si hanc spectes, remotissimus ab eo futurus est: ita si illius rationem habeas, statim illi proximus inuenietur. Quæ quidem propriè successio existimanda est. Nam qui eandem fidei doctrinam profiteretur, eiusdem quoque throni particeps est. Qui autem contrariam fidem amplectitur, aduersarius quoque in throno censei debet. Atque hæc quidem nomen, illa verò rem ipsam & veritatè habet successionis. Neque enim qui per vim irrupit, successor habendus est, sed qui vim perpeffus est: nec qui contrariam sententiam tuetur, sed qui eadem fide præditus est. Nisi quis fortasse ita successorè dicat, quemadmodum morbum sanitati, & tenebras luci, & tempestatem tranquillitati, & demeritiam prudentiæ succedere dicimus. Posteaquam autem ad hunc modum Præsul designatus est, ad hunc quoque protinus modum imperiū administrat. Non enim simulatque ad thronum peruenit, velut qui tyrannidem quandam aut hæreditatem præter spem arripuerunt, statim ob rerum copiam insolentia elatus est. Hoc enim adulterinorum & ascriptitorum præsulum est, eoque munere, quod profitentur, indignorum: qui cum nihil prius ad sacerdotium attulerint, nullos labores atque ærumnas virtutis causa pertulerint, discipuli simul magistrisque pietatis designantur, aliosque antè purgant, quàm ipsi purgati fuerint: heri sacrilegi, hodie sacerdotes: heri extra sancta, hodie sanctorum arbitri & antistites, veteres vitio, pietate rudes & recentes quod gratiæ ac fauoris humani non Spiritus opus est) qui cum cætera omnia violenter peruaserint, ad extremum ipsam quoque pietatem tyrannide premunt: quorum non mores dignitati, sed dignitas moribus fidem astruit, ordine admodum præpostero: qui denique plura pro suis quàm pro populi ignorantis sacrificia debent, ac prorsus duorum alterum peccant, vel quia venia ipsi opus habent vltra modum aliis ignoscetes, ut sic non modò nò reprimatur vitium, sed etiam doceatur: vel quia imperij acerbitate peccata sua tegunt. Quorum vtrumque fugiens Athanasius, vita quidem sublimis erat, verùm animo humilis: atque ea quidem virtute, ut nemo ad eam aspirare posset: cæterum ea comitate, ut ad eius congressum facilis omni-

psal. 110.
Educatio futuri præsulis.
Copus Christi.
Leuit. 10.
psal. 148.
Athanasius.
ordines omnes Ecclesiasticos assequitur.
Gen. 21.
3. Reg. 17.
Esa. 1.
Gen. 19.
Luc. 1.
psal. 117.
Suffragia populi.
Athanasius ad Marci thronum euehitur apostolice.
Successionis veræ nota.
Quis improprie dicatur successor.
Adulterini præsules quina sint.
Alios purgans sit ante purgatus.
Mores dignitati fide astruere debent.
Hebr. 9.
Virtutes ac dotes Athanasii.

bus aditus pateret, clemens, ab ira alienus, miseratione præditus, sermonè iucundus, moribus iucundior, forma angelicus, animo magis angelicus, in obiurgando placidus, in laudando erudiendi vim habens, sic vtrunque temperans, vt neutram virtutem immoderatione labefactaret, verùm & obiurgatio paternam beneuolentiam, & laudatio grauitatem atque authoritatem præ se ferret: nec aut mollires dissoluta, aut seueritas fastuosa & importuna esset, quin potius illa humanitatis & clementiæ, hæc prudentiæ nomen haberet, vtraque verò laudem sapientiæ obtineret: ita denique se comparans, vt nec sermone, propter mores abundè ad instructionem sufficientes, magnopere opus haberet, nec rursus, propter vim facultatè dicendi, virga admodum egeret, sectione porrò multò minus, ob virgam moderatè ferientem. Quid autem vobis hominem describere attinet, quem Paulus anteuertens depinxit, partim cum Pontificem illum magnum, qui cælos penetrauit, deprædicat (huc enim vsque progredi non dubitabit oratio, cum scriptura eos, qui secundum Christum viuunt, pro Christi agnoscant) partim cum Timotheo in Epistola, quã ad eum scribit, leges imponit, eum, qui Ecclesiæ antistes futurus est, sermone fingens atque informas. Nam si legem eam velut regulam quandã huic viro, cui ab his virtutibus laudè teximus, admo-ueris, quàm recta sit, liquidò perspicias. Agite igitur, ac mecum laudationis munus suscipite. Nam circa orationem laboro, ac multa quidè prætermittere cupio: verùm aliàs ab alio detineor, neque quod præcellit reperire queo, velut in corpore vndique æquali atque eleganti. Mihi enim vt quidque occurrit, ita pulchrius ac præstantius videtur, orationemque ad se rapit. Facite igitur quicumque laudum illius præcones ac testes estis, vt virtutes illius inter vos partiamini, ac præclarum certamen inter vos ineatis, viri simul & fœminæ, adolescentes & virgines, senes & iuuenes, sacerdotes & populus, monachi & cœnobiaci, simplices atque exactioris vitæ sectatores, quicumque vel contemplationi addicti estis, vel in actione positam vitam profiteamini. Hic illius velut corpore vacantis ac materiæ expertis in ieiuniis atque orationibus assiduitatem, ac velut corporis omniſque materiæ carentiam laudibus vehat: ille insuperabilem in vigiliis ac psalmodiis contentionem. Alius egentium curam ac patrocinium: alius vt vel superbis & elatis restiterit, vel ad humiles se demiserit, narret. Virgines pronubum laudent, matrimonij iugo constrictæ moderatorem, qui solitariam vitam agunt, pennarum accommodatorem, qui in sodalitiis viuunt legillatorem, simplices itineris ducem, speculationi dediti theologum, hilares frenum, calamitosi consolatorem, canicies baculum, iuuentus pædagogum, paupertas suppeditatorem, diuitiæ dispensatorem. Quin mihi videntur & viduæ patronum laudaturæ, & pupilli patrem, & pauperes pauperum studiosum, & peregrini hospitem, & fratres fratrum amatorem, ægrotantes medicum, idque cuiuscunque morbi ac medicamèti volueris: sani valetudinis custodem, omnes denique eum, qui omnia omnibus factus est, vt omnes, vel quamplurimos elucraretur. Atque hæc, vt diximus, alij mirerentur ac prædicent, quibus tantum ocij suppetit, vt exiguas illius virtutes laudibus profecquantur. Exiguas porrò cum dico, ipsum secum comparans dico, virtutèſque illius cum virtutibus conferens. (Neque enim id quod glorificatū est, glorificatū est, etiã si valde sit splendidū, propter exuberantem gloriam, sicut scripturæ oraculo proditum est) alioqui pauca etiã illius ornamèta eiusmodi sunt, vt ad nominis celebritatem aliis abundè esse queant. Nobis autem (nec enim ferendum est, nos relicto verbo rebus leuioris momenti ministrare) ad id, quod præcipuum laudum ipsius caput, conuertenda est oratio. Deo verò, cuius causa hunc quoque sermonem instituiamus, acceptum referendum erit, si quidpiam dixerimus, quod illius grandiloquentiæ, animique virtuti respondeat. Fuit quondam tempus, cum res nostræ flourerent, ac præclare se haberent, cum nimirum superflua hæc & verborum lepore atque arte fucata tractandæ Theologiæ ratio ad diuinas caulas ne aditum quidè habebat: verùm idem erat calculis ludere inuersionis celeritate aspectum

Hebr. 4.

Christi.
1. Tim. 3.Athan. as-
sidua ieiun-
ia.

1. Cor. 9.

2. Cor. 3.

Quo tem-
pore flore-
bat Eccle-
sia.

aspectum fallentibus, aut omnigenis & lasciuis corporis flexibus spectatores ludificari, quod noui quidpiam ac curiosi de Deo vel dicere vel audire: simplex contra ingenuaque oratio atque doctrina pietas existimabatur. At posteaquam Sexti & Pyrrhones & contradicendi libidine incitata lingua, velut grauis quidam ac malignus morbus in Ecclesias nostras infeliciter irrepsit, quodque Actorum liber de Atheniensibus narrat, ad nihil aliud vacamus, quam ad noui aliquid dicendum vel audiendum. O quis Hieremias confusionem nostram caliginemque deplorabit, qui solus lamentationes calamitatibus exequiare nouit! Hanc rabiem auspicatus quidem est ille à furore nomen habens, Arius, qui etiam petulantis & effrenatæ linguæ pœnas dedit, in obscœnis & impuris locis extinctus, atque orationis non morbi viribus oppressus, ac Iudæ instar disruptus ob eandem verbi prodicionem. Verùm alij hunc morbum excipientes impietatis artem condiderunt, nimirum qui diuinitatem Ingenito circumſcribentes, non modò Genitum, sed etiam Procedentem diuinæ naturæ finibus exturbarunt, nominis tantum societate Trinitatem honorantes, immodè ne hoc quidem ipsi integrum relinquentes. At non eodem modo sensit beatus ille, & verè homo Dei, ac magna veritatis tuba. Quin potius illud perspectum habens, & tria hæc in numerum vnum contrahere, impij erroris esse, nouique dogmatis Sabellij, qui primus diuinitatis contractionem excogitauit, & rursus tria quatum ad naturam distrahere, nihil aliud esse, quam portentosam diuinitatis sectionem introducere: illud, inquam, perspectum & exploratum habes, hanc rationem secutus est, vt & vnum, quantum ad diuinitatem præclare seruariet, & tria quantum ad proprietates piè doceret, ne aut vnus assertionem diuinitatem confunderet, aut trium professione distraheret, sed intra pietatis fines consisteret, immodicam in vtramque partem inclinationem oppositionemque vitans. Atque idcirco primum in sancto Concilio Niceæ habito, atque illo lectissimorum virorum numero, quos spiritus sanctus in vnum coegerat, quantum in ipso fuit, morbum compressit, nondum ille quidem in Episcoporum numerum allectus, verùm primi inter eos, qui simul cum ipsis eò perrexerant, ordinis. Nam is tum rerum status erat, vt non minus virtute quam graduum Ecclesiasticorum dignitate honoris præstantia censeretur. Deinde cum hoc malum peruersi spiritus solibus excitatum iam atque inflammatum esset, bonamque orbis partem inuaderet (hic enim uero tragici illi actus initium capiunt, quorum fama terram penè vniuersam ac mare peruagata est) varium illi quidem ac multiplex, vt strenuo rectæ doctrinæ patrono bellum inferitur: (aduersus eum enim qui obsistit, ac contra nititur, maximè infesta esse acies hostilis sollet) atque aliunde alia quædam calamitas influit (solers quippe & ingeniosa ad excogitandum malum est impietas, atque ad suscipiendum facinus mirè audax: quoniam autem modo hominibus parcerent, qui dignitati non pepercerant?) Vnus tamè hic impetus atrocissimus fuit. Nam ipse quoque ad hanc tragediam non nihil conferebat. Atque hic mihi charissimum solum, patriam, inquam, meam omni crimine solutam velim: non enim patriæ, sed iis qui libera animi voluntate eam elegerunt, improbitas assignanda est. Illa enim sacra & apud omnes pietatis laude clara & illustris: at hi Ecclesia parente indigni. Porrò in vinea quoque spinam nasci audiistis, ac Iudas, qui in discipulorum numero erat, proditor fuit. Nec verò defunt, qui ne meum quidem cognominem culpa liberent, qui eruditio- nis amore & studio tum temporis Alexandria peregrè agens, cum ab ipso humanissimè, non secus ac filiorum charissimus acceptus esset, tantamque apud eum gratiam & authoritatem adeptus, vt res ei maximi ponderis committerentur, consilium, vt sermo est, capit aduersus patrem & patronum iurgendi. Et quamquam alij tragediæ huius actores essent: manus tamen Absalonis, vt dicitur, cum illis erat. Si quis vestrum est, qui manum illam, ex qua sancto viro falsum crimen constatum est, & mortuum illum viuentem, & iniustum exilium norit: quid dicam intelligit. Verùm hoc lubens obliuiscar. Sic enim existimo, in dubijs

Pyrrhones.
Act. 17.Arius i ob-
scœnis locis
disruptus
instar
Iudæ.Sabellij cō-
tractio.Quid sen-
tiendum de
Trinitate.Patres Ni-
ceni à spir.
sancto con-
gregati.Virtus ho-
norata.
Tragediæ
Arianæ
initium.
Ariani bel-
lum infe-
runt Atha-
naso.Impietas
audax &
ingeniosa
ad malum.
Patriæ non
est assignā-
da impro-
bitas.De Grego-
rio loqui-
tur.2. Reg. 15.
Falsum cri-
men con-
stat Atha-
naso.

Dubius in rebus atque incertis faciendum nobis esse, ut ad humanitatem clementiamque
rebus quid faciendum. propensiores simus, fontesque potius aboluamus, quam sententia nostra con-
Vir probus non facile condamnatur improbi. demnemus. Malus enim celerrime adducitur, ut bonum etiam virum condem-
Georgius Cappadox net: contra vir probus ne malum quidem facile condemnauerit. Qui enim ad vi-
 tium minime procliuus est, is nec facile ad male de alio suspicandum mouetur.
 Quod autem iam non sermo, sed res est, nec inexplorata quaedam suspicio, sed
 certissimis argumentis nixa persuasio, id vero narrabo. Monstruosus quidam Cap-
 padox, ex ultimis terrarum nostrarum finibus oriundus, malus genere, animo peior, ne
 omni quidem ex parte liber, sed dubius ac permixtus, cuiusmodi mularum ge-
 nus esse scimus, primum alienarum mensarum feruus, atque ita vilis, nulliusque precij, ut
 hordeacea massa vareniret, atque omnia ad ventris gratiam tum facere tum loqui
 didicisset, tandem cum ad Rempublicam gerendam perniciosè accessisset, atque ex-
 tremo & fordiosissimo illius muneri, hoc est suillis carnibus, quibus turba milita-
 ris alitur, suscipiendis praefectus fuisset, ac scelerate commissam sibi prouinciam
 administrasset, totamque functionem suam ad ventrem retulisset, posteaquam
 nihil illi praeter corpus reliqui fuit, animo fugam concipit, atque aliam ex alia
 regionem civitatemque subinde permutans, ut fugitiuorum mos est, postremo
 ad communem Ecclesiae perniciem instar cuiusdam Aegyptiacae plagae Alexan-
 driam inuadit. Hic errandi finem, malitiae autem & improbitatis initium facit,
 homo caetera quidem abiectissimus, non liberalibus disciplinis imbutus, non in
 congressu & colloquio facetus, non pietatis laruam saltem & inanem speciem
 praese ferens, verum ad male agendum, resque perturbandas appositissimus. Nostis
 omnes, ac commemoratis, qualia aduersus sanctum virum perpetraverit. Persae-
 pe enim in impiorum manus ac potestatem iusti veniunt, non ut illis honor ha-
 beatur, sed ut horum virtus exploretur: & quanquam mali in morte asperrima
 sint, quemadmodum scriptura testatur, iridentur tamen interim in hac vita pie-
 tatis cultores, quantisper Dei benignitas occultatur, ac magna earum rerum pro-
 ptuaria, quae in posterum utriusque reconduntur: tum cum & sermo & actio &
 cogitatio iustae Dei trutinam expenduntur, atque ipse ad iudicandam terram surre-
 xerit, consilium & opera colligens, atque ea, quae apud ipsum consignata seruan-
 tur, detegens, in mediumque proferens. Haec tibi tum oratione sua, tum dolori-
 bus Iob persuadeat, qui tamen homo veritatis cultor esset, irreprehensibilis, iu-
 stus, pius, & quaecumque illi testimonio scripturae tribuuntur: ab eo tamen, qui
 ipsum depoposcerat, tot assultibus tamque densis & copiosis quatitur, ut cum
 multi saepe ex omni hominum memoria calamitatibus affecti nonnulli etiam, ut
 probabile est, afflicti ac debilitati sunt, nemo tamen cum illius miseriis compara-
 ri queat. Non enim pecunias tantum & facultates & luculentam ac numerosam
 prolem, quae res ab omnibus hominibus vehementer expetuntur, non haec in-
 quam duntaxat amittit, & quidem ita, ut nec luctibus ipsis ob afflictionum seriem
 perpetuamque connexionem locus esset: sed postremo in ipso quoque corpore
 incurabili ac visu etiam horribili plaga affectus pro calamitatis cumulo uxorem
 habebat perniciosiorem morbo consolationem afferentem. Id enim obnixè age-
 bat, ut ad corporis plagam animae vulnus accederet. Certissimos etiam amicos
 suos malorum, ut ipsius verbis utar, consolatores habebat non depulsores, qui
 cum ipsius dolorem perspicerent, nec arcanam doloris causam intelligerent, in
 ea opinione versabantur, ut non virtutis explorandae, sed vindicandi sceleris cau-
 sa hanc illi plagam inflictam esse putarent. Quid dico putabant? Immo nec ipsi
 calamitatem exprobrare verebantur: idque eo tempore cum etiam si pecca-
 ti poenam lueret, animi tamen dolorem consolatoria oratione fallere ac miti-
 gare conueniebat. Atque hoc statu Iob erat, ac diuinæ circa eum actionis
 principia hoc modo se habebant. Virtus enim cum inuido spiritu concerta-
 bat: hic ut virtutem superaret, omni ope contendebat: illa, ut inuicta perman-
 neret, omnia perferrebat. Atque hic, ut iustis excruciantis viam facilem vitio
 strueret,

strueret, laborabat: haec ut bonos retineret, etiam in calamitatibus superiores.
 Quid vero is qui ad eum per turbinem & nubes oracula edebat, qui ad vindi-
 canda flagitia tardus est, & ad ferendum auxilium celer, qui virgam peccatorum
 in sortem iustorum non omnino immittit, ne iusti malitiam addiscant? In fine cer-
 taminis illustri praconio athletam suum victorem pronunciat, atque afflictionis
 arcanum aperit. Num tu censes, inquit, me aliam ob causam haec in te decreuisse,
 quam ut iustitia tua elucescat? Haec vulnerum medicina, haec certaminis co-
 rona, hoc patientiae praemium. Nam quae deinde secuta sunt, parua fortasse (qua-
 uis nonnullis magna videantur) & paruorum abiectorumque hominum causa
 constituta, tamen alioqui duplo maiora, quam quae ei ablata atque extorta fue-
 rant, receperit. Proinde ne hic quidem mirum videri debet, quod meliori con-
 ditione Georgius, quam Athanasius fuerit: sed illud mirabilius videri debuisset,
 si calumniarum igne vir iustus exploratus non fuisset. Immo ne hoc quidem val-
 de mirandum, verum illud potius admirationem habuisset, si in longum haec flammae
 pertracte fuissent. Hinc ille solum vertit, ac de exilio quam praclarissime sta-
 tuit. Nam ad sacra illa & diuina Aegypti monasteria se confert: in quibus homi-
 nes a mundi consortio distracti, ac solitudinem amplectentes Deo viuunt, magis
 quam caeteri omnes, qui in corpore versantur. Quorum alij vitam prorsus so-
 litariam & ab hominum societate remotam agunt, sui ipsorum tantum & Dei
 colloquio fruuntur, atque hanc duntaxat partem pro mundo habentes, quam
 in solitudine cognoscunt. Alij autem charitatis legem communicatione ac socie-
 tate colunt, solitarij sunt & promiscui, ac caeteris quidem hominibus negociisque
 mortui, quaecumque in ciuili atque in medio posita vita voluuntur, versantque: si-
 mul & versantur, ac nobis repentinis & crebris mutationibus impostura faciunt,
 sibi autem inuicem mundi loco sunt, ac mutua comparatione virtutem acquirunt
 & extimulant. Cum his consuetudinem habens magnus ille vir, ut omnium alia-
 rum rerum sequester & conciliator erat, nimirum illius exemplum sequens, qui
 per sanguinem suum res distinctas & dissidentes pacificauit: ita solitaria quoque
 vitam cum coenobiaca in gratiam reducit: illud ostendens, & Episcopatum mo-
 nasticarum philosophiarum minimè expertem esse, & monasticam disciplinam sacri an-
 tistitis institutione opus habere. Sic enim haec duo, hoc est actionem tranquillam
 & actuosam tranquillitatem consociavit atque coniunxit, ut persuasum omni-
 bus redderet, monasticarum vitae professionem morum potius grauitate & constan-
 tia, quam corporis secessione notari atque exprimi. In quam etiam sententiam
 Dauid simul & rerum gerendarum facultate praestabat, & maximè solus erat: Si
 cui tamè illud, singulariter sum ego, donec transeam, ad huius dicti comproba-
 tionem confirmationemque pondus magnum habere videtur. Ita fiebat, ut qui
 alios virtute anteibant, iudem ab illius consilio & mente longiori abessent inter-
 uallo, quam quo reliquos antecedeabant, atque ad sacerdotij munus numeris o-
 mnibus absoluendum pauca conferentes, multò plura ad monasticarum vitae ratio-
 nem partibus omnibus explendam reciperent. Tantaque Athanasius apud eos
 auctoritate flagrabat ut quidquid illi placuisset, pro lege haberent, ac rursus ve-
 titum sibi atque interdictum existimarent, quod ille sententia sua improbasset,
 illiusque decreta pro Mosaicis tabulis ducebant, maiorique eum veneratione,
 quam quae sanctis viris deberi videatur, afficerent. Nam cum quidam eò se con-
 tulissent, ut pium virum perinde ac feram quandam vestigarent, nec eum passim
 quaesitum inuenirent, ne alloquendos quidem eos, qui missi fuerant, duxerunt:
 verum ceruices gladiis obiciebant, velut pro Christo periclitantes, atque ita ani-
 mo comparati, ut si quid acerbi pro eo perferrent, magni id ad philosophiam mo-
 menti esse iudicarent, diurnisque ieiuniis, & humi cubitationibus, caeterisque
 corporis afflictionibus, quas pro perpetuis deliciis habet, multò sublimius ac di-
 uinius. Atque hic in his studiis versabatur, illud Salomonis comprobans, quo suum
 cuique rei tempus praefinitur. Ac proinde aliquatisper belli tempus fugiens lati-

Iob. 38.

Psal. 124.

Iob. 42.

Athanas. exulat. Monasteria Aegypti.

A mundi consortio distracti Deo viuunt magis quam caeteri.

Heremita. Canobita.

Coloss. 1.

Monastica professio morum grauitate potius quam corporis secessione insignitur.

Psal. 140.

Eccle. 3.

Georgius
Aegyptum
vastat A-
thanasio
exulante.

Imperato-
ris zelus
indiscre-
tus.

Rom. 10.

Matth. 13.
1. Ioan. 2.
Eusebium
iactat.

Concilium
habitū Se-
leuciae ab
Arianis.

Templum
D. Theclae.

Gen. 11.

Ioan. 18.
Pia doctri-
na subla-
ta.

Prætextus
heretico-
rum.

Eccl. 5.
Edictum
nefarium.

Subdola
hereticorum
condemna-
tio.

Mysticas
quæstiones
spectante

vulgo tra-
ctant he-
retici.

Quid mul-
tos episco-
pos fortes
impulerit
in fraudē.

Persecutio-
ne Ecclesie
sæpe desti-
nit Greg.

Naz.

Hier. 12.

tabat, ut cum aduentante pacis tempore colluceret: quemadmodum & paulò post contigit. At Georgius, nemine iam ipsius impetum propellente, Aegyptum incur- sionibus vastat, atque impietatis robore Syriam populatur: Orientis etiam quatum potest, arripit, ægros & infirmos quotidie, quemadmodum torrentes ea quæ simul voluuntur, assumens, ac leuiore aut ignauiores adoriens. Quin etiã¹⁸ imperatoris simplicitatem sibi conciliat: pietate enim ipsius moueor, ne leuitatē dicam. Nam si verè dicendum est, zelum habebat: verum non secundum scientiã. Tum ex principibus eos sibi pecunia comparat, qui auri amorem Christo præferbãt (ipsi etenim opes & copiã, bona pauperum erant in flagitiosos vsus insumpta) atque ex his¹⁹ potissimum muliebres homines, & inter viros nomine virorũ 10 indignos, sexu quidem dubios, impietate autē certos & perspicuos, quibus cum muliercularum cura committatur, haud scio qui fiat, ut imperatores Romani eosdem virorum officiis muneribusque præficiãt. Tantum valuit ille diaboli ad- minister, ille zizaniorum sator, ille Antichristi præcursor, ita negotium partiẽs,²⁰ ut Episcopo quodam ea tempestate disertissimo linguæ vice vteretur (si cui tamē disertum eum appellare libeat, qui non tam impius sectarius fuit, quàm hostis & contentionis studio flagrans: nomen enim haud inuitus præteribo) ipse autē manus instar cohorti suæ esset, ac veritatem auro cõuelleret, quod quidem ob pios vsus collectum impietatis instrumentum scelerati fecerunt. Huius factionis po- tentia concilium illud peperit,²¹ quod Seleuciã primũ, vbi fanum est sancte & 20 egregiã virginis Theclæ, deinde in hac amplissima ciuitate coactum est, quas vrbes pulcherrimis antea nominibus claras, turpissimarum rerum notis celebres illustrẽsque reddidit: siue Babylonis turrim, quẽ linguas pulchre diuisit (quemadmodum vtinam illas quoque in malum nempe cõcordes) siue Caiphæ conciliũ, quo Christus condemnatur, siue quocumque tandē alio nomine conuentus hic appellandus est, qui omnia euertit, ac perturbauit. Piam enim & veterem doctri- nam ac Trinitatis patronam, iacto vallo, ac machinis impulsa & labefactata Cõ- substantialis voce sustulit: impietati autem,²² per scripti dogmatis ambiguitatē, fenestram aperuit: hoc quidem prætextu, quasi scripturam vereretur, ac vocum probatissimarũ vsus amplecteretur, re autem vera Arianismum nullo. Scripturæ 30 loco proditum introducẽs. Hæc enim verba, Simile secundum scripturas, simplicioribus hominibus illecebra erat impietatis hamo circunciecta,²³ statua ad omnes pertranseuntes sese obuertens, communis vtriusque pedis cothurnus, cribratio ad omnem ventum accommodata, ex nefario edicto recẽs per scripto, cõ- filiõque aduersus veritatem excogitato licentiam atque auctoritatem assecuta: Sapientes enim erant ad malè agendum: at benefacere non norant.²⁴ Hinc subdola illa & veteratoria hæreticorum condemnatio: quos, ut speciosius ac probabilius esset quod conabantur, verbis quidē ab Ecclesia proscripserunt, re ipsa autem in mediũ prodixerunt: sic videlicet cum illis agentes, ut non infinitã impie- tatis sed scriptiois immodicæ crimen ipsis impingeret.²⁵ Hinc prophani sancto- 40 rum iudices, & noua atque inuisitata mixtio, mysticę nempe quæstiones spectate vulgo tractatæ, atque iniqua rerum gestarum inquisitio, & precio conducti fycophantæ, & sententiã stata mercede pronuntiata. Hinc alij ab Ecclesiarũ thronis iniuste pellebantur: alij in eorum locum subrogabãtur: sic tamen ut ab iis impie- tatis, chirographa non secus atque aliud quidpiam necessariũ, exigenterent. Atq; in promptu erat atramentum, & calumniator à tergo. Ea res permultos è nobis, inuictos alioqui viros, in fraudē impulit, qui quamuis mente nequaquã prolapsi fuerint, subscriptione tamē transuersi acti sunt, ac cum illis vtroque nomine sce- leratis consenserunt:²⁶ ac si non flammæ, fumi quidem certe participes fuerunt. Quod quidem ipse multis sæpe lachrymis profecutus sum, cum impietate longè 50 latetque se diffundetem, & persecutionē ab ipsis Verbi patronis aduersus ortho- doxam doctrinam excitatam viderem. Nam procul dubio mētis errore pastores affecti sunt, ut cum scriptura loquar, & pastores multi vineam meam peruaftaue- runt, ac

runt, ac desiderabilem partē dedecorauerunt, hoc est Dei Ecclesiam, multis tũ eo- rum qui Christum præcesserunt, tum eorũ qui post Christum extiterunt sudori- bus & cædibus, ac denique magnis ipsius Dei pro salute nostra suppliciis & dolori- busq; collectã. Nam si perpauca exceperis, qui vel ob nominis obscuritatē con- temptui habiti fuerunt, vel propter virtutem restiterunt, quos Israëlī feminis & radice loco relinqui oportebat, ut de integro floretet, Spiritusque profluuus ad vitã reuocaretur, omnes temporis iniquitate abrepti sunt: hoc tantum inter eos discriminis fuit, quod alij citius, alij serius in eam noxam inciderunt, quodq; alij impietatis duces & antesignani fuerunt, alij in secũdo ordine locati sunt, vel timo- 10 re percussũ, vel vtilitate subacti, vel blanditiis inescati, vel ignorantia circumuerti, atque in fraudē inducti, quod omnium lenissimum est: si cui tamē id quoque ad eorum, quibus populi cura commissa est, purgationē sufficere videtur. Nã quem- admodum leonum cæterorumq; animantium non iidem sunt motus atque impe- tus, nec virorũ & mulierum, nec senum ac iuuenum, verum & ætatum & generũ haud exiguum discrimē est: sic nec præfectorũ & subditorum. Nam plebeis ho- 20 minibus, qui per errorē id admiserint, ignoscendũ fortasse fuerit, quibus plerumq; saluti est, quod à curiositate alienum animũ habent. At doctori quo tandē modo idem cõcedemus, qui aliorum etiã ignorantias emendat, nisi id falsò sibi nomen arroget. Nam cum Romanorũ legē nemini, quamlibet rustico & indocto igno- rare liceat, nec lex vlla extet, quæ facinoribus per ignorantia cõmissis opem ferat: nõne absurdum est salutis doctores & antistites salutis principia nescire, etiam si alioqui simpliciores animo sint crassioriq; ingenio? Verum ignoscatur sanè his, qui per ignorantia dogmatibus impiis assensum præbuerunt. Quid autē de aliis 30 dixeris, qui etiam ingenij laudem sibi vëdicantes, ob eas tamen quas cõmemo- rauimus causas, hæreticis rerum potētibus manus dederunt, & cum pietatis per- fonam diuturno tẽpore gessissent, simul vt aliquid apparuit, quo conuinci atque coargui possent, protinus corruerunt? Semel quidem adhuc futurũ scriptura pro- nunciat, vt cælũ ac terra moueantur, tanquã id quoque ipsis antea iam cõtigerit. Quibus verbis mea quidem sententia,²⁷ illustris rerum mutatio significatur. Atque adeò habẽda est Paulo fides, postremum terræ motum nihil aliud esse af- firmãti, quàm secundã Christi præsentia, mundi q; huius immutationem, atque in tràquillum statum & ab omni motu & agitatione liberum translationem. Ego 40 verò terræ motum hunc nostra tẽpestate coortum nullo eorum, qui iam extite- runt, inferiorē esse existimo, per quem omnes²⁸ monasticæ philosophiæ sectato- res, Dei q; amore præditi, atque ante tẽpus in cœlis ciuium munere fungentes à nobis dimouentur. Qui tamen alioqui pacis studiosi ac moderati sint, hac tamē in re lenes & faciles esse non sustinēt, cum per silentium & quietē Dei causa pro- ditur: verum hinc admodum bellaces sunt, atque in confligendo acres & feroces (huiusmodi enim zeli æstus est) citiusq; aliquid, quod non oporteat, emouerint, 50 quàm quod ex officio sit, prætermiserint. Eodē motu nõ minima quoque populi pars abrumpitur, velut in auium grege cum his qui prius auolarat auolans, ac ne nunc quidē auolandi finē faciens. Tantum nobis præsidij in Athanasio, egregio in quã Ecclesiæ columine erat, quamdiu nobiscũ versabatur! Tantã rursus nobis eiũdem absentia calamitatē importauit, postquam sceleratorum insultibus cessit. Quemadmodum enim qui firmã quandã arcem expugnare in animũ induxe- runt, si eam accessu alioqui captũq; difficilē esse perspexerint, ad artē se cõferunt, atque arcis præfecto pecuniis aut fraude ad suas partes pertracto, ita iam nullo negotio & labore arcē quoque ipsam in ditionē redigunt: aut si maui, quemad- modum qui Sampsoni insidias struxerãt, crinem prius, in quo vires positas habe- 60 bat, abstulerunt, atque ita demum Iudicē in potestate acceperunt, ei q; postea pro libidine sua insultarunt, pristina q; ipsius potentie parē ex aduerso potestatem ade- pti sunt: sic quoque Philistini nostri summoto atque è medio sublato nostro ro- bore, ac detota Ecclesiæ gloria, ita iam impietatis dogmatibus & actionibus in-

Ecclesia
Dei quomò-
do collecta
fuerit.

simil:

plebeis sa-
luti est cu-
riosos non
esse.

Ignorantia
iuris nõ ex-
cusat.

Pastores
dedecet sa-
luti prin-
cipia nesci-
re.

Matth. 24.
Agg. 2.

Hebr. 12.

Terræ mo-
tus maxi-
mus.

viri mode-
rati nõ sunt
faciles cũ
Dei causa
proditur

per silētiũ.

Athan. co-
lumen Ec-
clesiæ.
simil. ele-
gans.

Iud. 16.

Constantiū
morientem-
trium rerū
pœnituit.

zelus ira-
cundiam
acuit.
Alexādri-
norum na-
tura.

Georgius
dat penas
iustas.

Athan. re-
uocari ab
exilio ge-
stit tota Æ-
gyptus.

Act. 5.

Philagrus.

Alexan-
drie.

solēter oblectabātur. Hic vitā tū morte cōmutat pastoris aduersarij confirmator & patronus, malū haud malo imperio finē imponēs, atque inutili, vt ferūt, pœnitētia in extremo vitæ spiritu affectus, cum nimirū ob alterius sēculi tribunal rerū suarū æquus est vnusquisque iudex. Tria enim hæc mala, imperioq; suo & principiū indigna, ipsum agnouisse narrāt, 29 vnū quod generi suo necē attulisset: alterū quod Iulianū Apostatā Imperatorē nominasset: tertiū quod nouis fidei dogmatibus studuisset: simulque cū his vocibus è vita discessisse. Licētā itaque rursus doctrina veritatis accipit, atque ij qui vexati atque oppressi fuerāt, solutā libertatē, zelo nēpe iracūdiā acūte. 30 Quod etiā ipsum Alexādriis accidit, qui vt in eos à quibus cōtumeliā affecti sunt, acerbissimi esse solēt, importunā hominis audaciā indignissimis animis ferētes, tū nouo mortis genere perueritatē, tum noua contumeliā mortem notandā atque infamandā duxerūt. Notus est vobis camelus ille, atque insueta sarcina, & noua magnitudo, primāque illa, ac nisi me opinio fallit, sola circumductio, quæ etiamnum contumeliosis hominibus minaciter denunciatur. Posteaquam autem illa iniustitiæ tempestas, illa pietatis labes & corruptela, ille mali spiritus præcursor huiusmodi supplicio mulctatus est, meo quidem iudicio haud laudando (nec enim quid eum pati, sed quid nos facere decebat, spectandum fuit) sed mulctatus est tamen, totiūque populi impetum atque iracundiam subiit: tum verò athleta ille nobilis ex præclara peregrinatione (sic enim ipsius fugam pro Trinitate & cum Trinitate conceptam appello) in urbem redit, atque ita lætos & alacres ciues offendit, immò etiā vniuersam prope Aegyptum vndiquaque in vnum concurrentem, atque ab editis omnibus locis, vt alij sola Athanasij voce, alij forma & aspectu ad satietatem fruerentur: alij, quod de Apostolis prædicatur, ex vmbra saltem ipsa, nouaque corporis figura sanctitate imbuerentur: vt cum multis iam sæpenumero ex omni memoria honores habiti sint, multis etiam obuiam proditum sit, idque non præfectis tantum publicis, & Episcopis, sed necessariorum quoque suorum amplissimis quibusque & clarissimis: nullius tamen occursum maior frequentia & splendor memoretur: vnū duntaxat Athanasium, eumque honorem, quo ad priorem vrbis ingressum ornatus fuerat, cum ex eadem fuga & ob easdem causas inita Alexandriam re- 30 teret, cum ea comparari posse. Quin & de honore illo huiusmodi quispiam sermo circumfertur, dicam enim, superuacaneus licet videri possit, ac velut condimentum, aduentitiūque florem orationi adiungam. Post illius aduentum vehabatur in urbem quidam, alteram iam præfecturam gerens (noster hic erat, quippe Cappadox vir clarus & illustis: nec mihi dubium est, quin Philagrium illum à me nominari sentiat.) Ea porrò ciuium erga illum amoris flamma, vt nec vlla alia similis, nec erga alium: honor autem, vt rem totam paucis verbis ob oculos ponam, amoris magnitudini respondens: cui etiam vrbis administratio tum ciuium deprecatione tum imperatoris calculo & sententia rursus demandata fuerat. Tum igitur è vulgo quispiam, cui infinita multitudo videbatur, ac velut pelagus quoddam nequaquam oculis circumscriptum, ad amicum quendam & familiarem, vt in huiusmodi rebus accidere solet, ita locutus esse fertur. Dic mihi, vir optime, tantāne vnquam populi multitudinem vidisti, tamque concordibus animis ad vnum hominem ornandum effusam? Minime, inquit iuuenis. Ac ne Cōstantium quidem ipsum pari honorificentia exceptum fuisse opinor: tanquam videlicet per imperatoris nomen summus honoris vertex significaretur. Tum ille per quam suauiter arridens. Quid ais, inquit, quasi magnum aliquid & admirandum dicens: Immò Magnum quoque Athanasium pari honore introductum fuisse, vix adduci possum vt credam: simulque iusiurandum quoddam ad id quod dixerat, confirmandum adiunxit. Eò autem hic sermo spectabat, quemadmodum etiam vobis perspicuum esse arbitror, vt imperatori quoque ipsi Athanasium anteferet. Tanta erat apud omnes viri huius veneratio! Tanto stupore ingressus eius memoria hominum mentes etiamnum defixas tenet! Nam

secundum

secundum genera & ætates artēque diuisi (solēt enim maximè ciuitas illa ad hunc modum instrui, cum publico honore afficiendum aliquem suscipit. Quoniam vero modo spectaculi illius magnitudinem oratione referre queam?)³¹ Fluitius vnus omnes erant, Nilum etiam Poëta quispiam diceret, illum inquam verè auristuum, & spicis vberem, ab vrbe ad Chæream retracto cursu fluentem, diei vnus itinere, atque eo amplius. Liceat mihi per vos quæso paulum adhuc in hac narratione lasciuire. Illic enim animus versatur, nec sermonem ab ea solennitate reuocare facile possum. Pullus ipsum vehēbat (ac peto à vobis, 32 ne me amentia accusetis) non secus fere, ac Iesum meum pullus ille, siue gentilis populus, quem ignorantia vinculis solutum peropportune conscēdit, siue quid aliud nobis hoc sermone designetur. Cæterum hoc vnum inter vtramque pompam interfuit, 33 quod Christum rami susceperunt, & varia indumenta, multiplicique florum genere constata ante ipsum proiecta & subiecta sunt: excelsa autem & magnifico Athanasio nihil tale factum est. In eoque vno impares honoris partes habuit. Iam hinc quoque aduentus Christi expressam imaginem videre licet, quòd erant etiam, qui ante ipsum clamarent, pompamque agerēt: nisi quòd non puerilis duntaxat turba faustis illum acclamationibus excipiebat, verum etiam omnis lingua concors & aduersatrix hominum sese mutuo superare contendentium. Nam quid publicos plausus commemorem, & vnguentorum profusiones, 20 & totam urbem lumine coruscantem, publica item & priuata conuiuia, cæteraque quibus argumenta lætitiæ ciuitates edunt, quæ tum illi abūde & supra quàm par erat, conferebantur? Sic vir eximius, & cum tali pompa & celebritate ciuitatem suam ingreditur. Sed enim fortasse vitæ rationes ita instituit, vt eos decet, qui tantæ hominum multitudini præfuturi sunt, verum nequaquam parem vitæ doctrinam attulit, aut non ita decertauit, vt docuit, aut minus quàm quibus eorum, qui pro recta doctrina certamen adierunt, periclitatus est: aut minores quàm pro merito certaminū honores consecutus est: aut deniq; honoribus illis, quibus in ingressu ornatus est, post ingressum dedecori atq; ignominia fuit? Minimè gētiū. Verum omnia inter se nō secus atq; in cithara cohærebāt, pulchreque 30 cōgruebant, tum vita & doctrina, tum certamina & pericula, tū reditus, & quæ reditum sunt consecuta. Nam simulatque Ecclesiam accepit, non eodem modo affectus est, quo ij solent, qui per iræ impotentiam cæcutiunt. & vt quidque primum occurrit, ita illud, quamlibet etiam dignum à quo manus abstineatur, protrudunt aut feriunt, ira nimirum animi principatum tenente. Verum hoc tempus præcipuè ad nominis celebritatem & gloriam idoneum sibi esse arbitratus (quandoquidem vt qui in calamitate versatur, semper moderatior: ita qui referendæ iniuriæ potestatem accepit, insolentior esse solet) tanta lenitate atque humanitate res eorum, à quibus læsus fuerat, administrauit, vt ne iis quidem ipsis, si hoc dici potest, molestus fuerit ipsius reditus. Ac templum quidem sacrilegis hominibus, qui in diuinitatis doctrina cauponariam exercebant, ac dogmata de Christo institorum more ad quæstum tractabant, repurgat, in hoc quoque Christum referens: nisi quòd non flagello texto, sed probabilibus argumentis atque ad persuadendum accommodatis id efficit. Tum eos, qui & inter se & cum ipso simultates gerebāt, in concordiam reducit: & quidem ita, vt nullius pacificatoris opera, ad eam rem opus haberet. Ad hæc iniuria affectos tyrannide liberat, nullum eorum, qui ipsius causæ studebant, & eorum qui aduersas partes sequebantur, delectum habens. Prolapsam insuper fidei doctrinam erigit, ac liberè rursus Trinitas prædicatur, super candelabrum posita, splendidoque vnus diuinitatis lumine animas omnes collustrans. Leges etiam rursus orbi terrarum præscribit, 50 atque omnium mentes ad se conuertit, aliis epistolas mittēs, alios accersens, nonnullos etiam vltro accedentes erudiens, omnibusque liberam voluntatem pro lege proponens. Hoc enim solum ad præmonstrandum virtutis iter sufficere censebat. Vt in summa dicam, egregiam duorum lapidum naturam imitatur. Nam

Mōs Alex-
andrinæ
ciuitatis in
honoribus
publicis.

Matth. 21.
Ioan. 12.
pullus gē-
tilēm popu-
lum signi-
ficat.
Reditus
Athanasij
cum Chri-
sti aduentū
collatio.

Occurrit
obiectioni.

ira.

Athanasij
templum
sacrilegis
repurgat.
Ioh. 2.

Athanasij
prolapsam
fidei do-
ctrinam e-
rigit.

Athanasius imitatur adamantis & magnæ naturæ.

& percussentibus adamas efficitur, & dissidentibus magnes arcana naturæ vi ferum trahens, ac durissimam omnium materiam sibi adiungens. Sed scilicet fieri non poterat, ut hæc inuidus spiritus ferret, atque Ecclesiam pristinæ gloriæ suæ veterique sanitati restitutam videre sustineret, dissectis nimirum partibus celerima cicatrice, velut in corpore, obductis. Ac proinde Imperatorē aduersus eum excitat in eodem secum defectionis perfidiæque scelerē versantem, ac malitia parem, tempore solo posteriorem, qui primus Christianorum Imperatorum aduersus Christū furore percitus, ³⁴ atque impietatis basiliscum, quem multò antè parturiebat, oblata occasione cum impetu repente proferens: simulatque Imperator declaratus est, ³⁵ statim & erga Imperatorē, qui ipsius fidei imperium commiserat, sceleratè se gerit, & erga Deum, cui salutem debebat, sceleratius. Ac persecutionem omnium quotquot vnquam fuerūt, teterrimam excogitat: quatenus persuasionem & sermonis blanditias tyrannidi adiungens (nam eos etiam honores, qui ob exantlata certamina tribui solent, Martyribus inuidebat) fortitudinis laudem in dubium reuocabat, verborum nempe captiones & argutias ad mores suos transferens, aut, ut verius loquar, à moribus & ingenij vaftricie ad ea scelera studium conferens, dæmonisque, qui in pectore domicilium habebat, artem, multiplicemque versutiem imitans. Hic parum amplum atque præclarum esse arbitratus est, vniuersam Christianorum nationem imperio suo subiicere: magnum autem & gloriosum fore, si Athanasium eiusque in Christiana doctrina facultatem vinceret ac profligaret. Perspiciebat enim se consiliis suis in nostram perniciem susceptis haudquaquam proficere, quòd aduersus eum in acie staret Athanasius, eiusque conatibus resisteret. Id enim, quod ex Christianorum parte inaniebatur, gentilium accessione atque illius prudentia subinde replebatur: quod mirandum erat. Quæ cum veterator ille ac subdolos persecutor animaduerneret & cerneret, ne personam quidem diutius ferre, ac feruili dissimulatione uti potest: verum animi peruersitate detecta palàm apertèque hominem ciuitate pellit. Egregium enim virum ³⁶ triplici certamine vincere oportebat, ut pleno atque perfecto laudis præconio celebraretur. Non multum temporis intercesserat, cum impium illū & sacrilegum ad Persas vis numinis vltix ablegat: illicque causam disceptat, & quem magnificum & honoris cupiditate flagrantem transmiserat, eundem mortuum reducit, ne miseratione quidem quenquam permouentem, immò, ut mihi quispiam narrauit, nec ad sepulturam assumptum, sed à terra quæ propter ipsius scelus tremore affecta fuerat, excussum, æstūque vehementi proiectum: insequentis, ut opinor, supplicij primordium. Hoc porrò extincto Imperator alter exoritur, nequaquam ore impudens, quemadmodum is, de quo antè verba fecimus, nec duris & ærumnosis operibus, & edictis Israël opprimens, sed mira pietate animique lenitate præditus. Qui ut præclarissimum imperij sui fundamentum iaccret, rectamque legum sanctionem, vnde conueniebat, auspicaretur: cum omnes alios Episcopos, tum eum ante omnes, qui omnibus virtute antecellebat, ac citra dubitationem vllam pietatis causa bello vexatus fuerat, ab exilio reuocat. Quin etiam fidei nostræ veritatem à multis laceratam & perturbatam, atque in sexcentas opiniones partèsque distractam sibi tradi postulauit: ut maximè quidem vniuersus orbis, si fieri posset, in fidei negotio consentiret, Spiritusque auxilio in vnum coiret: sin minus, ipse certè optimæ parti sese adiungeret, simulque & ei robur afferret, & ab ea vicissim acciperet, excelsè simul & magnificè de rebus maximis cogitās. Atque hinc potissimum Athanasius puritatis suæ fideique in Christum firmæ & constantis specimen edidit. Nam cum cæteri omnes, qui doctrinam nostram profitebantur, trifariam diuisi essent, ac multi circa filium, plures etiam circa Spiritum sanctum ægram fidem haberent (vbi leuior impietas pietatis opinionem ferebat) pauci autem vtrinque fani & incolumes essent: primus ille & solus aut cum admodum paucis veritatem palàm apertisque verbis promulgare nō dubitauit, vnam trium personarum diuinitatem

Athanasius in exilium mittitur. Iuliani mors.

D. 17. 8. Iovinianus

Athanasius reuocatur ab exilio.

Fides quorundam agra.

diuinitatem & essentiam scripto confessus: & quod multis illis patribus in explicanda filij diuinitate prius concessum fuerat, idem ipse postea in asserenda spiritus sancti diuinitate superno afflatu consecutus. Atque Imperatori ³⁷ donum verè Regium & magnificum offert, scriptam nimirum fidei confessionem ³⁸ aduersus nouum dogma nusquam in Scriptura expressum: ut sic & imperatorem Imperator, & doctrinam doctrina, & libellum libellus frangeret atque opprimeret. Huius confessionis, ut mihi videtur, autoritate permoti tum Occidentales, tum quidquid in Oriente vitale est, partim animo tenus pietatem colunt, si quid ipsorum verbis fidei habendū est, vltèrius autem eam non proferunt, velut mortuum quendam fœtum in materno vtero extinctum: partim eam fomitis cuiusdam instar leniter accendunt, hætenus scilicet, ut tempori, atque ardentioribus orthodoxis, aut piæ plebi vtcunque satisfaciant: partim denique omni verborum libertate veritatem prædicant: à qua parte vtinam ipse stem (nec enim maius quiddam iactare audeo) non iam timiditati meæ ignauitæque consulens, eique aliorum tarditatem & mentis imbecillitatem prætexens, (³⁹ satis enim superque dispensauimus, non modo alienos nobis non adiungentes, sed nostros etiam perdentes: quod sane malorum dispensatorum est) verum partum in lucem efferens, & accuratè nutriens, atque omnibus ob oculos proponens, quòtidie augetentem. Sed hoc in illo minus admirationis mereri videtur. Nam qui re ipsa pro veritatis defensione periclitatus fuerat, quid mirum, si eandem scripto confessus sit? Quod verò mihi in ipso maxime mirari subit, quòdque non citra datnum silentio præteriri potest, hac præsertim tempestate, qua multæ contentiones diffidiæque gignuntur: hoc superioribus adiciam. Nam his quoque, qui nunc viuunt, documento esse queat hæc actio, si ipsum nobis imitandum proponamus. Quemadmodum enim ab vna aqua non tantum ea pars disiungitur, quam manus inter hauriendum reliquit, verum id etiam quod manu comprehensum per digitos effluxit: eodem modo à nobis non impiæ solum doctrine sectatores præciduntur, verum etiam qui pietatis laude in primis excellent, idque non in leuibus duntaxat & contemnendis dogmatis, sed in verbis quoque ad eundem omnino sensum pertinentibus. Nam cum essentia vna, & tres Hypostasès à nobis piè dicerentur, quòd alterum diuinitatis naturam, alterum Personarum trium proprietates declaret, ac simili quidem modo apud Romanos intelligerentur, cæterum ob linguæ illius angustiam verborumque inopiam hypostasim ab essentia distinguere non possent, eamque ob causam in illius locum Personarum induxissent nomen, ne tres substantias admittere viderentur. quid tandem contigit? Res profectò ridicula, vel potius miseranda. Diuersæ fidei speciem præbuit lenis illa circa vocis sonum contentio. Hic deinde ⁴⁰ alij Sabellij errori astipulari visi sunt, quòd tres Personas dicerent: alij Arij impietatem amplecti, quòd reiectis Personis tres hypostasès nominarent: quorum vtrumque pertinax contentendi studium effinxerat. Quid postea? Cum parua quædam, ut in contentione fieri solet, molestiæ causa semper accederet: eò tandem res adducta est, ut periculum esset, ne orbis terrarum fines vnà cum syllabis à se inuicem distraherentur, & abrumperentur. Quæ cum beatus ille vir, & verè homo Dei, magnusque animarum dispensator oculis auribusque perciperet, tam stultam & absurdam orthodoxæ fidei sectionem dissimulandam ac negligendam sibi non putauit: verum medicinam morbo quamprimùm infert. Quonam autem modo id facit? ⁴¹ Vtraque parte leniter & humanè accersita, verborumque sententia diligenter & accuratè perpensa, posteaquam concordēs reperit, nec quantum ad doctrinam quicquam inter se dissidentes, ita negotium transegit, ut nominum vsum ipsis concedens, rebus eos constringeret. Hoc diuturnis illis laboribus & disputationibus, quas iam vnusquisque literis mandat, fructuosius est, ut pote que ambitione non vacant, ob eamque fortasse circa fidei doctrinam quiddam in nouatur. Hoc multis vigiliis & humi cubitationibus præstantius, quarum utilitas

Vna trium personarum diuinitas. Symbolum Athan.

simil.

Essentia vna. Hypostasès tres. Romana lingue inopi.

Athanasius pater inter se dissidentes conciliat.

in his, qui virtutes eas affecti sunt, defigitur, nec latius se porrigit. Hoc peruulgatis atque omni fama celebratis ipsius exiliis & fugis nihilo inferius existimandum est. In eadem quippe studia, ob quæ calamitates illas sibi perferendas duxerat, post calamitates ipsas incumberebat. Quin id etiã ipsum in aliis facere non desinebat, alios laudibus vehens, alios parè leuiterque percutiens, aliorum fo-cordiam excitans, aliorum immodicam alacritatem coërens, aliis denique ne laboreretur, prouidens, alij vt lapsi erigerentur, rationem iniens: moribus simplex, gubernandi arte multiplex, verbis sapiens, animo sapientior,⁴² si cū humilioribus ipsi res esset, ad eorum captum se demittens, si cum sublimiori mente præditis, altius assurgens,⁴³ hospitem præses, supplex, auerruncus, vnus vniuersa ea verè 10 complexus, quæ sigillatim diis suis Gentiles tribuunt. Addam & connubialem, & virginum antistitem, & pacatum, ac pacificatorem, & eorum qui ex hac vita ad alteram properant, deductorem. O quantam nominum copiam mihi virtus ipsius suppeditat vndeunque cognomentum ipsi captanti! Cum autem eum vitæ cursum tenuisset, atque ita institutus fuisset, aliòsque instituisset, vt & vita ipsius morumque ratio Episcopatus norma esset, & ipsius dogmata pro fidei orthodoxæ lege haberentur: quod tandem pietatis præmium capit: (neque enim hoc neglectum transmittendum est) in bona senectute vitam claudit, patribusque suis Patriarchis & Prophetis & Apostolis ac Martyribus, qui pro veritate dimicauerant, adiungitur. Atque vt epitaphium quoddam paucis complectar, excellentiori 20 honore in discessu decoratur, quam quo in ciuitatis ingressibus cumulatatus fuerit, sic videlicet è vita migrans, vt multas lachrymas excitaret, maiorémque iis rebus, quæ in aspectum eadunt, nominis sui gloriam in omnium animis re-conderet. At enim uero, vir mihi chare & sacrosancte, qui præter ceteras tuas laudes sermonis & silentij modum mirificè coluisti, orationi quidem nostræ finem hîc constitue, si virtutum tuarum præstantiam haudquaquam affectu, at viribus certè nostris minimè inferiori. Nos autem vtinam ipse benignus è cælis aspicias, atque hunc populum gubernes, perfectum perfectæ Trinitatis, quæ in Patris & Filij & Spiritus sancti contemplatione percipitur & colitur, adoratorem: 30 meque, si quidem res pacatæ futuræ sint, in vita retinens, gregemque mecum pacas: sin autem Ecclesia bellis flagratura est, reduces, aut allumas, tecumque & cum tui similibus colles, tametsi magnū sit quod postulo, in Christo Domino nostro, cui omnis gloria, honor, & imperium in secula, Amen.

SCHOLIA MAXIMA EX PARTE COLLECTA
ex Nicetæ Commentarijs.

I. Nam cum multa ac magna sint) Quantitas vel in magnitudine consideratur, vel in multitudine. Et magnitudinem quidem vt continuam metimur, multitudinem vt discretam numeramus. Ac quantum magnitudini respondet: quotum multitudini. Rursus quantitas partim finita est, partim infinita. Finita est, quæ aut sub mensuram, aut sub numerum cadit. Infinita, quæ præcellentia quadam mensuram omnem numerumque superat. Atque id magnum siue multum indefinitè vocatur. Quo modo dicimus, Magnum esse Dei misericordiam, magnum verbi incarnati mysterium. Proinde cum diuina beneficia in nos collata nec mensuram nec numero completi posset Gregorius, indefinitè magna & multa esse dixit.

2. Rationis & contemplationis ope) Virtutis duæ sunt species, altera contemplatiua, altera actiua. Actiua in rerum agendarum diiudicatione versatur: contemplatiua circa rerum diuinarum cognitionem occupatur. Atque actiua quidem, ratio & prudentia vocatur: contemplatiua autem mens & sapientia. Quo circa Theologus rationis & contemplationis mentionem faciens, actionem haudquaquam omisit: verum eam simul cum ratione complexus est. Ratio enim simpliciter vocatur rectum & erroris expers iudicium. Hoc autem vel circa ea, quæ in intelligentiam cadunt, versatur: ac tum contemplatio dicitur: aut circa ea, quæ sensu percipiuntur, & tunc actio nuncupatur. Ratio enim & actiuam virtutem ad certitudinè dirigit, in rebus agendis quid factu sit melius discernens, ac temerarios & præcipites corporis impetus coërens, ac actio inconsulta reperitur: & rursus contemplationem numeris omnibus absoluit, ac nauclerij instar ad veritatem ducit. Contemplatio enim si freno careat, fortasse in præcipitia quoque hominem impellere queat. Itaque hoc loco propriè & simpliciter rationis nomine virtutem eam, quæ in actione posita est, intelligere debemus.

debemus, vt pote à qua nunquã separata sit ratio, id est, rectum rerum iudicium. Ac proinde per hoc quod antecedit, id quod consequitur, significauit, atque actionem ex causa non materia nominauit. Non ergo imperfectè de virtute Theologus locutus est, cum actiua virtute prætermissa per rationem & contemplationem omnes philosophiæ diuinæ numeros expleri pronunciauit: quin potius diuisum ab actione verum rerum iudicium & actum ipsum induxit: quippe cum actio rationi omnino coniuncta sit. Ratio enim corporis motum componit, ac recta cogitatione, quasi freno quodam iniecto ipsum prohibet, ne in vitium ruat: speculatione rursus ea, quæ rectè cogitata & iudicata sunt, eligenda decernit. His autem duobus, hoc est, ratione & speculatione virtus omnis philosophica conficitur & conseruatur, atque ab his per corpus elucescit non tota quidem, sed obscura quædam ipsius simulachra: nec id propter seipsam, sed vt spectatores ad emulationem incitentur: sic quidem, vt si nemo esset, qui huiusmodi exemplo ad virtutem se conformaret, sibi tamen vnusquisque proculdubio sufficeret, virtutum gratis animum mirificè oblectans, etiam si eas per corpus in lucem splendoremque minimè proferret. Quare non necessarium putauit Gregorius actionem eam, quæ corporis operam requirit, nominare: quod eam huius generis esse cognosceret, vt virtutem non efficeret, sed perspicuã duntaxat redderet, ac diuinarum tantummodo cogitationum & ratiocinationum administra esset.

3. Siue nubes, siue obuolutio) Corporis affectus & vitia nubes dici possunt, quia velut interiecto quodam muro supernum menti splendorem obstruunt: obuolutio autem, quia menti incumbunt, eiusque luminibus offi-ciunt, nec eam acutè cernere sinunt. Vel alio modo, nubes affectum carnis significat, qui vt nubes solem, sic principem animorum partem caligine obducit: obuolutio autem sensuum imposturam, sensuum rerum superficiei innitentem, aditumque ad eas res, quæ animo & ratione percipiuntur, intercludentem. Quod fit, vt verorum ac naturalium bonorum obliuione captus animus ad sensilia totam suam vim & actionem conuertat, iras & cupiditates, & turpes atque obscenas voluptates per ea excogitans.

4. Magnūque Christi corpus) Magnum Christi corpus vocat Theologus, vel panem viuificum, vel potius Ecclesiæ catum, cuius caput est Christus. Vtrumque autem horum sacerdotes tractant, nempe & mysticum panem & Ecclesiam.

5. Quæ magnarum rerum materiam) Vide Niceph. lib. 8. cap. 44. & Sozomenum lib. 2. cap. 17. Vbi narrat, quemadmodum Athanasius adhuc puer ab æqualibus suis per ludum Episcopus creatus Episcopalia munera obierit, ac multos baptizauit, isque manus apposuerit.

6. Appropinquant Deo) De hoc in Scholiis in Orat. de plaga grandinis.

7. Ad Marci thronum euehitur) Marcum Euangelistam intelligit, qui scripto in vrbe Romana Euangelio cum Alexandriam perrexisset, primus ciuitatis illius Episcopus creatus est, eamque sedem octo annis tenuisse dicitur. Athanasius autem Alexandro, quem ad Nicenum concilium secutus fuerat, in Episcopatu successit in ordine decimus nonus, anno Domini 334. Vt vult Abbatis Vrsbergensis Chronicon.

8. Qui denique plura pro suis) Apud Iudeos lex erat, vt sacerdos duplex sacrificiū offerret, alterum quidem pro seipso, alterum pro peccatis populi. Vide Paulum in Epist. quam ad Hebræos scribit cap. 9.

9. Neque enim id quod glorificatum est) Paulus 2. Corinth. 3. gloriam Moysi gloria Christi comparatione extenuans, his verbis vitur: Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Hæc igitur verba ad Athanasij laudem accomodat Theologus, quibus significat, eas virtutes, quas prius per congeriem enumerauit, quamuis maxima laude dignæ sint, paruas tamen esse, si cum his, quas mox allaturus est, comparentur. In quam etiam sententiam mox ad illud Actorum 6. alludet, Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.

10. Verum idem erat calculis ludere) Quemadmodum calcularij impostores, qui manuum agilitate flexionisque digitorum celeritate spectantium oculos fallunt: vt quæ decem fortasse sint numero, nequaquam decem reperiuntur: quemadmodum etiam saltatores & ob multitudinis oculos membra turpiter contorquentes ad Ecclesiam aditū non habebant: sic neque ij, qui de Deo noui aliquid & curiosi proferre audebāt.

11. At posteaquam Sexti & Pyrrhones) Sextus & Pyrrho philosophi alius omnibus philosophis sese opponebant, atque aduersus omnes opiniones & sententias disputabant, nec percipi quicquam posse sentiebant. Eamque ob causam Ephæctici nominati sunt, quasi inhibentes & impediētes, ne quid de vlla re certi statueretur.

12. Atque orationis non morbi viribus) Quo modo Alexander Constantinopolitanus Archiepiscopus hæresiarum Arium piæ orationis telo confecerit, vide Nicephor. lib. 8. cap. 51.

13. Atque hîc mihi charissimum solum) Cappadox enim erat Georgius Arianus infestissimus Athanasij hostis. Quatenus autem Cappadox erat, inquit Theologus, videor mihi, vt patriam cum eo communem habens, non nihil etiam ad insidias aduersus Athanasium structas conferre.

14. Qui ne mecum quidem cognominem) Gregorium intelligit, qui ex auctoritate & pulso Athanasio ab Arianis Alexandrinæ Ecclesiæ antistes designatus fuerat. Cui etiam statim Episcopatum Ariani abrogarunt, quod in dogmate eorum tuendo & propagando parum diligentem se præbuisset: atque in eius locum Cappadocem Georgium instituerunt.

15. Manus tamen Absalonis) Hoc adagium in eos quadrat, qui scelus, quod conceperunt, per alios perpetrandum curant. Natum est hoc prouerbiū ab Absalone, qui, vt in libris Regum habetur, cum patrem regno exturbare moliretur, hanc tamen fabulam primum per alios agendam curabat. Huic non absimile est illud Herodoti, Vestem consuit quidem Histæus, induit autem Aristagoras, de quo alio loco dicemus.

16. Qui manum illam) Quibus calumniis impetius fuerit Athanasius ab Arianis, quotque in eum falsæ

crimina congesta fuerint, nemini ignotum est, qui modò Ecclesiasticam historiam vel à limine salutarit. Inter alia obiectum estei, quòd magice artis gratia Arsenio cuidam brachium amputasset. quòque facilius apud iudices fidem inueniret impudentissima hæc calumnia, propositum est cuiusdam hominis mortui brachium ad accusatoribus: quod Arsenij esse contendebant. Verum statim sceleratissima hæc fraus detecta est. Nam ille ipse Arsenius, quem falsò interfectum esse ab Athanasio dicebant, productus ab innocente reo se viuum & incolumem ostendit. Ita risu simul & indignatione iudicium solutum est. Vide Ruff. hist. lib. 16. cap. 17. Socr. lib. 1. cap. 29. & Niceph. cap. 48. & 49. lib. 8.

17. Quorum alij vitam prosum) Vide Hieronymum de custodia Virginitatis ad Eustochium: vbi duplicem hanc vitæ monasticæ rationem elegantissime describit.

18. Imperatoris simplicitatem) Constantium intelligit.

19. Potissimum muliebres homines) Georgius Eusebium Eunuchum imperatoris aulæ præfectum Arii dogma profitentem magnis muneribus ad suas partes traduxit.

20. Ut Episcopo quodam ea tempestate) Eusebium Pamphili intelligit Arianae sectæ coryphæum.

21. Quod Seleucia primùm) Vide Niceph. lib. 9. cap. 38. & 39. vbi formulam Arianae confessionis videbis.

22. Per scripti dogmatis ambiguitatem) Quoniam ita dubiam Synodus illa fidei confessionem edidit, vt piè simul atque impiè intelligi posset. Verbi gratia: Pater maior est filio, & Filius similis est Patri, aliæque huius generis loca. Huiusmodi enim nomina in vtramque partè propèdent. Nam & Pater Filio maior piè dici queat, quantum ad causam, impiè autem, si de natura sermo habeatur. Et Filius Patri similis pio sensu dici possit, modò à τὰ ἐξ ἑαυτῶν. i. per omnia ac sine vlla diuersitate (τὸ ὁμοίωμα καὶ ὁμοίωσις τὰ ἐξ ἑαυτῶν eandem vim habet, quod ὁμοίωμα, vt vult Basilus Epist. 1. ad Maximum) addamus: alioqui impium fuerit hoc profiteri. Huic porro fraudi suæ scripturam prætexebant, cuius tantam apud se autoritatem esse dicebant, vt quoniam nusquam illa τὸ ὁμοίωμα meminisset, sibi quoque faciendum esse, vt ab hac voce abstinerent, ac probatissimis dictionibus vterentur, qualem τὸ ὁμοίωμα, i. similis vocem esse contendebant. Atque id Apostoli testimonio confirmare nitebatur, qui Filium Patris imaginè vocat, quæ quidè exemplaris relatio atque expressio est.

23. Statua ad omnes sese obuertens) Sic impiam Synodum vocat: quòd dubiam atque ancipitem fidei doctrinam edidisset, communibusque nominibus vtens tum ad hereticos, tum ad orthodoxos aspectum conuerteret. itaque hanc cothurnum quoque vocat, hoc est, calceum vtrique pedi conuenientem: de quo vide Erasmus in proverbio, cothurno versatilior. Quod autem sequitur, Cribratio ad omnem ventum, ex Ecclesiastici libro sumptum est, vbi ait Sirach. Ne cribres ad omnem ventum, id est, ne sinas te transversum ferri ab omni vento doctrinæ, nec per animi inconstantiam & leuitatem temerè quemlibet sequaris: nec omni semita incedas, sed sola pietatis regia via.

24. Hinc subdola illa hereticorum) Aetium enim Syrum Ariani condemnarunt, vt opinionem hominibus afferrent, se recte doctrinæ assentiri, ac maiori fide & autoritate τὸ ὁμοίωμα oppugnarent. Verum ea condemnatione à ficto & subdolo animo proficiscebatur. Nam re vera illius dogmata stabiliabant ac tuebantur. Et cum faciendum ipsis esse visum est, vt eum condemnarent, magnæ cuiusdam impietatis crimen illi non impegerunt: sed ostentationis duntaxat, & nimia in scribendo contentiois ipsum damnarunt.

25. Hinc profani sanctorum) Heretici laicis adiuncti de piis Episcopis iudicium ferebant, & vitæ rationem ab iis contra ius fasque exposcebant. An non enim iniquum est Episcoporum actiones inspectantibus laicis examinari, ac miseri res non miscendas, hoc est, laicorum aspectum & mysticas quaestiones. Nam res sacras & sacrorum virorum scorsim, ac non laicis presentibus exquirere debent Episcopi.

26. Ac si non flamma sumi certè) Non quidem aperto hæresis nomine sese obstrinxerunt, quia animus eorum purus ab omni hæresis contagione fuit: quatenus tamen impio dogmati per imprudentiam subscripserunt, velut fuliginem quandam ex camino contraxerunt.

27. Illustris rerum mutatio) Dux in omni hominum memoria illustres vitæ mutationes extiterunt, quæ etiam duo Testamenta vocantur, & terræ motus ob rei celebritatem: altera quidem ab idolorum cultu ad legem, altera à lege ad Euangelium. Atque hæc duo Testamenta sunt. Iam tertium quoque terræ motum scriptura fore denunciat, hoc est, migrationem ex hac vita ad alteram: in qua nec motus iam vllus est, nec vlla perturbatio. Nam cum Deus per Agg. cum dixisset, adhuc semel, & ego cælum & terram mouebo, de vniuersitatis transmutatione hoc dictum Apostolus in Epist. ad Hebræos ait, & illud, adhuc semel, rerum fluxarum atque incertarum translationem significare, vt deinceps maneant, quæ motu ac perturbatione carèt. Theologus igitur iuxta Pauli sententiam dictum hoc intellexit, tertium terræ motum secundum Christi præsentiam exponens, ad quam vniuersus orbis ex corruptione ad incorruptionem vindicabitur atque immobilis iam futurus est.

28. Monastica philosophiæ sectatores) Cr. τὸ μοναχικόν. Græcus interpres exponit, Monachos.

29. Vnum, quòd generi suo) Constantius fratrem Constantinum à militibus interfici sinit, cum id facinus prohibere posset: ac Callum Iuliani fratrem cognatum suum ob tyrannidis affectatæ suspicionem à medio sustulit. Deinde Iulianum ad imperij societatem asciuit. Tertio circa fidem res nouas molitus est. Edicto enim sanxit, vt Filius ὁμοίωμα non ὁμοίωμα diceretur.

30. Quod etiam ipsam Alexandrinis) Alexandrini grauisimis contumeliis à Georgio vexati, mortuo Constantio crudelissima morte ipsam affecerunt: ac deiecta membra altissimo camelo imposuerunt, atque ita in mortuum quoque secuentes urbem circumierunt. Sarcinam itaque insuetam, inusitatam, atque antea inauditam vocat, altitudinem autè cameli nouam, primam autem circunductionem, circuitiōnem eam, quæ tum primùm

primùm contigit. * Permiri autem videri possit, quòd Gregorius Alexandrinæ Christianorum plebi Georgij cædem tribuit, cum extet Iuliani Apostata Epistola ad Alexandrinis Serapidis cultores, quam etiam producti Niceph. lib. 10. cap. 7. in qua grauisimè illis succensens, quòd proculcata legum imperiique maiestate furioso impetu Georgio necem attulissent, nullam omnino Christianorum mentionem facit: haudquaquam id sanè, quo aduersus orthodoxam religionem odio flagrabat, prætermittitur, si huius facinoris participes extitissent. Quin etiam Epiphanius lib. 3. tom. 1. aperte hanc cædem ab Ethnicis factam narrat. Negat enim eum propterea in Martyrum numero habendum esse, quòd ab Ethnicis sit interfectus. Neque enim ob fidei Christianæ confessionem, sed ob immanem rapacitatem ac tyrannidem excruciatum atque obruncatum fuisse. At Marcellinus lib. 21. videtur innuere illam cædem factam consentientibus Christianis, qui alioqui eum ab Ethnicorum manibus faciliè poterant liberare.

31. Fluius vnus omnes erat) Hoc, inquit, inter Nilum & populū Alexandrinū intererat, quòd Nilus à Chæreo, quæ terra est, hoc nomen à quodam habitatore cõsecuta est, in urbem influit: at popularis ille fluius tunc sancto Athanasio obuiam sese effundens, in contrarium à ciuitate ad Chæreum fluens diei vnus iter & eò amplius extensus est.

32. Nème amentie accusetis) quòd Alexandrinum hunc ingressum cum Christi in urbem Hierosolymitanam ingressu comparem.

33. Quod Christum rami) Quoniam Græcorum verborum sensus obscurus videri potest, Græcam hoc loco interpretationem adiiciendam putauit, quam in versione nostra secuti sumus: τὸ πρῶτον ἐν τῷ ὕδατι ὡς ἴσον αὐτῷ, ἔπειτα δὲ ἀδελφῶν, ὅτι καὶ οὗτοι ἐπιπέσαν ἐπὶ τὸ ὕδωρ. Hoc solū, inquit, sublime & æquale cum Christo non habet Athanasius: quòd illum vestes & rami suscipiunt, hunc verò non item.

34. Atque impietatis basiliscum) Hæc sumpta sunt ab Esaiâ dicente, Oua aspidum fregerunt, & qui de ouis comedere parabat, cum ea confregisset, vrinum (vrinum enim legit interpres Græcus, non ὄδρ, quemadmodum in impressis Græcis Bibliis legitur) inuenit, in eoque basiliscum. Quæ verba iuxta literæ sensum hoc volunt: Qui aspidum oua frangunt, nihil aliud reperiri quàm Basiliscum. Perniciosissimus autem serpentis fetus, basiliscus, atque vel ipso aspectu necem afferens. Quantum autem ad Gregorij mentem attinet, Iulianum spiritualis aspidis, i. diaboli fetum & ouum appellat, impietatem, quam basiliscum vocat, aliquantisper in pectore clausam tenentem: quæ, simul atque ille imperio potitus est, statim eruperit, atque in apertū prodierit.

35. Statim & erga Imperatorem) Iulianus Constantium veneno sustulit, cuiusdam illius domestici ad eam rem vsus opera. Sic interpres: cui tamen non aspiulatur Nicephorus lib. 10. cap. 2. Illud quidem certissimum est, eum summa animi ingratitude Constantij erga se beneficia excepiisse. Quòd si in illum nefarius, multò scelerator in Deum exitit. Lectoris enim aliquando munere in Ecclesia functus fuerat. Quinetiam eum narrant, cum ad Ecclesiam cum fratre profugisset, præsens mortis periculum vitasse.

36. Triplici certamine vincere) Primùm enim sub Constantino, deinde sub Constantio, postremò sub Iuliano Athanasius exulauit.

37. Donum verè regium) Egregium illud Athanasij Symbolum intelligit, quo vir pius Catholicæ fidei doctrinam complexus est.

38. Aduersus nouum dogma) Annotat Græcus interpres in nonnullis exemplaribus non ἀναγινώσκοντες scriptum esse, sed ἐκείνη: vt significet scriptam illam fidei formulam, cui omnibus subscribendi necessitatem imponebat Constantius.

39. Satis enim superque dispensauimus) Vbi habet vulgata Psalmodum translatio Psal. III. Disponit sermones suos in iudicio, septuaginta habent διανομαί, i. dispensat. * Et Christus pastores animarum fideles dispensatores vocat: & Apostolus dispensatores mysteriorum Dei. Hanc tandem vocem sui iuris fecerunt ac veluti ciuitate donarunt Græci Theologi, per eamque prudentiam illam intelligunt, quam in verbi diuini prædicatione munerisque sui administratione adhibere debent Ecclesiæ antistites, vt nihil improuidè, nihil temerè, nihil denique nisi omnibus circumstantiis accuratissimè perpensis & exploratis dicant aut faciant, vt omnia consilia sua cogitationesque ad vnus charitatis scopum referant, nec quicquam aliud sibi proponant quàm Ecclesiæ ædificationem, ac plebis sibi commissæ vtilitatem. Exempli causa: Si quis sp. sancti diuinitatem publicè confiteri dubitet, quis non hoc hominis portentum excretur? Et tamen id factum esse à Basilio Magno testatur noster Gregorius, non modò sine ipsius reprehensione, sed etiam cum maxima laude. Nam cum Pneumatomachos, quorum tunc latè patebat imperium & potentia, huic vni occasione imminere perspiceret, vt si aperte sp. sanctum Deum esse confiteretur, statim eum ciuitate pellerent, atque ita gubernatore sublato, quemadmodum Cyprianus loquitur, atrociter & violente circa Ecclesiæ naufragia grassarentur: eorum insidiis hac ratione sibi occurrendum putauit verus ille œconomus, vt à nuda quidem & aperta voce abstineret, cæteris aliis verbis eandem rem explicaret. Ita subdolum eorum consilium elusit vir prudentissimus. Hinc satis liquet, quemadmodum diuersa ratione res eadem in aliis grauisimi criminis, in aliis maxime laudis nomen habeat. Sed profecto verum est quod scripsit Aristoteles, Virtus virtutibus esse vicina, & vt ipsius verbo vtar, αἰχμὴ δὲ ἐξ. Erant qui timiditati suæ pietatis studium prætexerent, & cum turpiter & sceleratè veritatis patrociniū desererent, prudentes tamen & cauti dispensatores videri volebant. Fingebant se rationem imbecilliorum habere, qui nondum sublimioris doctrinæ capaces essent, atque eiusmodi fisco ignauiam suam tegere conabantur. quos falsissimè perstringit hoc loco Gregorius. Atque vtinam hæc tempestate talium dispensatorum minor esset numerus. Hieronymus in Epistola quadam ad Augustinum dispensationis vocabulo in eandem sententiam vtiur: Qua fronte, inquit, qua audacia Paulus in alio re-

Esai. 59.

Luc. II. I. Cor. 4.

prehendit, quod ipse comisit: Ego, immo alij ante me exposuerunt causam, quam putauerunt, non officiosum mendacium defendentes, sicut tu scribis, sed ostendentes honestam dispensationem: ut et Apostolorum prudentiam demonstrarent, et blasphemantis Porphyrii impudentiam coercerent.

40. Alij Sabellij error) Romani quod tres hypostasies dicere recusarent, Orientalibus Sabellij errorem se qui visi sunt. Sabellius enim tres personas reiciebat, vnam tantum esse asserens trinominem. Rursus Orientales, quoniam tres hypostasies mordicus retinebant, nec earum loco tres personas admittere vellent, in eam opinionem apud Romanos venerunt, quasi Arii dogmati assentirentur. Arius enim tres hypostasies natura inter se distinctas confitebatur, tres autem personas vnius nature minimè recipiebat.

41. Vtraque parte leniter) Percunctatus est ab Orientalibus Athanasius, num Ariatorum more tres hypostasies substantia inter se distinctas assereret, atque vnaquamque hypostasim distinctam ac separatam, quæ admodum et alia omnia, et qui ab hominibus gignuntur: aut ut diuersas substantias, quemadmodum diuersæ sunt substantiæ, æ, argentum, et aurum: aut ut tria principia et tres deos. Hic orientales se ab huiusmodi sententia abhorreere confirmarunt, atque idcirco tres hypostasies profiteri, quoniam in S. Trinitatem crederent, non nomine tenus sed verè existentem et subsistentem. Nam et patrem verè esse ac subsistere, filium verè esse ac subsistere, itidemque sp. sanctum. Quam dictionum interpretationem comprobans Athanasius, ad Romanos iam sese conuertit, ab iisque quasiuit, Num iuxta Sabellium ea de causa tres Hypostasies non admittent, ut Filium et spir. sanctum tollerent, aut quasi neuter illorum esset aut subsisteret. Illi verò negare hanc sibi vnius Hypostasies asserendæ causam esse: verum illam potius, quod vnum atque idem esse censerent Hypostasim et substantiam: substantiam porro vnam crederent, tum quod ex Patris substantia Filius quoque sit, tum propter nature identitatem. Vnam enim diuinitatem atque vnam eius esse naturam constantissima sese fide tenere, ac non aliam Patris, aliam Filij, aliam sp. sancti. Et certè Romani, qui eo nomine in crimen vocabantur, quod vnicam tantum Hypostasim esse contenderent, idem profitebantur, quod Orientales: atque ab vtrisque anathemate feriebantur Arius et Athanasius, alter ut Christi hostis, alter ut diuinitatis abrogator. Itaque negotio diligenter expenso postquam inter eos, quantum ad doctrinæ sententiam, nihil dissidij esse reperit, suas vtrisque dictiones liberas reliquit.

42. Si cum humilioribus) Hoc loco per humiliores Nicetas eos intelligit, qui crassiore atque obtusiore sunt ingenio, quemadmodum per μακρότεροι eos, qui maiori acumine præditi sunt.

43. Hospitum præses, supplex) Gentiles iouem suum φίλιον, ξένιον, et ἱερόσιον vocabant, ut amicitia et hospitalitatis præsidem ac supplicum antistitem. Herculem autem Αποτροπæον, Auerruncum Varro appellat, ut malorum depulsorem: Mercurium item Πομπæον, ut in via homines transmittentem, ac viatoribus iter præmonstrantem: et Iunonem vel etiam Venerem Ζυγίαν, hoc est, Pronubam, ut quæ summo studio ab iis, qui matrimonij iugo coniuncti erant, coleretur. His autem omnibus nominibus Athanasius ob virtutem appellatur. Vhilus enim dicitur, ut eos amans, qui amore digni sunt: Xenius, ut peregrinos hospitio excipiens: supplex, ut preces pro populi salute fundens: Ζυγιος etiam ac Παρθένιος, ut matrimonio et virginitati leges condens et præscribens.

GREG.

GREGORII NAZIANZENI DE
MACHABÆIS,

Oratio:

ARGVM. EX GRÆCO NICETÆ.

10 **N** Machabæorum libris vir quidam describitur Iudas nomine, cognomento Machabæus, Lib. i. cap. qui pro ciuitate Hierosolymitana, legisque Mosaicæ cultu, contribulibusque suis multa præclare ac strenuè gessit. Propter quem cæteris quoque historiae partibus Machabæorum nomen inscriptum est. Quoniam igitur in eodem volumine Eleazar, septemque filiorum et matris decertatio continetur, Machabæi etiam ipsi nominati sunt. Neque enim qui historiam conscripsit, eos à Iuda Machabæo genus duxisse tradit. Lib. 2. cap. 6. et 7.

20 **Q**uid autem Machabæi? (horum enim nomine diem festum agimus) qui tametsi ob eam causam apud paucos honorètur, quod eorum certamen Christi ætatem præcesserit: digni tamen sunt, quos omnes honoribus complectantur, quoniam pro legibus institutisque patriis dolorum acerbiter fortis animo pertulerunt. Qui porro ante Christi supplicia martyrium subierunt, quid tandem erant facturi, si post Christi tempora vexati fuissent, eiusque mortem nostræ salutis causa susceptam ad imitandum propositam habuissent? Nam qui nullo huiusmodi exemplo ob oculos posito tanta virtutis laude floruerunt: cui dubium esse potest, quin iidem tale exemplar intuentes multò generosius fortiusque sese periculis obiecturi fuerint? Ac simul arcana hæc doctrina est, nec mysterio vacans, mihi quidem, piisque omnibus viris admodum probabilis: neminem videlicet eorum, qui ante Christum natum martyrio perfuncti sunt, id citra Christi fidem esse consecutum. Quamquam enim Verbum, suo postea tempore liberè promulgatum est: puris tamè animis etiam antè innotuit: quemadmodum ex multis qui ante ipsius natiuitatem honoribus affecti sunt, liquidò perspici potest. Quocirca Machabæi non idcirco contem-
30 nendi sunt, quia ante crucem extiterunt: verum quia ad crucis normam vitæ suæ rationes exegerunt, ideo laudandi, ac verborum honore celebrandi: non ut ipsorum gloriæ quicquam accedat (quid enim iis oratio afferre possit, quorum gloria ipsis actionibus rebusque gestis nititur?) sed ut gloriam consequantur, qui laudes eorum exponant, ac virtutem eorum æmulentur, eiusmodi nimirum commemoratione quasi stimulis quibusdam ad earundem rerum studium excitati. Enimvero quinam hi fuerint, quaque primum ex institutione atque doctrina in eam virtutis frugem gloriamque peruenierint, ut tum annuis his festis ornentur,
40 tum multò maior, quam quæ oculis cernitur, eorum gloria in omnium animis condita sit: studiosis ac diligentibus viris perspicuè liber ille declarabit, qui rationem animi perturbationibus imperare docet, in eiusque arbitrio esse, ut in vtramuis partem, hoc est, vel ad virtutem, vel ad vitium propendeamus. Nam libelli illius author, cum pleraque alia testimonia, tum horum quoque dimicationes ad huius argumenti confirmationem attulit. Mihi verò hæc tantum dicere sufficet. Hinc igitur primum nobis occurrit Eleazarus, primitiæ eorum, qui ante Christum passi sunt, quemadmodum Stephanus postea eorum, qui Christum secuti sunt, sacerdos & ætate prouectus, nec minus prudentia quam capite canus: antea quidem pro populo sacrificia precèsq; offerens, nunc verò seipsum quoque Deo offerens, hostiam ex omni parte perfectam, vniuersæque plebis expiaticem, faustum ac lætum certaminis præludium, loquès pariter ac tacens cohortatio: septemque insuper filios offerens, institutionis suæ fructum, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, omni legali sacrificio clariorem & pu-
50

Dies festus Machabæorum.

Nemo ante Christum citra Christi fidem passus. Mach. non contemnendi.

Liber de imperatrice ratione.

Eleazarus. Act. 7. 2. Mach. 6.

riorem. Liberorum enim rectè facta parentibus ascribere, summæ est æquitatis. Altera ex parte prodeunt fortes & generosi filij, nobilis matris soboles nobilis, acres & strenui veritatis pugiles,⁷ Antiochi tempestate sublimiores, Mosaicæ legis synceri discipuli, morumque patriorū atque institutorum obseruatores exactissimi, numero septem (qui numerus apud Hebræos maxime commendatur, quietisque septenariæ mysterio ornatur) vnum idemque spirantes, vnum eundemque scopum sibi proponentes, vnum ad vitam iter mortem pro lege Dei appetitam agnoscentes, non minus animis quàm corporibus fratres, mortis inter se riuales ac mutua mortis zelotypia flagrantes. (O rem admirandam! supplicia corporis que cruciatus velut thesauros quosdam præripientes, ac pro pædagogica lege periclitantes, non tam admotas tormentorum faces extimescentes, quàm ea, quæ supererant, requirentes, vnum hoc metuentes, ne fessa tyrani crudelitas finem cruciandi faceret, atque ita nonnulli ex ipsis coronæ expertes discederent, atque à fratribus inuiti distraherentur, expetitisque suppliciis erepti malam & infelicem victoriam referrent. Postrema nobis consideranda est egregia mater, excellentique animi magnitudine prædita, quæ ita filios amabat, vt Dei quoque amorem insculptum in animo haberet: ac maternis visceribus præter naturæ morem distorqueretur. Non enim filiorum suppliciis commouebatur: verum hic eam timor anxiam habebat, vt vereretur, ne quis casus illos à mortis acerbitate vindicaret: nec tam eos qui animam efflauerant, desiderabat, quàm reliquos illis adiungi optabat, atque eorum causa, grauiori sollicitudine premebatur, quàm illorum qui iam ex hac vita migrarant. Illi enim, vt pote iam rebus humanis exempti, extra omnem periculi aleam erant. Hi autem dubio adhuc & ancipiti certamine confligebant: atque illos quidem iam Deo commendarat: hos autem vt Deus acciperet, laborabat. O virilem animam in muliebri corpore! O præclarum & magnificum munus! O sacrificio illo Abrahæ (vereor ne hoc à me audacius dicatur) maius præstantiusque sacrificium! ille enim vnum duntaxat alacri animo obtulit, quanquam vnigenitum & diuinitus promissum,⁸ immo ad quem promissio ipsa referebatur, quodque maius est, quia non generis tantum fuit, verum omnium etiam huiusmodi hostiarum primitiæ, & radix constitutus est: hæc autem populum vniuersum filiorum Deo consecrauit. In quo sanè, tum matres tum sacerdotes victimarum ad necem promptè atque alacriter accedentium, holocaustorum ratione præditorum, hostiarumque omni festinatione ad lanienam properantium multitudine superauit.⁹ Atque vbera quidem illis ostentabat, puerilemque educationem in memoriam redigebat, canicemque ipsam protendebat, ac seniles annos supplicis cuiusdam orationis loco proferebat: non quo illorum mentes ad salutis & vitæ curam desideriumque reuocaret, sed vt ad cruciatus perferendos mortemque subeundam adurgeret: sic videlicet existimans, nō mortem eorum, sed mortis dilationem sibi esse pertimescendam. Cuius animi robor atque constantiam nihil flectere & emollire ac debilitare potuit, non instrumenta luxandis artibus accommodata, non rotæ propositæ, non exquisitissima quæque tormentotū genera, non ferrearum vngularum acies, non furentes bestię, nō enses qui acuebantur, nō feruentes ollæ, non ignis qui excitabatur, non tyrani mine, non miscellanea turba, non vrgentes satellites, non generis aspectus, non membra quæ discerpebantur, non carnes quæ lacerebantur, non defluentes sanguinis riui, non flos ætatis, qui absuuebatur, nō præsentia mala, non impendentes acerbitates. Quinetiā ipsa periculi protractio, quæ in talibus rebus grauissima aliis esse solet, leuissima illi videbatur, ex eoque spectaculo incredibili quadam voluptate perfundebatur. Moram quippe suppliciis afferebat non ipsa modò¹⁰ tormentorū, quæ admouebantur, varietas, quæ alioqui omnia illi vsque aded nihil pendebant, vt ne vnum quidem aliis quicquam pari vnquam animi magnitudine contempserit: verum etiam tyranni multiplex oratio, nunc eos contumeliosè alloquentis, nunc minas adhibentis,

nunc

nunc sermonis blanditiis eos delinire cupientis, nullumque non mouentis lapidem, quod id quod sperabat, assequeretur. At verò in filiorum ad tyrannum responsis tantum inerat sapientiæ animorumque præstantiæ, vt & aliorum omnium præclara facinora in vnum locum collata præ eorum constantia & fortitudine perexigua & minuta videri necesse sit: & rursus fortitudinis ac tolerantia parua laus futura sit, si cum sapientissimis eorum sermonibus comparetur: aded vt illorum hæc propria sit, quod iidem & tanta animi fortitudine cruciatus exceperint, & in suis responsionibus ad persecutoris minas, iniectosque suppliciorum terrores tam luculentum sapientiæ specimen ediderint. Nihil enim horum generosus adolescentem generosiorēque parentem infregit atque deiecit: Quin potius illa supra omnia sese efferens, impetumque animi cum ardenti amore commiscens, egregiæ cuiusdam parentationis loco seipsam liberis obtulit, ac prægressos secuta est: idque pro Deū immortalem quàm fortiter (vltro enim ad supplicia gradiebatur) quàmque luculenta cum oratione funebri! Quanquam enim filij præclaros atque haud dubiè præclarissimos ad tyrannum sermones habuerunt, cum isque in aciem prodierunt, ac tyrannum fuderunt & profigarunt: illustriores tamen matris sermones fuerunt, quibus eos prius ad martyrium cohortata est, ac deinde funus eorum exornauit. Quinam igitur filiorum sermones fuerunt? Operæ precium quippe mihi facturus videor, si eorum vobis memoriam refricuero: vt quemadmodum certaminis, ita sermonum quoque Martyribus conuenientium exemplum habeatis, si in eadem tempora incideritis. Alij quidem alio sermonis genere utebantur, prout quemque vel tyranni verba, vel periculorum ordo, vel animi alacritas armabat. Cæterum, vt formula quadam eos complectar, tales erant: Nobis Antioche, cæteri que, qui adestis, rex vnus est Deus, à quo procreati sumus, & ad quem reuertemur. Vnus legislator Moses, quem nequaquā prodemus, contumeliāque afficiemus,¹¹ non per ea pericula, que virtutis causa suscepit, ac miracula quæ plurima patrauit, si alius quidem Antiochus te acerbior, atque importunior nobis minitetur. Vnum salutis incolumitatisque præsidium in eo positum, vt præcepta diuina seruentur, nec lex qua communiti sumus disturbetur atque corruat. Vna porro gloria, vt talium rerum causa gloriam omnem aspernemur. Solæ denique opes & diuitiæ bona ea, quæ in spe atque expectatione habemus. Nec quicquam aliud nobis terrori est, quàm ne quid magis quàm Deum extimescamus. Cum his rationibus, cum his armis in acie stamus: cum huiusmodi iuuenibus tibi sermonem esse scito. Est quidem dulcis hic mundus, & patria tellus, & amici, & propinqui, & æquales, sanumque hoc maximum & celeberrimum, & festa à maioribus accepta, & mysteria, cætera que, quibus nos omnibus hominibus antecellere videmur. Verum ista Deo periculisque iis, quæ pro virtute suscipiuntur, haudquaquam suauiora sunt: caue id existimes. Alius enim nobis mundus est, omnibus rebus, quæ oculis cernuntur, longè sublimior ac diuturnior. Patria autem superna Hierusalem, quam nullus Antiochus obsidione cinget, ditionique atque imperio suo subiiciet, vt pote validioribus præsiidiis circumseptam, quàm vt cuiusquā viribus expugnari possit.¹² Cognatio item prima illa inhalatio, & qui secundum virtutē progeniti fuerint. Amici porro Prophetæ & Patriarchæ, à quibus pietatis formā & exemplum accepimus. Æquales præterea, qui nobiscum hodie in iisdem periculis versantur, atque in doloribus perferendis contemporanei sunt. Nam quod ad hoc templum attinet, longè eo magnificentius est cælum. Iam verò nobis pro festo ac celebritate, Angelorum chorus est. Ac postremò mysterium vnum magnum atque aded maximum ac plerisque tectum & incognitum, Deus: ad quem religionis quoque nostræ mysteria referuntur. Quocirca res paruas nulliusque precij nobis polliceri desine. Nec etiam turpibus & ignominiosis honoribus affici sustinebimus, nec damnosa lucra complectemur: non ita miserè perditèque negociabimur. Quin tu quoque nobis minari desine: vel contra facturos nos minabimur, vt imbecil-

Machab.
ad Antiochum
quale responsum.

Machab.
verba.
Deus vnus.
Moses legislator.
Verum salutis præsidium.

Præclarus timor.

Mundus
verus & patria.
Galat. 4.
Cognatio.
Gen. 2.
Amici.
Æquales.
Templum.

Colos. 1.

litas nemini obscura sit. atque insuper tormentorum nostrorum metum intentabimus. Nam nobis quoque, ne sis nescius, ignis est, quo persecutores nostros excruciamus. An tu cum gentibus ciuitatibusque tibi certamen esse putas, aut ignauissimis regibus bellicæque rationis ignaris, quorum alij superiores discedere, alij fortasse vinci queant? nec mirum, cum nequaquam pro rebus tanti momenti se in periculum coniciant. Immo verò aduersus legem Dei aciem instruis, aduersus tabulas à Deo exculptas, aduersus patrios ritus non modò recta ratione & iudicio, sed etiam antiquitate graues & ornatos, aduersus septem fratres vnus animæ vinculo constrictos, septem trophæis æternam nomini tuo infamiam inuicturos, quos & vincere parum amplum atque honorificum fuerit, & ab iisdem vinci admodum turpe & pudendum. Ab illis genus ducimus, illorum discipuli sumus, quibus ignis nubisque columna viam commonstrabat, quibus mare scindebatur, fluminis cursus inhibebatur, Solis motus comprimebatur, panis pluuiæ ritu fluebat, manuum extensio numerosissimos exercitus orationis telo fundebat atque in fugam vertebat: quibus bestia cedebant, flamma nihil nocebat, regesque virtutis admiratione correpti discedebant. Atque vt quidpiam eorum, quæ tibi cognita sunt, proferamus, Eleazari discipuli sumus, cuius tu fortitudinem perspectam & exploratam habes. Pater prior decertauit: decertabunt postea filij. Abscessit sacerdos: sequentur victimæ. Multarum tu quidem rerum terrorem nobis iniicere tentas: verum ad plura parati sumus. Quid autem nobis, vir superbe atque insolens, minis istis tuis facies? quos cruciatus inferes? Nihil his hominibus fortius, qui ad quiduis perferendum prompto & alacri sunt animo. Quid cunctamini carnifices? quid moras nectitis? quid benignum & suaue iussum expectatis? vbi gladij? vbi vincula? festinationem requiro. Ignis maior accendatur, acriores bestia magisque actuosæ producantur, exquisitiora tormenta proferantur, sint omnia regia & magnifica. Primogenitus ego sum: primum me consecra. Ego postremus: ordinis ratio immutetur: sit quoque quispiam eorum, qui mediæ sunt ætatis in primorum ordine, vt sic æquas honoris portiones obtineamus. Quid parcis? Expectas fortasse, vt ab hac mēte atq; oratione decedamus? Immo verò iterum ac tertio sæpiusque eundem sermonem repetemus. Non impuris cibus vescemur, non manus dabimus. Religionem nostram prius amplecteris, quàm vt in tuam ipsi doctrinam concedamus. Vt in summa dicam, aut noua pœnarum genera excogita: aut hæc, quæ in promptu sunt, à nobis contemni pro certo habe. Atque hæc fuit illorum ad tyrannum oratio. Iam vero quæ inter se cohortandi causa dicebant, quæque spectanda præbebant, quàm præclara, quàm sacra, piisque hominibus quouis alio spectaculo atque auditione iucundiora! Equidem ipse ea memoria recolens incredibili voluptate diffundor, ac mente & cogitatione cum ipsis athletis versor, mirabiliterque in hac narratione mihi placeo. Amplectebantur se mutuo, atque exosculabantur, non minus lætis animis, quàm si iam ad certaminum finem ventum esset. Eamus ad pericula fratres, clamabant, eamus, properemus, quandiu furit & ardet aduersum nos tyrannus: ne forte languescat, atque ita salutis iacturam faciamus. Proponuntur epulæ instructissimæ: iis intersimus. Pulchra quidem atque egregia res est, cum fratres simul habitant, simul epulantur, seque inuicem constipant, ac protegunt: pulchrius tamen ac laudabilius virtutis causa simul periclitari. Quòd si pro patriis moribus atque institutis certamen inrelicuisset, fecissemus id quidem: nam hoc quoque mortis genus egregium est. Verum quoniam temporis ratio id non tulit: ipsa certè corpora offeramus. Quid enim? Etiam si hoc tempore non moriamur, nonne aliquando tamen velimus nolimus, morièdum nobis erit? Nonne debitum natiuitati munus obeudum? Proinde quod facere necesse habemus, vtrò liberaliterque faciamus: callidum consilium circa mortem ineamus: quòd commune est, nobis vendicemus:

In quos pugnet Antiochus.

Exod. 13. 16.

Exod. 14. 17.

Iosue. 3. Ios. 10.

Dan. 14. Dan. 3. 6.

Eleazarus pater.

Mira constantia.

Mutua fratrum cohortatio.

Psal. 132. Iob. 1. Eccli. 40.

Tandem moriendum.

cemus: vitæ iactura vitam emersemur. Nemo nostrum huius vitæ amore flagret: nemo ignauus sit ac timidus. Perficiamus, vt cum in nos tyrannus incidit, de cæteris desperet. Periculis ille quidem ordinem imponat, nec de ea re alacritatis feruore quicquam inter nos contendamus. Nam & primus aliis viam præbit: & postremus certamen obsignabit. Cæterum hoc nobis fixum certumque sit, vt omnes sine vlla exceptione coronam adipiscamur, nec vllâ nostri partem persecutor accipiat, nequitiæque & scelere intumescens perinde de vno superato gloriatur, ac si omnium constantiam infregisset. Demus operam, vt quem admodum ortu, ita etiam morte fratres appareamus. Omnes vnus instar, & instar omnium vnusquisque periclitetur. Eleazare suscipe, mater sequere, Hierusalem mortuos tuos magnificè inhuma, si quid tamen reliquum fuerit, quòd sepulturæ mandari possit. Concertationes nostras commemora, posterisque, nominisque tui studiosis pium atque copiosum vnus ventris sepulchrum ostende. Quæ cum dixissent ac fecissent, seque, velut aprorum dentes, inuicem acuisent: pro ætatis ordine quisque in eadem animi promptitudine perseuerabant. Atque ea res vt contribulibus voluptatem & admirationem afferebat: ita metu atque terrore persecutorum animos consternabat. Qui cum aduersus vniversam Iudæorum nationem expeditionem suscepissent, à septem fratribus cõcordi animo pro pietate dimicantibus ita facillè superati sunt: vt iam ne de cæteris quidem spem admodum lætam haberent. At verò egregia mater, & verè illorum tali virtute præditorum parens, illa inquam, præclara & magnanima legis alumna, interea quidem gaudio simul ac timore afficiebatur, atque in duorum affectuum meditullio posita erat. Nam vt filiorum fortitudine, certaminumque spectaculo mirificè delectabatur: sic rursus cum incertum pugnae euentum incredibilemque tormentorum magnitudinem secum reputaret, timore commouebatur. Ac proinde illos, non secus atque auicula pullos suos arripiente angue, aut alia quapiam insidiatrice bestia, circunvolabat, stridebat, obsecrabat, certantes adiuuabat, nihil denique non dicebat ac faciebat, quo illos ad victoriã paratiores instructioresque redderet. Cruoris guttas rapiebat, fragmenta membrorum excipiebat, reliquias adorabat: huc colligebat, illum porrigebat, aliud parabat. Omnibus acclamabat. Euge filij mei, euge strenui milites, euge in corporibus ferme incorporei, euge legis canæque senectutis meæ, atque ciuitatis, quæ vos aluit, atque ad eam virtutis magnitudinem euexit, antistites atque patroni. Paulum adhuc: & vicimus. Fatiscunt carnifices: hoc vnum perhorresco. Paulum adhuc, & ego inter mulieres beata, & vos inter adolescentes beati. At fortasse matris vos desiderium angit? nequaquam vos deseram, hoc vobis polliceor: non tam liberos meos odi. Postquam autem omnes martyrio perfunctos esse, seque ob eorum mortem metu omni liberatam vidit: tum verò mira cum animi hilaritate ac læticia caput in altum efferens, non secus atque ij qui in Olympia vicerunt, manusque extendens, magna & clara voce in hæc verba prorupit. Gratias tibi ago, pater sancte, & tibi magistra lex, tibi que parens noster & filiorum tuorum in certamine antecessor Eleazare: quoniam partuum meorum fructum accepistis, atque mater omnium matrum sacratissima effecta sum. Nihil mundo reliqui feci, omnia Deo tradidi, thesaurum meum, spes meas senectutis altrices. Quàm magnificè honorata sum, quàm excellenter senectus mea curata atque tractata est! Habeo educationis vestrae præmia, ô filij: quoniã omnes virtutis causa decertates vidi, omnes victores aspexi. Equidem sic carnificum ora intueor, quasi ab illis beneficium acceperim: nihilque propius sit, quàm vt hoc nomine tyranno gratias habeam, quòd hunc suppliciorum ordinem tenuerit, vt me vltimam ad pericula referuarit: quò prolem ipsa meam prius conspicata, & in vnoquoque filiorum conflictata, ita demum cum perfecta securitate post perfectas victimas hinc excedam. Non comam laniabo, non vestes scindam, non carnes vnguibus lacerabo, non planctum excitabo, non præficas accersam, non tenebras concludam, vt ipse quoque aer fortu-

Persecutores terret constantia martyrium.

Simil.

Matris ad filios verba.

Olympionica.

Matris oratio post filiorum martyrium.

nas meas lugeat, non consolatores expectabo, non panem luctuosum apponam. *Matres sobolius carnis.* Hæc enim ignavis & abiectis matribus cōueniunt, quæ carnis duntaxat sunt matres, quibus liberi nullius egregiæ narrationis argumento relicto intereunt. Mihi verò charissimi filij, nequaquam mortui atque extincti, sed Deo oblati estis, nec defecistis ac periistis, sed aliò migrastis: nec lacerati, sed compacti & coagmentati estis. Non fera vos abripuit, non fluctus obruit, non latro iugulauit, nō morbus oppressit, non vis belli sustulit, non deniq; vllus humanus casus. In maximis equidem luctibus essem, si quid horum vobis accidisset. Tum verò lachrymando, vt nunc lachrymas comprimendo, materni amoris specimē edidissē. Sed hæc adhuc parua. Verè igitur vos luxissem lachrymisque profecuta fuissē, si turpiter ac perniciosè seruati, si tormentis fracti fuissetis, si quem vestrum persecutores superassent, quemadmodum ipsi fracti ac superati sunt. At nunc quæ vobis contigerūt, eiusmodi sunt, vt lætas acclamationes, gratulationes, gaudium, gloriam, choreas, atque hilaritatem omnem iis, qui superstites relicti fuerint, excitare debeant. Nam ipsa post vos delibor. Iam cum Phinees aggregabimur, cum Anna celebrabimur: nisi fortasse eò etiam maior gloria nostra futura est, quòd ille vnus erat, vos contrà permulti estis æmulatione flagrantēs, ac stupratorum interfectores, non corporum, sed animarum scortationem gladio transfigentes. Rursus illa vnum duntaxat, diuino beneficio sibi concessum, eumque infantem: ego contrà septem viros eosque promptos & alacres Deo consecraui. Atque vt Hieremias quoque ipse mihi elogium funebre concludat, non lugens, sed laudibus ac faustis ominibus pium vitæ exitum prosequens.¹⁹ Supra niuem fulsistis, supra lac coagulati estis, supra sapphirinū lapidem classis vestra, quippe qui Deo progeneri atque oblati estis. Quid iam superest? Adiunge me quæso filiis, ò tyranne, si quis apud hostes quoque gratiæ locus est. Ita enim illustrius tibi hoc certamen fuerit. Atque vtinā mihi per omnia ea supplicia, quibus illi affecti sunt, grassari contingat: vt sanie meam cum eorum sanie, carnēque decrepitas cum carnibus commisceam. Nam ipsa quoque suppliciorum instrumenta propter filios amo. Quòd si mihi non concedatur, at illud certè optarim, vt cineres cum cineribus coniungantur, nōsque vnum idēque monumentum excipiat. Noli iis, qui pari virtute præditi sunt, par mortis genus inuidere. Valetē matres, valetē filij. Sic à vobis prognatos educate: sic ipsi educemini. Pulchrum vobis exemplū dedimus: facite vt ad eundem modum certetis. Hac oratione habita, filiis seipsam adiecit, idque tanta cum alacritate, vt ad rogam(hoc enim supplicij genere multata fuerat) non secus atque ad nuptialem thalamum curreret, ac ne carnifices quidem expectaret: ne sanctum & generosum corpus profani homines attrectarent. Hunc sacerdotij fructum cepit Eleazarus, cœlestia mysteria edoctus atque professus, Israëlēque non externis aspersionibus, sed proprio cruore lustrans, atque extremum vitæ diem extremum mysterium faciens. Hunc iuuetutis fructum tulerunt filij, qui non voluptatibus inseruierunt, sed fœdos animi motus rationis imperio compresserunt, corpūsque purum à peccati sordibus tenuerunt, atque ad vitam ab omnibus affectuum tumultibus liberam translati sunt. Hoc commodi ex multiplici sobole cepit mater: sic & viuis gloriata est, & cum ipsis diem vitæ vltimum clausit: non antè tamen quàm quos mundo procreauerat, Deo exhibuisset, dolorēque, quos in pariendo pertulerat, certaminum numero recēsuisset, partuūque seriem ex ipsorum morte recognouisset. A primo enim ad vltimum vsque omnes dimicarunt, aliūsque alij, velut in fluctuum iactatione, succedēs virtutis suæ specimē exhibebat, maioremque ad perferendos dolores alacritatem afferebat, eius nimirum, qui præcesserat, periculis incitatus & exacutus: ad eò vt tyrannus cōmodè secum agi duceret, quòd non plures illa liberos peperisset: sic enim maiore haud dubiè cladem infamiāque sibi subeundā fuisset. Ac tum primū se non omnia vi atque armis assequi posse cognouit: cū inertes pueros oppugnare aggressus est, solis pietatis armis instructos, atque ita affectos, vt

ctos, vt ad quæuis tormenta perpetienda, quàm ille ad inferenda, paratiorēs essent. Hoc facinus Iephte sacrificio cautiū atque honorificentius. Neque enim, vt illic, pollicitatio nimium præceps, victoriæque deploratæ cupiditas offerendi muneris necessitatem imponebat: sed à libera voluntate sacrificium proficisceretur, & quidem eiusmodi, vt iis tantū; quæ in spe posita sunt, præmiis niteretur. Hoc Danielis certaminibus haudquaquā inferius habendum est, qui leonibus in escam obiectus est, manuūque extēsiōne belluas superauit: Hoc iuuenū in Assyria captiuorum luctationibus haudquaquam cedit, quos, cū nullis rationibus adduci potuissent, vt patriæ leges violarent, cibūque profanum admitterent, Angelus in mediis flammis refrigerauit. Hoc denique victimis illis, quæ postea pro Christo cæsæ sunt, nequaquam minorem laudem gloriāque promeretur. Illi enim quemadmodum orationis initio à nobis dictum est, Christi sanguinem sequebantur, Deūque, qui tantum tamque admirabile munus salutis nostræ causā contulit, ad huiusmodi certamina ducem habebant: his autem nec multa, nec talia virtutis exempla contigerunt. Horum fortitudinem & tolerantiā cū vniuersa Iudæa admirata est, perindēque ac si ipsa victricem coronam accepisset, exultabat animis que erigebatur (maximum enim ciuitati propositum erat certamen, vtrum eo die legis auctoritas euerteretur, an gloriā ac splendorem adipisceretur: atque in eum casum tota Hebræorum natio venerat, vt omnis rerum ipsorum status huius certaminis periculo contineretur, atque, vt dici consuevit, in notiaculæ acie staret: tum ipse quoque Antiochus admiratus est, conuersis nimirum in admirationem minis. Nam egregiorum hominum virtus hostibus quoque ipsis admirationem excitare solet, cū sedata iracundia facinus in seipso perpēditur: Quare infecto negotio discessit, tum Seleucum patrem, à quo plurimi honores huic nationi tributi, templūque magnificis donis exornatum fuerat, multis laudibus profecutus: tum Simōnem, qui eum ad hanc expeditionem suscipiendam induxerat, grauibus verbis infectatus, vt pote qui crudelitatis ipsius ignominiaque acceptæ author extitisset. Hos igitur & sacerdotes, & matres, & filij æmulentur. Sacerdotes quidem, in Eleazari spiritualis parentis honorem, qui non modò sermone, sed etiam opere, quod optimum erat, ostendit ac docuit: matres autem, in generosæ matris honorem, verum amoris erga filios argumentum edentes, ac Christo liberos suos exhibētes, vt per huiusmodi sacrificij genus matrimonio quoque sanctitas comparetur: filij denique sacrosanctorum filiorum exemplo permoti, atque adolescentiam non in fœdis & obscœnis affectibus, sed in certaminibus aduersus animi vitia susceptis conerētes, strenuēque cum quotidiano nostro Antiocho confligentes, qui membra omnia bello laceffit, variis que modis persequitur. Athletas enim quouis tempore ac modo ex omni genere & ætate, siue aperto bello vexentur, siue obscuris insidiis appetantur, habere cupio ac tum prisca tum recentibus historiis adiuuari, atque apum ritu ad vnius ceræ confectiōnem suauitatēque vtilissima quæque colligere: vt & per vetus & per nouum Testamentum²¹ Deus in nobis celebretur, qui in Filio, Spiritūque sancto glorificatur, & cognoscit suos, & à suis cognoscitur, & confitentēs se confitetur, & glorificantes glorificat, in ipso Christo, cui gloria in secula. Amen.

Iephte sacrificium. Iud. 11.

Dan 6. 14.

Dan. 3.

Martyres.

Quati emō lumēti Machabæorū cōcertatio.

Sent. Seleucus Ant. pater. 2. Mach. 3. Simon.

Quem imitari debent sacerdotes.

Diabolus quotidianus noster Antiochus.

Ioan. 10. Marc. 8. Luc. 18. Ioan. 12.

1. Quid autē Machabæi) Querebatur à plerisque, num in Martyrii numero habendi essent Machabæi. Ac nonnulli negabant id nominis iure illis tribui posse, eaque ratione nitebantur, quod nequaquam eos pro Christo sanguinem profudisse dicerent, verum pro Legis defensione, hoc est, pro suillis carnibus mortem optetuisse. Sed profecto splendidior atque illustrior illorum quam aliorum Martyrum gloria existimanda est, ut pote, qui tum mortem virtute sua superarint, cum terribile quiddam adhuc spiraret. Atque adeo pro Christi quoque nomine vulnere acerbitatem pertulerunt: quandoquidem ipse est, qui veterem simul ac novam legem iunxit: quemadmodum testatur Hieremias, dicens, Feriam cum ipsis Testamentum novum, non secundum Testamentum, quod pepigi cum patribus eorum: Quoniam autem quidam de his sanctis minus honorifice sentiebant, nec in Martyrium album eos referebant, ideo percunctandi modo orationem auspicatur.

2. Neminem videlicet) Eiusdem sententiæ est August. lib. 10. de Ciuit. cap. 25. ubi ait omnes sanctos et sub lege et sub prioribus seculis in sacramento et fide Christi iustificatos fuisse. Cuius etiã lib. 18. hæc verba sunt: Diuinitus autem prouisum fuisse non dubito, ut ex hoc vno (Iob intelligit) sciremus etiam per alias gentes esse potuisse, qui secundum Deum vixerunt, etque placuerunt, pertinentes ad caelestem Hierusalem. Quod nemini concessum fuisse credendum est, nisi cui diuinitus reuelatus est vnus mediator Dei et hominum homo Christus Iesus, qui venturus in carne sic preannunciabatur, quemadmodum nobis venisse nunciatus est, et c. Orig. quoque tom. 2. com. in Ioan. Hæc verba, Christo confixus sum cruci, tam eorum qui Christi aduentum præcesserunt, quam qui secuti sunt, esse ait. Eodem modo Leo Papa serm. 3. de Natiuit. ait fidem quã viuimus nulla fuisse ætate diuersam: Et serm. 7. omnes sanctos qui seruatoris tempora præcesserunt per hanc fidem iustificatos fuisse.

3. Puris tamen animis) Christus Discipulis suis dicebat, Multi Prophetæ cupierunt videre, quæ vos videtis: et non viderunt. Huiusmodi autem cupiditate affici non potuissent, nisi ipsis Christus ante cognitus fuisset.

4. Perspicue liber ille declarabit) Iosephus inter alia opera pulcherrimum tractatum edidit, et ad præparandum logos. i. Quod ratio passionibus imperet: vel, ut vertit Erasmus, de Imperatrice ratione. In quo fusi- simè totam Machabæorum historiam exponit. Quare hanc sibi Gregorius minimè repetendam existimauit, ne bis crambem, ut dicitur, afferre videretur: sed eam hie solum expolit, variisque sermocinationibus ampli- ficat.

5. Occurrit Eleazarus primitiæ eorum) Primitiarum nomine appellatur non id solum, quod ordine, sed id etiam, quod precio et dignitate primum est. Quoniam et veteres fructuum primitias offerrebant ac nomi- nabant, excellentiora seligentes. Primitiæ itaque dicitur Eleazarus, non ut ordine primus (nam ante eum multi Prophetæ ac iusti viri pro pietate mortem subierunt) sed ut præstantissimus. Aut, si maus, ordine quo- que primus sit, quoniam martyrii portam aperuit, atque athleticum curriculum confecit.

6. Loquens pariter ac tacens cohortatio) Gr. φησὶ γὰρ ἡ ἐσωπώσα παράνοια. sic eos vocat, qui non solum oratione atque doctrina, sed etiam integerrimæ vitæ exemplo homines ad virtutis pietatisque studium co- hortantur.

7. Antiochi tempestate sublimiores) Antiochus ille Epiphanes dicebatur. de quo vide latè in libris Macha- bæorum. 2. lib. 2. cap. Nobilis appellatur.

Gen. 17. 8. Immo ad quem prom. ipsa ref.) Nam cum Abraham pro Ismaele ancillæ filio precaretur ac diceret, ut ti- nam Ismael vult coram te! tum respondit Deus: Ecce Sara uxor tua pariet tibi filium, et vocabis nomen eius Isaac, et statuam Testamentum meum cum ipso in Testamentum æternum, et semini eius post eum, et c.

9. Atque vbera quidem illis ost.) Hæc videtur ab Homero mutuatus, apud quem Iliad. χ. Hecuba his ver- bis Hectorem dehortatur, ne urbem egressus cum Achille certamen ineat:

Μήτηρ δ' αὖθ' ἔπειρωθεν ὀδύρετο, δακρυχέουσα,	Parte alia grauibus lachrymis perfusa gembat,
Κόλπον αὖτε ὠρῆν, ἐτέρηφι δὲ μάζῃ αἰέεον,	Nudabatque sinum genitrix, maternaque nato
Καί μιν δακρυχέου ἔπειτ' ἠερόεντα παρῶσιν ἔειπε,	Vbera tendebat, vocisque e pectore tales
Ἐκλοβέειν ἔμῳν ἔειπε τ' αἰδέο, καὶ μὲν ἔλεπον.	Mittebat lachrymans: Hector charissima proles,
Αὐτῶν, εἰ ποτε τοῖ καθικνεῖα μάζῃν ἐπέειπε.	Hæc te permoneant, tu me misere precantem:
Quæ verba sic Latine reddi possunt:	Si lactanda tibi quondam vbera nostra puello
	Porrexi.

10. Tormentorum varietas) Extat tamen Marij Victorini carmen de Machabæis, quos omnes cratibus im- positos subiectis combustos flammis narrat, et sic periisse: nec alia perpeffos tormenta dicit. At nihil tale in Machab. historia extat.

I. Cor. 15. 11. Non per ea pericula) Formula est iurandi, cui similis illa Gen. 42. Alioqui per salutem Pharaonis explo- ratores estis: itemque illa apud Paulum, Quotidie morior per gloriationem nostram. Id quod facile indicant apud Græcos hæc particule ἢ et ἕμα: quarum altera affirmationibus subseruit, altera negationibus.

12. Cognatio item prima illa inhalatio) Allusio hæc facta est ad id quod scribitur Gen. 2. Inspirauit Deus in faciem eius spiraculum vitæ. Ex hoc volunt Machabæi, mortales omnes cognationis vinculo inter se con- iunctos esse, quandoquidem ab eadem Dei insufflatione siue inspiratione vitam acceperint.

13. Pulchra quidem atque egregia) Quod de fratrum contubernio vitæque consuetudine ait, ex Dauide sumptum est, qui Psal. 132. ait: Ecce quàm bonum et quàm iucundum habitare fratres in vnum! Quod au-

tem de conuiuio atque epulis sequitur, ex libro Iob acceptum est, apud quem cap. 1. sic scriptum habetur: Et ibant filij eius, et faciebant conuiuia per domos, vnusquisque in die suo, et c. Quod denique de mutua fra- trum defensione ac protectione subdidit Theologus, a Solomone mutuatus est. His enim ille verbis vtitur: Fra- tres in necessitatibus commodi sint. Frater enim à fratre adiutus, instar firmissimæ urbis est. Eccli. 48.

14. Callidum consilium circa mortem) Cr. σοφισματὰ τῶν δειλῶν, quod quidem fiet, inquit Græcus inter- pres, si animæ à corpore separationem, quæ aliquando futura est, nunc pro Legis defensione subire volueri- mus. σοφισματα τῶν δειλῶν, qui vitam, quam natura debent, pro Christo piæque doctrinæ defensione pro- fundere non dubitant.

15. Quod commune est) Ne expectemus, dum communem mortem obeamus, qua omnes homines ex hac vita tolluntur: sed martyrii mortem, quæ ipsius, qui certauit, propria est, perferamus.

16. Velut aprorum dentes) Natura hoc apris dedit, ut dentem eum, in quo tota vis eorum posita est, aliis dentibus affricatum ita exacuant, ut nulla nouacula parem incidendi vim habeat.

17. Circunnuolabat, stridebat) Hoc ab Homero quoque sumpsisse videtur, qui Iliad. β. ita loquitur:
Εἴθε δὲ ἔστω σπυδαῖο νεοκτοὶ νηπτα τέσσα, Hic pullis, quos extulerat bis ventre quaternos;
Ὀφὲν ἔπ' ἀκροτάτω, πταλοῖς ὑποπτήκωτις, Struxerat in summo platani passerula nidum.
Ὀκλῶ, ἀπὸρ μήτηρ ἐν ἀπὸρ ἰὼ, ἢ τέκε τέκωα. Ecce draco horrendus misero stridore gementes
Εἴθ' ὄρα βίβ' ἐλεεινὰ κατὰ δὲ τῆς ἰσῶτας. Dente premit, vastamque ferus demittit in aluum!
Μήτηρ δ' ἀμφοτεροῦ το ὀδύροδὴν φίλα τέκωα. At genitrix circum charissima pignora lugens,
Quæ Latine ad hunc modum offerri possunt. Atque graui pectus concussa dolore volabat.

18. Non tenebras concludam) Quidam enim ex his, qui grauissimo mareore premebantur, in cubiculum se ipsos includentes, atque omnem lucis adiuum obstruentes, per huiusmodi tenebrosam habitationem semetip- sos excruciabant, atque adeo tenebras concluderent, ianuas omni ex parte pessulo obdentes, nimirum ut de- tentus aer, caligine velut pullatus, simul cum ipsis lugere atque ingemiscere videretur. Neque enim aer sub- stantia sua lucem habet: verum cum perspicuus ac translucidus sit, lumen accipit, ipseque collustratus lucem ad nos transmittit. Priuatus autem luce aer caligo est.

19. Supra niuem fulsistis) Hieremias in sine Threnorum de Nazaræis Hierosolymitanis verba faciens ita Thren. 4. loquitur. Purificati sunt Nazaræi eius, super niuem fulserunt, supra lac coagulati sunt, super lapidem sapphiri- num auulsio eorum. Obtenebrata est supra fuliginem forma eorum: non agniti sunt in egressionibus suis. Ad- hæsit pellis eorum osibus, aruerunt, et facti sunt ut lignum. Quasi diceret: Qui niue splendidiore apud Iu- daeos esse videbatur, supra fuliginem obscurati sunt, et c. Verum hæc Hieremias ait, lugens Nazaræos Hie- rusalem. Mihi autem, inquit mater, idem vropheta elogium funebre contexit, nequaquam lugens, verum sanctum filiorum mortem laudibus vehens, qui supra lac coagulati sunt. i. quemadmodum lac in cascum con- densatur, sic ipsi quoque ad concordiam concreti sunt, atque ad vnum pietatis celum diffusi.

20. Tum Seleucum patrem) Vide historiam Machabæorum. ut de Simone Iosephum cap. 4. lib. supra no- minati.

21. Deus in nobis celebretur) Sic malui vertere, quam ut interpres Græcus παροικεῖν τὸ σατανά, i. superet Sathanam. Nec enim δὲ δοκίμαϊ idem est, quod παρὸς δοκίμαϊ: aut παρὸς νημερῖν.

GREG.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO in laudem Heronis Philosophi ab exilio redeuntis.

ARGUMENTVM.

Heronem Philosophum laudat, quod pro Christi nomine virgarum supplicium atque exilium magno fortique animo tulerit: fuerat porro ille professione Cynicus, vt ex orationis contextu perspicue colligi potest. Primum autem, quoniam ineptum videri poterat coram aliquem in os laudare, officij sui rationes exponit. Deinde illius vite institutum extollit, ac per comparationem cum vita solitaria amplificat, thesimque illam commodè tractat, Officium quod ad societatem hominum tuendam valet, præferendum esse illi officio, quod cognitione & scientia continetur: de quo vide Ciceronem 1. Offic. sequebatur iam vt ad eius martyrium transiit faceret: verum cum se in argumento non admodum lato & spatiofo versari perspiceret, per occasionem varias Ecclesie persecutiones interserit, & miserandum Presbyteri cuiusdam supplicium enarrat, Lucique, qui eiecto per vim Petro Athanasij successore Alexandrina Ecclesia sedem inuaserat, importunam crudelitatem tanto artificio depingit, vt res non narrari, sed oculis geri videatur. Tum ad Heronis supplicium accedit, eiusque exilium multis circumstantiis exaggerat. Postremo mysterium Trinitatis ingreditur, multisque verbis explicat, quid sit vero Christiano de diuinitate sentiendum atque credendum. Sed illud pene præterij, quod Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum hanc orationem non in Heronis, sed in Maximi philosophi laudem habitam esse affirmat, atque hanc inscriptionem falsam esse contendit.



Hilosophum laudabo, tametsi corpore eger. Id enim est philosophicum. ac iure quidem & merito laudabo, quandoquidem ille philosophus est: ego verò sapietia cultor. Ac proinde non incongruè hoc laudis munus suscipiam: vt, si nihil aliud, hoc certè nomine philosopher, quod philosophū laudem atque admirer. Sic enim existimo, duorum alterum nobis faciendum esse, vt vel philosophia operam demus, vel philosophiam certè honoribus ac laudibus efferramus: nec alioqui à recto atq; honesto penitus aberremus, ac brutæ cuiusdam vaxcordia damnemur, qui rationis participes creati sumus, ac rationis ope atque adiuuamento ad primariam illam rationem properamus. Philosophicè quoque, vt alia, ferat vir egregius se laudari, virtutumque suarum præconium æquo animo accipiat. Non enim vt ipsius gratiam nobis conciliemus, eum laudabimus (nec enim nos fugit, quàm ab omni honoris cupiditate philosophi huius animus abhorreat: simulque eam in nobis sermonis tenuitatem & imbecillitatem agnoscimus, vt laudibus illius aliquid potius detractura, quàm cumulum aliquem allatura sit:) verum vt nostrismet ipsi commodis vtilitati que consulamus. Hoc enim non iam contemptura ac pro nihilo habitura est Philosophia, quippe cuius hoc vnum præcipuum studium sit, vt de vita humana, mortaliumque genere præclare mereatur. Prima porro bene merendi ratio est rerum honestarū commendatio. Ex virtutis quippe collaudatione zelus nascitur, qui virtutem beatitudinis procreatricem gignit, beatitudo autem rerum expetendarum summus est apex, ad quem omnes suas & animi & corporis agitationes vir probus refert. Adesdum igitur philosophorum, atque adeò veritatis martyrum optime ac præstâtissime. Adesdum adulterinæ illius sapientia confutator, quæ in verbis sita est, atque orationis suauitate ac velut præstigiis animos hominū ludificatur, altiūque assurgere nec vult, nec potest. Adesdum vir vtraque virtute insignis, tam quæ in speculatione quàm quæ in rebus gerendis versatur: qui sub aliena persona philosophiam nostram profiteris, ac ne sub aliena quidem fortasse. Angelis etenim, cum corporeo modo informantur, candida vestis, atque hilaris & exporrecta facies tribui solet, ad designandam, ni fallor, naturæ illorum puritatem. Adesdum philosophæ & sapiens (quousque enim ille amor sapientia iactabitur, si nusquam sit sapientia?) Adesdum canis non petulantia atque impudètia, sed vitæ libertate, non oblatratione, sed recti custodia noctibusque

noctibusque illis quas pro animarum salute peruigiles traducis, atque eo etiam nomine canis, quia virtutis familiares ac domesticos mulces, externos latrando infectaris. Adesdum, ac sacrosancto huic loco mensæque mysticæ, mihi que etiam per ea diuinitatis consequendæ mysteria obeunti propius te adiunge: quando quidem huc tibi aditum aperiunt & doctrinæ præstantia, & vitæ integritas, ac denique purgatio illa, quæ suppliciorū perpeffione comparatur. Adesdum, inquam, vt coronis nostris caput tuum vinciam, luculentaque voce non in media Olympia, nec in perexiguo Græciæ theatro, sed coram Deo & Angelis, atque vniuerso Ecclesiæ supplemento victorem proclamem, vt qui non pancratio, aut cæstu, aut cursu, aut alio quodam leui atque ob leuia præmia inito certaminis genere dimicaris, nec ad Heroum cuiuspiam aut dæmonum honorem, quibus calamitates tantum & fabulæ nominis celebritatem pepererunt (huiusmodi enim sunt, quæ de illis honorificè prædicantur, posteaquam temporis antiquitas, vimque legis obtinens consuetudo stultitiæ opem attulerit) verum hæreseon commenta profligaris ac deleueris, in honorem Dei viuientis, suisque passionibus ad patiendum nos instituentis: quo certamine qui vicerit, regni cælestis opes pro præmio consequetur, Deusque efficietur omni in posterum doloris sensu afflictionè que sublimior. Sed quod tandem est istud præconium? si quidem compendiosius ac notius quæritis, erit huiusmodi. Hic est veritatis athleta minime fictus, & Trinitatis ad sanguinem vsque propugnator, atque eorum, qui ipsum iniuriæ inferendæ causa prosequerantur, patiendi alacritate persecutor. Nihil enim est, quod persecutoris vim perinde frangat, vt patientis alacritas animique promptitudo. Si verò plenioris fusioris que proclamationem habere cupitis, talis erit. Hic optimis parētibus optimus, & nobilitate claris nobilissimus procreatus est. Nobilitatè porro cum dico, nō eam opinione vulgi metior. Absit. Neque enim nostrum est, ac ne philosophi quidem, eam generis claritatem admirari, quæ à fabulis & sepulchris supercilioque iam pridem corrupto ac putrefacto manat: nec eam, quæ sanguine ac diplomatibus comparatur, quippe quam noctes afferat, ac regum ignobilium quoque fortasse manus, nobilitatem, velut quiddam aliud, imperantiū atque decernentium. sed eam demum nobilitatem intelligo, quam pietas vitæque sanctimonia, ascensusque ad primarium illud bonum, ex quo originem traximus, insculpit. Quo quidem eum nobilitatis genere claruisse, vel hoc vnum argumento esse potest, quod non modò Martyr ipse fuit, sed parentibus quoque Martyribus natus est. Ita virtutis exemplum nequaquam longè petendum habuit. Iam quod ad ciuitatem attinet, si quidem sapientia ratio habeatur, totius orbis terrarum est ciuis (nec enim Cynicismus exiguis finibus circumscribi sustinet) si verò corpus spectemus, Alexandria ortus est, ciuitate vel huic nostræ pari, vel primo certè post eam honoris numero collocandæ: quæ cum omnibus rebus vrbes omnes antecellit, tum nihil tam proprium habet, quàm animorum feruorem, & quod in eo præclarissimū est, acerrimum erga Christianam religionem studium, ab electione illud quidem liberæque voluntate principium ducens, cæterum à natura postea fixum & confirmatum. Animi enim acrimonia cum ad pietatem accesserit, zelum parit: ab eo autem in tuto fides collocatur. Enimuero cum ita, vt eum decebat, qui talibus parentibus editus, ad eamque virtutis frugem peruenturus erat, educatus institutusque fuisset, iamque temporis ratio postulare videretur, vt certum sibi vitæ genus constitueret (quod ego tanti momenti esse duco, vt totius vitæ vel rectè ac prosperè, vel malè atque infeliciter traducendæ fundamentum in eo positum esse putem) maius quiddam atque excelcius, quàm vulgus solet, animo agitare cœpit. Neque enim qui deliciis & operibus ac potètia excellunt, alios homines ita contemnere solent, vt ipse hæc omnia neglexit, ac pro nihilo putauit. Ac delicias quidem vt primam ærumnam & calamitatem, opes autem vt extremam paupertatem, imperium denique & potentiam vt summam imbecillitatem aspernatur, atque ablegat. Neque enim quidquam boni nomen ob-

Aut philosophum, aut philosophiam laudanda.

Cur laudetur Hero.

Præcipuum studium philosophia.

Apoptrophe ad Heronem.

Virtus duplex.

Angelorum imagines. Marc. 16.

Qualis canis Hero.

Esa. 56. Mystica mensa.

Olympia.

Pancratio. Cæstus.

Consuetudinis vis. Hebr. 9. 10.

Heronis elogium.

Hebr. 12. Sentent.

Aliud Heronem elogium.

Verà nobilitas.

Hero & martyr & parentibus martyribus natus.

Cynicismus. Alexandria laus.

Constantinopolis.

Sentent.

Quanti momenti vitæ genus sibi constituere. Hero delicias, opes, & principatum contemnit.

Quid boni tineret posse statuebat, quod dominos suos haudquaquam meliores, immo saepe
 nomen ob- etiam deteriores redderet, nec constanter cum his à quibus possidetur, maneret.
 tineat. Philosophiam ergo perturbationum animi dominam sibi antistitem sumit, stre-
 nuèque ad virtutem contendit, atque antequàm à corporis mole disiungatur, à
 philosophiam sibi corporis mole sese præcudit, ac supra ea, quæ oculis cernuntur, assurgit, totum-
 eligit Hero. que se pro naturæ suæ magnitudine generosaque animi destinatione rebus fir-
 mis ac sempiternis adiungit. Quod posteaquam semel in animum induxit, ne in
 deliberationem quidem admittendum putauit, veram potius philosophiam se-
 queretur externamne ac prophanam, atque in philosophiæ larua & obtentu ve-
 ritatis umbras assimilantem, an verò nostram humilem illam quidem in speciem
 philosophiæ Christiana. & abiectam, cæterùm internè occultèque sublimem, ac mortales ad Deum eue-
 hentem. Nostram enī ut sine controuersia meliorem, omnibusque, ut dicitur,
 calculis superiorem statim amplectitur, nequaquam passus mentem suam ad de-
 teriora transuersum agi, aut orationis elegantia distrahi, qua ij qui prophanarum
 artium studiis incumbunt, insolentius efferuntur. In hoc autem elaborat, ut ex
 duobus nostris vitæ generibus vtrum præstantius sit, atque & sibi & omnibus
 Christianis fructuosius intelligat: quod perfectissimi animi ac sapientissimi esse
 duplex vi- iudicaret, priuatæ utilitatis cum publicis commodis coniunctam habere ratio-
 ta genus nem. neque enim quenquam nostrum sibi natum esse: sed omnibus etiam, quot-
 apud Chri- quot eiusdem naturæ sunt participes, atque ab eodem authore & ad eadē creati
 stianos. sunt. Cum autem priuatam vitam & solitariam, atque à populi commercio ab-
 Non nobis horrentem, magnam quidem & præclaram atque humana conditione sublimio-
 nati sumus sed omnib. rem esse videret, cæterùm sibi tantum vsui esse, nec ab ea quicquam ad alios uti-
 Vita soli. litatis permanere, ut quæ charitatis, quam in præstantissimarum virtutum numero
 taria. esse sciebat, communitatē & humanæ societatis fœdus repudiaret, atque id præ-
 terea incommodi habere, quod eorum virtus, qui sic viuerēt, explorari non pos-
 set, quippe quæ nec in rebus gerendis exerceretur, nec cum aliis in comparatio-
 nem veniret: eam contra quæ hominum societate & frequentia gaudet, præter-
 quam quod multa quotidie occurrunt, in quibus virtutis suæ periculum facere
 queat, ad multorum etiam utilitatem esse diffusam, atque ad diuinam dispensa-
 tionem propè accedere, quæ vniuersam rerum molem condidit, amicitiaque vin-
 culis cōstrinxit, genusque nostrum propter vitij irreptionem à summo bono ex-
 turbatum atque deiectum, per consortium illud vitæque consuetudinem, quam
 nobiscum habuit, ad pristinam dignitatem reuocauit. Hæc, inquam, cum animo
 volueret ac perpenderet, simulque Græcorum, qui pallio & promissa barba, gra-
 uitatis speciem præ se ferunt, fastum atque insolentiam reprimere opere precium
 esse censeret: quidnam fecerit, & quo modo philosophiam tractauerit, audite.
 Hero me- Medius quodam modo inter illorum vanitatem, & nostram sapientiam incedit,
 dius ince- atque illorum quidem personam externamque speciem, nostrorum autem veri-
 dit. tatem & sublimitatem profitetur. Ac proinde Peripateticorum scholas & Aca-
 philosophorum sc. demias, grauèque illam Stoicorum Porticum, nec non Epicuri casum ac teme-
 ete. ritatem vnà cum atomis ac voluptate corona lanæa cingens (quemadmodum
 Homerus. quidam ipforum poetam ornauit) quàm longissimè à se facessere iubet. Cynicæ
 Cynici. autem sectæ partem eam, quæ impietatem numinisque contemptum spirat, exe-
 cratus, frugalitatem autem vitæque degendæ facilitatem laudibus profecutus at-
 que amplexus, hoc iam est quod cernitis, canis aduersus veros canes, & Philoso-
 phus aduersus stultos, & Christianus ad bene de omnibus merèdum paratus, at-
 que illorum quidem arrogantiam habitus gestusque corporis similitudine, non-
 nullorum verò ex nostris ineptiam vestis nouitate refutans, perspicuumque fa-
 ciens, nec pietatem in paruis leuibusque rebus, nec sapientiam in vultu ad tristi-
 tiam composito, verùm in animi firmitate mentisque puritate, sinceræque ad vir-
 tutem summumque bonum inclinatione consistere: nihil referre quo habitu si-
 mus, & cum quibus consuecamus, modò nos ita comparemus, ut siue soli simus,
 mentem

mentem à sensibus contrahamus, siue cum aliis versemur, in hominum ceterū
 priuato more viuamus, atque inter eos, qui à philosophia abhorrent, philoso-
 phiæ studia colamus: & quemadmodum Arca illa Noë in diluuiō vim diluuij
 non sensit, & Rubus ille mirabilis, quem Moses in monte conspexit, ita con-
 flagrabat, ut tamen à flammis exhauriri non posset, eodem modo nos quo-
 que nec multitudinis imperitæ vitis inficiamur, (quemadmodum nec adamus
 percutientium ictibus labefactatur) & pro virili nostra curemus, ut alij per nos
 meliores efficiantur. Huius philosophiæ fructus, non sermone cōditæ ciuitates
 (scindapsi quidam, ut ipsi aiunt, & tragelaphi, quæ lingua sola cōstruit) nec præ-
 dicamenta quædam & analyses, & syllogismorum compositiones, nec symba-
 mata & parasymbamata, atque argutatrix illa & captiosa sapientia, nec lineæ
 quædam nusquam existentes, nec syderum nexus, habitusque aduersus Dei pro-
 uidentiam excogitati. Hæc enim ille secundo loco numeroque semper habuit,
 atque hactenus, quasi per ludum attigit, ne ab illis, qui se earum rerum scientiam
 tenere profitentur, illud atque exagitari posset. Primarium autem & antiquissi-
 mum eius studium hoc erat, apud præfectos & magistratus iura proferre, cum
 omni libertate reges alloqui, quemadmodum eximus ille David, qui in regum
 conspectu loquebatur, nec erubescere: temerarios plebis incitata motus com-
 pescere, principum sæuientium licentiam coercere, familias discordia laboran-
 tes sanare, indoctorum rusticitatem, doctorum arrogantiā castigare, diuitias in-
 solescentes, satietatem contumeliæ & libidinis parentem, paupertatem ad sce-
 lerata facinora impellentem, iram longius euagantem, secumque rationem abri-
 pientem, voluptatem modum excedentem, risum petulantem & dissolutum,
 mœrorem nimium excruciantem sopire, iuuentutis inconstantiam, senectutis
 ignauiam animique deiectionem, viduitatis solitudinem, orbitatis desperationē
 comprimere. Hæc vero nonne syllogismis & lineis stulto que circa syderum con-
 templationem studio multum anteponet, quisquis mente sana fuerit? Illud secum
 reputans, quod si ad syllogismorum cōclusionem, vel ad Geometriam aut Astro-
 nomiam omnes studium suum atque operam contulerint, nihil ea res vitæ hu-
 manæ profutura sit, quin potius omnia dissolui atque extinguī necesse erit: con-
 tra si ea officia quæ à me commemorata sunt, de medio sublata fuerint, summa
 omnium rerum perturbatio & confusio secutura sit. Hæc quantò Antisthenis ar-
 rogantia, & Diogenis helluatione, & Cratetis de matrimoniorum communi-
 tate sententia sublimiora & præstantiora sint, quid dicere attinet? Verum nomi-
 nis eorum reuerentia nos deterreat, quominus in eos asperius aliquid dicamus:
 ut nonnullum ipsi quoque fructum ex Heronis philosophia percipiant. Nos au-
 tem ut media incidamus, prudentiam nempe, grauitatem, temperantiam, mode-
 stiam, morum suauitatem & gratiam, in congressibus facilitatem & humanitatē,
 cæterasque virtutes, quibus omnes mortales superat, ad id quod ordine quidem
 postremum, dignitate tamen & facultate principem locum obtinet, orationem
 conuertamus. Fuit quondam illud tempus, cum ab hærese non procellis tranqui-
 la & pacata omnia habebamus, cum videlicet Simones, & Marciones, & Val-
 lentiniani, & Basilides, & Cerdones, Cherinthi etiam, & Carpocrates, posteaquā
 suis nugis ac portentosis dogmatis rerum omnium authorem perditurno tem-
 pore secuisserent, bellumque pro Bono aduersus Creatorem & opificem nefa-
 riè gessissent, suomet tandem, ut merebantur, Profundo absorpti, ac Silentio
 traditi fuerunt. Nam Montani quoque malus spiritus, & Manis tenebræ, & No-
 uati temeritas dicam, an puritas? & Sabellij nefaria vnus in diuinitate Personæ
 assertio cesserant, seseque subdlexerant, altera nimirum in cōtrariam partem de-
 cisa, altera prorsus etiam ob ipsius imbecillitatem contempta atque proiecta.
 Nec verò quicquam aliud Ecclesiæ molestiam exhibebat. Nam persecutiones
 illustriorem quoque ipsam splendidiorēque per supplicia reddebant. Sed ecce
 paucis interiectis annis altera tempestas aduersus Ecclesiam excitatur, ille iniu-
 sita.

Luc. 8. stitiæ vortex, illud impietatis supplementum, illa spirituum legio, illa Christi ad-
 uersaria lingua, illa iniquitatem in excelsum locuta mens, ille diuinitatis sector,
 Psal. 72. cuius cum grauis & horribilis audacia, tum horribilior vitæ finis, & 19 Iudæ pro-
 ditione dignus, quam ille aduersus nostræ salutis authorem moliri ac perpetrare
 Act. 1. non dubitauit: Arius, inquam, à furore non incommodè nomen habēs. Hic cum
 Arius Ale- Alexandrina ciuitate orsus, illicque pestiferum dogma meditatus, deinde instar
 xand. simil. immanis cuiusdam agrestisque flammæ ab exigua scintilla magnam orbis terra-
 rum partem populatus, tandem à Patribus nostris, pióque illo hominum nume-
 ro, qui Nicæam perrexerunt, certisque finibus ac verbis diuinitatis doctrinam
 Nicena Sy- nodus. circumscripterunt, confectus atque oppressus est. 20 Rursus malum imperium, &
 Constantij & Iuliani imperium. Act. 20. rursus malum recrudescit, atque instar subputridi malæque obducti vulneris
 aperitur & foras erumpit, grauésque lupi, alij aliunde nos intercipientes Ecclē-
 siam discerpunt. Armantur sacerdotes aduersus sacerdotes, plebs aduersus plebē
 furibundo impetu fertur. Imperator ipse plenam impietati libertatem potesta-
 tēque concedit, atque aduersus orthodoxam doctrinam leges instituit, iisque
 præterea, qui nec in virorum nec in mulierū numero cēsendi sunt, quorum ma-
 gna erat apud eum autoritas & potentia. Quis verò temporis illius calamitates
 pro rei atrocitate commemorare ac deplorare queat? exilia, bonorum proscrip-
 tionones, ignominia notas, infinitam hominum multitudinem, atque ad eò ciui-
 tates totas in solitudine conuentus habentes, ac sub dio afflictatas, pluuiisque &
 frigore vexatas & oppressas, atque etiam illinc pedem efferre coactas? (Nam ne
 solitudo quidem eos à periculi metu vendicabat.) Quis, vt grauiora proferam,
 cruciatus, mortes, actos de Episcopis, monachis, viris, mulieribus, adolescētibus,
 ac senibus triumphos? Nam quid de præfectis illis dicam, qui partim noua tor-
 menta excogitabant, partim ad ea quæ excogitata fuerant, acerbatis aliquid
 addebant, seseque impietatis ministros præbebant: quibus hoc vnum plerun-
 que ad gloriam nominisque splendorem abunde fuit, quod imperatoris volun-
 tatem sua crudelitate superassent? Sed iam egregia illa persecutio grassari desie-
 rat, rectēque Persis causam nostram disceptarat, execrandum videlicet hominē
 Iulianus in bello cōtra Persas cœ- sus. opprimens, ac multorum innocētium sanguinem vnus sanguine luens: cum sta-
 tim turpis & indecora persecutio cooritur, quæ Christianorum patrociniū at-
 que vltionem impietati suæ prætexens in veros pietatis cultores & Christianos
 impetum facit. 21 Tantò vtique, præcedēte persecutione acerbior, quod tum qui-
 dem minimè dubia atque obscura erat Martyrum decertatio: nunc autem res
 eò rediit, vt perperissio quoque ipsa laude careat, dundaxat apud iniquos marty-
 riorum expensores. Vultis omnibus, qui adsunt, atque huic etiā fortasse quamli-
 bet insigni animi robore ac tolerantia prædito, perturbationibusque superiori,
 vnus duntaxat ex his, quæ tum perpetrata sunt, narratione lachrymas extundā?
 Testes autem huius sermonis permultos habeo. Nam ad multos huius supplicij
 tragœdia permanuit: illiusque etiam tempestatis historiam, nisi me opinio fal-
 lit, omnium seculorum posteritas exceptura est. Nauis Presbyterum portans,
 eumque non sceleris vllius conuictum, sed fidei causa periclitantem, in mare de-
 mittitur, non vt vectorem seruet, sed vt perdat. Atque is quidem qui vehebatur,
 vt pote vir pietate præstans, animo erat prompto & alacri. Comes autē illi ignis
 adiungitur, ac nouitate pœnæ maiorem in modum oblectatur persecutor. Proh
 spectaculum graue! Proh grauem tragœdiam! Nauis mari fertur, spectantiū mul-
 titudo ad littus effunditur, partim insultantium, partim illius vicem lugentium.
 Quonam pacto rem tantam breui oratione repræsentabo? Ignis accenditur, na-
 uis vnâ cum onere suo absimitur, ignis aquæ miscetur, resque inter se contrariæ
 ad pij viri supplicium concurrunt, duóque elementa corpus vnum partiuntur, & 50
 nouo atque inaudito more 21 facula super mare attollitur, ad quam vt suauem &
 amicam fortasse quispiam accessit, propior autem factus miserandum atque in-
 credible spectaculum offendit, navigationē sine gubernatore, naufragium sine
 tempestate.

tempestate. Sic presbyter in cinerem dilabitur, immò ne in cinerem quidem, vt
 pote per vndas sparsus. Nec verò tantum apud barbaros homines sacerdotij di-
 gnitas impetrare quiuit, vt minus inhonesto saltem mortis genere interiret, aut
 si hoc nimium erat, at certè sepultura, quæ non impiis quidem & facinorosis ho-
 minibus negari debet, conderetur. Hæc impij hominis æquorea expeditio fuit:
 hic pij viri finis. Nec vsquam purior sanctiorque ignis supernè effulsit, nec qui
 eum ipsum, qui excitata huiusmodi flamma nauigantibus prælucebat, excrucia-
 ret. Sed quid externa colligo? Ad dimicationē tuā iam nostra se cōferat oratio,
 eaque certamina, quæ pro fidei pietate subiisti, quibus superioris vitæ decora
 Her. allo- quitur. 10 tanquam egregio quodam sigillo consignasti. Vigebat in ciuitate tua hæresis ma-
 lum, à qua etiam initium duxerat. Postquam autem sanctissimum illum orbis
 Athanasij laus. oculus, & sacerdotum antistitem, illum tuæ confessionis per ea quæ orthodoxæ
 fidei causa suscepit, pericula, ducem & magistrum, illam sublimem vocem, illud
 fidei columen, secundam illam Christi lucernam, & si hoc verbo vti fas est, præ-
 cursorum, in bona senectute mortuum, plenumque dierum secundum Deum
 Gen. 15. tranfactorum, 22 post tot calumnias, post tot certamina, post celebrem illam ne-
 minique ignotam manum, post viuentes illos mortuos, ad seipsam transtulit bea-
 tissima Trinitas, quam semper, dum apud mortales ageret, religiosissimè colue-
 rat, & pro qua variis periculis sese obiecerat (Non est apud me dubium, quin ex
 20 hac descriptione Athanasium facillè agnoscat) Postquam igitur extremo ille vi-
 tæ die functus est, 23 ac secunda quædam Aegypti plaga seipsam Ecclesiæ obtrun-
 dit, ille, inquam, veritatis proditor, ille luporum pastor, ille per caulam transcen-
 dens latro, secundus ille Arius, 24 turbida illa & impotabilis euerfio, ille impio
 fonte vberior fluuius: piget me quidem temporis illius flagitia, immanēsque cæ-
 des, cum quibus sacrosanctam sedem homo ferus & barbarus inuasit, nefariūque
 illius ingressus præludia referre: ex multis tamen pauca deplorabo, quæ vos quo-
 que mecum deplorabitis, & iam antè deploraſtis: ad eamque rem Davidis ver-
 bis vtar. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum san-
 ctum tuum. Et quæ sequuntur. Posuerunt cadauera seruorum tuorum in escam
 Psal. 78. 30 volatilibus, & feris in lacerationem. Quin illud insuper adiiciam, quod idem
 Propheta in altera lamentatione alióque psalmo cecinit. Quanta malignè egit
 Psal. 73. inimicus in sancto tuo? Et gloriati sunt, qui oderunt te in medio solennitatis tuæ.
 Quid enim? an non gloriati sunt? an non variis calamitatibus atque omni malo-
 rum genere sanctum templum conspurcarunt? 25 Ducis munere fungebatur ho-
 mo sceleratus Deique contemptor, ne Christiani quidem nomen gerens (hoc
 enim totius contumeliæ indignissimū est) verum ab idolis ad Dei templum pro-
 perans, ab impuris sacrificiorum cruoribus ad execrabiliores & detestabiliores,
 ac fortasse huiusmodi aduersus nos contumelia quasi victima quadam dæmoni-
 bus litans. Prodibant in aciem copiarum iracundia feruentes, immanis atque impor-
 40 tunus exercitus aduersus inermes homines, bellicæque rationis ignaros. Expelle-
 batur antistes Athanasij successor, quem præter inaugurationem ritè atque or-
 dine spirituali peractā, canicies & prudentia decorabant. 26 Regnabat autem Ta-
 beel alienæ sedis hæres. Pii arma intentabatur, sacrosanctis hominibus nec sine
 piaculo atrectandis impurissimæ manus afferebantur, psalmodiarum cantillationi
 tubæ clangor opponebatur. Iam quæ sequuntur, considera, cadentes viros in lo-
 cis sanctis, pedibus protritas mulieres, quarum nonnullæ quoque vterum gere-
 bant, partus præmaturus, vel vt aptius dicam, partuum expertes, virgines mise-
 randum in modum raptatas, fœdius etiam cruciatas (nam virorum ac mulierum
 In virgines sacras per- secutio. 50 verecundia impediatur, quo minus crudelitatis modum exponam, atque occulta
 dedecoris sermone denudem, vt pote quibus etiam tum denudatis erubescam)
 alias in interiores templi puteos sese deiicientes, alias ex editiore loco se in præ-
 ceptis dantes propter earum rerum quas cernebant, indignitatem, alias denique
 super eas, quæ iacebant, acruatim collabentes: adde cædes cædibus succeden-

tes, casus casibus, sancta prophanis pedibus calcata, altaria gestibus corporis obscenis & impudicis cantionibus, atque ut audio (hoccine lingua audax profert?) saltationibus, scedisque membrorum contorsionibus ludibrio contumeliæque habita, adde blasphemias linguas in sacrosanctis thronis concionantes, mysteria scurriliter irrisa ac fugillata, psalmodias silentio cōpressas, gemitus ipsarum loco excitatos, fluentes sanguinis riuos, lachrymarum fontes, sacerdotes per vim abductos, monachos laceratos, expressam denique percussationis illius Assyriorum imaginem, qua sanctam Hierosolymam quondam populati sunt, quam nec oratio satis dignè exprimere atque ob oculos ponere, nec auris concipere potest, vnus ut ad eam calamitatem pro rei atrocitate complorandam adhibendus sit Hieremias, qui totos etiam lachrymarum fontes exposcit, atque ex urbis mœnibus ob eandem calamitates ad luctum homines hortatur, viisque Sion lamentationem immittit, eo quod nullos, qui festos dies agitent, adducant. Hanc tragœdiam vidit quidem Oriens, cæterum Occidēs quoque defleuit, cui immanissimæ crudelitatis signa profugus antistes publicè spectanda proposuit. Nam pro iis qui trucidati fuerant, cruentas eorum vestes ²⁷ Ecclesiæ Romanæ protulit, ac per tacitam accusationem omnibus lachrymas mouit, ut calamitatis magnitudinem euidentius exprimeret, antistitisque ope atque auxilio iuuaretur, quemadmodum & eum adiutum fuisse constat. Fit enim ferè, ut qui opibus ac potentia præcellit, ad infirmi afflictique hominis miseriam subleuandam inflectatur, spontaneoque beneuolentiæ affectu ad illius, qui dignitatis gradu lapsus est, partes accedat. Hanc verò contumeliam cum omnes boni viri grauissimè tulerunt, tum tu cæteris tanto grauius acerbiusque tulisti, quantum & dicendi facultate atque doctrina antecellis, & zeli acrimonia. Quocirca ut pro fide & pietate bellum suscipis, ita tibi vicissim ab impietate bellum infertur, atque præter alias multas dimicationes, quas dum priuatos & principes, publicè atque priuatim, quouis denique tempore & loco doces, admones, arguis, increpas, perturbas, virtutis causa suscepisti, tandem à vesano & impio magistratu correptus (ô nobilem calamitatem, ô sacra tua vulnera) virgis quidem egregio corpore laceraris, sed ita tamen, ut non tu supplicio affici, sed alius cuiuspiam supplicii interesse videreris: & quanquam pars tui aspectabilis debilitaretur, ea tamen quæ mente percipitur, haudquaquam consternatur: quin potius ita te geris, ut fortitudinem velut in columna sculptam omnibus conspiciendam proponas, ac vel tacens: neque enim munus iam suum exequi lingua poterat, patientiæ magister efficiaris. Quid postea? E patriæ sinibus exterminaris, ²⁸ qui nec propriam vnquam vllam nec alienam agnouisti (credo, ut per te alij ad pietatem erudiantur) atque ²⁹ Oasis, fera & barbara solitudo, nunc tamen propter te incolam sanctus locus, ad exulandum tibi decernitur. Age igitur, quando reditus tui commoda nobiscum communicasti, fac nonnihil quoque eorum, quæ in exilio rectè & cum virtute gessisti nobis impertias. Fac nobis in theatrum cedat reditus tuus. ⁴⁰ Ecquos illic philosophari docuisti? Ecquos ab impiis opinionibus repurgasti? Ecquos ad veram pietatis cultum traduxisti? Videre mihi equidem videor scholam illam & initiationem, maximamque circa te auditorum frequētiam. Illud etiam dicas mihi velim, habebāsne, qui corporis tui reliquiis solatij & opis quidquam afferret, an tibi quoque paupertas erat perferenda? Habebāsne certaminis socios: an hoc quoque solatio te carere æquo animo ferebas? Vtrum te fororum, quæ in eadem tecum vitæ puritate & tolerantia versabantur, desiderium angebat: an verò sublimiore animo eras, quàm ut earum consuetudinē vitæque familiaritatē requireres? Vtrum te vetule parētis solitudo flecebat: an verò magno & prædicti animo eras, ut qui pietatem, maximum vitæ præsidium, illi reliquisses? ⁵⁰ Enimvero quādo te, ut par erat, ad nos recepisti, atque ille qui eos à quibus glorificatur, glorificat, & eos à quibus irritatur, irritat, qui eorū à quibus timetur, voluntatē explet, & mortuis rursus vitam inspirat, qui ut Lazarū quatrinduo postquam

est vita

est vita migrauerat, sic te post quadriennium præter spem omnium ad vitam reuocauit, qui iuxta Ezechielis Prophetarum omnium maximè admirandi excelliq; visionem, ossa cum ossibus, & iuncturam cum iunctura connectit, quando in quâ ille cupientibus nobis cupientem te reddidit: fac in iisdem vitæ studiis & sermonis libertate perseueres: ne alioquin in eam opinionem homines adducas, ut te afflictionibus fractum atque deiectum fuisse, philosophiamque per ignauitiam prodidisse arbitrentur. Disiice tuo more atque conturba Gentilium superstitionem, recentes deos, & foedas atque obscenas fabulas, & obscœnora sacrificia, luto lutum purgantium (ut quidam ipsorum aliquando me audiēte dicebat) hoc ¹⁰ est brutorum animantium corporibus corpora sua lustratium. Eorum etiam tum honesta ac speciosa figmenta, ³⁰ tum prodigiosa deliramenta conturba: quibus si diuinitatem definiunt, ô miseros & perditos homines! si autem eam designare se velle dicunt, ô stultos & væcordes! Doceant enim, quæ ratio, quod turpitudinis illius, qua in huiusmodi rebus vtuntur, arcanum. Debent enim rerum honestarum imagines quoque ipsæ & simulachra omni turpitudinis specie vacare. Quod si aliud quiddam præterea esse contendunt, quin id probant, quibusque ex libris & Theologis hauserint, ostendunt? Iam rebellantium etiam hæreticorū impetus frange, idque eò etiam acrius, quod iam ante multas acerbitates pertulisti. ³¹ Philosophi siquidē animus supplicii ipsi & doloribus generosior redditur, atque ut candens ferrum frigida asperione, ita periculis obdurefcit. Quin pietatis quoque fideique nostræ doctrinam circumscribe, sic nos instituens, ut Deum vnum ingenitum cognoscamus, vnum item Genitum Dominum Filium videlicet, Dei quidem illum nomine, cum de eo separatim sermo habetur, appellandum, Domini autem si cum Patre nominetur (illud propter naturam, hoc propter vnicum diuinitatis principatum) vnum denique Spiritum sanctum, à Patre procedentem aut etiam prodeuntem, Deum quoque ipsum, apud eos quidem, qui adiacentia spiritualiter intelligunt, ab impiis oppugnatum, ab iis autem, qui rectius sentiunt, animo conceptum, ab iis vero, qui magis spirituales sunt, non conceptum tantum, sed etiam prædicatum. Qua in doctrina illud quoque nobis ³⁰ cauendum ostendes, ne aut Patri principium tribuamus, ne quid primo prius introducamus, ex quo id, quod primum est, originem traxisse consequatur: aut Filium & Spiritum sanctum principij expertes esse astruamus, ne Patrem sua proprietate spoliemus. Illi quippe principio minimè carent; & tamen quodam modo carent: quod sanè dictu mirum est. ³² Non enim quantum ad causam, principio carent (ex Deo enim sunt, licet non post ipsum quemadmodum ex Sole lumen:) sed quantum ad tempus principij sunt expertes. Nec enim temporis rationi subduntur. Nam alioqui fluxa & peritura certis atque permanentibus, & ea quæ essentia carent, iis quæ essentiam habent, antiquitate superiora essent. Atque hîc illud etiam admonet, ut nec tria principia constituamus, ne in gentile deorum multitudinem incidamus: nec rursus vnum, cæterum Iudaicum quoddam & angustum, atque inuidum & impotens: quod quidem nobis acciderit, si vel diuinitatem in seipsam absorpserimus (quemadmodum iis videtur, qui Filium ex Patre ita producant, ut eum rursus in Patrem resoluant:) vel naturas deiecerimus, atque à diuinitate distrauerimus, ut sapientibus huius tēporis placet, perinde atque ille pertimescat, ne naturæ hæ ipsi sese opponant, aut supra creaturas nihil possit. Quin illud quoque adiunges, ut nec Filium ingenitum (vnus enim Pater ingenitus:) nec Spiritum sanctum Filium esse affirmemus: vnus enim est Vnigenitus: ut hoc quoque diuinum habeant, singularitatem nimirum, ille Filiationis, hic Processionis, non autem Filiationis. Adhæc nos ita instituendos habebis, ut Patrem verè patrem esse credamus, ac multò quidem verius, quàm qui ⁵⁰ apud nos id nomen obtinent, tum quia proprio & singulari modo parer est, non autem sicut corpora: tum quia solus, non enim cum mulieris coniunctione atque cōgressu: tum quia solius, nempe Vnigeniti: tum quia solam, nec enim ipse prius-

Hero. 4.
post anno
ab exilio
redit.
Ezech. 37.

Gentiles
notat.

Sentent.
simil.

Fidei doctrina.

Principio
caret pater
non filius
nec spiritus
sanctus.

Causa.

Solis pater
ingenitus.

Deus Pater
quomodo
pater.

quam Pater esset, Filius fuit, tum quia in totum & totius pater (quod de nobis cerè affirmari nequit:) tum quia à principio, nec enim posterius Pater esse cœpit: eodem modo, Filium verè filium, quod & solus & solius, ac singulari modo, & solum (non enim pater quoque simul est) & in totum Filius, & totius, & à principio, hanc rationem habens, ut nunquam Filius esse cœperit, nō enim ex pœnitentia diuinitas, neque ex progressionem atque incremento deificatio, ut ille aliquando Pater esse desinat, hic filij nomen amittat: consimili modo Spiritum sanctum verè sanctum. Neque enim alius talis est, nec eodem modo, neque ex accessione profectūque sanctitatem habet, sed est ipsamet sanctitas, nec magis & minus, nec quo ad tempus originem vnquam habuit, nec finem habiturus est. 10 Hoc enim Pater & Filius & Spiritus sanctus commune inter se habent, quod minime creati sunt, quodque diuinitate iunguntur. Hoc item commune Filius & Spiritus sanctus, quod vterque eorum ex Patre est. Hac autem proprietate inter se distinguuntur, 33 quod Pater Ingenitus sit, Filius Genitus, Spiritus sanctus Emisus. Quod si modum quærere pergis, quid iis relicturus es, 34 quos solos mutuo se cognoscere, atque à se mutuo cognosci Scriptura testatur: aut iis etiam nostrum, quibus in altero æuo diuinitus illustrari contingeret? Fac sis prius quiddam eorū, quæ commemorauimus, aut certè talis: ac tum tantum cognosces, quantum ad id opus est, ut mutua sit cognitio. Nunc verò satis habe docere, Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate adorandam, cuius & diuisio & coniunctio plane admirabilis sit. Non est quod pertimescas, ne si Genitum Filium confitearis, 20 passiones in Deum cadere necesse sit. Deus quippe impatibilis est, etiam si genuerit. Hoc tibi spondeo, eum diuino, non autem humano amore genuisse: nec mirum cum ipsius essentia ab hominum essentia diuersa sit. Verum illud verendum tibi est, ne tempus illi tribuas, eumque creatum contendas: non enim profectò Deus erit, si creatus fuerit. Verendum inquam, ne si superuacaneo patrocinio Deum tueri vis, Deum tollas, in eundem tecum seruitutis ordinem eum redigens, qui simul cum Patre & Filio Deus est, quique etiam te ex seruitute in libertatem vindicat, si modò verè & syncerè dominium confitearis, iam nihil causæ est, cur tibi Processio metum & scrupulum iniiciat: nec enim Deo vel producendi vel non producendi necessitas indicta est, ut pote in omnibus diuinitate: verum hoc tibi potius timendum est, ne Spiritui sancto diuinitatē adimens, in auersionem illam & comminationem incidas, quæ iis intentatur, qui Spiritum sanctū blasphemio & sacrilego ore impetunt, non qui diuinitatem ipsius confitentur. Vide ne diuini principatus vnitatem nefario honore complectaris, diuinitatem contrahens aut circuncidens. 35 Nec verò quicquam est, quod tibi Deorum ternionem obiici reformides & erubescas: quandiu alius quoque eadem ratione in duplicis numinis adoratione periclitabitur. Aut enim cum illo crimen obiectum dilues, aut cum illo hærebis: aut ille quidem simul cum argutationibus suis 36 diuinitatis naufragium faciet, tibi verò incolumis diuinitas permanebit. Quod si ratio ipsa languescat, fatius utique est in ratiocinationibus hære ac debilitari, dum Spiritum ducem sequamur, quàm impiis dogmatibus facile assentiri, ut nos ex difficultatibus extricemus. Contentiosas disputationes, nouamque pietatem, ac ieiunam sapientiam contemne, & quidem magis, quam 37 arancarum fila, quæ muscas quidem irretiunt, cæterum à vespis crabronibusque perrumpuntur: ne dicam à digitis aut alio quopiam grauiori corpore. Hoc vnum nos timere doce, nimirum ne argutiis nostris disputadique subtilitate fidem perfringamus. Disputatione vinci nequaquam graue & calamitosum censerī debet: non enim omnium est disputatio. Verum hæc tute, sat scio, promptius excellentiusque pertractabis (id mihi vulnera tua spondent, corpusque istud, quod pro rectæ doctrinæ defensione permultos labores exantlauit) nōsque etiam vnā tecum pro virili nostra philosophabimur. At tu cum egregiam peregrinationem iniueris, Trinitatis in tabernaculis habitatis, si tamē omnino in manufactis habitat Deus, memor

Proprietates distinguens tres personas.

Trinitas in vnitate & vnitas in trinitate adoranda.

Quid timendum in disputatione.

Act. 7. 17.

mor esto, messisque huius exiguæ, non illius quidem ex parua pietatis semente, parua tamen adhuc & tenuis paulatimque collecta: Idem enim nobis accidit, quod iis qui stipulam in messe colligunt, ut cum Propheta loquat, & racemulos in vindemia, cum nulli sint botri. Vides quantula sit hæc collectio: ac proinde in eam curam incumbe, ut area locupletior fiat, torcularque plenius. Narratum quemadmodum vocati fuerimus, tum quemadmodum præter hominum fidem huc venerimus, non ut voluptatum ac deliciarum, sed ut ærumnarum socij simus, ut calamitatum participes facti, in gloriæ quoque partem aliquando veniamus. Hunc populum habes precibus adiutorem, peregrinationisque comitem, hunc, inquam, gregem, numero quidem paruum & angustum, ceterum pietate nequaquam angustum, cuius ipse angustiam magis, quàm aliorum amplitudinem latitudinemque suspicio. Hæc dicit Spiritus sanctus, huius ope fretus & ignem pertransibis, & belluarum rabiem conspicias, & feros agrestesque principes mitigabis. 38 Ita peregrè proficiscere, ita nauiga, atque ad nos rursus te refer, abunde diues, secundo laureatus, ac nobiscum triumphale carmen decantaturus, & nunc, & in posterum, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

SCHOLIA.

1. Ad primam illam rationem) Ita verti αὐτὸς λόγος, ut Christum intelligamus. Danda enim opera fuit, ut Græcorum verborum gratiam, quoad eius fieri posset, in translatione retineremus: quæ quidem mihi periiisset, si pro Ratione, Verbum traxissem.
2. Qui sub aliena persona) Neque enim exigebatur ab iis, qui à Gentili superstitione ad Christianismum migrabant, ut pristinum quoque habitum abiicerent. August. lib. 19. de Ciuit. cap. 19. Nihil sanè, inquit, ad istam pertinet ciuitatem quæ non habitu vel more viuendi, si non est contra diuina precepta, istam fidem qua peruenitur ad Deum, quisque se sectetur. Vnde ipsos quoque philosophos, quando Christiani fiunt, non habitum, vel consuetudinem, victus, quæ nihil impedit religionem, sed falsa dogmata mutare compellit.
3. Ad secundam canis) Omnes hæc allusiones fiunt ad philosophiam Cynicam, quam Hero profitebatur.
4. Nec enim Cynismus) Diogenes Cynicus aliquando interrogatus, cuius esset, κακοπολιτῶν, i. mundi ciuitatis esse respondit. Idem de Socrate refert Cic. Tuscul. 5. Philo lib. de mundi creat. Ad amum verum κακοπολιτῶν fuisse ait. Atque in lib. de vita Mosis hoc nomen omnibus virtute præditis conuenire affirmat.
5. Omnibusque, ut dicitur calculus) Phrasim est forensis Græcis Oratoribus familiarem admodum. dicunt enim se αἰρετῶν τῶν δὲ κατὰ τοὺς νόμους, cum ita discedunt victores, ut ne sententiam quidem vnā aduersarij ferant.
6. Quenquam nostrum sibi natum) Hanc Platonis & Stoicorum sententiam ad verbum interpretatur Tullius 1. Offic.
7. Quidam ipsorum poetam ornauit) Plato è ciuitate sua Homerum eiiciens, ob ipsius tamen doctrinam ingenique præstantiam lancea eum corona donat. Vide lib. 3. de Repub. Arnob. lib. 8. aduers. hæres. Præclare Plato Homerum illum inclutum laudatum & coronatum de ciuitate, quam in sermone instituebat, eiecit.
8. Non sermone condita ciuitates) Platonem perstringit, qui libro 2. de Repub. sermone ciuitatem construxit. Eodem modo Lucianus Platonis leges sugillans, Ionem hoc nomine conquerentem inducit, quod à mortalibus nihil pendatur, ipsiusque altaria Platonis legibus frigidiora sint. Quibus verbis Platonem similissimè notauit, qui eiusmodi Rempub. instituerit, ut nulla vnquam ciuitas extiterit, quæ exemplo illius regi atque administrari sustinerit.
9. Scindapsi quidam & Tragel) Scindapsus vox est nihil significans, quemadmodum apud Clementem Alexandr. & Boëtium, Blitiri. Tragelaphus autem, ut nominis etymon sonat, animal est hirco & ceruo simile, quod à multis nusquam extare creditur. De quo vide Aristotelem in lib. de interpret. Platonis igitur Rempublicam Tragelaphis similem esse dicit Gregorius, quod ij. cum nulli sint, esse tamen fingantur. Vlinius tamen lib. 8. Tragelaphos circa Phasin reperiri ait. Ac Moses ipse Deuteron. 14. Iudæis Tragelapho vesci permittit. Et Iob cap. 39. partus Tragelaphi meminit.
10. Prædicamenta) Hæc & quæ sequuntur in Aristotelis Logica tractantur.
11. Nec symbamata & parasymbamata) Ad Chrysippum alludit, virum ingenij acumine præstantem, atque in Dialecticis argutiis philosophorum omnium facile principem, quem harum dictionum inuentorem fuisse ex Luciano constat. Is enim in eo dialogo, cuius titulus est, Vitarum auctio, emptorem his verbis, ut Græca omittamus, cum Chrysippo verba facientem inducit: Dic mihi primum, an non molestè feras te precio addici, ac seruum esse. Haudquaquam, inquit Chrysippus: neque enim hæc in nobis sita sunt. Quæ autem in nobis sita non sunt, ea si quis deique habenda sunt. Tum emptor, Haud intelligo, quid tibi hac oratione velis. Quid ais? inquit Chrysippus: non intelligis, quod horum alia sint αἰνεύματα, alia contra αἰνεύματα? Ne nunc

quidem intelligo, respondet emptor. Nil mirum, inquit Chrysippus, nec enim nostras dictiones familiares habes, nec percipiendi acumine vales. At qui Logicam speculationem perdidicit, is non modò hæc nouit, sed etiam quid symbama & parasymbama, quidque hæc inter se differant. Ad hæc emptor: Obsecro te per Philosophiam, ne graueris id quoque dicere, quid sit symbama & parasymbama. Nam haud scio, quo modo harum dictionum concentus aures nostras affecerit. Non grauabor, inquit Chrysippus. Etenim si quis claudus illo ipso pede claudus in lapidem impingens vulnus acceperit, huic symbama quidem erat claudicatio: parasymbama autem, cum vulnus acceperit. Ex quibus verbis vnum hunc Luciani scopum in hoc Dialogo fuisse liquet, vt stulta & inepta philosophorum dogmata, eorumque in nouandis verbis curiositatem irriteret.

12. Nec lineæ quædam nusquam existentes) Linea à Mathematicis definitur, longitudo latitudinis expers. Eam itaque, quoniam nulla oculorū acie perueri, sed sola imaginatione percipi potest, nusquam extare dicit.

13. Satietatē contumeliæ parentem) Eandem sententiā apud Græcos vulgarissimam habes superiori Oratione.

14. Et Diogenis helleuatione) Vide Scholia Orat. in Basilium: & Nonnum in I. Inuectiuam in Iulianum.

15. Verum nominis eorum reuerentiā) Quasi diceret, Quamuis illos optimo iure insectari & exagitare possim: tamen quia Cynici quoque sunt, quemadmodum noster Hero, in communis nominis gratiam mihi temperabo, quo minus in eos asperioribus verbis inuehar. Quod autem Cræti κολοποιία, hoc est, vxorum communitatem tribuit, non conuenit cum Diogene Laërtio, qui huius dogmatis authorem Diogenem fuisse tradit.

16. Simones & Marciones) Enumerat multos hæreticos, non tamen ætatis ordine seruato. Nos breuissimè eorum errores referemus. Simon Magus turpitudinis mysteria proponebat, resurrectionem tollebat, nec mundum à Deo constructum, nec Legem datam assererat. Basilides easdem ferè opiniones tenuit. Carpocrates Iesum à Iosepho more aliorum mortalium genitum esse dicebat. Valentinus carnis resurrectionem negabat. Cherinthus Carpocratis deliramenta propagauit. Cerdon Christum nec genitum esse, nec resurrexisse contendeat. Marcion tria principia inducebat bonum, iustum, & malum. Montanus Paracletum se esse affirmabat. Manes duos ingenitos Deos colebat, per se naturales, sempiternos, atque inter se oppositos: & alterum quidem bonum, alterum verò malum constituebat: alteri lucis nomen tribuebat, alteri tenebrarum. Huius errores suscipimus persequitur Epiphanius in titulo contra Manichæos, & Augustinus passim, maximè contra Faustum Manich. Nouatus ab occasione eorum, qui in persecutione Decij Christum abiurauerunt, in hanc hæresim prolapsus est, vt negaret ius, qui post Baptismum peccassent, spem salutis reliquam esse. Qui autem illius errorem profitebantur præterquam quòd ab illo Nouatiani dicti sunt, Catharorum. i. purorum nomen sibi arrogabant. Hæc autem hæresis Romæ damnata est à LX. Episcopis & plur. ib. Presbyteris, vt testatur Eusebius Eccles. Historia lib. 6. cap. 43. Sabellius eundem esse dicebat Patrem, eundem Filium, eundem sp. sanctum: ac proinde non rectè vnico diuinitatis principatiui (quam μωραρχία Theologus vocat) patrocinabatur. Nec enim rectè vnitatem essentiæ defendit, qui tres personas confundit. Arius Patrem Filio maiorem esse aiebat, nec eiusdem esse substantiæ, sed merè creaturam. De his qui plura scire vult, legat Epiphanius, Theodorum, Damascenum, Gr. Augustinum, Alphonsum à Castro, & alios, qui ex instituto de hæresibus scripserunt.

17. Aduersus Creatorem & opificem) Marcion & tota Gnosticorum colluuiis, ac multi etiam alij hæretici, mundi rerumque omnium effectorem ac conditorem malum fuisse astruere conati sunt. Vide Tertullianum.

18. Suomet tandem Profundo) Pulchrè ad prodigiosum Valentini deliramentum alludit, qui Aones suos comminiscens, primas partes Bythio, vel, vt Irenæo placet, Bytho attribuit, secundas Sigæ. Porro Πυθὸς Latinis profundum sonat, & ἠχὴ silentium. Vnde merito Tertullianus Valentini stuporem notat, quòd ei, quem in sublimi loco sedem habere diceret, Bythij nomen indidisset. Theologus igitur huiusmodi errorum monstra suomet gurgite ac silentio obruta fuisse ait.

19. Iudææ proditiōe) De hac re vide in Scholiis Orat. cui titulus est, De seipso, & ad eos qui affectatæ Constantinopolitane sedis ipsum infimulabant.

20. Rursus malum imperium) Possent hæc de Constantio intelligi: tum quòd is ab Arianis seductus orthodoxos variis calamitatibus affecit, vt videre est apud Socratem in Hist. Tripart. lib. 2. cap. 10. 27. 28. & 38. & eunuchos in summo precio habuit, vt testatur idè Socr. lib. 3. cap. 1. & Ruffinum lib. 1. cap. 15. Tū quia huc Imperare potest, qui sacriandæ inter Episcopos concordia studio, lata lege τὸ μυστικόν, i. Confubstantialis vocem iustulerat, sicut à nobis in Scholiis Orat. in Athanasium dictum est. Verum quæ de verside sequuntur, Authorem nostrum de Iuliano loqui apertissimè ostendunt. Illic enim execrandus Imperator suæ à Christiana religione defectionis pœnas exsoluit. Huius porro nefarij hominis animo tantum fidei nostræ iniustum erat odium, vt clementiæ personam, quam ad facilius euertendum Christianissimum induerat, diutius ferre non posset: sed aperta crudelitate aduersus pietatis cultores grassaretur, eosque horrendis suppliciorum generibus excruciatet, prouinciarumque præfectos omnia immanis cuiusdam & barbaræ crudelitatis exempla in Christianos edentes non modò nullâ pœnâ coerceret, sed amplioribus etiam honoribus ac dignitatibus ornaret. Vide Niceph. lib. 10. à cap. 7. vsque ad 14. & cap. 10. & 24. Quo etiam cap. tantam fuisse præfectorum immanitatem narrat, vt grauius etiam quam Imperator iuberet, Christianos affligerent. Eodem quoque libro cap. 13. scribit Iulianum Episcopos inter se commisisse, miraque vafritic bellum inter eos civile & intestinum conflauisse.

21. Tantò vtiq; præcedente persecutione acerbior) Valentis persecutionem innuit, quæ eò minus splendoris habebat, quam illa Iuliani: quòd Iulianus vt demonum cultui addictus aperte Christianos impetebat: in hac autem Valentis persecutione, nec qui patiebantur, Martyrum laudem consequerantur, propterea quòd Christiani nomen gerebat, qui eos persequebatur. Idem sæpe deplorat Basilus in Epistolis.

21. Facula super mare attollitur) In maritimis turribus, quæ Phari vocantur, facies quædam ad præluendum nauigantibus attolli solèt. Vt itaque crudelitatem huius supplicij amplifcet, ait fieri potuisse, vt quispiam ex alto flammam hanc prospiciens, tanquam ad amicum litus appulerit, ac propinquus naui factus calamitatem hanc conspexerit.

22. Post tot calumnias) Vide Scholia Orat. in Athanasium: vbi de Arsenij manu, quam magicæ artis operâ ab Athanasio excisam calumniabantur Ariani.

23. Ac secunda quædam Egypti plaga) Lucium intelligit, qui Petro Athanasij successore sua sede deturbato, per vim Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopum se constituit. De cuius horrenda in orthodoxos crudelitate (Ariane enim erat factionis) vide Socrat. lib. 4. cap. 22. 23. & 24. Et Ruffinum Eccles. hist. lib. 2. cap. 3. & 6.

24. Turbida & impotabilis euerfio) Alludit ad illud Babac. 2. qui turbidæ euerfionis (vel fortasse melius vertiginis) poculum à sceleratis antistitibus populo propinari ait. αἰετὸν autem vitium exponit Theologus in magno Apologet.

25. Ducis munere fungebatur) Ruffin. lib. 2. Eccles. hist. cap. 3. de Lucio verba faciens, Mittit, inquit, armatam equitum & peditum manum, Tribunos, Præpositos, & bellorum duces tanquam aduersus Barbaros pugnaturus elegit, sed de tota hac tragœdia vide quæ in sequentis Orat. scholiis annotauimus.

26. Regnabat autem Tabeel) Per Tabeelem Lucium intelligit, quòd quemadmodum ille de vsurpando Iudææ regno consilium inierat, eodem quoque modo Lucius vero ac legitimo antistite pulso in alienam sedem per vim irruerat.

27. Ecclesiæ Romanæ protulit) Petrus enim è carcere elapsus ad Damasum Papam Romanum fugit, vt est apud Socrat. cap. 22. lib. 4. & Niceph. lib. 11. cap. 26.

28. Qui nec propriam vnquam vllam) Eleganter Augustinus in Cypriani laude, Si quæris exilium, quòd Christianus iubeatur ire, prius si potes, inueni, vnde Christianus cogatur exire. De patria sua in alienam te arbitraris excludere hominem Dei, in Christo nusquam exulem, nusquam peregrinum.

29. Oasij) In eandem Oasim Euolcium relegatum fuisse narrat Theodorit. apud Casiod. lib. 7. hist. Tripart. Eius etiam meminuit Nicephor. lib. 9. cap. 29.

30. Tum prodigiosa deliramenta) Huius generis est illa exactio Saturni, Iouis tyrannis, vt mittam illa Priapi & Veneris tam obscæna simulachra, vt ne oculus quidem pudicus ea intueri sustineat.

31. Philosophi si quidem animus) Huic non multum dissimile est quòd ait Horat. lib. 4. Carm.

Duris vt illex tonsa bipennibus
Nigre feraci frondis in Algido
Per damna, per cædes, ab ipso
Ducit opes animiūque ferro.

32. Non enim quantum ad causam) Quoniam non me fugit nonnullos suboffendi cum in Græcis scriptoribus aliquoties Patrem Filij causam dici audiunt, atque nostrates Theologos veteresque Latinos fere omnes ab hac voce libenter abstinere, non abs re facturus mihi videor si hoc admonero, quòd ad rem ac sensum attinet, nihil omnino inter Græcos & Latinos dissidium esse, tamen nō eadem voce vtrique vti soleant. Quod enim Latini dicunt Filij ex Patre esse, hoc τὸ υἱὸς voce Græci intelligunt. Quamquam ne ipsi quidem Hilarius & August. ab hac voce interdum abstinere. Ille siquidem lib. 9. de Trinit. ait filium ex patre causam sumere: quemadmodum & lib. 2. Patrem Spiritus authorem esse dicit. Hic verò lib. de diuers. quæst. quæst. 83. Deus, inquit, omnium quæ sunt causa est. Quod autem omnium rerum causa est, etiam sapientiæ suæ causa est. Nec vnquam Deus sine sapientia sua fuit. Igitur sapientiæ suæ sempiternæ causa est sempiterna, nec tempore prior est quam sua sapientia.

32. Non enim ex pœnitentiā diuinitas) Si enim non fuisset aliquando Filius, ac postea esse cœpisset, sequeretur Patrem illius temporis pœnituisse, quo erat sine Filio.

33. Quod Pater ingentis sit) Athanasius in Epist. de synodo Arimini & Seleuciæ, ingeniri vocem duo significare ait, id quòd cum existat factum non est, & id quòd suæ naturæ authorem nō habet. Priore significatione nō solum Pater, sed Filius quoque ingentis dici potest: posteriore autē hæc vox Patri soli conuenit.

34. Quos solos mutuo se cognoscere) Nemo enim nouit Patrem, nisi Filius. Et Paulus 1. Cor. 2. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

35. Nec verò quicquam est) Erant, qui Patrem quidem & Filium confitebantur, sed sp. sanctum negabant: (quales Macedoniani) eosque qui tres personas credebant, per ludibrium Trideitatis (τριάχια enim voce Gregorius vtitur) quasi trium deorum cultores appellabant. Hos igitur admonet, ne his vocibus conuiciisque terrentur. Eadem enim ratione Bideitatis crimen (διείχια vocat) in huiusmodi irrisores retorqueri possit. Argumentum autem Gregorij tale est. Aut illi Bideitatis crimen à se depellant, & tum vos quoque faculè Trideitatis obiectionem dissoluetis: aut in hoc nodo explicando inherebunt, & tum non erit, cur vobis Trideitatem obiiciant, cum ne ipsi quidem Bideitatis obiectionem diluere queant: aut illi iacturam pietatis faciunt, vos autem veram de diuinitate sententiā retinebitis.

36. Diuinitatis naufragium faciet) Metaphora accepta à Paulo 1. ad Timoth. 1. vbi ait Hymenæum & Ale-

xandrum circa fidem naufragasse.

37. Aranearum (fila) Eleganter ad hereticorum dogmata accommodat id quod de Atheniensium legibus dicebat Thales, si Tzetzi credimus, hist. 5.

Τῶν ἀεγχιῶν ἄμοιροι οἱ νόμοι,
Τὰ δὲ μικρὰ καὶ ἀδύνατα δυνάμει κατὰ φύσιν
Ἐκ τῶν δυνατῶν τέρων δὲ πηγυῖοι ἐξάδωσι.
Aranearum telis leges sunt similes,
Parua et infirma retinere possunt:
A fortioribus autem facile perfringuntur.

38. Ita peregrè proficiscere) Qui Græca intelligent, videbunt hîc quædam verba desiderari. Existimo tamen me ab Authoris sententia nequaquam recessisse.

GREGORII NAZIANZENI AD
Arianos, & de seipso, Oratio.

ARGUMENTVM.



Rimum Arianorum crudelitates ac nefarias aduersus orthodoxos persecutiones exponit. Deinde ineptis ac puerilibus calumniis respondet, quibus eum in contemptum apud populum obtrectatores ipsius adducere nitentur. Obiiciebant autem, quod ignobili oppido, quod parum illustri genere ortus esset, quod non admodum festiuis moribus, quod sermone minus facetus, quod externus ac peregrinus, atque huiusmodi putidissimas nugæ. Sub finem ex Baptismi forma errorem eorum coarguit, qui Filium ac Spiritum sanctum creatos asserbant.



Bi sunt tandem, qui paupertatem nobis exprobrant, opesque suas insolenter iactant: qui Ecclesiam multitudine definiunt, gregemque exiguum aspernantur: qui diuinitatem metiuntur, & plebem appendunt: qui arenam in precio habent, & ipsa mundi lumina contumeliis afficiunt: qui denique cochas aggerunt, & margaritas contemnunt: Nec enim sciunt, quanto arena & conchæ stellas perspicuasque gemmas multitudine superant, tanto vicissim hæc illis & puritate & precio dignitateque præstare. Rursus excandescis, rursus arma induis, rursus vim & contumeliam inferis noua fides: Parumper, quæso, minas istas comprime, vt loquar. Non iniuriam inferemus, sed coarguemus: non minas intendemus, sed probris incessemus: non vulneribus afficiemus, sed medebimur. Hoc cene tu quoque contumeliam interpretaris? O insignem superbiam: an hîc quoque eodem tecum honore præditum in seruitutem asseris? Alioqui enim fac nostram dicendi libertatem æquo animo feras. Nam & frater cum fratre exoptulat, quoties ab eo æqua portione fraudatur. Visne te verbis illis alloquar, quibus Deus obdura Israel imperiumque superbe detrectantem affatur. Popule meus, quid feci tibi? aut quid te læsi? aut quid tibi molestus fui? Immò verò ad te oppressorẽ meum orationem ipse habebo. Malè omnino & perniciosè vtrique alterorum tempora obseruamus, ac sublata per fidei diuersitatem animorum concordia, maiori pene crudelitate atque immanitate nosmetipsos mutuò insectamur, quam qui nunc bello nos laceffunt, barbari, quos Trinitas soluta coniunxit. Quin hoc detestabilior est nostra conflictatio, quod non externos exteri, nec ignotos ignoti (quæ res nonnullo quoque solatio calamitatem leuat) verum alij alios & quasi domestici domesticos populamur, aut si maui, eiusdem corporis membra, consumimus inuicem atque consumimur. Neque id graue & indignum est, quanquam alioqui per graue atque indignum: sed quod animo ita comparati sumus, vt dispendium nostrum ac decrementum accessione atque incrementum interpretemur. Quoniam autem ad hunc modum affecti sumus, atque ad temporum rationem fidem nostram accommodamus, age, tempora cum temporibus committamus. Regem tuam profer, ego proferam meos. Tu Achab, ego Iosiam. Tuam mihi humanitatem

Noua fides

Mich. 6.

Diuersitas fidei tollit animorum concordiam.

tatem æquitatemque commemora: ac meam ipse vicissim audaciam exponam. Quin potius tu am quidem inhumanitatem & multi libri & lingue circumferunt, quas etiam posteritas omnis exceptura est, æternam, nisi me opinio fallit, rebus a te gestis ignominie notam in iustura: meam verò ipse oratione prosequar. Quem populum audacia furentem in te immisi: quos milites in aciem eduxi? quem belli ducem ira inflammatum, iisque quorum iussa faceffebat, atrociorẽ, ac ne Christianum quidem ipsum, sed commodo atque congruenti sacrificio impiam aduersus nos immanitatem dæmonibus suis offerentem? quosnam precibus incumbentes, manusque ad Deum attollentes obsidione cinxi? quas psalmodum cantiones tubarum clangore compressi? quorum mysticum sanguinem cum mortifero sanguine permiscui? quos spirituales fletus exitiosis fletibus sustuli? quas pœnitentiæ lachrymas tragœdiæ lachrymis depuli: quam orationis ædem in sepulchrum conuertit? quam supellectilem rei sacræ ministerio dicatam, manibusque prophanis non atrectandam flagitiosis manibus exposui? vel Nabuzardæ coquorum principi, vel Baltazaro, qui in sacrosanctis poculis nefarie perbacchatus est, atque adeò dignas amentia sua pœnas exoluit? Altaria dilecta, vt ait scriptura, nunc autem contumeliosè protrita, quisnam impudicus ac perditus adolescens turpiter cantillans corpusque confectens impulsu nostro vobis insultauit? vel potius per quem huiusmodi nebulonem ego vnquam magnum atque augustum mysterium prodidi, ludibriòque habui? O cathedra præclara, & præclarorum virorum sedes ac requies, quæque multos pios sacerdotes, qui iam olim sacræ disciplinæ munus obierunt, subinde commutasti, ecquis tandem ethnicus concionator te conscendit, & scelerata lingua Christianorum religionem inuentiua oratione proscindens? Virgines castæ & verecundæ, ne honestorum quidem virorum conspectum præ pudore ferentes, ecquis tandem ex nostris vel ad has vsque corporis partes, quas inspicere nefas erat, probro contumeliæque vos affecit, impiorumque oculis spectaculum triste proposuit, flammæque Sodomitica mulctandum? mitto enim cædes stupri dedecore tolerabiliores. Quas feras in corpora sanctorum immisimus, vt quidam factitarunt, humanam naturam ob omnium oculos proponentes, nec vllum aliud crimen ipsis obiicientes, quam quod impiis dogmatibus assentiri, eorumque societate contaminari recusassent, quam velut serpentis virus fugimus, non illam quidem corpus labactantem, verum ipsa animæ penetralia inficientem? Quibus crimini datum est, quod mortuos terrâ condidissent, quos ipsæ quoque bestię honore & reuerentia sunt prosecutæ? & quidem quale hoc crimen iudicatum est? alio scilicet theatro atque aliis bestiis dignum. Quorum Episcoporum, inspectantibus discipulis nec præter lachrymas quicquam opis ipsis afferre valētibus, seniles carnes ferreis vngulis laceratæ sunt, cum Christo suspensæ ac perpetiando victoriam assecutæ, populumque preciofo sanguine aspergentes, ac postremò ad necem abductæ, cum Christo inhumandæ, gloriamque adepturæ: Christo inquam, qui per huiusmodi cædes & victimas de mundo triumphauit? Quosnam Presbyteros ignis & aqua, elementa inter se contraria, diuiserunt, nouo & inaudito more nauigantibus prælucentes, simulque cum ea nauis, in qua soluerant, conflagrantes: Quinam (vt maiorem calamitatum nostrarum partem silentio tegam) ex iis qui talibus obsequiis gratiam apud principes inire studebant, ab ipsis quoque crudelitatis accusati sunt? Nam etsi cupiditatibus eorum inseruiebant, sæuam tamen & crudele mentis propositum execrabantur. Illud enim turbulenti temporis erat, hoc rationis & consilij: illud imperatorij sceleris, hoc animi sibi conscij, quid leges, ex quarum præscripto ius dicendum erat, postularent. Atque vt antiquiora repetamus (eiusdem enim sodalitiij sunt) quasnam vel mortuorum vel viuorum hominum manus amputaui, vt ficto crimine sanctos viros insectarer, fidemque per fraudem & calumniam oppugnarem? Quorum exilia tanquam beneficia numeraui, ac ne sacrorum quidem philosophorum sacros cœtus veritus sum, in

Gesta Arianorum contra fideles

Vasa sacræ 4. Reg. 25. Dan. 5. Psal. 83.

Mysterium augustum.

Impia dogmata velut virus fugienda.

valentem intellige.

Arsenij manus.

quibus supplices exquirebam: immò còtrà, eos quoque ipsos Martyres effeci virtutis ergò periculum subeuntes? Et quoniã tu mihi meretriciam sermonis procacitatem obiicis, quibus, quæso, meretrices induxi, iisque ea vitæ sanctimonia præditis, vt nec carnis propemodum, nec sanguinis quicquam habere viderentur: quosnam pios viros patriæ finibus pulsos hominibus iniquis dedidi, vt obscuris domibus ferarum in morem inclusi, atque alij ab alijs disijuncti (quod in tota tragœdia grauiissimum erat) fame ac siti laborarét, victum certum atque dimensum per angustos meatus accipientes, in eamque angustiam redacti, vt ne ipsis quidem eos videre liceret, qui in iisdem doloribus versabantur. Quales autem viros dico? quibus dignus non erat mundus. Sic fidem honori habetis, sic hospitio excipitis! Maximam horum partem ignoratis? & meritò sanè, propter actorum multitudinem, miramque in inferenda iniuria voluptatem. At eius qui patitur, tenacior esse memoria solet. Quid longinqua colligere attinet? Nonnulli atrociores quoque atq; immaniores sese præbuerunt, quàm temporis ratio ferre videretur, non secus ac sues, qui per sæpta quædam violentius impelluntur. Hominem meum posco, quem hesterno die trucidastis, senem, inquam, illum, & Abrahamicum patrem, quem ab exilio redeuntem atque huc appellentem medio die media in vrbe saxi excepistis. At nos (nisi hoc dictu græue atque inuidiosum est) obruncatores etiam ipsos deprecatione nostra periculo mortis liberauimus. Super quo horum tibi propitius ero, quodam scripturæ loco ait, Deus: quid horum laudabo? vel potius, ex quibus vos corona donabo? Quoniam autem facinora tua hæc atque huiusmodi sunt, age iam scelerum quoque meorum summam mihi explica, vt vel malus esse desinam, vel erubescam. Etenim maxime illud quidem optarim, omni culpa vacare: sin hoc non cõceditur, at illud saltem mihi contingere, vt si fortè aliquid, quod cum iustitia pugnet, admisero, in viam reducar: quæ prudentum hominum secunda est classis. Nam si iusti illius more in mei accusatione primas partes nõ occupo: at certè peccatis meis ab alio medicinam adhiberi gaudeo. Parua tibi est, inquis, ciuitas: ac ne ciuitas quidem, sed aridus locus, & inamœnus, atque infrequens. Atqui hoc si in malis habendum est, vir præclare, patior potius quàm facio, & si quidem inuito animo calamitosus sum (liceat enim ita loqui:) si verò æquo ac libenti, philosophi laudem obtineo. Vtrum horum criminis rationem habet? nisi verò quis hoc nomine delphinum accusandum putet, quòd terrestre animal non sit, & bouem, quòd non in aquis degat, & murænam, quòd in vtroque elemento vitam agat. At nobis, inquis, & mœnia sunt, & theatra, & equestres cursus, & palatia, & pulchræ atque ingentes porticus, atque hoc incredibile opus, subterraneus nimirum & æreus fluuius, & illustis hæc visenda columna, & forum frequens, & vulgus exundans, nobiliùmque virorum præclarum concilium. Quin tu commodissimum quoque vrbes situm commemoras, & terram ac mare velut certatim sibi urbem vendicantia, suisque bonis Imperatricem complectentia? Ergo hæc iniuria nostra est, quòd vos magni & perillustres estis, nos contrà parui atque à paruis venientes? nimirum, si ita est, multi quoque alij eandem vobis iniuriam inferunt, atque adedò omnes ij, supra quos assurgitis. Num propterea morte mulctandi sumus, quòd nec ciuitatem ereximus, nec muris cincti sumus, nec equorum cursibus, nec stadiis & venationibus, atque insanis circa res huiusmodi studiis, nec balneorum suauitate & splendore, nec marmorum excellentia, nec picturis & punctionibus auro rutilantibus, variòque opere confectis, naturæ solertiam propemodum imitantibus gloriamur? Nec verò nobis adhuc mare perfregimus ac circumfudimus, nec anni partes temperauimus, quod tu videlicet nouus rerum fabricator effecisti, vt vitam iucundissimè simul tutissimèque traducamus. Adde, si placet, & alia crimina, qui dicis: Meum est argentum, & meum est aurum, Dei voces vsurpans. Nos nec diuitias iactamus, quibus affluentibus cor apponendum non esse lex nostra præscribit: nec annuos diurnòsque prouentus numeramus, nec

turgida cibisque conferta mensa stupidique ventris incantamentis efferimur: Neque enim quicquam eorum laudamus, quæ semel in fauces transmissa pari postea honore sunt, vel si rectius loquendum est, pari ignominia & contemptu: Verùm simplicem facilèque vitam degimus, nec multum à bestiis diuersam, quarum vita expedita est, omnisque apparatus expers. An mihi quoque vestis asperitatem obiicis, vultusque situm haud satis elegantem? nam his quoque rebus nonnullos valde abiectos & humiles extolli perspicio. Quid? caputne ipsum intactum relinques, meq; iisdem cauillis insectaberis, quibus Elifæum olim pueri illi? (nam quæ deinde sequuntur, tacebo) Quid? rusticitatemne meam & insul- sitatem non accusabis, quòdque asperum quiddam & agreste loqui videor? Iam verò quoniam id loco pones, quòd nec lepidus sum nec facetus quispiam, ac præsentibus gratus atque iucundus, nec multum in foro verfor, nec temere & cum quibuslibet garrus, adedò vt sermones quoque ipsos graues & molestos reddam: nec nouam illam Hierusalem, hoc est, Zeuxippum inuiso, nec è Domo in domum subinde commeo, blanditiis & assentationibus homines delinens, ventrique seruiens, verùm domi vt plurimum maneo, tristis ac tetricus, mecum ipse, hoc est, cum vero atque germano earum rerum, quæ geruntur, examinatore consuetudinè habeo, vinculisque fortasse dignus sum, vt incommodus atque molestus. Qui sit vt nobis ista condones, nec in criminum ordinem referas? Quam facilis es & lenis atque humanus! At ego ira simplici & philosophico animo præditus sum, vt vnum idemque cœlum omnibus commune esse existimem, communem etiam Solis & Lunæ conuersionem, communem siderum situm & ordinem, communem diei noctisque æquabilem portionem, & vtilitatem, communes item anni partium vicissitudines & pluuias & fructus, vimque aëris vitalem, flumina insuper, hoc est, cõmunes & perennes diuitias æquè omnibus fluere, vnam præterea eandemque terram & parentis & sepulchri rationem habere, ex qua sumpti sumus, & ad quem reuertemur, nulla iã re alij alios antecellentes. & vt maiora proferam, communem rationem, Legem, Prophetas, ipsas Christi perpeffiones, quarum opera omnes citrà vllam exceptionem instaurati sumus, qui eiusdem Adam participes fuimus, versutaque & captiosa serpentis oratione circumuenti, & per peccatum enecti atque extincti, ac per cœlestem Adamum saluti restituti atque ad vitæ lignum, vnde excideramus, per ignominia lignum reuocati sumus. Me verò Samuelis quoque Ramatha fallebat, parua, inquam, magni illius viri patria: quæ tamen Prophetae dedecori non fuit, nec suo magis quàm illius splendore claruit, nec illi impedimento fuit, quò minus Deo, prius etiam quàm in lucem prodiret, in munus offerretur, & oracula ederet, & futura prospiceret, ac præterea Reges & Sacerdotes vngeret, atque illustrissimis ciuitatibus ortos pro iudice gubernaret. Tum autem illud de Saule audiebam, quod patris asinas quærens regnum inuenisset. Atque ipse quoque David ex ouium gregibus ad pascendum Israëlem assumitur. Quid Amos? nõne caprarius erat, ac moros carpebat, cum illi commissæ & delegata est propheta? Quomodo Iosephum præterij, qui & seruus fuit, & frumenti in Aegypto distributor, & innumerabilium illarum copiarum, quæ Abrahæ denunciatae promissæque fuerant, pater? Iam Abraham, vt maiora colligam, nõne vagus & exul? Moses autem nõne prius expositus, deinde legislator, atque eorum, qui ad promissionis terram contendebant, imperator, de quo tot tamque admiranda prædicantur? Enimvero me quoque fallebat Elia Carmelus, qui currum igneum accepit, & Helisæi melote, quæ plus viriū habuit, quam fila serica, & aurum vestibibus per vim assutum. Quin me quoque Iohannis desertum fallebat, in quo vir ille inter natos mulierum maximus cum cibo illo & veste, & zona degebat. Nec verò vltorius progredi dubitabo cum Deum rusticitatis meæ patronum inuenerim. Cum Bethlehem collocabor, cum præsepi vilipendar, cuius causa cum Deum asperneris, quid mirum si ob eandem causam præconem quoque contempnas? Producam

etiam piscatores, & pauperes lætum Euangelij nuncium accipientes, multisque diuitibus antepositos. Nunquam de ciuitatibus gloriari desines? nunquamne tibi execrabilem & infamem solitudinem honore ac reuerentia complecteris? Nundum dico aurum in arenis nasci, & gemmas insignes à petris produci, earumque dono & beneficio nobis contingere, quibus si quidquid in urbibus fordidum & ignominiosum est, opponere velim, vereor ne dicendi libertate haud satis commodè vsus fuisse videri possim. At enim peregrinum & exterum præconem habemus, dicet fortasse quispiam ex his, qui loco nimium circumscripti, carnisque amori affixi sunt: Quid: nonne peregrini fuerunt Apostoli, nonne hospites multarum nationum atque urbium, in quas diuisi sunt, ut quoquo gentium Euangelium celerrimè propagaretur, nec quicquam triplicis luminis expers esset, minimèque à veritate collustratum: adeo ut iis etiam, qui in tenebris ac mortis umbra sedebant, ignorantia caligo discussa sit. Audi quid dicat Paulus, ut nos, inquit, ad gentes, illi autem ad circumcisionem Christi doctrinam disseminemus. Esto: suo iure Petrus Iudæam habeat: quid Paulo cum Gentibus commune, Lucæ cum Achaia, Andreæ cum Epiro, Ioani cum Epheso, Thomæ cum India, Marco cum Italia, quid cæteris omnibus, ne sigillatim loquar, cum iis ad quos sunt profecti? Quare aut illos reprehende, aut mihi etiam ignosce: aut ostende, cum veræ doctrinæ antiquissimam curam geras, ex insulis tantum nugis tibi calumniam strui. Quoniam autem de his rebus humiliter tecum hæcenus abiectèque disserui, age sublimius iam magnificentiusque disputabo. Magnis omnibus & excelsis viris, o præclare, patria vna est superna Hierusalem, in quam municipatum nostrum vitæque functionem recondimus. Omnibus genus vnum, si inferiora hæc spectare velis, puluis & limus: si superiora, spiraculum illud, cuius participes facti sumus, quodque incorruptum seruare iubemur, & cum quo mihi ad tribunal sisti necessè est, ut diuinitus indite nobilitatis imaginisque rationem reddam. Quisquis igitur recta viuendi ratione animique ad exemplar suum inclinatione ac defixione spiraculum illud conseruauerit: huic demum nobilitatis ratio constabit. Contra qui vitiis illud sceleribusque fœdauerit, formamque alteram, hoc est, serpentis sibi ipsi induxerit, ille verè ignobilis & obscurus erit existimandus. At terrenæ hæ patriæ, atque hæc generum discrimina breuis huius & caducæ vitæ nostræ & scenæ sunt ludibria. Quam enim quisque terram siue per tyrannidem, siue per calamitatem antè occupauerit, ea patria dicitur, cuius omnes æquè hospites & aduenæ sumus, quantumlibet vocum appellatione ludamus. Iam genus illud nobile censetur, quod vel olim opibus & copiis excelluit, vel quod nunc superbè intumescit, fordidum contra & ignobile, quod à parentibus pauperibus dicitur, vel propter calamitatem, vel propter animi probitatem. Quid enim afferri queat, cur superna hæc nobilitas esse possit, quæ partim nunc incipit, partim extinguitur, atque aliis quidem negatur, aliis autem rescripto conceditur. Hæc mea de his rebus est sententia: eamque ob causam tibi quidem per me licet ut sepulchris aut fabulis insolescas, magnificèque de te sentias. Ipse verò meipsum pro viribus ab errore atque impostura repurgare nitor, ut vel incolumem nobilitatem tuear, vel amissam recuperem. Sic igitur, atque ob has causas ego, paruus ille & obscura atque ignobili patria natus, ad vos accessi, idque non vltro nec memetipsum offerens, ut moris est hodie plerisque, qui ad Ecclesiæ gubernacula temere profiliunt, sed accitus ac vi compulsus ac timori Spirituique obsecutus. Quod si falsa loquor, hoc mihi pro scelere pœna imprecor, ut diutius hinc belli molestias incassum sustineam, nec quenquam errore liberem, sed voti sui compotes fiant, qui animæ meæ sterilitatem imprecantur. Postquam autem huc veni, ac fortasse cum potestate atque authoritate nequaquam contemnenda (libet enim nonnihil eorum, quæ insipientia sunt, arrogantius iactare) ecquem eorum qui inexplebili cupiditate flagrant, imitandum mihi duxi? Ecquid ex hac temporis insolentia perperam æmulatus sum? idque cum talia exempla ob oculos posita

Non gloriandum de ciuitatibus?

Obiectio exilij.

Luc. 1. Gal. 2. Apostolorum dispersio.

Omnibus vnica patria & genus idem.

Nobilis quis. Ignobilis quis.

Sepulchris aut fabulis insolescere.

posita haberem, quibus etiam remotis, à vitio tamen abstinere difficile atque arduum est, rarique exempli? de quibus Ecclesiis vobiscum contendimus? de quibus pecuniis: præsertim cum vtraque re ipsi afflueretis, vtriusque autem nos inopia premeremur? Ecquod Imperatoris edictum à vobis contemptum & pro nihilo habitum ardenti zelo persecuti sumus? Quos principes in perniciem vestram officiosè coluimus, atque obseruauimus? quorum importunam audaciam iudicio nostro prodidimus? Domine ne statuas illis hoc peccatum, dicebam (nam opportunè Stephani verba in mentem venierunt) & nunc eadem vota facio. Male dictis proficisci benedicimus, persecutionem patientes sustinemus, contumacibus impetiti obsecramus. Condonate mihi hanc iniuriam: nam & complures alios, qui mihi vim inferebant, pertuli. Ac sanè est, cur vobis gratiam habeam, quod humanitatem facilitatemque mihi tanquam amentiam obiicitis. Sic enim excelsus multò quàm pro vestro more mecum reputo. Quota tandem pars est id omne quod patior, indignitatis illius, qua Christus, cuius causa pericula subeuntur, consputus ac colaphis cæsus est? Omnia enim tunc hæc vnica illa spinea corona, qua victoris nostri caput cinctum est, per quam me quoque vitæ asperitate coronari sentio, leuiora duco: vnica etiam illa arundine, per quam infirmum atque imbecille imperium sublatum atque euersum est: vnico illo felle, atque vnico aceto, per quæ amarulenta nostra degustatio sanata est: vnica illa æquanimitate ac lenitate, cuius in passione specimen præbuit. Si osculo prodatur, expostulat quidem, cæterum non percutit: si repente corripiatur, ita exprobrat, ut tamen sequatur: si zelo inflamatus Malchi aurem gladio præcideris, indignè feret, eamque loco suo restituet: si quis relicto sindone profugerit, eum conteget: si ignem Sodomiticum aduersus eos, à quibus abducitur, postulaueris, haudquaquam profundet: si latronem ob scelus in crucem sublatum acceperit, eum pro sua benignitate in paradysum introducet. Humani denique & clementis Christi, ut alia omnia clementiæ plena, ita ipsæ quoque passiones extiterunt, quibus ecquid tandem aliud maius ac præstantius dare queamus, si cum Deus mortem etiam nostræ salutis causa pertulerit, nos contra ne leues quidem offensas & iniurias æqualibus nostris remittamus? Quin hæc quoque mecum cogitabam, atque etiamnum cogito, (quàmque rectè ipsi videte) quæ etiam ipsa apud vos sæpe disserui. Hi domos habent, nos inquilinum: hi templa, nos Deum: idque præterea, quod Diuina templa viuia sumus, victimæ viuæ, holocausta spiritus ualia, sacrificia perfecta, Diuinitatem & Trinitatem adorata beneficio. Hi vulgus habent, nos angelos: hi temeritatem & audaciam, nos fidem: hi minas, nos preces & orationes: hi ferendi insolentiam, nos patientiam: hi aurum & argentum, nos repurgatam fidei doctrinam. Fecisti tibi (ut cum scriptura loquar) duplices & triplices cõtignationes, domum perflatilem, fenestris distinctam: at hæc nondum fide mea sublimiora sunt, cœlisque ad quos excelsus feror. At mihi grex exiguus? sed in præcipitia non fertur. At angusta mihi caula? sed interim lupis inaccessa, sed interim latrones non admittens: verum eiusmodi, ut nec à furibus, nec ab extraneis transcedi queat. Nec dubito quin eam quoque latiore aliquando perspecturus sim. Multi enim ex his qui nunc in luporum numero sunt, à me inter oues recensentur, ac fortasse etiam inter pastores. Hoc mihi feliciter nunciat pastor ille bonus, propter quem ego animam meam pro ouibus pono. Paruus grex timore me non afficit, ut potè facile conspicuus: quoniam cognosco mea, & à meis cognoscor. Tales sunt qui Deum cognoscunt, & à Deo cognoscuntur. Oues meæ vocem meam audiunt, quam à diuinis oraculis audiui, quàm à sanctis patribus didici, quam per omne tempus eodem modo docui, nequaquam pro tempore aliam atque aliam subinde faciem accipientem, nec vnquam docere desinam, cum qua sum procreatus, & cum qua hinc discedam. Eas nominatim voco (nec enim nomine carent, quem admodum nec sidera, quæ numero comprehenduntur, ac suo quæque nomine appellantur) & me sequuntur, ut pote à quo super aquam refectionis educantur:

Act. 7.

1. Cor. 4.

Greg. orat.

pro persecutoribus.

Quid considerandum in persecutionibus.

in persecutoribus.

in persecutoribus.

in persecutoribus.

in persecutoribus.

Quibus rebus sese cõsolabatur

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Greg.

Hereticorum
vocem non
audiunt
ones Chri-
stiane.

Ephes. 4.

Trium per-
sonarum
vna deitas

Psal. 44.

quemuis etiam alium similem pastorem sequuntur, cuius vocem quata cum voluptate audiuerint, videtis: alienum autem minimè sequuntur, verum ab eo dif- fugient: quandoquidem eum iam habitum contraxerunt, vt familiarem vocem ab aliena internoscant. ¹⁴ Valentini vnus in duo sectionem fugient, rerum opificem à bono nequaquam distinctum esse credentes: Bythum insuper & Sigen & ¹⁵ fabulosos Aeones fugient, dogmata sanè profundo gurgite ac silentio digna: Marcionis quoque conflatum ex elementis & numeris Deum fugient. ¹⁶ Montani perniciosum & muliebrem spiritum, Manis vnà cum tenebris materiã, Nouati arrogantiam, ac ¹⁷ sitam in verbis puritatem, Sabellij resolutionem & cõfutionem, atque (vt ita loquar) absorptionem, tres personas in vnam contrahentis, ¹⁸ ac non vnam in tribus personis substantiam constituentis, Arij & eorum, qui Arij dogma tuentur, naturarum diuersitatem, nonnunquam Iudaismum, solo videlicet ingenito diuinitatem circumscribentis, Photini terrenum Christum atque à Maria principium trahentem. Hæc inquam omnia fugient, ac Patrem & Filium & Spiritum sanctum, diuinitatem vnam adorabunt, Deum Patrem, Deum Filiũ, Deum ¹⁹ nisi te hoc verbũ excruciat) Spiritum sanctum, vnam naturã in tribus proprietatibus, intellectualibus, perfectis, per se ac separatim subsistentibus, numero quidem distinctis, diuinitate autem nequaquam distinctis. Has voces mihi hodie concedant, qui minis me insectantur, atque alia pro animi arbitratu sibi vendicent. Pater Filio priuari non sustinet, nec Filius Spiritu sancto. Id autè con- ²⁰ tingat necesse est, si tempori subiiciantur, & creati afferantur. Neque enim Dei nomè obtinere potest, quod creatum est. Ne ipse quidem baptismi iacturam facere sustineo. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Hoc si mihi abrogetur & exauthorerur, à quo tandem secundum mihi petendum erit? Quid ad hæc dicitis, ²¹ qui submergitis, vel baptismum iteratis? An quisquam sine spiritu spiritalis esse potest? An Spiritus particeps est, qui Spiritum non honorat? An honorat, qui in creatum & conseruum baptizatur? Minimè profectò. Nunquam tam multa verba profundes, vt id persuadeas. Fidem tibi datam non fallam, Pater principij expers: fidem non fallam, Verbum vnigenitum: fidem non fallam, Spiritus sancte. Scio quid professus fuerim, cui nuncium remiserim, cui me adiunxerim. Nõ ²² fero, cum pij hominis voces edoctus sim, impias edoceri, cum veritatem cõfessus sim, mēdacio iungi, cum sanctitatis hauriendæ causã descēderim, magis prophanus ascendere, cum vt victurus baptizatus sim, in aquis interire, quemadmodum fœtus qui inter ipsos partus dolores extinguntur, eodẽmque momento, quo nati sunt, morte opprimuntur. Quid me in eodem articulo beatum ac miserum facis, recenti luce perfusum, & lucis expertem: diuinum & impium: vt spem quoque ²³ instaurationis nostræ quasi naufragio amittam? Vt breuiter tecum agam, confessionis tuæ memor esto. In quo nomine baptizatus es? in Patre? rectè: verum id adhuc Iudaicum. In Filio? præclare: hoc iam nequaquã Iudaicum, sed nondũ tamẽ ²⁴ plenum atq; perfectũ. In Spiritu sancto? optimè: numeris omnibus absolutus est hic baptismus. Verum heus tu, an simpliciter in hæc tria? aut quoddam etiam nomen est, quod tribus his communiter conueniat? maximè. quodnam hoc? nimirũ ²⁵ Dei nomen. In hoc igitur commune nomen crede, & prosperè incede, & regna, atque hinc ad alterius vitæ beatitudinẽ emigrabis. Ea porrò (vt mihi quidẽ videtur) in expressiore horũ cognitione, ac perceptione sita est: ad quã vtinã ipsi quoque perueniamus in ipso Christo Deo nostro, cui gloria & imperiũ cū Patre principio carente & viuifico Spiritu nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

SCHOLIA.

1. An hic quoque eodem tecum honore præditum) His verbis tacitè eos perstringit, qui Filium & Spiritum sanctum creatos esse affirmabant, ac proinde in conseruorum ordinem redigebant.
2. Quam qui nunc bello nos laceſſunt) Bellum illud intelligit, quod Theodosius cum barbaris gessit, ac felicissimè confecit. Atque eleganti antithesi vsus est, cum Trinitatem ab impijs solutam atque diuisam, barbarorum copias coniunxisse dixit.

3. Tu Achab, ego Iosiam) Per Achab vel Constantium, vel potius Valentem intelligit: Per Iosiam Iouinianum, vel Valentinianum, aut ipsum etiam Theodosium.
4. Ac ne Christianum) Niceph. lib. 11. cap. 28. & ante eum Theodoritus lib. 4. cap. 22. Petri Alexandrini antistitis epistolã profert, in qua tota hæc tragœdia exponitur. Huius choragus fuit Ethnicus Palladius gentis præfectus. Quod autem de saltitatore illo & impuro concionatore Gregorius ait, ad hunc modum ibidem Petrus narrat. Nam velut in scenio ludorum dissolutorum, vt puer sexum masculi abnegas, & mulieris expetens, sibi, sicuti scriptum est, oculis perunctis & fuco facie rubricata, quemadmodum quæ apud eos sunt simulachra, habitu muliebri in ipso sanctiore altari, ubi descensum Spiritus sancti inuocamus, cõuersione scitè in orbem facta, huc atque illuc manibus gesticulans saltaret, fecerunt prolixè admodum videtes, atque nefarias voces addentes. Alij autem & hoc ipsum factum non satis ad obscenam temeritatem esse putantes, & quæ iam patrata fuerant decora potius quam nefanda existimantes; ex ipsis quendam obscena fœditate throno imposuerunt, & scœdum contra Christum concionatorem appellarunt. Nam pro diuinis verbis turpitudinem protulit, pro oratione graui & sancta impudicam lasciuiam, pro pietate impietatem, ac pro temperantia fornicationem, adulterium, masculorum concubitum, furtum, cibum & potum vnà cum alijs eiusmodi ad vitam vtilia & commoda esse docens.
5. Humanam naturam) Αὐθωπία. In vetustissimo tamen codice legitur ἀνθρωπίνη. i. inhumanam. Prior tamen lectio ad declarandam Arianorum crudelitatem magis quadrare videtur.
6. Quosnam presbyteros) Socrates in hist. trip. lib. 4. cap. 16. presbyteros 80. iussu Valentis à Modesto præfecto in mari concrematos fuisse narrat.
7. Eiusdem enim sodalitiij) Γ. τ. & αὐτῆς φαρμάκου, eiusdem farinae atque officinae, & vt eleganter ait Gregorius Palamas, ἀδελφὰ ἐὶ δὲ μὲν ἄλλα, ἐν τῷ αὐτῷ κρημνί. Quamquam non tam hoc vult Theologus, has crudelitates, quas mox oratione complexurus est, iis quas antè commemorauit, similes esse, quam ab iisdẽ Arianis editas ac designatas fuisse.
8. Quasnam vel mortuorum vel viuorum) Diximus in scholijs superioris Orat.
9. Et quoniã tu mihi meretriciã) Impudens quidã & perfricta frõris hereticus Gregorij orationes ἀποπικὰ, i. meretricias et impudicas appellauerat, quẽadmodũ narrat in Orat. quã in 140. Episcoporu præsentia habuit.
10. Immaniores se præbuerunt) Paucissimis his verbis importunam Arianorum crudelitatem apertissimè declarauit. Necesse enim fuit extremam in ipsis fuisse feritatem, qui ne imperante quidem Theodosio pio atque orthodoxo principe quiescere potuerunt, sibi que ab effundendo piorum sanguine temperare.
11. Quæ semel in fauces transmissa) Eandem sententiam alijs verbis Hieronymus extulit in epistola ad Paulinum de Instit. monachi. Quicquid post gulam non sentitur, idem tibi sit quod panis & legumina. Et in comment. in Eccle. cap. 6. Cum paululum gulam delectauerit cibus, tandiu videtur tribuere voluptatem, quandiu gutture continetur. Cum verò in alium transferit, desinit inter cibos esse distantia. Meritò itaque Lucianus in Nigrino belluones in quatuor digitorum gratiam laborem omnem suscipere ait, quantum videlicet se longissimum hominis guttur porrigit. Et Io. Chryſ. orat. 1. de ieiunio: Quæuis voluptas ciborum non diutius durat, quam quousque absorbeat: vt transferint organum gustus, sunt quasi non fuerint.
12. Nouam illã Hierusalem, hoc est Zeuxippum) Helena, vt est apud Niceph. lib. 8. cap. 30. In Caluarie monumento templum eximium condidit, eique nouæ Hierusalem nomen indidit. Zeuxippus autem, vt idem author refert lib. 9. cap. 9. publicum & celebre amplissimũque erat lauacrum, postea Numerorum appellatum. Cuius etiam meminit Zonaras in vita Iustiniani, balneãque Seueri Imperatoris esse ait. His itaque verbis Constantinopolitanorum mollitiem amentiamque grauissimè notat, qui non minore studio animique ardore ad Zeuxippum confluebant, quam si ad visendam nouam Hierusalem sese conferrent.
13. Vinculisque fortasse dignus) Alludit ad illud Esaiæ, Vinciamus iustum, quoniã incommodus est nobis.
14. Valentini sectionem vnus in duo) De his vide scholia præcedentis orationis.
15. Fabulosos Aeones) Qui hanc Valentini fabulam Æonicam legere plenè volet, videat Iren. lib. 1. & Tertullianũ ac Epiphaniũ cõtra Valentinianos. Porro D. Hilarius lib. 6. de Trinit. Æones vertit eternitates.
16. Montani perniciosum & muliebrem) Hoc dixit propter Priscam & Maximillam Montani prophetissas. Vide August. in lib. de Hæres. ad Quoduultdeum.
17. Ac sitam in verbis puritatem) Nouatus enim & qui se illi addixerant, Catharorum nomen sibi arrogabant, cum re impurissimi essent.
18. Nisi te hoc verbum excruciat) Hoc dixit propter Macedonianos sancti Spiritus hostes, quorum tum & multis alijs in locis, & potissimum in vrbe Constantinopolitana grassabatur hæresis.
19. Qui submergitis vel baptismum iteratis) Ἐ. οἱ καὶ τὰ βαπτισμῶν, ἢ ἀδελφῶν. Vocum collusio, cuius gratiam Latina versio repræsentare non potest. Alterum demergere significat, & aquis obruere: alterum, denudò tingere. Porro his verbis Eunomium insectari videtur. Nam is, vt testatur Epiphanius lib. 3. tomo 1. iam baptizatos iterum baptizabat in nomen Dei increati, & in nomen Filij creati, & in nomen Spiritus sanctificandi vim habetis, atque à creato Filio creati. Quare hunc baptismum non immeritò catabaptismum. i. demersionem interpretatur Theologus: quod huiusmodi aqua non abluantur sed obruatur anima. Potest etiam hic locus alio modo, ac fortasse commodius explicari, vt dicamus Nazianzenum hoc verbo ad eum baptizandi modum, quo vt dicebatur Eunomius alluisse. Quidam enim affirmarũt, quod eos quos baptizaret, in caput baptizaret, pedibus sursum versis, & capite deorsum.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO DE moderatione in disputationibus seruanda, & quod non est cuiusuis hominis, nec cuiusuis temporis de Deo disputare.

ARGUMENTVM.

Nunquam vno tempore tot haeresum procellis concussa, tot errorum fluctibus agitata fuerat Ecclesiae nauis, quam cum hanc orationem habuit Theologus. Hinc eam infestis animis Ariani, ique inter se dissectissimi oppugnabant. Hinc Macedoniani acerrumè impetebant. Hinc Apollinaristae magno conatu atque impetu in eam ferebantur. Hinc Marcelliani eam omni animorum rabie peruellere tentabant. Hinc Photinus in ipsius oppressionem sollicitus incumberebat. Nam de Nouatianis nihil dicendum puto, qui tametsi seorsim ab Orthodoxis conuentus agerent, tamen ab horum sectariorum, quos modò commemorauimus, placitis abhorrebant. in hac tam facta atque horrenda caligine & tempestate, miserè confusa ac sursum deorsumque permixta erant omnia. Non Episcopis grauitatis & constantiae, non plebi humilitatis & obedientiae ratio constabat. Illi relicta morum institutione sublimissima fidei nostrae mysteria assidua disputatione versantes, atque humanae sapientiae argumentis confirmare nitentes, clarissima doctrinae densissimas dubitationis tenebras inuehebant. Populus rursus mali contagione afflatus atque infectus eò insolentiae prorumpebat, vt de diuinis mysteriis praecipuisque religionis capitibus disputare sibi licere putaret. Hoc & suo saeculo factum deplorabat Hieronymus. Quod quam perniciosum ac pestiferum esset, ex hac tristi & calamitosa Ecclesiae deformitate cuius promptum est coniectura assequi. Vt igitur huic morbo medicam manum admoueret Gregorius, hanc orationem pronuntiauit, in qua primum Ecclesiae statum velut in theatro spectandum proponit, ac morbi magnitudinem & grauitatem explicat, deinde fontem ipsum detegit, atque omnium haeresum dissidiorumque causas in praecipitem & effrenatam animorum acrimoniam confert. Mox remedium promit, atque ad mediocritatis & modestiae studium hortatur. Atque hic latissimo sese aperiente campo laudes ordinis copiose prosequitur: ibique satis expatiatus orationem contrahit, atque ad hypotheseum reuersus de Ecclesiae ordine & disciplina multa disserit. Tum eorum impudentiam insectatur, qui neglecta officij sui ratione docendi ius licentiamque sibi arrogabant, atque vt temeritatem tantam coercean, quanta sit huius muneris difficultas, quam non inuidenda, sed potius miseranda sit ea dignitas, exponit. Post moderationis exempla tum à veteri tum à nouo Testamento petit, ac deinde quaedam obiectionum offendicula subiecta responsione submouet ac de medio tollit. Hinc eò deuoluitur, vt ostendat nihil necesse esse promiscuae plebi sublimibus arduisque disputationibus implicari, sufficere ei, vt corde credat, atque ore confiteatur. Atque hanc propositionem loco communi exornat, docens omnia, quae vel ad vitam vel ad salutem necessaria sunt, Dei beneficio cunctis ex aequo patere, reliqua nec ambitiosè affectanda, nec temere vsurpanda esse. Demum extremae arrogantiae esse demonstrat, cum ne creationis quidem nostrae compositionisque rationem intelligere ac perficere queamus, diuinae naturae abyssum cognoscere & comprehendere velle. Tandem orationem ad eos conuertit, qui alios nimium temere impietatis crimine damnatos ab Ecclesia proscribebant, ac quae in fratris correctione ratio tenenda sit, docet. Postremò importunam disputandi libidinem hoc argumento extinguere ac profligare nititur. Si sunt viae multae in caelum ferentes, non vni tantum insistendum est, nempe ei quae in disputatione sita est. Atqui sunt permultae. Ergo & c. Probatum assumptio ex eo Euangelij loco, vbi ait Christus, In domo Patris mei multae mansiones sunt.



Quoniam prompto animo, frequentissimoque coetu conuenistis, ob eamque maxime causam nobis negociandi munus incumbit, age merces quaedam vobis offeramus, si minus communi huic vestrae animorum alacritati pares, viribus certe nostris haudquaquam inferiores. Illa enim maiora postulat: haec autem mediocria solum praestant atque afferunt. Porro satius est id quod per facultates licet, afferre, quam officio penitus deesse. Non enim qui huiusmodi res non potuit, in culpa est: sed qui noluit, crimini & poenae obnoxius est, siue de diuinis, siue de humanis rebus loquamur. Atque ipse quidem exiguus & tenuis sum pastor, pastoribusque aliis, vt parca dicam, nondum gratus atque acceptus: quod recto ne iudicio ac ratione, an malevolentia & contendendi studio fiat, nescio. Deus scit, inquit Apostolus, idque reuelationis dies perspicue declarabit, ignisque ille postremus, quo omnia nostra dicta factaque iudicio perpendentur aut purgabuntur. Enitar tamen, quantum poterò, daboque operam, ne gratiam diuinitus acceptam premam atque occultem, ac lucernam sub modio ponam, talentumque in terra defodiam (haec enim à vobis

1. Cor. 3.

Matt. 5. 25.

à vobis saepe in me contorqueri memini, cum mihi cessationem atque desidiā obiceretis, silentiumque nostrum grauiter & iniquo animo ferretis) verum vt veritatis doctrina vos instituiam, ac Spiritui conciliem. Vnde igitur animos vestros componere atque instaurare aggrediar, fratres mei? aut qua oratione egregios athletas, quorum festum hodie celebratur, ornabo? Quid primum dicam, aut quid maximum? quid animabus vestris maximè profuturum? quid huic temporari commodissimum? Id verò hac demum ratione perspiciemus: Quidnam in nostra doctrina praestantissimum est: pax. addam etiam, vtilissimum. Contrà, quid turpissimum ac perniciosissimum? voluntatum disunctio. Quoniam autem à nobis proposita est haec quaestio, & eadem responso explicata, quod secundum est percunctabor. Quidnam praecipue illam sustulit, & hac inuexit? vt, quemadmodum in corporum morbis, causas primum ipsas circuncidamus, perturbationumque animi fontes obstruamus aut exhauriamus, atque ita profluentes illinc riuulos effectusque simul amputemus. Neque enim fieri potest, vt principiis non rectè perspectis atque exploratis quidquam de fine praclare cognoscamus. Vultis igitur ipsi contentionis huiusce causam proferre? an mihi potius medici munere fungenti eam expendendam & emendandam relinquitis? Ego enim vt ad dicendum paratus sum, si ita voluntas vestra tulerit: ita multò ad audiendum paratior fuero, si cui in medium prodire atque orationem habere collibuerit. Sed nihil dubito, quin hanc mihi prouinciam concedatis, quem non omnino imperitum & contemnendum morborum huiusmodi medicum, aut curandarum animarum ignarum, fortasse existimatis, siue id rectè siue secus arbitremini. Nec verò mirum vobis videatur, si nouam & ab animorum vestrorum sensibus alienam orationem attulero. Quamquam enim ab expectatione & opinione vestra, non tamen à veritate abhorrebit, vt quidem ipse affirmo, ac vos assentiemini, si ad extremum vsque audire sustinueritis, ac non id ipsum, quod obiecturus sum, admiseritis, nimirum vt praefuore animorum, ac praecipiti impetu, antequam ad calcem oratio peruenerit, exurgatis. Ingenia quaedam magna & feruentia tumultus istos, in quibus versamur, excitarunt, non illa quidem simpliciter magna & feruentia (non enim ij sumus, qui vigorem animorum & acrimoniam in vitio ponamus, sine qua nemo facile insigni aliqua pietatis laude, aut alia virtute praestiterit, sed quae cum generositate temeritatem imprudentiamque audaciae parentem coniunctam habeant. Infirmæ enim & imbecilles naturæ tam ad virtutem quam ad vitium languescunt atque aegrè impelluntur, neque in alterutram partem magnopere feruntur: vt non incommodè hominum torpore oppressorum incessibus comparari possint. At generosi animi quemadmodum si rationis magisterio regantur & coercean, magnum ad virtutem momentum afferunt: ita si à scientia & ratione deserantur, non minus momenti ad vitium habituri sunt. Sic nimirum equum acris esse ac generosæ naturæ necesse est, qui quidem siue in bellis atque acie, siue in ludicro cursu & certamine victor sit discessurus: at idem tamen nullum vquam egregium sui usum praebuerit, nisi fræno institutus atque accuratiori exercitatione cicuratus fuerit. Atque hoc vt plurimum est, quod membra lacerauit atque distraxit, fraternam concordiam diuulsi, tranquillum urbium statum perturbauit, multitudinem furore praecipitem egit, gentes ad bellum armauit, reges in mutuū exitium concitauit, sacerdotes cum plebe & secum etiam ipsos, plebem rursus non minus ipsam secum quam cum sacerdotibus commisit, patres cum liberis, liberos cum parentibus, viros cum vxoribus, vxores cum viris. Hoc omnia benevolentiae nomina permiscuit, atque confudit, seruos & dominos, discipulos & praecipitantes, senes & iuuenes, conuulsaque & proculcata pudoris lege, quo nullum maius adiumentum ad virtutem excogitari potest, contumaciae arrogantiaeque legem induxit: factique sumus non iam tribus ac tribus separatim, quod olim Israël obiectabatur, nec Israël & Iuda, duo inquam illa vnus eiusque perangustæ gentis segmenta, sed multò sceleratius per domos &

Festū Mart. tyrum.

Pax vtilis.

Discordia turpis ac perniciofa.

Schismatis causa efficiens.

sent.

simil.

Verecundia ad virtutē multū confert. Parol. 10.

familias sodalitiâque necessaria, ac velut in se quisque diuisi sumus, vniuersus orbis terrarum, vniuersum hominum genus, ad quos Dei verbum fideique doctrina peruagata est. Principum multitudo in pestiferam licentiam recidit, atque ossa nostra supra infernum dissipata sunt. Quasi verò necessum esset, vt extremis hostibus domitis in nosmetipsum arma verteremus, mutuisque vulneribus confoderemur, ac furentium ritu ne propriis quidem carnibus parceremus, tantumque à miserâ nostrâ sensu absumus, vt maiorem ex hoc malo, quàm alij ex pace & concordia, voluptatem capiamus, calamitatêque lucro deputemus, oppressionêque nostra & euerfione cultum obsequiumque Deo præstari existimemus, ac diuidamur & incédamur non laudabili ac præclara, sed flagitiosa diuisione, nec incendio illo purgante, sed funesto & exitiali. Non enim acutus ille & penetrabilis sermo, hoc est Christi gladius pius ab impiis diuidit, nec ignis iacitur & accenditur, hoc est fides, & spiritus feruor vitiosam materiam absumens atque exhauriens: sed contrario planè ac prius, modo, scindimur & consumimur. Hoc Ecclesiam, quæ vna est, in multas partes proscidit atque disiunxit, non in vnum Paulum, aut Cepham, aut Apollo, aut quempiam plâtatorem, vel rigatorem, sed multos Paulos & Cephas & Apollones, à quibus ipsi iam non ab eximio illo & communi Christi nomine vocamur, cõsque authores agnoscimus atque profite-mur. Et vtinã mihi hoc solùm dicere liceret. Verùm & multos Christos (horresco referens) pro vno produxit, genitum, creatum, & à Maria incipientem, & eò vnde in rerum naturam prodiit dilabentem, & mentis expertem hominem, & reuera, ac specie tenuis existentem. Consimili modo plures quoque Spiritus designauit, increatum, & honore parem, & creatum, & vim atque facultatem, & simplex ac nudum Spiritus nomen: cùm vnum Deum Patrem agnoscere oporteat principij expertem & ingenitum, vnũ Filium ex Patre genitum, vnum Spiritum ex Deo substantiam habentem, hoc solo nomine Patri cedentem, quòd non ingenuus sit, vt ille, hoc item solo Filio, quòd non vt ille generatus sit, cæterà autem eiusdem omnino naturæ, dignitatis, honoris, gloriæ, cùm, inquam, hæc agnoscere oporteat, hæc confiteri, hic gradum figere, prolixas autem nugas ac prophanas verborum nouitates ociosis hominibus relinquere. Quid hæc omnia excitauit? animi acrimonia sine ratione & scientia præceps & effrenata, fideique nauis gubernaculo carens. Quod cùm perspectũ habeamus, fratres, demus operã ne ad bonũ torpescamus, sed Spiritu ferueamus (ne alioqui paulatim in mortem obdormiamus, aut dormientibus nobis perniciofa zizania hostis superferat. Ignauia enim & segnitias somno cõiuncta est: nec rursus cū temeritate & cæco nostri amore inferuescamus, ne in transfuersum abripiamur, viâque regia excidamus, atque in horum alterum necessariò incidamus, vt vel calcaribus propter tarditatem opus habeamus, vel propter temerarium animorum impetũ in præceps ruamus. Quin potius curam adhibeamus, vt vtriusque vtilitatẽ colligamus, illius nimirum lenitatem & moderationem, huius zelum, vtriusque rursus vitium fugiamus: illius scilicet veterinosam pigritiam, huius verò temeritatem. Hac ratione fiet, vt nec ob defectum steriles & infrugiferi simus, nec propter excessum periclitemur. Quàm enim inutilis est iners ac supina segnitias, tam inutilis est stulta acrimonia: illa à bonis atque honestis actionibus refugiens, hæc eadem præteriens, ac dextro dexterius aliquid constituens. Atque id probè cognitum & exploratum habens Solomon, ne declines, inquit, ad dextram neque ad sinistram: ne per contraria in æquale malum incidas. Quãquam alioqui quod natura dextrum est, his verbis laudat. Vias dextras nouit Deus: peruersæ autem sunt sinistra. Qui fit igitur, vt qui dextrum laudat, idem à dextro nos auertat? Intelligit profectò quòd dextri speciem habet, cùm reuera tale non sit. Quòd etiã spectans alio loco inquit, Ne magnopere iustus sis, nec supra modum sapiens. Par etenim iustitiæ sapientiæque detrimentum affert acris hæc, tam circa actionem quàm sermonẽ animi affectio, virtutis nomen propter excessum amittens. Hanc enim

enim defectus & excessus peræque labefactant, non secus ac regulam additio aliqua aut subtractio. Nemo igitur sapientior sit quàm conueniat, nec lege exactior, nec luce splendidior, nec amissi rector, neque præcepto diuino sublimior. Id verò ita demum assequemur, si modesti & compositi esse curemus, naturæ leges comprobemus, rationem ducem sequamur, ordinem disciplinamque non aspernemur. Aspicite in cælum sursum, & in terram deorsum, atque animaduertite quo pacto tota hæc rerum moles constructa & coagmetata fuerit, vnde originem habuerit, quid ante exornationem erat, & quo iam nomine vniuersum appelleretur. Ordine omnia concinnata atque distincta sunt, & quidem concinnatore Verbo: non quòd vt vna res, ita omnes confertim ac repete produci non possent (nam qui ea quæ non erant, produxit, productisque formam & habitum dedit, idem profectò nequaquam infirmitate prohibebatur, quominus omnia simul in lucem ederet & exornaret) Verùm ob hanc causam aliud primum, aliud secundum & tertium numeratur, ac sic deinceps, vt simul cum creaturis ordo statim ingrediatur. Ordo itaque omnia cõstituit & colligauit. Ordo cœlestia & terrestria continet. Ordo in iis quæ ratione & animo intelliguntur, seruat: Ordo in iis quæ sensibus percipiuntur: ordo in angelis: ordo in astrorum motu, magnitudine, mutua relatione, & splendore. Alia enim est gloria Solis, alia Lunæ, alia stellarum. Stella enim à stella claritate differt. Ordo in anni temporibus aptè & distinctè tum progredientibus, tum recedentibus, ac per moderatam intermediorum temporum qualitatem extremorum asperitatem mitigantibus. Ordo in diei & noctis mensuris & interuallis. Ordo in elementis ex quibus corpora constant. Ordo cælum in orbem duxit, aërem explicauit, terrã supposuit, aut etiam superposuit, humidam naturam fudit atque in vnum locum cõtraxit, ventos dimisit, sed non ad hominum perniciem immisit, aquas in nubibus adstrinxit, sed non retinuit, verùm in totius terræ faciem decenter & æqualiter sparfit. Idque non ad breue tempus, aut in vnam quãdam tempestatem, sed ab ipsis mundi primordiis in finem vsque eandem viam partim recto cursu, partim orbiculariter conficientia, fixaque simul & motu agitata, illud vi Verbi & facultate, hoc rei fluxæ & fragilis natura. Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit. Illud constitutionis & coagmentationis est, & si quid factum est, aut fiet: hoc fluxionis & dilapsionis. Atque ordine quidem florente & dominante mundus est vniuersum hoc quod cernitur, ac pulchritudo certa atque tranquilla. Contrà autem perturbatio & confusio, in aëre tonitrua, in terra tremores, in mari naufragia, in vrbibus domibusque bella & dissidia, in corporibus morbos, in animis peccata procreauit. Hæc enim omnia non pacis nec ordinis, sed confusionis & perturbationis sunt nomina. Quin celebratam quoque illam mundi vastitatem atque omnium sermonẽ tritam, & in expectatione positam, haud quicquam aliud esse existimemus, quàm profusam quãdam & redundantem omnium rerum confusionem (vt enim ordo constringit, ita perturbatio soluit, ac dissipat) cùm videlicet ei totam hanc rerum machinam dissoluere, aut in præstantiorem statum commutare visum fuerit, à quo coniuncta ac veluti vinculis quibusdam constricta est. Ordo cunctis animantibus ortum & alimentum sedesque vnicuique commodas & congruentes indixit, & quasi lata lege præscripsit. Ac proinde nec delphinum quisquam arua sulcantem vidit, nec bouem per aquas lubricum iter carpentem, quemadmodum nec solem noctu decrefcentem, vel ad plenam magnitudinem augetentem, nec rursus lunam mortalibus interdiu prælucentem. Montes excelsi ceruis: petra refugium herinaciis. Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum. Vt nox terram caligine obduxit, statim homo somno contrahitur, quietique se tradit: feræ autem liberè grassantur, ac pabulum quærunt à creatore porrectum. Vt sol illuxit, extemplo bestię congregantur, atque homo ad operas properat. Ita ordine inter nos iuxta naturæ legẽ cedimus. Addã, quòd maximũ est, propositoque nostro conuenien-

Rom. 12.

Ordo in omnibus creaturis seruat.

1. Cor. 15.

Aque superposita terra.

Psal. 148.

Confusio quid peperit.

Psal. 105.

Nox.

Dies.

tissimum. Ordo ex massa partim rationali, partim à ratione auersa hominem rationale animal construxit, atque arcano & ineffabili modo terram cum mente, mentem cum Spiritu vinxit. Atque vt mirabilius quiddam in figmento suo atque opere patret, idem ipsum & conseruauit & dissoluit. Alterum enim superinduxit, alterum subduxit, non secus atque in aquarum fluxu, corporique mortali immortalitatem solutione comparauit. Ordo nos à mutis animantibus distinxit, ciuitates condidit, leges instituit, virtutem honoribus, vitium poenâ affectit, artes excogitauit, matrimonia conciliauit, ac per acrem erga susceptos liberos amorem feram & agrestem vitâ ad humanitatem excoluit, & quod terreno hoc & carnali amore maius est, diuinum amorem animis nostris infixit. Quid singula commemorare pergo? Ordo omnium rerum pater & salus est, solusque Verbi rerum omnium conditoris & architecti sermone commodè vti queat, si quidem vocem acceperit. Cùm mundus à Deo crearetur ac produceretur, ego illi assisitebam omnia componens atque conglutinans. Cùm adornaret thronum suum supra ventos, ac supernas nubes roboraret, cùm fundamenta terræ iaceret, & velut firmos & tutos supercœlestes fontes statueret, ac Spiritu oris sui virtutem omnem illis afferret. Atque vt ad rem ipsam, cuius causa hæc omnia disserui, & ad quam iam pridem nostra festinat oratio, veniamus, ordo in Ecclesiis quoque constituit, vt alij oues sint, alij pastores, alij presint, alij subsint atque imperia accipiant, alius caput sit, alius pedes, alius manus, alius oculi, alius aliud quoddam corporis membrum ad totius Ecclesiæ concinnitatem & ornatum, vtilitatemque vel subditorum vel præfectorum. Et quemadmodum in corporibus licet membra inter se abrupta atque distracta non sint, verum tota illa cogeris vnum corpus sit ex diuersis membris conflatum: non tamen eadem est omnium vis & facultas, tametsi alioqui ad benevolentiam concordieque necessitatem honorisque parem in disparibus rationem alia aliorum opera ex æquo indigeant. neque enim oculus incedit, sed viam commonstrat, nec pes prospicit, sed ingreditur ac loca permutat: nec lingua voces accipit, id enim aurium munus est, nec rursus auris loquitur, quod linguæ officium est. Et naris quidem eorum quæ olfactu sentiuntur, organum est, guttur autem sicut Iob ait, cibos degustat, manus porrò dandi atque accipiendi instrumentum est: mens denique omnibus præest atque imperat, nimirum à qua vis sentiendi proficiscitur, & ad quam sensus omnes tendunt & referuntur. Ad hunc quoque modum apud nos, hoc est, in communi Christi corpore res se habet. Omnes enim corpus vnum in Christo sumus, singuli autem Christi, atque alij aliorum membra. Alij enim dominantur & præsent, alij parent ac reguntur. Et quanquam non eadem sit vtrorumque actio, nisi quis idem esse contendat præesse quod parere: sunt tamen vtrique in vnum Christum, ab eodem Spiritu constructi atque compacti. Ac rursus quemadmodum inter eos qui subsint, permagnum discrimen reperitur, vt qui & doctrina & vsu atque exercitatione & ætate inter se distent: eodem modo inter præfectos quoque non parua differentia est, ac Spiritus prophetarum prophetis subiici cùm Paulus ipse affirmet, non est cur de ea re quisquam dubitare debeat. Et quosdam quidem, inquit, posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò prophetas, tertio pastores & doctores: primum propter veritatem, alterum propter vmbra atque obscuritatem, postremum propter vtilitatis illuminationisque diuinæ mensuram & actionem. Et Spiritus quidem vnus est: ceterum dispares gratiæ, quandoquidem nec paria sunt Spiritus conceptacula. Alij enim per Spiritum datur sermo sapientiæ & speculationis, alij sermo scientiæ & reuelationis, alij fides certa & indubia, alij virtutum sublimiumque miraculorum editiones, alij gratiæ curatum, opitulationes, hoc est defensiones & patrocinia, gubernationes, hoc est carnis castigationes, genera linguarum, interpretationes linguarum, aliis denique præstantiores, aliis inferiores gratiæ, pro fidei nimirum ratione & proportione. Hunc ordinem, fratres, reuerentiamur, hunc tueamur & obseruemus. Alius auris sit, alius

Prou 8.

Psal 32.
Ordo in Ecclesiis necessarius.

Iob 34.

1. Cor. 14.
Ephes. 4.
1. Cor. 12.
Ordinè in ecclesia constitutum reuereri oportet.

fit, alius lingua, alius manus, alius aliud quiddam. Alius doceat, alius discat, alius propriis manibus bonum operetur, vt habeat, quod egentibus impertiatur. Alius præsit ac plebem moderetur, alius per officiosum ministerium iustitiæ laudem consequatur. Qui docet, in modestia doceat. Prophetæ enim duo aut tres loquantur, idque vicissim, atque vnus interpretetur. Quod si alij reuelatum fuerit, primus loco ipsi cedat. Qui discit, in obedientia: qui tribuit, in hilaritate: qui ministrat, in alacritate. Ne linguæ munere, quod omnium promptissimum & paratissimum est, fungamur: ne omnes Apostoli simus, ne omnes prophetæ, ne omnes interpretes. Quanquam enim amplum & præclarum est de Deo verba facere: præclarius tamen est seipsum Deo purum exhibere. Neque enim in malignam animam sapientia intrabit. Atque ad iustitiam serere, & vitæ fructum vindemiæ instar colligere iubemur, vt scientiæ lumine collustremur. Ac Paulus ipse nos per Domini amorem & dilectionem ei innotescere vult, ac demum per huiusmodi notitiam doctrinam haurire, atque hanc ad cognitionem viam tumida & inflante scientiæ opinione meliorem esse censet. Magnum & illustre est doctorem se profiteri: audio: sed discere periculo vacat. Quid pastoris munus tibi ouis arrogas? quid pes caput fieri contendis? quid exercitum ducere aggredieris in militum ordinem adscriptus? Quid magna quidem illa, ceterum incerta & periculosa maris lucra consectaris, cùm terram tutò colere atque exercere liceat, etiam si minori quaestu. Si vir secundum Christum es, ac sensus habes exercitatos, clarissimoque scientiæ lumine colluces, age Dei sapientiam loquere, eam inquam, quæ apud perfectos prædicatur, & quæ in mysterio abscondita est: idque ita demum, si commodum tempus nactus fueris, eamque fidei tuæ commissam habueris. Quid enim à teipso habes, quod Dei munere non acceperis? Sin autem ætate adhuc tenera es, atque humili & abiecto animo viribusque infirmioribus, quam vt ad sublimiora progredi euehique possis, Corinthios imitare, lactis alimonia contentus esto. Quid solidiorem cibum expetis, quem membra præ imbecillitate conficere atque in alimentum vertere nequeant? Loquere fanè, si quid silentio melius & excellentius habes: at vbi silere præstat quàm loqui, silentio acquiesce. Nosti enim laudatum illud, ordinem labiis constituere, atque alia dicere, alia audire, alia laudibus vehere, alia non tamen acerbè & importunè reiicere. Nescitis, fratres, qua difficultate premamur, nos inquam, qui hinc magnificè & fastuosè præsidemus, atque hæc vobis plebeij ordinis hominibus, quasi lata lege promulgamus. Ac fortasse nec nostrum plerique (quod deplorandum est) intelligunt, quo modo apud Deum & cogitatio omnis & sermo & actio expendatur, nec apud Deum duntaxat, verum & apud omnes ferme homines, qui cùm rerum suarum tardi sint iudices, in alienis tamen censoriam virgulam celerrimè arripiunt, citiusque aliis grauissima errata quàm nobis leuissima concesserint, ac licet ipsi rudiores atque indoctiores sint, citius tamen nobis impietatis crimen impegerint, quàm vt ignorantiam suam accusent. Nescitis quantum Dei donum sit silentium, quàmque benignè cum eo agatur, qui loquendi necessitate cōstrictus non est, vt arbitrato suo alterum eligere, alterum fugere queat, atque sibi & sermonis & silentij promus condus sit. Nam cùm omnis oratio suapte natura imbecillis sit, facilèque percellatur, ac propter sermonem ex aduerso oppositum libertate careat: tum verò ea, quæ de Deo suscipitur, tantò plus habet difficultatis, quantò maius subiectum est, & zelus ardentior, & periculum grauius. Et qua tandem fiducia subnixi atque erecti metum hunc depellemus: mentis, an sermonis, an auditus? cùm in tribus his rebus periculum versetur. Nam & intellectu res diuinas percipere arduum, & verbis explicare perdifficile, & purgatas aures nancisci maioris laboris & difficultatis. Lux quidem Deus est, atque adeo lux omnium sublimissima, cuius perexiguus quidam riuus ac radius ad inferiora progrediens lumen id omne est, quod cernimus, quantumuis splendidum videatur: sed caliginem nostram, vt vides, calcas, ac latibulum suum tenebras posuit, easque inter se

1. Cor. 14.

Rom. 12.

Sap. 1.

Ose. 10.

1. Cor. 8.

Eph. 4.

Hebr. 5.

1. Cor. 2.

1. Cor. 4.

1. Cor. 3.

Silentij laus.

Periculum triplex cōtionanti.

Psal. 17.

Exod. 34. & nos, quemadmodum olim Moses velamen inter se & Israëlitis cœcitatē in-
 teriecit: credo, ne sepositam ac reconditam pulchritudinem, paucisque perspi-
 ciendam caliginosa natura facile videat, facileque affecuta, facile quoque pro-
 pter adipiscendi facilitatem amittat & abiiciat: verum lumen cum lumine sem-
 per in sublime trahente per appetitionem cupiditatēque versetur, ac mens for-
 dibus purgata purissimæ menti iungatur, ac partim quidem iam videat, partim
 post decursum huius vitæ curriculum, hoc scilicet virtutis defixique in Deum
 amoris, atque expressæ ipsius similitudinis præmium ferens. Videmus enim nunc,
 1. Cor. 13. inquit, per speculum & in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognos-
 co ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Quanta est vilitas no-
 10
 2. Cor. 11. stræ & abiectio: quanta rursus pollicitatio: Deum perinde cognoscere, vt cogniti
 Philipp. 1. sumus. Hæc Paulus, magnus ille veritatis præco, gētium in fide magister, qui am-
 Exod. 33. plissimum orbem Euangelio impleuit, qui vni Christo vixit, qui vique ad tertiū
 cœlum peruenit, qui paradisi spectator fuit, qui denique propter vitæ integritate-
 rem dissolutionis desiderio flagrabat. Nam quid de Mose dicam: qui vix tandem
 Dei posteriora per petram vidit (quæcunque tandem posteriora illa erāt & quæ-
 cunque petra) idque multis precibus consecutus, ac promissi compos factus, præ-
 terquā quodd minus quā exoptabat, vidit, ac plus eum fugit, quā ipsius oculis
 obuersatum est. Et quem virum dico: Pharaonis Deum, infinite multitudinis du-
 ctorem, excellentissimorum miraculorū designatorem. Tu verò quosnam vnquā
 Exod. 6. cœlitus aluisti? quam aquam è petra expressisti? quod mare virga dirupisti? quem
 14. 17. 13. populū per aquas tanquam per aridam trāsmisisti? quos hostes fluctibus obrui-
 17. sti? quos in ignis & nubis colūna deduxisti? quos Amalecitas oratione manuūm-
 que extensione, ac cruce tanto antè mysticè adumbrata fudisti & profligasti, vt
 miserè tecum & calamitosè agi putes, quod plenè atque perfectè Deum non cō-
 prehendas, atque idcirco omnia tibi moueri, ac sursum deorsūmque iactari vi-
 deantur. Ac quoniam Mosis mentionem feci, nōne hinc gratiæ diuinæ seriem,
 Exod. 19. ordinisque legem didicisti? Si Mosē virtutibus refers, nubem quoque ipsam
 18. ingredi, & Deum alloquere, & vocem audi, & legem accipe, atque promul-
 ga. Si autem Aaron es, simul fanè ascende: verum extra nubem in propinquo cō-
 30
 siste. Si verò Ithamar quispiam aut Elcazar atque à Mose tertius, ordinisque se-
 natorij, & ex illorum numero, longius adhuc gradum fige, sedēque tertia acqui-
 esce. Quod si plebeius quispiam, infimique ordinis, mons ipse te arcet, quippe
 quem, etiam si bestia tetigerit, lapidibus opprimetur. Deorsum manē, vocemque
 Hebr. 12. solam audi, idque etiam postquam te ipsum, vt iussus es, purificaueris atque ex-
 Ordo ve- teris sacer- dotij. piaueris. Atque vt vberius te instruam, quis sacerdotum manus initiabat & con-
 fecrabat? Moses. Quis eorum qui initiabantur, primus erat? Aaron. Quis autem,
 quod antè à nobis dictum oportuit, ea quæ ad Deum spectabant, curabat? Quis
 rursus populo vocis instar erat? Iam in sancta sanctorum cui præterquam vni adi-
 tus patebat, idque non semper, sed semel duntaxat anno vertēte? Quinam por-
 Hebr. 9. 1. Paral. 15. rò arcam gestabant, nisi Leuitæ, iique vt constitutum erat, alij nempe præstatio-
 res eius partes, alij inferiores minorisque pretij, prout cuiusque dignitas ferebat.
 Et quoniam eam quoque custodiri oportebat, quinam eam quoque modo cu-
 stodiebant? alij videlicet aliud latus, alij aliud, nec quicquam indistinctum ac per-
 turbatum erat, nec minimarum quidem rerum. At nos si exiguam quādam glo-
 riam nominisque splendorem affecuti fuerimus, ac ne id quidem persæpe, verum
 temere duo aut tria scripturæ verba, eaque imperitè & concisè perdidicerimus,
 Gnosticorū sapientia. illa videlicet sapientia est vno die parta, & Chalanæ turris, qua linguæ præclare
 Gen. 11. diuise sunt: iam & furiosè aduersus Mosē insurgendum est, & importuna Da-
 Num. 16. thami & Abironis contumelia & impietas imitanda. Quorum contumaciā, quæ-
 50
 so, fugiamus, amentiamque horreamus, ne iisdem pœnis opprimamur. Vis aliud
 quoque ordinis & disciplinæ exemplum in medium proferam, idque præclarum
 Ordo inter Apostolos. & laudabile, ac præsentī commemoratione atque admonitione in primis dignū?
 Vides

Vides quemadmodum ex Christi discipulis magnis vtique omnibus & excelsis,
 atque electione dignis, hic petra vocetur, atque Ecclesiæ fundamenta fidei suæ
 credita habeat, ille impensius ametur, & supra pectus Iesu requiescat, ac reli-
 qui discipuli posthaberi se tranquillo animo ferant. Iam cum in montem ascen-
 dendum fuisset, vt Christus corporea forma splenderet, ac diuinitatem obiter
 ostenderet, eumque, qui carne tegebatur, nudaret atque aperiret, quinam simul
 ascendunt? (nec enim omnes miraculi huius spectaculo fruuntur) Petrus, Ioan-
 nes, & Iacobus, vt virtute & dignitate, ita numero alios anteuertentes. Rursus
 cum perturbato animique anxio, & paulò ante passionem secedenti ac præ-
 10
 ces fundenti adesse oporteret, quinam ad eam rem asciti sunt? Iidem illi. Atque
 hæc Christi prælatio & electio fuit. Quid? reliqua moderatio ordinisque disci-
 plina quanta? Aliud Petrus interrogat, aliud Philippus, aliud Iudas, aliud Tho-
 mas, aliud alius quispiam, neque aut idem omnes, aut omnia vnus, sed vicissim
 Iohan. 6. 12. quisque ac sigillatim & de ea re, qua opus habet, sciscitatur. Iam illud quale tibi
 21. videtur? Philippus quiddam dicere gestit, nec solus audet, verum Andræam
 quoque assumit. Petrus aliquid percunctari cupit, & Ioannem capitis nutu pro-
 tendit. Vbi hinc morositas? vbi dominandi amor? Ecquod illustrius argumētū edere
 potuissent, se Christi discipulos esse, mitis inquam illius & humilis corde, & serui
 propter nos seruos, atque omnē in omnibus rebus gloriā ad Patrem trāsmittentis,
 20
 vt nobis moderationis exemplū & disciplinæ præbeat? Quam tamē rātūm abest
 vt colamus & amplectamur, vt bene nobiscū actum iri putē, si nō omnes audacia
 & arrogātia superemus, vt pote qui hæc de maximis & in maximis rebus ostēte-
 mus. An te fugit, animi humilitatē non tam in paruis rebus leuissq; momenti (fieri
 enim possit, vt eam ostētatio fictaq; & adumbrata virtutis species pariat) quā in
 maioribus & grauioribus explorari? Ipse certè humilitatis modestiq; laudē huic
 tribuerim, nō qui de seipso pauca, idq; apud paucos & rarè cōmemoret, nec qui
 humiliore & abiectiore humiliter affatur, sed qui parcè & moderatè de Deo lo-
 quitur, ac quædā proloqui, quædā premere & retinere, quorundā etiā inscitiā fa-
 30
 teri nouit, atque ei sermone cedit, cui loquēdi munus cōmissum est, ac nōnullos
 spiritali gratia vberius præditos speculationeq; altiùs prouectos esse æquo ani-
 mo patitur. Turpe est profectò cum in veste ac victus ratione nō magnificētiā,
 sed vilitatē amplectaris, ac genuū callo, & lachrymarū fontibus, ieiuniis itē & vi-
 giliis, lectuliq; in terrā strati asperitate, laboribūque, atque omni corporis mace-
 ratione & subactione humilitatē, infirmitatisque tuę sensum ostēdas ac præ te fe-
 ras: in diuinis disputationibus principatū ac tyrannidē tibi vindicare, nec cuiquā
 omnino fasces submittere, ac supra omnes legis doctores superciliū attollere: vbi
 humilitas nō solūm gloriā habet, verūm etiā securitatē. Quid igitur? Interpella-
 bit quispiā ex iis, qui acriori animo præditi sunt, an tu hac oratione nobis, ne de
 Deo loquamur, interdicas? & quidnā ore versabimur: aut quo loco illud ponem?
 Psal. 33. 29.
 40
 Semper laus eius in ore meo: &, Benedicā Dominū in omni tempore: & Veritatē
 meditabitur guttur meū: & Ecce labia mea nō prohibebo, aliāque in eandē sen-
 tentiā meditata ac definita testimonia producet. Cui leniter ac sine animi acer-
 bitate, vt hinc quoque animi moderationē doceamus, occurrēdū est. Nō ad si-
 lentiū te hortor, vir sapiētiss. sed à pertinaci cōtentione deterere studeo: nec te
 veritatē premere atque occultare iubeo, sed ne præter legē doceas, veto. Nam &
 ipse vel primus inter eos nomē profiteor, qui sapientiā & doctrinā laudibus effe-
 rūt, atq; in diuinis sermonibus sacrissq; studiis tēpus cōterunt, aut certè contere-
 cupiunt: ac Deus faxit, ne quid vnquā huic occupationi præuertendum ducā, ne
 ab ipsa Sapiētiā miser & infelix pronunciet, vt sapientiā & eruditionē aspernans.
 50
 Interim tamen excessum vito, cupiditatēque inexplebilem coërceo, animo-
 que ita sum affectus, vt si mihi vtrunque vitium fugere ac mediocritatem asse-
 qui non liceat, ignauus esse malim quā curiosus, ac nimis timidus, quā nimis
 audax & temerarius. At tu idem omnino mihi facere videris, ac si me immode-
 Ignauū esse præstat quā curiosum.

ratis cibus tibi interdicens eo nomine accusares, quasi ab omni in vniuersum alimento tibi abstinendum esse præscriberem, aut ad castè pudicèque cernendū hortantem perinde criminareris, quasi cœcitatē laudibus efferrem. Si est tibi fermo prudentiæ, inquit ille, responde, nec quisquam prohibebit: sin minus, hæreat vinculum labiis tuis. Quāto commodius hoc in eos, qui ad docendū prompti ac parati sunt, adhiberi queat. Si tibi tempus est, doce: sin minus, reuincta lingua aures solue. Meditare tu quidem, atque animo versare in rebus diuinis: ceterum intra fines te continens. Loquere tu quidem ea quæ sunt spiritus, ac, si fieri potest, ne aliud quidem quicquam loquere, immò etiam crebrius loquere quàm spiritum ducas (præclarum enim ac diuinum est diuinarum rerum commemoratione ad Dei amorem assiduè extimulari) sed ita vt ea, quæ tibi imperata sunt, cogites. Ne Patris naturam anxie inquiras, Filij vnigeniti generationem, atque, vt ita dicam, essentiationem, Sp. sancti gloriam & virtutem, vnam inquam & eandem in tribus personis diuinitatem & claritatem, indiuiduam illam naturam, & confessionem & gloriam, spemque hominum fide præditorum. Verba ea quibus simul cum lacte enutritus es mordicus retine: sermonis autè & disputationis curam eruditioribus manda. Satis superque tibi est fundamentum habere: superstruat architectus. Sufficit tibi cor pane fulcire: obsonia copiosis & locupletibus relinque. Nemo sanus ac prudens te accusabit, si profuso ac splèdido apparatu cœnam nō instruxeris: verum si vel Christi discipulo aut cuiquam alij panem non apposueris, aut aquæ poculum nō porrexeris, cum id tibi per facultates tuas liceat, tum demum iure ac merito condemnaberis. Noli celer esse in verbis, admonet Sapientia, nec egestate pressus cum locuplete te compara, nec sapiētibus sapientior esse affecta. Sapientiæ quoque genus est seipsum nosse, ac non immodicè efferri, eodemque modo, quo voces, affici, quæ si vehementius contenduntur, propter immoderationem penitus deficiunt. Præstat cum doctrina instructus sis, propter animi æquitatem facilitatēque consultò cedere, quàm cum eruditione careas, per insolentiam ac temeritatem altiùs efferri. Celeritas tua vsque ad fidei confessionem progrediatur, quando ea abs te exacta fuerit: vltra eam autem, meticolosiorē te esse velim. Nam vt illic tarditas, ita hīc festinatio periculosa est. Quid autem est, quamobrem graue & intolerandum putes, si non in omni disputatione domineris, atque in omni quæstione & problemate primariam sedem obtineas: verum alij te vel doctiores, vel audaciores inueniantur? Deo gratiæ habeantur, quòd vt eximia largitur, ita per communia salutem hominum consulere nouit. Atque hoc miraculum non in doctrina tantum ac disputationibus, sed in ipsa quoque mundi structura atque opificio locum habere comperies, si animum aduerteris. Neque enim in rebus creatis excellentissima quæque nonnullorum duntaxat, sed omnium mortalium sunt, atque ad vnum idemque figmentum communis Dei gratia patet: neque in fidei ratione ea quæ salutem afferunt, potentiorum sunt, sed volentium. Quid pulchrius aère, igne, aqua, terra, pluuiis, fructibus, fatiuis iuxta atque agrestibus, tecto, indumentis? Atqui hæc sunt eiusmodi, vt omnes ea communiter percipiant, tametsi alij vberius, alij parcius: nec quisquam adeò violentus & importunus est, vt communi beneficio solus perfruatur. Deus enim solem suū æquabiliter omnibus oriri facit, diuitibus ac pauperibus pluit: communis diei noctisque alternatio & vicissitudo, commune donum sanitas, communis vitæ terminus, communis quoque mensura, corporis venustas, cōmunis sensuum vis & facultas. Ac fortasse hoc nomine meliori quoque cōditione sunt pauperes, quòd pro his beneficiis vberiores Deo gratias agāt, iucundiusq; ipsi cōmunibus, quàm potētiores superfluis minimeq; ad vitā necessariis fruatur. Atq; hæc quidē cōmunia sunt, omnibusq; exposita, Dei q; iustitiam perspicuo argumēto testatur. At aurū & pellucidè ac deauratæ gemmæ, & vestes molles accuratiusque cōcinnatæ, & mēsa ferculis intumescēs, atq; homines furiosos efficiens, & superflue facultates quæ dominos labore conficiunt, paucorum hominum

hominum ornamenta sunt. Idem planè circa fidem animaduertere licet: Communia sunt Lex, Prophetæ, Testamenta, Testamentorum oracula, gratia, institutio, mystica initiatio, Christi passiones, noua creatio, Apostoli, Euangelia, Spiritus distributio; fides, spes, charitas, eaque tum erga Deum, tum ex Deo, nec ea ad mensuram data, quemadmodum olim manna illud ingrato Israëlī ac beneficij immemori donatum, sed ad vniuscuiusque voluntatem, spiritualis item progressus atque ascensus & illuminatio, subobscura quidem hæc, quæ in hac vita cōtingit, clarior autem illa magisque perspicua, quam spe conceptam habemus, denique quod maximum est, Patris & Filij & Spiritus sancti agnitio atque confessio, hoc est primariæ nostræ spei. Quid his maius ac præstantius? quid rursus communius magisque omnibus promptum & obuium? At quæ vltra hæc sunt, tametsi raritate superiora sint, tamen necessitate cedunt, ac posteriora habenda sunt. Nā quæ eam rationem habent, vt iis remotis atque sublati Christiani nomen obtinere nequeamus, hæc profectò vtilitate iis præferenda sunt, quæ tantummodò à paucis percipi atque comprehendi possunt. Enimvero alius contemplationis opibus affluit, ac supra vulgus affurgit, & spiritualia spiritualibus comparat, atque in cordis latitudine tripliciter describit (nimirum & eam doctrinam, quæ omnes ædificet, & eam quæ multos, & eam quæ non omnes nec multos, sed paucos duntaxat) nec pauper esse sustinet, verum in altissima atque abstrusissima quæque penetrat. Ascendat verò ille, ac deducatur, atque à mente feratur, vel ad tertium vsque cœlum, si ita libeat, quemadmodum Paulo autè cōtingit: ceterum cum ratione & scientia, ne propter animi elationem cadat, pennisque propter volatus sublimitatem liquefactis miserè corruat. Quid enim ob laudabilem ascensum cuiquam inuidia conseruit? Quæ rursus fœdior prolapsio, quàm eius hominis, qui animi elatione transfixus est, nec humani ascensus, humilitatem intelligit, quantumque adhuc à vero fastigio absit, qui mortales omnes sublimitate antecedit. Alius contrā tenui ingenio est, & lingua tardus & pauper, nec verborū flexus & captiones nouit, nec sapiētum ænigmata, nec Pyrrhonis disputationes aut assensus retentiones, aut oppositiones, nec syllogismorum Chrysippi solutiones, aut artium Aristotelis prauum artificium, aut Platonis eloquētiæ præstigias, qui velut Aegyptiacæ quædam plagæ in Ecclesiam nostram perniciosè irrepserunt. At hic quoque habet, vnde salutem consequatur: quibus tandem verbis? O mirificas diuinæ gratiæ opes! Nihil, inquit, tibi necesse est in cœlum ascendere, vt Christum illinc trahas, nec in abyssum descendere, vt hinc eum à mortuis excites, nimirum vel primam ipsius naturam curiosius inuestigans, vel postremam carnis assumptæ dispensationem. Prope te, inquit, verbū est: Mens & lingua thesaurum hunc habent, illa videlicet credendo, hæc confitendo. Quid his diuitis contractus? quid hoc beneficio facilius magisque expromptum? Confitere Iesum Christum, eumque à morte ad vitam reuocatum crede, & salute donaberis. Etenim iustitia quidem est, vel solum credere: at plena numerisque omnibus absoluta salus in eo sita est, vt etiam confiteamur, ac cognitioni professionem dicēdique libertatem adiungamus. Tu maius aliquid salute quæris, nempe alterius vitæ gloriam & splendorem: mihi verò salutem consequi maximum est, & futuras pœnas effugere. Tu viam nouam & inaccessam ingrederis: ego tritam atque calcatam, & qua multi ad salutem peruenerūt. Nihil fide nostra, fratres, iniquius fingi posset, si in eruditos tantum dicendique facultate ac logicis demonstrationibus excellentes caderet, popularis autē multitudo vt auro & argento aliisque omnibus rebus, quæ hīc plerique magna & præclara existimant, auidissimèque expetunt, sic hac quoque frustraretur, ac Deus id, quòd altum & excelsum est, nec nisi paucis patet, gratum acceptumque haberet, cōtrā quòd propinquius est, nec vulgi captū superat, aspernaretur ac reiceret. Nam ne moderatores quidem homines mihi facturi videntur, vt non quales ipsis haberi honores possunt, exigat, sed excellentibus tantum eximiisque delectentur, nedum Deus: cui, cum

Quid Deo maximè proprium. multis nominibus admirabilis nobis & suspiciendus occurrat, nihil tamen tam proprium est, quam omnes beneficiis ornare. Visitata ne spernas, nouitate ne aucuperis, ut nominis splendorem tibi apud vulgus concilies. Erudiat te consilio Solomon, Melior est, inquit, exigua pars cum securitate, quam magna cum infirmitate & incertitudine. Et, Melior est pauper ambulans in simplicitate sua (nam insignis quoque & erudita est hæc parœmia) & pauper in sermone & scientia, qui simplicibus verbis innitens, atque in illis tanquam in parua & tenui rate salutem assequitur, quam fatuus labiisque peruersus, qui disputationibus atque argumentis ineptè confidit, qui Christi crucem, rem omni sermone superiorè, per sermonum disputationumque facultatem atque peritiã euacuat, ubi probationis & argumentorum infirmitas veritatem imminuit & labefactat. *Quid in cœlum pedes humilisque prouolas? quid turrim ædificare paras, iis rebus carès, quæ ad extructionem perfectionemque requiruntur? Quid ipse quoque manibus aquam metiris, & cœlum palmo, terramque omnè pugillo, elementa magna atque eiusmodi, ut à solo Creatore definiri ac mensura comprehendi possint? Primum teipsum cognosce: quæ in manibus sunt intellectu assequere, quis sis, quo modo effectus, & ita compositus, ut imago Dei sis, & deteriori astrictus. Quid illud sit, quod tibi motum attulit, quæ in tui opificio sapientia, quod naturæ arcanum, quo modo loco circumscribaris, ac mens interim non terminetur, sed in eodem manens omnia perlustrat ac peruagetur, quo modo tantillus oculus tam longè peruadat ac protendatur, utrum quod rem visam admittat, an potius quod ad eam transeat, quo modo idem moueat ac moueatur, solaque voluntate gubernetur, quæ motus quies, quæ sensuum partitio, quomodo mens eorum opera cum externis versetur, atque exteriora admittat, quo modo formas recipiat, quæ receptorum sit ratio & conseruatio. an memoria quædam sit rei elapsæ receptio, an potius reminiscencia, quo modo sermo mentis factus sit, atque in alia mente sermonem procreet, quo modo sermoni cogitatio transfundatur, quo modo corpus per animam nutriatur, quomodo anima per corpus affectuum particeps sit, quo modo eam timor contrahat, prædientia soluat, mœrorum constringat, lætitia diffundat, liuor conficiat, superbia efferat, spes erigat, quo modo iracundia furore, pudor rubore afficiat, partim ebulliente sanguine, partim recedente, quo modo perturbationum animi signa corporibus imprimantur, quæ rationis præfectura, quo modo hæc omnia regat & moderetur, affectuumque impetus leniat atque tranquillet, quomodo à sanguine & inhalatione quod corpore vacat, teneatur, quo modo horum defectus animæ discessio sit. Hæc aut horum aliquid, homo, cognitione assequere. (Nondum enim cœli naturam aut motum, nec siderum ordinem, nec elementorum permixtionem, nec amantium discrimina, nec cœlestium corporum submissiones aut superiores situs, atque omnia in quæ verbum vniuersitatis opifex distribuitur, nec denique prouidentiarum gubernationisque rationes commemoro) hæc inquam prius assequere, ac ne tum dicam aude, verum time ad sublimiora uiresque tuas magis excedentia conscendere. Ac profecto diuturna de rebus maximis contendendi exercitatione & consuetudine efficitur, ut omnis disputatio rixarum & iurgiorum ambitionisque plena sit. Proinde nobis curam esse debet, ut quemadmodum in prima institutione puerorum animos formamus, ut insequentis ætatis improbitate nequitiamque fugiant: ita nos quoque ne in leuibus quidem paruicis momenti disputationibus temeritatis ineptiarumque specimen edamus, ne ea tandem diuturna consuetudine in maioribus abutamur. Minoris enim laboris est in ipsis principiis improbitati non cedere atque accedente fugere, quam progredientem aliusque grassantem excidere ac profligare: non secus ac petram initio firmare & retinere, quam ruentem sursum retrahere. Quod si tam immodica & inexplebili disputandi cupiditate flagras, nec morbum sistere ac reprimere potes, hæc meditare, in his esto: ambitionem istam in iis rebus, à quibus periculi nihil impendit, effunde. Quod si hoc repudias, nec linguam fræno coercere, animique impetum frangere ac comprimere potes, sed tibi futere atque insanire certum est, angelisque minimè cedere, nisi tamē iis quoque cognitionis*

tionis modus est constitutus altiusque omnino assurgere, quam ex utilitate tua sit: at illud saltem tibi impera, ut fratrem non condemnes, nec timiditati impietatis nomen imponas, nec temere reprehendas, aut pro doloplorato habeas, tum inquam qui æquitatem animique moderationem profiteris. Quin potius hæc humilitatis argumentum præbe, dum licet: hæc nullo tuo detrimento fratrem tibi antepone, ubi condemnare atque contemnere nihil aliud est, quam à Christo ac sola spe eiicere, atque exturbare, occultumque triticum, & quidem triticum fortasse te præstantius unum cum zizaniis extirpare. Hanc rationem tene, ut partim illum corrigas, idque leniter & humane, non ut hostis, nec ut durus & rigidus medicus, nec ut sectionibus tantum & cauteriis aduersus morbum sciens grassari: partim teipsum accuses, infirmitatisque tuæ tibi conscius sis. *Quid enim, si lippietibus oculis aut alio quodam morbo laborantibus obscurum solem aspicias? Quid si omnia verti ac sursum deorsumque ferri putes, ipse nausea correptus, aut vino obrutus, ignorantiamque tuam aliis attribuas? Multum diuque ante versandus atque contorquendus est animus, multa ferenda, quam ut alium impietatis damnemus. Non idem est stirpem euellere, aut breuem quendam & caducum florē, atque hominem excidere. Imago Dei es? & imaginem quoque Dei alloqueris: iudicium quoque subibis, qui iudicas, & quidem alienum seruum iudicas, & quem alius moderatur. Sic fratrem explora, quasi ipse ad eandem mensuram expendendus. Quocirca ne citò ac temere membrum feces ac proicias, cum incertum sit, an per hoc partes sanæ perniciem aliquam contracturæ sint. Verum argue, increpa, obsecra. Habes medicinæ regulam: Christi discipulus es, mitis & humani, infirmitatesque nostras portantis. Si primum oblectetur, leniter expecta: si secundo, ne animum despondeas: nondum enim curationis tempus effluxit: si tertio, benignum illum & humanitate præditum agricolam imitare, dominum adhuc precare, ne infructuosam & inutilem ficum excidat, atque odio habeat, virum conuertat & curet, & sterces iniiciat, hoc est eam correctionem, quæ peccati confessione, & manifesta pudefactione, atque ignominiosiori vitæ ratione constat. Quis scit, an mutabitur, ac fructum feret, Iesumque à Bethania redeuntem alet? Tu qui spiritali illo unguento arte unguentaria confecto delibutus es, fraterni foetoris non nihil perfer, siue verus sit foetor ille, siue ita tibi videatur: ut ipsi vicissim boni tui odoris illi aliquid impertias. Viperæ virus non est malitia, ut simulatque ictus fueris, doloribus crucieris, aut etiam intereas, ob eamque causam tibi bestiam fugienti vel interimenti venia parata sit. Verum si quidem à te fieri potest, eum quoque morbo libera: sin hoc non licet, ipse certe ita demum in tuto versaberis, si improbitatis illius particeps nequaquam factus fueris. Insuauis quidam odor est illius morbus, quem fortasse fragrantia tua vincet atque depellet. Libenter verò huiusmodi quiddam conserui & cognati tui causa susciperes, quale Paulus ille zelo & æmulatione flagrans propter commiserationem non modo cogitare, sed etiam dicere ausus est, nimirum ut, si fieri posset, Israël in ipsius locum subrogatus ad Christum introduceretur: cum quippe sola plerunque suspitione impulsus fratrem ab Ecclesia præcidas, & quem benignitate & lenitate fortasse lucratus fuisses, eum temeritate perdas, membrum tuum, pro quo Christus mortem oppetiit. Proinde si firmus ac robustus es, ait Paulus de cibus differens, ac doctrina fideique firmitate & alacritate subnixus confidis: at fratrem quoque ut ædifices, cura. Noli cibo tuo eum, quem Christus comuni passione honestauit, euertere. Et si enim res diuersa est, consilij tamen admonitionisque ratio peræque utilis est. Ac profecto legis quoque edicto apud nos cautum esse oportebat, ut quemadmodum olim apud sapientes Hebræos à quibusdam scripturæ sacræ libris iuuenes arcebantur, ut pote tenerioribus adhuc & infirmioribus animis obfuturis, eodem quoque modo non quibuslibet, nec semper, sed certo tempore, ac certis hominibus de fide disputandi potestas fieret, iis nimirum, qui nec animo sunt omnino tardo & ignauo, nec rursus nimium inexplebiles & ambitiosi, atque impietatis stu-*

Quibus fa-
cienda po-
testas di-
spurandi
de fide.

Ephes. 4.

Via salutis
non vna.

Iob. 14.

dio feruentiores, quam par sit. atque hi quidem illic collocarentur, vbi nec sibiipsis noxij, nec aliis perniciosi essent: iis autem qui in disputationibus modesti, ac verè compositi & moderati essent, libera disputandi facultas daretur: promiscua verò multitudo ab hac via morbo loquacitatis hac tempestate vigentis abducta atque auersa ad aliud virtutis genus minus periculosum traduceretur, vbi & segnitias & socordia minus perniciofa futura esset, & acrius atque immoderatus studium pietatis laudem haberet. Etenim si, vt vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & Pater omnium & per omnia & in omnibus, ita vna quædam esset per disputationem & speculationem ad salutem via, vt qui ab ea exciderent, tota quoque via aberrarent, atque à Deo, ac spe salutis æternæ præcipites euicerentur: nullum sanè consilium hoc periculosius aut ipse afferre, aut vos accipere ac sequi possentis. At si, vt in rebus humanis multa & diuersa sunt vitarum genera & instituta, alia maiora, alia minora, alia illustriora, alia obscuriora: sic in diuinis quoque non vna est salutis ratio, nec vna virtutis via, sed plures: atque huius peruulgati dicti atq; omnium linguis celebrati, nimirum multas apud Deum mansiones esse, nulla alia causa afferri potest, quàm quòd multæ sint viæ eò ferentes, aliæ periculosæ & insignes, aliæ abiectæ ac turæ: quæ tandem isthæc amentia est, vt tutioribus relictis ad vnã hanc nos conuertamus ad eò lubricam atque periculosam, ac nescio quò ferentem? An idem cibus non omnibus congruet, sed alius alij, prout ætatum habitudinumq; corporis diuersa fert ratio: eadem autem vita aut disputatio conducibilis omnibus erit? Hoc ipse quidem non dixerim, nec dicentibus assentiar. Quare si consilio meo obsequamini, iuuenes & senes, plebis præfecti & subditi, monachi & communem vitam amplexi, superuacaneas & inutiles ambitiones valere iubebitis, atque id potius curabitis, vt per morum probitatem honestamque vitæ rationem ac sermones periculo vacuos ad Deum accedentes ad alterius sæculi veritatem & contemplationem perueniat, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

SCHOLIA.

1. An malevolentia) Gr. μικροψυχία, quæ tametsi pro animi pusillanimitate & abiectioe accipitur, tamē interdū vitium illud significat, quod est oppositum candori: maleuolentiā vocat Cic. & μικροψυχία teiumum, hoc est, linore infectum atque aliena laude contabescētem. μικροψυχία etiam hic author nonnunquā pro tenacitate & sordida parsimonia accipit, quemadmodum μεγαλοψυχία pro liberalitate. μικροψυχία etiam Eusebij & Basilij similitudinem vocat, utpote ab animo parum excelso & generoso proficiscentem, Orat. in Basil. Ibidēque etiā de Basilio loquens, ὁ πλεῖστον δὲ τῶν μικροψυχῶν ἐστὶν αὐτὸν λέγειν. vbi per μικροψυχία, veteris similitatis igniculos intelligit, tacitūque exulcerati animi dolorem.
2. Ac diuidamur & incendamur) Olim, inquit, Christi gladius fidelem ab infideli scindebat, ac fidei ignis corruptas animi affectiones depascebatur. At nunc mutue concertationis gladio diuidimur, ac pestiferæ contentionis igne deflagramus.
3. Verum & multos Christos) Ariani Christum creatum asseriebant. Photinus à Maria ortum ac principium habuisse contendebat. Marcelli porrò hoc dogma fuisse annotat Basilius in Epistolis, τὸ ἴδιον ἀποθεῖναι τὴν εὐαγγελίαν, καὶ παλιν ἑαυτὸν ἐκείνην εἶναι τὸν θεόν, hoc est, Filium productum esse, ac rursus in eum reuersum esse à quo prodierat. Apollinaris porrò, vt est apud Rufinum Eccles. histor. lib. 2. cap. 10. & Socratem lib. 2. cap. 46. primò Christum solum corpus accepisse affirmabat: postea autem evidentibus scripture locis conuictus, habuisse quidem eum animam dicebat, sed non eam quæ rationis est participes, sed qua corpus viuificatur. Iam verò multi hæretici Christum phantasticum tantum corpus habuisse docuerunt. Fortasse etiam Valentinum & Basilidem notat, quorum ille, vt est apud Theodorit. in epitom. diuin. dogmat. alium Vnigenitum, alium λόγον, alium Christum, alium Iesum esse dicebat: hic autē alium Vnigenitum, alium λόγον, alium sapientiam. Consimili modo Macedonij sequaces sp. sancto diuinitatem abrogarunt, atque in creaturarum ordinem redegerunt. Alij ne creaturæ quidem nomen ipsi reliquerunt, sed vim tantum & facultatem non item substantiam esse tradiderunt. De quibus vide infra in Oratione de sp. sancto.
4. Libertate careat) Quis sermo est, inquit D. Clemens lib. 8. Recognit. qui non recipit contradictionem? & quæ argumentatio, quæ non possit alia argumentatione subuerri? simile est quod ait D. Hilar. lib. 10. de Trinit. Non est ambiguum omnem humani elogij sermonem contradictioni obnoxium semper fuisse: quia dissentientibus voluntatum motibus dissentiens quoque sit sensus animorum.
5. Nec Pyrrhonis disputationes) Pyrrho & Aristo notam illam & peruulgatam ἐπιπέδον introduxerunt, nec quicquam

quicquam omnino percipi, ac certò affirmari posse docuerunt. Ab iis Scepticorum schola profuxit, tam stulta & ridicula, vt non immeritò ab omnibus philosophorum centuriis eorum sententiam iam pridem explosam fuisse testetur Cic. 1. Offic. Hunc Pyrrhonem quemadmodum & Chrysippum, philosophorum omnium disputandi arte & subtilitate facillè principem, falsissimè ridet Lucianus in dialogo, cui titulum fecit, Venditio vitarum.

6. Quemadmodum olim apud sapientes Hebræos) Hieronymus in prologo, qui sacris Bibliis præfixus habetur, scribit principium & finem Ezechielis tantis obscuritatibus inuoluta esse, vt apud Hebræos iste partes cum exordio Genesæ ante annos 30. non legantur.

GREGORII NAZIANZENI DE
dogmate & statu Episcoporum;
Oratio.

ARGVMENTVM.

Notat Theologus eorum temeritatem & impudētiā, qui nec literarum sacrarū cognitione instructi, nec vitæ sanctimonia commendabiles, illotis, vt dicitur manibus, abstrusissima quæque fidei mysteria pertractabant, atque in diuinitatis ipsius adytum singulari quadam audacia penetrabant. Postea dogmate Trinitatis compendiosè explicato, sententiam eorum cofutat, qui Filium non genitum; sed creatum asseriebant.



Vm linguæ morbum hac tempestate grassantem conspicio, sapienterque diei vnus momento exortos, ac manuum impositione Theologos factos, quibus ad sapientiam comparandam satis superque esse videtur solam voluntatem afferre: philosophiæ supremæ desiderio teneor, ac iuxta Hieremiã, extremum quendam secessum requiro, mecumque ipse solus vitæ consuetudinem habere concupisco. Neque enim mihi quicquam cum eius hominis viuendi ratione comparandum videtur, qui clausis compressisque sensibus, atque extra carnem mundumque positus, nihilque rerum humanarum, nisi summa necessitate impellente contingens, secumque ipse & cum Deo commercium habens, sublimiorem iis rebus, quæ aspectu sentiuntur, vitam tradit, ac diuinas rerum species & imagines puras semper atque ab omnibus terrenis & errori obnoxiiis formis secretas & immunes in se circumfert, velut purissimum quoddam speculum Dei rerumque diuinarum existens, subindēque effectus: atque ita se cõparat, vt obscuriori lumine clarius illustriūsq; lumē accipiat, quousq; ad radiorum futuræ vitæ fontem tandem peruenerit, ac solutis per veritatem speculis beati finis compos extiterit. Vix porrò quisquam, nec nisi qui vel diurnam philosophia exactaque disciplina carnem frenauerit, animæq; nobilitatem & splendorem ab humilis & caliginosi corporis contagione abruperit, vel diuinum numen erga se benignum propitiūque senserit, aut vtrumque horum habuerit, ac mentem quàm maxima cura & diligentia ad cœlestium rerum aspectum eue-xerit, vix, inquam, terrenā hanc molem deorsum trahentem superauerit. Priusquam autem eam, quātum fieri potest, superauerimus, auresque nostras & mentis aciem satis repurgauerimus, nec animarum præfecturam accipere, nec ad diuinitatis doctrinam pertractandam accedere tutum existimo. Ac ne me fortè timidiorem, quàm par sit, existimetis, sed consilium potius nostrum prudentiamque comprobetis, vnde in hunc metum inductus fuerim, exponam. Primū igitur ex ipso Mose audio, quo tempore illi oraculo Deus responsa dabat, quamuis ad mōtem multi accersiti essent, inter quos Aaron etiam erat cum duobus filiis, iisque sacerdotibus, tamen cæteros omnes eminus adorare iussos esse. Mosē autem solum ad eum propius accessisse, multitudinem verò ne simul quidem ascendisse. Atque, vt idem aliquanto superius narrat, alios quidem fulgura, tonitrua, tubarum clangor, & mons fumo circumfusus, & horrendæ comminationes, atque eiusmodi terrores in inferiori loco sistebant, ad eò vt ipsi præclare secum

Hierem. 9.

Nil præstā-
tius quàm
in carne
præter car-
nem viuē-
re.

Quis tui d
suscipiat
animarum
curam.

Exod. 24.

Exod. 19.

agi arbitrarerur, quod vel solam Dei vocem audirent, idque hac lege, vt summo prius studio seipfos ab omni labe purgarent: at Moses & ascendit & nubem penetrat, & cum Deo congregatur, & legem accipit, crassioribus quidem literalem, sublimioribus autem maiorique quam pro vulgi captu, mentis acumine præditis spiritualem. Tum etiam illud, quod Heli sacerdoti, atque aliquando post Ozæ accidit, cognitum habeo: quorum alter sceleris etiam illius quod filij aduersus sacrificia committebant, pœnas soluit, idque cum eorum impietati non modo fauisset, sed grauissimis quoque verbis eos hoc nomine sæpe obiurgasset: alter, quia arcam solum à boue distractam contrectare ausus est, eam quidem incolumem illæsamque serauit, cæterum ipse extinctus est, Deo nimirum hoc animaduersionis exemplo arcæ suæ venerationem factam testamq; tuete. Quin illud quoque mihi perspectum est, ne parietes quidē templi promiscuæ multitudini contingere licuisse, eaque de causa parietes alios exterius constructos esse, nec sacrificia ipsa à quibus, aut quando, aut vbi non conueniebat consumi solita esse: ne dum vt cuius aut Sancta sanctorum adire, aut velamen, aut propiciatorium, aut arcam denique adire vel spectare vel attingere liberum esset. Quæ cum ipse norim, illudq; præterea, neminem Deo magno, & sacrificio, & pontifice dignum esse, qui quidem prius Deo hostiam viuentem seipsum non exhibuerit, aut, vt rectius loquar, Dei viui templum sanctum ac viuum factus sit, quâ tandem fieri possit, vt vel ipse impigre cupidæque de Deo disputationem habere aggrediar, vel temere aggredientem probem? laudanda non est hæc cupiditas: periculosus ac metuendus hic conatus. Ac proinde purgari nos antè oportet, atque ita deinde in illius, qui purus est, congressum & colloquiū venire: ne alioqui nobis idem, quod Manue, accidat, ac Deum per imaginem cōspicati dicamus, Perimus mulier, Deum vidimus: aut Petri instar Iesum à nauigio arceamus tanquam huiusmodi aduentu minimè digni, aut denique vt Centurio ille, medicinam quidem exposcamus, medicum autem non admittamus. Dicat etiam quispiam nostrum, quandiu Centurio est, vitiique principatum inter multos tenet, adhucque sub Cæsare, hoc est, mundi principe, atque eorum, qui humi prouoluuntur, imperatore stipendia facit, Non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Cum autem Iesum conspexero, quamuis spiritali ætate paruus, vt ille Zachæus, ac super fycomorum euectus fuero, mortificatis nimirum membris, quæ sunt super terram, corporæque humilitatis extenuato & tabefacto: tum vero & Iesum excipiam & audiam, Hodie, salus huic domui: & salutem adipiscar, & perfectiora illa officia curabo atque exequar, præclare spargens, quæ sceleratè collegeram, siue pecunias, siue fidei dogmata. Quoniam autem sermone Theologum repurgauimus: age iam de Deo breuiter disseramus, ipsius Patris Filiique & sancti Spiritus de quibus verba facturi sumus auxilio freti atque subnixi. Optarim autem me eodem modo affici, quo Solomonem affectum fuisse constat, hoc est, vt de Deo nihil ex meipso cogitem nec loquar. Nam cum his verbis vitur, Stultissimus sum omnium hominum, nec prudentia hominis mihi est: non eò scilicet hæc dicit, quod sibi ipsi imprudentiæ & stuporis conscius sit (quo etenim modo ei prudentia deesset, qui eam præ aliis omnibus rebus à Deo postulauit, atque accepit sapientiam, & speculationem, & cordis latitudinem arena maris vberiore, atque copiosiore?) Quâ sit igitur, vt vir vsque ad eò sapiens atque huiusmodi beneficium consecutus stultissimum se dicat? Hoc vult nimirum, propriam se nullam prudentiam habere, sed diuina & perfectiori sapientia affari. Si quidem & Paulus cum aiebat, Viuo autem non iam ego, viuit autem in me Christus, non vtique de se ipso tanquam de mortuo loquebatur, sed tanquam præstantiorem, quam vulgus mortalium soleat, vitam agente: vtpote qui veræ vitæ nulloque mortis sine circumscripæ particeps esset. Patrem igitur & Filium & Sp. sanctum adoramus, tres quidem personas distinguētes, diuinitatem autem vnientes, neque aut in vnum tria contrahimus, ne in Sabellij morbū prolabamur: aut rursus in tria di-

uerfa & aliena separamus, ne in Arij furorem & amētiam incidamus. Quid enim necesse est, vt velut plantam in alteram partem propendentem ad alteram partem per vim inflectamus, peruersionēque peruersionem corrigere moliamur, ac non potius eam ad medium dirigentes, intra pietatis fideique orthodoxæ fines consistamus? Porro cum mediocritatem dico, veritatem dico, quæ sola nobis ad intuendum proposita esse debet. Repudiamus itaque & vitiosam cōtractionem, & hac absurdiorē diuisionem: ne vel ob multitudinis deorum metum in vnam personam contracta diuinitatis oratio nuda nobis & inania nomina relinquat, vnum videlicet eundemque esse Patrem ac Filium & Sp. sanctum existimantibus; ac non magis hæc omnia vnum, quam vnumquodque nihil esse statuentibus (desierint enim id esse quod sunt inter se mutuo transeuntia & migrantia) vel rursus in tres, aut externas & dispares atq; distractas naturas separata, vt censebat Arius rectè cognomentum furiosi consecutus, aut originis expertes & inordinatas, diuinitatiq; vt sic loquar, contrarias, partim in Iudaicam quandam paritatem concludatur, si Ingenito solo diuinitatem circumscribamus, partim in oppositum quidem non minus tamen perniciosum malum prouoluatur, si tria principia trēsque deos constituerimus, quod superiori etiam errore absurdus est. Atqui nec quosdam ita Patris amātes esse oportet, vt illi Patris nomen adimant (cuius enim pater fuerit, si Filius ab eo naturā alienus esse dicatur, atque vnā cum reliquis creaturis submoueatur?) nec rursus ita Christi amantes, vt ne filij quidem nomen ei integrum seruent (cuius enim quæso filius fuerit, nisi ad patrem tanquam ad authorem referatur?) nec denique Patri autoritatis prærogatiuam imminuere, quam vt pater & genitor habet: paruorum etenim certè indignorumque author fuerit, si diuinitatis author non sit, eius, inquam, quæ in Filio & Sp. sancto consideratur. Quandoquidē & vnus Deus retinendus est, & tres hypostases siue personæ confitendæ, & quidem vnaqueque cum sua proprietate. Porro hac ratione, mea quidem sententia, vnus Deus retinebitur, si ad vnum authorem Filium & Sp. sanctum referamus, non autem componamus nec commisceamus: & si vnam atque eandem diuinitatis, vt ita loquar, motionem & voluntatem essentiaque identitatem intelligamus. Tres autē personas ita tenebimus, si nulla commixtio aut resolutio aut confusio excogitetur, ne alioqui vniuersum per eos euertatur, qui impensius, quam par sit, vnitatem extollunt. Postremò ita nobis proprietatum ratio constabit, si Patrem quidem & principij expertem, & principium cogitemus, ac prædicemus (principium autem vt causam & vt fontem lumēque sempiternum) Filium autem minimè quidem principij expertem, cæterum omnium rerum principium asseramus. principium autem cum dico, cauendum tibi est, ne tempus interferas, aut inter genitorem & genitum medium aliquid constituas, ac per temporis spatium inter coæterna & cōnexa malè interiectum, naturam diuidas. Etenim si tēpus Filio est antiquius, illius procul dubio primus Pater causa fuerit, necesse est. Quod si ita est, quo tandem modo temporum factor erit, qui tempori subest? Quo item modo dominus omnium, quem tempus præcesserit, eique dominetur? Principium igitur nescit Pater: nec enim aliunde, nec à seipso originem habet. At Filius, si quidem vt causam Patrem accipias, nequaquam principio caret: principium enim Filij Pater est, vt causa: sin de tempore principium intellexeris, principij quoque omnis est expertus. Neque enim tempori dominus temporum subiectus est. Quod si, quia corpora tempori subiacēt, idcirco Filium quoque tempori subesse censes, rei incorporeæ corpus attribues: & si quoniam ea quæ apud nos gignuntur, priusquam efficerentur non essent, ideo Filium quoque necessariò ex non existentibus in rerum naturam prodiisse contēdis: incomparabilia comparas, Deum & hominem, corpus & id quod corpore vacat. Ergo & patietur, & dissoluetur, atque interibit, quemadmodum & corpora. Tu quidem idcirco Deum ita generari censes, quod corpora ita generentur: ego verò ob id non ita gigni affirmo, quod ea sit corporum gignendorum

Inter hæ-
refes Ca-
tholica fi-
des incedit
media.

Arius à fu-
rore cogno-
minatus.

Heretico-
rum erga
Deū amor
ridiculus.

Vnus Deus
& trinitus.

Personarū
distinctæ
proprietates.

Quomodo
Pater dica-
tur princi-
pium filij.

tatio. Quorum enim natura diuersa est, horum dispar quoque generandi modus. Nisi verò eum in omnibus aliis quoque rebus corporeæ materiæ seruire cõtendat, hoc est, vt patiatur & mœore contrahatur & fame ac siti laboret, omnes denique eas affectiones subeat, quibus vel corporis, vel coniunctim vtriusque partis natura subiecta est. Quæ si in oratione de Deo instituta hæc ita absurda sunt, vt ab his animus tuus abhorreat, ne generationem quidem aliter quàm vt diuinam admittito. Verùm si generatus est, inquis, quo modo generatus est? responde mihi argutor acute & inuicte: Si creatus est, quo modo creatus est? ac deinde, quo modo generatus sit, ex me sciscitare, si passionem circa generationem esse dixeris: itidem ipse quoque circa creationem passionem esse regeram. An non enim passionis rationem habet informatio & cura, & rei subitò cogitate in partes explicatio? Tempus, inquires, circa generationem: in tempore quoque sunt quæ creantur. Locus illic: hîc quoque locus. Generatio nonnunquam spem fallit: & in creatione quoque spe nostra frustramur (hæc ex vestra disputatione intellexi) nam, quæ mēs velut primis lineis deformauit, ea plerunque manus perficere atque absoluere nō potuit. At enim, dices, verbo & voluntate omnia condidit. Ipse enim dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Atqui cum ais omnia verbo Dei creata fuisse, non humanā creationem inducis: nec enim quisquam nostrum, ea quæ fiunt, verbo efficit. nihil etenim nobis illustrius esset ac præstantius, minúsque laboriosum, si sermonis facultate opus efficere possemus. Quare & si Deus ea, quæ creantur, verbo creat: nequaquam tamen humana est eius creandi ratio. Aut enim hominē quoque sermone aliquid efficiētē ostende: aut mihi concede Deum non humano more procreare. Quod si secus existimas, age animo & voluntate ciuitatem describe, & statim ciuitas representetur: expete tibi filium nasci, & protinus tibi puer sistatur: expete aliud quidpiam eorum quæ actione comparantur, & confestim in opus voluntas prodeat. Quod si nihil horum voluntatem nostram sequitur, Dei autem voluntas cum actione coniuncta est: perspicuum utique est, alio modo hominem creare, alio autem rerum omniū creatorem Deum. Quæ igitur est hæc ratio, vt cum Deus alio quàm humano more creet, humano tamen more gignere cogatur? Tu quidem, cum prius non esses, deinde factus es, postea gignis: ac proinde quæ non erant, in rerum naturam producis, aut, vt abstrusius aliquid dicam, fortasse ne ipse quidem ex non existentibus producis. quandoquidem & Leui, vt ille ait, adhuc in lumbis patris erat, antequam in lucem prodiret. Nec verò quisquam hanc orationem calumniando infectetur. Non enim ex Patre ita Filium existere dico, quasi in Patre prius quidem fuerit, postea autem in rerum naturam ingressus fuerit. Neque enim imperfectum prius, ac postea perfectum dico, quemadmodum fert lex nostræ generationis atque natiuitatis. Hæc sunt eorum, qui obrectatione & calumniis gaudēt, qui omnia quæ dicuntur prōptè cupidēque vrgent, atque insultando premunt. Nos autem non ita sentimus, non ita existimamus ac tradimus: verùm hæc docemus & profitemur, quod simul atque Pater ingenitè erat (semper autem erat: nec enim eum aliquando non fuisse concipit mens nostra quantumuis se altissimè efferat) & Filius quoque genitè erat. Ita concurrunt essentia Patris cum Vnigeniti generatione: qui ex ipso quidem est, cæterum non post ipsum, aut saltem sola principij cogitatione. Principium autem hîc pro causa accipio. Identidem enim eadem verba repeto, vt hebetudini animi tui crassitiæque occurrā, Quod si tibi curiosius exquirēdam non putas Filij siue generationem dicere conuenit, siue subsistentiam, siue quod aliud vocabulum magis proprium atque appositum cuiquam in mentem venit (linguam enim meā superat id, quod cogito ac dico) ne Spiritus quidem sancti processione curiosius inquire. Mihi audire satis est, quod Filius est, & quod ex Patre: tum quod ille Pater est, hic Filius: nihil præterea inuestigandum anxieque perscrutandum mihi duco: ne mihi idem, quod vocibus, accidat, quæ immodica contentione & erectione omnino collabuntur:

collabuntur, aut idem quod oculis aduersos solis radios intuentibus. Nam quod quis amplius & accuratius videre tentauerit, eò grauius oculorum sensum labefactabit, ac propter immoderatum aspectum etiam vt cunquē cernendi facultatem amittet, sole nimirum oculorum aciem superante, si totum eum perspicere voluerit, ac non quantum tutò cernere licet. Audis generationem: modum ne curiosius inquiras: Audis Spiritum ex Patre procedere: id quo modo fiat, ne sollicitè perscruteris. Quod si in Filij generatione & Spiritus processione peruestiganda animum occupare constituisti: ego quoque pari curiositate tuam animæ corporisque coniunctionem & temperamētum inquiram: quo modo puluis es, & Dei imago: Quid est, quod te moueat: aut, quid est, quod motu cieatur: Quo modo idem mouet, & mouetur: Quo modo sensus in eodem manet, & externa attrahit: Quo modo mens in te manet, & in alia mente sermonem gignit: Quo modo cogitatio sermoni impartitur. Nondum maiora profero. Quæ cœli conuersio: Quis siderum motus, aut ordo, aut modus: Quæ coniunctio aut distantia: Qui maris termini: Vnde venti profluant: Vnde partium anni reuolutiones, aut pluuiarum effusiones. Si nihil horum intellectu percepisti, ô homo (percipies autem fortasse aliquando, cum perfectionem consecutus fueris. Videbo enim, inquit ille, cœlos opera digitorum tuorum: vt suspicari possimus ea, quæ nunc cernimus, nō veritatem ipsam esse, sed simulachra quædam veritatis. Si te ipsum non nosti, quisquis es, qui de his rebus disputas, si hæc nō dum intellectu comprehendisti, quorum sensus ipse testis est: quo tandem modo quid & quantus sit Deus, te certò tenere ac scire arbitraris? Magnæ profectò id stultitiæ est. Enimvero si quid me audiendum putas, Theologum non maximè audacem, vt nonnulla iam percepisti, ita ea quæ supersunt, vt percipias roga precibusque contende. Ea parte, quæ in te manet, contentus esto: cætera in supernis thesauris recondita maneant. Per vitæ probitatem ascende: per purgationem eum, qui purus est, adipiscere. Vis Theologus aliquando fieri, ac diuinitate dignus? mandata serua, per Dei præcepta incede: Actio enim contemplationis fundamentum est) ex corpore operam animæ nata. An quisquam est mortalium, qui in eam sublimitatem efferri possit, vt ad Pauli gradum perueniat? At ille tamen videre se per speculum & anigma dicit, tempusque affore, quo facie ad faciem visurus sit. Sis tu licet aliis in disputando sublimior: at Deo haud dubiè inferior es. Sis licet aliis fortasse acutior & perspicacior: at certè tantò veritate posterior eris, quantò essentia Dei essentiam tuam antecellit. Pollicitationem habemus fore, vt aliquando tantum cognoscamus, quantum cogniti sumus. Si in hac vita fieri non potest, vt perfectam rerum cognitionem assequamur, id quod restat, honora. Quid autem illud est, quod in spe positum habemus? Regnum cœlorum proculdubio inquires. Atqui illud nihil aliud esse existimo, quàm eius quod purissimum & perfectissimum est, adoptionem. Perfectissima autem rerum omnium est Dei cognitio. Verùm eam partim teneamus ac possideamus: partim quandiu in terra versamur, percipere studeamus: partim in futurum æuum reseruemus, vt hunc laboris industrieque nostræ fructum, ac velut fœnus habeamus, vt toto sanctæ Trinitatis lumine collustremur, ac cognoscamus, quæ & qualis & quanta sit, si ita loqui fas est, in ipso Christo Domino nostro, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

SCHOLIA.

1. Corporæque humilitatis extenuato) Corpus hoc fragile & mortale à Paulo corpus humilitatis vocatur, vt opponatur corpori glorioso, in quod iam nec calamitatibus nec morbis ullis, nec denique morti quicquam licebit. Porro hic admonendum lectorem habeo, me refragante etiam vetustissimo exemplari, nedum impressis codicibus, aut nō ut præterea, legere præterea, vt respōdeat verbis proximè præcedētibus, νεκρόσας & μὴν & τὸν τὸν ἡμῶν. quæ etiam à Paulo mutuatus est Theologus. Quis enim sensus fuerit, si dicamus, infatuare corpus humilitatis. Hoc enim significat τὸ μωραῖον.
2. Et principij expertem) Theologi Græci duas proprietates Patri tribuunt τὸ ἀρχεῖν & τὸ ἀΐσθηται, quibus

Responsio
aptissima.

Psal. 32.

Deus hu-
mano more
nec creat
nec gene-
rat.

Dei volun-
tas cum ac-
tione con-
iuncta.

Hebr. 7.

Pater in-
genitè, fi-
lius genitè
simul erāt.

Processio
sp. sancti.

Multa sunt
quæ mens
humana
capere ne-
quit.

Psal. 8.

Diuina cu-
riose scru-
tanda non
sunt.

Quomodo
quis verè
Theologus
fiet.

1. Cor. 13.

Regnū cœ-
lorū quid?

Res omniū
perfectis-
sima.

eum à Filio & Sp. sancto distinguunt. *αἱ ἀρχαὶ* autem hic non de tempore accipiunt, alioqui Filius & Sp. sanctus non minus *αἱ ἀρχαὶ*, i. principij expertes sunt, quam Pater: sed de causa. Atque in hac significatione hoc vocabulum soli Patri conuenit, qui à nullo est, cum Filius & Spiritus ex Patre sint, atque ad eum tanquam ad causam referantur. Per causam autē Graeci nihil aliud quam originem ac velut essentiae fontē intelligunt.

3. Si passionem circa generationem) Hilar. lib. aduersus Constantium iam defunctum, ita arguentes Arianos inducit. Erat Deus quod est, Pater nō erat, quia neque ei filius. Nam si filius necesse est, vt & femina sit, & colloquium sermonis, & coniunctio coniugalis verbi, & blādimentum, & postremū ad generandum naturalis machinula. O miseris aures meas, inquit Hilarius, quae tam funestae vocis sonum audierunt. Haec de Deo & ab homine dici, & de Christo in Ecclesia predicari.

GREGORII NAZIANZENI IN
Aegyptiorum Episcoporum appulsum,
Oratio.

10

ARGUMENTVM.

Hanc orationem ad Aegyptios Episcopos habuit, qui aduecto frumento plebem Constantinopolitanam in annonae caritate leuauerant, eorumque pietatem, atque in orthodoxa fide tuenda ac predicanda constantiam multis laudibus exornat. Tum diuinitatis doctrinam explicat, atque Arianos sed praesertim Macedonianos in seclatur acerrimè, firmissimisque argumētis Sp. sancti diuinitatem, atque honoris aequalitatem asserit.



Os qui ab Aegypto venerunt pro eo ac debeo salutabo atque alloquar (quandoquidem superata per zelum inuidia promptè & alacriter conuenerunt) ab hac, inquam, Aegypto, quam & annis locupletem reddit, è terra pluens, regionisque fines maris instar inundans & irrigans (vt eos quoque nonnihil imiter, qui huiusmodi verborum elegantias & lepores consecretantur) & diuitiis auget Christus meus, antea quidem ob Herodis nefariam puerorum obruncationem in Aegyptum fugatus, nunc verò propter patrum erga filios amorem Aegypti facultatibus adiutus: Christus, inquam, nouus eorum, qui praecleara fame corripuntur, cibus, frumenti erogatio maior omni ea, quae historię monumentis prodita est, fidemque apud mortales inuenit: panis, inquam, ille de caelo descendens, vitamque finis omnis atque interitus expertem dans mundo: de quo nunc mihi quoque Patrem audire videor dicentem, Ex Aegypto vocaui filium meum. A vobis enim ad omnes homines pia atque orthodoxae fidei sonus manauit, tum sincerè creditae, tum promulgatae: ac vos omnium, eorumque potissimum qui hoc tempore recta fide praediti sunt, excellentissimi dispensatores estis, quātum quidem ipse cognosco, qui huiusmodi cibi non modò sum amator, sed etiam subministrator, nec ciuis solum sed etiam externus ac peregrinus. Vos enim, vt corporeis cibis populos & vrbes alitis, quacunque se beneficentia vestra porrigit: ita spiritualiter non certam quandam plebem aut ciuitatem angustis finibus circumscriptas, quamlibet altè & excelsè de se sentiant, verum vniuersum propè terrarum orbem nutritis. Atque adeò non panis famem, aut aquae sitim curatis, quibus nec premi admodum graue est, & iisdem mederi facile: sed famem audiendi verbi Domini, quam & pati miserrimū, & curare hoc tempore perarduum & perdifficile: quoniam excreuit iniquitas, ac paucos reperio, qui verè ac bona fide huic fami medeatur. Talis enim uero erat Ioseph, dispensator vester, ac proinde & noster, qui & pro eximia sua sapientia famem prospicere norat, & consilio ac prudentia curare, pulchris nimirum & obesis bobus turpes & macie inediaque confectas fanans. Et quidem è duobus Ioseph

Nilus.

Matth. 2.

Ioh. 6.

osee II.

Am. 8.

Fames verbi Dei miserrima.

Genes. 41.

Athanas. Petrus Episcopus Alexandr.

20

30

40

50

vttrum intelligere volueris, siue *ἀθανάσιος*. i. immortalitatis amatorem & effectorem & nomen ferentē, siue illius & in Episcopatus sede, & doctrina, canicieque successorem, nouum, inquam, nostrū Petrum non minus virtute quam nomine, à quibus is qui medius intercessit, excisus & comminutus est: tamen paulum ad-

huo

huc languidéque velut serpētis intercisi cauda palpitet. Quorum alter in bona & prouecta senectute post multas dimicationes & palæstras vita defunctus, nūc res nostras, vt persuasissimū habeo, caelitus inspicit, ac virtutis causa laboratibus manum porrigit, eoque magis, quòd corporis vinculis liberatus est: alter ad eundem vitae finem aut resolutionē post eadē certamina properat, & supernae quidē vitae iam propinquus est, ceterūm hactenus adhuc in carne versatur, vt rectae doctrinae postremū succurrat, ac cū vberiori viatico iter capeffat. Horum vos alumni & foetus estis, magnorum veritatis doctorū, & propugnatorum, & palmariorū, quos nos vis temporis, nō principis terror, nō oratio, non inuidia, nō metus, non accusator, nō calumniator, non bellū apertè inferens, non clādestinas infidias struens, non in speciem noster, non alienus, non aurū, hoc est, occultus tyrānus, per quem nunc multa sursum deorsumq; velut in talorum ludo, iactatur, non verborū illecebrae, nō minae, nō diuturna & repetita exilia (soli enim bonorū proscruptioni in eos propter magnas illas diuitias, quae in paupertate sitae sunt, nihil licuit) nō aliud quidpiā absentium aut praesentium aut in expectatione positorū extulit, aut adducere potuit, vt deteriores fierēt, ac Trinitatis quicquā proderēt, diuinitateque multaretur. Immo cōtrā ex ipsis periculis vires maiores collegerūt, atque acriori animorum contentione in pietatis studium & defensionem incubuerunt. Huiusmodi enim vim habet ærumna pro Christi nomine suscepta, vt ardentiores a-

10 mori faces subdat, vtrisque animi magnitudine praestantibus ad sequentia certamina quasi arrabonis cuiusdā vicem prebeat. Huiusmodi nunc Aegypto historias habes atq; miracula. At tu antea Mendesios hircos laudibus efferebas, & Memphis vitulū, praepinguem & corpulentum, & Isis sacra, & Osiridis lacerationē, & venerādum tuū Serapidem, lignū ob poetarū commēta temporisq; vetustatē atq; adorantium vācordiā religiosè cultū, velut incognitā quandam & caelestem materiā, ceterūm materiā, quamlibet mēdacio auxiliū feratur, ac quae his etiā foediora & obsceniora sunt, varia & multiplicia animalium quorundam & reptiliū figmēta: quae quidē omnia superauit ac sustulit Christus, Christi que praecones, cūm ceteri alij, qui sua quisque tēpestare fulserūt, tum hi etiā quos modò

20 cōmemorauī à quibus, o praecleara iā & admirāda regio, magis nobilitaris q̄ omnes mortales ab omnibus in vnū coactis tam priscis q̄ recentibus historiis celebrētur. Quocirca te saluto atq; amplector, populorū optime, Christi q; amāissime, ac pietatis studio flagrantissime, tuisq; praefectis & antistitibus digne (neque enim maius quicquā quod dicā, occurrit, nec quo honorificētius vos excipiā.) Atque etiā in hoc salutationis & exceptionis officio pauca admodū lingua, plura animi agitatione cōplector. Popule mi, meū enim nomino, eum qui eandē mecum fidei sententiā doctrinamq; profitetur, eosdemq; patres & doctores habet, atque eādē Trinitatē adorat. Popule mi, meus enim es, etiam si hominibus inuidiae cestro percicis aliter videatur. Atque vt grauius disrucientur, qui hoc morbo laborant, en-

30 dexteras societatis offero coram tot testibus visibilibus iuxta atque inuisibilibus, veteremq; calumniam noua benignitate propello. Popule mi, meus enim es, & si maximū minimus vēdico. Talis enim Spiritus gratia est, fidei doctrina cōcordes, honore aequat. Popule mi, meus enim es, etsi procul à me disiunctus, quoniā diuino more cōnectimur, alioq; modo ac crassitudines. Corpora etenim loco coniunguntur: animae verò Spiritu conglutinantur. Popule mi, qui prius quidem pro Christo pati satagebat: nunc autem si cōsilio meo obsequaris, hoc curae habebis, vt neminem lædas, sed lædendi potestatem pro satis vberi lucro ducas, ac cultum Christo offerre existimes, vt in aduersis rebus patientiam, ita nunc prosperè fluentibus clementiam animique facilitatem. Popule, ad quem beneficiis ornandum accinctus est Deus, quemadmodum ad malè multandos aduersarios. Popule, quem Deus sibi elegit ex omnibus quos aduocauit. Popule in manibus Domini depicte, cui, Tu enim es voluntas mea, dicit Dominus: &, Portae tuae scul-

40 ptura, & quacunque ad eos, qui salutem postea percepturi sunt, referuntur. Po-

Athanasius de celo res nostras aspicit & nos inuocat magis, quā dum viueret.

Vir pius ex periculis vires maiores colligit.

Quem populum bonus pastor vocet suū.

Spiritus gratia erga concordēs in fide.

Esa. 49.

pule, (verum ne immodicam atque inexplabilem animi mei cupiditatem admi-
remini, si vos identidem oratione verso. Incredibilem enim ex vobis hoc frequenti
& saepe repetito nomine voluptatem capio, ut qui spectaculis quibusdam aut acroa-
matis insatiabili quadam aviditate fruuntur.) At o Dei popule & noster, egregia
quidem erat vestra illa celebritas, festusque conuentus, quem in mari proximis die-
bus iniuistis, & si quis alius, oculis gratus atque iucundus, cum mare arboribus stratum,
& manufacta nube obiectum vidi, & nauium velut ad pompam instructarum
elegantiam ac celeritatem, ventumque haudquaquam immodicum ad puppim statem,
quasi de industria stipitem, urbemque; æquoream ad urbem transmittentem. Pul-
chrior tamen ac magnificentior hic, quem nunc cernimus. Nec enim vos ipsos pro-
miscuam multitudini admiscuistis, nec hominum numero pietatem definiuistis, nec
miscellaneum vulgus potius esse sustinuistis, quam populus Dei verbo perpur-
gatus: verum posteaquam Cæsari, quæ sunt Cæsaris, ut par erat, contulistis, Deo quoque quæ
Dei sunt, attribuistis, illi nempe vestigal, huic timorem, ac nutritio cibis vestris po-
pulo, ipsi quoque cibi accipiendi causa ad nos perrexitis. Nam & ipsi frumentum
erogamus, ac frumentum quidem vestro nequaquam fortasse deterius. Venite,
comedite panem meum, & bibite vinum, quod vobis temperavi: ad mesam meam
vos cum sapientia inuito. Cadorem enim vestrum comprobo, animique promptitudi-
ne accuro: quoniam ad nos tanquam ad proprium familiarumque portum appulistis, ad
similem videlicet accurretes, fideique cognationem honore profecti estis, absur-
dumque esse cœsistis, cum ij qui summum numen contumeliosius insectantur, inter se con-
sentiant atque concordent, ac priuata cuiusque imbecillitatem communi consen-
su & conspiratione non secus ac funiculi illi qui mutuo nexu roborantur, suf-
fulciri putent: nos contra ea esse amantia, ut cum iis concordiam fœdere astringi nequea-
mus, qui nobiscum in religionis causa consentiunt: quod tamen multo æquius erat,
cum ipsi diuinitatem quoque coniugamus. Atque ut vos haud frustra ad nos accurrissete,
neque ut ad externos & alienos, sed vestros portum appulissete, præclarumque itineris vestri
ducem Spiritum sanctum extitissete cognoscatis, diuinitatis doctrinam breui oratione vobis
explicabimur. Ac facite, ut vestra fidei dogmata agnoscatis, quemadmodum qui suos
ex armorum signis prouiscunt. Duas sumas in rerum natura differentias cœperio, domina-
tionem & seruitutem: non quas apud nos vel tyrannis scidit, vel paupertas disiunxit, sed
quas natura distinxit, si cui tamen hac voce uti libeat. (Nam quod primum est, supra na-
turam quoque est.) Harum autem altera creatrix est, & princeps ac motus expers: al-
tera creata & imperio subiecta mutationibusque obnoxia. Et, ut compendiosius
adhuc loquar, altera supra tempus est, altera tempori subest. Atque illa quidem Deus
vocatur, tamen si in tribus maximis consistat, in causa, in opifice, in prefectore, hoc est,
in Patre & Filio & Spiritu sancto. Qui quidem nec ita inter se distracti sunt, ut natura se-
parentur: nec ita in artum redacti atque compressi, ut vnius personæ circumscriptione
definiatur: (illud enim furoris est Ariani, hoc Sabellianæ impietatis) sed ut magis
singulares sunt, quam ea quæ in diuisione omnino cadunt, ita rursus vbertate & copia
res eas excedunt, quæ prorsus singulares sunt. Hæc verò altera, quam seruitutem di-
cebamus, nobiscum est, ac creatura nominatur: tamen si inter res creatas aliis aliis di-
gnitate præstet: prout videlicet quæque Deum propinquius attingit. Quæ cum ita se
habeant, si quis cor ad Deum erectum habet, nobiscum iungatur, atque vnam in tribus
personis deitatem adoremus, nullum humile demissumque nomen inaccessibili
gloriæ tribuentes, sed vnius Dei in tribus personis exaltationes semper in gutture
ferentes. Cuius enim ne magnitudinem quidem naturæ propter infinitam & in-
terminabilem ipsius vim, propria vlla oratione complecti non possumus, quo tan-
dem modo ipsi abiectum aliquod & humile nomen inducemus? Quisquis autem
à Deo alienus & auersus est, ob eamque causam vnam illam rebusque omnibus su-
periore essentiam in naturarum diuersitatem secat, mirum sane fuerit, si non gladio
secetur, parsque ipsius cum infidelibus ponatur, opinionisque perniciosæ pernicio-
sum fructum & in hac vita & in futuro æuo percipiat. Ac de Patre quidem quid di-
cere

Matth. 22.

Luc. 10.

Mar. 12.

Prov. 9.

Amentes
sunt Ca-
tholici nisi
sint con-
cordes.
simil.Dominatio
duplex.Causa, opi-
fex, perfe-
ctor.Quænam
creatura
aliis præ-
stet.
Deus vnus
& trinus
adorandus.

Matth. 24.

cere necesse est, cui vno consensu omnes, naturalibus animi notitiis edocti atque
occupati parcunt? quanquam etiam primas ignominiam tulit, ut pote primus in
bonum ac rerum opificem à priscis nouatoribus dissectus. De Filio autem & Spiritu
sancto videte quam simpliciter breuiterque differemus. Si quis horum alteru-
trum, vel mutabilem, vel alterabilem, vel in temporis aut loci aut potentiam aut
actionis facultatisque dimensionem cadentem, vel non natura bonum, vel non à
se motum habentem, vel arbitrij libertate carentem, vel ministrum, vel gloriæ
decantatorem, vel metuentem, vel libertate donatum, vel non eodem gradu cum
Patre numeratum, affirmare queat, hoc probet, & acquiescimus, equoque ani-
mo nos conseruorum gloria & dignitate illustrari feremus. Dei licet iacturam faci-
cietes. At si quidquid Pater habet, idem excepta causa, Filij est: quidquid itidem
Filius habet, idem quoque Spiritus sancti est, si filiationem exceperis, eaque omnia,
quæ corporea ratione de eo prædicantur, propter me hominem meamque salu-
tatem, ut quod meum erat, accipiens, quod suum est mihi per nouam hanc com-
mixtionem largiatur, quin vos aliquando tandem deliramentis vestris finem im-
ponitis, o inanium verborum artifices suopecteque nutu collabentium. Et quare mo-
riemini domus Israël? Liceat enim mihi calamitatem vestram scripturæ verbis de-
plorare. Ipse equidem & Verbi nomina tot tamque excelsa & illustria veneror, quæ
ipsis quoque demonibus reuerentiam expresserunt, & Spiritus sancti equalitatem ve-
neror, ac comminationes in eos, qui blasphemis verbis eum imperauerunt, conie-
ctas, constitutasque pertimesco. Blasphemia porro est, non eius diuinitatem asserere,
sed eum à diuinitate summouere. In quo illud obseruandum, quod is qui blasphe-
miis incessebatur, Dominus erat: is autem, qui vindicabatur, Spiritus sanctus, procul-
dubio ut Dominus. Non sustineo Baptismi luce post Baptismum carere, quid præ-
eorum, in quæ baptizatus sum, adulterans, ac verè in aquis sepeliri, non ad rege-
nerationem, sed ad mortem atque interitum initiatus. Audacius aliquid prolo-
quar. O Trinitas (ac venia detur audaciæ, nam de animæ salute periculum est) Dei
quoque ipse sum imago, supernaque gloriæ, licet humi positus. Non adducor, ut cre-
dam eum, cui sum æqualis, authorem mihi salutis esse posse. Si Deus Spiritus sanctus
non est, Deus primum efficiatur, atque ita deinde mihi æquali suo diuinitatem af-
ferat. At nunc quæ hæc Baptismi impostura est, vel eorum potius, qui Baptismi
munus conferunt, velut in Deum credere, & ex aqua expertem Dei ascendere?
aliud professum esse, & aliud doceri? quales verborum nexus & captiones per aliam
interrogationem & confessionem alio ferentes? Heu miserum splendorem, si post
lotionem obscuratus sum, si eos, qui nondum Baptismo purgati sunt, candidiores
clarioreque cerno, si peruersa baptizantis opinione fideique doctrina deludor,
si præstantiorem Spiritum quero, nec inuenio. Da mihi secundum Baptismum, ac-
tum de primo malam sceleratamque cogitationem animo concipe. Quid mihi per-
fectam regenerationem inuides? Quid me, cum Spiritus, tanquam Dei templum sim,
40 creaturæ domicilium facis? Quid tu me partim honore partim ignominia affi-
cis, diuinitatis causam nefarie disceptas, ut mihi Baptismum, vel meipsum potius
per Baptismum seces. Aut totum honore prosequere, o noue Theologe, aut totum
aspernare: ut, etiam si impiè sentias, tibi tamen ipse constes, naturam honore parem
nequaquam diuersè perpèdens. Ut autem in summa dicam, cum Cherubinis di-
uinitatem laudibus celebra, tres sanctitates in vna dominationem contrahentibus
primamque essentiam hætenus ostendentibus, quatenus eam studiosis hominibus
eorum aliam subindicant. Cum Dauide illuminare, lumen ita alloquente, In lumine
tuo videbimus lumen, hoc est, in Spiritu Filij: quo quid lucidius fieri possit? Cum
Ioanne illo tonitruum filio intona, nihil de Deo abiectum ac terrenum insonas, sed
50 excessum & sublime, Verbum illud, scilicet, quod in Principio erat, & apud Deum
erat, & Deus erat, Deum cognoscens, & Deum verum ex Patre vero, non autem
conseruum bonum, solo filij nomine decoratum: atque alium Paraclitum, alium
videlicet ab eo, qui loquebatur (Deus porro loquebatur) atque eam rationem iniens,
Aa 2

Marcioni-
stas notat.De filio ac
spiritu san-
cto quæ
credentur.

Filiatio.

Ezech. 18.
33.Mat. 12.
Luc. 12.Mat. 28.
Rom. 6.Spir. sancti
diuinitas
confirmatur.

1. Cor. 13.

Esa. 6.

Psal. 35.

Ioh. 1.

Ioh. 10.

Filius est eius/dē sentie cum patre. Act. 5. vt cum illa legis, Ego & Pater vnū sumus, essentię cōiunctionem intuearis: cūm autem illa, Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, Personarum distinctionem cogites: cūm autem Patris & Filij & sancti Spiritus nomen; tres proprietates spectes. Cūm Luca diuinitus afflare, Apostolorum Acta legēs. Quid te Ananiæ Saphiræque adiungis, nouis illis pecuniæ interuersoribus? (noua etenim haud dubiè est propriarum rerum subreptio) idque non pecuniam aut aliud quidpiam leue vilisque precij interuertens, vt linguam auream, aut vestem, aut didrachma, ¹¹ vt ille quondam avarus miles, sed ipsam diuinitatem suffurans ac Deo non homini mentiens, vt scripturæ verbis vtar. Quid? ne ipsam quidem Spiritus potestatem reuereris, in quos & quando & quantum vult spirantis? Ad Cornelium ante Baptismum accedit, ad alios Apostolorum opera post Baptismum defluit. Ita vtrinque, nempe & ex eo quòd heriliter, non autem seruiliter accedit, & ex eo quòd ad Baptismum omnibus muneris absoluendum requiritur, Spir. sancti diuinitas testata relinquitur. Cum Paulo de Deo differe, cum illo, inquam, ad tertium cœlum subuecto, qui nonnunquam tres personas cōnumerat, idque variè, nec nominum ordine seruato, ¹² sed eandem personam nūc prænnumerans, nunc internumerans, nunc subnumerans, vt æqualem naturarum honorem & dignitatem ostendat: nonnunquam etiam trium interdum duorum aut vnus mentionem fiat, tanquam videlicet reliquæ personæ simul sequantur, atque etiam aliquoties Dei vim ac facultatem Spiritui tribui, ¹³ vt nulla re diuerso, nonnunquam Christi loco Spiritum infert: & quidem cūm personas distinguit, his verbis vtitur, Vnus Deus, ex quo omnia, & nos in ipsum, & vnus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum: cūm autem vnā diuinitatem colligit, ita loquitur, Quia ex ipso, & per ipsum, & in ipsum omnia, nimirum per Spir. sanctum, vt multis scripturæ locis comprobatur. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

10f. 7.
Act. 10.
1oh. 3.

2. Cor. 11.

1. Cor. 8.

Rom. 11.

SCHOLIA.

1. *Quam & fluuius Nilus celeberrimus apud omnes historicos amnis, qui nunc sua Ægyptum singulari quadam frugum vbertate locupletat, ac proinde diuinos honores apud Ægyptios est consecutus: atque ibi illum maximè coluere Gymnosophistæ, vt scribit Philostratus lib. 6. de vita Apollonij.*
2. *Immortalitatis amatorem) Athanasium intelligit. ἀθανασία enim immortalitatem sonat. Huic Petrus in Episcopatu successit, vir singulari virtute præditus orthodoxæque fidei propugnator acerrimus, cuius de Arianorum crudelitate insignis extat epistola apud Nicephorum, superius à nobis citata. Quod autè ait Gregorius, A quibus is medius & c. Luciu significat, qui exulante Athanasio latronis more mactandi ac perdendi gregis causa sacrilego impetu in Alexandrinum ouile irrupit.*
3. *At tu antea Mendesios hircos) Hæ omnes fabulæ explicantur infra in Orat. in sancta Lumina. Scribit Lactantius lib. 5. cap. 21. Ægyptios turpissimas bestiarum ac pecudum figuras colere, quædam etiam dictu pudenda tanquam Deos adorare. Idem lib. 1. cap. 21. Osiridem post mortem Serapidem nominatum fuisse ait. Solent enim, inquit, mortuis consecratis immutari nomina, credo, ne quis putet eos homines fuisse. Quod se quis scire volet, quibus quàmque fædis animalibus deorum honorem supersticiosissima illa, imo furiosissima natio tribuerit, legat Clementem Alexandr. in adhortatorio ad Gentes, & Euseb. lib. 2. Præpar. Euang. cap. 1. Qui etiam cap. 4. lib. 5. Demonst. Euang. eos omnium nationum supersticiosissimos fuisse, primòque errori, quo simulachra colerentur, fenestram aperuisse scribit. In eam certe illud scripturæ commodissimè torquere poterat, secundum numerum ciuitatum Dei tui Iuda.*
4. *Primus in bonum dissectus) Marcionistæ duo principia constituebant, alterum bonum, alterum malum, quem δὴμαρτυρὸν vocabant, hoc est, rerum opificem, quem ita insensè oderant, vt serpètem eo meliorem dicere non dubitarent, quemadmodum scribit Theodorit. in epitome diuin. dogm. lib. 1. Vbi de portetosis Marcionis dogmatibus agit. Quo etiam loco senem quendam ad eò miserè huiusmodi errore infectum fuisse narrat, vt salua sua & spūto faciem abluere soleret, ne quid cum illo rerum procreatore commune haberet.*
5. *Vel ministrum, vel glorie decantatorem, & c.) Hæc tria dicuntur ratione angelorum, quibus cōueniunt: quartum ratione hominum, qui seruatoris beneficio ex seruitute in libertatem vendicati sunt.*
6. *Æquoque animo nos conseruorum) Nam si hoc euicerint heretici, iam de diuinitatis gradu Filius ac Sp. sanctus deiciuntur, atque in creaturarum ordinem rediguntur.*
7. *Quæ ipsis quoque demonibus) Vt illa, Quid tibi & nobis Iesu fili Dei venisti ante tempus torquere nos, & similia.*
8. *Quæ hæc Baptismi impossura) Gr. λέγει, & ἀνὴν τῆς λέξεως. Sic enim malui vertere, vt sensus esset apertior. λέγει*

λέγει enim & λέγειν, aliquando Baptismum significant, velut hoc loco, quemadmodum etiam paulo superius, & ὁμοίως. Baptismum transtuli, Hoc autem argumentum à Baptismi forma petitum, maximam vim habet aduersus Pneumatomachos. Nam cūm in Patrem & Filium & Sp. sanctum baptizemur, magnæ non solum impietatis, sed etiam stupiditatis est Sp. sancto diuinitatem detrahere velle. Alioqui cur præstantiores Spiritum in Baptismo quæreremus, si Sp. sanctus est creatura?

9. *Quid tu mea partim) Idem argumentum prosequitur, ac Macedonios urget, qui ita Patrem attollēbant, vt Filium ac Sp. sanctum impiè deprimerent, ac proinde Baptismum veluti discinderent.*

10. *Ac alium Paracletum) Sensus est. Christus de Sp. sancto loquens ait, Pater alium Paracletum mittet vobis: atqui Christus est Deus, Ergo & Sp. sanctus. Hæc enim dictio Alius (vt idem author infra in Orat. in Pentecosten docet) non de alienis, sed de consubstantialibus prædicatur.*

11. *Vt ille quondam avarus miles) Diu hanc allusionem frustra quaerit: tandem non inuenta reperta est, vt ait ille. Innuit autem furtum illud, cuius mentio fit Iosue. 7. cap. Ibi enim narratur, quemadmodum Acham vestes quasdam & pecunias ac linguam auream suffuratus sit. Vbi enim habet vulgata translatio, regulam auream; 70. interpretes habent ἡλῶσται χρυσῆν. & Hebraica veritas ירדף quam tamen R. David Cimhi virgam instar linguæ confectam exponit.*

12. *Sed eandem personam) Paulina testimonia infra habebis in Nicetæ commentariis.*

13. *Vt nulla in re diuerso) Gr. αὐτὸν δὲ ἴσθαι ἴσθαι. Vel fortasse non minus rectè tanquam nihil intersit, Spiritum dicamus an Deum.*

GREGORII NAZIANZENI DE SEIPSO,
& ad eos, qui ipsum cathedram Constantinopolitanam affectare dicebant, & de populi alacritate, quam erga eum ostenderat,
Oratio.

ARGUMENTVM.



Multi erant in vrbe Constantinop. quorum oculi Gregoriani nominis gloria & splendore perstringerentur. Alij non tam inuidia quàm odio aduersus optimum virum incitabantur, quales erant Macedoniani & Apollinaristæ, reliquæque hæreticorum colluuiēs. Hi omnes, cūm nihil inuenire possent, quod verè ipsi obicerēt, leuissimis quibusque nugis eum opprimere, atque ex iniquissimis suspicionibus crimē aliquod ei constare nitēbatur. Quid autem nō cōsinnxissent improbiissimi nebulones, qui homini ab omni honorū cupiditate remotissimo solitudinisque amantiſimo ambitionis crimen impingere non dubitauerunt? Tantas animis eorum tenebras liuor atque acerbitas offuderat. His itaque respondet Gregorius, atque ostendit nobis parum curandum esse, quid de nobis homines garriant, quid suspicentur, quid existiment, nec tam spectandum esse, vt boni videamur, quàm vt simus, nec tam vt hominibus vitæ nostræ rationem probemus, quàm vt Deo vero iudici.



Emiror, Quidnam tandem vobis circa conciones meas accidit, quàmque ob causam peregrina hac nostra voce & exigua fortasse, nihilque amabile habente ita capti sitis, vt eodem modo mihi erga me affecti esse videamini, quo ferrum erga magnetem. Nam & ex me pendetis, & alij ex aliis, ⁴⁰ tuo nexu inter vos cohærentes, & omnes ex Deo, ex quo omnia, & in quem omnia. O catherenam mirabilem, quam Sp. sanctus necit, firmissimis vinculis compactam & coapatam! Cuius rei nullam equidem causam suspicari queo. Neque enim alios doctrina & sapientia quicquam antecello, quantum quidem mihi conscius sum: nisi quis hoc ipsum mihi sapientiæ ducat, quòd me sapientem non esse, atque à vera & primaria sapientia longè remotum esse scio: quod permultum abest, vt sapientes nostræ ætatis de se existiment. quando quidem nihil facilius est, quàm vt se ipsum quis fallat, ac putet se aliquid esse, cūm nihil sit, inanis gloriæ aura intumescens. Nec verò fidei rectæ doctrinam quam arctissimo complexu tenetis, vobis primus promulgauit: ⁵⁰ sed alienis duntaxat vestigiis institi, & quidem vestris (dicam enim quod res est) si quidem egregij illius Alexandri discipuli estis, magni Trinitatis propugnatoris & præconis, qui & verbis & rebus impium errorem depulit ac profligauit. Neque enim memoria vobis excedat Apostolica illa oratio, quæ impietatis autho-

Magnet.

Sapientia sci re se nō esse sapientem.

Arium intelligit.

rem atque antistitem sustulit, idque in locis impurissima lingua dignis, ut nimirum contumelia contumeliam ulcisceretur, ac iusta morte mors animarum iniusta sempiterno dedecore inureretur. Ergo non nouum fontem vobis perripimus, quemadmodum ille, quem Moses ab Aegypto profugientibus in loco aqua carente demonstrauit: verum absconditum & obstructum aperuimus, ut olim serui Isaac non putos tantum aquae vitae fodientes, verum etiam a Palaestinis obstructos repurgantes. Sed neque facetus quispiam atque eleganti morum festiuitate sum praeditus, aut is denique, qui verborum blanditiis hominum beneuolentiam mihi conciliare queam: quales plerosque eorum video, qui hoc tempore inter Ecclesiarum antistites nomen profitentur, qui pietatem nostram simplicem prius 10 artisque expertem fugarunt, ac nouum quoddam politices genus effecerunt, a foro ad Sancta translatae, & a theatris ad abdita sacra prophanisque oculis minime inspectanda: ut, si audacius loqui liceat, duae iam scenae sint hoc discrimine inter se distinctae, quod illa omnibus pateat, haec quibusdam illa rideatur, haec hodie floreant: illa denique theatrica, haec spiritualis nominetur. Vos testes, & Deus, inquit Apostolus, nos ab hac parte minime cenferi, verum eo animo esse, ut finitimitatis potius & rusticitatis quam adulationis parumque liberalis animi crimine nobis impingi possit, quippe qui homines etiam nominis nostri perquam studiosos asperioribus interdum verbis accipiamus, si quid nobis non recte consulteque facere videantur. Atque hoc ex eo facinore perspicuum factum est, quod nouo 20 exemplo circa me haud ita pridem edidistis cum zelo & ira flagrantes clamantem & ingemiscentem in hac sede collocastis, quam tyrannicam an archiepiscopalem dicere debeam incertum habeo, sed collocastis tamen, propter vim amoris erga me vestri, ius fasque violantes. Quo quidem tempore nonnullis eorum, qui vehementius in eam rem incumbebant, adeo grauiter succensuimus, ut amore in odium mutato a nobis pedem confestim retulerint. Non enim hominum gratiam tam spectamus quam utilitatem. Quae igitur tanti erga nos sermonesque nostros desiderij & studij causa sit, depromere ipsi atque in medium proferre, animique vestri affectum indicare vultis: an potius opera nostra prodere ac declarare, quemadmodum & ad res alias exponendas me non illibenter uti soletis? 30 Mihi vero non est dubium, quin hanc dicendi prouinciam mihi mandetis, quantum quidem ex vestro silentio iudicare licet. Audite igitur atque expeditate, num malus huiusmodi rerum sum coniector. Primum quia nos ipsi acciuisistis, idcirco iudicio vestro opem subsidiisque ferre, ac velut praedam vestram fouere videmini. Est enim ita natura comparatum, ut suis quisque faueat siue opibus, siue liberis, siue sermonibus, spontaneoque beneuolentiae affectu erga fetus suos impellatur. Deinde nulla re perinde moueri, quam quod nos nec praecipites & importunos, nec violentos, nec ad theatricam quandam ostentationem compositos, sed modestos & submissos, atque in hominum frequentia & societate velut societatis expertes ac singulares, & ut compendiosius adhuc loquar, philosophos 40 esse perspicitis. Philosophiam autem dico, non callide & politico artificio excogitatum atque accersitum, sed simpliciter ac spiritualiter cultam & obseruatam. Non enim ut quaramur, latebras petimus, nec ut praestantiori honore digni censeamur (quemadmodum, qui eximias quasdam formas paulum ostensa, statim ex oculis subducunt) ut per quietam atque a medio reductam vitae rationem illud planum faciamus, nos a praefecturis sacris abhorrere, nec huiusmodi honores ambire, atque aucupari. Tertio, cum perspicatis, quibus malis tum ab externis aperto nos bello lacescentibus, tum ab internis & domesticis insidiis molientibus, afficiamur (quandoquidem, ut Danielis verbis utar, egressa est iniquitas a presbyteris Babylonicis, qui Israellem regere existimabantur.) Idcirco quiritari quidem atque 50 animo excruciarum videmini, nec quoniam modo opere iniqua vi oppresso feratis, habere, ac proinde, quod vnum licet, vicem nostram fortunamque miserari. Miseratio porro pudori coniuncta amorem procreauit. Atque has demum honoris mihi habiti

Exod. 17.
Gen. 26.

1. Theff. 2.

utilitas hominum spectanda potius quam gratia.

Quisque suis fauet naturaliter

simil.

Daniel. 13.

biti causas esse censeo. Quoniam autem non aliam ob rem bello lacescimus, quam propter eloquentiam, & superuacaneam hanc & inuidiosam linguam, quam in prophanis disciplinis eruditam, diuinis postea nobilitauimus, saltemque illam & impotabilem Maram per vitae lignum edulcauimus: affectum sane induistis, animis ingenuis & liberalibus dignum, hoc amatis, ob quod oppugnamur. Cur enim eruditionem mutam amplexi non sumus: cur non aridam & humi reptantem? cur cum ea vulgus delectari cerneremus, in peregrina quaedam & aliena studia incumbere, aduersariisque linguis obsistere: cum contra oportuerit animi ratiocinationes temeritate defugere, ac silentio fidei nomen imponere: cui ipsi quoque mihi credite, ut piscator, aquieuissem (quandoquidem hoc plerisque ad incitiae praetextum in promptu est) si sermonis, doctrinaeque loco, signorum & miraculorum vim haberent. Vtinam ex hominum vita sublata atque extincta esset inuidia, tabes possessorum, virus ac rubigo eorum qui ea exagitantur, sola ex omnibus animi perturbationibus aequissima simul & iniquissima: illud, quia bonis omnibus infesta est: hoc, quia dominos suos exedit & conficit. Non enim iis, qui nos primi laudibus extulerunt, mali quicquam imprecabor. neque enim quis laudum finis futurus esse perspectum habebant: nam alioqui non nihil quoque maledictiae adiunxissent, ut inuidiam reprimerent. Haec Luciferum obscurauit, ob mentis elationem prolapsus: indignum enim atque intolerandum ducebat se, cum diuinus esset, non Deum quoque existimari. Haec Adamum per voluptatem & mulierem circumuentum paradiso expulit. Adductus est enim, ut se idcirco a scientiae ligno arceri crederet, quod ipsi diuinitatem Deus inuideret. Haec Cain ad necem fratri inferendam impulit: quod purius sanctiusque sacrificium aequo animo ferre non potuisset. Haec & mundum immunde atque incompotite se gerentem aquis textit, & Sodomitas igne obruit. Haec & Dathan & Abiron aduersus Moysen furioso impetu consurgentes terra defodit, & Mariam quae aduersus fratrem solum murmurauerat, lepra infecit. Haec & Prophetarum cruore terram foedauit, piaculoque constrinxit, & sapientissimum illum Solomonem per mulieres labefactauit atque prostravit. Haec & furciferum illum Iudam, 30 exigua pecunia illectum, proditorem effecit, & Herodem puerorum carnificem, & Pilatum Christicidam. Haec & Israellem cribrauit, ac disperfit, ne nunc quidem adhuc a peccato suo emergentem. Haec & Apostata tyrannidem in nos excitauit, cuius carbones adhuc etiam molestiam inferunt, licet flammam ipsam effugerimus. Haec & praclarum Ecclesiae corpus discidit, in diuersa & contraria studia partitum atque dissectum. Haec & Hieroboam illum peccati seruum in nos concitauit, & linguae vinculum imposuit. dirumpitur enim splendescens Trinitatem cernens, ac tota diuinitate collucens, eoque, a quibus sincere praedicatur, vobis charos reddentem. Vtrum tandem vobis nugari atque ineptire videmur, ita coniectantes: an vero perquam egregie, vestri erga me amoris causas orationis penicillo expressimus? Ac de his quidem rebus ita iudico. Quonia autem contumeliis quoque nobis iniustis nonnullos angere, contemptumque nostri calamitatem suam interpretari perspicio: age de eo quoque paucis disseramus. Etenim si humanum aliquid abiectumque cogitans, atque hanc cathedram affectas, aut huc primum cum senectute hac cana, atque his membris & vitae diurnitate & morbo rugatis atque contractis venissem, aut nunc has ignominias ferre: profecto & coelum & terram (quae veteribus attestari moris erat) erubescere: erubescere etiam cathedram hanc, & sacrum hunc coetum, & sanctam hanc recensque coagmentatam plebem, aduersus quam tot sceleratorum hominum copiae aciem instruxerunt, ut priusquam coniuncta sit, dissoluatur, & priusquam in lucem prodeat, extingatur, iam 50 secundum Christum formari incipiens. Adhuc labores meos & arumnas erubescerem, & asperam hanc vestem, & secessum ac solitudinem, quam familiarem semper habuimus, & vitam facilem & expeditam, & mensam frugalem & simplicem, auium vita haud multo inferiorem. In gratiam etiam cum veritate re-

Exod. 15.

Inuidia malum aequissimum & iniquissimum.

Lucifer.

Adamus per voluptatem ac mulierem deceptus. Gen. 6. 19. Num. 16. 12.

Iuliani.

De Maximo loquitur.

Solitudo gratissima Greg.

10f.9. deant, 7 qui me alienæ vxoris cupiditate flagrasse dicunt, cum ne propriam quidem habere voluerim. Sint etiam Gabaonitæ meliori conditione, quos tamen ne ad id quidem munus Spir. sanctus admissurus est, vt ligna atque aquam portent, quandiu cum huiusmodi & sermonis & vitæ maculis ad sacra accefferint. Sin autem ea nobis huc veniendi causa fuit, vt fidei patrocinium susciperemus, ac viro interim orbata Ecclesiæ operam pro virili nostra nauaremus, haud secus ac tutores quidam & curatores, alij qui præstanti ipsius forma dignus visus fuerit, ac plura virtutum tanquam sponsalia dona reginæ obtulerit, eam matrimonio coniuncturi: vtrum tandem nobis huiusmodi animi alacritas laudem, an hominū suspicio reprehensionem afferre debet, quandoquidē ex alienis affectibus æstimamur. Eodem igitur modo, vir optime, si naui tempestate iactatæ & periclitanti manum porrexisset, aut vrbi obsidione cinctæ, aut ædibus flammæ ardore conflagrantibus, partim scaphis, partim exercitu, partim instrumentis extinguendæ flammæ accommodis opem ferentes: proculdubio nos aut prædones, aut vrbis vel domus amatores vocasses, non autem patronos & defensores. At qui multis secus videtur, inquis. Quid verò mea interest, qui rei veritatem magis curo, immò solùm curo? hoc enim vel me condemnauerit, vel absoluerit, hoc miserum vel beatum reddiderit. At quid aliis videatur, nihil ad nos, quemadmodum nec alienum somnium. Non ita aliis videtur, ais. Quid verò? an iis qui vertigine correpti sunt terra fixa & stabilis esse videtur? an ebriis qui sobrii sunt, integra mente esse, ac non potius in caput incedere, ac sursum deorsumque moueri? An non quibusdam interdum hominibus mel amarum est, nempe morbo laborantibus, malèque affectis? At non propterea res ita se habent, vt, qui hoc statu sunt, arbitrantur. Quocirca fac prius fidem, sanos eos esse, qui de nobis ita sentiunt: ac tum nos admone, vt meliorem mentem induamus: aut condemna, nisi consilio tuo pareamus, sed in eadem sententia perstemus. Non ita multis videor? at Deo ita: immò non videor, sed perspicuus atque manifestus sum ei, qui omnia priusquam orientur, nouit, qui corda nostra sigillatim fingit, qui intelligit omnia opera nostra, omnes motus & cogitationes, cum quibus res à nobis geruntur, intelligit, quem nihil eorum quæ sunt, latet, aut latere potest, qui aliter res nostras intuetur, atque mortales solent (Homo enim, si scripturæ fides habenda est, videt in faciem: Deus autem cor intuetur) cuius iudicium cordatis hominibus pluris faciendum, magisque curandum est, quàm omnium aliorum in vnum coactorū. Etenim si duos homines, quorū alter iudicij acumine polleret, alter rudis & imperitus esset, de eodem negotio in consilium adhiberes, haud parum sanus esse videreris, si relicto prudentis consilio iudicium imperiti sequereris. Neque enim Roboam ex eo laudem est consecutus, quòd pro nihilo habita senum sententia, iuuenum consiliis paruit. Cùm itaque Deus & homines in censuram veniant: an tu iudicia hominū pluris æstimabis quàm Dei? nequaquam certè id facies, si me audias rectèque sentias. At nos, inquis, tuarum contumeliarum pudet. Me verò vestri, quos ob eam rem pudeat. Nam si hæc iustè patimur, nobis potius ipsis, quàm vobis nostra causa, erubescendum est, non quia contemnimur, sed quia contemptu & ignominia dignos nos præbemus: si autem iniquè, crimen eorum est, qui contumeliam inferunt: ac proinde illorum potius quàm nostri causa indignari & excruciarī debetis, quoniam ij sunt, quibuscū malè agitur. Quòd si me, cùm malus essem optimum virum existimares, quid mihi faciendum esset? sceleratior ne essem, vt magis tibi placerem? haudquaquam sanè id mihi consilij dedissem. Eodem modo nec si me rectè & cum virtute aliquid faciētem labi & errare putes, rectè facere propter te desinam. Nec enim tibi magis quàm mihi ipse viuo, atque in omnibus rebus rationem, Deique iustificationes in consilium adhibeo: à quibus & plerunque nullo accusante conuincor, & multis condemnantibus absoluo. Atque hoc vnum tribunal intestinum atque in nobis ipsis fixum tale est, vt nemo illud effugere possit, quòdque vnum ob oculos propositum habere

Conscientie iudicium nemo potest effugere.

Psal. 32.

Rom. 8.

Hebr. 4.

1. Reg. 16.

Dei iudicium pluris faciendum quàm omnium hominum.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

3. Reg. 12.

berè debemus, vt rectum vitæ iter teneamus. Porro quòd ad hominum de nobis iudicia & existimationem attinet, ita animo comparati sumus, vt siquid ea contingat, non illibenter accepturi sumus (vt humanitus aliquid dicam) sin autem in cōtrarium cadat, valere iubeamus: nec quicquam de rei veritate propter hominum opinionem detrahemus. Quisquis enim rei cuiuspiam gratia virtuti studet, is profectò ne utiquā firmas in virtute radices egit. Simul enim atque res ea effluerit, recti quoque studium deponet: quemadmodum qui quæstus causa nauigat, nisi lucri occasio adsit, nauigare desistet. At qui bonum ipsum propter se colit & amplectitur, quoniam rem fixam & stabilem amat, certam quoque & constantem erga illud animi alacritatem habet: adè vt diuinū aliquid sentiens, his quoque Dei verbis vti possit, Ego autem idem sum & non mutor. Quamobrem nec ab animo suo migrabit, nec immutabitur, atque à se desciscet, nec cum temporibus ac rebus collabatur, aliàs alios mores induens, ac novos subinde colores assumens, non secus ac polypi petrarum, ad quas accefferint, colores referunt: verum idem semper sui similis permanebit, fixus in rebus minimè fixis, immotus in incertis & fluctuantibus, non aliter, opinor, ac rupes quædam ad ventorum fluctuumque impetus non modo non labefactatur, sed etiam incurstantes vndas circa se frangit atque absumit. Verum de his hætenus: nec enim mihi vacat cum linguis digladiari: atque etiam fortasse plura diximus, quàm conueniret. Iam ad vos, hoc est, gregem meum se conuertit oratio. Facite, vt, quemadmodū ait Paulus, gloria mihi sitis, & gaudium & gloriationis corona, vt defensio ad eos qui sic interrogant & diiudicant: vt quemadmodum iis qui fabricandi aut pingendi artem profitentur, cū artis rationem exposcuntur, fabrile aut pictorium opus ostendere sufficit, vt negotio omni ac molestia liberentur (opus enim, inquit ille, sermone est fortius) sic ipse quoque vobis in medium productis obtrectatorum meorum maledicta superem. Quoniam verò modo superabo? Primum si Patris & Filij & Spir. sancti confessionem firmam & constantem retineatis, nihil vni diuinitati addentes, nec detrahentes, nec imminuentes, (nam si quid imminutū fuerit, totam quoque simul imminuetur) eos autem qui aliud quiddam sentiunt aut profitentur, aut diuersis naturarum gradibus atque mensuris vnitatem euertunt, aut dirimunt, quasi pestem & corruptelam Ecclesiæ, veritatisque virus abiciite, non odio eorum flagrantes, sed eorum casum miserantes. Deinde si vitam rectæ doctrinæ congruentem & consentaneam præbeatis, vt æqua vtriusque virtutis laude floreatis, ac non altera parte deficiatis. Imperatores honorem purpuræ habete. nam legislatoribus quoque leges præscribemus. Cognoscite quantum id sit, quod vestræ fidei commissum est, quancūque circa vos mysterium. Orbis vniuersus manui vestræ subiectus est, diademate paruo, atque exiguo panno reuentus. Superna solius Dei sunt: inferna & Dei sunt, & vestra. Subditis vestris Deos vos præbete: liceat enim audacius aliquid dicere. Cor regis in manu Dei est, vt scriptura testatur, ac fidem facit. Hic imperium vestrum sit, non autem in auro & exercitiis. Aulici proceres, ac sublimibus thronis & dignitatibus insignes, ne honorum amplitudine ac potentia insolescatis, nec de mortalibus rebus quasi immortalibus cogitetis. fidem imperatoribus seruare, sed prius Deo, propter quem & his, quibus commissi & traditi estis. Qui generis splendorem iactatis, date operam vt moribus quoque nobilitemini: aut aliquid dicam, iniucundum quidem & molestum, cæterum nobile & generosum. Nam & veritas nobilissima esset, si qua est vlla vestra nobilitas, nisi chartæ ignobiles quoque vobis pingerent. Sapientes & philosophi & barba pallioque graues, vósque sophistæ & grammaticæ, publicique plausus captatores, haud scio quo modo sapientum nomen sustinere possitis primario Verbo ac doctrina carentes. Qui parandis opibus studetis, audite Prophetam dicentem, Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere: scitote vos re incerta & fragili niti & confidere. Nauem non nihil exonerate, vt leuius nauigetis. Hosti fortasse aliquid eripueritis, ad quem facultates

Quatenus curare debemus iudicia hominum de nobis.

simil.

Mal. 3.

Qui sint Polypti similes.

Math. 7.

Cum linguis non est digladiandum.

1. Thess. 2. simil.

Opus fortius est sermone.

Heretici abiciendi quasi pestis.

Vita doctrinæ consonet.

Officium imperatorum.

Prou. 21. Officium procerum.

Deo prius seruanda fides quàm regi. Officium nobilitum.

Psal. 61.

Ventri sub- trahere quod des paupe- ri. Luc. 16. Primi di- gnitate, sint primi vir- tute. Turpe aliis dominari & volu- ptatibus seruire.

vestræ deuoluentur. Qui deliciis indulgetis, aliquid genio & ventri subtrahite; ac Spiritui date. In propinquo est pauper: morbo succurre, in hunc aliquid eorū quæ tibi supersunt eructa atque euome. Cur vterque vestram premitur, tu cruditate, ille fame: tu crapula, ille aqua intercute: tu satietate & ingluuie laborans, ille morbo æstiuans ac vacillans? Ne Lazarum tuum hic, asperneris, ne te in futuro æuo diuiti illi similem reddat. Vos magnæ vrbs ciues, ¹⁰ qui primi statim post primam estis, aut ne id quidem ei conceditis, ita vos gerite, vt primi non scelere, sed virtute, non miorum dissolutione & mollitie, sed optimis legibus sitis. Turpe enim fuerit & flagitiosum, si hæc vrbs ita aliis vrbibus præstet, vt tamen voluptatibus cedat, aut cæterà quidem grauis & moderata sit, verum circa ludos Circē- ses, & spectacula, & cursus ac venationes adeò infano animi studio feratur, vt hæc pro vita & seruo quodam instituto habeat, atque vrbs inter vrbes principatum tenens, ludentium vrbs sit, quam aliis quoque virtutum omnium exempla præbere multò æquius erat & congruentius. Vtinam hæc abiiciatis, vtinam Dei ciuitas sitis, atque in manibus Domini depingamini, ac tandem nobiscum magno vrbium conditori splendidi splendide sistamini. Hunc vobis lætum nuncium affero in ipso Christo Domino nostro, cui gloria honor & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

SCHOLIA.

- 1 Si quidem egregij illius Alexandri.) Alexander Constantinop. antistes, vt Ecclesiastici omnes historici narrant, cum Eusebianos fraudibus suis & machinis hoc ab imperatore Constantino videret extorsisse, videlicet, vt Arius in Ecclesiam reciperetur: ad arma sanctorum confugit, atque ad templi sacrarium prouolutus tota nocte cum lachrymis Deum precatus est, ne hanc pestem ingredi Ecclesiam, ac perniciosissima doctrinæ contagione gregem suum infici sineret. Cuius orationis vim horrenda mors Arii postero die secuta comprobauit.
- 2 Ius sãque violantes.) Neque enim promiscue plebis erat Episcopum creare. Hoc enim ius Episcoporum erat.
- 3 Cur enim non mutam amplexi.) Obscurissima est hac periodus. Huius tamen sensum, nisi nos opinio fallit, expressimus. Obiter hic eos notat Gregorius, qui vel inficitie suæ conscientia, vel inuidiæ metu ab omni disputationum contentione refugebant, ac lupos impune in Domini gregem impetum facere patiebantur, atque etiam, si superis placet, turpissimam suam ignauiam honestissimo fidei pietatisque nomine obuelabant. At igitur hic author, si hominum gratiam beneuolentiamque sibi proposuisset, ac non potius veram & solidam virtutem orthodoxiæque defensionem, nihil fuisse. cur tot bella, tot certamina cum hæreticis suscipere, assidueque disputationibus sibi eorum odium conflaret: cum sibi liceret aliorum more tacere, ac silentiũ fidei nomine obtegere. Quod si cui mirum videatur, quòd *ὁμοῖα* non temeritatem ac præcipitem animi impetum verterim, sed silentium, mirari profectò desinet, si sciat hunc authorem aliis quoque nonnullis locis eadem significatione hanc vocem extulisse: ac præterea diligenter expendat, tum quod initio huius periodi dixit, de muta disciplina, tum quod in fine eiusdem ait, Si sermonis loco &c. Quod si quis adhuc priori significatione τὸ ὁμοῖα accipiendam esse contendat, ita hæc exponenda erunt, vt dicamus Gregorium eos hac oratione perstringere, qui stultis tantum clamoribus hæreticos insectabantur, nec solidis argumentis firmisque rationibus errores eorum refellebant.
- 4 Hæc & Iudam.) Ne mireris, Lector, Theologum Iudæ Herodis & Pilati scelus inuidiæ asensisse. Hoc enim loco inuidiam pro inuidiæ parente diabolo accipit, quemadmodum in Oratione de Basilio & plerisque aliis locis.
- 5 Hæc & Hieroboam illum.) Maximum intelligit, quòd quemadmodum ille aduersus regem suum insurrexit, ita hic aduersus Gregorium, quem pro domino agnoscebat.
- 6 Quæ moris erat veteribus attestari) Sic legimus apud Esaiam. Audi cælum, & auribus percipe, terra. Et apud Mosén, Audite cæli, quæ loquor: audiat terra verba oris mei. Et similia.
- 7 Qui me alienæ vxoris.) Per vxorem alienam Ecclesiam Constantinop. intelligit, per propriam autem, Sasmorum. Hoc igitur ait omninò à similitudine veri abhorre, vt qui propriam habere noluerit, alienæ desiderio teneatur. Quod autem de Gabaonitis subtextit, de hæreticis est accipiendum, quos tametsi opibus & gratia florentes, in ea tamen causa esse ait, vt nec ad infima quæque ministeria Spir. sanctus eorum opera vsurus sit.
- 8 Nam tunc & verum nobilissimum.) Græcè, τὸν ἰσχυρὸν ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ὁ ἰσχυρὸς ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ὁ ἰσχυρὸς ἀπὸ τοῦ θεοῦ. Ex quibus verbis haud scio an sensus vllus elici queat, qui morosi iudicij homini satisfacere possit. Nos coniecturæ atritu, quasi ex silice flammam aliquam extindere tentauimus. Hoc enim Gregorium velle suspicamus, vanum esse nobilitatis nomen, eam eorū quoque quos pro degeneribus & ignobilibus

ignobilibus habemus, literarum monumentis commendatos esse videamus. Ita vbi habetur, τὰ δύο ὄντα ὁμοῖα ἔχοντες, hæc duo ὄντα ὁμοῖα ἔχοντες simul construo, i. opinione & iudicio vestro ignobiles. Si quis commodiorem sensum attulerit, libenter amplectemur.

9 Hosti fortasse aliquid.) Fortasse, inquit, hostem habebis hæredem: atque ita quantum pauperi dederis, tantum hosti detraxeris.

10 Qui primi statim post.) Constantinopolis secundum Romam inter vrbes principem dignitatis locum tenebat. Vnde etiam noua Roma dicta est. Huic sæpe mollitiem obiicit Gregorius, immodicumque erga cursus equestres studium. Ciues itaque hortatur, vt quemadmodum dignitate primi sunt, ita etiam virtutis & grauitate primi esse studeant.

GREGORII NAZIANZENI, CVM post ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in vrbem rediisset, Oratio.

ARGUMENTVM.

MAximus, qui ex philosopho Cynico Christianus factus fuerat, ac virtutis simulatione ita Gregorij animum ceperat, vt eius intima familiaritate vteretur, domumque & mensam cum eo communem haberet: nefario scelere patronum immò parentè optimè de se meritum Episcopatu deicere, sedisque dignitatem ad se transferre instituit. Quod quò facilius assequeretur, pecunia ac muneribus perfecit, vt Alexandria Episcopi nonnulli Constantinopolim mitterentur, qui suffragiis suis pestiferum hominem Episcopum crearent, ouesque lupi, vt dicitur, pasceudas committerent. Sed id cœptum frustra fuit. Tanta enim ob eam rem excitata in vrbe seditio est, vt Egyptij Episcopi multitudinis clamore obruti atque conterriti inchoatam in Ecclesia electionè abrumpere coacti sint. Gregorius itaque (nam tum aberat) rure in vrbem reuersus hanc orationem habuit: in qua postquam populum ad fidei virtutisque studium hortatus est, Christianum philosophum omnibus artibus coloribus pingit, qui nec secundarum rerum oblectamentis deliniri atque emolliri, nec sæuientis fortunæ incurfibus frangi ac debilitari, nec inuidorum obrectationibus deprimi, nec iniuriis vllis & contumeliis perturbari ac percelli queat, sed omnia tam nature quam fortunæ vel commodæ vel incommodæ in virtutis occasione trahat, atque vt peritissimi gubernatores quemlibet ventum cursui suo seruire cogat. Deinde ad huiusmodi hominis exemplar seipsum expendit, ac tanquam ad Lydium lapidem explorat, perspicuè ostendens eum qui Christianam philosophiam ex animo amplexus fuerit, & vt cum Horatio loquar, virtute sua se inuoluerit, firmiori præsidio subnixum esse, quàm vt vllis inimicorum atque inuidorum machinis labefactari, ac de magnanimitatis gradu deturbari possit. Idem argumentum ex professo tractat Chrysostomus in Oratione, Quod nemo læditur nisi à seipso.

Desiderabam vos filij, parique à vobis desiderio vicissim expetebar: persuasum enim id habeo: ac si in eam rem iusiurandum interponendum est, per nostram gloriationem iuro, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro: hanc enim iurisiurandi formam mihi credidit Sp. sanctus, cuius numine atque afflatu ad vos venimus, vt Domino populum eximium ac peculiarem comparemus. Ac fidei magnitudinem, 40 quæso, perspicite. Nam & animi mei affectum vobis probo: & de vestro erga me animo affirmo ac deiero. Nec id sanè mirum videri debet. Quorum enim communis est Spiritus, horum affectus quoque communis: qui autem eodem animi motu impelluntur, hi quoque ad credendum pari facilitate adducuntur. Nam quod in seipso aliquis minimè sensit, is nec alteri id de se affirmanti vnquam crediderit: qui autem ita aliquando se affectum sensit, is profectò ad assentiendum faciliorem se præbebit, vt pote inuisibilis affectionis inuisibilis testis, formæque alienæ proprium speculum. Quamobrem à vobis diutius abesse non sustinui, quanquam alioqui rebus huius vrbs non parum offenderer, non iis solum, quas ciuitates secum ferre solent (hoc est multitudine populari, tumultibus, foro, spectaculis, ingurgitationibus, flagitiis, contumeliis, præfectis ac subditis damnium inferentibus ac patientibus, lugentibus, vicissimque se lugendos præbentibus, flētibus ac gaudentibus, matrimonium ineuntibus ac mortuos efferentibus, hominum laude florentibus ac conuiciis probrisque laceratis, illa inquam ac reliqua

1. Corin. 15. Iuramentum

Deut. 7.

Qui facile credant.

Quæ solent secum ferre ciuitates.

huiusmodi improbitatis sylua & colluuiè, mundi æstu, subitisque & repentinis velut in Euripo & ventorum agitatione mutationibus) verum etiam præstantiori hoc atque honoratori ordine, iis inquam qui diuinum sacrarium mensamque sacrosanctam cingant. Inter quos cum ipsi principatum obtinere videamur, in eorumque, qui ad Deum propius accedunt, numero sumus, vereor ne perniciosè accedamus, & tanquam stipula ad ignem, ignis vim ferre nequeutes. Cæterum ad vos redij, & qui à vobis inuitus discesseram, idem non inuitus, sed animo perquam alacri, spontaneisque (vt dici solet) pedibus accurri, Spiritu scilicet me fluminis cuiusdam in modum agente, quod per accliuia non nisi per vim fertur, per prona autem & decliuia celerrimè labitur. Ac profectò vel vnicus dies totius vitæ humanæ instar est desiderio laborantibus. Nam illud Patriarchæ Iacob mihi alio modo se habere videtur, qui pro duabus virginibus quatuordecim annis Labam Syro feruiens, haudquaquam labore frangebatur. Erant enim, inquit, omnes illi dies, quasi dies vnus, quod earum amore flagraret. Cuius rei hæc fortasse causa erat, quia rei expetitæ conspectu fruebatur: vel etiam quia leue est amore laborare, tametsi dilatio ipsa molestiam afferat. Sic videlicet natura comparatum est, vt ea segnius concupiscamus, quibus facilè liberèque frui licet, quemadmodum veterum quidam affirmavit. Equidem ipse, qui cum adesset, vim huius affectus parum admodum sentiebam, posteaquam à vobis disiunctus sum, cupiditatem amorèque, dulcem tyrannum, agnoscere cœpi, quod quidem non est cur nouum videatur. Etenim si vel bubulcus ob vitulum vnum ab armèto aberrantem, vel pastor ob pecudem decadis grege desideratam, vel auis ob nidulum quem ad breue tempus reliquit: vsque adeo discrucari solent, vt & illi arreptis fistulis, in speculam quandam euecti calamos omnes mœrore impleant, atque palantia animalia quasi ratione prædita euocent, ac si paruerint, maiorem ex illis, quàm ex reliquis simul omnibus, delectationem percipiant: hæc autem stridens ad nidum conuolet, pullisque stridètibz aduoluatur, eòsque pennis foueat: quorandem chariores esse par est apud bonum egregiùmque pastorem oues rationis participes, & pro quarum salute non nihil periculi adiit: quãdo quidem hoc quoque acriores animi flammæ excitat. Equidem ipse graues & truculentos lupos timeo, ne caligine nostra obseruata, rapaci ac violenta doctrina gregem dilacerent. temporum enim incommoditates explorant, quod palam apertèque nihil efficere possint. Fures etiam ac latrones vereor, ne transcensâ caula irruentes aut impudenti ac perspicuo impetu oues deprædentur, aut furtim intercipient, vt macent, & iugulent ac perdant, rapientes rapinas, animasque comedentes, vt Propheta quispiam cecinit. Quinetiam illud vereor, ne quis eorum, qui heri & nudius tertius à nobis stabant, angustius hostium referatum inueniens, atque ita vt familiaris ingressus, iam vt alienus insidias moliatur. Multæ enim variæque sunt eius, qui res huiusmodi in hominum animos immittit, artes & insidiæ: nec quisquam tam solers est rerum variegatarum architectus, quàm peritus malitiæ artifex est noster aduersarius. Iam mihi quoque timorem iniiciunt canes per vim pastores sese constituentes, idque, quod absurdum valde est, cum ad pastoralis muneris administrationem nihil omnino aliud contulerint, quàm quod comam, cui ornandæ & alendæ turpiter studuerant, raserunt: qui nec in canum ordine manserunt, nec pastores facti sunt, nisi vt lanient ac dispergant, laborisque aliorum infringant. Facilius quippe semper est labefactare ac perdere, quàm conseruare: & labore quidem homo procreatur, quemadmodum ait Iob, & nauis extruitur, & domus ædificatur: interficere autem, aut euertere, aut incendere quiuis facilè potest. Ac proinde ne nunc quidem insolentiùs efferantur, qui canes aduersus gregem concitarunt, qui ne ouiculam quidem vnã proferre possunt, quam adduxerint, vel conseruarint. nec enim rectè facere didicerunt, qui improbitatem studiosè coluerunt. Quod si gregem perturbant, idè & parua tempestas efficere potest, idem & leuis morbus, idem & bestia vna repentiè ingruens.

gruens. Conquiescant igitur, qui ex ignominia sua gloriandi ansam arripiunt, malitiæque suæ, si quidem possint, finem imponentes, adorent & procidant, & coram Domino, qui eos fecit, plorent, gregique adiungantur, quorum nondum salus prorsus est deplorata. Hæc ego ille meticolosus, pastor & circumspèctus, eamque ob causam cautionis, tanquam ignauitæ, socorditæque culpam sustinens. non enim ex eorum pastorum numero sum, qui lac comedunt, & lanis operiuntur, & quod crassum est, occidunt, & labore conficiunt, aut vendunt, ac dicunt, Benedictus Dominus, quia diuites facti sumus, qui seipfos pastunt, & non oues, si Prophetarum voces recordamini, quibus illi in malos pastores inuehuntur. Verum inter eos potius censerì cupiam, qui cum Paulo dicere possunt, Quis infirmatur, & non infirmor? Quis scandalizatur, & ego cura & solitudine non incendor? non enim quæ vestra sunt, quæro: sed vos. Et perustus sum æstu diei, & nocturna glacie vexatus, inquit Patriarcha Iacob, cuius sunt oues illæ signatæ, atque in cœlestibus canalibus concipere edoctæ & assuefactæ. Sic igitur atque his de causis ad vos ad hunc modum affectos accessi. Posteaquam autem accessi, age, inter nos ea subducamus, quæ interea rectè & cum virtute gessimus. Præclarum enim est nos in hac opinione versari, vt non modo sermonis aut actionis, sed totius etiam temporis, atque adeo tenuissimi, & breuissimi cuiusque horæ momenti rationem à nobis reposci existimemus. Facite igitur, vt mihi operæ vestræ, occupationisque rationem exponatis, & ipse vicissim in medium afferam, quæ mecum ipse, cum solus essem, philosophatus sum. Quàm sublimem speculationem aut à me acceptam animis vestris retinuitis, aut à vobis ipsis quæsitam contulistis, vel de diuinitatis doctrina, vel de aliis fidei capitibus, quæ ego permulta & persæpe vobis apposui! Neque enim mutuum duntaxat quæro, verum etiam scœnus: nec talentum solum, sed & talenti quæstum: ne quis fortè cum in terra rem creditam absconderit, ac defoderit, creditorem insuper falso vt durum & acerbum, bonisque alienis per cupiditatem & auaritiam animum adicientem criminetur. Quàm honestam laudabilemque actionem protulistis, vel ita rectè atque occultè, vt ne sinistra quidem manus sciat, vel etiam apertè, vt lux vestra coram hominibus luceat, & arbor ex fructu cognoscatur, & per discipulos magister innotescat, ac dicat quispiam eorum qui vitæ nostræ rationes speculantur (id quod multi faciunt, partim bona voluntate ducti, partim curiositate impulsii) quod verè Deus in vobis est, non modò sanè ac syncerè prædicatus, sed etiam cultus & adoratus. Quemadmodum enim actio, si à fide deseratur, laudem non meretur (quando quidem multi gloriæ studio atque etiam à natura ita informati virtutem colunt:) ita fides sine operibus mortua est. Ac videte ne quis eorum vos inanibus verbis decipiat, qui omnibus omnia facilè concedunt, dum hoc vnum ab illis impetrant, vt impia dogmata amplexentur, malamque rei malæ mercedem persoluant. Ex operibus ergo fidem, terræque vestræ fecunditatem ostèdite, vt perspicuum fiat, an frustra sementè fecerimus, an manipulus quidam in vobis sit, ex quo confici farina queat, dignusque, qui in horreum inferatur, quò alacrioribus animis vos in posterum excolamus. Quis centesimum fructum edit? quis sexagesimum? quis postremo trigessimus? aut conuerso ordine, quis à trigésimo ad sexagesimum progressus (nam hunc quoque in Euangelii ordinem habemus) in centesimum desit? vt novos subinde progressus faciens, velut Isaac, magnus tandem fiat, de virtute in virtutem ambulans, & cantica graduum canens, ascensionisque in corde suo ponens. Quæro enim fructum abundantem in rationem vestram. Vestrum enim lucrum est, non meum: tanquam meum quoque, quoniam vestrum: nimirum vtilitate à vobis ad nos vt in radiorum solarium refractione accidere videmus sese retorquente. Num pauperes aluistis? num hospitio excepistis? num sanctorum pedes abluistis? num

ventris abolendi voluptatibus indulgentes, (detur hoc enim) id etiam egistis, ut in mandatis diuinis delicias quæreretis? Nam profectò nec deliciae ullæ his meliores sunt, nec quæ constantius cum iis, quibus deliciofa vita cordi est, permaneant. Num quosdam ex his, qui altari ministrant, & laudabili paupertate affliguntur, pro viribus recreastis? ut animis multò minus distractis altari affideant, bonorumque vestrorum participes facti, sua quoque vicissim vobiscum partiantur. Turpe profectò est hæc & nos exposcere, & vos non elargiri. Nec verò ideo hanc admonitionem habui, ut in me ita fiat: melius enim est mihi mori, quàm ut gloriatio mea euacuetur, ac mihi promulgati Euangelij merces pereat, si hîc laborum messem fecero. Euangelij enim prædicatio necessitatis 10 est: munificentia autem & laus in eo sita est, ut gratis hoc munus obeamus. Verùm eò hæc oratio spectat, ut de Christo bene mæri discatis: quod quidem vobis continget, si vel in vnum ex paruis abiectisque hominibus officij aliquid liberalitatisque vestræ conferatis. Quemadmodum enim ille salutis tuæ causa, omnia quæcumque ipse es, peccato excepto, factus est: ita vel minima tua officia in se recipit, ac sibi expensa fert, siue tecto, siue veste pauperem imperitus fueris, siue in vincula coniectum inuiseris, siue ægrotantem adieris, siue denique, quod vilissimum est, hominis siti oppressi linguam frigidæ poculo refrigeraueris, quod à paupere illo Lazaro contendebat diues ille, qui in flamma torquebatur, ac pro huius vitæ voluptatibus & deliciis, Lazarique esurientis & vlcerosi contemptu hanc mercedem referebat, ut illic Lazaro opus haberet, nec tamen eius opem impetraret. Atque hæc sunt, quæ à vobis postulamus: ac pro certo habeo, minimè id vobis pudori esse, quòd vitæ rationes à vobis reposcamus, nec verò fore, cum eas extremo illo die referendas habebitis, ad quem omnia nostra colliguntur, quemadmodum his verbis Scriptura testatur, Et ego venio, ut consilia vestra & actiones congregem. Et ecce homo, & opus eius, & merces eius cum eo. Iam nostra exponamus, atque ea quæ à solitudine vobis afferimus. Nam & Helias libenter in Carmelo cælesti philosophiæ operam dabat, & Ioannes in deserto, & Iesus ipse, ut actiones multitudini hominumque frequentia, ita preces quieti locisque ab hominum commercio semotis ferè tribuebat: hoc, opinor, exemplo præscribens, 30 ac velut lata lege promulgans, nobis quoque nonnunquam faciendum esse, ut quietem amplexemur, ac nos ex hominum frequentia in solitudinem afferamus, ut sine vlla face Deum alloquamur, mentemque à rebus fluxis incertisque paulum reducamus. Neque enim ipso successu opus habebat (quid enim erat, in quod Deus, qui omnia implet, colligi ac contrahi posset?) verùm ut & actionis & sublimioris occupationis tempus esse disceremus. Quis ergo solitudinis nostræ fructus extitit? libet enim instar boni negociatoris & vndecunque lucrum facientis, hinc quoque vobis nonnihil mercis offerre. Inambulabam egomet mecum, sole iam in occasum vergente: atque in littore 40 spatiabar: huiusmodi enim relaxatione ad relaxandas discutiendisque laborum molestias uti soleo: quandoquidem nec perpetuam contentionem nervus ferre potest, sed laxari nonnunquam arcus extrema necesse est, si quidem rursus intendendus sit, ac non sagittario inutilis futurus, cum tempus inciderit, ut eo utendum sit. Inambulabam igitur, atque ita pedibus ferebar, ut oculi maris aspectu fruerentur. Erat eius spectaculum sanè iniucundum: quanquam alioqui iucundissimum esse soleat, cum tranquillitate purpatur, ac dulci quodam & miti contactu littoribus alludit. Sed quid tum? libenter enim vtor Scripturæ verbis, Vento magno flante excitabatur & infremebat, fluctusque, ut in huiusmodi agitationibus fieri solet, partim procul 50 exurgentes, ac paulatim in summam altitudinem assurgentes, ac postea de-

Sacerdotes
inopes alē-
di.

1. Cor. 9.

Matth. 25.
Hebr. 4.

Matth. 10.

Luc. 16.

Esa. 66.
40.
61.
3 Reg. 18.
Luc. 1.
Luc. 5.

Solitudinis
laus.

Relaxatio
Greg.
Simil.

Ioan. 6.

ea decrescentes ad ripas soluebantur: partim in propinquas petras incur-
santes, atque inde repulsi, in spumofam atque excelsam asperginem fracti di-
labebantur: vbi etiam testudines, phuci, buccinæ, leuissimæque ostrea extru-
debantur, & quasi expuebantur, nonnulla etiam à fluctibus redeuntibus rur-
sus arrepta resorbentur, petris interim non minus immotis & inconcussis re-
manentibus, quàm si nulla omnino vis ipsis admoueretur, nisi quòd fluctuum
ictibus verberabantur. Ex hoc spectaculo nonnihil vtilitatis ad philosophiam
percepisse me sensi, & (ut omnia ad meipsum referre ac dirigere soleo, ac po-
tissimum si quis casus animum consternauerit, & tanquam vertigine affece-
rit, ut mihi nunc accidit) non obiter atque negligenter id quod oculis ob-
uersabatur, accepi: sed documento mihi cessit hoc spectaculum. Quid enim,
10 inquebam, an non mare vita est hæc nostra, & res humanæ? Nam hîc quoque
multum est falsuginis & instabilitatis. Venti autem, tentationes in-
gruentes, & inopinati rerum euentus? Quod mihi animaduertisse videtur
David, cum diceret, Saluum me fac Domine, quoniam intrauerunt aquæ vs-
que ad animam meam. Et alio loco, Libera me Domine, de profundis a-
quarum. Et rursus, Veni in altitudinem maris & tempestas demersit me.
Porro eorum, qui tentationibus explorantur, alij mihi velut leuissima quæ-
dam corpora spiritusque carentia abripi distrahique videbantur, ac ne tan-
tillum quidem aduersarum rerum impetum sustinere: nec enim robur vli-
lum & firmitatem habere, pondusque prudentis & cordatæ rationis, fortui-
tis casibus obluantis: alij autem petra esse, petra illa digni, supra quam sta-
mus, & quam colimus, quicumque nimirum philosophica ratione vtuntur,
ac supra vulgi humilitatem euecti humana omnia immoto atque impertur-
bato animo ferunt, atque eos quidem qui talibus rebus quatiuntur, irri-
dent vel miserantur (illud ob philosophici animi generositatem, hoc pro-
pter humanitatem & commiserationem.) Ipsi verò turpe esse statuunt, res
graues & acerbæ, cum absunt, contemnere ac leues existimare: cum au-
tem adsunt, cohorrescere, ac perinde atque eæ non fluxæ & labiles, sed
30 stabiles & perennes sint, animis concidere, atque extra tempus quidem
philosophari, tempore autem id postulante, philosophiæ expertes appare-
re: quemadmodum si quis athletarum omnium præstantissimum se esse cen-
feret, ne in arenam quidem descendens: aut præclarum gubernatorem, in
tranquillitate quidem artem suam magnificè iactans, coorta autem tempe-
state gubernacula de manibus ponens. Quoniam autem in hoc orationis ge-
nus semel incidi, alteram mihi quoque imaginem proposui, eamque præsentibus
rebus admodum congruentem. Quanquam autem mihi verendum est,
ne delirus quidam senex & fabulator existimer, si hanc quoque vobis expo-
suerim: exponam tamen, quandoquidem & Scriptura plerunque ad res diluci-
diùs explicandas huiusmodi exemplis uti consuevit. Est quædam in fabulis plan-
ta, quæ excisa floret, & aduersus ferrum certat, & si de re noua fidemque exce-
dente nouo more loquendum est, morte viuit, & sectione pullulat, & cum absumitur, crescit. Habetis fabulam iure suo quiduis liberè confingentem. Mihi verò
huiusmodi quiddam videtur esse vir philosophica mente præditus. Afflictioni-
bus enim inclarescit, ac vitæ molestias virtutis segetem existimat, contrariis-
que rebus ornatur: sic nimirum se comparans, ut nec dextris iustitiæ armis ef-
feratur, nec sinistris inflectatur: sed in diuersis rebus idem semper, sui que simi-
lis permaneat, atque aded probator tanquam aurum in fornace reperiatur.
Quod ut perspicuum fiat, ita rem expendamus. Patritij ordinis est: probita-
tem morum generis splendori opponet, atque ex aduerso spectandam produ-
cet. Ita duplici nomine clarus erit, nempe & maiorum imaginibus, & propria
50 virtute priuatimque perspectus. Obscuro & ignobili genere ortus est, quan-
Collatio
maris cum
hac vita.
Esa. 68.
Esa. eod.

Vetus phi-
losophus.

Nobilitas.

tum ad statuam & lutum attinet (si quid tamen magni inter lutum ac lutum interest:) ac spiritualement nobilitatem vilius loco afferet, & qua sese quisque vel in melius vel in deterius effingit: reliquas autem nobilitates, quæ vel feruntur, vel principum diplomatibus comparantur, vt viles & adulterinas nihilque æstimandas aspernabitur. Est enim ferè triplex generis consideratio: aliud enim supernè originem traxit, quo omnes peræquè nobiles sumus, quippe ad imaginem Dei creati. Aliud à carne proficiscitur: quo quidem haud scio, an quisquam nobilis dici possit, cum id totum corruptione conficiatur. Aliud à virtute vel vitio agnoscitur, cuius vel vberius vel exilius participes effimur, prout, opinor, diuinam imaginem vel conseruauerimus, vel deformauerimus ac deprauauerimus. Atque hanc demum nobilitatem amplectitur quisquis verè sapiens ac philosophus fuerit. Nam quartum illud nobilitatis genus, quod in principum diplomatibus edictisque consistit, tum villo loco ac precio habeo, cum pictam formæ elegantiam laudandam duxero: simiamque ob id reuereri cœpero, quòd leo esse iussa sit. Florenti est ætate? aduersus vitiosos animi motus strenuè dimicabit, atque hoc commodi ex iuuenili ætate percipiet, vt iis affectibus, quibus hæc ætas est obnoxia, non indulgeat, sed in viginti corpore senilis prudentiæ specimen edat: maiorémque ex hac victoria voluptatis sensum capiet, quàm qui coronam in Olympiis adipiscuntur. Victoriæ enim feret in communi orbis terræ theatro, & quidem victoriæ minimè venalem. Vergit in senectutem? at non & animo senescet, mortem vt præfinitum certissimæ libertatis tempus accipiet: libens ad ea, quæ hanc vitam sequuntur, migrabit, vbi nemo est immaturus, nemo senex, sed omnes spiritali ætate adulti atque perfecti. Eximia forma est: id aget, vt animæ pulchritudo corporis pulchritudini splendore respõdeat. Inoffensus flos ille perfluxit: in seipsum vergit, nec iam cum aspicitur, hoc cognoscit. denique ea parte quæ in aspectum cadit, deformis est: at ea parte formosus est & elegans, quæ oculorum aciem fugit: rosæ non absimilis, quæ in bacca nec florida, nec odore grata, florida tamen ipsa est, suauissimùmque odorem efflat. Speciosus forma præ filiis hominum, ne tempus quidem vllum externis inspiciendis concedit, nimirum ad interiorem hominem contemplandum spectatoris oculos conuertens. Integra est valetudine? sanitate corporis ad optima quæque vtetur: admonebit, obiurgabit, verborum libertatem adhibebit, noctes ducet peruigiles, in nuda humo iacebit, corporis crassitiem extenuabit atque exhauriet, terrena & cœlestia speculabitur omni studio mortem meditabitur. Morbo corripitur? pugnabit: quòd si victus fuerit, vincet: hoc scilicet assecutus, vt nequaquam amplius pugnet. Opibus circumfluit? id studio habebit vt deditefcatur: pauperem bonorum suorum participem faciet, quasi alienorum dispensator: vt & ille accepto beneficio iuuetur, & ipse ad Deum colligatur, nihil præter crucem & corpus habens. Egestate premitur? pro diuitiis Deum habebit, diuites irridebit, vt pote qui licet facultates suas quotidie augeant, semper tamen pauperes sunt, quia pluribus indigent, bibuntque vt maiori siti inflammentur. Fame vexatur? cum aibus nutrietur: quibus vita seminis & arationis expers est: cum Helia apud Sarephthanam viuere: lecythus olei non deficiet, & hydria farinæ non minuetur. Ille fontis instar semper scaturiet: hæc fructum effusè & copiosè proferet, vt vidua hospitem studiosa honoretur, ac nutrix nutriatur. Siti angitur? Fontes ei & flumina potum suppeditabunt, & quidem potum non inebriantem, nec dimensum. Quòd si omnia propter nimiam siccitatem deficiant, torrentis aqua fortasse sitim sedabit. Algebit? Idem quoque Paulo accidit: sed quandiu? Est & quoddam petrae indumentum: fidem tibi Iob faciat his verbis vtens. Eò quòd veste carerent, petra induti sunt. Iam, vt perfectiora consideremus, cõuiciis lacerabitur? vincet, cõuicia non regerendo. Persecutionib. affligetur? sustinebit. Maledictis proscindetur? exhortabitur atque

Triplex genus nobilitatis. Genes. 1.

Quo pacto iuuenis aut senex nobilis fiet.

Formosus.

Deformis sit rosæ similis. Psal. 44.

Quid face-re debeat sanus.

Quid egrotus.

Quid diuites.

Quid egenus.

3. Reg. 17.

3. Reg. 18. 2. Cor. 11.

Iob. 24.

Rom. 12.

1. Cor. 4.

tur atque obsecrabit. Calumniis agitabitur? orabit. Percutietur in dextrâ maxillâ? præbebit & alterâ, tertiam etiâ, si haberet, obiecturus, quò magis ad lenitatem, æquanimitatémque percussorem erudiat, opere docens, quæ sermone non potest. Probris impetetur? & Christus quoque afflictionis societate honorabitur: quamuis etiam Samaritanus vocetur, quamuis vt dæmonis intemperis actus accusetur, cum Deo omnia accipiet. Per multa adhuc, quantumuis multa pertulerit, restabunt, acetum, fel, corona spinea, sceptrum arundineum, chlamys coccinea, crux, clauis, latrones simul cruci affixi, prætereuntium contumeliæ. Superiores enim partes Deum habere oportet, eo nomine impiis in contemptum venientem, quòd plures cruciatus suppliciorumque acerbitates ferat. Nihil philosophia fortius atque inuidius est, nihil quod minus frangi atque expugnari possit. Omnia prius cedent, quàm vt manus det philosophus. Onager est in deserto, vt cum Iob loquar, solutus & liber, vrbis tumultus videns, collectoris tributorum expositionem non audiens. Vnicornis est, animal suis legibus viuens. Si tibi seruire animum induxerit, videbis eum in præsepiti sub iugum ducatur, si omnibus terræ commodis exturbetur, paratæ sunt ipsi alæ sicut aquilæ, conferet se ad domum patroni & defensoris sui, ad Deum conuolabit. Vt in summa dicâ, duo hæc ægrè teneri queunt, Deus & angelus: tertium est philosophus, in materia vacans materia, in corpore incircumscribitus, in terra cœlestis, in passionibus impatibilis, omnibus rebus vinci se facillè ferens, præterquam animi magnitudine, eo ipso quòd vinci se patitur, eos, qui se superiores esse arbitrantur, superans. Quoniam autem orationis penicillo philosophum expressimus, age iam eò, vnde exorsus sumus, redeunt, ad hunc res nostras expendamus (nam ipse quoque mihi Spiritum Dei habere videor, & si non eam mihi virtutis præstantiam arrogo, vt nihil eorum, quæ commemoravi, me vulnerare atque expugnare queat) vt si quidem me inferiores inueniant, qui mihi infestis animis bellum inferunt, si non consilij & voluntatis, at certè conatus sui veniam consequantur: sin autem iis, qui me bello lacepsendum duxerunt, præstantiorem ac sublimiorem experiantur, aut à peruersitate sua discedant, aut nouam certè (nam præsentem contemnimus) lædendi viam excogitent: ne alioqui præter malitiam, ametiæ quoque & stoliditatis notam incurrant, vt pote iniquitatem frustra perpetrantes, ac ne iniuriæ quidem inferendæ rationem perspectam habentes, cum in id summo animorum studio incumbât. Quid enim me obsecro lædere queant, cum omnia teterint? Omnia, in quibus homo ab hominibus iniuriam accipere potest, videamus. Indoctum no minabunt: vnam hanc sapientiam scio, quæ in Dei timore sita est. Nam & Principium sapientiæ timor Domini. & Finis sermonis, omnia audi, Deum time. Hæc sapientissimi illius Solomonis verba sunt. Pro bent ergo me timoris Dei expertè esse, & vicerint. Reliquam autem sapientiam atque doctrinam partim præterij, partim assumere vehementer exopto, atque etiam in spe habeo, Sp. sancti ope subnixus atque suffultus. Paupertatem obiicient? quid ego audio? meas opes & copias? atque vtinâ & pannos hosce exuere possem, vt huius vitæ spinas nudus percurrerè: vtinam & grauem hanc tunicâ quàm celerrimè abiicerem, vt leuiorè acciperem. Exulé vocabunt? quàm demissè de nobis sentiunt, homines verè contumeliosi, & hospitum aduenarumque hostes. est ne enim ei, vos rogo, certa ac definita patria, cui omnis terra, cui nulla terra patria est? Tu verò an non hospes es & aduena? equidem habitationem tuam haud laudo, si ita animo afficeris, verè dùmque tibi est, ne à vera patria excidas, ad quam omnis ciuilis functio referenda est. Quid nonne senectutem & valetudinis infirmitatem mihi vt probrum obiicies? atqui, vt arcanorum meorum quiddam intelligas, nequaquam hoc totum carneæ huius massæ est, & naturæ. non nihil etenim ratio quoque ipsa consumpsit. Libet enim paulum quiddam gloriari. Ne tu quidem mihi iucundum spectaculū præbes ita pinguis & succulentus. Atque vtinâ in te quoque caniciei palloriscque non nihil existeret, vt fidem saltem existimationemque prudentiæ philosophiæque

Matth. 5.

Ioan. 8.

Matth. 26. 27.

Philosophia nil fortius. Iob. 39.

Prou. 23.

Tria ægrè tenentur.

1. Cor. 7.

Psal. 110.

Prou. 1.

Eccles. ult.

Vnica sapiëntia Deum timere.

Patria.

Hebr. 11.

2. Corin. 1.

colligeres. Quid præterea? Episcopatum abrogabunt, ac thronis deiicient? & quos tandem, aut nunc, aut antea, prompto atque hilari animo conscendi? An verò eos, qui conscendunt, beatos prædicare soleo? scilicet mihi eos dulces & exoptandos reddis, ita indignè conscendens? Quid? ne hæc quidem, quæ haud ita pridem acciderunt, animi mei sententiam voluntatèque declararunt? An illa quoque, delicia quædam & fucus erant, atque amoris erga me vestri desideriique exploratio? nimirum callidi ac versuti homines facile adducuntur, ut vitia ea quibus tenentur, de aliis partim suspicentur, partim loquantur. Quid verò animi compressio? quid illæ imprecationes, quas aduersus nos ipsos publicè cõcepimus? quid illæ lachrymæ, quas tam multas profudimus, ut vobis etiam, quanquam inimico in nos animo essetis, tamen ob intercessionem obluetationemque misericordiam pene moueremus? Præfecturam nobis extorquebunt? fuit quidem tempus, cum eam nonnulli etiam cordati & prudentes viri suspiciebant, & expetebant: at nunc eam fugere, ut mihi quidem videtur, primariæ cuiusdam & singularis est prudentiæ. Propter hanc enim res omnes nostræ iactantur ac perturbantur: propter hanc fines orbis terræ suspicione & bello flagrant, eoque furdo, ac ne nomen quidem habenti. Propter hanc periculum est, ne qui à Deo creati sumus, ab hominibus censeamur, ac magnum illud & nouum nomen amittamus. Utinam verò nulla esset throni prærogatiua, nec prælatio, & violenta authoritas ac præminentia, ut ex sola virtute cognosceremur. Nunc autem dextrum hoc latus & sinistrum & medium, sublimior item & inferior sedes, ac rursus illa præeundi, vel eodem gradu incedèdi inuecta consuetudo, nos in multas partes confregerunt, multosque in foueam impulerunt, atque ad hircorum locum abduxerunt, non plebeiorum tantum, sed etiam pastorum, qui, cum magistri Israël essent, hæc ignorauerunt. Quid postea? ab altaribus arcebunt? at altare aliud scio, cuius figuræ sunt ea, quæ nunc oculis cernimus, super quod nec ascia, nec manus ascendit, nec ferrum, nec vllum artificum instrumentum auditum est: sed mentis solius est totum hoc opus, eoque per contemplationem subuehimur. Huic altari sistar, in hoc victimas Deo gratas & acceptas immolabo, sacrificium & oblationem, & holocausta tantò iis, quæ nunc offeruntur excellentiora, quantò veritas umbram dignitate antecellit. De quo mihi quoque loqui ac philosophari videtur David, cum ait, Et introibo ad altare Dei, qui spiritualement meam iuuentutem oblectat. Ab hoc verò altari me abstrahere cuiquam non licebit. Verùm ciuitate eiicient? at an non etiam in cælo sita? hoc si efficere potuerint ij, quibus odio acerbitateque nomen nostrum est, bellum profectò confecerint. Quandiu autem id illis negatum fuerit, guttulis aquæ me petunt, aut ventis feriunt, aut insomniis ludunt. Sic enim eorum bellum interpretor. Sed pecunias eripient: quas tãdem? si meas, quin eadem opera pennas quoque excidunt, quibus cinctus non sum. Si autem Ecclesiæ, nimirum illud est, pro quo omne hoc bellum geritur. Ob pecunias fur ille zelotypia erga marsupium æstuat, ac Deum prodit, & quod grauissimum est, triginta argenteis vendit. Hoc enim precio dignus erat, non qui prodebat, sed qui prodebat. At domo excludent delicias abscondent? amicorum animos à nobis auertent? permultos videlicet grauauimus, quanquam inuitantes (nõ enim oblata beneficia per ingratitudinem dissimulabimus.) Quòd si grauauimus, parcendo potiùs & repudiando, quàm accipiendo graues fuimus. Huius rei si causam quæritis, domus quædam pia Dei que amore flagrans, non secus atque Eliseum Sunamitidis domus nos refocillauit, hominum corporis spiritusque cognatione mecum coniuctorum, ac singulari liberalitate præditorum, apud quos hic quoque populus compactus est, cum furtim adhuc orthodoxam fidem persecutionibus vexatam atque afflictam hauriret, nequaquam liberè nec sine periculo. Rependat illi Dominus in die retributionis. Delicias autem si confectamur, delicientur aduersum nos, qui nobis inimicitias indixerunt: nec enim grauius aliud quicquam mihi imprecabor. Quòd autem ad amicos attinet, ij qui nullam

Improbiorum
consuetudo.

Præfecturam
fugere nunc
est prudentiæ.

Ioh. 3.

3. Reg. 6.

Psal. 39.
Sacrificium
dignissimum.
Psal. 42.

Pecunia
Ecclesiæ.
Ioh. 12.

4. Reg. 4.

nullam iniuriam acceperunt, nos scilicet auersabuntur: Nam ij demum aliorum malis commouentur, qui iniuria simul afficiuntur. Aliorum autem fastum nostrique contemptum æquo animo ferre diuturno iam vsu didicimus. Ex amicis enim & proximis meis alij haud obscure aduersum me appropinquauerunt & steterunt: alij & quidem ij, qui humanissimè mecum egerunt, à longè steterunt, & in nocte hac omnes scâdalum passi sunt. Nihil propius factum est, quam ut Petrus etiam me abiuraret: ac fortasse nec flet amarè, ut peccato medeatur. Vnus ego igitur præfidens, & audacia plenus, ut videtur, vnus in rebus asperis & periculosis spe bona subnixus, vnus insigni tolerantia præditus, & publicè propositus, & priuatim contemptus, & ex bellis, quæ mihi inferuntur, Orienti & Occidèti notus. O prædicandam audaciam! Si in acie consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si insurgat aduersum me bellum, in hoc ego sperabo. Ac tantum abest, ut quicquam humanarum ac præsentium rerum acerbum & formidolosam existimem, ut meipsum missum faciès eos lugeam, qui mihi molestiam exhibuerunt, membra olim Christi, membra mihi chara, & si nunc corrupta, membra huius gregis, quem prius etiam ferè, quàm collecti essetis, deseruistis ac prodidistis. Quo modo distrahi estis, ac distraxistis, quasi boues teneri vinculis soluti? Quo modo altare aduersum altare erexistis? Quo modo repente in desolationem ac vastitatem facti estis? Quo modo & ipsi hac præcisione extincti atque emortui estis, & nobis dolorem inuistis? Quo modo pastorum simplicitate ad gregis euerisionem & interitum abusi estis: non enim eorum imperitiam reprehendam: sed vestram malitiam accusabo. Corruptelæ tuæ Israël, quis succurret. Quod medicamentum inueniam cicatricis obducendæ vim habens? Qua fascia vulnus hoc obligabo? Quo modo disiuncta connectam? Quibus lachrymis, quibus verbis, quibus precibus, huic calamitati medebor? An hoc fortasse modo? Trinitas sancta, & adoranda atque perfecta, quæ præclarè à nobis coniungeris & coleris, tuum hoc opus est, tua huius negocij confectio. Utinam tu hos nobis restituas, hæctenus à nobis diremptos, ut separatione ipsa ad concordiam, pacisque studium erudiantur, ac nobis pro huius vitæ laboribus, & ærumnis cœlestia bona diffidii que expertia rependas. Horum autem primarium illud est & maximum, ut purius pleniùsque à te collustrati sciamus, quo modo eadem & Vnitas intelligeris, & Trinitas reperiris, quo modo Ingenitus, Genitus, & Procedens, vna sit natura, tres Personæ, vnus Deus, qui es super omnia, & per omnia, & in omnibus: qui nec superponeris, nec transponeris, nec decrescis, nec sectionem admittis, ac partim quidem iam intellectu perciperis, partim inquireris, aliquando autem fortasse, quantus es, percipieris, nimirum ab iis, qui per vitæ probitatem & contemplationem te in hoc sæculo præclarè quæsiuerint, cui omnis gloria honor & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

SCHOLIA.

1. Per nostram gloriationem iuro.) Vbi habet vulgaris translatio, 1. Corinth. cap. 15. Propter vestram gloriam, in Græco est, ὑπὲρ τῆς μακαρίας καύχου. i. per nostram gloriationem, ut hæc verba iurandi forma exprimentur, quod indicat particula illa ὑπὲρ apud Græcos.
2. Timorem iniiciunt canes.) His verbis Maximum perstringit, qui cum canis esset, hoc est, in Cleri ordinem ascriptus, sacrilego conatu in Episcopalem dignitatem irrumperere adnixus est. Vel etiam ideo canis nomine vsus est, ut ad pristinum illius Cynicismum alluderet.
3. Cuius picturam formæ elegantiam.) Sensus est, quemadmodum pulchritudo coloribus ac pictorum artificio expressa pulchritudinis laudem non meretur: nec etiam, si simia in leonis naturam migrare iussa sit, vires eius ferocitatemque contrahet: eodem modo nec ea vera nobilitas existimanda est, quæ principum iusibus comparatur.
4. Onager est in deserto.) Eleganter hæc verba Iob philosopho Christiano ac solitudinis alumno Theologus accommodat, qui à mundi vinculis liber & solutus in eremo vitam traducit, atque eiusmodi animi tranquillitate fruitur, ut nec urbium strepitus, nec tributorum collectoris dura atque horrenda vox ad eius aures perueniat.

- 5. Cui omnis terra) Nam qui ita animo affectus est, ut totum orbem terrarum pro patria ducat, is nullam propriam patriam habet. Tales enim se κοσμοπολίται dicebant, hoc est, orbis ciues.
- 6. Domus quedam pia) Huius domus meminit Nicephorus lib. 12. cap. 7.
- 7. Quam ut Petrus etiam) Maximum rursus significare videtur, ut pote quo ministro & contubernali usus fuerat.
- 8. Quo modo pastorum simplicitate) Episcopos Aegyptios intelligit, quos simplicitate potius, quam inuidia atque animi peruersitate adductos esse ait, ut Maximum Episcopum instituerent.

GREGORII NAZIANZENI IN PRAESENTIA 150. EPISCOPORUM HABITA ORATIO.

ARGUMENTVM EX GRÆCO NICETÆ.

Entum quinquaginta Episcopi Theodosij Magni Imperatoris iussu ex diuersis prouinciis ad iugulandam Macedonij hæresim, qui sp. sancti hostem se profitebatur, Constantinopolim perrexerant. Qui quidem antequam disputatio aduersus eum inita esset, Gregorium Theologum magnopere suspicientes, ut qui dicendi facultate, & Theologiae sublimitate, ac vite integritate omnes hæreses prostragisset, gregemque Constantinopolitanum multis sudoribus auxisset, communibus suffragiis ei ciuitatis illius thronum confirmarunt, quanquam admodum reluctanti, ac vix tandem multis Imperatoris precibus hortationibusque cedenti. Sed postea Aegyptios quosdam Episcopos honori suo inuidere, atque huiusmodi electionem iniquis sermonibus reprehendere intellexit, seque ab iis Triepiscopum nominari. Quanquam sasima eodem ipso die reliquerat, ne sacrificio quidē illic oblato. Nazianzum autem patris sui atque illius loci Episcopi rogatu gubernarat, non tam ut Episcopus, quam ut procurator: nimirum ut patri & senectute & morbo & curarum mole fesso opem afferret. Ac proinde patre vita functo Seleuciam statim contendit, ac cænobium clarissimæ virginis Teclæ ad pietatis gymnasium elegit. At verò Constantinop. Ecclesiam communi Episcoporum sententia & hortatu acceperat. Cæterum cum se inuidia premi sensisset, excedendum sibi vrbe statuit, ne alij Episcopi & populus ipsius nomine seditionem aliquam aduersus Aegyptios excitarent. Itaque senectutem ac morbum, & quietæ vite desiderium, nonnullaque alia causatus, præsentem orationem pronunciauit: multisque precibus agrè ab Imperatore & concilio reditum in patriam impetrauit. Ita demum Nectario Episcopo creato, disputatio aduersus Macedonium instituitur. Versatur autem hæc oratio in genere suasorio. Postquam enim exposuit qualem gregem acceperit, qualēque multis suis laboribus effecerit, postquam etiam doctrinæ suæ formam in medium protulit, atque omni ex parte talem se ostendit, ut nihil in eo meritò reprehendi posset: missionem quidem ipse postulat, eamque pro mercede laborum sibi rependi petit. Consulit autem, ut sibi alius subrogetur, qui Episcopali muneri obeundo sit idoneus.



Vo modo nostræ res vobis se habere videntur, ô chari pastores & collegæ, quorum & pulchri sunt pedes, ut pote annunciantium pacem & bona quæ vobiscum aduexistis, & quantum ad nos attinet, pulchri & tempestiui, ad quos opportunè venistis, non ut palantem ouem in viam reducat, verum ut pastorem peregrè, ut vos, agentem inuisatis? Quo modo res nostræ peregrinationis iudicio vestro se habent, & quis huius fructus, vel, vt rectius loquar, Spiritus in nobis habitantis, cuius impulsu atque afflatu & semper mouemur, & nunc moti sumus, nihil proprium habere cupientes, nec fortasse habentes? Vtrum tandem per vos ipsi intelligitis & percipitis, æquioresque & candidiores rerum nostrarū iudices estis: an verò nobis faciendū est, ut quemadmodum qui militaris præfecturæ aut gubernationis popularis, aut pecuniariæ administrationis rationem exposcuntur, sic ipsi quoque eorum, quæ à nobis administrata sunt, rationes publicè vobis reddamus. Nec enim subire iudiciū erubescimus: quandoquidem & ipsi vicissim iudicamus, atque vtrunque cum pari charitate. Quod etiam ipsum in more consuetudinēque maiorum positum est. Nam ipse quoque Paulus cum Apostolis Euangelium conferebat: non ut ambitiosè se ostentaret (procul enim ab omni gloriæ cupiditate remotus est Spiritus) sed vt vel approbaretur & confirmaretur, quod rectè & cum laude faciebat, vel corrigeretur, quod ipsi deerat (si quid tamen huiusmodi erat in iis, quæ ab eo dicebantur vel gerebantur) quemadmodum ipse ostendit, de seipso in hæc verba scribens,

Esai 51.
Rom. 10.

1. Cor. 3.
2. Tim. 1.

Ratio reddenda.

Gal. 2.
Cur Paulus cum Apostolis consulerit Euang.

scribens, Quoniam Spiritus prophetarum prophetis subiiciuntur, iuxta Spiritus constitutionem omnia rectè dispensantis & diuidentis. Quod si ille priuatim & certis hominibus, ego autem publicè atque omnibus causam dico: non est quòd miremini. Multò enim magis ea, quæ ex libera reprehensione percipitur, utilitate opus habeo, quàm ille, si qua in re officij partes deseruisse videar: ne alioqui frustra curram aut cucurrerim. Nec verò aliter defensionis munus rectè suscipi potest, quàm si apud eos, quibus administrationis meæ ratio explorata est, orationem habuero. Quæ igitur est nostra defensio: ac si quidem falsa, coarguite: si autem vera, testimonio vestro confirmate, vos, inquam, quorum causa, & apud quos hæc habetur oratio. Vos enim mihi defensio estis, & testes, & gloriationis corona. Liceat enim mihi quoque ex Apostoli verbis aliquid audacius proloqui: Hic grex exiguus quondam erat & imperfectus, quantum quidem oculorum sensu iudicari poterat, ac ne grex quidem, sed leue quoddam gregis vestigium, aut reliquæ, incompositus, pastore carens, interminatus, nec pascui liberius habens, nec caula circumseptus & comprehensus, oberrans in montibus, in speluncis & cauernis terræ, huc illuc dispersus atque dissectus, atque in ea rerum difficultate positus, ut quæ quaque ouem fors tulisset, tegetetur ac pabularetur, præclareque secum agi duceret, si furtim salutem suam surripere posset: qualis nimirum grex ille, quem leones expulerunt, aut tempestas dissoluit, aut caligo dissipauit, quem & prophetæ lugent, populi Israëlitici Gentibus traditi calamitatem hac imagine referentes, & nos etiam luximus, quandiu luctuoso statu res nostræ fuerunt. Nam ipsi quoque re vera expulsi ac proiecti fuimus, atque in montes omnes & colles ob pastoris inopiā dispersi, ac dira quædam tempestas Ecclesiam inuasit, belluæque irruerunt ad eò immanes & truculentæ, vt ne nunc quidem pacatis iam rebus tranquillis remissiùs nobiscum agant, verum qua sunt impudentia, petulantius etiam atque insolentiùs, quàm tempestatis huiusce ratio ferat, se gerant: ac tristis quædam caligo omnia occupauit atque contexit, multò sanè nona illa Aegyptiorū plaga, hoc est, contrectabilibus tenebris grauior, cuius crassitie factum est, vt alij alios videre non possemus. Atque, vt dolentius aliquid dicam, eo scilicet, qui nos his calamitatibus affixit, tanquam parente fretus: Abraham nō cognouit nos, nec Israël nos agnouit: at tu pater noster es, atque in te coniectos oculos habemus, præter te aliū non nouimus, nomen tuum nominamus. Propterea causam dicam, inquit Hieremias, cæterum iudicia loquar ad te. Facti sumus vt à principio cum non imperares nobis, & oblitus es fœderis sancti tui, ac misericordiam tuam nobis præclusisti. Propterea opprobrium facti sumus dilecto tuo, nos, inquam, Trinitatis adoratores, perfecti perfectæ diuinitatis clientes & supplices, nec eò audaciæ prorumpentes, vt quicquæ eorum, quæ supra nos sunt, ad nos detrahamus ac deiiciamus, nec ita superbi & arrogantes, vt, quod impiæ ac nefariæ linguæ Deumque pugna lacescentes faciunt, Dominum in eandem nobiscum seruitutem redigamus. Sed scilicet propter alia scelera nostra, & quia non vt mandatis tuis dignum erat, vitæ rationem instituimus, verum post mentem cogitationemque nostram peruersam ambulauimus (quænam enim alia causa proferri potest?) hominibus iniquissimis, atque omnium quos terra fert, sceleratissimis dediti sumus. Primus Nabuchodonosor nos oppressit, ille post Christum aduersus Christum furore percitus, atque ob eam causam Christum execratus, quia eius beneficio salutem consecutus fuerat, eoque amentia prouolutus, vt sacros libros cum impiis sacrificiis commutarit. Deuorauit me, in partes distraxit me. Contexerunt me tenebræ tenues (vt ne luges quidem à verbis scripturæ recedam) Nisi quia Dominus adiuuit me, ipsūque, vt mira sunt Dei iudicia, in Perfidem remotum atque ablegatū iniquorum manibus, vt merebatur, dedidisset, ac sanguis iniuste nefariæque fusus iusto sanguine expiatus fuisset (hic solum lenitate & patientia uti non sustinente vi illa vltice) propemodum habitasset in inferno anima mea. Secundus nihilo huma-

1. Cor. 14.

Galat. 2.

1. Thess. 2.

Grex Christianus initio qualis fuit.

Hier. 50.

Ecclesiæ persecutio.

Exod. 10.

Esai. 63.

Hierem. 14
Esai. 63.

Psal. 78.
Trinitatis adoratores

Iulianus Imp.

Hier. 51.
Psal. 54.

Psal. 93.

Valēs oneri et pro- bro fuit Christianis
 nior illo fuit, immò eò etiam acerbior, quod Christi nomen ferens, Christi fidem falsò profitebatur, ¹⁵ Christianisq; oneri simul & probro erat, ¹⁶ quibus vt facere impium, ita pati inglorium erat: quòd ne iniuriam quidem accipere viderentur, nec illustre martyrij nomen suppliciis accederet, sed hìc quoque fucus veritati fieret, vt qui velut Christiani cruciatus perferebāt, velut impij & facinorosi pœna afficerētur. Heu me, quia in calamitatibus vberes & opulenti fuimus: ¹⁷ quia ignis speciosa terræ deuorauit. Residua erucæ comedit locusta, & residua locustæ comedit rubigo: tum bruchus, ac postea nescio quod aliud atque aliud malum subinde exoriens. Quid autē omnes illius temporis acerbitates declarare, tragicèque exaggerare attinet, càmque, quam tum subiimus, siue pœnam dicere ¹⁸ conuenit, siue explorationem ac purgationem: Cæterùm transiuimus per ignem & aquam: ac benigna Seruatoris voluntate in refrigerium prodiiimus. Enimuero vt eò se oratio referat, vnde digressa est, hæc seges quondam parua & inops erat, ac non modò Dei, qui pietatis semente & doctrina totum orbem terrarum excoluit atque excolit, sed ne paupere quidē ac tenui homunculo dignū, vt quidem videbatur: immò nec seges omnino, nec horreis, nec area fortasse, nec falce digna: nec etiam acerui, nec manipuli, aut certè parui & immaturi, & quales sunt tectorum, nec messoris manum implentes, nec eos, qui illac iter faciunt ad benedictionē alliciētes. ¹⁸ Talis seges nostra erat! tantilla messis! ¹⁹ magna illa quidem & pinguis apud eum, qui abscondita intuetur, talique agricola digna, quam animarum recta doctrina excultarum valles multiplicant: cæterùm eam rationem habens, vt in vulgus minimè nota esset, nec in vnum cogere, sed paulatim colligeretur, non secus ac ²⁰ stipula in messe, & racemulus in vindemia, cùm nullus est botrus. Quin illa quoque & quidem admodum tempestiuè mihi videor adiecturus. ²¹ Vt ficum præmaturam in deserto Israël vidi, ²² & vt acinum vnum aut alterum maturū in immaturo botro, benedictionis quidem causa seruatum, ac primitiis consecratum, adhuc tamen paruum & rarum, nec os comedētis implentem: atque etiam vt signiferum lignum in colle, & ²³ malum nauis in monte, aut si quid aliud est singulare nec multis conspicuum. Atque hæc quidem pristina fuit nostra paupertas & mœstitia. At ex quo tempore Deus, qui pauperem facit, & ditat, qui mortificat & viuificat, qui sola voluntate omnia facit atque immutat, qui ex nocte diem facit, ex hyeme ver, ex tempestate tranquillitatem, ex siccitate pluuiam, idque plerunq; ob vnus iusti orationem diuturna persecutione vexati, qui denique mansuetos in altum suscipit, ac peccatores vsque ad terram humiliat, illud secum dixit: Videns, vidi afflictionem Israël, nec luto lateritiòque operis labore diutius opprimentur: ac locutus visitauit, & visitans salutem attulit, populūque suum eduxit in manu potenti & brachio excelso, in manu Moysi & Aaron electorum suorum: quid sit, quid designatur? nimirum ea, quæ & memoriæ prodita, & literarum monumentis commendata circunferuntur. Nam, vt miracula in via edita, ²⁴ magnūque illum sonum taceam, ac rem vno verbo complectar, Ioseph vnus in Aegyptum proficiscitur, ac sexcenta hominum millia non multò post ex Aegypto excedunt (quid hoc admirabilius aut illustrius diuinæ magnificentiae argumentum, cùm ex rebus perditis ac deploratis iter secūdis aperire voluerit?) ac promissionis terra per vnum hominem odio habitum forte distribuitur, atque is qui venditus fuerat, gentes sedibus pellit, ipseque in gentem magnam constituitur, ac parua illa propago vinea lata pampinisque luxurians efficitur, in càmque magnitudinem excrescit, vt & fluuios sub se premat, & vsque ad mare extendatur, & à montibus ad montes porrigatur ac dilatetur, & gloriæ sublimitate montes operiat, & cedros magnitudine superet & quidem cedros Dei, ²⁵ quicumque tandem montes illi, & quæcunque cedri existimandæ sunt. Talis quidem hic grex erat, talisque in præsentia, tàmque succulentus latèque se porrigens, ac si nondum perfectionem assecutus, ad eam tamen quotidianis incrementis progrediens, atque etiam, vt auguror, progressurus.

Hoc

Hoc mihi vaticinatur Sp. sanctus, si quid vaticinandi arte valeo, futurâque prospicio. Ac simul ex iis quæ præcesserunt, spem non dubiam concipio, atque vaticinatione id percipio, vt pote rationis alumnus. Multò etenim mirabilius videri debet, quod ex tantillo ad tantam magnitudinem peruenerit: quàm vt ex statu quo nunc est, ad summum splendore gloriæq; verticem prouehatur. Posteaquam enim semel ab eo, qui mortuos ad vitam reuocat, ²⁶ ossa cum ossibus, & commissuræ cum commissuris iungi cœperunt, ac siccis Spiritus vitæ & regenerationis datus est: resurrectionem vtique omnibus suis numeris partibusque perfici atque expleri necesse est. Ac proinde qui exasperant, non exaltentur in semetipsis, nec ²⁷ vmbra, aut somnium expergiscientium, aut auram perflantem, aut nauis vestigia aquis impressa tenentes, quicquam propterea se habere existiment. ²⁸ Vlutet pinus, quia cecidit cedrus. Ex aliorum calamitate sibi documentum capiant, atque discant, pauperem nequaquam in finem vsque obliuioni fore, nec diuinitatem sese diutius cohibituram, quin procerū capita, vt Habacuc loquitur, cum stupore dissecet, nimirum ipsa quoque ²⁹ dissecta sceleratèque diuisa in id quod præest, & quod subest: vt sic maximè & diuinitati cõtumelia fiat, nempe in creaturarum ordinem redactæ atque depressæ: & creatura oneretur, diuinitati honore æquata. Quin illam quoque eius, qui contritos colligit, atque oppressos suscipit, vocem mihi audire videor: ³⁰ Dilata adhuc locum funiculorum tuorum: extende ad dextrâ, & ad sinistram: fige, atris ne parcas. Ego tradidi te, & ego opem ac subsidium tibi afferam. In parua ira percussisti te: at in sempiterna misericordia glorificabo te. Maior est mensura humanitatis & misericordiæ mensurâ correctionis. Illa propter flagitia tua tibi acciderunt: hæc propter Trinitatem adoratam consequeris. Illa propter purgationem: hæc propter gloriam meam, qui glorifico glorificantes me, & ad iram ³¹ prouoco prouocantes me. Ecce hæc signata sunt apud me, atque hæc remunerationis & mercedis lex inuiolabilis est. ³² At tu parietes arctissimè tenebas & tabulas, & ingeniosè atque eleganter incisos lapides, & longos cursus & ambitus, atque auro fulgebas & collucebas, illudq; ³³ partim aquæ instar effundebas, partim quasi arenam aggerebas: nimirum ignorans, fidem sub dio laborantem atque afflictam copiosa & magnifica impietate præstantiorem esse, trësque in nomine Domini congregatos multis diuinitatem ab iurantibus plures apud Deum censeris. An tu vniuersos etiam Chananæos Abrahamo vni antepones? an Sodomitas vni Loth? an Madianitas Moysi? peregrinis, inquam, his & hospitibus? Quid: an trecetos illos qui cum Gedeone forti animo lamberunt, tot hominum millibus pedem referētibus inferiores esse contendes? An vernas Abrahamæ, numero haud multò plures, multis illis regibus atque innumerabilibus copiis, quas, tametsi pauci essent, numeròque longè impares, persecuti tamen sunt, atque in fugam verterunt? Illud autem quo modo intelligèdum esse censes, ³⁴ Si fuerit numerus filiorum Israël vt arena maris, reliquiarum saluarum fient? Quo item modo illud, Reliqui mihi septè millia virorū, qui non flexerunt genu coram Baal? Non est ita, non, inquam, ita est. Non in pluribus beneplacitum est Deo. Tu quidem myriades numeras: at Deus eos, qui salutem consequuntur. Tu infinitum puluerem: ego electionis vasa. Neque enim apud Deum quicquam æquè magnificum & illustre est, vt doctrina perpurgata, & anima veritatis dogmatibus instructa atque perfecta. Nihil quidem Deo, qui omnia creauit, & à quo omnia, & in quem omnia, dari atque offerri potest, non modò si vnus hominis opus & diuitiæ in eam rem impendantur, sed neque si omnibus omnium hominum operibus & facultatibus in vnum cumulatis eum quispiam honorare instituerit. Nõne cælum & terram ego impleo, dicit Dominus? Et, Qualem domum ædificabitis mihi, aut quis locus quietis meæ? Quoniam autem infra ipsius dignitatem nobis necessariò subsistendum est, nec quicquam, quod ipsius magnitudini respondeat, ei offerri potest: quod secundum est, pietatem à vobis postulo, communes, inquam, has diuitias, omnibusque ex æquo obuias & expositas: in

quibus fortasse admodum etiam illustrem & locupletem hominem tenuissimus superabit, si animi magnitudine prætet. Voluntatis enim est hæc liberalitas & munificentia, non opum & copiarum. ³⁵ Accipiam quidem hæc quoque, ne dubitetis: atque è manibus vestris extorquebo. Calcere aulam meam non adicietis: sed calcabunt eam pedes mansuetorum, qui rectè atque syncerè me agnouerunt, Verbumque meum vnigenitum, & Spir. sanctum. Quousque montem sanctum meum hæreditate possidebitis? ³⁶ Quousque arca apud Philistæos: Nunc tamen aliquantulum adhuc in alienis animum oblectate, atque insolenter vos iactate, libidinèque vestram explete. Quemadmodum enim me repellendi abiiciendique consilium cepistis: sic ego quoque vos repellam, dicit Dominus omnipotens. Hæc & loquentem audire, & facientem sentire mihi videbar, atque insuper ad populum clamantem, ad hunc, inquam, ex paruo magnum iam & copiosum, & ex disperso satis iam coniunctum, & ex calamitoso & miserabili fortasse etiam inuidiosum: ³⁷ Incedite per portas meas, & dilatamini. An vos in perpetua ærumna versari oportet, in tentoriis commorantes: eosque qui vos opprimunt, immodica lætitia efferri? Tum etiam ad angelos, quibus huius vrbs cura commissa est, his verbis vtentem (nec enim dubium, quin alij aliarum Ecclesiarum præfides ac patroni sint, quemadmodum in Apocalypsi Ioanes docet) Sternite viam populo meo, lapidèque è via submouete ac proiicite, ne quod offendiculum, aut obstaculum iter populi mei, ad diuinam vitam remoretur, ingressumque ipsius impediatur, nunc quidem ad manufacta templa, paulò post autem ad supernam Hierusalem, atque illa Sancta sanctorum, quæ acerrimorum huius vitæ laborum & ærumnarum finis sunt, rectè incenduntur. Quo in numero vos quoque estis, vocati Sæcti, populus peculiaris, & eximius, regale sacerdotium, ³⁸ funiculus Domini fortissimus, ³⁹ à gutta fluuius plenus, à scintilla flamma sublimis, & in cælum tendens, à grano sinapis arbor tantæ magnitudinis, vt aues in ea requiescât. Hos vobis largimur, chari pastores & college, hos offerimus, his amicos nostros & hospites simulque peregrè agentes excipimus. His nihil pulchrius nec illustrius habebamus, quod vobis offerremus, cum id quod in bonis nostris præstantissimum est, exquisissemus: vt intelligatis nos licet externos ac peregrinos, nequaquam tamen inopia premi, ⁴⁰ verum pauperes quidem esse, ceterum multos locupletare. Quæ si parua nihilque æstimanda sunt, lubens sanè audierim, quænam sint ea, quæ maiora atque excellentiora habenda sint. Etenim si ciuitatem, orbis oculum, terra marique potentissimam, orientalis atque occidentis oræ velut nodum & vinculum, ad quam extremi totius terræ fines concurrunt, & à qua velut à communi fidei emporio incipiunt, si hanc, inquam, ciuitatem salutifera doctrina firmasse ac fulcuisse nequaquam magnum & præclarum censei debet, idque tot linguis tamque vndique agitatum & concussam: quo tandem modo quicquam aliud magnum ac studio & laude dignum videri queat? Si autem laudabile atque honorificum existimandum est (liceat mihi quoque per vos nonnihil hoc nomine gloriarì) aliquam ipsi quoque partem his, quæ videtis, cõtulimus. Tolle in orbem oculos tuos & vide, quisquis es, qui doctrinæ nostræ censuram facis. Vide textam ⁴¹ hanc gloriæ coronam, pro mercenariis Ephraim, & corona contumeliæ. Vide Presbyterorum cõcilium, canicie & prudentia ornatorum, Diaconorum modestiam atque ordinem, non procul ab eodem Spiritu remotorum, Lectorum moderationem & concinnitatem, plebis attentionem discendique studium, tam in viris quàm in fœminis virtutis honore paribus, ac rursus virorum, tam in philosophis quàm in simplicioribus, omnibus diuina sapientia instructis, tam in præfectis quàm in subditis, hinc videlicet omnibus rectè subiectis, tam in militibus quàm in nobilibus, ac studiosis & literatis, omnibus Dei militibus, cætera quidem placidis & moderatis, ⁴² pro Spiritu autem bellicosis, omnibus supernum senatum honorantibus, ad quem non ⁴³ humilis & abiecta litera, sed viuificans Spiritus inducit, omnibus verè doctis & eruditis, ac veri Verbi adoratoribus, tum etiam, vt fœ-

Esa. 62.

Angeli custodes vr-
bis.

Apoc. 2. 3.

1. Petri 2.

Const. anti-
nopolis cõ-
mune fidei
emporium.Disciplina
Ecclesiæ
Byzantinæ.

minas diuidamus, tam in ijs quæ matrimonij iugo vincitæ Deo magis quàm carni astrictæ sunt, quàm in ijs quæ nuptiarum expertes & liberæ, Deo sua omnia consecrarunt, atque vt breui complectar, tam in iuuenibus quàm in senibus, quorum alteri ad senectutem præclarè contendunt, alteri ⁴⁴ immortalitatem per vim sibi comparant, nimirum optima & felicissima spe reflorescentes. Huius coronæ textoribus (⁴⁵ quod loquor, non secundum Dominum loquor, sed tamen loquar) nonnihil ipse quoque adiumenti attuli. Horum quispiam sermonum quoque nostrorum fructus atque opus est, non eorum quos proiecimur, sed quos amore complexi sumus, ⁴⁶ nec meretriciorum (vt quidam nostri nominis infectator obtrectatorque dicebat, homo & moribus & lingua cynædus) verum admodum etiam grauium & pudicorum. Illorum quispiam, mei quoque spiritus ⁴⁷ fœtus est, quemadmodum Spiritus eos, qui à corporis contagione animum abrum-punt, gignere consuevit. Huius rei non dubito quin candidissimos quosque vestrum testes habiturus sim, aut etiam omnes. Quædo quidem omnes à nobis ex-culti sunt. ⁴⁸ Ac nauatæ opere merces sola confessio est. Non enim aliud quicquam quærimus aut quæsimus. Virtutem enim mercedis expertem esse oportet, vt virtus maneat, bonum ipsum duntaxat sibi proponens. Vultis aliquid elatius adiiciam? Videtis aduersarias linguas posita feritate mitescentes, atque eos qui diuinitati bellum indixerunt, nihil iam turbarum nobis faceffentes? Idquo-
que spiritus, id quoque agriculturæ nostræ est. Non enim inscitè, atque in-
ruditè docemus, nec aduersarios contumeliis & conuiciis incessimus, quemad-
modum plerique faciunt, non cum dogmate, sed cum dogmatis assertoribus cõ-
fligentes, ac rationum & argumentorum infirmitatem maledictis interdum con-
tegentes, ⁴⁹ non aliter ac sepias atramentum ante se vomere aiunt, vt piscatores effugiant, aut conspectum sui eis eripiant. Verum nos pro Christo bellum gerere, perspicuo argumento declaramus: dum secundum pacificum illum, & ⁵⁰ ele-
mentem Christum atque infirmitates nostras portantem dimicamus. Neque enim cum veræ atque orthodoxæ fidei pernicie paci studemus, nonnihil de ani-
morum contentione remittentes, vt moderationis & æquitatis famam colligamus
(non enim quod bonum est, malè aucupamur:) atque interim tamè pacè colimus,
legitimè nimirum pugnâtes, atque intra limites nostros Spiritusque regulam nosmet
continentes. Ac de his quidem ita sentio, cunctisq; animarum dispensatoribus rectæ-
q; doctrinæ velut promissis condid legè statuo: vt nec asperitate sua aduersariorum
animos exulcerent, nec summisione insolentiores efficiant: sed prudenter & cõ-
sultè in fidei causa se gerant, nec in alterutro horum mediocritatis lineas transiliat.
Sed iâ fortasse operæ precium est ipsius quoque fidei doctrinam, quæcũque tandem
illa apud nos est, cupientibus vobis indicare. Nã & ipse cõmemorationis assidui-
tate sanctitatè contrahã: & populus hic vtilitatem consequetur, ex huiusmodi ser-
monibus, si qua alia ex re, mirificam voluptatè capiens: & vos denique agnosce-
tis, an non frustra inuidia premebamur, dũ in veritatis patefactione aliorum studia æ-
quaremus, aliorum etiã anteuertemus. Quæadmodum enim in subterraneis aquis
aliæ in imo prorsus gurgite latent, aliæ in angustum pressæ astrictæq; æstuant, atque
eruptionè iam iam quidè auribus pollicentur, ceterum adhuc morantur, aliæ verò
in altum erumpunt: ⁵¹ ad eundem modum eorum, qui de Deo philosophantur,
vt importunos omnino & væcordes homines taceam, alij textam penitus atque oc-
cultam pietatem habent: alij à partus doloribus non longè absunt (ij nimirum qui
impietatem ita fugiunt, vt tamen pietatem libera oratione promulgare non au-
deant, siue certo consilio & dispensatione circa fidei doctrinam vtentes, siue metu
atque ignavia eò cõfugientes, atque animo quidè & mente sani sunt, vt affirmat,
ceterum plebis sanitati minimè consulunt, peinde ac si ipsis non aliorum, sed sui duntaxat
cura & præfectura commissa sit: alij verò thesaurum quoque hunc in me diu
proferunt, pietatis fœtum parturientium instar, retinere nequeunt, nec soli
seruari salutem existimantes, nisi in alios quoque bonum hoc redundet. Quorum

Virgines
Deo con-
secrate.Diuinitatis
hostes.Quomodo
decertan-
dum pro re-
ctâ fide.
Sepia.Esa. 53.
1. Pet. 2.
Non est pa-
ci studen-
dum cum
veræ fidei
pernicie.
Lex pasto-
ribus præ-
scripta.

simil.

Præfectoria
Ecclesiasti-
corum tria
genera.

Eccli. 17.

*Syncerus
Trinitatis
adorator
qualis sit.*

*Pater, Fi-
lius, Spiritus
sanctus,
vnus deus.*

*Trium per-
son. eadem
essentia.*

*Ludi Dia-
boli.
Regia via
incedentes
quid cre-
dat de Tri-
nitate.*

*Abiuratio
in baptis-
mo.*

*Qui tres
hypostascs
& tres
personas
ponunt re
ipsa idem
sentiunt.*

in numerum vtinam ipse ascribar, ac si qui mecum pietatem laudabili audacia palam profiteri audent. Atque vnum quidem, idque breue fidei¹² doctrinaque nostrae argumentum ac velut in columna insculptum omnibusque notum est, hic populus, adeo verus atque syncerus Trinitatis adorator, vt ab hac potius vita diuelli se passurus sit, quam vt trium horum aliquid a diuinitate disjungat, eadem fidei sententia praediti, eodem zelo flagrantes, vna atque eadem fidei doctrina & inter se & mecum & cum Trinitate ipsa coniuncti atque connexi. Vt autem breui singula percurram, ¹³ quod principij expers est, & principium, & id quod cum principio est, vnus est Deus. Nec vero principio carere, eius quod principio caret, natura est, aut etiam ingenitum esse. (Nullius enim rei naturae ex eo declaratur, quod dicamus, quid non sit, sed quid sit. Est enim eius, quod est, positio, non autem eius quod non est sublatio:) nec Principium eod quod principium est, ab eo, quod principio caret, dirimitur. non enim in eo naturae rationem habet vox principij, quemadmodum nec in illo, quod principij expers sit. Circa naturam enim haec consideratur, non autem natura ipsa sunt. Eodem modo id quod cum principij experte, & cum principio est, nihil omnino est aliud, quam quod illa. Nomen autem principij experti Pater, Principio Filius, ei autem, quod cum Principio est, Spiritus sanctus. Vnio porro est Pater, ex quo & ad quem ea, quae deinceps sequuntur, referuntur, non vt confundantur ac permisceantur, sed vt cohaereant, nec tempore ea fecernente atque distinguente, nec voluntate nec potentia. Hec enim tria, vt multa simus, effecerunt, nimirum vnoquoque & secum & cum aliis dissidente. At quibus & simplex natura est, & eadem essentia: his proprie quoque vnus vox conuenit. Ac contentiosas quidem & pertinaces fidei in alterutram partem deflexiones compensationesque valere sinamus, nec vni, iuxta Sabellium, in trium personarum euerisionem fauentem, ac scelerata contractione diuisionem tollentes, nec rursus tribus personis Arianorum more aduersus vnum patrocinantes, ac nefaria diuisione vnitatem peruertentes. Neque enim id a nobis quaeritur, vt malum malo permutemus, sed vt a bono minimè aberremus. Nam profecto diaboli ludi haec sunt, res nostras perniciose lance ponderatis. Nos vero mediam viam regiamque ingredientem, in qua virtutes quoque, ¹⁴ vt harum rerum peritis placet, sitae sunt, credimus in Patrem & Filium & Spiritum sanctum eiusdem substantiae & gloriae. In quibus & Baptismo sua perfectio constat, ¹⁵ tam in nominibus quam in rebus (scis haec, quisquis eo initiatus es) ¹⁶ quippe qui impietatis abiuratio sit, diuinitatisque confessio, atque ita numeros omnes perfectionis explemus, vnum quidem quoad essentiam indiuiduamque adorationem credentes, tria autem quantum ad hypostascs siue personas, vt nonnulli malunt. Desinant enim, qui de his rixantur, ineptire: perinde ac si fidei nostrae pietas in nominibus non in rebus consisteret. Quid enim dicitis, qui tres ¹⁷ hypostascs affertis: an hoc eod dicitis, quod tres essentias existimetis? Non est apud me dubium quin aduersus eos, qui ita existimant, ingentem clamorem excitaturi sitis. Vnam enim & eandem horum trium essentiam profitemini. Quid vos, qui Personas dicitis, num vnum velut quiddam compositum animo fingitis? ac tres facies, aut humanam omnino formam habens? Absit, ipsi quoque in clamabatis: ne faciem quidem Dei, quaecunque tandem illa est, vnquam ille videat, qui ita sentit. Quid igitur, vt interrogare pergam, vobis hypostascs volut, aut vobis Personae? nimirum tria esse, quae diuidantur: non naturis, sed proprietatibus. Optimè. An fieri potest, vt quidam magis inter se concordent atque idem dicant, quam cum ita sentiunt, tametsi alioqui syllabis discrepent. Videte qualem vobis pacificatorem me praebeam, a lirera ad mentem traducens: quemadmodum si quis vetus Testamentum & nouum componat & conciliet. Sed eod, vnde digressi sumus, redeundum est. Ingenitus quidem & Genitus & Procedens dicatur sanè & intelligatur, si cui nomina fingere libeat: non enim verebimur, ne ea quae corpore carent, corporeo modo intelligantur, quemadmodum ¹⁸ diuinitatis obtrectatoribus placet.

cet. At creatura, Dei quidem dicatur (nam id quoque nobis amplum & honorificum est:) Deus autem nequaquam. Alioqui tum Deum creaturam esse admit- tam: cum ipse quoque proprie Deus fuero. Sic enim se res habet. Si Deus est, creatura non est: creatura enim nobiscum est, qui dii non sumus. Si autem creatura est, vtique Deus non est. Temporaliter enim ortum habuit. Quod autem ortum habuit, aliquando non erat. Quod vero in ea causa est, vt id quod non erat, eo antiquius sit, hoc certè proprie non est. Quod autem proprie non est, quo tandem modo Deus esse queat? Ergo nec quicquam horum trium creatura est, nec, quod dictu sceleratius, propter me creatum est. Alioqui non modo creatura esset, sed etiam abiectior nobis atque contemptior. Etenim si ego ad Dei gloriam conditus sum, hoc autem mea causa procreatum est: ¹⁹ forceps vtique propter curram efficitur, aut serra propter ianuam: ²⁰ sequitur profecto vt causa sim superior. Quamto enim Deus creaturis est sublimior, tanto id quod mea causa creatum est, me qui propter Deum effectus sum, vilius atque ignobilus est. Aduersus haec ²¹ Moabitibus quidem & Ammonitis nec aditus ad Ecclesiam Dei pateat, hoc est, dialecticis improbisque disputationibus, quibus isti generationem Dei processionemque ineffabilem curiosè inquirentes aduersus diuinitatem temere insurgunt: perinde vero ac si ea quae vim omnem facultatemque verborum superat, solis ipsis perceptibilia esse oporteat: vel omnino non esse, quoniam ea ipsi intellectu assequi nequeant. Nos autem scripturae diuinae vestigiis habentes, ²² atque offendicula, iis tantum qui caecutiunt, molestiam exhibentia submo- uentes, doctrinam salutiferam confertis, vt aiunt, manibus retinebimus, priusque in omnem audaciam prorumpemus, quam vt aduersus Deum arroganter atque impiè quicquam loquamur. Porro scripturae testimonia aliis relinquemus, cum a multis iam saepe producta literisque mandata: tum etià a nobis ²³ haud quaquam perfuntoriè & negligenter. Ac praeterea, mea quidem sententia, turpe admodum fuerit, nunc earum rerum confirmationes colligere, quae iam pridem a nobis confirmatae sunt. Neque enim praestantissimi ordinis est, prius docere ac postea discere, non dicam diuina tamque alta & sublimia, sed ne aliud quidem quicquam paruum & contemnendum. Adhaec offendicula e scripturis obiecta soluere atque expla- nare non est praesentis temporis, sed maioris atque absolutioris operae, quam pro praesenti instituto. Ac fidei quidem nostrae doctrinae, vt summam complectar, talis est. Quae etiam ipsa non eod exposui, vt cum aduersariis certamen inirem (iam enim saepe decertauimus & si non nimis excellenter & egregiè) verum vt doctrinae meae formam vobis ostenderem, liquidòque ipsi perspiceretis, nunquid vestrorum dogmatum propugnator ego sim, atque aduersus eosdem & pro iisdem in acie stem. Habetis, o viri, nostri in hanc urbem aduentus Apologiam: quae si laudem mereatur, Deo & vobis, quorum accersitu huc veni, gratiam habeo: sin autem spem vestram minus impleui, sic quoque gratiam habeo. Non enim omnino vituperanda est, vt mihi persuadeo, ac vobis id affirmantibus credo. Num quid populū hunc per avaritiam circunuenimus? Num quid priuatis utilitatibus consulimus? quemadmodum multos facere video. Num quid Ecclesiam molestia affecimus? alios quidem fortasse, quibus indicta causa de nobis victoriam tulisse existimantibus, sermonem nostrū obiecimus: at vos nihil profecto quantum quidem mihi conscius sum. Non bouem vestrum accepi, inquit magnus Samuel, cum Israele pro regis petitione contendens atque exoptulans, non ²⁴ animarum vestrarum piaculum, Deus testis inter vos, non hoc atque illud, plura commemo- rans (ne singulis enumerandis longius orationem producam) verum purum at- que incorruptum sacerdotium custodiui. Quod si principatus, aut sublimium thronorum amore flagraui, aut Imperatorum aulas calcare gestij: nunquam aliud quicquam splendoris amplitudinisque mihi contingat, aut si quid contigerit, confestim illud proiciam atque amittam. Quid igitur est, quod dico: Non enim gratuitus virtutis sum cultor, nec in eam virtutis magnitudinem perueni-

*Filius aut
Deus nō est
aut creatu-
ra non est.*

*Neem. 13.
Deuter. 23.
Non curio-
sè inqui-
renda est
Dei gene-
ratio &
processio.*

*Discendum
prius quā
docendum
est.*

*Greg. purū
incorru-
ptūque
sacerdotiū
seruauit.*

1. Reg. 12.

*Greg. nec
honores
nec aulam
Imp. secta-
uus.*

In præmiū laborum Greg. postulat successorem. Laborum præmium mihi date. quod tandem non quod nonnulli fortasse ex iis, qui ad quiduis suspicandum facile adducuntur, existimarint: sed quod mihi tutò postulare licet. Diuturnis laboribus me leuate atque in quietem vindicate. Moueatur vos hæc canicies, flectat hospitij & peregrinationis ratio. Alium subrogate, qui pro nobis hostiliter prematur, qui puris sit manibus, qui voce non tarda & inerudita, qui ita animo comparatus, ut omnibus in rebus vobis obsequi, ⁶⁵ curasque Ecclesiasticas simul perferre possit: quando quidem tales præsertim hoc tempus flagitat. At mihi, cernitis quo modo corpus etiam hoc se habeat, nimirum & tempore & morbo & labore confectum. Quid vobis timido & ignauro ⁶⁶ sene opus est, atque in dies singulos, ut ita loquar, moriente, non corpore tantum, sed curis etiam & ærumnis? qui vix hæc quoque vobis loquor. Ne voci magistri fidem abrogetis: neque enim vnquam abrogastis. Non iam vltra fere queo facilitatem animi atque clementiam criminis loco mihi obiici. Non iam vltra cum dogmatibus, & cum invidia pugnare queo, cum hostibus & cum fociis. Illi pectus feriunt, minusque voti compotes fiunt. Nam qui apertas inimicitias gerit, facile caueri potest. Hi terga obseruant, magisque molesti sunt. Nam qui minimè suspectus est, perniciosius vulnus infert. Quod si etiam nauclerus, & quidem peritissimus essem, atque hinc effusum mare in nos sæuiret, ⁶⁷ ac circa nauem æstuarer, hinc graui seditione rectores inter se conflictarentur, alique de alia re contenderent, sibi que inuicem & fluctibus maris obstreperent, quandiu tandem ipse oblectari possem ad gubernacula sedens, ut simul & cum mari & cum vectoribus pugnarem, atque ex duplici tempestate nauem sine villo periculo cōseruariem? Quibus etenim omni ratione connitentibus, seseque in certamine adiuuantibus è periculo emergere, salutemque adipisci difficile fuisset: iis inter se dissidentibus & confligentibus, quo modo fieri possit, ut non deprimatur nauis, fluctibusque obruatur? Quid alia commemorare attinet? Quo tandem modo ⁶⁸ sacrum hoc bellum feram? dicatur enim etiam quoddam bellum sacrum, quemadmodum & barbaricum. Quo modo hos aduersis thronis insidentes, atque aduersas in pascendo grege partes fouentes connectam, atque in vnum adducam, populumque simul cum ipsis abruptum, studiisque contrariis distractum, quemadmodum in iis hiatibus, qui ex terræ motibus accidunt, vicinæ & propinquæ partes simul moueri solent, aut in pestiferis morbis famuli ac domestici simul abripiuntur, morbo nimirum ab aliis ad alios facile permeante? Ac ne hoc quidem solum, sed etiam orbis terræ segmenta, eodem cum dissidentibus afflectu commota, ita ut iam in duas contrarias partes ⁶⁹ Oriens & Occidens secreti atque diuisi sint, nec iam minus animorum & voluntatum, quam finium segmēta esse videantur. Quousque enim hæc audientur Meus & tuus, antiquus & nouus, facundior aut spiritalior, nobilior aut obscurior, populi numero copiosior, aut tenuior? Senectutis me pudet, cum aliorum nomine censeor, ⁷⁰ à Christo seruatus. ⁷¹ Non fero Circenses vestros ludos, & spectacula, atque æmulum hunc & vtrinque parem, tam in sumptibus, quam in animorum studiis furorem. Equos transiungimus, certatimque iungimus, ac freminus, propemodum etiam aërem ipsum verberamus, ut illi, pulueremque in cœlum iacimus velut lymphati, ac sub alienis personis contentiones nostras explemus, malique ambitionis ⁷² & magnificentiæ arbitri effimur, atque iniqui & absurdi rerum iudices. iidem enim homines hodie eiusdem nobiscum throni fideique sententiæ sunt, si ita nos duces & antistites nostri tulerint: cras contrariæ sedis & sententiæ, si spiritus reflauerit. ⁷³

Euripi inter Christianos qui dicantur. Odium atque amicitiam nomina comitantur: nec, quod grauissimum est, apud eosdem auditores contraria loqui erubescimus, nec nobis ipsis constamus, subinde nos immutante contentione: dicas ⁷⁴ Euripos quosdam esse nunc exundantes, nunc reciproco fluctu subsidentes. Quemadmodum igitur si adolescentuli in medio foro lusitarent, turpe admodum esset, nobisque indignum, relictis nostris studiis, vitæque institutis cū illis colludere (neque enim puerorū ludi senectutē decent)

decent:) eodem modo nec si aliis mutuo sese versantibus atque iactantibus, melius quiddam ipse quam vulgus, sentiam, vnus eorum esse malim, quam ut sum, cum obscuritate liber. Ac præterea ita quodam modo afficior, ut non admodum mihi cum vulgo conueniat, nec eandem viam ingredi sustineam: rusticius id quidem fortasse atque inciuilius, sed tamen ita afficior. Ea quæ aliis voluptatem gi-gnunt, mihi molesta sunt: quæ autem aliis tristitia & iniucunda videntur, ea animum meum oblectant. Quocirca ne hoc quidem mihi mirum fuerit, ⁷⁵ si vinculis etiam astringar, ut incommodus & importunus, ac plerisque mente captus esse videar, quemadmodum ⁷⁶ ethnico cuidam philosopho accidit, cui prudētia quasi insania vitio vertebatur, quoniam omnia deridebat, risu videlicet ea digna perspicens, in quæ vulgus summo studio incumberebat: aut etiā musto plenus esse censear, ut postea Christi discipuli, cum linguis loquerentur: ignorante scilicet multitudine id Spiritus vi & facultate contingere, non mentis aberratione. Iam crimina quoque nostra, quæso, expendite. Tanto iam tempore, inquit, Ecclesiæ præses, ⁷⁷ temporis fauore auxilioque fultus, Imperatorisque generoso impetu: quod maximi æstimari debet. ⁷⁸ Ecquod mutationis signum nobis affulsit: Quot hominum contumelias prius pertulimus? quid acerbatis passi non sumus? non iniurias? non minas? non exilia? non pecuniarū direptiones? non bonorum proscriptiones? non ⁷⁹ Presbyterorum in mari conflagrationes? non templa profanata? atque ex templis in sepulchra mutata? non publicas senum Episcoporum, aut, ut magis proprio verbo vtar, Patriarcharum cædes? non eam immanitatem, ut piis solis inuius esset locus omnis? non denique quidquid calamitatis vllis verbis exprimere quisquam possit? Quorum, quidnam iis, qui nos læserunt, rependimus? quando quidem versis, ut par erat, rerum vicibus, rependendi potestas nobis facta est, atque eos, à quibus importunè vexati fueramus, castigari oportebat. Atque ut omissis aliis calamitatibus ad nostras, ne dicam ad tuas calamitates veniamus, non persecutionibus vexati sumus? non iniuriis omnibus oppressi? non Ecclesiis, domibus, & quod acerbissimum est, solitudinibus exturbati? non furentem populum tulimus: præfectos violentos & importunos? ⁸⁰ Imperatores simul cum edictis suis contumeliosè spretos? Quid postea superiores exitimus: & persecutores nostri pœnam effugerunt. Ita sanè est, inquam. Mihi enim aduersus eos, qui iniuriam intulerunt, satis grauis pœna est, referendæ iniuriæ potestas. At istis aliter videtur: perquam enim exacti ac seueri sunt ad vlciscendum. Atque idcirco exigunt, ut oblatam vindictarum iniuriarum occasionem amplectamur. Quis præfectus multatus est, inquit? quis populus castigatus est? quinam plebis inflammatores? quem terrorem nobis ipsis in posterum indulsimus? Quin hæc quoque fortasse nobis exprobrauerint, (iam enim exprobrarunt) quod nec mensa lauta & opipara, nec augusta veste vtimur, nec magnificè in publicum prodimus, nec eos à quibus conuenimur, fastuosè excipimus. Nesciebam scilicet nobis cum consulibus & præfectis clarissimisque belli ducibus, qui tot opibus copiisque circumfluunt, ut quò sua proiciant, non habeant, æmulationem ac certamen esse: dandamque esse operam, ut & nobis pauperum bonis ad luxum & delicias abutentibus, venter vndique comprimatur, & necessaria in res superfluas effundantur, atque altaria ipsa ructibus nostris contaminentur. Nesciebam nos equis insignibus & lasciuis ferri, sellisque & curribus magnificè attolli, ac cum fastu & pompa deduci, velutque poppyimis demulceri oportere, atque omnes nobis perinde ac belluis de via decedere, & in vtramque viam partem scindi ac distrahi, aut etiam tantam præcuntium turbam esse, ut procul conspicuus sit noster incessus. Si hæc grauias vobis & acerbæ fuerunt, præterierunt: hanc iniuriam mihi condonate. Antistitem alium, qui multitudini placeat create: mihi autem solitudinem date, rusticamque vitam & Deum, cui soli per frugalitatem etiam tenuemque victum cultumque placebimus. At graue est cōcionibus, & cœtibus, & publicis conuētibus, & plausibus his,

Greg. non conuenit cū vulgo.

Democrit. habebatur insanus à vulgo. Act. 2.

persecutio Ecclesiæ.

Templa profanata.

Greg. mansuetudo.

Luxus & fastus Episcopo indigni.

Quales pa-
stores que-
rat mundus.

1. Cor. 9.

Missionis
libellus.

Ios. 18.

Templum
resurre-
ctionis.

1. Cor. 15.

Apostolorum
festa.

2. Cor. 12.

Sacrofan-
cte mensæ
ministri.
Nazaræi.

Domus ho-
spitales.

à quibus quasi pennis in sublime ferimur, & familiaribus & amicis, & honoribus, & vrbis pulchritudine & magnitudine, & hoc denique rerum spectaculo priuari, vndique eos fulguris instar perstringente, qui eas intuentur, ac non oculorum aciem intrò collegerunt ac defixerunt? ⁸¹ At hoc mihi minus graue fuerit, quàm si diutius tumultuer, ac ciuilibus vitæ turbis estibusque maculer, atque ad vulgi mores me ipsum accommodare necesse habeam. Non enim sacerdotes & præfules, sed rhetores quærunt: nec animarum dispensatores, sed pecuniarum custodes: nec puros sacrificos, sed viribus atque autoritate florentes antistites. Non nihil eos excusabo: sic eos erudiuimus, qui omnibus omnia efficimur, haud scio vtrum vt omnes seruemus, an vt perdamus. Quid dicitis? Num vos his verbis fleximus, 00 causamque obtinimus? an verò ad vestros animos permouendos firmior nobis adhibenda est oratio? Vos ergo per Trinitatem ipsam, quam profitemur & colimus, per communem nostram spem atque huius populi coagmentationem obtestor: hoc mihi beneficium date, cum precibus nos ablegate. Hoc mihi sit dimicationis præconium. Missionis libellum mihi date, quemadmodum imperatores militibus solent: ac, si quidem vestra voluntas tulerit, cum fausto & præclaro elogio & testimonio, vt honori meo consulatur: sin minus, vtcunque vobis collibuerit, nihil de ea re altercabor: quoad Deus rerum nostrarum statum inspicetabit. Quem igitur tibi substituemus? dicit aliquis: Videbit sibi Dominus, pastorem ad præfecturam, quemadmodum ouem vidit ad holocaustum. Hoc vnum 20 peto, vt ex eorum numero sit, qui inuidia premuntur, non qui misericordiam mouent: qui non omnia omnibus indulgēt atque inferuiunt, sed qui nonnullis etiam in rebus ob recti studium in hominum offensionem incurrunt. Alterum enim in præsens iucundissimum est: alterum in posterum vtilissimum. Ac vos quidem ⁸² orationes discessui meo congruentes parate: ego autem his verbis extremum vos salutabo. ⁸³ Vale Anastasia nomen à pietate habens. Tu enim nobis fidem adhuc contemptam excitasti. Vale, inquam, ⁸⁴ communis victoriæ sedes, ⁸⁵ noua Silo, in qua primùm arcam fiximus, quadraginta annis circumactam in deserto atque inerrantem. Tuque, ⁸⁶ magnum hoc templum & nobile, noua hæreditas, quod magnitudinem quam nunc habes, ab orthodoxa doctrina accepisti: quòd- 30 que, cum prius Iebus esses, Hierusalem effecimus. Vósque etiam aliæ domus sacræ, huic dignitate proximæ, alia aliam quandam vrbis partem complectentes, quasi vincula quædam & compages, ac propinqua loca vendicantes: quas cum hac corporis imbecillitate, non nos, sed Dei gratia nobiscum, qui pro perditis ac desperatis habebamur, impleuit. ⁸⁷ Valete Apostoli, præclara colonia, certaminis mei magistri: etsi minus sæpe festa vestra celebraui, ⁸⁸ fortasse Pauli vestri Satanam ad vtilitatem meam in corpore circumferens, ob quem nunc à vobis digredior & fecedo. Vale cathedra, inuidiosum hoc & periculosum fastigium, Pontificum concilium, sacerdotum, non minus maiestate quàm ætate ornatorum, & quicumque tandem alij circa sacrosanctam mensam Deo ministratis, atque ⁸⁹ ad 40 appropinquantem Deum appropinquatis. ⁹⁰ Valete Nazaræorum chori, Psalmodiarum concentus, stationes nocturnæ, virginum grauitas & sanctimonia, mulierum ordo atque ornatus, viduarum & orphanorum cœtus, pauperum oculi in Deum & in nos intuentes. Valete domus hospitales & Christi amantes, infirmitatisque meæ adiutrices. Valete sermonum meorum amatores, & cursus & concursiones, & calami tam perspicui quàm occulti, atque huius suggesti cæcelli à multitudine compressi, hominum audiendi studio sese mutuò protrudentium. Valete Imperatores & aulæ imperiales, atque omnes ⁹¹ Imperatoris famuli & cubicularij, si quidem Imperatori fideles haud quaquam certum habeo: Deo certè magna ex parte infidi. Manibus plaudite, acuta voce clamate, ⁹² rhetorem ve- 50 strum in sublime tollite. Siluit vobis ⁹³ improba & garrula lingua: non tamen omnino silebit. Pugnabit enim manu & atramento. Cæterum in præsentia consiliumus. Vale magna ciuitas & Christi amore prædita (Vera enim testabor) ⁹⁴ etsi non

non secundum scientiam hic zelus est. Benigniores nos disunctio reddidit. Ad Rom. 12: veritatem accedite: ad meliorem frugem tandem aliquando vos conuertite. Fa- Sentent: cite vt Deum studiosius quàm pro vestro more colatis. Non turpe est mutari ac respiscere: sed in malo hæerere perniciosum. Vale Oriens & Occidens, ⁹⁵ pro quibus & à quibus oppugnamur: testis ille est, qui pacatos nos reddet, si nonnulli secessionem meam imitentur. Non enim Dei quoque iacturam facient, qui thronis cesserint: sed supernam cathedram habebunt, his multò sublimiorem & tu- Angeli præsidēs Ecclesiæ: tiorem. Præter omnia & ante omnia clamabo. Valete angeli huius Ecclesiæ præfides, meæque præsentis & peregrinationis, si modò manu Dei res nostræ gubernantur. Vale Trinitas, meditatio mea & decus meum. His velim serueris, & hos 10 serues, meum hunc populum (meus enim est, etiam si aliter gubernemur) atque audiam te quotidie extolli & crescere, tum quoad fidei doctrinam, tum quoad vitæ integritatem. Filioli depositum, quæso, custodite: ⁹⁶ mementote lapidationum mearum. Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen. 2. Tim. 1. Rom. 16.

SCHOLIA MAXIMA EX PARTE EX GRÆCIS
Nicetæ commentariis collecta.

1. Quorum & pulchri sunt pedes.) Ab Apostolo hæc sumpsit Theologus, Apostolus autem ab Esaia de Apostolis vaticinante. Horum autem verborum hæc est sententia. Admodum pulchri & irreprehensibiles sunt gressus Apostolorum, annunciantium nobis pacem cum Deo, cui hostes facti fueramus, atque alia bona, vt adoptionem & desiccationem, regnique cælestis hæreditatem.
2. Nihil proprium habere.) i. seiunctum à diuina voluntate.
3. Spiritus prophetarum prophetis.) Non enim dissensionis est Deus, sed pacis. Per spiritus autem prophetarum vel spirituales gratias intelligit. Variæ enim sunt, aliæ præstantiores, aliæ inferiores: non quòd inæqualiter se habeat spiritus: sed quia, qui eas excipiunt, pro dignitate accipiunt. Vel per spiritus, animæ prophetarum intelligi possunt, quæ inter se subiiciuntur propter præclarum spiritus ordinationem, qui quidem, vt ipse Paulus ait, omnia operatur, diuidens vnicuique prout vult.
4. Vos enim mihi defensio estis.) vt pote qui probatio & argumentum industriæ nostræ & sedulitatis atque orthodoxiæ sitis. Discipulorum enim splendor & gloria specimen est curæ præceptoris. Et testes vtpote consilij laborum & certaminum, quæ vestra causa suscepi.
5. Et gloriationis corona.) i. decus & ornamentum, & præclarissima iactatio.
6. Hic grex exiguus.) Hæc omnia per allegoriam extulit, quam si euoluere libeat, talis erit sensus. Hic populus quondam perexiguus erat, nec in vnum corpus coiens, nec Episcopum habens, nec loco villo atque Ecclesia circumscriptus, nec propter hæreticorum tyrannidem orthodoxa doctrina liberè fruens: sed in ea calamitate positus, vt sparsim vnusquisque veræ doctrinæ pabulum conquireret, felicitèque secum agi putaret, si salutem suam quasi surriperet.
7. Quem leones expulerunt.) Hierem. Ouis errans Israël. Leones expulerunt eum, i. Hierosolymis extruserunt. Vel etiam qualis ille grex de quo per Ezechielem his verbis Deus loquitur: Ecce ego exquiram oues meas, quemadmodum pastor querit gregem suum, in die qua est caligo & nebula in medio ouium inter se disunctarum. Neque enim facillè videri potest grex ipsius in obscuritate & caligine dispersus. Perniciosa enim gregibus & tempestas & caligo. Hic tempestas quidem hæreticis tribuenda est: caligo autem de impiis dogmatibus accipienda est.
8. Atque in omnes montes.) Ezechielis hæc verba sunt, Disperse sunt oues, eò quòd non essent pastores, & facta sunt in escam omnibus feris: & disperse sunt in omnem montem & in omnem collem excelsum. Cæterum apud Prophetam montes & colles idololatricam significant: quoniam in montibus & collibus idolis sacrificabant. Hic autem afflictionem & calamitatem & exilia Christianorum habitationesque in solitudinibus designant. Quod autem orthodoxorum tristitiam & mœrorem notat, aut externos insidiantium impetus.
9. Belluæque irruerunt ad eò.) Alludit ad id quod dicebat Paulus in Actis Apostolorum. Post discessum meum intrabunt in vos lupi rapaces non parcentes gregi. Hoc igitur vult Gregorius, hæreticos dilacerasse gregem Christi, atque eam esse impudentiam & audaciam, vt nec Theodosio imperante animorum ferociam cōpescere atque insolentiam frenare queant.
10. Nona illa Egyptiorum plaga grauior.) Illa enim ad breue tempus grassata est, tres enim duntaxat dies Egyptios opprestit: hæc multo tempore. Atque illa corpora aliquantum labefactabat: hæc & corporibus & animis sempiternum exitium infert.
11. Cum non imperares nobis.) Quemadmodum enim fuit quondam illud tempus cum nec prophetas, nec sacerdotes, nec reges, nec aliud quicquam donorum tuorum & gratiarum habebamus: sic nunc quoque his omnibus spoliati sumus, atque in eandem solitudinem redacti sumus: atque in erroris libertate & licentia

quodcunque rectum videtur, asserimus ac profiteamur.

12. Opprobrium facti sumus dilecto tuo.) Vt pote non, vt eo dignum erat, nostro munere perfuncti. Vel etiā quia calamitas ea in quam incidimus, in probrum ipsi apud impios cecit, tanquam scilicet ille afflictis auxilium ferre non posset.

13. Impia lingua.) Id est, quemadmodum Ariani & Macedoniani, qui Filium & Spiritum sanctū creatos esse affirmant.

14. Primus Nabuchodonosor.) Hieremias Israëlitis calamitatem lugens, ait, Primus deuorauit eum rex Assur. Et rursus, Dimisit me, & deuorauit me, & apprehēdit me, velut caligo tenuis Nabuchodonosor rex Babylonis. Hic autem Nabuchodonosor à Theologo Iuliano dicitur, qui cum clericus esset, & librorum sacrorum lector aduersus Christum insanit, proiectisque sacris libris, quos in Ecclesia legebat, iisdem manibus impura & scelestia sacrificia eorum loco accepit, & ingulatos Christianos comedebat, id est, consumebat, nonnullos etiam diuidebat, eos inter se dirimens atque exilio mulctans. Tenebræ autem tenues dici possint, obscuratio illa animi, quam grauis mæstitia parit, ad cerebrum vsque penetrans.

15. Christianisque oneri simul.) Valens Arianus Orthodoxis oneri simul erat & probro. Oneri quidē propter persecutiones, probro autem, quia Christi nomini contumeliam inurebat ac contumeliæ & dedecori Christianis erat, indignam Christiani nomine vitam agens.

16. Quibus vt facere impium.) Christianis Orthodoxis, inquit, & huiusmodi res facere, ac persequi Christianos impium est (hominis enim est Christum aspernantis ac reuicentis, eos qui Christo nomina dederunt, persequi) & rursus à Christianis excruciarī graue & permolestum: quoniam nec qui vexantur, in martyrii certitudine dolores excipiunt, nec populus hos athletas pro martyribus colit, quod Christianorum nomen persecutoribus insit. Neque enim iniuria affici videntur, qui supplicia perferunt: quin potius quasi nocentes & facinorosi puniri existimantur.

17. Quia ignis speciosa.) Ioël terræ vastitatem lugens ait, ignis comedit speciosa deserti. Quo loco per ignē armatam locustam, & saltitantem bruchum, & reptantem erucā intelligit. Per speciosa autem deserti, fortasse ea quæ in incultis campis sponte nascuntur. Ego verò speciosa terræ animæ fructus nominarim. Ignem autem eos depascentem, hæresim. Rursus ait Ioël, Residua erucæ comedit locusta, residua locustæ comedit rubigo, & residua rubiginis comedit bruchus. Sunt autem eruca, locusta, & bruchus de genere insectorum: rubigo autem quasi pulucrea corruptio frumentis. Ego autem per huiusmodi insecta, crebram & successionē quadam aduersus Ecclesiam grassantem hæreticorum incurSIONem intellexerim, quemadmodum & à Propheta per hæc quatuor significantur quatuor bella, quæ aduersus Hierosolymitas suscepta sunt, nimirum Salmanaasar, Nabuchodonosoris, Antiochi, & Titi.

18. Talis seges nostra erat.) Superius populum Orthodoxum Constantinop. gregem vocabat: nunc eundem segetis nomine designat, quam dictionē à Paulo mutuatus est, sic ad Corinth. scribēte, καὶ ὡς ὁ ἀπὸ τοῦ ἐσθ, quam vocem perspicuitatis causa, segetem vertere placuit.

19. Magna illa quidem & pinguis.) Nec enim multitudinem Deus numerat: sed corda. Nam, vt ille ait, Melior est vnus faciens voluntatem Domini, quam mille scelerati.

20. Vt stipula in messe.) Apud Michæam ita habetur, Factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, & racemulum (Gr. ἄκρον ἰσθ) in videmia, cum non sit botrus. Est autem ἄκρον ἰσθ parua vna, quæ in vindemia foliis tecta oculis fallit, vel etiam propter immaturitatem relinquitur.

21. Vt ficus prematuram.) Hoseæ Propheta hæc verba sunt, Quasi vna in deserto inueni Israël, & quasi σκῆπη ἐν ἔρημῳ in ficu patres eorum. Quibus verbis paucitas & raritas indicatur. Nam vna in solitudine rara est, quemadmodum & σκῆπη ἐν ἔρημῳ, autem dicebatur præcox ea ficus, quæ ante alias maturuerat. Quemadmodum enim σκῆπη, id est speculator & explorator exercitui quædam prenunciat, sic etiam hæc ficus maturitatem prædicat.

22. Et vt acinum vnum.) Esaias ita loquitur. Quemadmodum inuenietur acinus in botro, & dicent, Ne dissipet eum, quia benedictio in ipso est: sic faciam propter eum, qui seruit mihi. Idcirco non omnes perdim. Hic quoque acinus, qui immatura adhuc vna maturus inuenit, de eorum numero est, quæ raro inueniuntur. Atque ob eam causam cum Deo primitias esse censebant, vt qui primus & solus ex omnibus maturus visus esset.

23. Vt malum nauis in monte.) Apud Esaiam ita scriptum est, Leues erunt, qui vos persequentur. Propter vocem vnus mille fugient, & propter vocem quinque fugient multi: quoad relinquamur sicut malus in monte, & sicut σκῆπη ἐν ἔρημῳ ferens in colle. σκῆπη hoc loco & ἰσθ esse aiunt, lignum illud quod in collibus erigitur signa quædam ferens, per quod bellici duces exercitibus suis vel se vicisse significant, vel quod ad necessarium quædam audienda cogendæ ac cōtrahendæ sint copie. Sensus autem Propheta est huiusmodi, Multæ arbores in montibus non ita clare & notabiles sunt. Quod sicubi in montis cacumine pinus vna aut cupressus relicta sit, viatoribus admodum insignis & perspicua est. Ad hunc modum, inquit, vos quoque pauci ex multis relinquimini, facileque numero comprehendemini.

24. Magnum illum sonum.) Gr. βόη ἐκείνη. Quæ vox ab Hieremia petita est, atque hoc loco significat rurorem illum, & admirationem quam memorabilis illa Israëlitarum expeditio apud omnes mortales exciuit.

25. Quicumque tandem montes.) Per montes, hic intelligi possint antiquiorum gregum Ecclesiæ, per cedros autem, qui in ipsis pascebantur, quas & si secundum Deum sublimes & virtutum magnitudine insignes

signes paruos Orthodoxorum Constantin. stolo gloria operuit, & studio ac diligentia superauit, paulatim scilicet aucta pietate.

26. Ossa cum ossibus.) Deus Ezechielī Iudeorum reditum ex Babylone præmonstrare, simulque etiā vniuersalem mortuorum resurrectionem subindicare volens, ei campum plenum ossibus humanis ostendit, ac postea iussit eum ad hunc modum super ea prophetare, Ossa sicca audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus his ossibus, Ecce ego feram super vos spiritum vitæ, & dabo spiritum meum super vos, & viuetis. Et facta est vox, inquit, cum prophetarem. Et ecce tremotus, & adduxit ossa vnunquodque ad commissurā. Et vidi, & ecce super ea nerui & carnes nascebantur, & ascendebat super ea pellicula, &c. Ego autem Ezechielis verba proposito argumento accommodans, per ossa quidem dispersas ac dissipatas gregis partes intelligo, per commissuras autem iuncturas & connexiones earum: per sicca verò, mortua, quatenus videlicet soluta ac dispersa sunt: denique per spiritum vitæ & regenerationis, vnionem eam, qua rursus inter se coierunt, atque in integrum restituta sunt. Vel etiam aliter, per ossa mortuos accipere possumus, quæ tantum ad pietatem attinet, eos scilicet, qui ab Ecclesiæ corpore præcisi, atque in hæresim prolapsi sunt, ac rursus ad Ecclesiam redierunt. Dico igitur, quod quemadmodum secundum visionem supradictam carnes ossibus admiscebantur, atque ea quæ soluta temerèque disiecta quæ erant, in ordinem & concinnitatem inter se conglutinabantur: sic nunc etiam Ecclesiæ segmenta coniungere atque ad vnus corporis concentum & harmoniam colligere illius solius est, qui, vt scribit Apostolus, viuificat mortuos, qui sicci etiam ossibus ad neruos & carnes reditum ineffabili sua potentia largitur.

27. Vmbra aut somnium.) Hæretici sunt qui, vt ait David, apprehendit vmbra, vt est apud Ecclesiasticum, ac velut somnium surgentium, vt ait David. Somnium enim cum auolarit, non iam inuenietur, nec vmbra, cum fugerit, iam erit, vt Iob philosophatur. Quin illud etiam Esaiæ adiecerim, quod erunt, vt somnians in somno, diuitiæ omnes hæreticorum. Et erunt velut qui comedunt, & adhuc surgentibus vanum est eorum somnium. Et quemadmodum qui siti vexatur, perinde in somno afficitur ac si biberet, experrectus autem adhuc siti premitur, atque ipsius animus vana spe lactatus est: sic quoque erunt omnes hæreticorum opes, quicumque aduersus Dei Ecclesiam arma ceperunt: & vt in Solomonis Sapientia scriptum habetur, omnia quæ possident dilabuntur vt vmbra, & vt nauis transiens fluctuantem aquam, cuius vestigia transitus inueniri non possunt. Quemadmodum igitur vmbra & somnium, auræ & nauis vestigia, res sunt minime subsistentens, & quise ea manibus complexuram existimat, rem irritam atque impossibilem aggreditur: eodem quoque modo hæretici in summa stultitia versantur, ac frustra laborant, si superiores posthac se futuros putant Orthodoxa fide, atque huius alumnis.

28. Vt let pinus.) Minores hæretici lugeant, maioribus prolapsis. Cedrus enim altissimas in terra radices habet, atque aduersus ventorum impetus firma est. Contra pinus eorum vi facile perfringitur. Cum igitur Ariani & Macedoniani, qui velut cedri firmiores & validiores esse videbantur, superati atque oppressi sint, nonne causa est, cur alij contremiscant, ac reprimantur, aliorum calamitatibus eruditi?

29. Dissecta sceleratæque.) Ariani enim Patrem increatum & Dominum asserbant, Filium autem & Sp. sanctum, creaturas & seruos dicebant. Atque ita & vtriusque diuinitati contumeliam inferebant, eam videlicet in creaturarum classem detrahentes: Et rursus creaturam onerabant, nimirum honoris magnitudinē non ferentem. Creatura enim diuinitatis æqualitatem quasi graue pondus quoddam suscipiens, sustinere nō potest, onerisque grauitate obruitur.

30. Dilata adhuc locum.) Esai. Dilata locum tabernaculi tui, & pellium tuarum: fige, ne parcas: produc locum funicularum tuorum, & clauos tuos corrobora. Adhuc ad dextram & sinistram extende. Quo loco per clauos allegoricè magistri & pastores intelliguntur, qui arcem Dei, id est Ecclesiam continent, vel etiam argumentosa orationes. Per locos autem funicularum cohortatorij sermones spem rerum diuinarum pollicētes. Per dextra verò, spiritalia & intellectu perceptibilia: per sinistra autem, ea quæ in sensum cadunt, ac literalī sensu accipiuntur. Denique per tabernacula & atria, siue, vt vult Nicetas, pelles, status ille in quo est homo progressus in virtute faciens.

31. Prouoco prouocantes me.) In Deuter. sic habetur. Ipsi me prouocauerunt (Gr. παρεχόμενοι) in eo qui non erat Deus, & irritauerunt me in idolis suis. Et ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos. Quo loco παρεχόμενοι deceptionem circunventionemque significat. Non populus autem cæterum Christianorum: nec enim iam per se populus vnus est, sed ex multis conflatus. Idem etiam ante fidem vœcors erat & stolidus.

32. At tu parietes.) Tu Ariana classis Ecclesiæ tibi vendicabas, Orthodoxos extrudens: ac templa habebas & parietes, & tabulas, & elegantissimos lapides. Nos autem sub dio Dominum adorabamus, ac templis quidem eiecti fueramus, verum in protectione Dei cæli commorabamur.

33. Partim aquæ instar effundebas.) Ingentibus donis eos cumulabas, qui imperio atque autoritate pollebant, atque ad prouehendam tuam hæresim tibi adiumento erant. Partim vt arenam aggerebas ex prouertibus Ecclesiasticis.

34. Si fuerit numerus filiorum Israël.) Locus est Esaiæ, vbi per reliquias historico quidem sensu ij intelliguntur, qui expletis 70. annis captiuitatis salui & incolumes ex Babylone in patriam restituti sunt. Vel etiam ij, qui postquam Elias ante secundum Christi aduentum venerit, fidem amplectentur. Allegorico autem sensu eos intelligere possumus, qui ex circuncisione ad Apostolicum munus asciti sunt, ac reliquos omnes, qui ab eo tempore Christianam fidem profitentur. Hinc etiam quoad morale sensum attinet, discimus paucos esse,

qui à peccato emergant, salutemque consequantur. Proinde nihil est quod te moueat eorum, qui piorum nomine censentur, multitudo. Multis si quidem Christi nomen inest, ceterum in paucis testimonium operum nomini fidem astruit.

35. Accipiam quidem hæc quoque.) Hæc quoque, inquit, ô Ariani, id est, Ecclesias, quas occupatis, & auribus aliisque opes vobis extorquebo, qui ea rapuistis.

36. Quosque arca apud Philistæos.) Hoc est, Quosque apud vos sectarios & hereticos erit diuinum sacrarium, in quo diuina mysteria sunt.

37. Incedite per portas meas.) Ecclesias, vel per actionem & contemplationem. Neque enim æquum est vos perpetuis ærumnis premi atque confici, in solitudinibus vitam agentes, atque alias aliò propter hereticorum tyrannidem migrantes, quemadmodum iis vsuuenit, qui in tentoriis habitant.

38. Funiculus Domini fortissimus.) Funiculus hereditatis eius, id est, pars. Funiculorum enim dimensionibus ij, qui hereditatem diuidunt, terram partiuntur.

39. A gutta fluuius.) Ait Michæas, Ex gutta populi huius colligetur Iacob. Multæ etenim guttæ simul collectæ flumen efficiunt. Eodem quoque modo à parua scintilla flamma magna & excelsa excitari potest.

40. Verum pauperes quidem.) Pauperes quidem, inquit, sunt quantum ad opes & facultates: ceterum multos spiritualibus diuitiis augere possunt.

41. Hanc gloria coronam.) Apud Esaiam hæc verba habentur, Corona illa texta gloriae. Et, Væ coronæ contumeliæ, mercenarij Ephraim. Mercenarios gentes vocat, quas aduersus tribum Iuda decem tribus Samaritanæ mercede conducebant: quæ quidem tribus vocabantur Ephraim, quoniam perfidus Hieroboam, qui ipsis imperabat, ex tribu Ephraim erat. Porro gentes illæ corona erant Ephraimitis, non gloria sed contumeliæ, ut quæ infamiam ipsis & cladem importassent. Atque hæc quidem historicè ita accipienda sunt. Prophetico autem sensu Iudeorum duces corona nominantur, ut pote sacerdotij gloria insignes: corona autem non gloriæ, sed ignominie & contumeliæ, quatenus propter suam in Christum impietatem gloria qua ornati fuerat, exciderunt, atque ignominie & vituperationi obnoxij facti sunt. Ac proditoris Iudæ, qui de tribu Ephraim erat, mercenarij nuncupati sunt. Ipsum enim ad Domini proditorem precio & mercede impulerunt. At verò Theologus coronam gloriæ, id est, gloriosam & magnificam, quasi ex margaritis & gemmis preciosis & floribus textam Orthodoxorum gregem vocauit ex variis virtutibus ordinibusque concinnatam: hereticos autem qui prius Ecclesiam occupabant, coronam contumeliæ, & populum ipsis subditum mercenarios Ephraim, quibus pro fraudis & imposturæ mercede antesignani & primipili hæreseon aurum rependebat, scelerumque veniam concedebant.

42. Pro Spiritu bellicosus) aduersus nempe Macedonianos spiritus hostes, iuxta id quod scriptum est, Et qui mansuetus erat, sit bellator.

43. Humilis & abiecta litera.) Hi, inquit, in supernum senatum ingrediuntur, non humili & pedestri litera, id est imperatoris iussu, per quem, qui ab eo honorantur, dignitates accipiunt, sed viuifico spiritu.

44. Immortalitatem ver vim sibi comparant) Græcè. βιωτικὴν αἰώνιον ἀθάνατον, id est quasi vi sibiipsis allata immortales manent, quoniam nec senectute franguntur, nec humanæ infirmitatis affectibus cedunt, sed spiritualibus certaminibus iuuenescunt, quasi tum primum laborem capeffentes.

45. Quod loquor, non secundum.) Vide, quanta sit huius viri modestia. Nam cum orthodoxorum orbem coronam vocasset, verè & iure suo dicere possit, Hanc coronam ego nexui nequaquam ita loquitur: sed parè & summisè ait. Ego eos, qui hanc neclebant, non nihil opera mea iuuui. Et quemadmodum Apostolus propter eos, qui Apostolorum nomen sibi falsò arrogabant, res præclare à se gestas commemorare coactus, rem eam audaciam atque insipientiam nominauit: sic hic quoque noster ad illius amulationem ait, Quod loquor, non secundum Dominum loquor, id est, non ut Domino placet, qui interdixit nobis, ne gloriamur. Sed tamen loquar, ita postulante orationis argumento.

46. Nec meretriciorum.) Ut hereticus quidam in me cauillatus est, sermones meos meretricios vocans, velut non doctrinæ veritate auditores capientes, sed lepore ac lenocinio & pulchritudine atque elegantia, quasi meretriciis quibusdam fucis & frictionibus demulcentes atque illinentes.

47. Fatuus est.) Quemadmodum Apostolus dicebat, Filioli mei, quos per Euangelium genui.

48. Ac opere merces nauata.) Mercedem, inquit, à vobis, quos salutari doctrina imbui atque excolui, nullam aliam posco, quam ut confiteamini vos à me excultos esse. Vel etiam hoc loco fidei confessionem intelligit Theologus: quæ etiam se contentum affirmat. Nihil, inquit, aliud à vobis peto, quam ut, sicut adhuc fecistis, Trinitatem confiteamini.

49. Non aliter ac sepia.) Hanc similitudinem ab Euripide in Andromacha mutuatus mihi videtur Theologus, ἀπὸρροπιῶν τῶν ὄσων τῶν μέλαρος κροβέσσων, id est, Occultat ut se fraudulenta sepia suo nigrore.

50. Clementem Christum.) Nam ille quoque aduersus Iudeos pugnabat, cum sermones eorum refelleret ac refutaret. Atque interim tamen pacem cum iis colebat, contumelias eorum petulantiamque leniter & placidè ferens, atque huiusmodi eorum infirmitates portans.

51. Ad eundem modum eorum, qui de Deo Philosophantur.) Græcè. ἡμῶν θεοῦ φιλοσοφῶντων. Nicetas exponit, ἡμῶν πνευμάτων, quasi de omnibus in vniuersum Christianis loquatur Gregorius. Atqui ex ipso contextu liquido constat, eum de pastoribus tantum ac presbiteris Ecclesiasticis verba facere, quos in triplici genere versari ait. Alios enim fidem suam pectore clausam tenere, nec controuersa dogmata attingere, nec quid de præcipuis fidei articulis sentiant, villo modo explicare: alios meliori quidem aliquantò causa esse, sed metu at-

que ignauia

que ignauia retardari, quo minus quod animo sentiunt ac credunt, liberè profiteantur: alios denique præstantissimum hunc fidei thesaurum minimè tectum atque in animo abstrusum habere, sed palam liberèque effundere, fidemque suam intrepidè predicare.

52. Doctrinæ nostræ argumentum.) Græcè. καὶ ἡμῶν λόγου θεοῦ ἡραμματα. θεοῦ ἡραμματα autem dicebatur, scripturæ illud, quod principes in foro proponebant, ut ab omnibus legeretur. Hic autem θεοῦ ἡραμματα predicationem vocauit, vel fidei signum & notam. Consimili modo veteres, quæ omnibus nota esse atque indelebilia in posterum manere volebant, ea in columna ærea aut lapidea incidebant, & insculpenda curabant.

53. Quod principij expers est.) Anarchus, inquit, id est, principij expers est Pater. Neque enim à quopiam, nec aliunde, nec à seipso est. Principium autem Filius, ut creaturarum omnium conditor, iuxta quod Pater etiam principium dici possit secundum illud, Principium ex Principio. At Filius, si quidem Patrem ut causam accipias, non est sine principio. Principium enim Filij Pater, sin autem principium de tempore intelligas, principij quoque est expers. Quod autem cum Principio, Sp. sanctus est. Quoniam enim nec Patri vnquam Filius defuit, nec Filio Sp. sanctus: merito Sp. sanctus cum Principio esse dicitur, id est, cum Filio. Quod si cum Principio, utique & cum Anarcho Patre, quæ quidem tria vnus est Deus. Nec verò cuiquam existimandum est, ἢ ἀπ' αὐτοῦ ἢ τὸ ἀπ' αὐτοῦ, hoc est, ut crastius loquamur, principij carentiam & ingenturam Dei naturam esse. Natura enim cuiusque rei declaratur in eo quod dicimus, quid illa sit, non in eo quod inficiando dicimus, quid non sit. Consimili modo in iis nominibus, quæ de Deo prædicantur, quædam ea, quæ Deo insunt, explicant, quædam verò quæ ipsi non insunt. Exempli gratia, cum incorruptibilem eum nominamus, eandem vim habet, ac si diceremus, Cane existimes Deum corruptioni obnoxium esse. Et idem, cum inuisibilem, perinde est ac si diceremus, Cane putes eum colorum sensu comprehendendi posse. Eodem modo cum Anarchum dicimus, eum principij expertem esse declaramus. Cum Ingentum, hoc indicamus eius essentiam nec ab villo principio nec ab vlla causa pendere. Rursus, bonum Dominum & iustum iudicem pronunciamus. Quemadmodum igitur in illis sublationem quandam atque inficiationem eorum quæ à Deo aliena sunt, voces eæ designant: sic etiam hic positionem & existentiam eorum, quæ Deo propria sunt, & congruenter circa eum considerantur, significant. Quod igitur principij expers & ingentum, non ea quæ existunt, declarant, sed potius ea quæ negatiuæ voces sunt, perspicuum est. At essentia Dei, ipsum eius esse est, quod in iis quæ non sunt, connumerare velle summæ vcordiæ fuerit. Nam si in iis, quæ non sunt, essentia est, quo tandem modo aliud quicquam eorum esse possit, quæ affirmatiuè prædicantur, ut Iustus, omnipotens, sempiternus, aliæque id genus, quæ per affirmationem dicuntur. Quare Eunomius Ingenti & Anarchi vocem falsò essentiam ipsam declarare asscrit. Ego verò essentiam quidem Dei ingentum esse dixerim: non tamen conuersò modo ingentum essentiam ipsius esse. Neque igitur principij carentia, Patris natura est: nec Filius ideo à Patre principij experte separatus est, quia Principium dicitur: quædoquidem nec in Filio principium rationem nature habet, quemadmodum nec in Patre principij carentia, sed circa diuinam naturam & principij carentia & principium considerantur, ut proprietates quædam, hypostasises seu Personas distinguentes ac declarantes, non item ut essentia & natura. Verbi causa, Petrus & Paulus & Ioannes diuersa quidem nomina sunt, sed circa naturam humanitatis, quæ eiusdem nature & essentia est, hi tres sunt. Iam Sp. quoque sanctus, qui cum Anarcho & cum Principio est, i. cum Patre & Filio, quantum ad naturam nihil aliud est, quam quod Pater & Filius. Coest enim ipsis per omnia in gloria, æternitate, potentia, regno, imperio & diuinitate. Ac natura quidem his tribus vna est & diuinitas vna: ceterum diuersa sunt nomina, definitas atque distinctas cogitationes nobis exhibetia. Vno porro est Pater, ex quo sunt, & ad quem velut ad causam ea quæ deinceps sequuntur, quantum ad enumerationem attinet, hoc est Filius & Spiritus referuntur. Hos enim & sibi & inter se vni, non quòd in vnam personam contrahantur, ac nomina solum rebus orbata relinquuntur, ut blaterabat Sabellius. Personarum nequaquam subsistentium commentum introducens, afferensque eundem Deum, vnum quidem subiecto esse, ceterum pro rerum quotidie incidentium varietate sese subinde transformare, ac nunc ut Patrem, nunc ut Filium, nunc ut Sp. sanctum loqui. Referuntur igitur ad Patrem Filius & Spiritus, non ut confundantur, sed ut identitate nature cum eo cohereant (perinde ac si tres soles intelligamus vnam lucem habentes) nec tempore eos separante (ut videlicet alius antiquior sit, alius iunior) nec voluntate (ut scilicet, alius aliud velit) nec denique potentia, ut alius maiorem alius minorem vim habeat. Tres enim hæc Personæ tempore simul superiores sunt, eiusdemque voluntatis & potentia. Hæc enim tria, diuersitas scilicet temporis & voluntatis & potentia, in causa sunt, cur inter nos dirimamur, ac multi sumus. Nam & ipsi nobiscum distidemus, aliàs aliud volentes, nec assequi valentes: & ab aliis, à quibus vel potentia vel voluntate differimus. At tribus sanctæ diuinitatis Personis, quoniam simplex compositionis que omnis expers natura est, essentia quoque eadem per omnia est. Ac proinde & vnum ipsis propriè conuenit, propter voluntatis vnitatem, vnamque trium potentiam.

54. Ut harum rerum peritis.) Quemadmodum Aristoteli visum est, qui virtutes in mediocritate positas esse affirmavit.

55. Tam in nominibus quam in rebus.) Cuilibet enim nomini propria quoque significatio subiecta est, quoniam rebus significandis inuenta sunt nomina. Res porro peculiarem & particularem atque perfectam existentiam habent. Neque enim Personarum diuersitates enumerare sufficit: sed vnamquamque Personam in subsistentia vera existentem confiteri necesse est. Atque idcirco essentiam quidem vnam in diuinitate confitemur, ne essentia rationem diuersè reddamus: tres autem Personas particulares, ut perspicua minimèque confusa nobis sit Patri, & Filij & Sp. sancti cogitatio. Alioqui si non distinctas vniuscuiusque Personæ na-

tas intelligamus, hoc est paternitatem Filiationem & Sanctificationem intelligamus, sed ex communi essentia notitia Deum confiteamur, fieri non potest, ut fidei rationem sanè & incorruptè reddamus.

56. Quippe qui impietatis abnegatio. Nam cum baptizamus, sathanæ renunciamus, & Christo adiungimur. Vel etiam abnegamus hereticorum impietatem, & deitatem confitemur.

57. Hypostasēs affertis. Græci tres hypostasēs dicebant, Itali tres Personas. Ita rebus & sententiis concordēs erant, verbis solum discrepabant.

58. Obrectatoribus diuinitatis Eunomianis videlicet, qui metuentes ne quid passionis Deo tribuatur, si eum gignere dicamus, creatum esse aiunt Filium à patre, non autem genitum. Aduersus quos hac ratione age re possumus. Omnis creatura, quæcunque tandem illa fuerit, Dei quidem dicatur, Deus autem nequaquam. Id autem probat syllogismo hypothetico in hunc modum, Si Deus est, non est creatura. Creatura enim nobiscum est. Si autem creatura, non est Deus. Nam quod est creatum, temporaliter cœpit. Ac vide syllogismum in prima figura, Creatura principium habuit: Quod autem principium habuit, aliquando non erat. Quod p̄r̄r̄o aliquando non erat, propriè non est: Quod verò propriè non est, hoc ne Deus quidem est: Ergo creatura nō est Deus. Ergo nec Filius creatura est, quemadmodum Ariani asserūt, nec, quod detestabilis est, propter nos factus est, ut nos per eum, quasi per organum & instrumentum Deus crearet. Ex eo enim sequeretur Christū creaturis quoque inferiorem & abiectionem esse, si quidem earum causa factus esset. Nam quod alicuius rei causa sit, deterius est eo, cuius causa sit, effectus siquidem causa inferior est.

59. Forcipes propter currum. πνευματικὰ ἄρματα. Est autem πνευματικὸν instrumentum, quod λαβὴ, id est forcipem nominamus, quo carbones ab igne capimus, vel etiam ferrum candens. Quidam codices non πνευματικὰ sed αἰσθητικὰ legunt. Est autem instrumentum fabrilē, quo vtuntur plaustrorum opifices, αἰσθητικὸν dictum πνευματικὸν αἰσθητικόν, id est in circuli figuram describere. Dicitur etiam ἄρματα, nos circinum vocamus.

60. Sequitur profecto ut causa sit superior. Si ita est, inquit, vinco Christum causa. Etenim causa, ob quam conditus sum, præstantior est ea causa propter quam Christus est creatus. Quanto enim Deus, propter quem creaturæ conditæ sunt, sublimior est creaturis: tanto me abiectionis est, qui propter me factus est. Ita Ariani plus nobis tribuunt, quàm Christo.

61. Aduersus hæc Moabit. Extant hæc verba in Deuteron. Non ingredietur Ammonita nec Moabita in Ecclesiam Domini. Atque hæc causa subnectitur, Quoniam cum pane & aqua nobis obuiam nō prodierūt, cum egredieremur ex Ægypto. Quoniam mercede conduxerunt aduersum te Baalam, ut malediceret tibi. Nunc autem Eunomianorum rationes & argumenta Moabitas & Ammonitas appellauit, idque aptè & congruenter, ut ea Ecclesiæ ingressu arceat.

62. Atque offendicula id est loca obscura & explicatu difficilia, quæ offendicula atque impedimenta sunt, non acutus & perspicacibus, sed spiritali luce orbatis.

63. Haud quaquam perfunctorie. In Orationibus de Filio, & in Oratione de sp. sancto, & in Pentecosten.

64. Animarum vestrarum expiationem. Diaculum animarum hoc loco, est sacrificium pro animabus in peccatum lapsis oblatum.

65. Curasque Ecclesiasticas. Hæc ironicè intelligenda sunt. Vnde etiam Nicetas pecuniarias curas, interpretatur, easque, quæ in vlcisendis hostium iniuriis suscipiuntur.

66. Sene opus est. Sic enim eum quidam vocabant, quoniam hostes contumeliis conuiciisque non insectabatur, nec iniurias suas manibus vlciscebatur.

67. Ac circa nauem inferuisceret. Figurato sensu per mare hereticorum impetus intelligere possumus, per nauem Ecclesiam, per vectores partim gregem Cōstātinopolitanum, partim Episcopos inuidia percitos, quibus omnibus Theologus restitit.

68. Sacrum hoc bellum. Alludit ad Phocense bellum, quod quia pro fano Delphico direpto & spoliato gerebatur, sacrum dictum est. Hoc autem bellum sacrum vocat, quia ab Episcopis & sacerdotibus de rebus sacris & diuinis committebatur.

69. Oriens & Occidens. Periculum est, inquit, ne quemadmodum Oriens & Occidens situ inter se opponuntur, ita etiam sententiis & fidei doctrina sibi inuicem aduersentur.

70. A Christo seruatus. Erubescerem, inquit, caniciem meam, si cum Christo mihi salutem attulerit, à Christo tamen nomen non ducam, sed à quodam magistro, vel Petriano vel Pauliano, aut, quod est sceleratius, Arianus aut Eunomianus appellarer.

71. Non fero Circenses vestros ludos. Theologus mutua Episcoporum contentionem ac seditionem clauisimè exprimere volens, cursibus equestribus & spectaculis eos confert. Quod autem dicit hunc sensum habet, Ferre nequeo hos ita ambitiosè inter se contendentes, ac contraria dogmata proponentes, atque his vel illis seipsos addicentes, quemadmodum videre est in Circensibus ludis & spectaculis. Quemadmodum enim illi equos transiungunt, ab aliis nimirum frenis ad alia traducentes, ac rursus aduersarij eorum suos quoque equos eodem modo transiungunt: sic vos etiam nunc in hanc nunc in illam partem migratis. Et quemadmodum illi equos calcaribus adurgentes sepe pro equis aërem feriunt: cōsimilem in modum vos quoque insanitis, ac simulantes vos aliis auxilium ferre, vestros ipsi affectus & cupiditates expletis.

72. Et magnificentia arbitrarij, munificentia in pecuniarum expensis, ad perniciem scilicet & corruptelā aliorum eius effundentes.

73. Odium atque amicitiam. Simul enim ac quispam vobis inimicus factus est, hæreticus nominatur. Ac rursus

rursus ut primum amicitiam vestram collegit, statim pius & orthodoxus dicitur.

74. Euripos quosdam. Εὐρίππος ἑσπέρων ποταμὸς. Est autem Euripos fluxus quidam maris inter Bœotiam & Africā, qui quotidie hinc atque illinc identidem fluit, & cum impetu fertur. ἀπορροή vero est absorptio aquæ, cum fluctus nunc à mari in terram effunditur, nunc rursus à terra in mare reuoluitur ac velut exorbitet.

75. Si vinculis etiam adstringar. Adludit ad illud Esaiæ, Vinciamus iustum, quoniam incommodus est nobis.

76. Ethnico cuidam philosopho. Democritus Abderites insanus habitus est, quoniam omnia, quæ ab aliis studiosissimè appetebantur, irridebat. De eo præclarissima Hippocratis extat epistola.

77. Temporis fauore. Imperij nimirum Theodosij, qui Orthodoxis impensissimè fauebat.

78. Ecquod mutationis signum. Populus Constantinopolitanus ab Ariani & Macedonianis imperante Valente multis acerbissimisque contumeliis oppressus, vlcisendarum iniuriarum suarum cupiditate flagrabat. Hunc impetum Gregorius vir moderatissimus & lenissimus semper cohibuerat atque compresserat: ita quidem, ut ex ea re grauissimam sibi apud iniquos homines inuidiam conflauerit.

79. Presbyterorum æquoreas exustiones. Valens 80. Presbyteros Nicomediæ in nauim impositos crudeliter exussit.

80. Imperatores simul cum edictis. Pertulimus, inquit, Valentem, qui aduersus nos aliquid edixerat, maledictisque & execrationibus à nobis obrutus fuerat. Grauisimum autem & calamitosissimum est, ferre imperatorem contumelia affectum.

81. At hoc mihi minus graue fuerit. Verba hæc Gregorij sunt obiectioni respondentis.

82. Orationes discessi meo. Hæc omnia per periphrasim efferre necesse habui. Neque enim Latina lingua propria habet nomina, quæ cum his paria faciunt, ac commutari queant. Sermones qui sancti omnis causa ad hominem max abcessurum habentur, ἀπορροήν dicuntur. Qui autem à discessuro, ἀπορροήν, ὁμοιωτικὸν, ἔκτισται λόγος, ἢ ἕξοδος πρὸς τὸν λαόν. Quæ etiam ad hominem ex hac vita migrantem aliquoties transfert Gregorius.

83. Vale Anastasia. Hoc templum Constantinopoli construxit Gregorius, eique Anastasia, id est, Resurrectionis nomen indidit. In eo enim fides in mortuis atque corruptis hereticorum dogmatis extincta ad lucem vitamque reuocata est, & quæ prius velut montis radicibus hærebat, ad summum cacumen euecta est.

84. Communis victoria sedes. Hæc enim Ecclesia sedes est communis Victoris, qua Christiani hæreticos fuderunt & profligarunt.

85. Noua Silo. Apud Iosue ita scriptum habetur, Cōnuocata est omnis congregatio filiorum Israël in Silo, atque illic arcam testimonij fixerunt. Eodem modo, inquit Gregorius, ipse quoque in Anastasiæ templo Christianorum Ecclesiam & congregationem primum fixit. Et quemadmodum arca Mosaiica, quæ 40. annos in deserto circumferebatur, tunc primum in Silo fixa est, ac circumferri desit: ita etiam Orthodoxorum multitudo per diu incertis sedibus vagabatur, hæreticis scilicet reliqua omnia templa occupantibus. Tunc autē illic collecta ac certa sede locata est.

86. Magnum hoc templum. Maximum omnium vrbis templorum in quo thronus Patriarchicus fixus est: cuius hæreditatem Orthodoxi recens adierant, non secus ac Iudæi olim Hierosolymæ, quæ prius Iebus vocabatur, id est, vagabunda & pudesacta. Post autem à pijs Iudæis hæreditate possessa, Hierusalem nominata est, hoc est, Visio pacis. Eodem modo hoc quoque templum cum prius ab hæreticis teneretur, infame atque ignominiosum erat, & licet structura magnum, vilitate tamen & incolarum improbitate non magnum. At nunc postquam Dei domicilium factum est, magnum iam sanè est, propter Orthodoxæ fidei doctrinam.

87. Valet Apostoli, præclara colonia. Γρηγορίου ἀποστόλων, ἢ καὶ ἡ μετακίνησις. Duplici modo μετακίνησις exponit Græcus interpres. vrimo, ut referatur ad Gregorium, ac migrationem significat. Valet, inquit, Apostoli, præclara migratio. Theodosij enim Imperatoris pietate fretus atque suffultus ad vestrum templum transmigrari, ac maiori in docendo libertate vsus sum. Quam rem indignissimè ferentes hæretici, lapidibus me obruere ac trucidare conati sunt. Ego autem patienti animo id tuli, vos habens certaminis magistros. Qui sensus alienior ac violentior mihi videtur. Itaque alterum modum amplexus sum, quo migrationem non ad Gregorium refert, sed ad Apostolos, quos præclaram coloniam vocat, quoniam Lucas Thebis, Andreas Patris, Timotheus Epheso, atque alij aliunde Constantinopolim transuecti sunt ac transmigrarunt.

88. Fortasse Pauli vestri Satanam. Γρηγορίου τὸν τῶν ὑμῶν παύλου σατανᾶ. σάτορα. exponit Nicetas, quem vulgaris translatio stimulum reddidit. Gregorius tamen noster pro morbis atque affectione corporis accipit, ut in fine Orationis de Basilio. Ego tamen hoc loco per sathanam non tam corporis infirmitatem significari existimo, quàm Episcoporum inuidiam, quæ optimum senem vrbe excedere cogit.

89. Ad appropinquantem Deum. Hic locus explicatur in Scholiis orationis de plaga grandinis.

90. Valet Nazæorum chori. id est monachorum, ut iam alibi exposuimus.

91. Imperatoris famuli. Eunuchos intelligit, qui magna ex parte Ariana & Macedoniana heresis veneno infecti erant. Vnde & subiungit. Acuta voce clamate, ut femina & galli.

92. Rhetorem vestrum defensorem & propugnatorem erroris.

93. *Improba & garrula lingua*) ut quidem hæreticis videbatur. De se enim hoc loco verba facit. Idque Theodorus Syrus ita versibus expressit.

Σκίρτα π κερτα μεθε π πριμης λυκοι,
Μακρα δ τιμω, η κελη λυκα γρον,
Πλω σφενδαρι δλωαπο και ησι μακροθεν,
Βυζανται κραιω σε τη ε αμοσριας. Id est.
Lupi voraces exilite gaudio,
Procul recedit qui luporum gutturi
Laqueos struebat, sed tamen vos eminus
Peter, indecorum, te ploro Byzantium.

94. *Et si non secundum scientiam.*) Quoniam iniurias suas vlcisci cupiebant.
95. *Pro quibus & a quibus.*) Pro quibus, ut hæc duo segmenta componam, atque in vnum adducam. a quibus, ab hæreticis & invidis.
96. *Mementote lapidationum.*) Dicebat Apostolus, Memores estote vinculorum meorum, ego autem dico, Memores estote lapidationum mearum, quibus in sanctorum Apostolorum templo appetitus sum.

GREG. NAZIANZENI IN ELECTIONEM Doarensum, Homilia Eulalio Episcopo edita.

ARGUMENTVM.

DE Doaresibus nihil legi apud Ecclesiasticos scriptores. Illud certum est Eulaliu a Theologo Nazianzenae Ecclesiae prefectum fuisse. Ob hanc autem electionem, ut coniectura colligere possumus, ab Archiepiscopo Casariensi (sub cuius ditione Nazianzi oppidum erat) seditiosi cuiusdam sacerdotis consilio turbæ quædam excitatae fuerant.



Ratres, orationem nostram accipite, quanuis minimam, atq; à dignitate procul remotam: sed tamen Dominus Deus iusto iudicio misericordiam expendere solet. Nam & Pauli plantationem accipit, ut Pauli: & rigatione Apollo, & duo viduæ minuta, & Publicani deiectionem, & Manassis confessionem. Nouam propter nouum pastorem orationem accipite. Vocem ob ea, quæ cernimus miracula gratias agentem accipite. Parui quidem ipsi sumus & minimi inter filios Israël: cæterum nil prohibet, quo minus parui quoque affatim & copiose gratias agant. Ac perfectiorem sanè laudem perfectiores Deo reddent: nos autem viribus nostris parem offeremus. Quamobrem captate Domino canticum nouum: quia miracula fecit. Fluctibus iactabamur, bello premebamur, extrudebamur, calamitates acerbitatesque multæ partim iam vrgebant, partim impendebant. Verum quis procellam in auram statuit, atque compressit: quis arma & gladiu & bellum fregit? quis nos expulsos atque proiectos suscepit: nonne tu Deus, qui hæc effecisti. Dominus fortis & potens, Dominus potes in bello. Hic mare scidit: hic profugum populum in deserto aluit, noua atq; inauditam pluuiam impartitus. Hic, ut petra fontis ritu scaturiret, fecit. Hic arcana & mystica manuum figura Amalecitarum copias fregit, ac profligauit: Hoc enim sacerdotis manus in monte sublata, atque ad precationem formatæ potuerant: quod multa hominum millia perficere nequiverunt. Hic urbium mœnia & propugnacula sine bello vlllo & certamine labefactauit atque deiecit. Atque, ut postrema commemorem, hic superbum illum & arrogantem Goliath: atque à gigantibus oriundum aduersus magnum Dauidem pugnam inire ausum prostrauit. Ac proinde omnes vno animo dicamus, Benedictus Dominus, qui non dedit nos in prædam dentibus eorum. Item illud, Torrentem pertransiuit anima nostra, quasi passer crepta est de laqueo venantiu: aliq; omnia, quæ anima ob Dei munificentiam ingenti lætitia perfusa proloquitur. Non venimus, ut gladium mitamus, sed ut pacem. Non venimus in magni pastoris contemptum & ignominiam, illius inquam nobili & præclaræ ciuitati præsentis. Honorabile scimus, caput agnoscimus, sanctum vocamus, tamen si iniuria affecti. Tatum indulgentem & humanu patre filiis se præbeat, totiq; Ecclesie sedulo prospiciat. Sacerdotes & præfules

1. Cor. 3.
Luc. 21.
18.
2. Par. 33.

Ps. 11. 21.
Ex. 14. 16.
17.

Ios. 6.
1. Reg. 17.

Ps. 123.

Honore digni episcopi.

præfules augere studuimus, non subtrahere: hæreticos euertere, non orthodoxos imminuere. Quid ais, fili Dathan & Abiron, & dux militaris proterue, qui aduersus Mosem insurgere ausus es, qui manus in nos, quemadmodum illi linguas in magnum illum Dei seruum immisisti? Non cohorruiisti? non pudore suffusus es? non hæc animo agitant manus in terram collapsæ sunt? Et postea manus has suffusum ad Deum tendes? postea dona offeres? postea orationes pro populo fundes? vereor equidem, ut Dei gladius tandiu deorsum propendeat & coquiescat. Nec pastorem tuum magno aliquo beneficio affecisti, & te ipsum maximo detrimento multasti: te ipsum videlicet à Dei gratia auertens. At nunc, o pastorem optime & præstantissime, ad es dum, ac nobiscum, immò antè nos populum tuu accipe, quem Sp. sanctus tibi commisit, quem angeli offerunt, quem & vita & morum probitas fidei tuæ credidit. Quod si per tentationes & impedimenta throni hæreditatem consequeris, non est cur tibi hoc mirum videri debeat. Nulla res magna probationis atque explorationis est expers. Natura enim ita comparatum est, ut res humiles & abiectæ facili labore, res autem sublimes & excelsæ nõ nisi summo studio & difficultate pariantur. Audis Paulum dicentem, oportere nos per multas tribulationes introire in regnum cælorum. Dic ipse quoq; Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. O insigne miraculum! Vespere demoratus est fletus, & ad matutinum lætitia. Sine nugari atque ineptire eos, qui bellum gerunt, ac diducto rictu hiare, ut canes frustra oblatrantes: nos autem ne bello vexemur. Doce adorare Deu Patrem, Deum Filium, Deum Sp. sanctu in tribus Personis, in vna gloria & splendore. Quod perit, exquire: quod infirmu est, corrobora: quod firmum est, serua. Tantam à te in spiritualibus rebus laudem nominisque gloriam efflagitamus, quãtam in terrenis negociis cognouimus. Perfectiorem armaturam à maioribus ducibus accipies, per quam poteris ignita diaboli tela extinguere, ac sistere Domino plebem peculiarem, gætẽ sanctam, regale sacerdotium. In Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorũ. Amen.

Num. 16.
Ad sacrificium missæ alludit.

Sent.

Act. 14.

Ps. 65.

Ps. 29.

Ezech. 34.

Ephes. 6.
1. Petr. 2.

SCHOLIUM.

1. Nobili & præclaræ ciuitati.) Queritur D. Basilii Episc. 10. pestilentem hominem huius ciuitatis episcopum institutum fuisse. Quæ verba suspicionem quandam afferunt hanc ciuitatem in Cappadocia sitam esse.

GREG. NAZIANZENI AD VIRGINEM Exhortatio.

ARGUMENTVM.

Virgines ad seruandum continentia votum hortatur, ac præcepta quædam ad eam rem vtilia eis suppeditat. Idem argumentum fusus in Carminibus prosequitur.



Virgo, sponsa Christi, sponsum tuum celebra: purga te ipsam tu sermone, tum sapientia, ut splendida cum splendido, sempiternam vitæ consuetudinem habeas. Hæc enim multo præstantior est mortali corporum coniunctione & matrimonio. Spirituales virtutes imitata es: angelicam vitæ rationem in terra consecrata es. Apud nos nexus & solutio, & corpora ex corporibus: apud superos autem quilibet angelus solus est, nulli solutioni obnoxius: qui primi puræ Trinitatis radium ferunt, Spiritus & ignis, ministri edictorum Dei. At materia venereum congressum inuenit, & perpetuo fluxu labens natura: cui Deus lata matrimonij lege modum finemque præscripsit. Tu verò materiam fugiens supernis consociata es (ut menti diuina coniunctione sociatur) ac bellum aduersum carnem gerens, diuinæ imagini fers opem. Dei enim spiraculum facta es, deteriorique astricta, ut

Virginis cū Christo coniugium.

Virginitas laudanda magis quam matrimonium.

Calibatus. Gen. 19.

Quid sit agendum virgini.

Sent.

Esa. 14. Matt. 25. 5. Virginis cura qua debet esse. Virginis ornatus.

Virorum aspectum fugit virgo. Genes. 3. Virgo rose similis.

Matt. Luc. 4.

3. Reg. 17. Thecla.

ex colluctatione & victoria coronam accipias, terram in altum erecta, spirituique præclare subiecta. Et matrimonium lauda, & ante matrimonium virginitatem: Matrimonium libidinis venia est: virginitas splendor. Matrimonium pater sanctorum est: virginitas sacrificium. Hanc tum quoque opportunis temporibus honorabant Adam in Paradiso, Moses ad legem adducens, Zacharias Præcursoris pater. Matrimonium virginitati radix est sponsæ Dei: sed interim tamen carnis atque æstus libidinosi est seruitus. Cum vigeat lex, & umbra, & temporarij cultus: tunc primas quoque ferebant nuptiæ, velut adhuc pueriles, minusque adultæ: at postquam se subduxit Litera, Spiritusque illius locum subiit, Christusque Virgine, quo ad carnem progressus, supplicio affectus est: tunc verò fulsit cælibatus, mundum contrahens. Illuc te migrare oportet, simul cum Christo ascendente. Rectè incedis virgo: in montem salutis causa te confer. Ne ad Sodomam oculos flectas, ne alioqui in falis columnam cõcrescas. Nec te carnis natura nimium exterreat: nec rursus animo ita prædenti sis, ut aliquando languescas & infringaris. Ut scintilla stipulam accendit: ita rursus aqua flammam extinguit. Multa honestæ virginitatis medicamenta & adiumenta habes. Dei timor te configat, inedia te extenuet & exhauriat, vigiliæ, preces, lachrymæ, durum cubile, amor totus ad Deum verè & syncerè intentus, amorem omnem à supernis rebus alienum sedans ac sopiens. Qui cadit, excitetur: qui naufragium patitur, misericordia subleuetur. Tu verò expansis & explicatis spei velis prosperè nauiga. Non est humilium cadere: sed eorum, qui in altum feruntur. Pauci liquefactis alis corruunt: quamplurimi rectum cursum tenent. Cecidit Lucifer: sed cælum angelorum est. Iudas proditor erat: cæteri autem undecim luminaria. Hoc solum cura, Virgo, ut totam castam & pudicam te ferues: ne immaculatam Christi tunicam macules: sit oculus grauis & pudicus: lingua virginitatem colat: meretricius ne sit animus, ne risus, ne pes lasciuè petulantèrque gradens. Sordidam vestem tuam comamque squalidam magis reuereor, plurisque facio, quam margaritas vestiumque sericarum elegantiam. Egregius flos verecundia: magnum ornamentum pallor: textura insignis virtutes sunt. Omnes hæc caput tuum corona cingunt. Alij quidam fucis & colorum nitorebus imaginem diuinam adulterent, viua tabulæ, fædi indices interiorum animi affectuum. At tu eius etiã formæ & venustatis, qua prædita es, maximam partem extingue: atque ita te compara, ut animæ diuinitus ornatae pulchritudinè illustres. Adhæc virorum aspectum fuge, si fas est, etiam grauium, & pudicitia laude florētium: ne fortè ex fraude Belia vel ferias vel feriaris. Oculum oculis ne iungas, nec sermoni sermonem necas, nec gena genis libertatem porrigat. Nil tibi cum maledicti ligni gustu comune sit: nec te serpens à vitæ ligno procul pellat. Quin hac etiam in re, o virgo, consilio nostro obsequere, ut patrono tuo nequaquam contubernalis sis, Christum sponsum habens. Zelotypus enim est erga virginitatem tuam. Quid quæso ad carnem relaberis, quæ carnem fugisti? Non omnes excellentiam animi tui splendoremque concipiunt: ut rosa inter spinas, ita tu inter vulgus hominum veraris, ac supra malos & perniciosos laqueos incedis. Hic thalamum nuptialem & lectum genialem adornat: hæc sponsum funere effert. Alius pater efficitur, alius repente forbus. Quantum malum, puerperia plerunque imperfecta & egesta: quātus dolor, quātus furor viri, cum ab vxore externo amore inflammata deceptus alienos liberos educare atque instituere se sentit, ac deinde contemni, atque acerbam laborum mercedem referre! Te verò hæc vna cura sollicitam habeat, ut oculos ad Deum semper erectos habeas. Necessitas tua cibario pane, eoque perexiguo, & paruo tecto definiatur: à quibus tentator Christo quoque tentationem admouit, querens videlicet, ut fame correptus lapides in panes commutaret. Quocirca tibi videndum est, ne vllum aliquando nefas in te admittas. Non deficiet tibi vas olei, modò fides adsit. Coruus te alet, quemadmodum Heliã in deserto. Non te fugit Theclã ignis vim ac bestiarum impetum fugisse, magnamque illum Paulum algore & fame afflictum fuisse. Hæc edo dico, ut Deum solum intueri discas,

discas, qui vel multa hominum millia in solitudine alere nouit. Marcescit formæ præstantia, præterit gloria, diuitiæ infidæ sunt & labiles, potentia paucorum est. Proinde tu abiecti & humilis huius mundi fraudes & anfractus fugiens, ad Sancta sanctorum ridens atque hilaris ingredi, & cum angelis choream sempiternam ages, meliorem locum nata filiis & filiabus. At o virgines Christum peruigiles expectate, clarisque lampadibus sponsum accipite: ut simul cum eo ingressa thalami pulchritudinem inspectetis, mysteriisque supernis commisceamini.

Esa. 56. Matth. 25.

SCHOLIA.

1. Spirituales virtutes, i. angelos. Sape enim Theologi Græci angelos δαδμας vocant.
2. Matrimonium et virginitati. In Heruagiano Græco est, γάμος et παρθενία, πίζα et θεός νύμφης. Ego lego τὴν παρθενία in dandicasi, ut sit sensus Matrimonium esse radicem virginitatis, quia nisi matrimonium esset, nulla virgo esset. Cum hoc sensu pulchrè concordant, quæ sequuntur.
3. Viua tabulæ. Ita vocat facies fucatas, variisque coloribus tinctas. Quoniam impudicæ muliercule non minus in pingenda atque adornanda facie elaborant, quam pictores in tabula. Ac proinde externa hæc pigmenta internæ deformitatis clarissima esse argumenta dicit. De huiusmodi autem mulieribus eleganter Orig. hom. 4. in diuers. Creatoris, inquit, opus emendare volunt, et post fabricatoris manus superaddere non verentur. Mortuis coloribus viuentes suas facies liniunt et de viuentibus in mortem transmutantur, ut minus cautorum subuertant animas.
4. Ut patrono tuo nequaquam. Veteres omnes Theologi præsertim Græci huiusmodi suspecta contubernia accerrimè insectantur. Eaque de re complura extat eorum opuscula, præcipuè Chrysostomi in sermone, Quod regulares fæminæ viris cohabitant: et in sermone aduersus eos, qui fouent sorores adoptiuas, quas σωτηριακῶς vocant. Significare videtur Epiphanius, aduersus Antidicomarianos disputans, eos, qui sibi mulieres huiusmodi ascescebant, libidini suæ patrocinium ex eo quæsiuisse, quod Christus matrem suam Ioanni commendasset. Ne hoc, inquit, cuiquam in perniciem conuertatur, ac putet sibi licere σωτηριακῶς et ἀγαπητῶς ἑνὸς καλῶς ὄντος eas quas introductas et dilectas vocant accipere. Qui etiam hoc Apostoli loco lasciuiam suam tueri conabantur. Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi? De huiusmodi fædo contubernio hoc tantum Gregorij distichon adscribere placuit.
 Ἐὐρὴν καλῶς οὐκ ἀσφαλῆς, οὐδὲ ζωαίκα
 Παρθενία ἡσυχία καὶ τῆς οὐροφύου. Id est,
 Nec tutum est rapidæ stipulam coniungere flammæ:
 Nec tuta est monacho iuncta puella viro.
5. Non omnes tuam excellentiam. Salsè perstringit huiusmodi virginum hypocrisim, quæ non libidinis causa se consuetudinem habere cum viris dictitabant, sed vel solitudinis odio, vel spiritualis cuiusdam cõsolationis gratia. Hoc igitur ait Gregorius, etiam si hoc verè dicant, tamen hominum scandalo occurrendum esse, qui talem virtutis præstantiam minus perspicientes, eiusmodi contubernio offenduntur, matrimoniumque istud existimant, non contubernium, et quemadmodum de Macedonibus dicebat Philippus, scapham vocant. Vide D. Bern. serm. 45. in Cant.
6. Non te fugit Theclam. Historiam Theclæ virginis et martyris ex diuersis authoribus à Gu. Morellio excerptam habes in Cypriani operibus ab eo paulo ante quam ex hac vita migraret, excusis. De qua etiam multa diligentissimè collegit Espencæus clarissimus theologus in scholiis illis quibus Theclæ ad Paulum epistolam illustrat. Hanc, ut Stephanum virorum, ita fæminarum protomartyrem nonnullis locis Nicetas vocat.
7. Meliorem locum nata. Aptissimè ad illum Esaiæ locum allusit, quo Dominus conquerentibus eunuchis se velut ligna arida esse, ad hunc modum loquitur: Eunuchis, qui custodierint sabbata mea, et elegerint, quæ ego volui, et tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea et in muris meis locum, et nomen melius quam filiis et filiabus. Quæ verba commodissimè referri possunt ad eos, qui Christo virginitatem suam consecrauerunt, atque, ut ipsius utar verbis, propter regnum cælorum se castrauerunt.

GREG. NAZIANZENI IN DICTVM
illud Euangelij, Quum consummasset Iesus hos
sermones, &c. Matth. 19.

ARGVMENTVM.

Hanc vnam Gregorij Homiliam habemus, in qua concionatorio dicendi genere Euangelicum textum exponat. Vtinam plura eodem argumento nobis ingenij sui monumenta reliquisset: vel potius vtinam ad nos peruenissent. Nec enim verisimile est eum ex tot tantisque ad populum concionibus hanc vnam literis mandasse. Multa autem hic de matrimonio & cœlibatu tractat, & de eunuchis. Quomodo etiam intelligendum sit illud, quod semel atque iterum à Christo dictum est, Quibus datum est, copiose atque ornate explicat.

Matt. 4.

Cur Christus locum sepe mutabat.

1. Cor. 9.

2. Cor. 5.
Galat. 3.

Animi deiectionis parens sublimitatis.

Matt. 19.

Mich. 7.
Luc. 1.

Matt. 5. 13.
Luc. 8.

Christi somnus, labor, lachryma.

Ioan. 1.

In Christo due nature non duo filij.



Iesus, qui prius Piscatores elegerat, ipse quoque piscatur, euericuloque vitur, ac loca subinde commutat: idque non ea tantum causa, vt maiorem piorum hominum Deique amore præditorum multitudinem aduentu suo elucetur: sed etiam, quemadmodum mihi videtur, vt plures locos sanctitate imbuat. Fit Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrificat: his qui sub lege sunt, tanquam legi subiectus, vt eos qui sub lege sunt, redimat: infirmis tanquam infirmus, vt infirmis salutem afferat. Omnia omnibus efficitur, vt omnes lucrificat. Quid dico omnibus omnia: immò verò quod Paulus de seipso dicere non sustinuit, hoc Seruatori contigisse reperio. Non enim Iudæus tantum efficitur, & quicquid flagitiosorum absurdorumque nominum est, in se recipit: sed, quod his omnibus absurdus est, peccatum etiam ipsum, & maledictio ipsa, tametsi falsò, nominatur. (Quo enim modo peccatum esse queat, qui nos etiam à peccati seruitute in libertatem asserit: quo modo maledictio, qui à legis maledicto nos redimit?) nimirum vt tanto humanitatis edito argumento nos ad animi deiectionem instituat sublimitatis parentem. Fit igitur, quemadmodum dixi, piscator, ad omnes se demittit, euericulo vitur, omnia perfert, vt piscem è profundo extrahat atque in altum efferat, hoc est hominem in incertis & falsis huius vitæ fluctibus natantem. Quocirca nunc quoque postquam consummauit hos sermones migravit à Galilæa, & venit ad fines Iudææ trans Iordanem. In Galilæa diuersatur, vt populus qui sedebat in tenebris, lucem magnam videat. In Iudæam transmigrat, vt nobis persuadeat vt à Litera exurgamus, ac Spiritum sequamur. Nunc in monte docet, nunc in planticie disferit, nunc in nauiculam transit atque ascendit, nunc tempestatem obiurgat. Quin hac quoque fortasse ratione somnum capit, vt somnum benedictione afficiat: fortasse etiam labore fatigatur, vt labori sanctitatem afferat: fortasse etiã lachrymas fundit, vt lachrymas laudabiles efficiat. Ex locis in loca transit, qui nullo loci spatio tenetur, ille inquam temporis & corporis & circumscriptionis expers. Idem & erat & fit: & supra tempus erat, & sub tempus venit: & inuisibilis erat, & videtur. In principio erat, & apud Deum erat, & Deus erat. Tertio repetitur hoc verbum Erat, vt numero ipso confirmetur. Id quod erat, vacuauit: id quod non erat, assumpsit: non duplex factus, sed vnum ex duplici natura fieri sustinens. Ambo enim Deus, nimirum quod assumpsit, & quod assumptum est, duæ naturæ concurrentes, non duo filij: (ne quis hanc connexionem mendaci oratione premere cõtentat.) Hic qui tantus est, tamque magnus, sed quid ago: rursus in humana verba prolapsus sum. Quo enim modo quod simplex est, tantum esse potest? quo item modo, quod quantitatem nescit, tantæ magnitudinis? Sed dictis nostris quæso ignoscite: organo breui atque exiguo de rebus maximis loquor. Atque hoc feret multus ille & longanimis, natura illa formæ & corporis expers, quod velut de corpore loquens, infirmioribus verbis vtar, quàm veritas ipsa postulet. Nã cum carnem suscepit, utiq; & huiusmodi sermonem perferet. Et secutæ sunt eum turbæ multæ,

multæ, & curauit eos illic, vbi vastior solitudo erat, si in specula sua mansisset, si ad hominum infirmitatem minimè se demississet, si quod erat mansisset, inaccessibilem seipsum incomprehensibilemque custodiens: pauci fortasse secuti fuissent: atque haud scio an pauci, fortasse Moses solus, idque etiam hæcenus, vt Dei posteriora ægrè videret. Nubem quidem ille penetrauit, extra corporis pondus positus, aut à sensibus collectus atque contractus: at rei tenuitatem & subtilitatem, aut corporis vacuitatem, aut quocunque tandem alio nomine res ea appellanda sit, quoniam tandem modo perspicere potuisset, qui & corpus erat, & oculis sensibilibus intuebatur? Verum quoniam nostra causa exinanitur, quoniam cœlitus descendit (exinanitionem autem voco, quasi gloriæ submisionem & immixtionem) idcirco perceptibilis & comprehensibilis efficitur. Ac mihi velim ignoscatis, affectum quendam humanum rursus sentiendi. Ira & mœrore impleor propter meum Christum (vtinam ipsi quoque condoleatis) cum cerno eum hac de causa contemni ac pro nihilo haberi, ob quam maximè eum honorari æquum erat. An idcirco, dic mihi, humilis & abiectus est, quia propter te humilis: An ideo creatura, quia de creatura sollicitus est? An ideo tẽpori subest, quia eos, qui tẽpori subsunt, inuisit? Veruntamen omnia fert, omnia excipit. Et quid mirum? alapas tulit, conspui sustinuit, propter gustum meum fel gustauit. Nunc etiam se lapidibus incessi patitur, non modo ab obrectatoribus & calumniatoribus: sed à nobis etiam ipsis, qui fidei pietatem profitemur. Etenim de incorporeo disputantem corporeis nominibus vt, obrectantis fortasse fuerit & lapidantis, sed infirmitati nostræ (iterum dicam) venia concedatur. Lapidamus enim haud lubenter: sed quia aliter loqui non possumus, quibus possumus verbis vtimur. Verbum diceris, & verbo omni superior es: lucem superas, & lux nominaris: Ignis vocaris, non quod in sensum cadas, sed quia leuem & flagitiosam materiam expurgas. Gladius, quia rectum à malo scindis. Ventilabrum, quia arcem repurgas, ac quicquid leue ac ventosum est, reiiciens, id omne quod graue est, in supernis horreis recondis. Securis, quia diuturna patientia & lenitate vsus, infrugiferam ficum tandem excidis: quia improbitatis radices amputas. Ostium, propter introductionem. Via, quia recto itinere gradimur. Ouis, quia victima. Pontifex, quia corpus offers. Filius, quia Patris. Rursus linguas incito ac prouoco: rursus aduersus Christum quidam insaniunt, vel aduersus me potius, qui vt Verbi fierem præco, dignus habitus sum. Vt Ioannes efficior, Vox clamantis in deserto, deserto quidem loco aliquando, & siccitate horrendo, nunc autem valde habitabili & frequenti. Cæterum vt ad rem redeam, sermonemque meum repetam, ideo sequebantur eum turbæ multæ, quia ad infirmitatis nostræ captum se demittit. Quid postea? Et accesserunt, inquit, ad eum Pharisei tentantes eum & dicentes, Si licet homini quacumque ex causa dimittere vxorem suam. Rursus Pharisei tentant: rursus qui legem legunt, legem non intelligunt: rursus qui se legis interpretes profitentur, magistris aliis opus habent. Parum erat Sadducæos de Resurrectione tentasse, Legisperitos de perfectione interrogasse, Herodianos de censu, alios de potestate. Adhuc de matrimonio quispiam eum, qui tentari non potest, qui matrimonium creauit, qui ex prima causa vniuersum hoc hominum genus condidit, percunctatur. Ipse autem respondens, dixit eis, Non legistis, quia is qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos? Christus quasdam quæstiones soluere atque explicare solet, quasdam comprimere atque obstruere. Cum ex eo quæritur, In qua potestate hæc facis? propter interrogantium væcordiam & ineptiam vicissim ipse quoque interrogat, Baptismus Ioanis de cœlo erat, an ex hominibus? atque vtrinque interrogatores suos premit atque constringit. Vnde etiam nobis nonnunquam ad Christi imitationem eos, qui curiosa disputatione nos laceffunt, comprimere, quæstionumque absurditatem absurdioribus interrogationibus soluere licet. Nam ipsi quoque interdum in rebus vanis sapientes sumus (vt in his quæ sunt insipientiæ, gloriæ). At cum quæstionem

si Deus ad nostram infirmitatem se non demississet, pauci eum secuti fuissent. Exod. 33.

Exinanitio quid.

Ira iusta.

Matth. 26. 27.

Filij Dei nomina.

Cur dicitur ignis, ventilabrum, securis, ostium, via, ovis, pontifex.

Matth. 3.

Legis lectores legem non intelligunt.

Matth. 22.

Christus quasdam quasdam soluit, quasdam comprimit.

Luc. 20.

Absurdam quæstionem quomodo soluere licet.

rationatione indigentem videt: tum verò eos à quibus interrogatur, prudenti responso nequaquam indignos censet. Quæstio hæc, inquit, quam proposuisti, ad pudicitiam cultum & honorem spectare mihi videtur, responsumque humanam & commodam postulare. Circa hanc enim plerosque malè affectos cerno, legemque ad eam ipsam iniquam, nec sibi constantem. Quid enim causæ fuit, cur mulierem coërceret, marito cōtrā indulgeret, eumque liberum relinqueret: & mulier quidem, quæ sceleratum consilium aduersus viri sui cubile susceperit, adulterij piaculo cōstringatur, acerbissimisque pœnis excrucietur: vir autem, qui fidem vxori datam adulterio violauerit, nulli supplicio obnoxius sit? Hanc legem haudquaquam probo, hanc consuetudinem minimè laudo. Viri erant, qui hanc legem sanxerunt: ac propterea aduersus mulieres lata est. quando quidem & filios paternæ potestati subiecerunt, infirmiore sexum incultum atque incuratum reliquerunt. At Deus non sic. verum, Honora patrem tuum & matrem tuam: quod est primum mandatum (vt bene tibi sit) in pollicitationibus situm. Et, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Aequè & virtuti honorem ac præmia, & sceleri pœnam constituit. Item alio loco, Benedictio patris fulcit domos filiorum: maledictio autem matris radicitus fundamenta conuellit. Legis æqualitatem videtis. Vnus viri & mulieris creator, pulvis vnus vterque, imago vna, lex vna, mors vna, resurrectio vna. Aequè ex viro & muliere procreati sumus: vnum idemque parentibus debitum filij persoluendum habent. Qua igitur fronte pudicitiam exigis, quam ipse vicissim non præstas? Quomodo quod non das, petis? Quomodo corpori pari honore prædito impari legem præscribis? Si deteriora expendis, peccauit mulier: eodem quoque modo Adam peccauit. vtrumque serpens decepit atque in fraudem impulit: non altera infirmior inuenta est, alter fortior. At meliora consideras: vtrumque passione sua Christus seruauit. Pro viro caro factus est: Itidem & pro muliere. Pro viro mortem subiit: Itidem & ipse morte mulieri salus parta est. At ex femine Dauid nominatur, atque hinc viros honore præferri colligis? Audio. sed ex Virgine quoque nascitur, quod ad mulierum laudem valet. Erunt igitur, inquit, duo in carnem vnā: proinde caro, quæ vna est, æqualem honorem habeat. Iam verò Paulus exemplo quoque castitatem velut lege præscribit. quo tandem modo? Sacramentum hoc magnū est. Ego autem dico in Christum & in Ecclesiam. Præclarum est mulieri Christum per virum reuereri. Præclarum quoque viro Ecclesiam per vxorem non aspernari. Mulier, inquit, vt virum timeat, quippe & Christum. At vir etiam, vt vxorem foueat atque complectatur: nam & Christus Ecclesiam. Quin etiam hæc verba studiosius & accuratius expēdamus. Mulge lac, ait ille, & erit butyrum: sedulo exquirere, & fortasse in iis quidpiam maioris alimenti inuenies. Hac enim oratione duplex matrimonium mihi reicere ac prohibere videtur. Si enim duo Christi sunt: duo quoque viri sunt, & duæ vxores: si autem vnus Christus, vnum Ecclesiæ caput: vna etiam caro sit, secunda autem respuatur. Quod si secundam prohibeat, de tertia quid dicendum est? Primum lex est, secundum venia & concessio, tertium flagitium, quartum porcina quædam & tetra libido, vt pote rara vitij huius exempla habēs. Enimvero lex omnibus de causis libellum dat repudij. At Christus non ex omni causa, sed ab impudica tantum & adultera vxore viro separari permittit: reliquis autem omnibus in rebus æquanimitate ac patientia vti iubet. Ergo impudicam quidem, quia genus corrumpit & adulterat, expellamus: cetera autem patienter & moderatè sapienterque feramus, aut, vt rectius loquar, sapienter & moderatè ferte, quicumque matrimonij iugum subiistis. Si illitos fucos & cerusa colores & pigmenta perspexeris, eam hoc ornatu spolia: si procacè & petulantem linguam, coërcere: si meretricium risum, tristem effice: si sumptum aut potum immodicum, contrahe: si intempestiuos progressus, constringe: si oculum elatum atque suspensum, reprime. At eam ne temere à te diuellas & abstrahas. Incertum est vtra pars periclitetur, an ea quæ secatur, an ea quæ secatur. Fōs aquæ, ait ille,

ait ille, sit tibi proprius: nec eum cuiquā extero impertias. Pullus gratiarum tuarum, & ceruus amicitiam tuam consuetudinem vitæ tecum habeat. Quocirca tibi cauendum est, ne fluuius alienus efficiaris: atque aliis potius placere studeas, quam vxori tuæ. Quod si alio fertur cupiditas tua, parti quoque tuæ libidinem præscribis. Atque ad hunc quidem modum Seruator locutus est. Quid autem Pharisei? Durus illis hic sermo videtur. Nec mirum cum & aliis honestis & præclaris rebus offendantur, tum illius temporis Pharisei, tum etiam nostrates. Phariseum enim non solum genus, sed etiam morum vitæque ratio efficit. Sic Aegyptium quoque & Aegyptium, eum censeo, qui animi proposito & voluntate ipsis adiungitur. Quid igitur Pharisei? Si ita est, inquit, causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Nunc demum Pharisei, illud agnoscis non expedit nubere? An prius id nesciebas, cum viduitates atque orbitates videres, & præmaturas mortes, & luctus plausibus succedentes, & funera thalamos excipientia, & sterilitates, & infelices liberorum procreationes, & imperfectos partus matrisque expertes, atque omnem huiusmodi rerum comœdiam siue tragœdiam (vtrumque enim appositissimè dici potest) Expedit nubere? Id ipse quoque probo (honorabile enim conubium & thorus immaculatus) sed moderatis expedit, non petulantibus & libidine perditis, ac plus equo carnem honorare volentibus. Cum matrimonium nihil aliud est quam matrimonium & coniunctio, & prolis successionisque cupiditas: tum bonum est matrimonium. Plures enim introducit, qui Deo placeant. At cum materiam inflamat, & spinis obuoluit atque circumdat, vitijque quasi via inuenitur: tum ipse etiā dico, Non expedit nubere. Bonum est matrimonium: sed quod virginitate præstantius sit, dicere non possum. Neque enim magnum aliquid esset virginitas: nisi re aliqua bona melior & præclarior esset. Nolite hoc moleste ferre, quæ matrimonij iugo subditæ estis. Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Ceterum facite, vt inter vos quasi vinculo constringamini, & virgines & vxores, atque vnum sitis in Domino, mutuūque aliæ aliarum ornamentum. Non esset cœlebs, nisi matrimonium esset. Vnde enim in hanc vitam virgo prodisset? Non esset honorificum & venerandum matrimonium, nisi virginem proferret tum Deo tum vitæ. Honora tu quoque matrem tuam, ex qua natus es. Honora etiam eam, quæ ex matre est, & mater. Quanquam non mater est, sed Christi sponsa. Pulchritudo quidem ea, quæ in oculos cadit, non occultatur: quæ autem oculorum aciem fugit, à Deo perspicitur. Omnis gloria filie regis ab intus in fimbriis aureis circumdata, variegata, siue actionibus, siue etiam speculationibus. Quæ coniugio mancipata est, aliqua ex parte Christi sit: quæ virginitatem amplexata est, tota Christi sit. Illa mundo non prorsus astringatur: hæc nullo modo animum mundo addicat. Quod enim conjugatæ est pars, id virgini totum est. Angelorum vitam elegisti, in eorum ordinem te aggregasti, qui iugum nesciunt: ne in carnem prolabaris, ne in materiam crassitiamque deiiciaris, ne cum materia matrimonio iugaris, etiam si alioqui in cœlibatu perites. Oculi lasciuus & impudicus virginitatem non seruat: lingua impudica diabolo miscetur: pedes temere gradientes morbū arguunt, aut morbo mouentur. Virginitatem animus quoque ipse colat: ne vegetetur, ne oberret, ne meretriciarum rerum formas in se ipso ferat: nā libidinis quoque pars impressa in animo forma est) ne fœda & execranda rerum simulachra in anima effingat. At ille dixit eis, Non omneis capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Videtis rei huius præstantiam atque sublimitatem: propemodum etiam talis reperitur, vt concipi comprehendique prorsus non queat. An non enim præstantius est, quam pro carnis fragilitate, id quod ex carne creatum sit, in carnem non gignere? An non planè angelicum, eam, quæ carnis vinculis alligata sit, non secundum carnem viuere, sed natura ipsa excellentiorem esse? Caro cum mundo deuinxit: sed ratio ad Deum subuexit. Caro depresso: sed ratio extulit, eique velut pennas addidit. Caro vinculis astrinxit: sed amor soluit. Tota anima, o virgo, ad Deum intesa esto (hoc autem ipsum & viris & mu-

Prouerb. 5.

Non modo genus sed et mores efficiunt pharisei.

Coniugij molestie.

Hebr. 13.

Matrimonium quomodo bonum.

Virginitas præstat matrimonio.

Act. 5.

Psal. 44.

Virginis et coniugate collatio.

Angelorum vitam elegit virgo.

In carne præter carnem viuere est angelicum.

Virgini quid agendum ad conseruandam virginitatem.

liberibus quasi lata lege promulgo) nec quicquam tibi ex omnibus aliis rebus pulchrum videatur, quæ vulgo videri solent, non generis splendor, non opes, non alta subellia, non principatus & potestata, non pulchritudo ea, quæ in membrorum elegantia aptaque compositione animo fingitur, temporis utique & morbi ludibrium. Si vim totam amoris in Deum effudisti, si tu non duplicis rei amore flagras, fluxæ nimirum & certæ atque constantis, visibilis atque oculorum obtutum fugientis, an electa illa sagitta usque adeo fauciata es, sponsique pulchritudinem cognouisti, ut illud quoque sponsalis dramatis & cantici dicere queas, Dulcedo es, & totus concupiscibilis? Videtis in iis aquarum fluxibus, qui plumbeis canalibus inclusi continentur, quod quonia nimium comprimuntur, atque conglobate voluntur, adeo plerumque aquæ naturam excedunt, ut quod retrò protruditur, sursum semper feratur. Consimili modo si amorem strinxeris, totaque Deo coniuncta fueris: sursum tendes, nunquam humi prolaberis, nec diffues, tota Christi manebis, quousque Christum quoque sponsum tuum videas. Inaccessam te ipsam custodi & verbo, & opere, & cogitatione, animique agitatione. Undique impurus ille Spiritus te perscrutatur atque explorat, ubi feriat, ubi vulneret, num quid detectum apertumque reperiatur, plagæque obuium. Quod puriorem cernit, eò enixius te commaculare atque inquinare contendit: splendidæ etenim vestis luculentiores sunt sordes. Ne oculus oculum trahat, ne risu risum: ne familiaritas noctem, ne nox interitum & exitium. Nam quod paulatim & particulatim attrahitur, furtimque surripitur, tamen si eam rationem habeat, ut perniciosa nequaquam in preces sentiat: tamen in vitij fine occurrit. Non omnes, inquit, capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Cum audis hoc, Datum est, ne hæretica vlla opinione inficiaris, ne naturas comminiscaris & introducas, ne terrenas, & spirituales, & medios. Sunt enim quidam ita peruersè affecti, ut alios omnino perditæ naturæ esse, alios beatæ & salvandæ, alios autem, prout eos vel ad virtutem vel ad vitium libera voluntas duxerit, ita se habere arbitrentur. Ego verò aptitudinem quidem alios aliis vel maiorem vel minorem habere fateor: cæterum ad perfectionem adipiscendam nequaquam aptitudinem solam sufficere contendo: rationem enim esse, quæ eam excitet, ut natura in opus prodeat, quemadmodum silex ferro pulsat, atque ita ferrum fiat. Cum audieris, Quibus datum est, adde, Volentibus datum est atque iis qui animi inclinatione ita feruntur. Etenim cum illud audis, Non est volentis, neque currentis, sed miserantis Dei: idem tibi existimandum censeo. Quoniam enim nonnulli sunt, qui ob rectè facta ita animis efferuntur, ut id totum sibi ipsi ascribant, nec quicquam Creatori, sapientiæque eorum auctori, ac bonorum omnium suppetitori, his verbis eos docet Paulus, quod ipsum etiam rectè velle, diuino auxilio indiget, immò, ut rectius loquar, propositum quoque ipsum atque electio eorum quæ recta & cum officio coniuncta sunt, diuinum quoddam beneficium est, atque à Dei benignitate manans. Idcirco ait, Rom. 9. Non volentis, id est, non solum volentis, nec currentis solum, sed etiam miserantis Dei. Ita, quoniam velle quoque ipsum à Deo est, optimo iure totum Deo assignauit. Quantumlibet curras, quantumlibet certes, opus habes eo, qui det coronam. Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilant, qui custodiunt eam. Scio, inquit, quod nec leuius cursus est, nec bellum potentum, nec pugnantium victoria, nec prosperè nauigantium portus: sed Dei est, & victoriam afferre, & incolumem scapham in portum perducere. Iam illud quoque quod alio loco dicitur, atque intelligitur, mihi que in mentem venit, superioribus adiungere fortasse necessarium fuerit, ut meas opes vobis quoque impertiam. Postulauit mater filiorum Zebedæi, materno quodam affectu impulsâ, atque eorum quæ petebat, modum ignorans, digna tamen, cui propter immodicam vim amoris beneuolentiamque filiis debitam ignosceretur. Neque enim quicquam est materno affectu mollius: idque eò commemoro, ut filios ad matres omni honore sequendas

simil.

splendidæ vestis sordes luculentiores sunt.

Liberum arbitrium.

Quibus datum est quomodo sit intelligendum.

Recte velle diuinum est beneficium.

Rom. 9.

Psal. 126.

Dei est victoriam dare.

Matth. 20.

Materno affectu mollius.

quendas instituat. Postulauit ergo à Iesu mater illorum, ut alterum ad dexteram, alterum ad sinistram collocaret. Quid ad hæc Seruator? Primum, quærit, an calicem bibere queant, quem ipse bibiturus erat. Ut autem id quoque professi sunt, atque affirmarunt, ac Seruator ipse assensus est (futurum enim norat, ut illi quoque eundem calicem haurirent ac martyrio perfunderentur) quid subiunxit? Calicem quidem bibent: collocare autem ad dextram & sinistram, non est meum hoc dare: sed quibus datum est. Nihil igitur mens dux & imperatrix? nihil labor? nihil ratio? nihil philosophia? nihil ieiunio corpus extenuasse? nihil noctes infomnes duxisse? nihil humum prostrato habuisse? fontes lachrymarum profudisse? nihil quicquam horum profuerit? sed forte quadam ac lege fatali & Hieremias sanctificatur, & alij ab ipsa vulua reiciuntur? Vereor, ne absurda etiam ac præpostera cogitatio cuiquam obrepit, tanquam anima alibi quondam versata sit, ac deinde corpori huic astricta fuerit, atque ex illa priori vitæ functione alij prophetiam accipiant, alij, qui scelerate vixerunt, condemnentur. Sed quoniam hoc existimare nimis stultum atque absurdum est, atque ab Ecclesiastica fide & doctrina alienum (alij enim de huiusmodi dogmatibus, ut lubet, garriant ac ludant: nobis autem huiusmodi ludis animos oblectare nequaquam tutum est) illic quoque his verbis, Et quibus datum est, hoc adiunge, qui digni sunt, quique ut tales sint, non modò à Patre acceperunt, sed sibi ipsis etiam dederunt. Reliqua persequamur. Sunt enim Eunuchi, qui ex utero matris castrati sunt, &c.⁸ Vehementer cuperem virile aliquid de eunuchis proloqui posse. Ne admodum magnificè de vobis sentiatis, qui à natura eunuchi estis. Fortasse enim pudicitia hæc minimè voluntaria est. Non enim explorata est, nec castimonia periculo facto comprobata. Bonum enim, quod à natura proficitur, laudem non meretur: quod autem à libera voluntate animique instituto fluit, id demum laude dignum existimandum est. Quæ igni gratia est, quod vrit? vrere enim à natura habet. Quæ aque, quod deorsum fertur? hoc enim à summo rerum omnium opifice habet. Quæ niui gratia habenda est, quod frigida est? aut foli, quod luceat? lucebit enim etiam inuitus. Hoc mihi largire, ut quæ recta sunt velis. Largieris autem, si caro conditus, spiritualis efficiaris, si à plumbea carnis grauitate tractus atque depressus à ratione in altum subleueris, si humilis creatus cœlestis inueniaris, si carnis vinculis pressus superior carne appareas. Quoniam igitur corporea sapere carnalibusque affectibus duci haudquaquam laudabile est, aliud quiddam ab eunuchis postulo. Ne circa diuinitatem scortemini. Qui Christo coniuncti estis, Christum ne aspernemini.⁹ Qui à Spiritu perfectionem accipitis, ne parem vobis Spiritum faciatis. Si adhuc hominibus placerem, inquit Paulus, Christi seruus non essem. si creaturam colerem, Christianus utique non dicerer. Cur enim Christiani nomen venerabile est? nonne quia Christus Deus? nisi fortasse hoc humano more facio, amicitia nimirum cum eo conglutinatus. Atqui & Petrum honore prosequor, nec tamen Petrianus vocor: & Paulum, nec tamen Paulianus nominatus sum. Non fero me ab hominibus nomen ducere, qui à Deo sum creatus. Proinde si, quia Deum ipsum existimas, ideo Christianus vocaris: voceris sanè & maneat in nomine, aut etiam in re: si autem quia Christum amore complecteris, idcirco ex eo vocaris: nihil amplius ipsi tribuis, quam alis nominibus, quæ à studio quodam & instituto aut re aliqua constituuntur. Videtis hos, qui in cursibus equestribus studium atque operam posuerunt, qui à coloribus nominantur, atque à partibus quibus aggregati sunt. Vos nomina ipsa tenetis, etiam si non dixeris. Si ad eundem modum Christianus vocaris: paruum admodum ac leue hoc cognomen est, etiam si eo glorieris, tibi que placeas. Si autem, quia Deum credis: rebus ipsis ostende, quod credis. Si Deus creatura est: etiamnum creaturam colis præter Creatorem. Si Spiritus sanctus creatura est: incassum Baptismo initiatus es, ac duabus quidem partibus sanus es, immò ne illis quidem: vna autem omnino periclitaris. Finge Trinitatem margaritam quandam esse, undique sibi similem, atque

Marc. 10.

Hier. 1.

Anime origo.

Eunuchi.

Bonum à natura datum laudem non meretur.

Gal. 1.

Cur Christiani nominemur.

Christianus re ipsa ostendat se talem.

Trinitas confertur cum margarita undique fulgenti.

æquè fulgentem. Quæcunque margaritæ pars vitata & labefactata fuerit: tota gemmæ gratia extincta fuerit. Eodem modo cum Filium contemnis, ut Patrem honores, tuum honorem nihil moratur: ad contemptum Filij Pater nequaquam glorificatur. Si filius sapiens patrem voluptate perfundit: quanto magis filij honor patris quoque honor fuerit? Quod si hoc quoque probas, Fili ne glorieris de ignominia patris: eodem modo nec pater ob ignominiam filij glorificatur. Si Spir. sanctum aspernaris: honorem tuum Filius nil curat. Tametsi enim non ut Filius ex Patre est: tamen ex eodem Patre est. Aut totum honora, aut totum contemne: ut saltem tibi ipsi constes. Dimidiatam istam pietatem improbo: Totum quidem te pium esse volo: sed quemadmodum volo Ignosce affectui: coru quoque vicem doleo, qui me infeste oderunt. Membrum meum eras, & si nunc abscinderis, membrum quoque fortasse fies, atque ob hanc causam humanè & moderatè tecum ago. Hæc eunuchorum causa nobis dicta sint, ut circa diuinitatem pudicè & castè se gerant. Non enim peccatum illud solum, quod circa corpus admittitur, fornicatio & adulterium dicitur: sed & quoduis aliud flagitium, ac præsertim scelus id, quod in diuinum numen perpetratur. Vnde id afferamus, fortasse quæris: Fornicati sunt, inquit, in adinventionibus suis. Vides & actionem stupri impudentem. Et alio loco, Adulterium committebant in ligno. Vides & adulterinum quædam cultum & religionem. Quocirca ne animo adulterium committas, corpore castitatem colens. Alioqui peripicuum facies, te quoad carnem inuitum pudicitiam colere: quoniam in iis rebus, in quibus scortari tibi licet, pudicitiam non præstas. Quid impietatem atque hæresim vestram fecistis, vobisque vendicastis? Quid omnes in vitium præcipites ferimini, ut deinceps idem sit aut eunuchum, aut impium vocari. Tandem aliquando viris vos adiungite, virilem aliquem affectum habete, gynæcea fugite. ne ad nominis turpitudinem rei turpitudine accedat. Vultis in hac oratione non nihil adhuc immoremur? an potius sufficiunt, quæ diximus? Verum his quæ sequuntur, eunuchos honoremus: præclarus enim atque honorificus est sermo. Sunt enim eunuchi, inquit, qui ex utero matris ita nati sunt: & sunt eunuchi, qui castrati sunt ab hominibus: & sunt, qui castrauerunt seipfos propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat. Videtur mihi hæc oratio à corporibus recedens, per corporum figuram, sublimiora significare. Etenim in corporeis quidem eunuchis consistere atque orationem figere, paruum fortasse valdeque infirmum & spiritu indignum fuerit: decet autem nos quidpiam spiritu dignum cogitare. Quare tria hominum genera constituenda videntur. Alij enim indole naturali ad virtutem tendunt (naturam porrò cum dico, studium liberamque voluntatem nequaquam aspernor: sed utrunque statuo, nimirum & naturæ ad bonum facilitatem atque aptitudinem, & animi voluntatem, naturalem illam aptitudinem ad bonum ducentem.) Quidam autem alij sunt, quos sermo & doctrina purgat, vitiosisq; animi perturbationibus truncat. Hos esse existimo, qui ab hominibus castrantur: cum videret licet magistri præcepta & sermones virtutem à vitio distinguentes atque alterum amolientes & abiicientes, alterum præscribentes (iuxta illud, Declina à malo, & fac bonum) spirituales pudicitiam effecerint. Quod etiam ex actionis genus probò, atque doctores & discipulos imprimis laudo: quoniam & illi præclare execuerunt, & hi præclarius execti sunt. Et sunt, qui seipfos castrauerunt propter regnum cælorum. Alij cum magistrum nancisci non possent, laudabilium magistrorum munere sibiipsis functi sunt. Non docuit te mater, quid officij esset, non docuit te pater, non Presbyter, non Episcopus, non alius quisquam ex iis, quibus docendi cura commissa est: At tu rationem tibi insitam mouens, virtutisque fomittem per arbitrij libertatem exuscitās, te ipsum execuisti, radicem excidisti, vitij instrumenta depulisti, tantum tibi virtutis habitum comparasti, ut iam ad vitium ferri, propemodum nequeas. Quamobrem hanc quoque executionem laudandam cenfeo: magisque etiam fortasse, quam superiora duo genera. Qui potest

test capere, capiat. quam libuerit partem accipe: aut magistrum sequere, aut tibi ipsi magistrum te præbe. Hoc vnum turpe est, affectus exectos non habere. De excidendis autem illis ne quid litis crees. Et qui docet, figmentum Dei est: & tu eundem ortum habuisti: siue præceptor gratiam hanc rapiat, siue hoc bonum tuum fiat, bonum tuum perinde est. Hoc tantum nobis curæ sit, ut nos ab animi perturbationibus excidamus, ne qua radix amarulentæ sursum pullulans turbas cieat. Hoc tantum curemus, ut imaginis diuinæ vestigiis insistamus, ut exemplar nostrum reuereamur. Corporeos affectus amputa, spirituales etiam amputa. Quanto enim anima corpore præstantior est: tanto præstantius est animam purgare, quam corpus. Quod si corporis purgatio laudabilis est: cogita, quæso, quanto maior atque sublimior sit animæ purgatio. Excinde Arianam impietatem, excinde perniciosum Sabellij errorem. Nec plus quam æquum est, coniungas, nec sceleratè diuidas: nec in vnam Personam tria contrahas, nec tres naturarum diuersitates efficias. Et vnum laudabile est, cum rectè intelligitur: & tria, cum rectè distinguntur: nempe cum Personarum distinctio facta fuerit, non diuinitatis. Hæc & laicis præscribo, hæc & Presbyteris, hæc & iis, quibus imperium creditum est. Omnes rectæ doctrinæ opem ferre, qui Dei beneficio opem ferre potestis. Magnum est inuidiam reprimere, adulterium coercere, furtum castigare: quanto maius pietatem promulgare, sanamque doctrinam largiri? Non tantas vires sermo meus habiturus est pro sancta Trinitate bellum gerens: quantas edictum tuum, si peruersis dogmatis imbutos compresseris, si persecutione oppressis auxilium tuleris, si grassatores cohibueris, si occidi vetueris. De corporea autem cæde non loquor, sed de spirituali. Omne enim peccatum, animæ mors est. Atque hic finem habeat oratio. Reliquum est, ut pro iis, qui huc conuenerunt, votum faciamus. Viri simul & vxores, principes & subditi, senes & adolescentes ac virgines, omne genus ætatis, dispendium quidem ac detrimentum omne tum in pecuniis & facultatibus, tum in corporibus æquo ferre animo: hoc autem vnum nunquam patiamini, ut diuinitas vobis extorqueatur ac pereat. Adoro Patrem, adoro Filium, adoro Spir. sanctum, vel, ut rectius dicam, adoramus, ego, qui hæc loquor & ante omnes & post omnes, & cum omnibus, in ipso Domino Christo nostro, cui gloria & imperium in sæcula. Amen.

SCHOLIA.

1. Peccatum etiam ipsum.) Paulus Corinth. 2. cap. 5. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis fecit peccatum: & Galat. 3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. quia scriptum est (Leuit. 24. & Deuter. 21.) maledictus omnis, qui pendet in ligno.
2. Mulge lac & erit butyrum.) Verba sunt Solomonis Proverb. 30. quibus proverbialiter significatur multa esse quæ tametsi prima fronte leuia videantur: tamen si propius aduertamus, reconditisimos atque abstrusissimos sensus nobis exhibitura sint.
3. Duplex matrimonium.) Hic digamia non significat secundas nuptias, quemadmodum Bilibaldus exposuerat. Alioqui Montano apertissimè fuisset Gregorius secunda matrimonia damnanti, ac non modò nobis Apostoli mentem nõ aperiret, sed ex diametro cum eo pugnaret, ut pote qui Corinth. 1. cap. 7. disertis verbis contrarium dicat. Mulier, inquit, alligata est legi quanto tempore vir eius viuit. quòd si dormierit vir eius, liberata est à lege. cui autem vult nubat: tantum in Domino. Quare de eo hic loquitur Nazianzenus qui eodem tempore duas aut plures vxores habet.
4. Quid igitur Pharisei.) Minus hic animum aduertisse videtur Gregorius. Nec enim hæc verba Phariseorum sunt, sed discipulorum Christi.
5. Ne terrenos & spirituales & medios.) Valentianos significat, qui, ut est apud Irenæum lib. 1. aduers. hæres. cap. 1. hunc esse in semetipsis hominem volebant, ut animam quidem à Demiurgo habeat, corpus autem à limo, & carnem à materia, spirituales autem hominem à matre Achamothe. Proinde cum tres sint, nimirum choicus siue materialis, animalis, & spiritualis, eam habere conditionem dicebant, ut choicus quidem nullo modo sit capax salutis, quia nullam inspirationem incorruptelæ recipere possit: spiritualis autem (quales seipfos esse nugantur) non per operationem, sed eo quòd naturaliter talis sit, omnino saluetur: animalis autem, ut pote medius, illuc redigatur, quocumque tandem declinauerit. Sic tria hominum genera ponebant, atque in exemplum afferebant Cain, Abel, & Seth. Atque ut insignem eorum impudentiam videas,

huiusmodi commentum suum Christi auctoritate munire contendebant. Hylicum enim in eo ostendisse quod responderit dicenti, Sequar te: Vulpes foueas habent, & cetera. Animale autem in eo quod dicenti, Sequar te, permittit autem mihi ire & renunciare domesticis, responderit: Nemo mittens manum ad aratrum, & cetera. in eodemque genere fuisse eum qui amittendarum opum metu Christum sequi noluerit. Spirituale autem in eo quod dicit, Sine mortuos sepelire mortuos suos, tu autem annuncia regnum Dei. Cuius etiam ordinis Zachaeum faciunt, cum ei a Christo dictum est, Descende, quoniam in domo tua oportet me manere. Atque haec tria genera per tria sata farinae de quibus Christus in Euangelio, aperte significari dicunt, Paulumque ob torto collo in suam sententiam trahere nituntur.

6. Non solum volentis, nec currentis solum.) August. lib. 1. de solut. quaest. epist. ad Rom. hac sententiam minus probat. Quia, inquit, non praecedit voluntas bona vocationem, sed vocatio bonam voluntatem: Propterea vocanti Deo recte tribuitur quod bene volumus, nobis autem tribui non potest quod vocamur. Non ideo igitur dictum esse putandum est, Non volentis neque currentis, sed miserantis Dei, quia nisi eius adiutorio non possumus adipisci quod volumus, sed ideo potius quia nisi eius vocatione non volumus. In eodem tamen libro, Credere, inquit, & velle nostrum est: Dei autem dare credentibus & volentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum. Et lib. 1. Retract. cap. 23. Eadem regula & vtrunque ipsius est (Dei scilicet) quia ipse preparat voluntates, & vtrunque nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis. Vide scholia Apologetici primi numero. 19.

7. Tanquam anima quondam.) Pythagoreorum hoc dogma fuit, qui animas non cum corporibus nasci, sed in varia subinde corpora migrare docuerunt, idque μεταμύωσιν appellarunt. Profertur etiam a Lactantio Cicero in lib. de Consolatione (qui liber hodie desideratur) in quo homines veterum peccatorum luendorum causa in hanc vitam produci stultissime negatur. D. Hieronymus epistola ad Hedibiam quaest. 10. de impio isto dogmate scribens, Nobis, inquit, nihil placet nisi quod Ecclesiasticum est, & publice in Ecclesia dicere non timemus: ne iuxta Pythagoram & Platonem & discipulos eorum qui sub nomine Christiano introducunt dogma Genilium, dicamus animas de caelo lapsas esse: & pro diuersitate meritorum in iis vel in illis corporibus penas antiquorum luere peccatorum. Ac fortasse alludit ad Origenem, qui, ut refert Augustinus lib. 2. cap. 23. de ciuitate Dei, mundum ideo factum esse asseruit, ut animae pro meritis peccatorum suorum, tanquam ergastula, quibus poenaliter includerentur, corpora acciperent.

8. Vehementer cuperem virile aliquid.) Vix ullam orationem reperies, in qua Eunuchos non infectetur. Erant enim illi maxima ex parte Ariana peste aut Macedoniana infecti.

9. Qui a spiritu perfectionem accipitis.) Gr. τὸ πνεύματος πληρώματα. Haec dictio saepe apud hunc auctorem accipitur pro initiatione lustrica siue Baptismo. Hic tamen pro perfectione Baptismi intelligenda est, quam tum demum consequimur, cum non in Patrem & Filium duntaxat, sed in Sp. quoque sanctum baptizamur. Vnde alio loco πνεύματος Spiritum vocat.

10. Qui a coloribus nominatur.) In circo quadrigae agitabantur, indutique erant quadrigarum panno aut albo, aut caeruleo, aut viridi, aut rufo: hinc quatuor factiones aurigarum. Alij ex populo alius fauebant, suo quisque colori. haec & plura de coloribus vir doctiss. Ludouicus Vives in cap. 7. libr. 9. de Ciuit. Dei. Quo etiam loco citat Plinium lib. 8. epist. vbi populi leuitatem infectur, qui nec equorum velocitate, nec hominum arte trahitur, sed tantum fuerit panno, pannum amat, etsi in ipso cursu, mediocriter certamine hic color illuc, ille huc transferatur, studium, fauorque transibit, & c.

11. Ne ad nominis turpitudinem rei turpitudine accedat.) In Graeco erat μὴ προσεσθίτω τῷ εἰρηθῶ τῷ ὀνόματι τῷ αἰσθῶν τῷ κηρύγματι. Sed quis non videt mendum codicibus obrepisse, ac pro κηρύγματι legendum προσεσθίτω, ut τῷ ὀνόματι respondeat? spadones, inquit, prouidete, ne quemadmodum Eunuchorum nomen pudendum est, ita reipsa spadones sitis, nec vllum pietatis virtutisque fuerit edatis.

GREGOR.

GREGORII NAZIANZENI AD EVANGELIUM MONACHUM DE DIUINITATE.

ARGUMENTVM.

Ita argumentabatur Euagrius, Si simplex Dei natura est, inanis & superuacanea est nominum positio, hoc est, Patris, & Filij, & Sp. sancti. Si autem nominum positio vera, Deo simplicitatis ratio constare non potest. Hunc nodum multis rationibus similitudinibusque soluit Gregorius.

10



Rudentiam tuam vehementer laudo, summéque admiror, qui talibus speculationibus tantisque quaestionibus causam praebes, accuratis interrogationibus nobis dicendi necessitatem probationisque laborem imponens, dum necessarias atque vtilis quaestiones in medium affers. Proinde nobis omnino faciendum est, ut quaestionum tuarum vestigiis haereamus, easque claro & perspicuo responsio explicemus. Quaestio igitur abs te proposita erat huiusmodi, Quonam modo esse queat Patris &

20

Filij & Sp. sancti natura (quam tamen essentiam rectius quam naturam quisquam vocauerit) simplex an composita? Si enim simplex, quo modo ternarium supradictorum numerum recipiet? Nam quod simplex est, vnus formae est, numerique expers: quod autem in numeros cadit, scindi necesse est, etiam si numeris minime subiiciatur: quod verò scinditur, passioni vtiq; obnoxium. sectio enim passio est. Quocirca si simplex Dei natura est, superuacanea fuerit nominum constitutio. si autem vera est nominum positio, nominibusque ipsis parendum est: vniformitas ac simplicitas statim è medio tolletur. Quanam igitur huius rei natura est? Haec ad nos dicebas. Quorum confirmationem atque explicationem veritatis doctrina exacte ostendet, non fidei argumento carentis imaginatio-

Patris & Filij & Sp. sancti essentia relictus dicitur quam natura.

30

nem propter argumentorum penuriam stultè praetendens, nec veterum fabularum testimoniis persuasionis suae imbecillitatem occultare tentans, verum accuratae atque absolutae inquisitionis perceptione rationumque rectitudine theoreticis huius confirmationem in apertum proferens. Age igitur, hinc disputationem auspicemur, & quo modo numen accipi debeat exponamus, simplexne an triplex. sic enim nos & loqui & credere nominum ternio cogit, atque his abusi nonnulli homines infirma planéque rancida & obsoleta dogmata construxerunt, essentiam simul cum nominum pronuntiatione diuisionis passionem sustinere censentes. Verum eos sanè, ut ipse ais, missos faciamus, fidei suae doctrinam imbecillo patrocinio fulcientes: nos autem ad veram agnitionis perceptionem animos nostros conuertamus. Primùm itaque quid Deus sit, constituamus: atque

40

ita deinde ad responsiones demonstrationisque veniemus. Simplex profectò est, atque indiuisibilis essentia, simplicitatem corporisque vacuitatem à natura habens. At etiam fortasse diuisionis nominum ratio mihi in contrarium occurrit & aduersatur, ternionis numero summi numinis vniformitatem auferens? Quid ergo? ut vniformitatem retineamus, Patris & Filij & Spirit. sancti confessionem fugere nobis erit necesse? Auerrat hoc Deus: simplicem enim Dei vnionem haudquaquam nominum positio labefactabit. Quae enim animo & ratione intelliguntur, quamuis infinita nomina habeant (quando quidè in vnaquaque natione quamplurimis nominibus appellantur) tamen extra omnè appellationem posita sunt: quoniam intelligibilium rerum corporeque vacatium nomen proprium nulum est. Quonam enim modo vocari queant, quae ne in conspectum quidem nostrum cadunt, nec humanorum sensuum instrumentis villo modo capi possunt: Atque vt exacta diuini numinis intelligentiam assequamur, animam, quae omnium earum

Dei definitio.

Intelligibilium & incorporeorum nulum est nomen proprium.

rerum quæ intellectu percipiuntur, breuissima particula est, accipiamus. Anima enim, tametsi nomine foemineo appelletur: ab omni tamen foeminea natura remota est, vt pote quæ quantum ad essentiam, nec mas nec foemina sit. Confimili quoque ratione sermo, qui ab ea procreatur, masculum quidem nomen habet, cæterum ipse quoque, vt dicimus, ab omni tum masculo tum foemineo corpore remotus est. Quod si intelligibilium extrema, nimirum anima & sermo proprio nomine carent: quo tandem modo prima intelligibilia, atque adeò intelligibilibus omnibus superiora propriis nominibus appellari dicemus? Sed tamen propter necessitatem vtilis est nominis vsus, quo ad intelligibilium notionem conceptionemque peruehimur. Verùm quidam essentiam simul cum nominibus 10 crasè diuidi atque distingui existimantes, indigna prorsus rebus diuinis in animis suis sentiunt. Sciendum est deinceps nobis qui veritatem agnoscimus, quòd diuina & simplex Dei essentia, indiuisibilis vnusque formæ est: cæterum ad salutis animarum nostrarum vtilitatem, partitionem quoque propter appellationes subire videtur, diuisionisque necessitati subiici: vt iam à nobis dictum est. Quemadmodum enim anima, quæ de eorum genere est, quæ intelligentia percipiuntur, quamuis infinitam sensorum multitudinè pariat, tamen nec sensorum passione diuiditur, nec sensorum penuria propter ea quæ præcesserunt, vnquam premitur: quin ditior potius quàm pauperior efficitur: quemadmodum insuper vocalis hic sermo nobisque omnibus communis, etiamsi à parente anima minimè 20 diuidatur, nihilo fecius tamen in audientium quoque animis simul est, nec ab ea distinctus atque separatus, & in illis inuentus, immò vnionem potius quàm diuisionem eorum animarumque nostrarum efficiens: sic tu quoque cogites, Filium à Patre nunquam separatam esse, nec rursus ab hoc Spir. sanctum, eodem modo quo cogitationem in mente. Vt enim inter mentem & cogitationem & animam nulla diuisio aut sectio excogitari potest: sic neque inter Spir. sanctum & Seruatorem & Patrem vlla vnquam sectio aut diuisio intercessisse cogitanda est: quoniam intelligibilium & diuinorum, vt diximus, diuisionis expers natura est. Aut etiam, quemadmodum inter circulum & radium diuisio nulla reperiri potest propter impassibilitatem corporisque vacuitatem simplicitatemque & indiuiduitatem, verùm vt radius orbi coniunctus est, ita rursus orbis oculi velut cuiusdam 30 instar vniuersitati radios suos fluminis in morem infundit, quasi illuies quasdam lucis nobis efficiens, orbemque repente obruens: haud secus etiam Patris velut radij quidam ad nos demissi sunt, tum splendidus Iesus, tum Spir. sanctus. Vt enim lucis radij mutuam relationem natura indiuiduam habentes, nec à luce disunguntur, nec à se inuicem discinduntur, lucisque beneficium ad nos vsque traiciunt: eodem modo Seruator quoque noster & Spir. sanctus geminus ille Patris radius, simul & ad nos vsque veritatis lucem ministrant, & Patri vniti sunt. Quemadmodum præterea ab vno aquarum fonte nectaream aquam summa copia egerente, fluxum quendam permagnum ac profluuium violentum ipso 40 fluxu in duo flumina scindi contingit, quòd ab vno quidem fontis oculo primum manuerat, verùm fluuiis specie ita conformatis duplici fluxu decurrit, nec tamen ex huiusmodi diuisione incommodi quicquam & detrimenti quantum ad essentiam accipit. Etenim fluminum situ ita profluuium diuiditur, vt vnã tamen atque eandem humoris qualitatem habeat. quamuis enim vterque, supradictorum fluminum procul extra terminos ferri, lógoq; interuallo à fonte distare videatur: principium tamen ad fontis perpetuitatem cum matre sua coniunctum atque vnitum habent. Haud dissimili modo bonorum quoque omnium Deus, ille veritatis rector, & pater Seruatoris, prima illa vitæ causa, & stirps immortalitatis, ille sempiternæ vitæ fons, biflua quadam & bifida Filij & Spir. sancti intellectuali ad nos 50 missa gratia, nec ipse essentiam suam quicquam leſit (nec enim ob illorum ad nos aduentum imminutionem vllam subiit) & hi ad nos vsque processerunt, nec tamè à Patre villo modo separantur. Indiuidua enim, vt diximus, summi numinis natura est. Plurima,

Vt iter mentem, cogitationem & animam nulla est sectio, sic neque inter Patrem, Filium & Spir. sanctum. Alia simil.

Alia simil.

Plurima, vir clarissime, inueniri poterant, multoque plura, quàm quæ attulimus, ad quæstionis de Patre & Filio & Spir. sancto, perquam necessariæ luculentam demonstrationem, quo nimirum modo ea accipienda sit: sed quoniam & tibi & tui similibus facile est ex paucis plurima percipere: idcirco hic theorematis huius disputationi finem imponere æquum esse existimaui.

SCHOLIA.

1. Si simplex Dei natura est.) Gr. εἰ ἀπὸ τῆς κρείττονος ἢ φύσεως. Quo in loco τῆς κρείττονος nomine diuinitatē summumque numen significat, principemque & primariam essentiam, quemadmodum in plerisque aliis locis huius tractatus.
2. Superuacanea fuerit nominum.) Patris scilicet & Filij & Sp. sancti.
3. Atque his abusi nonnulli.) Sabelliani videlicet: qui ob hanc causam diuinitatis contractionē inuenerunt.
4. Simplicitatem corporisque vacuitatem.) Gr. τὸ ἀπλοῦν, & ἀσώματον ἐκ φύσεως ἐκ τῶν, vt in impresso exemplari, & ἐκ τῶν in vetustissimo codice. Quæ verba satis diu animum torserunt, tum propter constructionis vitium, tum propter sensus absurditatem. Neque enim τὸ ἀπλοῦν cum assequi significat, accusandi casui iungitur, saltem apud Oratores, multoque minus ἐκ τῶν, quod prorsus genitium asciscit. Et nimirum absurdum ne dicam impium fuerit dicere, Deum à natura simplicitatem consequi. Quare pro ἐκ τῶν lego ἐξ ὧν, i. habens.
5. Orbemque repente obruens.) Gr. & πλάγῃ ζων ἀδρόως πῶς δὲ κόσμον. ἢ κόσμους, hoc loco mundum hunc spectabilem significat, quemadmodum apud Dionysium Areopagitam sæpe pro angelis accipitur.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO
prima de Theologia aduersus Eunomianos.

ARGUMENTVM.

Rima hac Oratione, quæ in quatuor sequentes velut præfationis cuiusdam vice est, qualem esse rei Theologicæ professorem oporteat. docet: atque & quando, & apud quos, & de quibus rebus, & quousque disputandum ipsi sit, ostendit. Ac deinde grauissimam atrox querelam de perditissimo temporis illius statu, quo neglectis virtutis studiis omnes cõtemeritatis audacieque prorumpabant, vt sibi fas esse putarent, de sublimissimis quibusque atque obscurissimis pietatis Christianæ mysterijs disputare. Corro aduersus Eunomianos hunc tractatum edidit, quorum parens Eunomius Aëtij sectam, à quo Anomæorum schola profluxit, ita late propagauit, vt deinceps omnes, qui pestiferum hunc errorem asserebant, non ab Aëtio, sed ab Eunomio cognomentum traherent.



AD eos, qui sermonis ornatu atque elegancia valent, mihi sermo erit. Et vt Scripturæ verbis exordiar: Ecce ego aduersum te cõtumeliosa. Sunt enim, sunt quidam, quibus nõ aures duntaxat, sed etiã lingua, atque adeo manus quoque ipsæ, vt video, pruriunt, prophanis videlicet vocum inanitatibus & contentionibus falso nominatæ scientiæ, pugnisque disputationum nullam vtilitatem afferentibus. Nam his nominibus quicquid in verbis vel superuacaneum, vel curiosum est, vocat Paulus, ille contractæ doctrinæ præco & confirmator, ille Piscatorum discipulus ac præceptor. Hi verò, de quibus orationem habemus, vtinam quemadmodum linguam volubilem habent, atque in nobilioribus probatoribusque verbis insectandis acrem & vehementem, sic etiam circa res ipsas non nihil operæ collocarent. Id quod si facerent, parum aut fortasse minus essent sophistæ: nec tam absurdè atque insolenter in verbis, perinde atque in alex ludo, versarètur. Libet enim ridiculè mihi de re ridicula loqui. Quoniam autem omni pietatis via sublata atque deleta hoc vnum sibi proponunt, vt quæstiones vel nectant, vel soluant (quemadmodum qui in theatris palæstræ artem proferunt, eaque certaminum genera, quæ non iuxta palæstræ leges ad victoriam ferunt, sed imperitorum duntaxat oculos perstringunt, ac laudem à spectatoribus captant) & res huc redit, vt horum disputationibus & forum omne circumstrepant, & conuiuia omnia huiusmodi nugarum tædio obtundantur, atque & festum omne infestium sit, mœstitiæque plenum, & luctus omnis 2 maiore calamitate, hoc est, quæstionum argutiis mitigetur, ac denique gy-

Ezech. 29.

1. Tim. 6. & 2. cap. 1

Esai. 28. Rom. 9. Hæretici linguam habent volubilem, verbaque non res sectantur.

næcea omnia simplicitatis alumna turbentur, & pudoris flos præcipiti hac contendendi libidine compleatur. quoniam, inquam, hæc ita se habent, adeoque intoleranda est vis huius mali, ut periculum sit, ne magnum fidei nostræ mysterium in argutricem quandam artem desciscat: age, nos paternis visceribus incitatos, atque, ut Hieremiæ verbis utar, sensoris distortos, exploratores isti hæcenus perferant, ut quæ de his rebus dicturi sumus, æquo animo excipiant, ac linguâ, si modo queant, aliquâdiu frenata nobis aures præbeant. In qua re nihil profectò est, cur damni quicquam metuatis. Aut enim ego in aures audientium loquar, atque ita fructum aliquem, hoc est, utilitatem vestram oratio allatura est (tamen enim is qui verbum Dei seminat, in animos omnes seminat: egregij tamen duntaxat atque fecundi fruges ferunt) aut me hoc quoque nomine exhibitato discedetis, vberiorémque conuitiandi materiam accipietis, ut plenius etiam animos vestros pascatis. Nec verò mirum vobis videatur, si quid à vestris sensibus ac lege vestra alienum dixerò, qui scire vos omnia doceréque profitemini perquam fortiter ac generosè, non enim dicam stultè & temerè, ne quid animos vestros offendam. Nō cuiusvis est, o viri, de Deo differere, non, inquam, cuiusvis (non adè vilis ac proterita hæc res est, & eorū qui humi adhuc reptat) Addam etiā non cuiusvis tēporis, nec apud quosvis, nec de quibusvis: sed certo tempore, & apud certos homines, & aliquosque hoc faciendū est. Non cuiuslibet quidem, quoniam his duntaxat hoc muneris incumbit, qui exactissimè explorati sunt, contemplādique acumine excellunt, priusque etiā & corpus & animum à vitiorum fordibus purgarūt: aut, ut parcissimè loquar, iam in hoc toti sunt, ut se à vitiorum labe purgent. Impuro enim rem puram atrectare ne periculo quidem fortasse caret: quemadmodum nec ægris oculis Solis radios intueri. Quando autem? Tum videlicet, cum nosmetipfos in quietem atque ocium asseruerimus: ne alioqui princeps nostri pars improbis formis vagisque confundatur, dum velut deformibus literis elegantes literas, cœnōque vnguentum admiscemus. Vacare enim haud dubiè oportet, ut ad Dei cognitionem perueniamus. Apud quos porro? Nempe apud eos, qui rem huiusmodi studiosè ac seriò amplectuntur, quique nō ut quippiam aliud, sic hoc quoque inepta nugacitate prosequuntur, post Circēses ludos, & spectacula, post cantiones, post expletum ventrem & venereas voluptates. Qui quidem ita perditè affecti sunt, ut hoc quoque in oblectamentorum parte numerent, nimirum de diuinis rebus nugari, atque arguta disputatione concertare. Iam de quibus & quousque disputandum? De his solum, quæ ingenij nostri modulum, captūque auditoris non excedūt: ne alioqui ut nimia vocis intentio, atque immodicus cibus aures & corpora labefactat, itidēque sarcinē viribus grauiores subeuntium humeros, ac crebriores pluuiæ terram opprimunt: ita etiam auditores quæstionibus grauioribus ac durioribus oppressi atque confecti, pristinas quoque vires amittant. Neque verò hæc quisquam ita accipiat, quasi Deum perpetua memoria colēdum esse negem (ne rursus aduersum nos irruant, qui omnia facilè ac statim in calumniam trahunt. Nec enim tam sæpe Spiritum ducere, quam Dei meminisse debemus: immò si dici hoc potest, aliud nihil quam hoc faciendum. Nam & ego inter eos nomen meum profiteor, qui eam legem probant, quæ die ac nocte iubet meditari, Vespere & mane & meridie narrare, ac Benedicere Dominū in omni tempore, (siue, ut verbis Mosis utar, dormias, siue à somno exurgas, siue iter facias, siue quid aliud agas) memoriāque ipsa ad puritatem informari. Itaque Deum quidem semper in animo habere per me sanè licet cuique, at non item de Deo disputare: immò nec hoc phibeo, ne de Deo disputetur (id enim piū est) sed ne id alieno tempore fiat. Nec hoc ago, ut docēdi munus explodatur, sed ne mediocritatis fines excedātur. An verò cum mellis quoque ipsius, quantumvis dulcis, fatieras vomitū moueat, suumque cuique negocio destinātū sit tempus, ut ego cum Solomone ceseo, cumque ea quæ per se bona sunt, nisi bene tractentur, boni gratiā perdant (non aliter atque hieme intempestiui sunt flores, nec mulieribus virilis,

nec

nec viris muliebris ornatus conuenit, nec luctui musica, nec conuiuio lachrymæ) hic solum nullam temporis rationem habebimus, vbi maxima opportuni temporis ratio habenda est? Absit, o amici ac fratres (fratres enim adhuc vos appello, etiam si parum fraterno erga nos animo sitis) absit, ut ita sentiamus, ac velut equi feroces & indomiti fessore, sic excussa ratione & religionis freno, quo præclare coercemur, abiecto, procul extra metam feramur. Quin potius finibus nostris philosophiam circumscribamus, nec in Aegyptum abripiamur, neque ad Assyrios protrahamur, nec cantemus canticum Domini in terra aliena, hoc est promiscuè apud omnes auditores, siue nostri sint, siue externi, siue hostes, siue amici, siue cādididi, siue maligni ac præposteri, qui summo studio res nostras explorant, nihilque magis optarint, quam malorum nostrorum scintillam in flammam assurgere, quā etiam furtim excitant atque accendunt, auræque suæ afflatu in cœlum atollūt, & Babylonica flamma in orbem omnia populante, sublimiorem reddunt. Quoniam enim in suis dogmatibus nihil sibi præsidij roborisque constitutum vident, hoc in nostrarum rerum imbecillitate venantur. Ac proinde quemadmodum muscæ vulneribus, ita nostris calamitatibus, aut, si mauis, erratis imminēt. At nos quidem nosmetiplos diutius ne ignoremus, nec moderationem, quæ in his rebus tenenda est, aspernemur. Quod si inimicitias atque odia extinguere non possumus, illud saltem inter nos conueniat, ut mystica mysticè, & sancta sanctè proloquamur, nec in prophanas aures, quæ in vulgus efferi nefas est, proiciamus: ne alioqui constet eos, qui dæmones adorant, & turpium fabularum ac rerum cultum profitentur, nobis grauitate superiores esse: quippe qui iis, qui non iisdem sacris initiati sunt, cruorem potius suum quam sermones quosdam impertirent. Agnoscamus, ut in vestitu, victu, risu, atque incessu, sic in sermone ac silentio modum quendam ac decorum tenendum esse, præsertim cum inter tot Dei virtutes ac nomina quoque hoc est Verbum colamus. Quod magis laborandum est, ut etiam ipsa contentio nostra legitima sit. Cur Dei generationem & creationem & Deum ex non existentibus, cur sectiones & diuisiones ac resolutiones auditis, qui eorum quæ dicuntur, amarulentum auditorem se præbet? Cur accusatores ipsos iudices constituimus? Cur hostibus in perniciem nostram gladios porrigimus? Quo pacto quove animo eos huiusmodi sermonem accepturos censes, qui adulteria & puerorū supra laudibus efferunt, qui vitia adorant, nec quicquam supra corpus cogitare possunt, qui heri & nudiustertius sibi Deos fabricati sunt, eosque turpissimis facinoribus claros & nobiles? an nō crasse? non fœdè? non ineptè? denique non suo more? Nōne deorum suorum ac vitiorum patrociniū à theologia tua hauriēt? Nam cum ipsi his vocibus calumniam struamus, quo tandem modo adducere queamus, ut philosophiam nostram amplectantur? cumque suapte solertia mala inueniant, quando tandem ab oblati abstinebunt? Hæc nobis bellum ciuile atque intestinum attulit. Hæc illi, qui pro Verbo acrius certant, quam Verbo ipsi sit gratum, inuexerunt: nec hominibus mentē captis dissimiles sunt, qui suas domos incendunt, vel liberos dilacerāt, vel parentes protrudunt, pro alienis videlicet eos habentes. Enimvero postquam alienos atque exteros à diuinarum rerum pertractatione submouimus, atque in porcorum gregem copiosam Legionem in profundum ruentem ablegauimus: sequitur iam, ut nosmetiplos inspiciamus, ac, statuæ cuiusdam instar, Theologum ad omnem elegantiam expoliamus. Illud verò prius expendendum est, quæ hæc tanta disputandi cupiditas ac linguæ prurigo, quis nouus hic morbus, auuditāsque inexplebilis. Cur manibus vinctis linguam armamus? Non hospitalitatem, non fraternam charitatem, non mutuum coniugij amorem, non virginitatem laudamus, non pauperum alendorum curam suspicimus, non Psalmorum decantationem, non nocturnam stationem, non lachrymas, non corpus iciuniis premimus, non per orationem ad Deum peregrinamur, non præstantiori parti deteriorum, hoc est puluerem dignitati spiritus obedire cogimus, quemadmodum qui

Ec 4.

Hier. 4.

Matth. 13.
Marc. 4.
Luc. 8.Regulæ
disputan-
tiū de Deo.Quibusvis
licet de
Deo disse-
rere.

Quando.

Psalm. 45.
Apud quosEt quate-
nus.
Simil. ele-
gans.Dei semper
meminisse
oportet.Psalm. 133.
Eccl. 52.
Deut. 6. 11.17.
Ne quid
nimis.Eccles. 3.
Per se bona
perdunt a-
liquando
boni gra-
tiam quia
nō tractā-
tur bene.

Psalm. 138.

Dan. 3.

simil.

Mystica my-
sticè & san-
cta sanctè
tractanda.

Ioan. 1.

Acrius
quam par-
sit pro Ver-
bo certan-
tes similes
sunt insa-
nus.Vnde tanta
disputandi
cupiditas.

massæ ac temperaturæ humanæ causam iustè disceptant. Non præsentem hanc vitam, mortis meditationem facimus, non nobilitatis primùm nobis diuinitus indita memores in hoc incumbimus, vt affectibus imperemus. Non iram intumescentem ac sæuientem edomamus, non deicientem superbiam, non mœrorem inconsultum, non stultam voluptatem, non procacem & meretricium risum, nō præcipitem & temerariū aspectū, non aures inexplebiles, non immodicā loquēdi libidinem, non absurdas cogitationes, non denique quicquā eorum, quæ à nobis contra nos peruersus ille hostis accipit, per fenestras (vt scriptura loquitur) hoc est sensoria mortem in animum introducens. Immodè contrariū omnino facimus, atque aliorum affectibus libertatem damus, non secus ac parta victoria reges militibus suis liberius palandi licentiā concedunt: hac duntaxat lege & conditione, vt in nostras partes propendeant, atque aduersus Deum audacius ruant. Ac malum non bonæ rei mercedem ipsis pendimus, nimirum pro impietate peccandi licentiā ipsis perfoluentes. Atqui δ Dialectice & garrule, non nihil te interrogabo: tu verò respōde, vt inquebat ille, qui ad Iob per turbinem ac nubes oracula edebat. Vtrum multæ apud Deum mansiones sunt, quemadmodū scriptura docet, an vna tantūm? Multæ, inquires, non vna. Rectè. Age verò, easne omnes impleri, an quasdam quidem impleri, cæteras autem minimè, vt inanes & frustra paratas? Vtique omnes. Neque enim à Deo quicquam temere atque in cassum factum est. An porro hoc quoque dicere queas, quid tandem sit hæc mansio? Num requies & gloria, quæ beatis in cœlo recondita est, an quid aliud? Nihil aliud, quàm hoc, inquires. Hæc quoniam nobis confessa & constituta sunt, age, illud insuper expendamus: Estne aliquid, quod nobis mansiones has comparet, vt mea est sententia, an omnino nihil? Est sanè, inquis. Quidnam hoc? Hoc nimirū, quod diuersa sint viuēdi genera atque instituta, quodq; pro fidei proportionem alia vita aliò ducat, quas nos vias nominamus. Quid ergo? hisne omnibus incedere necesse est, an quibusdam solūm? Omnibus, siquidem vnus atque idem hoc possit: si minus compluribus, aut certè aliquot. Aut si ne hoc quidem concedatur, satis, vt quidem ipse existimo, præclarum fuerit, vel vnam egregiè assequi. Rectè hoc existimas. Quid igitur cum audis viam vnam esse, eamque perangustam, quid his verbis significari putas? Vnam sanè esse, si virtutem spectes (hæc enim vnica est, licet in multas partes secetur) verūm angustam propter sudores, & quia non à multis teritur, si quidem multitudinem eorum cogites, qui contrario itinere per vitium incedūt. Ita mihi quoque videtur. Quid ergo, vir optime, relictis aliis omnibus itineribus, perinde ac doctrinam nostram paupertatis damnantes, ad vnum hoc iter ferimini omnes, quod per disputationes ac speculationes, vt ipsi putatis, vt autem ego, nugas & præstigijs teritur? Obiurget vos Paulus post gratiarū enumerationem acriter ita exprobrans: Num omnes Apostoli? Num omnes Prophetæ? & quæ sequuntur. Esto autem: sis ipse altus ac sublimis, & sublimibus sublimior, ac nubibus altior, si ita lubet, rerum ab oculis remotarum spectator, & arcanorum auditor, post Heliam in sublime raptus, post Moysen Dei conspectione dignus habitus, post Paulum in cœlum euectus: quid tandem est, quod alios quoque vnus diei momēto sanctos fingis, & Theologos creas, eruditionemque ipsis velut inspiras, & multa eloquentium indoctorum cōciliabula facis? Cur aranearum telis infirmiores illaqueas, ex eoque tibi scitus ac magnus videris? Cur contra fidem crabrones excitas? Cur Dialecticorum agmen nobis ex tempore producis, non aliter ac fabulæ olim gigantes? Cur leuissimos quosque homines & viri nomine indignos, veluti colluuiem quandam in vnum torrentem cogens, ac verborum illecebris magis ac magis effœminans nouam officinam condidisti, astutè interim eorum amentia ad vtilitatem tuam abutens, ex eaque messem faciens? Quòd si his quoque contradicis, nec aliā vitæ studia atque instituta vllò apud te precio sunt, ac linguam omnino imperare oportet, nec parturientem linguam vlla arte retinere potes, multa quoque alia & honorifica argumenta tibi suppetunt,

Que sit nobilitas nobis indita diuinitus.

Hier. 9.

Iniqua conditio.

Iob. 38.

Ioan. 14.

Deus nihil fecit frustra.

Viuendi ratio varia mansionū varietate conciliat.

Matt. 7.

Via ducens ad vitam vnica & angusta dicitur.

I. Cor. 12.

4. Reg. 2.

Exod. 19.

2. Cor. 2.

Vnius dici Theologos creare solēt heretici.

suppetunt, ad quæ morbum istum non sine fruge conuertere queas. Pythagoræ silentium, & fabas illas Orphicas insectare, recentiorēque arrogantiam horum verborum, Ipse dixit. Impete Platonis Ideas, animorumque nostrorum in varia corpora immigrationes & circumitiones, & reminiscencias, ac denique non pulchros amores per corpora pulchra in animum subeuntes. Epicuri impium numinis contemptum exagita, necnon atomos, & philosophia indignam voluptatem. Aristotelis ieiunam & angustam prouidentiam, versutumque item artificium, & mortales de anima sermones, & nimis humana atque abiecta huius viri dogmata confuta. Stoicorum supercilium deice. Cynicorum ingluuiem & scurrilitatē impete. Vacuum illud, nugarum certè plenum, incesse. Denique quæcunque illi de diis, de sacrificiis, de simulachris, de dæmonibus tum beneficis tum maleficis, de vaticinatione, de numinis & animarum euocatione, ac postremò de vi & facultate siderum vanissimè disputant. Quòd si de his rebus, vt paruis ac sæpe confutatis disputationem instituere recusas, atque in tuis versari gestis, in iisque gloriam nominisque celebritatem affectas, & hinc tibi latam viam patere ostendam. De mundo vel mundis philosophare, de materia, de anima, de naturis ratione præditis, tã præstatiōribus quàm inferioribus, de resurrectione, de iudicio, de præmijs ac pœnis, de Christi supplicijs. In his enim argumentis & scopum assequi vtile est, & aberrare minimè periculosum. At verò cum Deo in hac quidē vita parcus, aliquantò post autem fortasse plenius commercium habebimus, in ipso Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Philosophorum sectæ.

De quibus rebus minus periculosè disputatur.

SCHOLIA.

1. Perinde atque in aleæ ludo καὶ ἐπὶ λόγων, fortasse καὶ ἐπὶ λέγων legendum. Alludere enim videtur ad Paulum, qui Ephes. 4. subdolos hereticorum captiones κολέειν vocat. Quam etiam vocem Hieronymum ad argutas & insidiosas Dialecticorum captiones retulisse annotauit Erasmus.
2. Maiore calamitate mitigetur ὡς ἐπὶ τῶν δεινῶν συμφορῶν καὶ ἰσχυρῶν, id est, βαρῶν δεινῶν. Sic enim Iob cap. 16. amicos illos, qui calamitatibus ipsis insultabant, aut certè acerbissimo solatio dolorem exulcerabant, ὡς ἐπὶ κακῶν appellat, i. consolatores malorum.
3. Exploratores) falsis Episcopus καὶ ἀπιστοῦς vocat, quemadmodum Paulus Philip. 3. incircumcisam illā Iudeorum pertinaciam concisionem vocauit.
4. Vt nimia vocis intensio.) In eandem sententiam elegantissimè loquitur Hilarius lib. 10. de Trin. cuius verba, quia memoria valde digna sunt, hic libuit ascribere. Quòd si contuentibus, inquit, solis claritatem virtus intenti luminis obstupescit, vt si quando causam radiantis luminis solertius acies curiosæ contemplationis inquirat, vsque ad emortuum videndi sensum oculorum naturā reuocetur, accidatque nitendo magis videre, ne videas: quid nobis in Dei rebus, & in sole iustitiæ expectandum est? nonne incumbet volentibus superaspere stultitia? Et aliquantò post, Excedit humanam mentem Dei potestas, ad quam si se infirmitas protendat, magis infirma reddetur, dum hoc ipsum quod obtinebat, amittit, potiore ad obtundendam eam rerum cælestium natura, quia omnem eius consuetudinem se peruicaciam ipsi complexu eius maior infirmat. Vt igitur sol ita videndus est, vt possit videri, tantusque excipiendus lumine est, quantus admittitur, ne si plus velinus spectare, minus quoque quam possumus, consequamur: ita & ratio cælestis in tantum intelligenda est, in quantum se permittit intelligi: in tantum expectanda est, in quantum apprehendendam se dedit, ne si contenti indulgentiæ moderatione non sumus, amittamus indulta.
5. Dei generationem & creationem.) Vt Orthodoxi genitum Filium verè dicebant, ita eundem falsò creatum fuisse Ariani contendebant. Ac proinde cum Θεοῦ ἐξ οὐκ οὐρανῶν dicebant: quod nos ad verbum transtulimus, ex non existentibus. Non enim his verbis hoc significabant, eum ex nihilo creatum fuisse, sed principium atque originem habuisse. Vnde ille eorum κωνσταντῖος ἐρατ, ὡς ἔπ' οὐκ ἔστιν, erat quando non erat. Quòd autem mox resolutionis meminit, referendum est ad Marcellum Galatam: de cuius impio dogmate diximus in Scholijs Orat. de Moderat. in disput. seruanda.
6. Cur contra fidem crabrones excitas.) Id est, Cur Ethnicis sua sponte nobis infestis occasionem præbes aduersus fidem nostram insurgendi: quippe qui ex controuersijs disidijsque nostris oppugnandi ac labefactandi Christianismi commodiorem anam accipient.
7. Pythagoræ silentium.) De Pythagoreorum silentio, & τῶ ἀιμῶς ἴφα, vide Scholia in I. Inuect. aduersus Iulianum.
8. Platonis Ideas.) Plato Ideas, hoc est rerum quæ sunt, exemplaria docuit ex dictis Moysi Exod. 25. & 26. vt scribit Iustinus Mart. in Parænesi ad Gentes: Eusebius cap. 11. lib. 11. de Preparat. Euangel. & plerique alij Ecclesiastici scriptores. Has discipulus Aristoteles conuelliere nititur lib. 1. Ethic. & Metaphys. Asserebas

etiam Plato nostrum scire nihil aliud esse quam reminisci: quasi animus noster huiusmodi cognitione atque scientia imbutus esset, antequam in corpus immigraret. Vide Plat. ipsum in Phædone, & Tullium 1. Tusculana. μετανοιατων autem & multiplices animarum circuitus, ut & alia ferè omnia à Pythagora sumpsit. Quod autem sequitur de amoribus, exponemus in 1. Inuect. aduers. Iulianum.

9. Animorumque nostrorum in varia corpora immigrationes. Platonis hoc dogma fuisse testatur Laertius animam de corporibus ad corpora perpetuis vicibus migrare. Ille enim, ut refert Vives in lib. 10. cap. 31. August. de Ciuit. Dei, omnia à Paris volui scribit, & vitas nostras, & tempus quo anima corpore vacat: ita cum conuersio vitæ perfecta est, sequi mortem: cum purgationis animæ, redire eam animam ad nouum corpus, & c. Id autem fieri, confectis cursibus omnium siderum cælorumque, cum ad idem, ex quo discesserant punctum fuerint reuersi, ut idem Vives annotat lib. 12. cap. 13. quem quidem orbem lib. 10. cap. 31. damnat August. eamque opinionem latius confutat lib. 12. cap. 13. & 20. ubi etiam tantam huius dogmatis absurditatem esse ait, ut ne Platonius quidam Porphyrius eos admiserit, siue rei vanitate permotus, siue iam tempora Christiana reueritus: dixitque animam in hoc mundo purgatam, cum ad patrem redierit, nihil tale ultra passuram, id est ad huius vitæ miseras nunquam postea esse redituram. Itaque præclare ex coniuncta vtriusque opinione piuum dogma confici posse ostendit August. lib. vlt. cap. 27. eiusdem libri, nempe ut anima in corpus redeat secundum Platonem, & nunquam ad miseras corruptibilis corporis anima sancta redeat secundum Porphyrium: modò id quod ait cap. seq. ex Varrone assumatur, ut ad idem corpus redeat, in quo antea fuit, & non in aliud atque aliud, ut Plato censuit. Sic enim fore ut tota quæstio de carnis in æternum resurrectione soluat. Illud verò non omittendum, rectius hoc loco sensisse impium alioqui & execrandum Porphyrium quàm Origenem, qui ut est apud eund. August. lib. 21. cap. 17. propter alternantes sine cessatione beatitudines & miseras, & statutis sæculorum interuallis ab istis ad illas, atque ab illis ad istas itus ac reditus interminabiles, meritò ab ecclesia reprobatus est. Hoc porro dogma migrationis animarum in alia atque alia corpora, à Pythagora Plato accepit, qui μεταμύωσις primus induxit. vnde apud Lucianum in vitæ auctione, mercator sic Pythagoram alloquitur. Quid narras? alius sum, & non is qui tecum colloquor? Pythag. Nunc quidem ille es: quondam verò in alio corpore, & sub alio nomine videbaris, & temporis progressu aliud corpus indues.

10. Epicuri impium.) Vide præter ceteros Tullium lib. 1. de Finib.

10. Aristotelis ieiunam.) Existimare videtur Aristotelem Dei providentiam nimium angustis finibus circumscripsisse, quippe qua neget res mortalium administrari. Impium etiam dogma de animarum mortalitate illi impingit. Theodoritus quoque in libris de Curatione Græcarum affect. vtriusque criminis eum insinulat: & in Epitome diuin. dogmat. tomo de Providentia impiè illum de providentia sensisse testatur.

11. Vacuum.) Totam illà de Vacuo quæstionem à multis philosophis ut ab Aristot. lib. 4. de naturali Ascultatione agitatam vanitatis & stultitiæ plenissimam esse ait.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO

secunda de Theologia.

ARGUMENTVM.

Priore huius Orationis parte huc spectat Theologus, ut ostendat neminem esse tanto ingenij acumine, qui quid sit Deus, vel scire vel explicare possit: atque inextricabiles illos labyrinthos commemorat, in quos incidunt, qui in præstantissime illius naturæ cognitionem irrumperere conantur: subrexitque, quæ idololatriæ origo extiterit. Posteriori parte ex mirabili rerum creaturarum descriptione, Dei quidem notitia quadam animos nostros imbui docet, atque in hac vniuersitatis mole procreanda & gubernanda summam eius bonitatem ac providentiam elucere. Ceterum ipsarum quoque rerum conditarum adeò obscuras esse rationes, ut nullius hominis ingenio plenè perfectèque intelligi queant: tantùm abest, ut ad primæ illius naturæ cognitionem peruenire possint.



Quoniam superiore oratione Theologum repurgauimus, commemorauimusque, & qualem eum esse, & apud quos, & quando, & quatenus philosophari oporteat (nam & eum quàm maximè purum esse necesse est, ut luce lucem percipiat: & apud studiosos & diligentes auditores orationem habere, ne alioqui in sterilem terram sermo incidens sterilis quoque ipse sit: & tum demum, cum ab externarum rerum iactatione tranquillum animum habuerimus, ne, quod singultientibus accidere solet, spiritus nobis interrumpatur: ac denique hætenus differendum, quatenus vel ipsi concepimus,

cepimus, vel ab aliis concipimus) quoniam inquam hæc ita se habent, ac ne super spinas seramus, nobis diuina noualia nouauimus, terræque superficiem explanauimus, scriptura videlicet sacra tum ipsi informati, tum alios informates: age iam ad pertractandam Theologiam aggrediamur, Patrem & Filium & Sp. sanctum, de quibus dicere instituiamus, orationis nostræ principio locantes atque obsecrantes, ut & Pater propensa erga nos voluntate sit, & Filius adiutricem manum porrigat, & Spiritus animum nostrum afflatu suo concitet, vel, ut rectius loquar, vno ab vna eademque diuinitate fulgore collustret, coniunctim distincto, ac distinctim coniuncto, id quod valde mirandum est. Mihi porro in montem ascendenti, aut, ut verius dicam, ascendere proponenti, simul ac reformidanti, illud propter spem, hoc propter infirmitatem, ut nubem penetrem, ac cum Deo commercium habeam (Deus enim ita iubet) si quis Aaron est, comitem se ascensus præbeat, atque in propinquo stet, etiam si extra nubem sibi manendum sit, æqui bonique consulens. Si autem Nadab quispiam, aut Abiud, aut ex Seniorum ordine, ascendat ille quidem: ceterum procul consistat, pro puritatis suæ merito ac dignitate. Si verò quispiam è vulgo atque huiusmodi sublimitate ac speculatione indignus, si quidem omnino impurus ac profanus sit, nullo modo accedat, ne ea temeritate periculum sibi accersat: si autem leuiter saltem purgatus, inferiori loco maneat, ac solam vocè & buccinam, hoc est nuda pietatis verba audiat. Montem etiam fumo circumfusum ac coruscantem videat, terrore simul & admiratione afficientem eos, qui ascendere nequeunt. Quod si quis bellua est, immitis ac perniciofa, nec speculationis & Theologiæ vllò modo capax, ne, velut in syluis, versutè ac malitiosè latitet, ut impetu repente facto verbum aliquod vel dogma rapiat, atque obrectationibus & calumniis saluberrimam doctrinam discerpatur: verùm longius adhuc consistat, atque à monte recedat: alioqui lapidibus opprimetur & obteretur, malusque malè perdetur. Lapidibus enim sunt belluinis hominibus veri ac solidi sermones. Siue pardus sit, simul cum variis suis notis ac maculis emoriatur, siue leo sapiens ac rugiens ac quærens, quamnam animarum aut dictionum nostrarum deuoret, siue porcus egregias & illustres veritatis margaritas cõculcans, siue lupus Arabicus & externus aut etiam his, quoad sophismata & captiosas disputationes, acutior, siue vulpes, hoc est versuta quædam anima fidèque dubia prædita, ac pro tēporum varietate alia atque alia, nouamque subinde, ut id rebus suis conducere arbitratur, formam assumens, quam mortua ac putrida corpora nutriunt, aut paruè vineæ, magnis fuga subductis, siue deniq; aliud quoddam crudiorum animal, legisque edicto reiiciendum, atque eiusmodi, ut ob impuritatem eo ali nefas sit. Vult enim orthodoxa doctrina ab his abcedere, atque ita duris & lapideis tabulis inscribi, idque vtrinque, tum ob externam ac perspicuam legis partem, tum ob internam & abstrusam, illam videlicet triuialibus homunculis atque inferiori loco manentibus, hanc paucis sursumque tēdētibus. Verùm quid mihi accidit, amici ac discipuli, atque in veritatis amore riuales: Currebā hoc animo quasi Deum percepturus, sicque in montem ascendi, ac nubem penetraui, à materia nempe rebusque materia constantibus reductus, atque in meipsum, quoad eius fieri poterat, collectus. Ut autem oculos ad intueendum fixi, Dei posteriora agrè vidi, idque petra, hoc est, Verbo nostræ salutis causa incarnato contactus. Atque aliquantum prospiciens non primam illam & incorruptam naturam, sibi que ipsi, id est Trinitati notam, quæque primo velo obtenditur, & à Cherubinis obtegitur, conspiciens sum, verùm postremam atque ad nos pertingentem. Ea autem est, ut quidem ipse cognitione assequor, maiestas illa, vel, ut David appellat, magnificentia, quæ in rebus ab eo creatis productis que & gubernatis elucet. Dei quippe posteriora nihil aliud sunt, quàm ea post eum signa & argumenta, quæ eum nobis indicant, quemadmodum vmbre illæ Solis & imagines, quæ in aquis cernuntur, infirmis oculis Solem repræsentant: quandoquidem eum intentis oculis obtueri non possumus, utpote incomparabili lu-

Matth. 13.
Hier. 4.

Inuocatio
Trinitatis.

Exod. 24.

Allegoria
ascensus
Mosis ac
Seniorum in
montem.

Matth. 21.

Psal. 21.
1. Petri. 5.
Matth. 7.

Per vulpē
quid intel-
legendum.

Exod. 33.

Psal. 8. 28.
67. 95. 144
Dei poste-
riora quid?

cis puritate sensum omnem superantem. Ad hunc itaque modum Theologi minus obibus, quantumvis Moyses fueris, Deusque pharaonis, quantumvis ad tertium usque coelum instar Pauli arreptus fueris, atque arcana verba audieris, quamvis etiam supra illos euectus angelicam quandam aut archangelicam sedem atque ordinem sis consecutus. Nam ipsae etiam caelestes omnes & supercaelestes substantiae, ac sublimiore quam nos natura praeditae, Deoque viciniores ac propinquiores maiori interuallo à Deo ac plena illa & absoluta cognitione distant, quam quo compositam hanc nostram & abiectam atque humi vergentem massam superant. Ergo ad hunc rursus modum ordiamur. Deum intellectu percipere difficile est, eloqui autem impossibile, ut prophatorum Theologorum quidam docuit, meo quidem iudicio non incallide: nempe ut ex eo quod intellectu difficilem affirmat, opinionem hominibus afferat, se eum cognitione percepisse: ex eo autem quod nullis verbis eum explicari posse ait, hoc agat, ne incititia sua prodi ac deprehendi queat. Ego verò ita potius dicendum cenfeo, Dei naturam nullis quidem verbis explicari posse: animo autem atque intellectu comprehendere multo minus posse. Nam quod quis animo & ratione complexus fuerit, id quoque fortasse sermone declarare queat, si non satis dilucide ac perspicue, at saltem obscure, modo auditorem nactus sit non omnino surdum tardique & stupidi ingenij. At rem tantam animo comprehendere omnino impossibile est, non modo ignavis ac languidis deorsumque vergentibus, sed magnis etiam & excelsis viris Deique amore flagrantibus, ac mortalibus peraeque omnibus, quibus ad veri cognitionem caligo haec & carnis crassities tenebras offundit. Atque haud scio, an hoc quoque sublimioribus illis & intelligibilibus naturis negatum sit, quae quia Deo propius iunctae sunt, ac toto illo splendore perfunduntur, collustrare quoque fortasse ipsiusque naturam perspicere queant, si non omnino, plenius tamen quam nos & expressius, atque aliae aliis pro cuiusque ordine, vel vberius, vel parcus. Sed de hac re hic sit finis. Quod autem ad nos attinet, non pax tantummodo Dei exuperat omnem mentem & cognitionem, & quaecunque iis, qui iustitiam coluerint, in diuinis pollicitationibus recondita sunt, quae nec oculis cerni, nec auribus audiri, nec animo cogitari ac perspicere, nisi tenuissimè possunt, ac denique exacta & absoluta rerum creatarum perceptio (nam harum quoque solas umbras abs te teneri tibi persuade, cum Scripturam ad hunc modum loquentem audieris. Videbo caelos opera digitorum tuorum, Lunam & stellas firmamque illam & stabilem rationem, quae ipsis infixae est, perinde scilicet atque in hac vita ea minimè vidēs, sed aliquando perspecturus) non haec inquam solum ingenij nostri captum excedunt: sed multo magis imperceptibilis atque incomprehensibilis est natura illa sublimior, ex qua haec originem traxerunt. Nec verò haec verba ita accipi velim, quasi percipi non posse dicam, quod sit Deus, sed quid & quale sit. Neque enim inanis est praedicatio nostra, nec vana fides nostra, nec id est, quod astruimus (nolo enim candorem nostrum animique ingenuitatem in impietatis & calumniae argumentum rapias, ac nobis ut ignorantiam consentibus arroganter insultes.) Plurimum namque interest, certò tibi persuadeas aliquid esse, an quid tandem illud sit, compertum habeas. Etenim quod Deus sit, ac princeps quaedam causa rerum omnium procreatrix & conseruatricis, tum oculi ipsi tum lex naturalis docet: illi dum rebus in aspectum cadentibus aciem affigunt, easque & egregia stabilitate praeditas esse, & progredi, atque immotè, ut ita dicam, moueri voluque perspicunt: haec autem, dum per res oculis subiectas preclarèque constitutas auctorem earum coniectura quadam colligit, atque assequitur. Quoniam enim modo vniuersa haec rerum moles vel producta vnquam fuisset, vel consisteret, nisi Deus haec omnia in rerum naturam protulisset, atque conseruaret? Quemadmodum enim quispiam citharam pulcherrimè constructam & elaboratam conspiciens eiusque concinnitatem & constitutionem, aut etiam citharæ cantum audiens, nihil aliud quam ipsum citharæ conditorem atque citharæ dum mente reputat, atque

2. Cor. 12.

Dei natura
nec verbis
explicari
nec mente
comprehendi
potest.

Philip 4.

Esa. 74.
1. Cor. 2.

Psal. 8.

1. Cor. 15.

Deum esse
ex oculi et
lex naturae
nos docent.

simil.

atque ad eum cogitatione fertur, etiam si de facie ipsi ignotum: eodem quoque modo nobis is, qui res vniuersas procreauit, easque mouet atque conseruat, sese declarat, etiam si animis nostris ingeniusque comprehendi nequeat. Ac nimis profecto absurdus & praeposterus est, quisquis non huc usque sponte sua progreditur, nec argumentis naturalibus cedit, verum hoc quoque inficiatur Deum esse, quod vel imagine quadam animi concepimus, vel informauimus, vel orationis penicillo vtcunque descripsimus. Quod si quis vnquam cogitatione Deum quoquo modo comprehendit, quo argumento id probabit? Ecquis enim eò sapientiae peruenit? ecquis vnquam tantam gratiam diuinitus consecutus est? ecquis os mentis ita aperuit, Spiritumque traxit, ut Spiritus omnia perferunt atque etiam Dei profunda cognoscētis, ope atque adiumento, Dei naturam comprehenderit, nec iam ulterius progredi necesse habeat, extremum omnium expectandum iam habēs, ad quod omnis excelsorum virorum & vitae functio & cogitatio propere contēdit? Quid enim tandem Deum esse censebis, si logicis argumentis omnino fidem habes? aut quò tandem te subuehet haec disputatio, si accuratius examinetur? Te inquam appello, qui philosophiae ac Theologiae principatum tibi vendicas, atque in immensum gloriaris. Si enim corpus dixeris, quomodo immensus, infinitus, informis, inconstabilis ac denique inuisibilis erit? An haec quoque in corporum numero habenda sunt: o proteruam licentiam! non enim haec corporum natura est. Si autem corpus quidem esse statueris, immensum verò atque infinitum ceteraque huius generis esse negaueris, o crassam vae cordiam! qua enim in re nos Deus antecellit? Quid enim afferri potest, cur colatur atque adoretur, si circumscriptus est? aut quid causae dicemus, quin ex elementis conflatus sit, atque in eadem denuo resoluatur omninoque intereat? Compositio quippe pugnae principium est, pugna autem dissidij, dissidium solutionis & interitus: solutio porro nullo modo in Deum ac primam illam naturam cadit. Quocirca in Deo nullum dissidium est, ne solutio consequatur: nec pugna, ne dissidium oriatur: nec compositio, ne pugna existat. Ac proinde nec corpus est Deus, ne alioqui compositio admittatur. Sic ab extremis ad prima peruecta ratiocinatio conquiescit. Iam verò quomodo illud tueri poterimus, quod ait Scriptura, Deum omnia peruadere atque implere (iuxta illud, Nonne caelum & terram ego impleo, dicit Dominus? Et, Spiritus Domini repleuit orbem terrarum) si mundus circumscribat, Deus autem circumscribatur? aut enim per vacuum vniuersum grassabitur, & res omnes nobis peribunt, ut Deus contumelia afficiatur, nimirum & corpus factus, & iis quae procreauit, carens: aut corpus in corporibus erit (id quod fieri non potest) aut implicabitur, aut opponetur, aut, ut rerum humidarum natura fert, miscebitur, partimque secabit, partim ab altero secabitur: quod ipsis etiam Epicuri atomis absurdus est & anilius: atque ita nobis collabatur, nec corpus habebit, nec solidi quicquam haec disputatio, qua corpus Deo tribuere conamur. Quod si materiae corpus expers esse contenderint, si quidem quintum illud, ut nonnulli existimarunt, & in orbem volubile, sit sanè corpus quoddam quintum & à materia semotum, atque etiam, si ipsis ita collibuerit, incorporeum: ut sunt soluti & effrenati eorum in disputando impetus atque commenta: nihil enim de hac te in praesentia cum illis altercabor. Ceterum qua ratione in earum rerum, quae motu agitantur ac feruntur, numerum ascribetur? ut interim taceam, quam grauis sit contumeliae asserere Creatorem eodem, quo res ab eo creatas, motu incitari, atque eum, cuius vi ac numine res conditae voluuntur (si tamen hoc quoque concedere non grauentur) simul quoque volui ac circumferri? Quæro etiam, quid illud sit, quod ei motum afferat? quid quod vniuerso? quid rursus, quod illud moueat? à quo itè illud moueatur? Eodemque modo in infinitum quaeram. Quis etiā fieri potest, quin in loco omnino sit, si quidem fertur, ac motu incitatur? Iam si aliud quiddam praeter quintum illud corpus Deum esse affirmarint, si quidem angelicum, vnde probabunt Angelos corpore praeditos esse, & quo tandem corpore?

10

20

30

40

50

Psal. 118.
1. Cor. 2.

2. Cor. 10.

Deum non
esse corpusHier. 33.
1. p. 1.

Quantò enim Deum Angelo sublimiorem esse necesse est, qui Angelum administrum habet? Si corpus quoddam his sublimius esse dixerint, rursus corporum examen inconsideratum inducetur, ac nugarum gurges adeo profundus, ut nusquam pes figi possit. Atque hinc constat, Deum corpus non esse. Neque enim adhuc quisquam eorum, qui diuinitus afflati sunt, hoc vel dixit, vel comprobavit, atque ab huiusmodi sermone fides Ecclesiæ abhorret. Reliquum est igitur, ut incorporeum numen existimemus. Verùm utcumque incorporeum dicamus, nondum tamen hoc naturam illius essentiamque complectitur atque declarat, quemadmodum nec ingenitum, nec anarchum, id est, originis expers, nec immutabile, nec incorruptibile, cæteraque omnia, quæ de Deo vel circa Deum prædicantur. Primùm enim, huic quidem certè, qui Dei mentem verè habeat, ac pleniore speculandi facultate præditus sit, cõsiderandũ atque expendendũ occurrit, quid Deus naturã suã & substãtia sit: ac deinde hoc subiiciendum, eam nec originẽ habere, nec à natura sua desciscere, nec sine vlllo circũscribi ac definiri, sed quicquid in rerũ natura est, ambitu suo cõplecti atque cõercere. Ut enim nõ satis est corpus dicere, aut procreatũ esse ad hoc vel illud, cui hæc adiacet, exprimendũ & indicandum, sed id quoque quod ipsis subiectũ est, dicere debemus, si modò volumus id quod mète agitur, plenè atque abudè repræsentare (potest enim vel homo, vel bos, vel equus esse hoc quod corporeũ ac procreatũ & corruptibile esse pronunciamus) ad eundẽ modum qui Dei naturã curiosius inquirendã duxerit, nõ hĩc cõquiescet, ut dicat quid nõ sit Deus, sed hoc quoque ipsi adiiciendum erit, ut quid sit, dicat. Idq; eò magis, quòd minus difficile est vnum quidpiã animo complecti, quàm omnia sigillatim inficiãdo remouere. Ita enim fiet, ut ex eorum, quæ non est, sublacione ac depulsiõne, & ex eius, quod est, positiõne cõprehendatur id quod cogitamus. Qui verò ita quid res aliqua non sit, pronunciat, ut interim quid sit, taceat, non absurdum est ei, qui rogatus, Bis quinque quot sint, respõdeat quidem ea nec duo esse, nec tria, nec quatuor, nec quinque, nec viginti, nec triginta, nec ut breui complectar, vllum ex numeris denario inclusis aut etiam decadis: cæterum quòd decem sint, nõ dicat, nec mète eius, à quo interrogatur, ad id quod quæsitũ est, affigat. Multò enim facilius & compendiosius est ex eo, quod quid sit, dixeris, quidquid non sit, declarare, quàm ex eorum quæ non est, ablacione atque inficiatione, quid sit, demonstrare, quemadmodum cuius perspiciuum esse arbitror. Quoniam igitur Deum corpore vacare apud nos constat, aliquanto vltius in inquirendo progrediamur. Nusquamne ille est, an alicubi? Si enim nusquam, quæret fortasse aliquis ex iis qui inquirendi ac disputandi subtilitate impensius gaudent, quomodo esse quoque possit. Nam si id quod non est, nusquam est: id quoque quod nusquam est, ne est quidem fortasse. Quòd si alicubi esse dixeris, proculdubio, si quidem est, vel in Vniuerso est, vel supra Vniuersum. Si in Vniuerso, vel in quadam eius parte est, vel vbique. Si in quadam parte, ergo à minori circumscribetur. Si vbique, ergo à maiori atque alio multo, hoc est id quod continetur, ab eo quod cõtinet: alioqui Deus Vniuersũ complexu nõ tenebitur, locusq; quispiam erit à circumscriptione liber. In has absurditates incidãt necesse est, qui eum in Vniuerso esse dixerint. Et vbĩnam erat, antequã vniuersa hæc rerum machina extitisset? Nam hoc quoque non leuẽ nodum affert ad huius quæstionis difficultatẽ. Quòd si eum supra Vniuersum esse dixerint, atqui nihil erat, quod eum ab Vniuerso dirimeret. Ac præterea vbĩnam illud est, quod supra Vniuersum est? quòque modo animaduerti atque intelligi potuit, quod sublimius & quod inferius est, cum nullus limes esset, qui hæc secerneret ac discriminareret? Haud dubiè enim medium quoddam esse necesse est, quo finiatur ac terminetur Vniuersum, atque id quod Vniuerso excelsius est. Quid autẽ aliud hoc fuerit, q̃ locus, quẽ fugiebamus? Nondũ enim dico, circumscriptũ omnino numẽ esse, si animo & cogitatione cõprehẽdi potest. Vnũ quippe circũscriptiõnis genus comprehensio

Quæ de Deo vel circa Deũ dicitur, eius essentiam non declarant.

Disputationes de loco in Deo locum non habent.

Vbi Deus ante mundum conditum.

comprehensio quoque ipsa est. Quorsum autem hæc differui, curiosiusque fortasse, quàm vulgi aures ferant, ac pro ea, quæ hac tempestate inualuit, disputandi ratione, quæ simplici atque ingenua rerum diuinarum pertractatione contẽpta ac pro nihilo habita subdolum atque inuolutum dicẽdi genus inuexit? ut nimirũ ex fructibus arbor, hoc est ater ille ac tenebrosus spiritus, huiusmodi dogmatum afflator, ex hac disputationis caligine cognoscatur. Non enim hoc eò à me factũ est, ut ipse quoque noua atq; ab hominum sensibus aliena proferre atque eximia quadam & excellenti sapientia ornatus esse videar, nec tens vincula, rursusq; vincula dissoluens, iuxta magnum illud Danielis miraculum: verũ ut illud ostendã, quod orationis principio dicere instituebam, nimirum Deum extra humani ingenij captum esse, nec totum, quantus est, cogitari atque animo informari posse: idq; non propter inuidiam (longè enim abest à diuina natura inuidiæ affectus, ut pote quæ omni perturbatione vacat, solaque bona est & domina, ac præsertim erga creaturam omnium præstãtissimam ipsiq; charissimam. quid enim apud Verbum charius maiorque in precio, quàm quæ ratione ac dicẽdi facultate donata sunt? quandoquidẽ hoc quoque ipsum, quòd procreata sunt, summæ cuiusdam diuinæ bonitatis argumentum est) nec ut inde ipsius, qui plenus est, honori gloriæq; quicquam accederet, ut videlicet ex eo quòd ad eius cognitionem perceptionemque mortales aspirare nequeunt, maior ad ipsum honor ac veneratio redeat (sophisticum enim planè, atque alienũ est, non dicã à Deo sed etiam ab homine mediocri saltem probitate candorẽque prædito, atque ingenuæ cuiusdam honestatis sibi conscio, prohibendis aliis principatũ sibi cõparare. Verũ aliasne etiam quasdam ob causas, viderint ij, qui Deo propinquiores coniunctioresque sunt, atque inuestigabiliũ ipsius iudiciorum inspectores & contemplatores, si qui tamen sunt ad eam virtutis magnitudinẽ euecti, atque in abyssi vestigijs deambulantes, ut prouerbio dici solet. Quantum tamen nos, qui exiguis modulis res cognitu perspectũque difficiles metimur, cõiectura assequi possumus, tres huius rei causæ afferri queant. Prima, ne ob adipiscendi facilitatẽ facilis quoque rei quæsitæ iactura sit. Fit enim ferè, ut quod non sine labore atque industria partũ est, arctius quoq; teneatur: quod autẽ nullo negotio cõparatum est, citissimè vilescat, atque cõtemnatur, ut pote quod recuperari possit. Atque ita in beneficiũ cedit non obuia illa & exprõpta beneficentia, duntaxat apud prudẽtes homines atque cordatos. Altera, ne idem nobis, quod Lucifero illi prolapsõ accidat: qui toto illo fulgore perfusus aduersus Dominũ omnipotentẽ ceruicem obdurauit, atque obelationem corruit, casu omnium miserrimo & calamitosissimo. Postrema, ut pro industria suæ illustrisq; vitæ præmio vberius aliquid habeãt, qui hic sese à vitiorum labe perpurgarint, ac rẽ adamatã & expetitã patiẽtib; animis expectarint. Idcirco media inter nos ac Deum corporea hæc caligo interiecta est, nõ fecus ac nubes illa olim inter Aegyptios & Hebræos. Ac fortasse per tenebras eas quas posuit latibulũ suũ, nihil aliud significatur, quàm crassities nostra, per quam pauci, iique parũ omnino perspiciunt. Sed hoc philosophetur, quibus curẽ est, altissimèque cõsideratione prouehatur. Nobis vtique, qui terræ vinculis astricci tenemur, ut Hieremię verbis vtar, crassaq; hac carne obtegimur, hoc perspiciũ est, quod quẽadmodum nulla ratione fieri potest, ut quispiã quamlibet gressum vrangeat, vmbra suã prætereat (quantũ enim eam assequeris, tantũ etiã illa semper anteuertit) aut oculus rebus in aspectũ cadentibus citra intermediã lucem & aërem coinungatur, aut natatilia animãtia extra vndas labantur: ita etiã impossibile est iis, qui corporibus inclusi sunt, sine corporearũ ac sensilium rerum adminiculo rebus iis quæ animo ac ratione intelliguntur, omnino coniungi. semper enim obiter sensile aliquid incidit, quãtumuis maximè nostra mēns à rerum aspectabiliũ contagione separata, atque in seipsam collectã, cum rebus cognatis oculorumq; aciẽ fugientibus cõmercium habere conetur. Quodquidẽ ita tibi clarũ ac dilucidũ erit. Nõne Spiritus, & Ignis, & Lux, & Charitas, & Sapiẽtia, & Iustitia

Matth. 7.

Cur Deus nequit intellectu humano comprehendendi.

Rom. 11. Iob. 38.

Esai. 14.

Exod. 13. Psal. 17.

Thren. 3. Simil.

Nomina Dei.

tia, & Mens, & Verbum atque huius modi nominibus diuina natura appellatur? Quid igitur? an spiritum citra motionē & fusionē intelliges, aut ignem extra materiā, ac motum sursum tendētem, propriūq; colorem ac figurā: aut lucem nullo aëre permixtā atque ab eo, à quo veluti procreatur & illustratur, liberā & seiunctā. Iam mentē quam tandem intelliges, nisi eam, quæ alij inest, tecū reputaris, cuiusq; motus cogitationes nostræ sunt, vel quiescētes vel sese proferentes? Quem etiā sermonē, præter eum, qui in nobis trāquillus est, vel diffunditur? (vereor enim dicere soluitur.) Quam porrò sapientiam præter habitum ac sapientiā illā, quæ vel in diuinis vel in humanis speculationibus versatur? Quam porrò iustitiam & charitatem? nōne præclaras & laudabiles affectiones (quarum altera iniustitiæ, altera odio aduersetur) nunc sese intendentes nunc remittentes, nunc accedentes, nunc decedentes, ac certa omnino qualitate nos afficiētes, & immutantes, haud secus ac colores corpora? An nobis faciendum est, vt ab his abscedamus, ac numen ipsum per se, quantum nobis per vires licet, perspiciamus, 7 particularem nimirum speciem quandam ex coniecturis & simulachris colligentes? Quæ ergo erit hæc machina, quæ molitio ex his conflata, nec tamen hæc? aut quo modo id quod vnum est eamque naturam habet, vt nec compositum sit, nec vllis rerum simulachris adumbrari queat, hæc omnia atque horum vnumquodque perfectè fuerit? Ita mens nostra in hoc languet atque fathiscit, vt è corporeis & sensilibus rebus excedat, atque incorporeis nullius rei interuentu iungatur: quandiu cum sua infirmitate ea quæ vires ipsius excedunt, speculatur. Etenim Deum quidem ac primariam illam causam natura quidem omnis rationis particeps appetit. Cæterum ob eas, quas dixi, causas viribus deficitur. Languens autem desiderio, malèque omnino affecta ægerrimèque hoc damnum ferens, 8 secundam, vt dici solet, nauigationem inuit, vt scilicet vel ad res eas, quæ sub aspectum cadunt, oculos flectat, ac quampiam earum pro numine colat, pernicioso vtique errore labens (quid enim in omnibus rebus quæ oculis cernuntur, excellentius & diuinius est eo, à quo cernuntur, vt illud adoretur, hoc adoret?) vel per aspectabilium rerum pulchritudinem ordinemque, Dei cognitionem assequatur, atque ad ea percipienda, quæ oculorum obtutum fugiunt, ducibus oculis vtatur, non autem 9 per earum rerum, quæ oculis subiectæ sunt, magnificentiam, Dei iacturam faciat. 10 Hinc alij Solem, alij Lunam, alij siderum multitudinem, alij cælum quoque ipsum vnà cum illis (quibus pro motus qualitate vel quantitate mundi gubernationem administrationemque tribuerunt) alij rursus propter necessarium vsum terram aquam aërem ignem, quòd his sublatis humanæ vitæ salus incolumitasque constare non possit, alij denique quicquid temere ex rebus aspectabilibus ipsis occurrit, coluerunt, pulcherrima quæque eorum, quæ oculis obuersabantur, Deos sibi proponentes. Nec defuerunt, qui imagines atque figmenta diuinis honoribus affecerint, primùm quidem propinquorum ac necessariorum, ij videlicet, qui vehementiori luctu afflicti erant, corporique addictiores, ac proinde homines vita perfunctos monumentorum honore prosequerantur: postea autem alienorum quoque, nempe ij qui multis post eos sæculis extiterunt, ignoratione videlicet primæ naturæ ac serie per manus ipsis à maioribus traditi honoris quasi iusti & necessarij. Consuetudo enim temporis longinquitate confirmata pro lege habita est. Nonnulli etiam principatum atque imperium colentes, & corporis robur laudibus efferentes, ac formæ venustatem admirantes, eum qui ab his rebus ornabatur, temporis progressu in deorum numerum ascripserunt, ad huiusmodi imposturæ subsidium & patrocinium fabulas quasdam assumentes. Iam vitiosissimi quique vitia ipsa fœdōsque affectus deos esse censuerunt, aut certè sub deorum nomine coluerunt, iram nimirum, cædem, libidinem, temulentiam, reliquaque eius generis, nō æquā nec honestā hanc scelerum suorum excusationem naçti. Atq; eos partim 11 humi reliquerunt, partim sub terram abdiderunt (hoc vnum satis consultè) partim in cælum

Vnde Idolatriæ.

Consuetudo habita pro lege.

Dij veteris terrestres, aut subterranei, aut cælestes.

cælum euexerunt: ò ridiculam hæreditatis partitionem! Ac deinde figmēto cuique nomen aliquod vel deorum vel dæmonum tribuerunt, pro erroris nimirum licentia solutæque libertate: statuāsque insuper erexerunt, easq; adèd magnificas & excellentes, vt precio ipso vulgi animos inescarent. Ad hæc victimarum cruore ac sacrificiorū nidoribus, quidā etiam obscœnis flagitiis, hoc est furore ac cædibus huiusmodi numina 12 honorari existimarūt. Tales quippe honores diis talibus haberi conueniebat. Eo etiam amentia quidā proruperūt, vt bestiis & quadrupedibus & reptilibus atque horū turpissimis quibusq; maximeq; ridiculis se ipsos dedecorarent, iisq; Dei gloriā assignarent: vt non sit facile cōstituere, vtri magis contemnēdi sint, iine qui adorabāt, an qui adorabātur. Quamquā fortasse multò maiore cōtemptu atque ignominia digni erant, qui res huiusmodi adorabant: quoniam cū ratione præditi essent, Deique gratiam accepissent, deterius meliori prætulerūt. Atque hæc fuit impuri illius hostis impostura, rei honeste specie ad malum abutentis, qualia sunt pleraque illius facinora. Nam cū eorū cupiditatem ad Dei conquisitionem oberrantem accepisset: vt principatum ad se transferret, ac desiderium eorum eluderet, quasi cæcos viæ cuiusdam cupiditate flagrantem manuducens, alios aliò præcipites egit, atque in vnum quoddam mortis exitiūque barathrum disperfit. Atque hæc quidem illi. Nos autē ratio accipiēs Dei desiderio æstuantem, permolestèque ferentes nullū ducem gubernatoremq; nobis existere, ac deinde in sensilia oculisq; subiecta intuens, resque antiquissimas secum voluēs ne hīc quidē gradum fixit. Neque enim rationis erat sensibus, hoc est nihilo præstantioribus principatum dare. Quin potius eorum ope atque adiumento nos ad id, quod his superius est, cuiusque beneficio hæc sunt, ducit. Quid enim tandem illud est, quod cælestia ac terrestria, quæq; vel per aërem vel per aquam feruntur, vel potius ea, quæ his priora sunt, cælum terram aërem ac naturæ aquam procreauit? Quis hæc miscuit atque diuisit? Quæ mutua horum societas naturæq; concordia & conspiratio? hoc enim vocabulum, licet hominis profani, mihi magnopere probatur. Quis motum his attulit, ac perpetuo minimeque impedito cursu hæc moderatur? An non eorū artifex, & qui rebus omnibus rationem eam inseruit, qua Vniuersum fertur & gubernatur? Quis porro horum artifex? An non is, qui hæc procreauit, atque in rerum naturam produxit? Neque enim procul dubio casui fortunæq; hæc vis & facultas ascribenda est. Atque vt hoc demus casu omnia extitisse, ad quem tandem eorū constitutionem descriptionemque referēdum? Verū hoc ipsum sanè fortunæ quoque, si liber, tribuamus, cuius quæso fuerit hæc iuxta eas rationes, quibus primūm creata sunt, tueri atque conseruare? alteriusne cuiuspiam, an fortunæ? alterius profectò, non fortunæ. Hoc autem quid tandem aliud esse queat, quàm Deus? Ad hunc modum ratio illa diuinitus omnibus insita, ac prima in pectoribus nostris condita lex, cunctisque mortalibus innexa nos ab iis rebus, quæ oculis cernuntur, ad Deum subuexit. Ergo superiorem telam veluti retexentes ita rursus dicamus. Quid tandem Deus naturā sua atque essentia sit, nec mortalis quisquam vnquam inuenit, nec inuenire in hac vita queat. An verò aliquando sit inuenturus, quærat hoc qui volet, ac philosophetur. Mea quidem sententia tum demum hoc inueniet, cū deiforme hoc atque diuinum, hoc est mentem nostram & rationem Deus rei cognatæ & familiari adiunxerit, atque imago nostra ad exemplar illud suum, cuius nunc desiderio flagrat, ascenderit. Atque hoc mihi esse videtur, quod Paulus egregiè ait, fore vt aliquando tantum cognoscamus, quantum cogniti sumus. At in hac mortali vita quicquid ad nos pertingit, aliud nihil est, quàm perexiguum quoddam profluuium, ac velut paruus magnæ lucis radius. Quamobrem si quis Deum cognouit, aut Scripturæ testimonio cognouisse dicitur, hætenus cognouit, vt alio non perinde collustrato clarior splendidiorque visus sit. Ita exuperantia illa & præcellentia, plena ac numeris omnibus absoluta cognitio existimata est, non ad rei ipsius

Rom. I.

Dæmonis calliditas in homine decipiēdo.

Deum cognoscere possumus per ea que facta sunt.

Fortuna.

Ratio communis lex omnium.

Quid Deus sit nemo vnquam sciuit.

I. Cor. 13.

Deus quomodo visus.

Gen. 4. veritatem, sed ad aliorum modulum facultatēque perpenſa. Quocirca Enos quidem ſpe adductus eſt, vt Dominum inuocaret: vbi vides ſpem duntaxat in eo
 Gen. 5. laudari, eamque non cognoscendi, ſed inuocandi Domini. Enoch autem tametſi
 Gen. 6. translatus fuerit, nondum tamen conſtat, an Dei naturam comprehenderit, aut
 Gen. 15. comprehenſurus ſit. Iam Noë, cui orbis vniuerſi ab aquarum periculo conſeruā-
 Rom. 4. di cura credita eſt, vel potius orbis ſemina commiſſa, exiguo ligno illuuiem fu-
 Gen. 28. gientia, ab hac ſolū virtute laudem conſecutus eſt, quōd Deo vitæ ſuæ ratio-
 Gen. 32. nes approbaſſet. Abraham porrō magnus ille Patriarcha ex fide quidem iuſtifi-
 Rom. 4. catus eſt, ac nouam & inauditam victimam magnæque illius præſignatricem ob-
 10 datus eſt, quōd quantum percepit, tantū quoque veneratus eſt. Nam quid de
 Gen. 28. Iacob dicam, qui tametſi ſcalam quandam ſublimem, aſcendentēſque Angelos
 Gen. 32. per imaginem conſpicatus ſit, columnamque non ſine myſterio quodam vnxit
 (fortaſſe vt lapidem ſalutis noſtræ cauſa vnctum ſignificaret) atque in eius quem
 conſpexerat honorem, loco cuidam¹³ faciei Dei cognomentum impoſuerit, ac
 cum Deo quaſi cum homine certamen inierit (quodcunq; tandem certamen
 illud eſſe queat Dei cum homine: his enim verbis fortaſſe nihil aliud indicatur,
 quā humanæ virtutis cum diuina comparatio) certaminis que ſigna, procreatæ
 vtique naturæ cladem deſignātia, in corpore tulerit, ac denique pro pietatis præ-
 20 mio nominis commutationem acceperit, pro Iacob nimirum magno illo & ex-
 cellenti Iſraëlis nomine nuncupatus: hoc tamen nec ipſe nec quiſquam eo ſubli-
 mior ad hunc vſque diem in omnibus duodecim tribubus, quarum pater extitit,
 4. Reg. 2. gloriari magnificēque prædicare potuit, ſe totam Dei naturam oculis perce-
 piſſe. Nec verō Heliz vel ſpiritus vehemens, vel ignis, vel concuſſio, vt huius
 Ind. 13. ſacræ monumentis proditum eſt, ſed aura quædam tenuis Dei præſentiam ac nō
 naturam ipſam adumbravit. Quem autem virum dico? quē igneus quoque cur-
 rus in cælum euexit, ſignificans, vt opinor, ſingularem quandam hominis virtutē
 humanūque faſtigium excedentem. Quin porrō Manue Iudicē ac poſtea Pe-
 30 trum Apoſtolum admiraris, quorum alter ne conſpectum quidem Dei per ima-
 ginem ipſi obuertantis ferre poterat, ac proinde dicebat, Periiimus vxor, Deum
 vidimus, tanquam videlicet homines ne diuini quidem conſpectus, nedum natu-
 1. Luc. 5. ræ ipſius capaces ſint: alter cōſpicuum quoque Chriſtum in nauiculam admitte-
 re recuſabat, eamque ob cauſam ablegabat. Quod eō quoque mirabilius videri
 Matth. 16. debet, quōd idem ad Chriſti agnitionem animi ardore alios anteibat, eōque no-
 mi- ne beatus prædicatus eſt, reſque maximas in fidem accepit. Quid Eſaiam, &
 Eſa. 6. Ezechielem rerum maximarum ſpectatorem, reliquōſque Prophetas cōmemo-
 rē, quorum alter Dominum Sabaoth in gloriæ throno ſedentē vidit, eūmq; à Se-
 raphinis ſex alas habentibus in orbē cinctum ac celebratum & occultatum, ſeq;
 Ezech. 1. ipſum carbone perpurgatū, atque ad obeundum prophetiæ munus adornatum:
 40 alter vehiculū quoq; Dei, hoc eſt Cherubinos deſcribit, thronūmq; ipſis excel-
 ſiorē, eōque ſublimius firmamentum, atque inſuper eum qui in firmamento ſeſe
 vtcunq; cōſpicandum præbebat, vocēſque etiā quaſdā & impetus atque actio-
 nes, ſiue diurnum quoddā eſſet hoc ſpectrū ſolis optimis & ſanctiſſimis viris cō-
 ſpicabile, ſiue minimē fallax noctis viſio, ſiue mentis impreſſio quædam & infor-
 matio cum rebus futuris quaſi cum præſentibus commercium habens, ſiue arca-
 num quoddam aliud prophetiæ genus, dicere nequeo, nouit hoc Prophetarum
 Deus, & qui huiusmodi afflatibus agitantur. Cæterum neq; hi, de quibus loquor,
 neque quiſquam alius eiufdem ordinis in ſubſtantia atque eſſentia Domini, vt
 1. Ioan. 4. Scriptura loquitur, ſtetit, nec Dei naturam aut vidit, aut aliis prodidit ac pa-
 2. Cor. 12. teſecit. Quōd ſi Paulo ea, quæ tertium cælum atque ad illud vſque progres-
 ſio vel aſcenſio vel receptio continet, mortalibus euulgare licuiſſet, vberius
 quiddam fortaſſe de Deo cognouiſſemus, ſi modō arcana hæc cauſa erat, cur
 in cælum raperetur. Quoniam autem hæc ei in vulgus efferre nefas erat, fa-
 ciamus

ciamus nos quoque, vt ea ſilentio commendemus. Atque hoc duntaxat Pau-
 lum dicentem audiamus, nimirum nos ex parte cognoscere, & ex parte pro-
 1. Cor. 13. phetare. Hæc atque eiufmodi fateri non dubitat ille ſcientia nequaquam vul-
 2. Cor. 11. gari præditus, ille experimentum ſe daturum minitans loquentis in ſe Chriſti,
 2. Cor. 13. magnus, inquam, ille veritatis propugnator & doctor. Eōque nomine omnem
 quoque humanam terrenamque ſcientiam nihil ſupra ſpecula & ænigmata eſſe
 1. Cor. 13. ſtatuit, vt pote vltra exigua veritatis ſimulachra minimē ſeſe porrigentem. Quōd
 niſi me quiſpiam in huius generis rebus exquirendis nimis curioſe & ſuperuaca-
 neè verſari exiſtimet, dicere quoque non verear, ne alia quidem hæc, fortaſſe ea
 10 eſſe, quæ Chriſtus ipſe portari in hac vita poſſe negauit, velut aliquando portan-
 da, & declaranda, & quæ ille¹⁴ Verbi Præcurſor Ioannes, & magna Veritatis
 Ioan. 16. Vox, ne à mundo quidem capi poſſe pronunciauit. Sed cum veritas omnis & di-
 Ioan. 21. ſputatio plurimū difficultatis atque obſcuritatis habeat, ac nos velut paruo quo-
 dam instrumento res magnas efficere moliamur, humanæ videlicet ſapientiæ
 adiumento rerum cognitionem aucupantes, ac rebus intellecſtibus animum v-
 nā cum ſenſibus admouentes, aut certē non ſine ſenſibus, quibus vndique iacta-
 mur atque in errorem pertrahimur, nec nuda mente cum nudis rebus verſari, at-
 que inde ad veritatem propius accedere, rebūſque perceptis ac comprehenſis
 20 mētem informare poſſumus: tum verō diſputatio ea quæ de Deo ſuſcipitur, quō
 perfectior, eō quoque difficilior plurimūſq; obiectionibus patet, in iſſque diluen-
 dis ac diſſoluendis negocij multō magis faceſſit. Nihil enim tam leuis exigūque
 ponderis diſputati poſſe aduerſari, quod non diſputationis curſum reprimat at-
 que inhibeat, orationiſq; vltius tendentis impetum interrumpat: quemadmo-
 dum qui equos ad curſum incitatos repētē freno retrahunt, atque inopinata ex-
 cuſſione retrorſum agunt. Sic nimirū Solomon, qui omnibus cum ſuæ tum ſupe-
 3. Reg. 3. rioris memoriæ hominibus ſapientiæ laude præſtitit, quiq; & cordis latitudinem
 Dei beneficio accepit, tantamque ſpeculationis copiam & vbertatem, vt arenæ
 numerū excederet, quō alius in has profunditates irrupit, hoc magis eſtuat, ac
 finem quandam ſapientiæ conſtituit, tātundem inuenire, quantum ipſius animum
 30 effugerat. Cōſimili quoque modo Paulus cognitione quidē aſſequi conatur, nō
 dicā Dei naturā (hoc enim penitus ſupra humanas vires eſſe perceptū habebat)
 ſed Dei ſolū iudicia. Quoniam autem nec exitum vllum, nec quō aſcenſum fi-
 gere ac ſtabilire poſſet, reperiebat, nec perſpicuo vllō fine curioſa ipſius animi
 perſcrutatio clauderetur, quōd videlicet ſubinde ſemper aliquid reliqui eſſe
 perſpiceret, O rem miram ac ſtupendam (vt ipſe quoque eodem affectu commo-
 uear) orationem admiratione circunſcribit, idque Dei opes ac profundum appel-
 40 lat, ac Dei iudicia nullius ingenio percipi comprehendique poſſe ingenuè fate-
 tur, iſſdem propemodū verbis cum Dauide vtens, qui nunc iudicia Dei abyſſum
 Rom. 11. multam vocat, cuius ſtabilis ſedes nec menſurā nec ſenſu capi queat: nunc mira-
 1. ſal. 33. bilem factam eſſe ſcientiam ex ſeipſo ſuique ipſius creatione pronunciat, magiſ-
 1. ſal. 35. que corroboratam, quā pro virium ſuarū modulo & comprehenſione. vt enim
 miſſa alia faciens, inquit, me ipſum omnemque humanam naturam & coagmen-
 tationem intuear, quæ hæc mixtio noſtra eſt? quis motus? quo modo id quod im-
 mortale eſt, cum re mortali copulatum eſt? qui fit, vt anima circunferatur, & vi-
 tam impertiat, & affectuum ſit particeps? qui fit, vt mens & circūſcripta ſit & in-
 terminata, in nobis maneat, & motus fluxionis que celeritate omnia perlufret?
 qui fit, vt ſermonis opera percipiatur viciffim ac communicetur, ac per aërem
 graſſetur, & cum rebus ipſis ingrediatur? qui fit, vt cum ſenſibus conſuetudinem
 habeat, ac rurſus à ſenſibus in ſeipſam colligatur? Atque vt, quæ priora ſunt dicā,
 50 quæ prima noſtri effictio & coagmentatio in naturæ officina? quæ etiam poſtre-
 ma formatio ac perfectio? quæ cibi appetitio ac diſtributio? quis nos ſponte ad
 primos illos fontes ac vitæ facultates duxit? Quo modo cibus corpus, animus cō-
 trā ſermonē ac doctrinā nutritur? quis naturæ tractus, mutuāque affectio paren-

tibus & liberis, ut amore contineatur & conseruetur? Qui fit, ut & statæ sint facies, & lineamentis ita distinctæ, ut cum earum propè infinitus sit numerus, propria tamen cuiusque figura, nulla modis omnibus absoluta similitudine repræsentari queat? Qui fit, ut idè animal mortale & immortale sit, illud interitu, hoc procreatione? Ut enim aliud morte subducitur, ita rursus ipsi aliud subrogatur, non secus atque in fluminis tractu nequaquam fixi stabilisque. Multa de hominis membris & partibus adhuc commemorare possem, deq; mutua earum concinnitate: quippe quæ naturæ & rationis lege non minus ad elegantiam quàm ad utilitatem coniungantur simul ac distinguantur, præcellant ac dignitate inferiores sint, uniantur ac distrahantur, contineant ac contineantur. Multa etiam de vocibus & auribus: qui nimirum fit, ut illæ per vocalia instrumenta ferantur, hæ verò eas excipiant, ac per intermedij aëris percussione atque impressionem inter se iungantur. Multa item de oculis ineffabili modo cum sensilibus rebus consortium habentibus, ac sola voluntate & simul cum voluntate sese mouentibus, eodemque modo cum mète affectis. Pari enim celeritate & illa intellectibus iungitur, & illi rebus iis, quæ sub cernendi sensum cadunt. Multa præterea de reliquis sensibus, qui velut admittendis externis rebus destinati sunt, nec ratione percipiuntur. Multa denique de ea, qua in somnis fruimur, quiete, atque insomniorum figmentis, de memoria & reminiscencia, de ratione & ira & cupiditate reliquisque, ut vno verbo complectar, quibus paruus hic mundus, id est, homo gubernatur. Vt sine aliorum quoq; animantium discrimina, quibus tū à nobis tum inter se differunt, naturas etiã & generationes & educationes & regiones & mores, ac velut in Repub. vitæ functiones enumerem? Qui fit igitur, ut alia societate delectentur, alia foliuga sint? alia herbis, alia carnibus nutriantur? alia iracunda sint, alia mansueta? alia cum hominibus versari atque ali soleant, alia indomita & libera sint? alia ad rationem & disciplinam propius accedant, alia à ratione ac disciplina prorsus auersa sint? alia pluribus sensibus, alia paucioribus prædita sint? alia torpida, alia incedendi facultate, alia etiã summa pernecitate donata sint? alia magnitudine & pulchritudine aut alterutro horum excellât, alia autem perexigua sint aut deformissima, aut etiam utroque vitio laborent? alia strenua sint, alia imbecilla? alia iniuriam propulserint, alia suspecta & insidiosa sint, alia incauta? alia industriæ rei que familiaris administrandæ laude floreat, alia prorsus inertia sint & improvida. Quòdque prius dicendum erat, qui fit, ut alia humi serpent, alia corpore recto sint? alia certa sede acquiescant, alia in utroque elemento degant? alia elegantiae studiosa sint, alia ab omni ornatu abhorreant? alia coniugata sint, alia à coniugij vinculis libera? alia pudica, alia libidinosæ? alia fœcunda, alia parum fœcunda? alia diuturnæ vitæ, alia breuis? Concidat atque obruatur oratio necesse est, si sigillatim omnia persequi tentet. Age, mihi piscium quoque naturam considera per æquas labentium, ac per humidam naturam, ut ita dicam, volantium, ac proprium quidem aërem trahentium, in nostro autem periclitantium, quem admodum nos quoque in aquis solemus, mores etiam eorum & affectus & coitus & generationes, & magnitudines, & pulchritudines, certas item mansiones & oberrationes, conuentus ac secessiones & proprietates terrestribus animantibus pene consimiles, nonnullorum etiam consortia & contrarias tam in formis quam in nominibus proprietates. Adhæc greges auium tecum reputa, quàmque varia & multiplici figura sint variisque coloribus: qui fiat, ut alia muta sint, alia canora, quæque horum suauissimi cantus sit ratio, & à quo hanc facultatem acceperint. Quis lyram cicadis in pectore dedit? & cantus illos atque garritus, quos cum meridiano Solis æstu ad Musicam incitantur, in arborum ramis fundunt, ac nemora cantu implent, viatorumque garritu suo prosequuntur? Quis cætum cygno contexit, cum pennis in auram expassis modulatum sibilum edit? Mitto enim illas vi expressas voces, & quicquid artes aduersus veritatem ingeniosè comminiscuntur. Quid causæ est, cur arrogas ille & Medicus pauo elegantiam gloriamque

Homo,
paruus
mundus.

Cicada.

Cygnus.

Pauo.

que adè affectet, ut quoties aliquem propius accedentem viderit, aut etiam fœminis, ut aunt, sese ostentare voluerit (nec enim pulchritudinis suæ ignarus est) protinus elata ceruice pennisque in orbem concinnatis, atque oculis illis aureo quodam gemmantique fulgore in aceruum contractis, corporis sui elegantiam amans suis cum fastuoso incessu velut in theatro spectandam proponat? Ac scriptura quidem sacra mulierum in contexendis telis solertiam his verbis admiratur: Quis dedit mulieribus texturæ sapientiam, rerumque variegandarum scientiam? Est enim hoc ratione præditi eximiamque sapientia instructi, atque ad cœlestia vsque grassantis. Tu verò mihi naturalem quoque animantium rationis expertum solertiam suspice, rationesque declara. Quo modo volucres in petris & arboribus ac tectis non minus elegantes quàm tutos & alendis pullis accommodatos nidos elaborant? Vnde apibus & araneis tantus laboris atque industriæ amor, ut & illæ fauos construant, ac sexangularum fistularum sibi que ex aduerso respondentium adiumento contineant, utque ipsis firmitatem comparent, per intermedium septum angulares rectis alternatim innectant, idque in tam caliginosis aluearibus obscurisque figmentis: & hæ rursus per vsque adè tenuia & subtilia stamina multipliciter intensa sinuosas telas contexant (& quidè ex tam exiguis principiis, ut vix vlla oculorum acie possint perspici) easque simul & pro domicilio habeant, & pro imbecilliorum animalium venatione, ad famem depellendam? Quis Euclides hoc artificium imitando expresserit, de¹⁵ lineis pertractans nusquam extantibus, atque in demonstrationibus anxio labore defudans? Quis Palamedes? (qui etiam instruendi exercitus artem, motusque adè & figuras nullis aliis præceptoribus vsus¹⁶ quàm gruibus didicisse fertur, cum videlicet eas ordine ac multiplici volatus genere moueri perspexisset.) quinam Phidias & Zeuxides ac Polygnoti, Parrhasij etiam & Aglaophotes, qui incredibili quadam elegantium formarum pingendarum sculpendarumque peritia claruerunt.¹⁷ Quis Gnosius Dædali chorus (concinnam illam Nympham intelligo) ad omnem artis elegantium confectus & expolitus? Quis Cretensis labyrinthus difficiles exitus & anfractus habens, identidemque in sese artis imposturis incurrens? Taceo formicarum penuria eorumque custodes, alimentique aggestionem temporis curriculo respondentem, cæteraque quæ & de earum viis ac ducibus, & eo ordine quem in suscipiendis laboribus seruant, historiarum monumentis consignata sunt. Quòd si horum omnium rationes assequeris, prudentiamque, qua gubernantur, cognitam perceptamque habes, confer iam animum ad varia stirpium genera, artificiumque etiam illud expède, quod foliis ipsis inest, simulque & maximam oculis voluptatem & fructibus utilitatem affert. Considera, quæso, & fructuum varietatem & vberimam copiam, ac præsertim eorum quæ ad vitam degendam maximè necessaria sunt, summam pulchritudinem. Considera etiam stirpium & succorum & florum atque odorum non modò suauissimorum, verùm etiam ad corporis sanitatem accommodatissimorum vires ac facultates, colorum etiam gratias & qualitates, atque insuper gemmarum eximia precia & splendor. quandoquidem omnia tam quæ ad necessarios vitæ vsus quàm quæ ad delicias spectant, velut in communi conuiuio natura proposuit: ut si nihil aliud, ex ipsis saltem beneficiis tibi Deus innotescat, tæque penuria ea, qua laboras, prudentiorem efficiat. Hinc mihi facito, ut terræ communis omnium parentis latitudinem longitudinemque percurras, & maris sinus, tum mutuo nexu, tum etiam cum terra velut vinculis quibusdam constrictos, & nemorum pulchritudines, & fluuios & fontes vberes ac perennes, non modò gelidarum ac potabilium aquarum ac super terram fluentium, sed earum etiam quæ sub terra fluentes ac specus quosdam faucibusque subeuntes, ac deinde vehemèti flatus impetu extrusæ ac re-percussæ, postea conflictus huiusce oppositionisque violentia inflammata, quæ qua fors tulerit, paulatim erumpunt, hincque calidorum balneorum vsu nobis plerisque terræ locis, simulque cum contraria facultate, suppeditant, gratuitam,

Apes.

Euclides.

Palamedes.

Grues.

Formicæ.

Fructus.

Terra cœ-
munis om-
nium pa-
rens.

inquam, hanc medicinam naturęque sponte promanantem. Dic age, quo modo, & unde hæc (quæ magna hæc artisque experta textura?) non minus commendabilia ob habitudinem eam, qua se inuicem respiciunt, quàm si per se quodque consideretur. *Quis* fiat, ut terra firma & inflexa stet, à quo vehatur, cuius adminiculo fulciatur, quidque rursus fulturam illam sustineat. neque enim quicquam rationi quo nitatur, occurrit, si diuinam voluntatem exceperis. *Quis* fiat, ut illa partim in montium vertices assurgens, partim in campos subsidens, idque variè & multipliciter, ac denique paulatim alternando commutata tum ad hominum vsus vberior affluentiorque sit, tum varietate ipsa iucundior? *Quis* fiat, ut partim in domicilia diuisa sit, partim inculta atque inhabitabilis relinquatur, quancunque mirum excelsissimi quique mōtes abscondunt, atque alia ad alium quendam orbis finem dissecta porrectaque diuini opificij magnificentiam luculentissimo argumento declarat? Iam verò mare si non magnitudine sua mirabile mihi occurreret, lenitatem utique & placiditatem admirarer, quòque pacto fiat, ut quamuis fufum ac solutum, finibus tamen suis consistat: quòd si non lenitatem, magnitudinem certè suspicerem. Quoniam autem vtraque laude excellit, vtramque vim & facultatem prædicabo. *Quis* tantam aquarum molem coniunxit? quis quasi vinculis copulauit? *Quis* fit, ut intumescat, & tamen loco suo se contineat, perinde ac vicinam terram reuerita? *Quis* fit, ut cum fluuios omnes excipiat, ob exuberantes tamen opes suas & copias, aut quo verbo id appellandū sit, nescio, nullam amplitudinis accessionem faciat, sed eadem semper sui que similis maneat? *Quis* fit, ut tantum elementum arenam pro termino habeat? Possuntne hoc expedire Physici, atque inanis eruditionis laude celebres, ac verè cyatho mare, hoc est, res tantas ingenio suo metientes? An faciam ipse, ut paucissimis verbis hoc ex Scriptura sacra explicem, idque probabilius ac verius, quàm ipsi cum prolixis ac verbosis suis disputationibus? Præceptum circundedit super faciem aquæ. Hoc humidæ naturæ vinculum est. Iam quo modo¹⁸ terrestrem nauitilū exiguo ligno ac vento ducit (hoc tū cum cernis, non admiratione defigeris: non mēs extra se rapitur) ut mare ac terra mortalium commoditatibus & commerciis inter se vinciantur, atque ad hominis vsū coniungantur, quæ naturā adeò inter se distincta sunt? Quæ porrò fontium primæ scaturigines quære homo, si quid horum peruestigare aut inuenire potes: tum quis amnes & campos & montes sciderit, cursūque liberum concesserit. quo etiam pacto ex contrariis rebus miraculū existat, dum nec pelagus vnquam extra fines terminosque suos egreditur, nec fluuij in mare illabi desinunt, cursūque intermittūt. Ad hæc quæ aquarum alimonia, quòdque huius discrimen, ut aliæ cœlitus irrigentur, aliis à radicibus suis potus suppeditetur (Date enim hoc mihi quoque, ut delicioso dicēdi genere utar, dum Dei delicias oratione complector. Sed iam missa facta terra rebusque terrenis, in aërem animi pennis instructus peruola, ut recto ordine progrediatur oratio: illincque te ad cœlestia cœlūmq; adeò ipsum & quæ cœlo superiora sunt, eueham. *Quis* quamquam ad ea quæ deinceps sequuntur, accedere refugit quidem ac reformidat oratio: sed tamen quātūm licebit, accedet. *Quis* aërem fudit, has, inquam, vberes & copiosas opes, non pro cuiusque dignitate atque fortunis variè dimensas, non finibus coërcitas ac detētas, non pro ætatibus erogatas, sed quemadmodum olim Manna, ad sufficientem cuiusque vsū distributas æquabilitatisque honore decoratas? *Quis*, inquam, hoc volatilis naturæ vehiculum, hanc vëtorum sedem, hoc, inquam, elemētum, quo & anni partes tempestiua vicissitudine temperantur, & animantur animantia, vel anima potius cum corpore conseruatur: in quo corpora, & cuius ope atque adiumento fermocinamur: in quo lumen, & quod lumine perfunditur, ac denique ipse cernendi sensus per illud fluens. *Volue* iam animo ea quæ sequuntur. Nec enim mihi fas est aëri vniuersum imperium dare earum rerum, quæ aëris esse censentur. *Quæ* ventorum promptuaria? qui niuis thesauri? *Quis* roris glebas, ut cum Scriptura loquar, peperit? ex cuius

ventre glacies egressa est? *Quis* aquam in nubibus vinxit, eamque partim in nubibus fixit (ò facinus admirandum!) verbo retentam, tametsi naturā suā fluxam & labilem: partim in totius terræ faciem tempestiuè & æquabiliter effudit, velutque seminauit: eamque rationem adhibuit, ut nec humidam omnem substantiam liberam & solutam relinquat (sufficit enim purgatio illa, quæ tempore Noë contigit, fœderisque sui memoriam haudquaquam abiecit is, qui ab omni mendacio est alienissimus) nec omnino retineat, nec rursus Helia quodam opus habeamus, qui siccitatem depellat. Si clauerit cœlum, inquit, quis aperiet? si autem cataractas aperuerit, quis continebit? *Quis* enim immodicam vel pluuiam vel pluuiæ retentionem ferret, nisi ille pluuiæ parēs mensuris suis ac bilancibus omnia regeret ac gubernaret? *Quam* verò rationem afferes de fulgetris ac tonitruis, tu, inquam, qui à terra tonas, cum ne tenuissima quidem veritatis scintilla splendescas? In quos vapores à terra excitatos huius rei causam conferes, eosque nebulæ procreatores esse affirmabis, aut etiam aëris condensationem quādam aut rarissimarum nubium compressionem aut ruptionem: ut compressio quidem illa fulgur, ruptio autem tonitruum tibi pariat? *Quem* nam etiam flatum astrictum atque compressum, ac deinde exitu carentem, ut & compressione ipsa fulguret, & ruptione tonitruum edat? *Quòd* si aërem aëreæque omnia cogitatione percurristi, mecum iam cœlum quoque ac cœlestia contrecta. *Cæterum* ducem potius fidem quàm rationem sequamur, si modò ingenij tui infirmitatem in propinquieribus rebus didicisti, rationemque in hoc positā esse cognouisti, ut quænam sint ea, quæ rationis humanæ captum excedant, cognoscas: ne alio qui profusus terrenus sis, rebusque terrenis immerfus, ipsam quoque ignorantiam tuam ignorans. *Quis* cœlum circunduxit, stellas ordine collocauit? immò verò ut quæ priora sunt, præponam, quid cœlum ipsum est? quid stellæ? An dicere hoc potes ò sublimis disputator, qui cum ea quæ ante pedes tuos sunt, ignores, ac ne teipsum quidē metiri queas, ea tamen, quæ natura tua sublimiora sunt, curiosè persectaris, hiantique ore in ea quæ mensuram omnem superant, incumbis. *Ut* enim tibi concedam, te orbes ac conuersiones, accessiones etiam & recessiones perceptas habere, Solis etiam & siderum exortus, gradusque quosdam & minutias, cæteraque omnia, quibus tu eximiam illam tuam scientiam magnificè effers: nondum tamen hoc certa rerum comprehensio est, sed motus cuiusdam obseruatio, quæ diuturniori exercitatione confirmata, posteaquam ea quæ à pluribus obseruata sunt, in vnum collegit, ac deinde rationem eorum excogitauit, ita demum scientiæ nomen est consecuta. quemadmodum affectiones illæ, quæ Lunæ accidunt, priusquam vulgo notæ essent, scientiæ principium ab oculis acceperunt. At verò si insigni harum rerum cognitione instructus es, ac meritò in hominum admiratione esse affectas, dic quæ ordinis huius motusque causa sit. *Vnde* hoc habeat Sol, ut orbi vniuerso atque omnium oculis præluceat, quasi chori cuiusdam coryphæus, sidera alia splendore suo magis obscurans atque abscondens, quàm quædā illorū alias stellas. Cuius rei hoc argumentū est, quòd cætera sidera vicissim fulgent, Sol autem omnia splendore antecellit: nec si quando cum eo exoriantur, id cognosci sinat. pulcher ut sponsus, magnus ac celer ut gigas, neque enim facere possum, ut aliunde quàm ex meis libris eum coornem ac celebrem) tantam vim & facultatem habens, ut ab aliis extremis alia extrema calore suo complectatur, nec res vlla eius sensum effugiat: quin potius & aspectus omnis luce, & corporea natura calore compleatur. *Ac* quæ temperamenti illius suauitas est, motusque ordinatus, calefacit quidem, sed non vrit: ac velut omnibus adest, omniæque æquè comprehendit. *Illud* verò quanti tandem æstimandum, si hoc fortè animaduertisti, quod prophanus quidam author scribit, Idem in sensilibus Solem esse quod Deum in intellectibus? *Vt* enim hic mentem, ita ille oculos illustrat: atque ut hic res eas omnes quæ animo & ratione intelliguntur, pulchritudine vincit, ita etiam ille eas quæ oculorum sensu percipiuntur. *Sed* quid tan-

dem illi primùm motum dedit? quid eum perpetuo motu agitat ac circumducit ratione stabilem motusque expertem, 20 infatigabilem proculdubio vitam ferentem, & victum mortalibus producentem, & quibuscunque laudum titulis eum non immeritò poëtæ prosequuntur, ac neque motui vnquam suo nec beneficiis finem constituētē? Quo modo diem procreat, cùm supra terram est, ac noctem cùm sub terra, aut quibus verbis vtendum sit nescio, cùm Solem intuemur? Quæ horū assumptio: quæ subtractio: quæ rei minimè æqualis æqualitas, vt nouum aliquid & insolens dicam? Quo modo anni partes efficit, atque ita diuidit, vt certis constitutisque vicibus accedant & recedant, atque inter se non fecus atque in choro connectantur & distinguantur, illud amicitia lege, hoc ordi- 10 nis præscripto, sensumque intermiscantur, ac vicinitate ipsa diebus noctibusque tantundem depereat? Quod idcirco fit, ne 21 insuetudine ipsa hominum generi molestiam afferant. Sed cursum suum sanè Sol obeat. Quid? naturamne Lunæ & affectiones & luminis modos cursusque pernocti? quòque modo vt ille diei principatum tenet, sic hæc quoque nocti præsit, atque vt ille hominem ad laborem excitat, prout commoditatis ratio postulat, vel sublimior vel depressior, sic hæc quoque belluis licentiam cōcedat. An tu Pleiadis vinculum aut Orionis septum 15 instar illius, qui numerat multitudinem stellarum & omnibus eis nomina vocat, intelligis, gloriæque cuiusque discrimen perspectum habes, vt sit causa, cur tibi fidem habeam, per eas humana contextenti, creaturamque aduersus creatorem armati? Quid ais? hic dicendi finem faciemus, nec vltra res eas quæ materia constant, oculisque corporis cernuntur, orationem porrigemus? An potius, quoniam 20 Mosaicum illud tabernaculum mundi totius figuram atque exemplar extitisse docet Scriptura, mundus porrò ex visibilibus & inuisibilibus constat: idcirco penetrato primo velo transcensissq; rebus illis quæ sensum mouent, in Sancta prospiciemus, hoc est, in supercœlestem naturam ac sub intelligentiam cadentem. Sed ne hanc quidem tametsi corporis expertem incorporeo modo cernere possumus, quippe quæ ignis & Spiritus appelletur, aut efficiatur. Deus enim Angelos suos Spiritus facere dicitur, & ministros suos flammam ignis. Nisi fortè hoc loco, 30 Facere, nihil aliud significat, quàm ratione ea qua primùm procreati sunt, tueri ac conseruare. Spiritus porrò atque ignis Angelus appellatur: illud, quia intellectili natura est præditus: hoc, quia purgandis animis nostris adhibetur. quãdo quidem primaria quoque illa essentia iisdem nominibus in Scriptura nūcupatur. Sed sint sanè illi incorporci, aut quàm proximè ad hoc accedentes. Vidēsne quomodo circa huiusmodi sermonem æstuemus, nec quò progrediamur, habeamus, aut certè non vltra progredi possimus, quàm quòd Angelos quosdam & Archangelos scimus, Thronos, Potestates, Principatus, Dominationes, Splendores, ascensus, mente præditas vires, vel mentes potius, puras naturas, minimèque adulterinas, ad malum immobiles vel certè non facile mobiles, perpetuos choros circa primam illam causam agitantes (aut si quid aptius quisquam earum laudibus decantandis afferre queat) purissimo splendore illinc perfusos, aut pro naturæ ordi- 40 nisque cuiusque proportione variè collustratos. Qui etiam à summo illo bono tantum informantur & imprimuntur, vt ipsi alia quoque lumina efficiantur, aliòque principis illius naturæ profluuis ac trãsfusione collustrare possint. Hi diuinæ voluntatis ministri sunt, roborèque non solum naturali, sed etiam aduentitio pol- lent, loca omnia peragrant, omnibus vbique impigri adsunt, tum obsequij ministeriique promptitudine, tum naturæ leuitate. Alij aliam quandam orbis partem complexi sunt, aut certè aliis alia quædam mundi pars commissa est, vt nouit, qui hæc ordinauit ac distinxit. Ad vnum rerum omnium Conditoris nutum omnia in vnum iungunt. Diuinæ maiestatis laudes decantant, sempiternamque illam glo- 50 riam sempiternè intuentur: non vt glorificetur Deus (quid enim est, quod pleno illi aliisque bona suppeditanti accrescere queat:) sed ne primæ illæ post Deum naturæ beneficio affici desinant. Hæc si pro rei dignitate à nobis prædicata sunt, Trinitati

psal. 146.

Heb. 9.

psal. 103.

Angelorum officium.

Trinitati atque vni in tribus Personis diuinitati gratia habenda est. si autem cupiditati vestræ minus satisfactum est, sic quoque orationi palma parata est. In hoc enim omni dicēdi contentione incumbēbamur, vt ostenderemus, ne ipsam quidem secundarum rerum naturam hominis mente atque ingenio comprehendi posse, nedum primam illam ac solam, vereor enim dicere omnibus rebus excel- 10 fiores.

SCHOLIA.

1. Siue lupus Arabicus.) Alludit ad Habac. cap. 1. Vbi enim habet vulgata translatio, Velociores lupis spertinis, Septuaginta legunt, lupis Arabiae. 2. Vt profanorum Theologorum.) Platonem significat, cuius in Timæo hæc verba sunt. τὸ πρῶτον αὐτὸ πᾶσι τῶν ζῴων ἐστὶν ἐξ ἧς τὸ πᾶν τὸ ζῴον ἐστὶν, ὁ δὲ πᾶσι ἐστὶν ἀδύνατον λέγειν. Quæ Tullius libro de Vniuersitate ad hunc modum transulit, Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile, et cùm iam inuenis, indicare in vulgus nefas. 3. Dei naturam) Deus, inquit Hilarius lib. 2. de Trinit. inuisibilis, ineffabilis, infinitus, ad quem et eloquendum sermo sileat, et inuestigandum sensus hebetetur, et complectendum intelligentia coarctetur. 4. Immensum verò atque infinitum.) Græca hoc loco inuertenda sunt, legendumque, τὸ πᾶν ἐστὶν, vt etiam ante nos doctissimus Budeus in comment. annotauit. 5. Epicuri atomis.) Atomis sunt insectilia quædam corpora, ex quibus omnia oriri, atque in eadem resolui Democritus et Epicurus affirmarunt. 6. Vt nonnulli existimarunt.) Aristotelem significat, qui cælum quintam quandam naturam esse censet. 7. Particularem quandam speciem.) legendum enim μετὰ τὴν, nō vt in impressis codicibus μετὰ τὴν, quæ admodum et linea seq. τὸ ἐστὶν τὸ ζῴον. 8. Secūda, vt dici solet, nauigationē) secūda nauigationē inire prouerbio dicitur, qui cùm summa nequeat, proxima confectatur. de quo vide scholia nostra in poëtici tractatum, cuius titulus est, præcepta ad virgines. 9. Per earum rerum, quæ oculis subiectæ sunt, magnificentiam.) Id est, ob excellentiam, eximiamque pulchritudinem rerum in oculos cadentium, diuinitatem ipsis tribuat, atque ita Deū amittat. 10. Hinc alij solē.) Impij homines, θεοῖς ὄντες οὐ θεοὶ ἀνομιῶν ποιεῖς ἀτιμὰς, ὁ θεοστυγιστῶν ἡλιον, ὡς ἰνδδὸν, ὁ σεληνῶν, ὡς φρύγες. Clemens Alexandr. in Adhort. ad gentes. Deos, inquit, τὸ πᾶν τὸ ζῴον, hoc est, à currendo sidera nuncuparunt, ac solem adorarunt, vt Indi: lunam, vt Phryges. 11. Humi reliquerunt.) Alludit ad fabulosam illam rerum omnium partitionē, qua cælum Ioui, mare Neptuno, inferorū regnum Plutoni in sorte cessisse finxit antiquitas. 12. Honorari existimarunt.) August. lib. 2. cap. 4. de Ciuit. Dei, sceditatem huiusmodi sacrorū insectans, Quæ sunt, inquit, sacrilegia, si illa erant sacra? aut quæ inquinatio, si illa lauatio? Idem cap. 27. eiusdem libri, ait ludos florales tanto deuotius, quanto turpius celebrari solitos esse. Et de turpitudine sacrorum Cereris lib. 7. cap. 20. et cap. sequenti de obscenissimis sacris Liberi. et de huiusmodi falsis dijs lib. vlt. cap. 9. sacra sua, crimina sua esse voluerunt. 13. Faciei Dei cognomentū.) Gr. ἑίδος θεοῦ, visio Dei. Versio nostra Hebræum nomen retinuit, phanuel, quod idē significat. 14. Verbi præcursor.) Hic memoria lapsus esse videtur Theologus. Nō enim hæc Ioānis præcursoris verba sunt, sed Euāgelistæ cap. vlt. sui Euāgelij. 15. Lineis nusquam extantibus.) Vide scholia orationis de laude Heronis. 16. Quam gruibus didicisse.) Plin. lib. 10. cap. 24. de gruibus sic scribit: Quando proficiuntur, confertim volant: ducem quem sequuntur eligunt. in extremo agmine per vices qui acclament, dispostos habent, et qui gregem voce contineat, et c. 17. Quis Gnostius Dædali chorus.) Diodorus Siculus lib. 5. Dædalum Atticum artificem insignem eiusmodi statuas fecisse, quæ ambulare et spirare sunt credite: tanta in illis erat ars. Aristoteles in Politicis, Dædali statuas scribit ipsas per se opera sua obuisse: et Plato in Menone, aufugere solitas, ni vinciantur, ita perinde esse, qui eas solutas habet, ac qui seruum fugitiuum. Philippus Comicus, vt Aristot. lib. 1. de Anima refert, Dædalum Veneris signum fecisse, quod infuso argento viuo moueretur. Hæc nos à doctissimo Vire mutuari sumus in comment. lib. 18. cap. 13. de Ciuit. Dei. sed parum ad huius loci explicationem facere videntur. Nec enim vllam mentionem faciunt concinni seu musici chori, de quo noster Gregorius. Consulendus est itaque interpres Græcus Euripidis in Hecuba, vbi ait ἀγάλματα ποιεῖς ὁ Δαίδαλος ποίων ἀγάλματα οὕτω κάλλιπα, ὡς ἰσορηθῆναι τῷ πύτων ποιεῖς ποιηταῖς, ὁ π φωνῶν ἠφίεσαν, ἢ ἐκνοῶν π. i. statuarius, inquit, erat Dædalus, statuas vsque adeo præclaras efficiens, vt poëtae memoriæ prodiderint has vocem emittere, ac moueri consueuisse. Et paulo antiè Platonē profert his verbis ἡ τέχνη τις ἐστὶν, λέγει παρὰ τὴν σφαιρῆν ἐρεῖς, ἐρμῆς ἐργα δαίμων φωνῶν ἔχων, ἔξυλιος βλαδίζων αὐποιατὸς ἐλθῆναι. i. Hæc tu, inquit, quisnam es? dic citò, quid files? Mercurius ego Dædali vocem habens, ligneus incedens meapte sponte huc veni. Ex quibus verbis constat eam apud veteres de Dædalo opinionem extitisse, vt cum non solum motu prædita, sed etiam vocalia opera conficere existimarēt: qualis fortasse hæc musica nympa, cuius hic meminuit Gregorius, ab eo elaborata ferebatur. Porro Irenæus cap. 12. lib. 1. aduersus heres. ait Valentinum sublimissimæ virtutis fabrum extitisse. 18. Terrestrem nautilum) sic eleganter hominem vocat, vt pote idem arte et industria assequentem, quod nautilus piscis natura facit. de quo Plinius lib. 9. cap. 29. 19. Gradusque quosdam et minutias.) Astronomi quodlibet signum cælestis sit, ac proinde ipsis accommodatissimus. 20. Infatigabilem) Tria poëtica epitheta solis congerit, ἀκαταπαύτως, φερέσβιον, et φουσιζῶν. i. indefessum, vite largitorem, et victus productorem. 21. Insuetudine.) Vnius literæ adiectio Græcum exemplar scdissimè deprauarat: hanc suffragante Regina codice sustuli, ac pro ἀλλοθιζ, ἀνδραζ, reposui.

ARGUMENTVM.

Quæ ad conuellendam piam de Filij diuinitate doctrinã ab Eunomianis afferebantur, hac oratione confutat Gregorius: idque haud magno negotio, quippe quæ non nisi friuolis prorsusque ridiculis rationibus, argutis que nitebantur. Sub finem omnia ea tela quæ illi ex Scriptura aduersus Orthodoxos intorquebant, vnica distinctiuncula retundit.

ATque hæc sunt, quæ ad compescendam eorū disputandi promptitudinem, præcipitemque celeritatem, cum in omnibus rebus, tum maxime in iis disputationibus, quæ de Deo habentur, periculosam, afferre quispiã possit. Quoniam autem obiurgare haud magnum est, per facile quippe, & cuiuslibet hominis: consilium autem suum animique; sententiam subrogare, pij viri est ac mente præditi, age Sp. sancti ab illis quidẽ cõtempti ac pro nihilo habiti, à nobis vero adorati, numine atque auxilio freti subnixique; fidẽ de diuinitate nostrã, quæcunque tãdem illa est, perinde ac generosum quendam & matuum fœtũ in lucem producamus. Non quod aliã vnquam silentio acquieuerimus, (hac enim vna dũtaxat in re fortitudinis, magnitudinisque; animi laudẽ nobis vendicamus) sed quod nunc maiori quoque libertate ac fiducia veritatem profiteamur: ne alioqui præuaricatione nostra, vt Scripturæ verbo vtar, hoc nomine condemnemur, quod egregio officio nosmetipsos Deo probare neglexerimus. Cumque duplex sit omne disputandi genus, alterũ quo dogmata nostra confirmamus, alterũ quo aduersariorũ dicta subuertimus: nos quoque hæc rationẽ inibimus, vt doctrinã nostrã prius exponamus, atque ita deinde ad cõfutãdas & profligãdas aduersariorũ obiectiones veniamus. Et quidẽ vtrũque, quod fieri poterit, breuissimẽ perstringemus, vt quæ à nobis dicẽtur, quasi vno quodam obrutu perspicere facile possint (quẽadmodũ quẽ illi Isagogicũ libellũ ad simpliciorũ vel stultiorũ potius fraudẽ excogitarũ) ac nõ orationis prolixitate sensa ipsa dilabatur, nõ secus atque aqua, quæ nõ canali coerchetur, sed per cãpos diffunditur ac soluitur. Vt igitur ad rem accedamus, tres sunt antiquissimæ de Deo opinioniones atque sententiæ, quarũ prima nullũ Deũ esse, qui rebus imperet, astruit: altera plurium Deorũ imperiũ asserit: postrema vnus dũtaxat Dei principatũ esse censet. Ac duæ quidẽ priores ab ethnicis stultẽ & ridiculẽ assertæ sunt, atque etiã asserantur. Nã & quod nullius imperio gubernatur, cõfusus est ac perturbatum: & quod à pluribus dominis ac principibus administratur, factionibus dissidiisque; obnoxium est, ac proinde nec à quoquam gubernatur, nec ordine vllõ ac disciplina cõtinetur. Ambo etenim ista eodẽ tendũt, nimirũ ad horrendã quandã perturbationem: hæc verò ad interitũ. Perturbatio siquidẽ interitus meditatio est. At nos vnus Dei principatũ colimus. Vnius autẽ principatũ dico, nõ quẽ Persona vna circũscribit (fieri enim potest vt quod vnũ est, si à seipso dissideat, secumque; discordet, in multa redigatur) sed quẽ æqualis naturæ præstãtia cõstituit, voluntatisque; cõsensio, motusque; identitas, atque ad vnã eãdemque; rem, ex his quæ originẽ ab eo habet, cõiuncta propẽsio (id quod in rebus pcreatis fieri nequit) ita vt etiãsi numero differãt, autoritate tamẽ & potẽtia minimẽ inter se dissideãt. Quocirca vnitas à principio in binariũ pgressã, in trinitate constitit. Atque hoc nobis est Pater, & Filius, & Sp. sanctus: Pater quidẽ progenitor, ac productor, impatibili tamẽ modo, & incorporeo, & citra vllã temporis accessionẽ: reliquorũ autem, alter soboles, alter processio, aut quibus verbis cõmodius hæc quispiã vocare queat, nescio, ab iis quæ oculorũ sensum mouent, prorsus abstinens. Neque enim profusionẽ quandã bonitatis dicere audebimus, tametsi quispiã eorum, qui apud ethnicos philosophiã laude excelluerũt, hoc vocabulo vti nõ dubitarit, in eo tractatu, quẽ de prima & secũda causã habuit, difertis verbis ita loquẽs, velut patera quãdam superfluxit & exundauit. Verendũ enim esset, ne coactã quãdã generationẽ inueheremus, ac velut naturale quoddã excremẽtũ, retentuque; difficile, in diuinitatẽ minimẽ quadrã. Proinde finibus nostris nosmet continẽtes, Ingenitũ inducimus, & Genitũ, & ex Patre procedẽtẽ, vt quodam

Inuocatio
Sp. sancti.

Act. 20.

Duplex ge-
nus dispu-
tandi.

Tres de
Deo opi-
niones.

Vera con-
fessio trium
personarũ
in eadem
essentiã.

quodam loco Deus ipse ac Verbum pronunciauit. Sed quando hæc, inquit. Priusquam tempus vllũ extitisset. Quod si etiam audaciuculẽ aliquid dicendum est, tum hæc erant, cum Pater erat. Quando autẽ Pater? Nunquam nõ fuit. Idem de Filio, idẽ de Spiritu sancto. promptũ est dicere. Quod si rursus me interrogẽs, rursus tibi respõdebo. Quãdo Filius genitus est? Cum Pater genitus nõ est. Quãdo Spiritus processit? Tum cum Filius nõ processit, sed citra tẽpus vllum, ac supra omnem rationis humanæ captũ genitus est: etiamsi id quod supra tempus est, repræsẽtare ac velut ob oculos ponere cupiẽtes, temporalẽ tamen speciem demonstrationemque; fugere nequeamus. Etenim hæc voces, quando, antehac, posthac, à principio, temporis neutiquam expertes sunt, quamcũque vim illis inferamus. Nisi fortẽ per æuũ, interuallum illud accipiamus, quod simul cum rebus æternis extenditur, nec motu vllõ aut Solis cursu, quæ temporis natura est, definitur. Quid ergo, inquires, si Filius & Spiritus sanctus Patri coæterni sunt, quid afferri potest, quin principij quoque, quemadmodum & ille, sint expertes? Quia ab ipso sunt, licet nõ post ipsum. Quod enim principio caret, sempiternum quoque est: quod autem sempiternũ est, non protinus quoque principio vacat, quando ad Patrem velut ad principium originemque; refertur. Ergo illi quãtũ ad causã, principio minimẽ carent (perspicuum est autem causã non omnino antiquiorem esse iis, quorum causã est. Neque enim Sol lucem tempore antecedit) quãtũ autem ad tempus, principij expertes sunt, quamlibet tu verborũ laruis simpliciores animos territes. Nec enim tẽpori subsunt ea, ex quibus tempus originem sumpsit. Quomodo ergo à passione immunis est hæc generatio? Quia incorporea. Si enim corporea generatio passionem coniunctã habet, expertis vtique passionis erit incorporea generandi ratio. Atque ego ex te vicissim quæram, Quomodo Deus erit, si creatura est? Nõ enim Deus esse potest, quod creatur. Ne interim dicã, hic quoque passionem esse, si corporeo modo creationem accipiamus, hoc est tempus, cupiditatem, mentis informationem, curam, spem, mœrorem, periculũ, spei frustrationem, correctionem, quæ omnia atque his plura circa creationem accidere nemo est qui non facilẽ perspiciat. Demiror autem quin tu eò quoque audaciã prorumpas, vt coitus quosdam & prægnationis tempora, & abortus pericula cogites: perinde ac non aliter gignere potuerit Pater, si non ita genuerit: aut rursus auitũ quarundam aliorumque; animalium, quẽ vel in terra vel in aquis degũt, generationes enumeres, ac cuiãpiã harum generationum diuinã illam nullis que; verbis explicabilem subiicias, aut etiam Filium hac noua hypothesi de medio tollas. Ac tãta est animi tui cæcitas, vt ne illud quidẽ perspicere queas, cuius diuersã atque inusitata sit carnalis generatio (eccubi enim aliã apud homines Deiparã Virginem nosti?) huius diuersã quoque atque ab aliarũ moribus abhorrentem esse spiritualem generationem: vel vt rectius dicã, cuius esse ipsum minimẽ idem sit, eius diuersã quoque esse generandi rationem. Quis ergo est Pater principij expertis? Cuius videlicet ne ipsius quidẽ essentiã origo vlla reperiri potest. Qui autem aliquando esse cœpit, hic quoque paternitatis suẽ principium habuit. Quamobrem nõ Pater postea extitit, (neque enim esse aliquando cœpit) & Pater propriẽ est, quia non etiam filius, quemadmodum vicissim filius propriẽ filius, quia non etiam Pater. Nam quod ad nos attinet, neutro nomine propriẽ appellari possumus, quoniam vtrũque sumus (neque hoc potius quã illud) nec ex vno, sed ex vtroque parente nascimur, ac proinde diuidimur, paulatimque homines, immodò ne homines quidem fortasse, efficimur, qualẽsque nolimus tum in lucem emittentes tum ipsi emissi, ad eò vt solæ relationes rebus ipsis orbæ relinquantur. At, inquires, ipsum hoc, Genuit, & Genitus est, quid aliud quã generationis principium inducit? Ego verò ita respondeo. Quid si ne hoc quidem dixerimus, sed à principio genitus erat, vt curiosas istas tẽporis que; captatrices obiectiones nullo negotio fugiamus? An tu dicã nobis impinges, vt Scripturæ ac veritatis aliquid adulterãtibz? Nõne cuius perspicuum est, ac præsertim in Scriptura visi-

Ioh. 15.
Pater.

æternus
Filius.
æternus
Sp. sanctus.

Æuũ.

Principiũ.

Causã non
semper an-
tiquior est
iis quorum
est causã.
Generatio.

Virgo Dei-
parã.

Pater ex-
pers prin-
cipij.

Temporis
obsẽruario
in Scriptu-
ris.

*Psal. 2.
Psal. 65.*

*Obiectio
Eunom.
Aut volens
genuit Pa-
ter, aut no-
lens.
Responso.*

tatum, pleraque ex his quæ temporaliter dicuntur, inuersa temporũ ratione proferri, nec ea solum quæ præteriti temporis sunt aut præsentis, sed etiam quæ futuram significationem habent? Quo in genere illud est, Quare fremuerunt gentes? (nondũ enim fremuerunt.) Et, In flumine pertransibunt pede, id est, pertransierunt. Nimis longum foret omnẽs huiusmodi voces recensere, quæ à studiosis obseruatæ sunt. Atque ad hunc modum se habet hæc illorum obiectio. Iam illud quantæ peruicaciæ, rixandique libidinis & impudetiæ: vel volens, inquit, Filium genuit vel nolens. Ac deinde nexibus, ut quidem ipsi opinatur, firmis, inualidis tamen ac putidis aduersarios vtrinque vinciunt. Si enim nolens, inquit, vim ergo ei allatã necesse est. Et quisnam est, qui vim intulit? quoque modo, cui vis allata est, Deus esse potest? Si autẽ volens, ergo Filius voluntatis est Filius. Quo igitur modo ex Patre progenitus est? Ita nouam quandam matrem voluntatem Patris loco comminiscuntur. In hoc quidem argumento, primũ hoc scitum ac lepidum est, quod à perpeffione illa, quam tantopere vrgebant, desciscentes, ad voluntatem confugiunt. Nec enim passionis est voluntas. Deinde videamus obsecro, quam vim habeat, quod dicunt. Commodissimum autem fuerit, prius cum ipsis pedem propius conferre. Dic ergo ipse, quisquis es, qui temerẽ, quicquid libido tua tulerit, effutis. Ex volente patre tuo procreatus es, an nolente? Si ex nolente, vis ergo ei allata est: & quis tandem ei vim attulit? Non enim profectò naturam dixeris. Nam ei quoque sua constat pudicitia. Si autem ex volente, pater tibi propter paucas syllabas periit. Voluntatis siquidem filius, ac non patris exitisti. Sed ad Deum & creaturas transeo, ac quæstionem tuam sapientiæ tuæ admouebo. Volensne Deus vniuersam hanc rerum molem condidit, an nolens, & coactus? Si coactus, hinc quoque vim adhibitam vides: & quis tandem adhibuit? Si autem volens, orbantur Deo cum aliæ creaturæ, tum tu etiam in primis, qui tales ratiocinationes excogitas, talẽsq; verborũ captiones. Intermedia quippe voluntate à creatore disungẽtur. Verũ aliud ni fallor est volens, aliud voluntas: aliud gignẽs, aliud generatio: aliud qui loquitur, aliud sermo, nisi forte temulẽti sumus. Illa enim sunt eius qui mouetur, hæc velut motus ipsius. Non ergo id quod quispiam voluit, voluntatis est (neque enim hoc necessariò consequitur) nec quod genitum est, generationis, nec quod auditum est, pronuntiationis: sed volẽtis, & gignentis, & loquentis. At quæ in Deo considerantur, supra hæc quoque omnia sunt, utpote cui generatio fortasse ipsa gignendi sit voluntas, nec quicquam inter vranque intercedat (si modo hoc quoque omnino admittimus) sed præstãtior sit eiusmodi generatio, quàm ut voluntatem prius interuenisse necesse sit. Licebitne mihi per te, Patrem quoque ipsum cauillari: tu enim mihi ansam talia audendi præbes. Pater itaque vel volẽs Deus est, vel nolens. Ac vide qua tandem ratione scitum illud tuum & acutum argumẽtum effugies. Si volens, quando velle cœpit? non enim priusquam esset. Neque enim prius quicquam erat. An partim ipse voluit, partim voluntati cessit? diuisibilis igitur erit. Quid autem afferri poterit, quin iuxta tuã argumentandi rationem, ipse quoque voluntatis fœtus sit? Quod si nolens, quis eũ coegit, ut esset? Quo etiã modo Deus, si coactus est, & quidẽ non ad aliud quicquã, quàm ad hoc coactus, ut Deus esset? Quod si iã me rogas, quomodo Filius genitus sit, vicissim ex te quærã, quomodo creatus sit, siquidem creatus est, ut ipse asseris. Nã id quoque eiusdẽ perplexitatis est. Dices fortasse, voluntate & sermone. At nondum rem totam expedis. Quomodo enim tãta fuit voluntatis & sermonis vis atq; facultas, ut protinus in opus prodierint? Hoc enim explicandum restat. Neq; enim homo ita fabricatur. Quomodo ergo genitus est? quærere perges. Haud magna esset hæc generatio, si à te percipi posset, quippe qui nec tuã percipias, aut certẽ tam exiguã eius cognitionẽ habeas, ut etiã dicere erubescas. Et postea eam omnino tibi cognitã esse cẽses? Magnus tibi labor prius subeundus est, quàm ut rationes eas inuenias, quibus coagmentatus, formatũsq; fueris, atque in lucem prodieris, quibus etiam anima cum corpore, mens cum anima, sermo cum

*Generatio
Filij est in-
comprehẽ-
sibilis.*

eum mente quasi vineulis quibusdam astringatur, tum quomodo corpus incitetur, & augeatur, alimentumque in corporis similitudinem transeat: ad hæc quæ sit sensuum ratio, quæ memoriæ, quæ reminiscetiæ, ceterarumque rerum ex quibus conflatus es: ac præterea quæ coniunctim vtriusque partis sint, quæ diuisa ac separata, quæ rursus à se inuicem mutuentur. Quæ enim temporis progressu perfectionem suam consequuntur, eorum certè rationes ipsæ simul cum generatione extiterunt. Dic ergo quæ sint hæc rationes, ac ne tum quidem de Dei generatione pertracta. Nec enim id periculo vacat. Si enim tuam cognoscis, non protinus sequitur, Dei quoque generationem tibi cognitam & exploratam esse. Si autem tua tibi ignota est, quo tãdem modo Dei generatio tibi nota erit? Quantò enim difficilius est, Dei naturam, quàm hominis indagare: tãtò quoque difficilius percipi potest superna illa & diuina generatio, quã tua. Quod si quia eam cognitione assequi nequis, idcirco ne genitum quidem esse contẽdis, tempus iam tibi fuerit, multa quæ tu minimè percepisti, atque ante omnia Deũ quoque ipsum è rerum natura delere atque obliterare. Neque enim quid tandem sit, explicare potes, quamlibet audax sis, atq; in superuacaneis rebus strenuus, & magnanimus. Tuas illas fluxiones & diuisiones & sectiones prius abiice, ac de incorporea illa natura quasi de corporea disputare desine: atque ita fortasse dignum aliquid generatione diuina concipere animo queas. Quomodo genitus est? (idem enim indignabundus repeto) Dei generatio silentij honore decoretur. Abundè magnum tibi est scire, eum genitum esse. Quo autem modo genitus sit, ne ipsis quidem Angelis, nedum tibi intelligere concesserim. Vis declarem quomodo? Ut scit Pater qui progenit, & Filius qui progenitus est. Quod supra hæc est, nube obtegatur, animique tui cæcutientiam fugit. Sed argutari pergunt. Entem vel non entem genuit Pater. O fuites nugas! Hæc enim mihi ac tibi conueniunt, qui partim eramus, ut Leui ille in lumbis Abrahe, partim procreati sumus: ac proinde partim ex entibus, partim ex non entibus sumus: contrã quàm in primigena illa materia accidit, quæ haud dubiè ex non ente procreata est, utcunque eam nonnulli minimè procreatam esse confingant. At hinc generatio cum essentia ipsa concurrat, atque à principio extitit. Vbi ergo anceps illud tuum atque vtrinque præruptum argumentum pones? Quid enim eo, quod à principio erat, antiquius esse potest, ut illic tempus collocemus, vel quo erat Filius, vel quo non erat? Vtroque enim modo illud, à principio, dissoluetur & euertetur. Nisi forte tibi quoq; Pater percunctantibus rursus nobis ex entibusne an ex non entibus sit, duplex esse periclitetur, alter nimirum præexistens, alter existens, aut certè propter ludicras tuas interrogationes, atque ex arena constructas domos, quæ ne leuibus quidẽ ventis resistere possunt, idem ei quod Filio accidat, hoc est, ex non ente sit. Ego quidem neutrũ horum admitto, quæstionẽmq; hanc tuam absurditatis multum, difficultatis nihil habere aio. Quod si tu iuxta tuas dialecticas opiniones in omni argumento alterutram disunctionum veram esse oportere existimas, paruam quandam interrogatiunculã à me accipe. Tempus estne in tempore, annon? Si in tempore, quo tãdem? Quidque tempus illud præter hoc nostrum est? quoque modo illius complexu tenetur? Si autem non in tempore, quæ hæc eximia sapientia, tempus temporis expers inducere? Age illud expedi: Aio me nunc mētiri. Duorum iam alterum da, aut ut tãtũ verè id dicam, aut ut falsò (non enim vtrunque dabimus) Atqui nullo modo hoc contingere potest. Vel enim mentiens verum dicet, vel mentietur verum dicens. Ita prorsus necesse est. Quid igitur mirum, si quemadmodum hinc contraria concurrunt, ita etiam illic vtraque pars à vero abhorreat, atq; ita scitum illud & eruditum tuum argumentum stultũ atque ineptũ appareat? Ac velim mihi hoc quoque ænigma soluas. Aderãne tibi cum gigneris, adẽne etiam nũc tibi? an neutrum horum? Si enim aderas & ades, quisnam tãdem, & cui? Et quomodo vnus duo effectus es? Si autem neutrum horum, quæ diximus, quomodo à teipso disungeris, & quæ disunctionis huiusce causa? Sed

*Quomodo
genitus sit
Filius ne
angeli qui-
dem ipsi
intelligũt.*

Heb. 7.

Aristot.

*An tempus
sit in tem-
pore.*

Obiectio
de ingenito

ineptū est, inquires, cum de vno disputatur, ad sit ne sibi necne, curiosius inquirere. Hæc enim in aliis, non in nobis ipsis dicuntur. Ineptius, mihi crede, est, id quod à principio erat, vtrum ante generationem erat, necne, in questionem vocare. Hæc enim disputatio iis demū conuenit, quæ tēpore diuidi possunt. At enim, inquit, non idem sunt ingenitum & genitum, ac proinde, nec Filius cum Patre idem est. Primū hoc argumento vel Patrem vel Filium à diuinitate submoueri clarius est, quàm vt commemoratione vlla indigeat. Si enim ingenitum essentia Dei est, profectò genitum essentia non erat: aut si hoc, proculdubio non illud. Quis enim est qui contrarium disputando tueri queat? Quamobrem, vtrum è duabus impietatibus malis, elige, ô noue Theologe, siquidem impiam doctrinam omnino amplecti tibi propositum est. Deinde quomodo ingenitum & genitum non idem esse dicis? Si per hæc verba nihil aliud intelligis, quàm id quod increatum & quod creatum: in eadem ipse quoque sum sententia. Neque enim natura idem est, quod principio caret, & quod procreatum est. Sin autem his verbis eum qui genuit, & eum qui genitus est, intelligis, haudquaquam rectè id abs te dicitur. Idem enim omnino esse necesse est. Hæc enim prolis natura est, vt eandem cum genitore suo naturam habeat. Vel ad hunc rursus modum agamus. Quid per ingenitum ac genitum intelligis? Si ingenituram ipsam & generationem, non idem sunt, si autem ea quibus hæc insunt, quid vetat quominus idem sint? Quandoquidem sapientia & insipientia inter se quidem non idem sunt, verū circa eundem hominem considerantur: nec substantias scindunt, sed circa eandem substantiam scinduntur. An verò immortalitas & innocentia & immutabilitas, essentia Dei est. At si ita esset multæ essentia Dei essentia, non vna. An compositum ex his numen est? Neque enim hæc citra compositionem esse queunt, si modò substantia sunt. Hæc quidem negant. Communia quippe aliorum quoque sunt. Quod autem solius Dei est, ipsique propriè conuenit, hoc ipsis essentia est. Atqui solius Dei ingenitum esse minimè concesserint, qui materiam quoque & formam vt ingenitas induxerunt (Manichæorum enim tenebras longius adhuc proiecimus) Sed sit sanè solius Dei ingenitum. Quid Adam? Nōne solus à Deo effectus est: maximè, inquires. Vtrum ergo solus quoque homo? Minimè. Quare? Quia effectio humanitas non est. Nam is quoque qui progenitus est, homo est. Eodem modo nec ingenitum solum Deus est, etsi solus Patris. Verū admitte etiam eum, qui genitus est, Deum esse, ex Deo quippe est, quàmlibet tu ingenito faueas. Ad hæc quomodo Dei essentiam dicis, non eius quod est positionem, sed eius quod non est ablationem? Vox enim ingeniti hoc significat eum generationis expertem esse, non autem declarat, quidnam naturā suā sit, id quod generatione caret. Quæ ergo est Dei essentia? Tuæ est amentia hoc dicere, qui generationem quoque ipsam anxie perscrutaris: Nobis autem abunde magnum atque amplum fuerit, si in posterum quoque hoc cognoscamus, soluta videlicet hac caligine & crassitie, vt pollicitus est is qui non mentitur. Ergo hoc ab his qui ad eam rem sese perpurgant, cogiteretur ac speretur. Nos autem hoc duntaxat dicere non dubitabimus, si magnum & illustre Patri est à nullo profectum esse, non minus illustre Filio esse, ex tali Patre originem habere. Nam præterquam quòd gloriæ illius, qui causam nullam agnoscit, particeps est, quia ab eo originem ducit, accedit etiam generationis decus, res tanta tamque veneranda, iis vtique qui non omnino humi prouoluti sunt, crassòque animo præditi. Sed si Filius, inquires, essentia idem cum Patre est, profectò cum ingenitus sit Pater, ingenitus quoque Filius erit. Rectè, si ingenitum essentia Dei esset, vt sic noua quedam mixtio esset genitingenitum. Cum autem hoc discrimen circa essentiam consideretur, quid tu hoc quasi firmum profers? An tu quoque patris pater es, vt nulla re à Patre tuo supereris, quandoquidem essentia idem cum eo es? Nōne perspicuum est, proprietate fixa & stabili permanēte, quæ redum nobis esse, quæ sit Dei essentia, si modo ea villo modo querenda est? Quod autem ingenitum & Deus

Manichæi.

Ingenitum
patris es-
sentiam nō
declarat.

Alia obie-
ctio.

Responsio.

Γεννητός
ἐστιν.

Deus idem non sint, hinc fere intelliges. Si enim idem essent, profus quoniam Deus, quorundam Deus est, quorundam quoque ingenitū esset: aut contrā, quoniam ingenitum nullius est, nec Deus quoque aliquorum esset. Nam quæ omnino eadem sunt, similiter etiam efferuntur. Atqui nec quorundam est ingenitum (quorum enim?) & Deus quorundam Deus est (omnium quippe.) Quo ergo modo idem erunt Deus & ingenitum? Ac rursus, quoniam ingenitum & genitum inter se opponuntur, vt habitus & priuatio: substantias quoque inter se oppositas induci necesse est, quod nemo concesserit. Aut rursus, quoniam habitus priuationibus priores sunt, ac priuationes habitus ipsos extinguunt: non solum antiquior erit filij essentia, quā Patris, sed etiam iuxta hypotheses tuas à Patre extinguetur ac de medio tolletur. Quid adhuc superest ex ineluctabilibus ipforum, vt putant, argumētis? Fortasse ad illud postremū confugient. Si Deus gignendi finē non fecit, imperfecta est generatio. Et quādo finem facturus est? Si autem gignere cessauit, omnino quoque cœpit. Sic rursus crassi & corporei homines corporeas ratiocinationes afferunt. Ego verò sic respondeo. Sempiternūne sit filio nasci, necne, nondum dico, quoadusque illud Scripturæ, Ante omnes colles gignit me, accuratius expendero. Illud autem nō video, quàm necessarium sit hoc eorum argumentum. Si enim vt ipsi aiunt, aliquando cœpit, quod finem habiturum est, profectò non cœpit, id quod finem non est habiturum. Quid ergo de anima vel de angelica natura pronuntiabunt? Si principium habuit, finem quoque habebit: si autem sine carebit, secundum eos vtique principio quoque caruisse cōstat. Atqui & principium habuit, nec vnquam esse desinet. Falsum est itaque quod aiunt, id quod finem habiturum est, principium quoque habuisse. Enimvero sententia hæc nostra est: vt equi & bouis & hominis, ac deniq; vniuscuiusque earum rerum quæ sub idem genus cadunt, eadem est ratio, (vt quidquid definitionis suæ generis que particeps sit, hoc quoque propriè appelletur, quidquid autem particeps non sit, hoc vel non dicatur vel impropriè dicatur) eodem modo vnā quoque Dei essentiam & naturam & appellationem esse tamen si simul cum cogitationum quarundam distinctione nomina quoque ipsa distinguantur: atque id quidem quod propriè dicitur, Deum etiam esse, quod autem secundum naturam est, hoc propriè quoque nominari, si modò non in nudis nominibus, sed in rebus nobis veritas sita est. At isti perinde ac pertimescant, ne quid aduersus veritatem immotum relinquunt, Deum quidem filium esse fatentur, cum hoc ab eis & ratio ipsa & Scripturæ testimonia extorquent: sed æquiuocè Deū dici, ac nominis solius participem esse contendunt. Cūque hanc ipsis obiectio- nem subiecerimus, Quid ergo? Non propriè Deus est Filius, quæadmodum nec animal pictum? Quomodo ergo Deus, si Deus propriè non est? Quid enim prohibet, inquires, & æquiuoca hæc esse, & propriè vtrumque dici? Ac nobis & terrestrem & marinum canem proferent, qui cum sub eodem nomine diuersam significationem habeant, propriè tamen dicuntur. (Est enim huiusmodi quoddam genus inter æquiuoca) & si quid aliud eadem appellatione vtitur, eiusque peræquè particeps est, cum interim naturæ ratione dissideat. Atqui, vir optime, cum illic duas naturas sub eadem appellatione colloces, neutram altera maiorem introducis, nec alteram priorem, alteram posteriorem, nec denique alteram quæ magis, alteram quæ minus sit id quod dicitur. Neque enim quicquam coniunctū est, quod hanc ipsis necessitatem afferat. Non enim alter magis est canis, alter minus altero cane, velut marinus terrestri, vel contrā terrestri marino (cur enim aut qua ratione?) Sed in rebus diuersis quidem illis, cæterum pari honore præditi communis est appellatio. Hic verò cum Deo venerationem adiungas, eumque supra omnem essentiam & naturam esse dicas, (quod Dei solius est, ac velut diuinitatis natura) ac deinde Patri quidem hoc tribuas, Filium autem spoliés atque subiicias, secundasque illi honoris adorationisque partes assignes, quamuis verborum syllabis æqualitatem ipsi largiaris, re ipsa tamen diuinitatem truncas,

Ingenitum
& genitū
opponitur
vt habi-
tus & pri-
uatio.

Alia obie-
ctio.
Responsio.
Prouer. 8.

Anima ra-
tionalis ce-
dit esse sed
nunquā de-
sinet esse.

Eunomiani
filium fa-
tentur esse
Deum sed
æquiuocè
& verbis
tantum.

Canis ma-
rinus &
terrestri.

Fallacia Enomiano-
rum. veteratoriēque ab eo homonymiæ genere quod æqualitatem complectitur, ad genus illud transis, quod res easdem minimè connectit. Ac proinde pius ille tuus ac viuus homo, ad diuinitatem adumbrandam propius accedunt, quàm canes illi, quos exempli causa proposuisti. (Alioqui utriusque, ut nomen commune, sic etiam parem naturæ dignitatem tribue, etiam si diuersas eas inducis.) Ac canes illos tuos euertisti, quos aduersus disparem Patris ac Filij naturam excogitabas. Quid enim profuerit eos eiusdem nominis societate coniunxisse, si non pari honore sint, qui à te diuiduntur? Nec enim ut eos honore æquales, sed ut dispareres ostenderes ad homonymiam illam confugisti. Possētne quisquam apertiori argumento declarare, se & secum & cum diuinitate pugnare? Iam si dicentibus nobis, Patrem, quantum ad causam, Filio maiorem esse, ipsi ita assumant, atque causa naturæ suæ ratione maior est: ac postremò conclusionem hanc subnectat, Ergo Pater naturā Filio maior: haud scio seipsosne potius, quàm eos, cum quibus disputant, captiosa hac argumentatione circumueniant. Neque enim simpliciter quæ de aliquo dicuntur, eadem de ipsius quoque subiecto prædicantur. Alioqui quid prohibet, quominus ipse quoque sic argueret? Pater maior naturā est: Natura autem non omnino maior est Pater: ergo nullo modo maior, vel, Ergo pater nullo modo pater. Vel si mauis, ad hunc modum agam. Deus est essentia: essentia non omnino est Deus: quod sequitur ipse concludit: Ergo Deus non omnino Deus. Verum ab eo quod secundum rationem quandam dicitur, ad id quod simpliciter dicitur, captiosè progreditur hæc argumentatio, quod artis huius studiosis vsitatum est & familiare. Nam cum Patrem causæ natura maiorem Filio esse concedamus, ipsi hinc colligunt, natura maiorem esse. Quod perinde est ac si dicentibus nobis, Hic mortuus homo est, colligerent ipsi, Ergo homo. Illud verò non minus suspiciendum quàm quæ superius dicta sunt, quo tandē modo prætermittimus? Pater, inquit, vel essentiæ vel actus nomē est: sic enim nos utrinque ita astrictos putant, ut nulla ratione ex eorum vinculis elabi possimus. Si enim essentiæ nomen esse dixerimus, assentiamur, ut existimant, Filium diuersam à Patre essentiam habere: quandoquidem vna sit Dei essentia, hanc autem Pater, uti dicunt, præoccuparit. Si autē actus, creatum esse perspicuè fatebimur, non genitum. Vbi enim est agens, illic quoque omnino opus esse necesse est. Quoniam porrò modo id quod factum sit cum factore idem esse queat, mirari se dicent. Ego verò sic respondeo. Me quoque ipsum vehementer hæc distinctio vestra permoueret, si mihi duorum alterum necessariò admittendum esset, ac non potius utraque disunctionis parte vitata, tertium aliquid verius dicere liceret. Nec enim essentiæ nomen est Pater, viri acutissimi, nec actus: sed relationem eam indicat, quam Pater erga Filium habet, vel Filius erga Patrem. Ut enim apud nos hæc nomina synceram quandam benevolentiam necessitudinēque declarāt: ad eundem modum illic quoque Genitorem ac Genitum eandem naturam habere significant. Sed sit sanè, in vestri gratiam, Pater essentia quædam, Filium simul introducet, non autem auertat atque abalienabit: ut & communes notitiæ ferunt, & ipsa nominum horum vis ac facultas. Sit etiam actus, si ita videtur: ne sic quidem causam obtinebitis. Eodem enim modo dicemus, cum consubstantiali Filium egisse, et si alioqui absurditate non caret huiusmodi actionis opinio. Vidēsne quo pacto, quamlibet peruersè ac subdolè pugnetis, captiones tamen vestras effugiamus. Quoniam autem tuum illud in ratiocinationibus argutisque captionibus insuperabile robur cognouimus: videamus iam quam vim in diuinis oraculis positam habeas: si modo hoc quoque nobis dogma tuum persuadere non grauaberis. Nos quippe ex magnis & excelsis vocibus Filij diuinitatem percepimus ac prædicamus. Quibus tandem? his nimirum, Deus, Verbum, qui in principio erat, & cum principio, & principium: ut in his locis, in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et, Tecum principium, Et, Qui vocat eum à generationibus principium. Ad hæc Filius vnigenitus (vnige-

Ioan. 14.

Alia obiectio.

Responsio.

Pater quid indicat?

Filius diuinitas ex sacris literis colligitur. Ioan. 1. Psal. 109. Ioan. 1.

tus (vnigenitus Filius, inquit, qui est in sinu Patris ipse enarrauit) Via, Veritas, Vita, Lux (Ego sum via, veritas & vita. Et, Ego sum lux mundi) sapientia, potentia, (Christus Dei vis & Dei sapientia) splendor, character, imago, sigillum, (ut in his verbis, Qui cum sit splendor gloriæ, & character substantiæ ipsius, & imago bonitatis. Et alio loco, Quem Pater signauit Deus Dominus, Rex, Ens, Omnipotēs (Pluit, inquit, Dominus ignem à Domino. Et, Virga directionis virga regni tui. Et, Qui erat, qui est, & qui venturus est, omnipotens ille) Quæ perspicuè de Filio dicuntur, cæteraque eandem vim habentia, quorum nihil ascititium aut aduentitium est Filio, aut Spiritui sancto, quemadmodum nec Patri. Neque enim ex accessione perfectio ipsi comparata est. Non enim Verbi vnquā expers fuit, nunquam non Pater fuit, nunquam veritate, sapientia, viribus, vita, splendore aut bonitate caruit. Tu mihi contra voces illas ingratiitudinis tuæ animique peruersitatis indices enumera, has videlicet, Deus meus & Deus vester, maior, Creauit, Fecit, sanctificauit, seruum etiam, si ita lubet, & obedientem adiunge, atque hæc etiam, Dedit, Didicit, Mandatum est, missus est, illud etiam, Quod à seipso quicquam facere non possit, aut loqui, aut iudicare, aut donare, aut velle. Huc adde ignorantiam, subiectionem, precem, interrogationem, profectum, perfectionem. Adde etiam, si ita placet, quæ his adhuc abiectiora sunt, Dormire, Esurire, Fatigari, Lachrymari, mortis pauore affici, ac velut tergiuersari. Fortasse etiam probri causa crucem quoque ipsam & mortem obiciēs. Resurrectionem enim, ipsiusque in cælum receptionem, consultò mihi prætermisurus videris: quoniam in his, quod causæ nostræ faueat quippiam reperitur. Multa etiā alia deblaterare posses, si construere velles æquiuocum illum, ut existimas, & ascriptitium Deum, ut autem ipsi censemus, verum, Patrique honore æqualem. Quamquā autem vnumquodque horum sigillatim persequi, piòque sensu explicare minimè difficile est, atque offendiculum illud quod in literis existit, repurgare atque eximere, si modo verè offendis, ac non potius de industria peccas: ut tamen rem in summam contraham, hoc tibi faciendum est, ut excelsiores voces diuinitati ac præstantiori illi atque incorporeæ naturæ passionibusque sublimiori attribuas: humiliores autem composito & tua causa inanito atque incarnato, & si ita dicere licet, humanato, ac deinde sublato & subiecto, ut tu abiecta hac dogmatum humilitate & crassitie, sublimior esse simulque cum diuinitate ascendere, non autem rebus in aspectum cadentibus inhærescere condiscas, quin potius cum intellectilibus rebus assurgas atque intelligas quæ prioris illius naturæ ratio, quæque assumptæ humanitatis. Hic enim quem nunc aspernaris, quondam supra te erat: qui nunc homo est, compositionis expers erat. Quod erat, permansit, quod non erat, assumpsit. In principio citra causam erat (quæ enim Dei causa afferri queat?) at postea quoque certa de causa natus est: nimirum ut tu, homo contumeliose, salutem consequeris, qui diuinitatem idcirco contemnis, quia crassitiem tuam suscipit, intermedia mente cum carne coniunctus, atque inferor hic homo Deus effectus, posteaquam cum Deo coaluit, præstantiori que parte superante vnus factus est: ut ipse quoque tantum Deus efficiat, quātum ille homo. Progenitus quidem est, sed etiam progenitus erat: ex muliere quidem, cæterum virgine. Illud humanum, hoc diuinum. Patris expers hinc: matris expers illic. Vtrumque horum diuinitatis est. Materno quidem vtero gestatus est: verum à propheta cognitus est, & quidem in vtero adhuc existēte, atque ante Verbum, cuius causa procreatus fuerat, saltante. Fasciis quidem inuolutus est: verum sepulturæ fascias rediuiuus excussit. In præsepio quidem reclinatus est: cæterum ab Angelis celebratus est, & à stella proditus, & à Magis adoratus. Cur tu ad id quod oculis cernitur, impingis, nec spectas id quod animo, & intelligentia percipitur? In Aegyptum quidem pulsus est: verum impura Aegyptiorum sacra depulit ac profligauit. Non erat illi species neque decor apud Iudæos: sed apud Dauidem speciosus erat forma præ filiis hominum, atque etiam in monte discipulorum oculos splendore per-

Ioan. 14. 15. I. Cor. 1. Heb. 1.

Ioan. 6. Gene. 19. Psal. 40. Apoc. 1.

Ioan. 20. Prou. 8. Phil. 2. Heb. 5.

Testimonia scripturæ contra filium Dei torta.

Filius Patri æqualis honore.

Filius Dei quod erat permansit, quod non erat assumpsit.

Luc. 1.

Luc. 1. 2. 24.

Matt. 2. Esa. 53. Psal. 44.

stringit, ac Sole clarior efficitur, futurum videlicet splendorem adumbrans. Baptizatus quidem est ut homo: sed peccata sustulit ut Deus, atque ideo baptizatus est, ut aquis ipsis sanctitatem afferret. Tentatus est ut homo: victoriam reportavit ut Deus, atque adeo nos magno & intrépido animo esse iubet, ut qui virtute sua mundum superarit. Fame affectus est: sed multa hominum millia aluit, ipseque panis est viuificus ac cœlestis. Siti laboravit: sed clamavit, Si quis sitit, veniat ad me & bibat: atque etiam facturum se pollicitus est, ut qui fide præditi sunt, fontis instar scaturiant. Fatigatus est, sed eorum qui fatigantur, atque onusti sunt, est requies. Somno depressus est: sed in mari leuis incedit, ac ventos increpat, Petrūque pessum euntem subleuat atque erigit. Vectigal pendit, sed ex pisce, atque etiam exigentium Rex est. Samaritanus vocatur & dæmoniacus: cæterum ei qui à Hierosolymitata vrbe descendens in latrones inciderat, salutem affert, atque à dæmonibus agnoscitur, & dæmones fugat, & spirituum legiones in profundum præcipientes agit, ducemque dæmonum quasi fulgur cadentem videt. Lapidibus petitur: sed non arripitur. Orat: sed alios orantes exaudit. Collachrymat: sed lachrymas sedat. Quærit ubi positus sit Lazarus (homo enim erat) sed Lazarum à morte ad vitam excitat, Deus enim erat. Venditur & quidem vili precio, nempe triginta argenteis: sed interim mundum precio magno, hoc est cruore suo redimit. Ut ovis ad occisionem ducitur: verum Israëllem pascit, nunc autem vniuersum quoque terrarum orbem. Ut agnus mutus est: sed Verbum est, illius in deserto clamantis voce annunciatum. Languore affectus est ac vulneratus: verum depellit omnem morbum & omnem languorem. In crucis lignum euehitur atque affigitur: sed nos vitæ ligno restituit, latronemque simul pendentem seruat, atque obscurat quicquid oculis cernitur. Acetum illi propinatur, ac fel in cibum porrigitur: sed quis est, qui aquam in vinum commutauit, atque amarulentum illum gustum sustulit? ille inquam totus dulcis atque expetibilis. Animam tradit: sed eius rursus accipiendæ potestatem habet, velumque rumpitur (supera enim patefiunt) ac petra scinduntur, hominesque vita functi prius ad vitam reuocantur. Moritur, sed vitam impertit, ac morte sua mortem extinguit. Inhumatur: sed resurgit. In infernū descendit, sed animas reuehit, atque in cœlos ascendit, venturusque est ad iudicandum viuos & mortuos, & expendendos huiusmodi sermones. Quod si illa tibi erroris ansam afferunt, hæc errorem tuum discutiant. Atque hæc ad ænigmatum captatores à nobis dicta sint, non lubenter quidem (nec enim piis hominibus iucunda est inepta loquacitas verborumque contentio. Satis enim superque est vel vnus aduersarius) cæterum necessariò propter eos qui in errorem incurrunt (quandoquidem ob morbos quoque medicamenta comparantur) ut intelligant se non vsquequaque sapientes & acutos esse, nec in superfluis disputationibus atque Euangelium euacuantibus inuictò quodam robore præstare. Cùm enim relicta fide rationis vim facultatemque præterdimus Spiritusque autoritatem quæstionibus sustulimus, ac postea rerum magnitudi-
ni oratio cesserit (cedet autem omnino, utpote ab infirmo organo, id est, animo nostro proficiscens) quid efficitur? Orationis imbecillitas religionis nostræ imbecillitati ascribitur, atque ita sermonis ornatus & elegantia crucis euacuatio existit, quemadmodum ipsi quoque Paulo videtur. Fides quippe doctrinæ nostræ impletio est. Qui autem colligationes annūciat, nexūque soluit, qui nobis quoque in mentem induxit, ut violentorum dogmatum obliquitates solueremus, maxime quidem optarim ut hos immutet, ac pro arguatoribus piros efficiat, ac pro iis qui nunc appellatur, Christianos, hoc inquam rogamus, ac pro Christo obsecramus, in gratiam cum Christo redite, ac Spiritū nolite extinguere: vel potius vobiscum Christus in gratiam redeat, ac Spiritus aliquando tandem vobis illucescat. Quod si nimia contēdendi libidine flagratis, at nos certè Trinitatem nobismetipsis seruemus atque à Trinitate seruemur, manentes puri & inoffensi vsque ad pleniorum eorum que exoptamus, ostensionem, in ipso Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in sæcula, Amen.

Descensus Christi ad inferos.

In rixosos disputatores.

1. Cor. 1.

Galat. 5.

1. Cor. 1.

Orat pro inimicis usque hæreticis.

1. Vel volens, inquiunt, Filium genuit vel nolens. Aliter hoc dilemma proponit ac dissoluit Epiph. in Ancor. Volens aut nolens, inquiunt Arriani, Filium genuit Pater: Si nolens, ergo necessitati obnoxius est Deus: Si volens, ergo voluntas prior est Filio. Respondet Epiphanius, Nec volens nec nolens, sed *καὶ ὁ θεὸς φύσις*, id est, naturæ præstantia. Exuperat enim diuina natura voluntatem, nec tempori subiacet, nec necessitate trahitur.
2. Aio me nunc mentiri. Syllogismum hunc *καὶ ὁ θεὸς φύσις* vocant, id est, mentientem, qui seipsum refutat. Hieronym. in epist. ad Oceanum, cuius initium est, Nunquam fili Oceane, Statim, inquit, recordatus sum Chryssipei sophismatis. Si mentiris, idque verè dicis, mentiris. Si enim (ut explicat Erasmus in scholiis) verè mentiris, hoc ipso non mentiris, quòd mentiris. Et si non mentiris, hoc ipso mentiris, quòd non mentiris.
3. Quoniam Deus quorundam Deus est. Hoc argumentum ita facilius exponemus. Si idem sunt Inginitus & Deus, Ergo quemadmodum Dei nomen ex eorum numero est quæ ad aliquid referuntur (ut ostendit Nazianz. sequenti Oratione) eodem quoque modo Inginiti quoque vox in eundem numerū referenda erit. Consequens est falsum: Ergo & antecedes. Atque ita falluntur Eunomiani qui Dei naturam, Inginitum esse arbitrantur.
4. Ut quidquid definitionis. Ut omnia, inquit, quæ vno atque eodem genere concluduntur, generis sui nomine propriè appellentur. Verbi gratia bos, vsus, homo propriè animalia nominantur: Ita quum vnica sit Dei natura, vtrunque distinguantur personæ, vnaqueque tamen ut propriè Deus est, ita propriè quoque appellatur.
5. Pater maior naturâ est, sic habent Græca ut verimus, & tamen sensus incommodus atque absurdus existit. Si sic efferretur argumentū multò dilucidius esset. Pater naturâ non est maior Filio: Ergo nullo modo maior: vel, Ergo nullo modo Pater. Quod quidem argumentum eò vitiosum ac sophisticum est, quia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter & absolutè procedit.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO

secunda de Filio, quæ quarta est de Theologia.

ARGUMENTVM.

Loca illa Scripturæ, quibus Eunomiani pestiferum dogma suum asserere conabantur, tametsi superiore oratione breuiter explicari Theologus: eandem tamen telam velut retexens, singula argumenta piè atque eruditè interpretatione dissoluit. Postea Dei ac potissimum Christi nomina, quæ vel ut Verbo vel ut homini conueniunt, enumerat, eorumque causas explanat.



- Quoniam tibi argumentorum captiones dolosque, Spiritus sancti facultate atque auxilio abunde discicimus, eas autem à scriptura diuina petitas obiectiones, quibus sacrilegi homines literam deprædantes, ac Scripturæ sensum suffurantes, imperitum vulgus ad suas partes trahunt, viamque veritatis perturbant, summatim quidem perspicueque, ut candidissimo cuique visum iri persuasum habeo, dissoluimus: (dum videlicet
40 sublimiores voces, quæque Deo magis conueniunt, diuinitati attribuimus, humiliores autem hominisque naturæ coniunctiores, nouo illi nostra causa Adamo ac Deo, aduersus peccatum patibili:) cæterum festinante oratione sigillatim eas haudquaquam persequuti sumus: ac tu earum quoque solutiones breuiter à nobis afferri postulas, ne speciosis & ad persuadendum accommodatis sermonibus in errorem abstraharis: idcirco nos has quoque breui complectemur, atque ut facilius memoriæ hæreant, numeris distinguemus. Illud quidem vnum ipsis fere in promptu est, Dominus creauit me principium viarum suarum ad opera sua. Cui argumento quo tandem modo occuremus? Non Solomonè accusabimus, non superioris vitæ scripta, & postremum ipsius lapsum abrogabimus, non eiusdem
50 sapientiæ ac velut scientiæ artificiosæque rationis, qua rerum vniuersitas condita & constituta est, hunc sermonem esse dicemus. Pleraque enim ex his quæ anima carèt, Scriptura per prosopopœiam loquentia inducere solet, ut illud, Mare hæc atque illa dixit, & abyssus dixit, Non est in me. Et, Cœli enarrant gloriā Dei,

Hæreticorum argumenta

Prover. 8.

Iob 38.
Psal. 18.

Zach. 13. & rursus frameæ aliquid imperatur, & montes ac colles exultationis causam
 Psal. 113. exposcuntur. Horum nihil proferre liber, etiam si alioqui à nonnullis eorum qui
 ante nos extiterunt, pro validis allata sint. Sed demus hoc sanè, Seruatoris ipsius
 ac veræ Sapientiæ hæc verba esse. Illud verò aliquantisper vnà consideremus.
 Causa Dei nulla est. Quid est ex omnibus rebus quod causæ sit expers? Diuinitas, nemo enim est,
 qui Dei causam dicere queat: alioqui id Deo antiquius esset. Quæ autem huma-
 nitas à Deo propter nos susceptæ causa extitit? Profectò vt nobis salus parere-
 tur. Quid enim aliud causæ afferri possit? Ergo quoniam hîc aperte & Creauit, &
 Eccli. 24. gignit me reperimus, simpliciter hoc cenfeo, quod cum causa coniunctum inue-
 nimus, id humanitati assignandum esse, quod autem simplex causæque expers, 10
 Psal. 110. diuinitati ascribendum. Age igitur, nunquid illud, Creauit, adnexam causam ha-
 bet? Creauit enim me, inquit, principium viarû suarum ad opera sua. Opera au-
 tem ipsius veritas & iudicium, quorum causa diuinitate delibutus est. Hæc enim
 Sapientia creata & genita. Efa. 49. Filiius Dei propter nos seruus. vocatur, multis bene seruiens, illudque item, quod magnum atque amplum ipsi
 esse Scriptura testatur, Filium Dei vocari. Haud dubiè quippe carni & natiuitati
 & affectibus nostris, ac denique nobis omnibus, qui à peccato detinebamur, in- 20
 seruiuit, vt nos in libertatem vindicaret ac salute donaret. Quid autem maius &
 honorificentius hominis humilitati contingere potuisset, quàm Deo connecti,
 Luc. 1. atque ex illa mixtione Deum effici, tantumque ab Oriente ex alto visitari, vt il-
 lud etiam sanctum, quod gignebatur, Altissimi Filius vocatus sit, eoque nomine
 Philip. 2. donatus quod est super omnè nomè, quod porro nomen illud est, nisi Deus? at-
 que vniuersa rerum machina ei qui nostra causa exinanitus est, imaginemque
 Act. 2. diuinam seruili formæ coniunxit, genu flectat, domusque Israël omnis cogno-
 scat, Dominum eundem ac Christum à Deo conditum esse? facta enim hæc sunt,
 Act. 3. opera quidem eius qui genitus est, bona autem voluntate progenitoris. Quid se-
 cundo loco tanquam maximi atque inuicti cuiusdam roboris opponunt? Opor- 30
 tet enim illum à cælo capi vsque ad restitutionis tempora, & tantisper regnare,
 2. Cor. 15. atque ad dexteram Patris sedere, quoad hostes in potestatem redegerit. Quid
 Psal. 109. vero postea? Regnandi finem facere, aut à cælis abscedere? Quis enim regno ab-
 dicabit, aut quam ob causam? Quàm audax ipse enarrator es, nimiumque à re-
 gio iugo abhorrens! Atqui audis regni illius nullum finem fore. Verùm hæc tibi
 Quoad vsque ad. erroris causa est, quòd non intelligis hanc vocem, Quoad, non semper futuro tē-
 pori opponi, sed ita interiectum tempus statuere, vt interim sequens tempus nō
 Matt. 28. excludat. Nam nisi ita se res habet, quonam modo illud, vt alia præteream, intel-
 liges, Ero vobiscum vsque ad consummationem sæculi? An quasi postea minimè 40
 futurus sit? Et quæ hæc ratio esset? Nec verò hæc solum de causa in errorem im-
 pingis, sed etiam quia significationes ipsas non distinguis. Regnare enim vno mo-
 do dicitur vt omnipotens ac volentium nolentium Rex. Altero, vt subiectionem
 Regnare 2. modis sumitur. in nobis gignēs, & sub imperium suum ditionemque nos redigens, lubèter ipsius
 regno colla submittentes. Quod ergo ad priorem significationem attinet, Regni
 ipsius finis nullus erit. Quod autem ad secundam, quis finis erit? Vt nos subiectos
 teneat, seruétque. (Quid enim opus erit subiectionem in nobis moliri, cum iam
 ipsi subiecti fuerimus?) Quod postquam effecerit, surrecturus est ad iudicium de
 terra ferèdum, ac secernendos eos, quorum certa est salus, ab iis qui pereūt, sta-
 Psal. 81. bitque Deus in medio Deorum, hoc est beatorum hominum, vt diiudicet ac di-
 1. Cor. 15. stinguat, quo quisque honoris gradu, quaque mansionem dignus sit. Huic subie- 50
 ctionē quoque istam adiunge, qua Filium Patri subiicis. Quid ais? An nunc subie-
 ctus non est? Aut etiam omnino opus est vt Deo subiiciatur, quum Deus sit? Er-
 go quasi de latrone quodam aut Dei hoste verba facis; Verùm ita rem expende.
 Quemadmodum

Quemadmodum salutis meæ causa maledictum vocatus est, qui maledictionem
 mea soluit, & peccatū, qui mūdi peccatū delet, ac pro veteri Adamo nouus Ada- Gal 3.
 mus efficitur: ad eundē quoque modū contumaciā & rebellionē meā sibi asciscit
 vt totius corporis caput. Proinde quādiu inobediens ipse ac turbulētus sum, abin-
 rando scilicet Deū atque affectibus indulgēdo: tandiū inobediēs quoque, quan-
 tum ad me attinet, Christus dicitur. Quū autem ei omnia subiecta fuerint (subi-
 ciētur autē & agnitione, & rerū in meliōrē statum immutatione) tum ipse quoque
 subiectionē impleuerit, adducēs me sempiternæ saluti assertum. Nec enim quic- Christum
 quā aliud mea quidē sentētia, Christi subiectio significat, quàm paternæ volūta- subici
 tatis expletionē. subicit autē vt Filius Patri, ita vicissim Filio Pater: ille opera sua, quid.
 hic beneplacito, quemadmodū antē à nobis dictū est. Atque ita eos, qui subiecti
 sunt, Deo sistit ac representat is qui subiecit, nostra videlicet sibi vendicans. Eodē
 in genere mihi illud quoque esse videtur, Deus Deus meus attende mihi, quare
 me dereliquisti. Neque enim ipse derelictus est vel à Patre, vel à sua diuinitate, vt
 quidā opinantur, quasi passionē extimescēte, atque ob eam causam sese à perpe-
 tiente corpore colligēte atque contrahēte. (Quis enim eum vel primū humani-
 tus gigni, vel in criticē ascendere coegit?) Verum in seipso nostra representat. Nos
 enim eramus derelicti illi prius atque contēpti, nūc verò impatibilis illius passio-
 nibus assumpti ac seruati. Quemadmodū nostrā quoque insipientiā ac peccatū
 sibi atrogās, quæ deinceps in Psalmo sequuntur, pronunciat. Quandoquidē vice-
 simus primus Psalmus, manifestē ad Christū refertur. Eiusdē speculationis illud
 etiā est, quod ex his quæ passus est, obedientiā didicit; clamor itē & lachrymæ, Heb. 5.
 tum quòd supplicarit atque exauditus sit, ac denique reuerentia, quæ omnia no-
 mine nostro mirabiliter agūtur & cōtexuntur. Vt enim verbū, nec obediēs erat
 nec inobediēs. Hæc enim iis, qui aliorū imperio tenētur, cōueniunt, quique secu-
 dæ classis sunt: illud nimirū probis atque honestis, hoc sceleratis ac supplicio affi-
 ciēdis. Vt autē serui forma, ad cōseruos, immò ad seruos sese demittit atque alienā
 formā suscipit, totū me simul cū infirmitatibus meis in seipso ferēs, vt quod vilis
 ac deterius est, in seipso absumat atque cōficiat, non secus ac cerā ignis, aut terræ
 vaporē solis radius, atque ipse ob huiusmodi cōiunctionē bonorū illius particeps
 siā. Quocirca re ipsa obedientiā honore afficit, eamque perpetiēdis doloribus ex-
 peritur. Neque enim sufficebat animi affectio, quæadmodū nec nobis, nisi manū
 quoque operibus admoueamus. Opus enim, affectionis animi argumentū est. Ac
 fortasse illud quoque nō incōmodè existimare queamus, eum obedientiā nostrā
 explorare, passionibusque suis omnia metiri, arte quadā humanitatis beneuolen-
 tiæque; erga genus nostrū: ita vt ex suis affectibus nostros æstimare queat, quātūque
 & à nobis exigi, & condonari debeat, expensā nimirum cum passionibus virium
 nostrarū imbecillitate. Nam quum lucē illā, propter corporis tegumētum, in hu-
 iusce vitæ tenebris lucentē tenebræ aliæ, hoc est impurus ille spiritus ac tentator
 infectatus sit: tenebræ ipsæ vtpote infirmiores, quātō magis infestabūtur? Et quid
 mirū si cū ille hostiles laqueos omnino effugerit, nos quadamtenus saltē cōpre-
 hendamur? Maius quippe est illi, quòd hostis eum persequutus est, quàm nobis,
 quòd nos assequatur atque comprehendat, apud eos utique qui hæc recta ratione
 perpēdunt. Addā illud quoque; his quæ dicta sunt, locū hūc mecū reputās. in quo e-
 nim passus est ipse tētatus, potest his qui tentātur auxiliari. Id quod perspicuè ad
 eundē sensum tendit. Erit autē Deus omnia in omnibus in restitutionis tempore,
 nō utique Pater, resolutio videlicet in ipsum Filio, nō secus atque in magnum quēdā
 rogū face aliqua ad tēpus quoddam abstracta, ac postea rursus coniuncta (neque
 enim Sabelliani hoc dicto labefactari se sinant) sed totus Deus, tum nempe cum
 iam non multi erimus, sed toti dei-formes, totiusque ac solius Dei capaces. Hæc
 enim est perfectio ea, ad quam omni celeritate properamus. Quodquidē Paulus
 ipse maximè conicit. Quod enim hîc de Deo indefinitè ait, alio loco apertissi-
 mis verbis Christo circumscriptim attribuit, ad hunc modum loquens. Vbi non
 Hh

Christum subici quid.

Psal. 21. Christus in cruce quomodo relictus à patre.

Heb. 5.

simil.

Opus est in dex affectionis ani mi.

Ioan. 1.

Christum tētari maius est quam nos capi.

1. Cor. 15.

Post iudicium Deus erit omnia in omnibus

Galat. 3. Græcus non Iudæus, circuncisio & præputium, barbarus & Scythæ, feruus & liber, sed omnia & in omnibus Christus. Veniamus iã ad id quod tertio loco, quod etiam quarto numerant, nimirum quod Christus Patrem maiore dicit, Deumque suum ac nostrum appellat. Sanè si maior diceretur, non item æqualis, fortasse vim aliquam haberet quod afferunt. Cùm autem vtrumque inueniri liquidò constet, quid tandem generosi homines dicent? Quid roboris habebunt? Quomodo cohærebunt, quæ ita dissident vt nulla ratione coire queant? Idem enim vt seipso maius sit, sibi que ipsi æquale, quî fieri possit? Nonne ergo perspicuum est maioris vocem ad causam, æqualis autem ad naturam referendam esse? Atque hoc non sine magno candore confitemur. Fortasse autem dixerit alius quispiam, sermonem nostrum acriori animi contentione prosequens, inferius habendum nõ esse, ab huiusmodi causa, causæ omnis experte, originẽ ducere. Nã & quia ab eo, qui principio caret originem trahit, eius quoque gloriæ partem sibi vindicare: & accedit insuper generationis prærogatiua, res eximia summæque veneranda, iis quidem certè qui mente præditi sunt. Nam quòd ratione humanitatis Pater Filio maior intelligendus sit, verè quidem dici potest, sed non perinde honorificè. Quid enim mirum, Deum homine maiorem esse? Atque hæc mihi dicta sint aduersus eos qui maioris vocem insolentius iactant. Quod autem ad alteram partem attinet, Deus dicitur non ratione Verbi, sed partis in oculorum sensum cadentis. (Quo enim modo illius, qui propriè Deus est, Deus dici queat?) quem admodum Pater non humanitatis, sed Verbi respectu. Duplici quippe natura constabat. Quò fit vt alterum de eo propriè dicatur, alterum impropiè: contra quàm in nobis se res habet. Deus enim propriè Deus noster est, non autem propriè pater. Atque hoc est quod hæreticos in errorem inducit, nimirum cùm nomina coniunguntur, euariantibus interim nominum significationibus, propter vtriusque naturæ cõnexionem. Argumento est, quòd cùm naturæ animo & cogitatione distinguntur, simul quoque nomina diuiduntur. Quod ex Paulo audire licet, his verbis vtente: Vt Deus Domini nostri Iesu Christi, pater ille gloriæ. Vides quomodo Christi quidem Deus, gloriæ autem Pater dicatur. Quamuis enim hæc duo personam vnã efficiant: id tamen non natura fit, sed eorum coitione. Quo quid apertius & luculentius esse queat? Quintum numeretur, quòd vitam, aut iudicium, aut Gentium hæreditatem, aut carnis omnis potestatem, aut gloriam, aut discipulos cæteraque eiusdem generis accipere dicitur. Hoc quoque ad humanitatem spectat. Quamquam vt hæc etiam Deo tribuamus, nulla inde absurditas consequetur. Non enim velut ascititia ei tribuimus, sed velut quæ à principio ipsi simul cum Patre adfuerint, non gratiæ ratione, sed naturæ. Sexto loco ponatur, quòd non potest Filius à seipso facere quicquam, nisi videret Patrem facientem. Quæ verba eiusmodi sensu explicanda sunt. Hoc verbum posse vel non posse, nõ vno modo dicitur: variã enim ac multiplicẽ significationem habet. Nonnunquam enim secũdum defectũ dicitur, & certi temporis ac personæ ratione habita: vt quòd puer luctari non possit, aut catulus cernere, aut aduersus aliquẽ decertare. Luctabitur enim fortasse aliquãdo, & cerneret, & decertabit aduersus alterum, etiã si aduersus hunc nequeat. Interdũ de eo dicitur, quod sæpe numero cõtingit, vt illud, Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Fieri enim potest vt quædã ciuitas abscondatur, maiori aliquo monte ipsius luminibus obstruete. Impossibile etiã dicitur, quod minimè æquum est, rationique consentaneum: cuius generis est illud, Nõ possunt filij thalami ieiunare, quandiu præsens est spõsus, siue eum intelligas qui corporeis oculis cernitur (neque enim ærumnæ atque afflictionis tẽpus erat, illud tẽpus quo Christus nobiscũ versabatur) siue eum vt Verbũ spectes. Quid enim eos corporeo modo ieiunare necesse est, qui spirituali modo perpurgantur? Quarta significatione hoc fieri non posse dicitur, à quo nostra volũtas abhorret: cuiusmodi est illud, Nõ poterat illic signa facere propter incredulitatem eorum, qui ea excepturi erant. Quoniam enim

Pater Filio maior ratione humanitatis.

Deus aliter pater noster & Deus noster est quæ Christi.

Ephef. 1.

Ioan. 5. & 11.

Ioan. 5. Posse ac nõ posse multis modis dicitur.

Matth. 6.

Matth. 9.

Matth. 13.

enim ad morborũ depulsiões vtrumque accidere necesse est, vt & egroti fident, & medici vim facultatẽque medendi afferant: idcirco alterum deficiente altero minimè contingebat. Quamquam haud scio, an hoc quoque genus tertio adiungendum sit, quo impossibile nihil aliud significat quàm quod minimè rationi consentaneum est. Neque enim rationi conuenit, vt iis medicina afferatur, quibus incredulitas perniciem inuectura est. Quo etiam in ordine ponendum est illud, Non potest mundus odisse vos. Et, Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Quo enim pacto quicquam horum impossibile est, nisi quòd volũtas repugnat: iam illud quoque impossibile dicitur, quod naturã quidem impossibile est, Deo autem volenti possibile. Quo in genere est illud, Eundem hominem bis nasci non posse, nec acũ camelum admitti. Quid enim prohibeat quòminus hæc fiant, si Dei voluntas ita tulerit? Præter hos omnes modos impossibile dicitur quod nulla omnino ratione fieri potest, vt quod nunc exquirimus. Vt enim impossibile esse dicimus, Deum malum esse, aut nõ esse (hoc enim Dei impotentiã potius atque imbecillitatem arguerit, quàm potentiã) aut vt quod non est, sit, aut vt bis duo simul & quatuor sint & decẽ: ita nec fieri vllò modo potest, vt Filius aliquid faciat, quod Pater nõ faciat. Omnia enim quæ Pater habet, sunt Filij, quæ admodum rursus omnia quæ Filius, Patris. Nihil ergo peculiare, quia communia omnia. Quandoquidem ipsum quoque esse, commune atque idem est ipsi cum Patre, licet alioqui hoc à Patre Filius habeat. Quo etiam sensu dictum est. Ego viuo propter Patrem: non quòd ab illo ipsius vita atque essentia dependeat, sed quòd ex illo sit, citra tempus vllum atque causam. Sed quomodo illud accipiendum, quod Patrem facientem videre dicitur, atque ita facere? An vt qui formas ac literas pingunt, eò quòd veritatem aliter assequi nequeant, nisi exemplar suũ intueantur, atque inde velut manu ducantur? Quî verò quadrat, vt sapientia magistro opus habeat? nihilne efficiet, nisi edocta? Quid? Paterne aliquid facit aut fecit? Vtrum tandem alium mundum pro præsentis mundo prius coagmentauit, ac futurum coagmentabit, vt eos sibi Filius ad imitandum proponens, alterum quidem iam procreauerit, alterum autem procreaturus sit? Quatuor ergo hæc ratione mundi erunt, duo à Patre, duo à Filio effecti: O supinam vecordiam! Age, cum lepras purgat, dæmones morbõsque proffigat, mortuos ad vitam reuocat, super mare pedibus ingreditur, aliãque omnia facit, quæ fecit, quo exemplo hæc facit? An Pater prius aliquando eadem hæc fecit? Nonne perspicuum est, earundem rerum formas à Patre quidem velut consignari, à Filio autem peragi, non feruiler atque indoctè, sed peritè & heriliter, atque vt aptius loquar, paterne. In hunc quippe sensum verba hæc accipio, Quæcũque Pater facit, eadem & Filius similiter facit: non quòd similia sint vtriusque opera, sed quòd par sit vtriusque potestas atque authoritas. Atque hoc fortasse esse queat, quod ait Christus, Vsq̃que modò Pater operatur & ego operor. Quamquam etiam his verbis, eorum quæ ab eo creata sunt, gubernatio atque cõseruatio intelligi potest. Vt indicat illud, Qui facit Angelos suos spiritus, & fundat terram super stabilitatem suam, cùm semel & hæc firmata atque stabilita sit, & illi procreati. Quò etiã pertinet, quod firmari tonitru dicitur, & spiritus creari, quorum ipsa quidem creationis ratio iam extitit, cæterum nunc quoque vim suam exercere non desinunt. Septimum proferatur, quod Filius è cælo descendisse dicitur non vt voluntatẽ suam faciat, sed eius à quo missus est. Sanè nisi ab illo ipso, qui descendit, hæc oratio haberetur, dicere possemus, hæc verba velut ab homine exprimi, non quem nostræ salutis authorem intelligamus (illius enim voluntas, cùm tota diuinitate perfusa sit, Deo proculdubio nõ aduersatur) sed quem ex nostra cõditione metiamur. Humana quippe voluntas diuinã non omnino sequitur, verum vt plurimum ei resistit atque obluatur. Nam illud quoque eodem modo intelligimus, Pater si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non mea, sed tua voluntas vincat. Neque enim, possibile esset necne, eum ignorasse.

Ioan. 6. Matth. 12.

Ioan. 3. Matth. 19.

Ioan. 12.

Ioan. 5.

Quomodo Filius Patrem vidit facientem?

Quo sensu Filius dicitur facere que facit Pater.

Ioan. 5. Psal. 103.

Psal. 50. Ioan. 6.

Matth. 26.

verisimile est, nec voluntati voluntatem opposuisse. Sed quoniam partis illius quæ assumptæ, (hoc enim est, quod descendit) non autem partis assumptæ hæc oratio est, ad hunc modum respondebimus, hæc non ita dici, quasi propriam voluntatē Filius habeat, atque à Patris voluntate separata, sed potius quod non habeat: ut quod colligitur sit huiusmodi. Non ut faciam voluntatem meam: nec enim voluntas mea à tua disiuncta est, sed communis utriusque nostrum, quorum ut vna est deitas, ita vna quoque voluntas. Per multa enim ex his quæ ita dicuntur, à communi dicuntur, nec positionis atque affirmationis modo, sed inficiationis. Ut illud, Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum. Neque enim dat, nec mensura definitur. Neque Deus Deum metitur. Ut item illud, Neque iniquitas mea, neque peccatum meum: non enim, quasi in eo peccatum sit, hoc sermone utitur, sed quia non sit. Ac rursus, Non propter iustitias nostras, quas fecimus. Neque enim fecimus. Quod etiam perspicue colligi potest ex his quæ sequuntur. Quæ est enim, inquit, voluntas Patris mei? Ut omnis qui credit in eum salutem consequatur, ac postremæ resurrectionis siue in integrum restitutionis compos fiat. An igitur Patris quidem hæc est voluntas, Filij autem minimè? An inuitus faustum illum salutis nuncium promulgar, fidemque apud homines nanciscitur? Quis verò hoc credat? Quandoquidem illud quoque quod ait Filius, sermonem qui ab auditoribus excipiatur, suum non esse, sed Patris, eandem omnino vim habet. Quomodo enim hoc cuiusquam proprium, aut solius esse queat, quod commune est, licet diu multumque mecum considerem, perspicere nequeo, ac ne alius quidē quicquam, nisi mea me opinio fallit. Si hoc modo voluntatem intelligis, rectè intelligis, pièque admodum & orthodoxè, ut quidē mea est sententiā, immò etiam cuiusvis, modo animi candore præditi. Octavo illud afferunt, Ut cognoscāt te solū Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Et, Nemo bonus nisi vnus Deus. Cuius argumenti perfacilis mihi videtur esse solutio. Si enim hæc verba, Solum, Verum, Patri duntaxat tribueris, vbi tādē veritatem ipsam collocabis? Etenim si illud, Soli sapienti Deo, aut illud, Soli immortalitatem haberi, lucemque inaccessiblei habitanti, aut denique illud, Regi sæculorum incorruptibili, inuisibili, soli sapienti Deo, ad hūc modū intellexeris, peribit utique tibi Filius, vel morte, vel tenebris mulctatus, vel in hoc condemnatus, ut nec sapiens sit, nec Rex, nec inuisibilis, immò nec omnino Deus, quod caput est eorū quæ diximus. Quid autem afferri poterit, quin simul cum cæteris rebus bonitatis iacturam faciat, quæ maximè solius est Dei. Verum hæc verba, Ut cognoscāt te solum verum Deum, ad eorum, qui quanquam falsō, diu tamen appellantur, sublationem dici existimo. Neque enim adiectum fuisset, Et quæ misisti Iesum Christum, si ad eum opposita distinctione submouēdum, illa, Solum Verum, pertinerent, ac non de communi utriusque diuinitate sermo esset. Illa autem Christi verba, Nemo bonus, eō spectabāt, ut insidioso legisperito, cuius testimonio ipsi ut homini, bonitas tributa fuerat, occurreret. Summa enim bonitas solius Dei est, tamen hoc quoque nomine homo nuncupetur. Ut illud, Bonus homo de bono thesauro, profert bonū. Et Deus ad Saulem de Dauide verba faciens, Dabo regnum meliōri te. Tum illud, Benefac Domine bonis. Et si qua id genus de his dicuntur, qui hominem laude ac prædicatione florent, ad quos primi illius boni riuus secundario cursu dimanauit. Hæc si tibi persuasimus, commodissimè se res habet. Sin minus, quid diciturus es ad eos, qui alio loco, iuxta id quod pro causa tua fundamento posuisti, Filium solum Deum dictum esse contendunt, nimirū in illis verbis. Hic Deus tuus, & non estimabitur alius præter eum. Et paucis interiectis. Postea in terra visus est, & cū hominibus versatus est. Nā quod de Patre non de Filio sermo habeatur, adiectio hæc aperte declarat. Hic enim est qui corporeā nobiscū cōsuetudinem habuit, inferisque rebus coniunctus est. Quod si quis enineat hæc verba. Et non estimabitur alius, aduersus Patrem dici, non aduersus eos, qui falsa mortaliū opinione Di, habentur, Patrem amimus, dum Filium deprimere studemus.

Ioan. 3.

Psal. 58.

Dan. 9.

Ioan. 6.

Ioan. 17.

Luc. 10.

1. Tim. 6.

Matt. 12.

1. Reg. 15.

Psal. 124.

Baruch. 3.

studemus. Qua victoria quid calamitosius magisque dispendiosum esse queat? Nono illud producent, Semper viuens ad intercedendum pro nobis, optimè sanè ac perquam mysticè & benignè. Intercessionis quippe nomen, non ut apud multos in more positum est, vltionis deprecationem habet, (hoc enim humile quodammodo ac fordium) sed idem significat quod pro nobis mediationis, ut ita loquar, ratione supplicare: Quemadmodum & Spiritus pro nobis intercedere dicitur. Vnus enim Deus, vnus etiam mediator. Dei & hominum, homo Iesus Christus. Supplex enim est nunc quoque, ut homo pro mea salute, quoniam cum eo corpore est quod assumptæ: quoad me humanitatis assumptæ facultatē atque potentia Deum effecerit: tamen non iam secundum carnem cognoscatur, hoc est secundum carnales affectiones, ac citra peccatum, nostras. Eodem modo aduocatum quoque habemus Iesum, nō ut nostra causa sese ad Patris pedes aduoluentem, seruilique modo abiicientem. Procul sit ista seruilis sanè suspicio, spirituq; indigna. Neque enim Patris est hoc exposcere, aut Filij pati, nec de Deo hoc cogitare pium atque æquum est. Sed ex his quæ humanitus perpeffus est, ad tolerantiam me, ut Verbum & consultor hortatur. Sic ego aduocationem hanc intelligendam arbitror. Decimo loco ignoratiam ponunt, quodque extremum diem atque horam nemo cognoscat, ac ne Filius quidem ipse, sed solus Pater. Atqui quomodo rem aliquam ignorat Sapia, ille sæculorum factor, ille consummator atque immutator, ille rerum quæ geruntur finis, ille ea quæ Dei sunt, non minus cognoscēs, quàm spiritus hominis ea quæ in ipso sunt? Quid enim hac cognitione plenius ac perfectius? Quis verò constat, ipsum ea quidem, quæ horam illam antecedunt, ac quæ velut in ipso finis articulo sunt, exactissimè scire, ipsam autem horam ignorare? Aenigmati quippe res hæc similis est, perinde ac si quis ea quæ ante murum sunt certissimè se scire affirmet, murum autem ipsum ignorare se fateatur, aut diei finem probe sciens, noctis principium minimè cognoscat: vbi alterius cognitio alterum necessariò secum introducit. Eccui igitur dubium esse potest, quin horam quidem, ut Deus cognitam habeat, ignoret autem ut homo, si quis partem aspectabilem ab ea disiungat, quæ mente sola perspicere potest? Nam quia absolutè hoc loco Filij nomen ponitur, nec adiungitur, cuius, idcirco hinc nobis ansa porrigitur ita existimandi, ut ignorantiam hanc sensu maximè pio interpretemur, eamque humanitati non diuinitati ascribamus. Ac si quidem hæc ratio aduersariis satisficiat, hinc pedem figemus, nec quicquam amplius à nobis requiratur. Sin secus, hanc secundam expositionem afferemus, quod quemadmodum singula alia, ita rerum quoque maximarum cognitio in genitoris honorem ad causam ipsam referenda est. Quin ne hunc quidem locum male intellecturus mihi videtur, qui sic legerit, ut studiosus quidam huius ætatis, nempe Filium non aliter diem illum vel horam scire, quàm ut Pater, ut sensus hic colligatur: Quoniam Pater cognoscit, ideo etiam Filius: tanquam videlicet nemini ea res nota sit, præter principem illam naturam. Supererat iam de hoc verbo, mandatum est, de eo etiam quod Patris mandata seruasse, & quæ placita sunt ei semper fecisse dicitur, tum de consummatione & exaltatione, ac de eo quod ex his quæ passus est, obedientiam didicisse scribitur, de sacerdotio item & oblatione & traditione, & oratione ad eum qui mortis periculo ipsum eripere poterat, adhæc de mortis pauore, & sanguineo sudore ac precatōne, & si quid aliud eiusdem est generis, pertractare: nisi cuius perspicuum esset, huiusmodi nomina perpetenti humanitati attribuenda esse, non autem immutabili illi naturæ, atque omni dolore atque cruciatu sublimiori. Hæc habui quæ ad diluendas aduersariorum obiectiones afferrem, ut radicis cuiusdam instar sint, ac velut submonitio his, qui solertiori & subtiliori ingenio sunt, plenioris expolitionis. Operæ precium autem fortasse, minimèque ab iis quæ prius diximus alienum fuerit, ne ipsa quidem Filij nomina, quippe quæ & multa sint, & multis rebus quæ circa ipsum considerantur imposita, sine specula-

Hebr. 7.
Intercessio
filij quomodo
accipienda.Rom. 8.
1. Tim. 2.

1. Ioan. 2.

Marc. 13.

1. Cor. 2.

Quo sensu
Christus dicitur
nescire diem
horam iudicij.

Ioan. 12. 14.

8.

Hebr. 5.

Luc. 12.

Dei nomen
uari non
potest.

Nomen
πε α γ μ
μα π τ.

Ens
Deus.

Exod. 3.

Vnde dicitur
Deus.

Deut. 4.
Heb. 12.

Esa. 42.
Amos. 9.
Psal. 67.

1. Tim. 1.
Psal. 67.
1. Tim. 6.
Psal. 67.
Cor. 93.
2. Cor. 13.
Exod. 3.

Filij
nomen
eorum
ratio.
Ioh. 1.

tione præterire: verum quæque appellatio sibi velit, declarare, ac mysticam vim nominum explicare. Hinc porro initium ducendum erit. Deus nullo nomine exprimi potest. Idque ostendunt Hebræorum doctissimi atque antiquissimi quique, quantum quidem nobis coniciendum dederunt. Nam qui propriis nominis summum illud numen honorandum duxerunt, ac ne iisdem quidem literis aliud quiddam eorum, quæ post Deum sunt, ac Deum scribi sustinuerunt (tanquam scilicet Deum huc etiam vsque à rerum nostrarum commercio distinctum esse oporteat) ecquando tandem solubili voce naturam illam insolubilem nec cum aliis communem explicari paterentur? Quemadmodum enim nemo est qui aërem totum vnquam hauserit: ita Dei naturam nec mens vnquam vlla prorsus concepit, nec vox vlla complexa est. Verum ipsum ex his quæ circa ipsum sunt, adumbrantes, obscuram quandam & imbecillum, atque aliam ex alia speciem colligimus. Ac præstantissimus hic apud nos theologus censetur, non qui in totum, quid Deus sit, inuenerit (nec enim totus ipse animi nostri vinculis astringi potest) sed qui ampliorem ipsius speciem mente conceperit, ampliùsque veritatis simulachrum in seipso collegerit. Quantum ergo nobis assequi concessum est, Ens & Deus magis quodammodo essentia nomina sunt, ex iisque etiam entis vox ad eam indicandam aptior est, non hoc solum nomine, quod ipse cum Mosi in monte oraculum ederet, quæreretque ille, quo nomine vocaretur, ita seipsum appellauit, edicens videlicet ei, vt ad populum his verbis vteretur, Qui est misit me: sed etiam quia nomen illud magis proprium esse reperimus. Quamuis enim Dei vox vel à verbo *שׁוּב* vel ab *אֱלֹהִים*, vt putant qui in hoc genere sibi sciti atque arguti videntur, hoc est à currendo vel ab vrendo rationem originis suæ ducat, tum propter sempiternam agitationem, tum propter vim illam vitiosarum affectionum consumptricem. (Nam hinc quoque ignis consumens dicitur) ex eorum tamen numero est quæ ad aliquid referuntur, nec libera atque absoluta est, quemadmodum nec Domini vox, quæ Dei quoque nomen esse dicitur, Ego enim, inquit, Dominus Deus tuus, hoc meum nomen est. Et Dominus nomē ipsi. At nos naturam ipsam exquirimus, aut esse ipsum, seorsim consideratum ac non cum alio quopiã copulatum. Ens verò proprium sanè est Dei, ac totum, nec priore aliqua re nec posteriore (nec enim erat aut erit) definitum ac circumscriptum. Alia autem nomina partim potestatis atque authoritatis aperte sunt, partim dispensationis, & quidam duplicis, alterius nimirum corpore sublimioris, alterius cum corpore coniunctæ: verbi causa, omnipotēs, & rex vel gloriæ, vel sæculorū, vel virtutū, vel dilecti, vel regnantium, vel Dominus, vel Sabaotz, hoc est exercituum, vel virtutū vel dominatium. Hæc sine vlla dubitatione potestati Dei ostendunt. Deus rursus, vel saluos faciēdi, vel vltionum, vel pacis, vel iustitiæ, vel Abraham, Isaac & Iacob, vniuersiq; spiritualis Israël ac Deum videntis. Hæc vtique dispensationis sunt nomina. Quoniam enim tribus his rebus gubernamur, nempe & supplicij metu, & salutis gloriæq; spe, & cultu virtutum, ex quibus nobis hæc comparantur, vltionum quidem nomine metus procuratur: salutis autem spes: virtutum denique, probitatis studium, vt qui aliquid horum assequitur, perinde ac Deum in seipso ferens ad perfectionem familiaritatemque eam & cognitionem qua nos virtus ipsi conciliat, maiori celeritate festinet. Sed hæc adhuc communia sunt diuinitatis nomina. Proprium autem eius, qui principij omnis atque originis expers est, nomen est Pater, eius autem qui citra vllum principium genitus est, Filius, illius deniq; qui citra generationem progressus est, aut procedit, Spiritus sanctus. Verum ad Filij nomina de quibus nobis dicere propositum erat, accedamus. Primum ergo Filius mihi dici videtur, quia essentia idem est cum Patre: tum etiam quia ex illo est. Vnigenitus autem non quia solus ex solo & solum: sed etiam quia peculiari quodam modo, ac non vt corpora. Verbum porro, quia ita se habet ad Patrem vt sermo ad mentem, non modò propter generationem passionis omnis expertem, verum etiam propter coniunctionem ipsius cum Patre, vimque enunciaticam.

Fortasse

fortasse etiã quia eodem modo se ad Patrem habet, quo definitio cum definito. Nam hoc quoque *λόγος* dicitur. Qui enim Filium cognouit, ait Christus (hoc enim significat illud, Qui vidit) Patrem quoque cognouit. Ac breuis & compendiosa, facilisque paternæ naturæ declaratio est Filius. Omnis enim foetus progenitorem suum tacita quadam voce prædicat. Quod si quis etiam, quia rebus omnibus infit, *λόγος* vocari contēdat, à ratione non aberrabit. Quid enim in rerum natura est, quod non vi Verbi coagmentatum sit atque conseruetur? At verò Sapientia, vt rerum diuinarum atque humanarum scientia. Qui enim fieri potest, vt conditor rerum à se conditarum rationes ignoret? Vis & potentia, vt rerum creatarū conseruator, iisque cohærendi facultatem suppeditans. Veritas, vt naturam vnum non multa. Verum quippe vnum est, mendacium multiplex: atque etiam vt purum Patris sigillum, minimèque mēdax character. Imago, vt eiusdem cum Patre substantiæ, & quia ex illo est, non item ex hoc Pater. Hæc siquidem imaginis natura est vt exemplar suum imitando referat. Quanquam hinc imago exemplar suum expressius refert. Illic enim rei viua ac motu præditæ, mortua atque motus expers imago est: hic autem viui exemplaris viua quoque est effigies, multoque minus à Patre differens, quam Seth ab Adamo, filiusque omnis à parente suo. Huiusmodi nanque simplicium rerum natura est, vt non partim inter se similes sint, partim dissimiles, sed totæ totas repræsentent, eademque potius sint, quam similes. Iam verò lux dicitur, vt animabus illis, quæ & vitæ & sermone purgantur, splendorem afferens. Nam si caligo est ignorantia, & peccatum: lux vtique fuerit scientia, & vitæ diuina. Vitæ, quia lux, totiusque ratione præditæ naturæ coagmentatio, ac si mihi hoc verbo vti liceat, essentiatio. In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus, secundum duplicem illam insufflationis facultatem. Nam & omnibus vitæ spiraculum insufflatur: & Spiritus sanctus, prout quisque ipsius est capax, & quatenus os mentis aperuerit. Iustitia, quia pro cuiusque merito præmia pœnæque distribuit, æquumque iudicem se præbet his qui sub lege sunt, & his qui sub gratia: corporisque etiam & animæ causam iuste disceptat, vt illud pareat, hæc præstit atque imperet, præstantiorque pars principatum aduersus deteriorem teneat: ne alioqui in meliorem insurgat. Sanctificatio quia puritas: vt purum illud numen puritate concipi queat. Redemptio, quia nos à peccato detentos in libertatem afferuit, seque nostri vice, vt orbem terrarum expiaret, pro liberationis precio substituit. Resurrectio, vt nos hinc subrigens, atque ad vitam reducens, à peccato extinctos. Atque hæc adhuc communia sunt & sublimioris illius naturæ, & eius quam salutis nostræ causa subiit. Nunc ad ea veniamus quæ propriè nostra sunt, humanitatisque assumptæ. Homo itaque dicitur, non solum vt corporis interuentu à corporibus concipiatur, qui alioqui ob imperceptibilem naturam suam concipi non poterat: sed etiam vt per se homines sanctitate imbuat, fermentique instar vniuersæ conspersioni sit, sibi que vniens quod condemnatum fuerat, totum illud à condemnatione liberet, omnia pro nobis quæcumque ipsi sumus, excepto peccato, factus, corpus, anima, mens (per quæ mors irrepperat) & quod ex his commune est, homo, visibilis Deus propter id quod animo atque intellectu perspicietur. Filius autem hominis, propter Adamum ac Virginem ex quibus natus est, illo quidem vt generis authore, hac autem vt matre, & lege & supra legem generationis. Christus verò, propter diuinitatem. Ea enim humanitatis vnctio est, non actu vt in aliis, qui Christi nuncupantur, sanctificans: sed totius vnctoris presentia. Cuius hic effectus est, vt homo vnctorem suum audiat, eique quod vngitur diuinitas comparetur. Via, vt per se nos ducens: Ostium, vt introductor. Pastor vt nos in loco virenti collocans, & aqua refectiois educans, atque hinc nobis itineris ducem se præbens, necnon aduersus belluas pro nobis dimicans: tum etiam vt errantes ac perditos in viam reducens, & fractos obligans, & firmos ac validos custodiens, atque ad futuræ vitæ caulam pastoralis scientiæ rationibus colligens. Quis porro, vt victima. Agnus, vt perfectus. Pontifex, vt con-

Hh 4

Hebr. 3. 7. ciliator atque perductor. Melchisedech, ut matris expers, quod ad naturam illam nostra excelliorem attinet, patris autem expers, quantum ad humanam ac nostratrem: tum etiam quia, quantum ad supernam naturam ignoti generis est (Generationem enim illius, inquit, quis enarrabit) ac preterea, ut Rex Salem, hoc est, pacis, & Rex iustitiae, ac denique ut a Patriarchis, aduersus impuras ac pestiferas potestates strenue rem gerentibus, decimas accipiens. Habes filij appellationes: per eas incede, per sublimes, inquam, illas, diuine: per corporeas autem, humane: immo vero prorsus diuine. Ita enim Deus efficiens, e terra subuectus, propter eum qui supernam nostram salutis causa descendit: Prater omnia & ante omnia illud serua, nec laberis in sublimioribus aut abiectioribus nominibus, Iesus Christus, heri & hodie corporaliter idem & spiritualiter, & in saecula saeculorum. Amen.

Esa. 53.
Hebr. 7.
Gen. 14.

Hebr. 13.

SCHOLIA.

1. Patrem maiorem dicit. Maior, inquit Hilarius lib. 9. de Trin. pater filio, & plane maior, cui tantum donat esse, quantum ipse est, hoc est, ut crastiore Minerua dicam, haecenus maior filio est pater, quia filius ex patre est. Nihil enim aliud sibi volunt Graeci Theologi, cum patrem & non ai non, id est, quantum ad causam filio maiorem esse docent.
2. Impossibile esse dicimus, Deum esse malum. August. lib. 10. cap. 5. de Ciuitate Dei, Recte omnipotens dicitur Deus, qui tamen mori & falli non potest. Dicitur enim omnipotens faciendo quod vult, non patiendo quod non vult. quod si ei accideret, non esset omnipotens. Vnde propterea quaedam non potest, quia est omnipotens.
3. Ac ne filius quidem ipse. Hilarius hunc locum explicans lib. 9. de Trin. An credibile esse potest, inquit, ut aliquid ex omnibus nesciat, qui omnibus ad id quod sunt atque erunt author est? & paulo post, Id quod nescit, non nesciendi infirmitas est, sed aut tempus est non loquendi, aut dispensatio est non agendi. & nonnullis interiectis, Ea nescit, quae aut non sint in tempore constituta, aut non agnoscuntur ad meritum. Epiphanius in Anchor. hunc locum sic explicat, Alia est cognitio per scientiam, alia per actionem. Pater scit hora iudicij tam secundum scientiam, quam secundum actionem. Tam enim omne iudicium dedit Filio. Filius scit secundum scientiam, non secundum actionem. Adhuc enim impij impij agunt, & c. Angeli autem neutro modo sciunt.
4. Domini vox. De hac voce satis longam disputationem texit August. lib. 12. cap. 15. de Ciuitate Dei, ubi de eo agit, an Dominus Deus aliquando dominus non fuerit, nec tamen quicquam certi habet, quod de hac re affirmet.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO
de Spiritu sancto, quae quinta & postrema est de Theologia.

ARGUMENTVM.

Erorata Filij causa refutare hac oratione aggreditur obiectiones eorum, qui de Spiritu sancti diuinitate pestiferè sentiebant. Erant autem illi in duplici genere. Quidam enim eorum solum Spiritum sanctum a diuinitate exturbabant, Filio interim parentes: quales erant Macedoniani. Alij vtrique diuinitatem abrogabant, ut Ariani & Eunomiani. Aduersus vtroque pugnat Gregorius. Ac reliqua quidem ipsorum argumenta ut leuia & puerilia nec nisi humanis rationibus nixa, facile refellit. Quoniam autem Orthodoxos hoc nomine grauius urgebant, quod Spiritus diuinitatem nullis Scripturae testimoniis suffultam esse contenderent, idcirco de hac re longam & eruditam disputationem texit, ostenditque, licet certas ob causas non ita expresse diuinitas ipsius in Scriptura consignata sit, plurima tamen ei tribui, ex quibus ipsa apertissime colligi possit: nec adeo anxie de nominum sono litigandum esse, cum res ipsas Scripturae auctoritate comprobatas esse constet.

Ad de Filio quidem haec a nobis dicta sunt, atque ad hunc modum lapidantium impetum oratio effugit, per medium ipsorum transiens. Orthodoxa quippe doctrina non lapidatur: quin potius belluas, hoc est, sermones perniciosè ad montem ascendentes lapidibus & fundis infectatur. Sed de Spiritu sancto, inquit, quid dixeris? Vnde nobis peregrinum Deum, nulloque Scripturae loco proditum introducis? Atque hoc illi quoque obiiciunt, qui aequiores se erga Filium moderatiorisque praebet. Nam quod in vis & fluuiis reperire est, ut à se inuicem secentur, ac rursus inter se coeant: idem hic quoque (tanta est impietatis

Ioan. 8. 10.
Exod. 19.
Impietas
in Sp. san-
ctum.

impietatis vberitas & copia!) vsu venit, ut qui in aliis rebus à se dissident, in aliis rursus consentiant: ita ut ne plane quidem intelligi ac perspicui possit, vel qua in re consentiant, vel in qua pugnent ac cõflicentur. Et quidem in hac de Spiritu sancto disputatione non nihil inest difficultatis & molestiae, non hoc solum nomine; quod homines in ea, quae de Filio habita est, disputatione fracti atque confecti acrioribus animis cum Spiritu colluctantur (omniño enim eos impietatem amplecti necesse est, aut ne vitalis quidem, ut dici solet, ipsis vita est) verum etiam quia nos quoque quaestionum multitudine fatigati & enecti; similes sumus iis, qui ciborum fastidio laborant. Quemadmodum enim illi postquam cuiusdam esculentum fastidium contraxerunt, omnes quoque cibos auersantur: eodem ipsi quoque modo ex vnus disputationis radio ad omnes disputationes aequè nauisamus. Det tamen Spiritus, & oratio curret, Deique gloria celebrabitur. Atque quot modis vel Spiritus, vel sanctus apud Scripturam sacram intelligatur ac dicatur, accuratè excutere atque distinguere, commodumque cuique speculationi testimonium adhibere, quodque etiam peculiari quodam modo id quod ex vtroque connexum est, nimirum Spiritus sanctus, intelligatur, dicere superfedebimus, aliiisque qui & sibi ipsis & nobis, quemadmodum nos quoque illis, ista pertractarunt, hoc muneris relinquemus: ipsi autem ad ea quae deinceps sequuntur orationem conuertemus. Atque illi quidem, qui perinde ac peregrinum quendam & ascriptitium Deum inuehamus, animo discruciantur, acriterque pro litera contendunt, sciant se illic timere, ubi non est timor, fauoremque eum quo literam complectuntur, impietatis obtentum ac praetextum ipsis esse, aperte cognoscant, ut paulo post ostendetur, cum obiectiones eorum pro virili nostra refutauerimus. Nos autem diuinitati Spiritus sancti, quem colimus, ad eum confidimus, ut doctrinae diuinitatis initium hinc ducturi simus, eandem Trinitati voces accommodantes, etsi id audacius fortasse nonnullis videri queat. Erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in mundum, Pater. Erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in mundum, Filius. Erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in mundum, alius Paracletus. Erat, & erat, & erat: sed vnus erat. Lux, & lux, & lux: sed lux vna, Deus vnus. Atque, hoc est, quod Dauid quoque vtrunque conspiciatus est, cum diceret, In lumine tuo videbimus lumen. Ac nunc ipsi & perspeximus & praedicamus, ex luce, id est, Patre, lucem, hoc est, Filium, in luce, hoc est, in Spiritu sancto percipientes: quae compendiosa & simplex est Trinitatis, ipsiusque diuinitatis assertio. Qui reicit, reiiciat, qui iniquè agit, iniquè agat: nos, quod intelleximus, praedicamus. In montem excelsum ascendemus, & clamabimus, si ex inferiori loco minus exaudiamur. Spiritum efferemus, non pertimescemus: quod si etiam pertimescemus, tacendo certè, si non praedicando, eum nihilominus efferemus. Si fuit tempus, quum non esset Pater: fuit quoque, quum non esset Filius. Si fuit tempus, quum non esset Filius: fuit quoque quum ne Spiritus quidem esset. Si vnum illud à principio erat: vtrique & tria. Si vnum deiicis, audax hoc dicam, ne duo quidem superiore loco colloces. Quae enim imperfectae diuinitatis utilitas? immo quae diuinitas, si imperfecta? Perfecta autem quomodo erit, in qua ad perfectionem aliquid desideratur? Desideratur enim, si sanctitate careat. Hanc porro quomodo habere queat, nisi Spiritum habeat? Si enim alia quaedam praeter illum sanctitas est, quae tandem illa intelligenda sit, dicat quispiam: aut, si quidem eadem haec est, quid afferri potest, quamobrem non iam inde à principio fuerit? Quasi verò praestiterit Deo, aliquando imperfectum extitisse, ac Spiritu caruisse. Si à principio non erat, meae classis atque ordinis est, etiam si me dignitate non nihil antecessat. Temporis enim interstitio à Deo scindimur ac dirimimur. Si eiusdem mecum classis est, quomodo me Deum efficit, aut quomodo cum diuinitate coniugit? Sed operae precium facturum me puto, si de eo altius aliquanto disputationem reperam. De Trinitate enim prius quoque à nobis est pertractatum. Spiritum sanctum Sadducaei penitus

Hereticum
multis à se
dissident.

simil.

Inuocatio
Sp. sancti.

Psal. 52. 13.

Ioan. 1.

Ioan. 15. 16

Psal. 35.

Esa. 11.
Esa. 40.

40

50

adducor- rum error de sp. sancto. Ethnici de sp. sancto verba fecerunt. nō esse censuerunt, quemadmodū nec angelos nec resurrectionem: quibus haud scio quid acciderit, ut tot ac tanta de eo in instrumento veteri testimonia pro nihilo haberent. Qui autem apud ethnicos Theologiae laude magis excelluerunt, propiusque ad nos accesserunt, imaginem quandam ipsius, ut mihi videtur, animo conceperunt: ceterum in nomine dissenserunt, vniuersitatis mentem & extrinsecam mentem aliisque id genus nominibus eum appellantes. At verò nostri sapientes, partim vim quandam & facultatem ipsum existimarunt, partim creaturam, partim Deum, partim vtro potius nomine vocandus esset, minimè certum atque exploratum habuerunt, ea ratione, ut aiunt, permoti, quòd Scriptura neutrum horum planè apertèque demonstrasset. Ac proinde nec ipsum venerantur, nec aspernantur, sed medio quodam modo, vel potius miserè perditèque erga eum afficiuntur. Ex his porrò qui Deum ipsum credunt, alij animo tenus pij atque orthodoxi sunt: alij labijs quoque ipsis pietatem profiteri non verètur. Alios etiam, sapientiores videlicet homines audiui, qui diuinitatem metiuntur, ac tria quidem perinde ac nos intelligi consentunt, sed ea ita inter se disiungunt, ut primum essentia & potestate indefinitum statuunt: alterum potestate, non item essentia: postremum vtroque circumscriptum & definitum. Sic alio quodam modo eos imitantur, qui opificem & adiutorem, & administrum nominant, atque ordinem eum, gratiamque nominibus insitam, rerum quoque seriem esse arbitratur. Nos verò nec cum iis, qui ne Spiritum quidem esse censent, verba vlla commutabimus, nec cum nugatoribus ethnicis. Absit enim ut peccatorum oleo sermonem nostrum impinguemus: cum ceteris autem ad hunc modum differemus. Spiritus sanctus vel ex eorum numero, quæ per se subsistunt, omnino statuendus est, vel in eorum numerum ascribendus, quæ in alio considerantur. Quorum alterum substantiam, alterum accidens vocant, qui harum rerum sciētiam callent. Ac si quidem accidens, actus utique Dei fuerit (quid enim aliud, aut cuius? hoc profectò magis consentaneum) compositionisque expers. Si actus, agetur haud dubiè, non aget: simulque ut actus fuerit, desinet. Eiusmodi quippe est actus natura. Qui fit ergo, ut agat ipse, atque hæc & illa dicat & segreget & mereat, & ad iram incitetur, & quæcunque rei motu agitata perspicue sunt, non autem motus. Quòd si substantia est, non accidens, vel creatura censetur, vel Deus. Medium enim aliquid inter hæc, aut quod neutrius particeps sit, aut ex vtroque compositum atque conflatum, ne ij quidem qui Tragelaphos confinxerunt, intelligere queant. Si creatura, quomodo in eum credimus, aut in eo initiamur: Neque enim idem est, credere in aliquid, & credere de aliquo. Illud enim diuinitati conuenit: hoc cuiuslibet rei. Si autem Deus, non creatura aut factura, aut conseruus, aut denique vllum aliud abiectum nomen. Iam lingua tua ad disputandum profiliat, fundæ iactentur, argumentorum laquei contexantur. Aut ingenitus omnino est, inquis, aut genitus. Si ingenitus ergo duo erunt originis expertes. Si autem genitus, rursus subdividit, aut ex Patre genitus est, aut ex Filio. Si ex Patre, duo igitur sunt Filij ac fratres. Gemellos etiam finge, si lubet, aut alterum natu maiorem alterum minorem quando ita corpori immersus es. Si autem ex Filio, iam nobis inquires, nepos Deus extitit. Quo quid absurdius fingi possit? Hæc homines ad malefaciendum sapientes & ingeniosi, bona autem scribere recusantes. Ego verò si diuisionem hanc necessariam esse viderem, res ipsas profectò excepissem, nomina nihil veritus. Non enim, quia secundum excelsiorem quandam relationem Filius est Filius (quod videlicet alio quàm hoc modo indicare nequeamus id quod ex Deo est, essentiaque idem cum ipso) idcirco terrena quoque omnia cognationisque nostræ nomina ad Deum necessariò transferenda esse putandum est. Alioqui quid impedit quominus eadem ratione masculinum Deum nostrum existimes, quoniam Deus & Pater nominatur: ac foemineum quiddam diuinitatem, quantum quidem ex vocis genere æstimari potest: & denique neutrum, quoniam nihil gignit. Quod si iuxta veteres fabulas & deliramenta hoc quoque

quoque nugeris, Deum cum volūtatē suā congressum, Filium progenuisse: Marcionis illius qui nouos Aeonas commētus est, Hermaphroditum quendā Deum induxeris. Quoniam porrò diuisionem tuā primam, qua inter ingenitum & genitum nihil mediū esse arbitraris, haudquaquam admittimus: protinus tibi cum præclara tua diuisione peribunt fratres illi & nepotes, ut qui primo illo disputationis tuæ capite, quasi multiplici quodam nexu soluto, simul quoque soluti ac dilapsi sint, atque à diuinitatis doctrina sese subduxerint. Vbi enim, quæso, pones id quod procedit, quod quidē inter duas diuisionis tuæ partes interiectū esse constat, atque à Theologo multò te præstantiori nimirum à Christo introducit. Nisi fortasse vocem illam propter tertium tuum Testamentum ex Euangelij sustulisti, Spiritus sanctus, qui à Patre procedit. Qui quatenus ab illo procedit, creatura non est: quatenus rursus genitus non est, Filius nō est: quatenus autem inter ingenitum & genitum mediū est, Deus est. Atque ita vitatis syllogismorum tuorum laqueis Deus manifestè apparuit, diuisionibus tuis superior fortiorque. Quæ ergo est hæc processio, inquires. Dic tu quæ Patris ingenitura sit, & ego Filij generationem & Spiritus processionem explicare aggrediar: ut ambo mentis vesania præcipites agamur, in Dei mysteria oculos iniicientes, idque qui tandem? Nempe qui ne ea quidem quæ ante pedes sunt, scire, nec arenam maris, aut pluuiæ guttas, & dies sæculi enumerare possumus, nedum in Dei profunda penitus irrumperere, naturæque adeo arcanæ ac sermone omni superioris rationes referre. Quid ergo est, inquires, quod Spiritui deest, ad hoc ut sit Filius? nisi enim aliquid deesset, Filius esset. Deesse nihil dicimus. Neque enim Deo quicquam deest. Verum manifestationis, ut ita dicam, mutuaque eorum relationis differentia, diuersa quoque ipsis nomina procreauit. Neque enim Filio aliquid deest, ad hoc ut sit Pater (nec enim defectiois rationem habet filiatio) nec propterea tamen Pater est. Alioqui eadem ratione Patri aliquid deerit, ad hoc ut sit Filius. Nec enim Pater Filius est. Sed hæc defectum proculdubio non arguunt, nec essentia imminutionem: quin potius ex his verbis, Quòd genitus non sit, & quòd genitus, & quòd procedat, hoc effectum est, ut alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus appelleretur: atque ita incōfusa trium personarum distinctio in vna diuinitatis natura & dignitate conseruetur. Neque enim Filius est Pater (vnus enim est Pater) sed quod Pater: Nec Spiritus est Filius, quia ex Deo est (vnus enim vnigenitus, sed quod Filius: tria hæc vnum, si diuinitatem spectes, & vnum tria, si proprietatum rationem habeas: ut nec veritas Sabellismum spiret, nec Trinitas pestiferam diuisionem, quæ hac tempestate grassatur. Quid ergo? Spiritus sanctus est Deus? Maximè. Consubstantialis igitur? Prorsus, si quidem Deus. Da igitur mihi, inquis, ex eodem alterum Filium, alterum qui Filius non sit, & tamen eiusdem cum illo substantiæ: ac Deum & Deum admittam. Da tu quoque mihi Deum alium Deique naturam, & tibi Trinitatem aliam cum iisdem nominibus ac rebus dabo. Quum verò Deus vnus sit atque vna suprema natura, vnde tandem similitudinem tibi representabo? An rursus postulas ex terrenis rebus atque humanis eam duci? Valde profectò turpe est, nec turpe duntaxat, sed etiam admodum stultum & inane, ex humilibus rebus superarum cœlestiumque simulachrum sumere, rerumque certarum atque constantium ex fluxa fragili que natura, quòdque Esaias ait, viuentia in mortuis requirere. Et tamen adnitar, quando ita vis, hinc quoque nonnullam orationi nostræ opem afferre. Atque alia quidem prætermittenda duco, tametsi multa de animalium historia commemorare queam, partim vulgò nota, partim paucis cognita, quæ circa animantium ortus ac generationes natura miro artificio edidit. Gigni etenim dicuntur, non modò ex iisdem eadem, atque ex diuersis diuersa: sed etiam eadem ex diuersis, ac diuersa ex iisdem. Quòd si etiam cuiquam fidem facit hic sermo, alius est generationis modus, ut idem animal à seipso cōsumatur ac procreetur. Sunt etiam quæ velut quadam naturæ magnificentia, à seipsis quodammodo desciscant, atque ex aliis animalibus in alia

Marcion.

Tertium testamentum: Ioan. 15.

Processio sp. sancti.

Eccl. 1.

Cur spir. si non vocatur Filius.

Tria proprietate personarum, vnum diuinitate.

In creaturis nil Deo simile.

Generatio multiplex. Phoenix.

transeant atque imminuerentur. Quinetiam idem animal partim non genitum partim genitum, & tamen eiusdem substantiæ reperire est: quod quidem ad presentis quæstionis similitudinem propius accedit. Vnum quiddam ex nostris duntaxat adiiciam, ac postea aliò transibit oratio. Quid tandem Adamus erat? Dei figmentum. Quid Eua? figmenti segmentum & fœtus. Quid Seth? Vtriusque soboles. Idemne porrò tibi esse videtur figmentum, segmentum, & soboles. Maximè. Age, eiusdemne hæc substantiæ inter se sunt, an diuersæ? Eiusdè. Confiteris ergo fieri posse, vt quæ variè subsistunt, eandem tamen essentiam habeant. Nec verò hæc ed à me dicuntur, quòd fictionem aut ineisionem aut aliquid aliud ex his quæ corporis natura fert, in diuinitatem conferam (nec enim mihi rursus pugna quispiam arguator insidiosè immineat) sed vt in his rebus ea, velut in scena, spectem, quæ non nisi intellectu percipiuntur. Neque enim fieri potest, vt imago vlla & similitudo rei veritatem planè perfectèque assequatur. Sed quorsum hæc? dicent: nec enim vnus eiusdemque alter proles, alter aliud quicquam. Quid igitur? Eua & Seth nonne ex eodem Adamo sunt? Ex quo enim alio? Vtrum ambo ex eo progeniti sunt? Minimè. Quid ergo? Altera segmentum est, alter proles. Atqui ambo inter se idè sunt: homines enim: nemo est qui inficietur. Quin ergo aduersus Spiritum confictari desinis, quasi aut genitus omnino sit, aut consubstantialis non sit, nec Deus: præsertim cum ex humana quoque similitudine asseritionem hanc nostram sententiãque minimè impossibilem esse intellexeris? Atque hæc tibi probata iri existimo, nisi peruicaciter nimium contendere decreuisti, manifestisque rebus oblectari. Sed quis, inquires, Spiritum adorauit? Quis vel veterum vel recentium? Quis eum orauit? Quo Scripturæ loco eum adorandum aut orandum esse proditum est? Vnde hoc hausisti? Nos huius rei pleniorẽ causam postea reddemus, cum de non scriptis dogmatibus differemus. Nunc verò hoc dicere sufficet. Spiritus est, in quo adoramus, & per quem oramus. Spiritus enim, inquit, est Deus, atque eos, qui ipsum adorant in Spiritu & veritate adorare oportet. Ac rursus, Quid enim oremus, quemadmodum oportet, nescimus. Sed Spiritus ipse interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et alio loco. Orabo Spiritu, orabo & mente, id est, in mente & Spiritu. Ergo Spiritu adorare vel orare, mihi nihil aliud esse videtur, quàm ipsum sibi ipsi orationem vel adorationem offerre. Eamque sententiã nemo est, qui non comprobaturus sit, de magnis ac diuinis viris loquor, quique probè norunt, vnus adorationem trium adorationem esse, propter æqualem trium Personarum dignitatem ac diuinitatem. Sed ne illud quidem extimescam, quòd omnia per Filium facta esse dicuntur, tanquam in rerum vniuersitatem Spiritus quoque sanctus aggregandus sit. Omnia enim quæcunque facta sunt, dicit Euangelista, non omnia simpliciter. Nam ne ipse quidem Pater, nec omnia ea quæ facta non sunt. Proba ergo, Spiritum factum ac procreatum esse: ac tum Filio eum da, atque in creaturarum numero colloca. Quandiu autem id probare atque ostendere nequueris, nihil tibi ad impietatem adiumentum complexio illa allatura est. Si enim factus est, per Christum utique: ne ipse quidem inficias iuero. Si autem factus non est, quomodo aut rerum vniuersarum numero includetur, aut per Christum factus erit? Proinde desine vel Patrè Filij depressione sceleratè honorare (sceleratus enim honor est, Patrem Filio spoliare, vtcunque eum præstantiorem creaturam esse concesseris) & Filium Spiritus sancti demissione. Non enim conserui procreator est, sed simul eum eo, qui pari honoris gradu est, glorificatur. Nihil Trinitatis in ordinem tuum redige: ne à Trinitate excidas: nulla re vnã illam naturam ac peræquè venerandam trunca. Alioqui si quid ex tribus euerteris, totum euerteris, immò à toto excideris. Præstat exiguum quoddam vnionis illius simulachrum capere, quàm profligata quadam audacia in omnem impietatem prorumpere. Venit iam ad præcipuum disputationis caput oratio, ac quæstionem quidem iam pridem oppressam & extinctam, atque à fide submotam & exturbatam hoc tempore reuocari

Adam.
Eua.
Seth.

Obiectio
de Sp. sancto
nec adorando
nec inuocando.
Ioan. 4.
Rom. 8.

1. Cor. 14.

Ioan. 1.

Honor sceleratus
Patrem Filio
spoliare.

cari doleo & ingemisco: aduersus tabulas tamè stare necesse est, ac prouidere, ne velut deserta causa condemnètur, qui Verbum habet, Spiritusq; patronos se profitentur. Si Deus, inquit, & Deus, & Deus, quid causæ esse potest, quin tres sint Dij, aut quin pluriù Deorum principatù colamus? Hæc sunt quæ nobis obiiciunt, qui cumulatori impietate præcipites aguntur, aut etiã qui secundas impietatis partes tenent, hoc est, qui de Filio candidius paulò sentiunt. Ego verò partim communem aduersus vtrosque, partim aduersus hos propriã disputationem habebò. Ac cum his quidem ad huc modum agemus. Quid Trideitis nobis dicitis, qui Filium colitis, etsi à Spiritu descuistis, vos verò non Bideitæ? Nã si Vnigeniti quæque cultum & adorationem abiuratis, haud dubiè ab aduersariorum partibus statis: ac proinde quid est quamobrem lenius humaniùsq; vobiscum agamus, tanquam non omnino mortuis & extinctis? Si autem colitis, atque hætenus saltem bene & salubriter affecti estis, ex vobis quæremus, qua tandem ratione à Bideitatis crimine vosmet vindicare queatis, si quis eam vobis impingat? Si est vobis fermo prudentiæ, respòdere, nobisque etiam respondendi ansam præbete. Quibus enim rationibus Bideitatis crimen propulsabitis: eadem quoque nobis ad Trideitatis crimen propellendum sufficient. Atque ita causam obtinebimus, accusatores ipsos patronos habituri. quo quid generosius atque illustrius? Nunc communi orationis contètionem cum vtrisque dimicemus. Nobis Deus vnus est, quoniam vna diuinitas, atque ad vnum, ea quæ ex eo sunt, referuntur: etiam si tres Personas credimus. Neque enim alia magis, alia minus est Deus, nec alia prius, alia posterius. Nec voluntate scinditur, aut potentia diuiditur, aut denique quicquam eorum, quæ diuiduis rebus contingunt, hinc quoque reperitur. Sed indiuidua in diuiduis, vt vno verbo dicam, est diuinitas, ac velut in tribus Solibus inter se coherentibus vna lucis commixtio & temperatio. Quum ergo ad diuinitatem, primamque illam causam, vniùsq; principatum & imperium respexerimus, vnum est quod mentis nostræ oculis obuersatur. Quum rursus ad ea, in quibus est diuinitas, & quæ ex prima illa causa citra vllam temporis interiectionem in pari gloria sunt, tria à nobis adorantur. Quid autem, dixerint fortasse, nonne apud ethnicos quoque diuinitas vna est (vt docent qui plenius apud illos absolutiusque philosophantur) atque apud nos humanitas vna, vniuersum hoc genus nostrum? Et tamen Dij multi non vnus, quemadmodum & homines. At illic communitas vnitatem habet cogitatione sola considerabilem. Singula autem & tempore & affectionibus atque adeò potentia & facultate plurimum inter se diuisa sunt. Nam nos quoque non solum compositi sumus, sed etiam cum inter nos, tum nobis etiam ipsis oppositi, ne vnus quidem diei spatio iidem persistentes, nedum toto vitæ curriculo, verum & corporibus & animis perpetuò diffluentes atque in diuersum cadentes. atque haud scio an idem quoq; in Angelis locum habeat, atque in omni illa cœlesti natura, Trinitatiquè secunda: tamen si alioqui simplici quadam natura præditi sint, atque ob vicinitatem eam, quam ad summum bonum habent, in bono firmiter defixi. Iam Deos illos quos ethnici colunt, ac dæmones, vt ipsi vocant, nihil à nobis accusari necesse est, quum à suis Theologis conuincantur, quàm perturbati, quàm factiosi ac turbulenti sint, quot malis scateant, quot mutationes subeant, atque non mutuo solum, sed etiam primis causis aduersentur, quos Oceanos & Tethides & Phænetes, & nescio quo alio nomine appellant, ac postremo Deum quendam ob principatus amorem liberis suis infestum, atque alios omnes præ inexplebili cupiditate deuorantem, vt & hominũ omnium Pater fiat, & Deorum, quos miserè comederit, & euomuerit. Quòd si hæc ipsi, vt sermonis turpitudinem fugiant, fabulosa, atque allegorico sensu interpretanda esse contenderint, quid tandè ad illud dicent, trifariã omnia diuisa esse, aliũque alij cuiuspiam orbis parti præesse, atque & materiis & dignitatibus distinctos esse? At nostræ doctrinæ non eadem est ratio, nec pars hæc Iacob, vt inquit, meus Theologus. Sed horũ vnumquodque ad id cum quo

Obiectio
de tribus
Diis.

Responsio.

Vna persona
nec magis nec
prius Deus
est altera.

Angeli.

Dij Gentium
à suis Theologis
conuincuntur.

Saturnus.

hæret, non minus se habet, quàm ipsum erga se, tum essentia, tum potentia identitate. Atque hæc vnionis huius ratio est, quantum quidem ipsi percipimus. Ac si quidem firma est hæc ratio, Deo habenda est gratia, qui nobis hanc speculationem patefecit: sin minus, firmiorem aliam conquiremus. Tua porrò argumenta, quibus nostram illam vnionem euertere conaris, statuere nequeo, ludet sine potius, an ferio agentis esse dicamus. Quodnam enim est hoc argumētum? *Obiectio.* Ea quæ substantiâ eadem sunt, connumerantur, inquis, (connumerationem autem vocas in numerum vnum contractionem) quæ autem disparem substantiam habent, minimè connumerantur. Ex quo sequitur, vos ex eo elabi nō posse, quin iuxta hæc rationē, tres Deos asseratis, cum nobis nullū tale periculū immineat, qui ea con- *10* substantiā esse minimè profiteamur. *Responsio.* Vnica voce te ipsum negocio ac molestia liberaſti, pernitiosamq; victoriā adeptus es: idemq; tibi accidit, quod iis qui mortis metu sibi ipsis laqueo vitā adimunt. Ne enim in defendēdo diuinitatis vnus principatu laborē suscipias, diuinitatē negasti, quæstionemq; hostibus prodidisti. Ego verò etiā si quid laboris subeūdū sit, nō tamen perfidē deserā id quod adoro. *Obiectio.* Quamquā ne hīc quidē video, quis in hac obiectione diluēda suscipiendus labor sit. Connumerantur, inquis, ea quæ eadem substantiam habent: quæ autē substantiā inter se differūt, singulariter declarantur. Vnde hoc & à quibus doctoribus aut fabulatoribus accepisti? Illudne te fugit numerū omnem hæc vim habere, vt subiectōrū quantitatem, nō item rerum naturā explicet? Ego verò ita simplex vel *20* imperitus potius sum, vt tria quidē ea nominem, quæ totidē numero sunt, etiā si substantiā differāt: vnum autē & vnum & vnum, totidem vnitates, etiā si substantia coniungantur non magis videlicet res ipsas intuens, q̄ rerū quātitatē, iuxta quā enumeratio ipsa fit. Quoniā autem mordicus literā retines, & si alioqui literē bellum inferēs, illinc mihi probationes collige. Tria in Prouerbiis sunt quæ recto itinere ingrediuntur, leo, hircus, & gallus: & quarto loco rex inter gētes concionem habēs. Labet enim reliquas illas naturā distinctas quaternitates, quæ illic recensentur, silētio præterire. Duos etiā Cherubinos apud Mosē inuenio, qui singulariter numerantur. Quomodo ergo vel illa tria sunt (sicut ars tua præscribit) cum natura atque substantia adēo inter se diuersa sint: aut hæc singularia, quæ natura *30* inter se ita coniunguntur ac copulantur? Nam si Deū & mammonā dominos duos, numero vno inclusos, dicerem, cum tam lōgē inter se disiūcti sint, magis quoque fortasse deridendā hanc connumerationem propinarem. At verò ea abs te connumerari dices, eiusdemq; substantiæ pronunciarī, cum quibus congruēter nomina quoque ipsa efferuntur: vt homines tres, & dij tres, non autem tria hæc aut illa, nulla nominis redditione subsequente. Atqui hoc hominis est legem nominibus præscribētis, non verum dicere instituentis. Alioqui mihi quoque eadem ratione Petrus & Paulus & Ioannes non tres erunt, nec consubstantialia, quādiu non tres Petri, aut tres Pauli, aut totidem Ioannes non dicentur. Quod enim tu in generalibus nominibus retinuisti, hoc ipsi quoque iuxta commētum tuum *40* in specialibus postulamus. Iniuſtè enim feceris, nisi idem quod accepisti concesseris. Quid Ioannes? cum in Catholicis epistolis suis tres esse ait, qui testimonium dant, Spiritum aquam & sanguinem, videtur tibi delirare? Primum, quia res substantia diuersas connumerare ausus est, quod tu consubstantialibus tantum tribuis. Quis enim hæc vnus eiusdemque substantiæ esse dixerit? Alterum, quia minimè congruēti redditione vsus est: sed cum tres masculino genere præposuisset, tria neutro genere subiunxit, contrā quàm tuæ, atque ipsius etiam Grammaticæ leges ferant. Et quidem quid interest aut quum tres præposueris, vnum & vnum & vnum subinferre: aut quum vnum & vnum & vnum dixeris, non *50* tres sed tria appellare, id quod tu in diuinitate admittere grauaris. Iam quid cancer, animal, & organum, & sidus? Quid canis, terrestris, marinus & cælestis? nōne tres cancri aut canes tibi dici videntur? Ita profectō. An ergo proinde quoque consubstantialia? Quis sanus hoc dixerit? Vides ergo quomodo hoc connumerationis

*Obiectio.**Responsio.**Prov. 30.**Exod. 37.**Matth. 6.**1. Ioan. 5.**Cancer. Canis.*

numerationis argumētū tibi corruerit, tot tātisq; rationibus euictū & cōfutatū. Nam quum nec consubstantialia omnino connumerentur, & in vtrisque nomina simul efferri perspiciamus, quid tandem hoc tuo dogmate lucrifecisti? Quin illud etiam expendo; nec fortasse temerè atque absurdè. Vnum & vnū nōne in duo componuntur? Duo rursus nōne in vnū resoluuntur? Ita sanè. Si ergo consubstantialia quidē sunt, quæ componuntur, vt ipse argutaris, diuersæ autē substantiæ sunt, quæ fecantur, quid ex eo cōsequetur? nimirum eadem & consubstantialia esse, & diuersam substantiam habere. Nec verò facere possum, quin tuas prænumerationes ac subnumerationes rideā, quibus tu pinde gloriaris, ac si res ipsæ in nominū ordine sitæ sint. Nā si ita res se habet, quid impedit, quominus eadē ratione, quoniam eadē propter æquale naturæ præstatiā in sacra Scriptura nunc priore, nunc posteriore loco numerantur, sint quoq; ipsa sibi ipsis tū excellentiora tū abiectiora? *Obiectio.* Quid idē dicendum etiā habeo de his vocibus, Deus & Dominus, atque insuper de his prepositionibus, Ex quo, Per quē, & In quo, quibus tu nomen illud cæleste ad artis præscriptū exigis, primā Patri tribuens, alteram Filio, tertiam Spiritui sancto assignās. Quid enim fecisses si vnaquæque harū prepositionū vnique Personæ constanter tribueretur: quū tamē omnes cum omnibus promiscuè construantur, vt studiosis & accuratis lectoribus perspicuū est, tātam ipse per eas inducas & dignitatis & naturæ diuersitatem? Sufficiūt hæc quidē hominibus nō nimis importunis ac præposteris. Sed quia tibi difficile est, quū semel in Spiritū sanctū irrueris, impetū comprimere, ac nō potius furētium aprorū instar, ad extremū vsque pertinaciter contēdere, teq; in gladiū ipsum pertrudere, quoad totū vulnus pectore exceperis: age quæ tibi oratio superfit videamus. Identidem sapiūsq; nobis inculcas, Spiritus sancti diuinitatē nullo Scripturæ loco cōsignatam haberi. Enim verò quod nec nouus ac peregrinus nec introductitius ipse sit, verum & patris & huius ætatis hominibus enotuerit, patefactusq; sit, quamquā à cōpluribus iam ostensum est, qui de eo pertractarūt, atq; in diuinis Scripturis nec ignauè nec perfunctoriè versati sunt, sed literā penetrātes atque introsipientes, recōditam pulchritudinē diuino beneficio perspexerunt, scientiæq; luce collustrati sunt: tamē ipsi quoque *20* cursū, quātum res patitur, ostēdemus: ne alioqui superuacaneā quandā operam sumere, ac plus æquo ambitioni indulgere videamur, super fundamentum alienū ædificātes. Quod si quia nō admodū dilucidis verbis, nec sæpe nominatim Deus scriptus est, quemadmodū Pater prius & postea Filius, id tibi blasphemix, atque immōdicæ huius loquacitatis & impietatis ansam præbet: nos tibi hoc nocumētum offensionemq; depellemus, posteaquā de rebus & nominibus, ac potissimū de Scripturæ more atque vsu non nihil dixerimus. Rerum ergo aliæ non sunt, sed dicuntur: aliæ sunt, minimeq; dicuntur: aliæ nec sunt, nec dicuntur: aliæ denique & sunt & dicuntur. Horū probationes si à me exposcis, impiger exhibebo. Dormit in Scriptura Deus, & vigilat, & irascitur, & proficiscitur, & pro throno Cherubinos *30* habet. Quid audio: fuitne vnquā ille perturbationibus obnoxius? Corpore vsue vnquā fuit? Ergo hoc cum nō sit, effectū est. Ex nostris enim rebus ea quæ Dei sunt vt potuimus nominauimus. Vt quum seorsim à nobis quiescit, ac velut nostri curā ob eas quas ipse perspectas habet causas, abiicit, dormire dicitur. Nā nos quoque dū dormimus, omni agēdi facultate caremus. Idē cum repentina mutatione beneficiis nos afficit, vigilare dicitur. Somni enim depulsio est vigiliā quemadmodū auersionis visitatio: Iam cum in aliquē animaduertit, irasci eū finximus. Sic enim nos ira ad puniēdum incitatur. Quod autē nūc hoc modo nūc alio operatur, id proficisci dicimus. Ab alio enim ad aliud transitus, profectio est. Quod verò in sanctis illis & cælestibus mentibus conquiescat, ac velut libetè immoretur, federe *40* atque in throno esse nūcupauimus, quod ipsum quoque nostrum est. Deus enim nulla in re perinde vt in sanctis acquiescit. Iam leuitatē eius motūsq; celeritatem volatū appellat Scriptura, visitationem vultū, dationem etiā & acceptionem manum, atque vt in summa dicam, alia quædam Dei vis & facultas, aliud quidpiam

*Ex quo, Per quem, In quo, Rom. 11.**Obiectio de nō scripto familiaris hæreticis etiā veteribus. Responsio.**Rom. 15.**Primum rerū genit.**Dormire, vigilare, federe, et irasci, quæ ratione dicitur Deus in Scriptura.*

rerum corporearum nobis depinxit. Tu rursus unde Ingentum & Anarchum, tuas illas arces accepisti, aut nos etiā immortalis vocem? Hoc nominatim & expressè ostēde, aut ea delebimus. Ita ex tuis ipse fundamentis oppressus iacebis, euerfis atque sublati tibi nominibus illis, perfugique mœnibus, in quibus confidebas. Nonne perspicuum est, ista, tamēti non dicatur, tamen ex illis colligi, quæ hæc necessariò efficiat ac probent? Quæ tādē? Ego sum primus, & ego post hæc, & ante me nō est alius Deus, & post me non erit: Totū enim quicquid est meum est, nec principium habens, nec finem habiturum. His à Scriptura acceptis, illud quidem, quod ante eum nihil sit, nec antiquiorem causam habeat, Anarchum & Ingentum appellasti: quod autem nūquam esse desiturus sit, immortale, exitiūq; expers. Ac duo prima rerum genera ad hunc modum se habent. Quænam verò nec sunt nec dicuntur? Sceleratus Deus, quadrata sphaera, præteritum tempus præsens est, homo compositus non est. Ecquem enim vnquam eò stuporis progressum cognouisti, ut aliquid tale, vel cogitare vel pronuciare ausus sit? Reliquum est ut ostēdam, quæ sunt ea, quæ & sunt, & dicuntur. Deus, homo, angelus, iudicium, + vanitas huiusmodi argumenta, fideique subuersio, & sacrosancti mysterij euacuatio: Quum ergo in nominibus & rebus tātum discrimen reperiatur, quid causæ est, cur literæ tātoperē seruias, Iudaicæq; sapiētiae teipsum adiungas? Relictis rebus syllabas conlecteris? Quod si te bis quinque, aut bis septem dicere, decem aut quatuordecim ex verbis tuis colligerem, aut ex eo quod animal ratione præditum & mortale diceres, hominem esse concluderem, an tibi viderer delirare? Nequaquam profectò, quum tua dicerem. Neque enim verba magis sunt eius qui loquitur, quàm illius qui loquendi necessitatem simul affert. Quemadmodum igitur hîc non ea magis quæ dicuntur, quàm quæ intelliguntur expenderem, eodem modo nec si quid aliud eorū quæ vel nullò modo, vel certè non satis apertè dicuntur, ex Scriptura tamen intelligi colligique reperirem, tam te nominum sycophatam pertimescerem, ut à pronuntiatione ipsa refugerem. Atque ad hunc modū stabimus aduersus eos, qui dimidia ex parte rectè sentiūt. Tibi enim, qui Filio quoque bellum indicis, ne hoc quidē dicere liceat. Nam qui tot tamq; perspicuas ipsius appellationes abiuras, ne his quidē proculdubio moueris, etiam si multò plures apertioresq; cognosceres. Sed iam altius aliquanto sermonem repetens, vobis tamēti sapiētibus & eruditis, cur quidque inuolucris quibusdam obscuritatis in Scriptura tegatur, explicabo. Duæ ex omni auro illustres vitæ mutationes extiterunt, quæ etiā duo Testamēta, atque ob rei celebritatem, terræmotus vocantur: altera à simulachrorū cultu ad legē, altera à lege ad Euāgelium. Ac tertium etiam terræmotum Scriptura nobis annunciat, nempe migrationem ab hac vita ad alterā illam motus omnis & iactationis expertē. Idem porrò duobus Testamētis accidit. Quid tandem? Non repēte, nec ad primam aggressionis impulsione commutata sunt. Quamobrem? (Id enim scire operæ precium est) Vt ne vi pertraheremur, sed persuasione adduceremur. Quod enim voluntarium non est, ne diuturnū quidem est, quemadmodū nec profluvia aut stirpes quæ per vim retinētur. Quod autē voluntarium est, tum diuturnius est, tum certius. Atque illud eius est, qui vim intulit, hoc nostri arbitrij: illud diuinæ bonitatis, hoc tyrānicæ potestatis ac libidinis. Quocirca nequaquam faciendū sibi Deus putauit, ut inuitos beneficiis prosequeretur, sed ut de volētibus bene mereretur. Ac proinde pædagogi cuiusdā ac medici more patrios ritus partim subtraxit, partim concessit, nō nihil videlicet eorū voluptati indulgens, quemadmodum medici ægrotantibus, ut medicamētum suauioribus rebus arte temperatū & edulcatū admittant. Neq; enim facile est ab iis quæ lōgo vsū ac diuturno tēpore cōfirmata sunt ad alia trāsire. Ergo primū sublati simulachris sacrificia permisit. Deinde submotis sacrificiis circūcisionem minimè prohibuit. Ac postea, ut semel subtractionem eam exceperunt, iure quoque sibi concessio, hoc est, illi sacrificiis, hi circūcisione cesserunt, atque ut pro ethnicis Iudæi, ita pro Iudæis Christiani facti sunt,

tacitis

tacitis mutationibus ad Euāgelium furtim adducti huius rei tibi fidem faciat Paulus, qui ex eo quod circuncidebat, ac purificabatur, eò tandem progressus est, ut diceret, Ego autem fratres, si circūcisionem prædico, quid adhuc persecutionem patior? Illud consilij erat & dispensationis: hoc perfectionis. Huic exemplo diuinitatis doctrina comparari potest, nisi quòd cōtrario modo res procedit. Illic enim ex subtractione mutatio fiebat: hîc autem ex accessione atque incremento ad perfectionem ventum est. Sic enim se res habet. Vetus Testamentum Patrem apertè prædicabat, Filium obscurius: Nouum autem Filiū manifestaunt, Spiritusq; diuinitatem subobscurè indicauit. Nunc verò Spiritus ipse nobiscum versatur, seseque nobis apertius declarat. Neque enim tutum erat, Patris diuinitate nondum confessā, Filium apertè prædicari: nec Filij diuinitate nondum admissa, Spiritum sanctum, velut grauiorem quandam, si ita loqui fas est, sarcinam ingeri. Ne alioqui velut immodicis cibis oppressi, Solisque radiis hebetes oculos adiacentes pristinis quoque viribus periclitarentur: quin tacitis potius accessionibus, & ut Dauid loquitur, ascensionibus, atque ex gloria in gloriam progressionibus & incrementis, Trinitatis lumen splendoribus illuceret. Ob hanc causam, ut opinor, ad discipulos quoque particulatim se confert, ad excipientium, videlicet captum modulūmq; sese impertiens, in Euāgelij principio, post Christi passionem, post ascensum miracula edens, nempe quū insufflatus est, atque in igneis linguis apparuit. Quinetiā ab ipso Iesu paulatim declaratur, ut ipse quoque comperies, si animum accuratius aduerteris. Rogabo enim, inquit, Patrem, & alium Paracletum mittet vobis, Spiritum veritatis. Quæ quidem verba eò dixit ne aduersarius quispiam Dei esse, aut quasi ab alia quadā potestate orationem habere videretur. Postea, mittet quidem, ceterum in nomine meo. Hîc omisso rogandi verbo mittēdi verbum retinuit. Mox, Mittam: ut propriam auctoritatem ostendat. Tū denique, Veniet: quo verbo Spiritus potestas indicatur. Vides illuminationes paulatim nobis affulgentes, Theologiaeque ordinem, quem nobis quoque tenere præstiterit: ut nec repente atque confertim omnia in lucem efferamus, nec in finem vsque occultemus. Illud enim inconsultum: hoc impium. Illud alienos offendere ac vulnerare queat: hoc nostros à nobis abalienare. Enimvero id quod quibusdam quoque aliis fortasse in mentem venit, animi tamē mei fœtum existimo, superioribus adiungam. Habebat quædam Seruator: à discipulis, licet alioqui multiplici doctrina impleretur, portari tunc temporis posse negabat, ob eas fortasse, quas in medium protuli causas: atque idcirco ea ipsis obtegebat. Ac rursus pollicebatur ipsis fore, ut ab adueniente Spiritu omnia edocerentur. Ergo vnum ex eorum numero esse censeo, ipsam Spiritus sancti diuinitatem, in posterum apertius declarandam, tum videlicet quum iam post Seruatoris ascensum, in integrūmq; restitutionem, matura & perceptibilis esset ipsius cognitio, ut pote cui ob tam inligne miraculum fides non amplius abrogaretur. Quid enim hoc maius vel ille polliceri, vel hic docere potuisset? Si modo magnum aliquid existimandum est, Deique magnificentia dignum, quod promittebatur, vel quod docebatur. Ac de his ita sentio, utināmque sentiam, & quisquis mihi amicus est, colamūque Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, tres proprietates, vnam diuinitatem, nec gloriā, nec honore, nec essentiā, nec regno diuinam, ut quispiā diuino numine afflatus non ita pridem philosophatus est. Nec Luciferum ex orientem videat, ut cum Scriptura loquar, nec celestis splendoris gloriam, quisquis aliter sentit, aut tempori obsequitur, aliam aliāmque subinde formam assumens, putidūq; de maximis rebus consilium capiēs. Si enim adorāndus non est Spiritus, quomodo me Deum per Baptismum efficit. Si autem adorāndus, an non colendus? Si porrò colendus, an non Deus: Vnum vni cohæret, ac verè aurea quædam & salutaris est hæc catena. Atque à Spiritu quidem regenerationē habemus, à regeneratione instaurationem, ab instauratione agnitionē dignitatis illius à quo instaurati sumus. Atque hæc sunt quæ ab eò afferri possunt,

li 3

Secundariū rerum genus.

Ingenitus & immortalis in Scriptura non reperiuntur, sed ex ea colliguntur. Esa 41. 43. 44. 45.

Tertium rerum genus.

Quartum rerum genus.

1. Cor. 1. Relictis rebus nō sunt conlectandæ syllabæ.

Duo testamenta cur dicantur terræmotus.

Heb. 12. Tert. terræmotus.

Quod non est voluntarium nō est diuturnum.

Vt medici ægrotis, sic Christus Iudæis quædam permisit.

Act. 16. 21.

Galat. 5.

Cur olim solus pater aperit prædicabatur.

Isal. 83.

Matt. 10.

Ioan. 20.

Act. 2.

Ioan. 6.

Theologia tractanda ratio.

Ioan. 14.

Sp. sancti diuinitas edocta post ascensionē Christi.

Iob 38.

Matt. 28.

Catena salutaris.

Sp. sancti
diuinitas
ex scriptu-
ra proba-
tur.

Luc. 2. 3. 4.
Matth. 3.
Marc. 16.
Act. 1. 2.

1. Cor. 2. 3.
Sap. 1.
Rom. 8.
Ioan. 14.

2. Cor. 3.
Esa. 11.
Sp. sancti
nomina.
Ps. 142. 50.

Exod. 8.
Luc. 11.

Ioan. 3.
Act. 13. 5.

1. Cor. 3.

Act. 2.
Ephes. 4.

Ioan. 14.

Matth. 12.
Act. 5.

Luc. 11.

Ioan. 16.

Ioan. 20.

Rom. 8.

Par imbie-
tas Sabellij

& Arij.

Nulla veri
inferiorum

conferenda

est cum di-
uina natu-
ra.

qui Spiritus diuinitatem nullo Scripturæ loco niti concesserit. Iam verò tibi au-
thoritarum examen prodibit, ex quibus Scripturæ testimonio admodum con-
firmatam esse Spiritus diuinitatem ostendetur, iis quidem certè, qui non nimis
stolidi fuerint, atque à Spiritu auersi. Sic autem expende. Nascitur Christus, præ-
currit Spiritus: Baptizatur ille, hic testimonium dicit: tentatur ille, hic in altum
subducit: miracula edit ille, hic concomitatur: ascendit ille, hic succedit. Quid
enim adedò magnum & diuinum est, quod non ipse possit? Quod tam diuinum
nomen est, quo non, excepto ingeniti & geniti nomine, appelletur? Patris enim
& Filij proprietates incolumes atque integras ipsis manere conueniebat: ne alio-
qui apud diuinitatem, quæ alia quoque atque adedò confusionem ipsam in ordi-
nem adducit, confusio existeret. Equidem ipse ad tantam nominum copiam ad-
uersus quam frontem perfreant, qui Spiritui aduersantur, totus cohorresco. Spi-
ritus Dei dicitur, Spiritus Christi, mēs Christi, Spiritus Domini, ac Dominus ipse,
Spiritus adoptionis, veritatis, libertatis, Spiritus sapientiæ, prudentiæ, consilij, for-
titudinis, scientiæ, pietatis, timoris Dei, utpote horum omnium efficiens, omnia
essentia sua implens, omnia continens, mundum quantum ad essentiam implens,
interim ipse maior quàm ut mundus vires illius ac potētiam capere possit, bonus,
rectus, principalis, natura non gratia, sanctificans non sanctificatus, metiens non
dimensus, impertiens non particeps, implens non impletus, continens non con-
tentus, hæreditate acceptus, glorificatus, Patri & Filio connumeratus, minaciter
denunciatus, Dei digitus, ignis ut Deus, ad ostēdendam, ut opinor, eandem ipsius
cum Patre & Filio substantiam, Spiritus qui fecit, qui per baptismum & resurre-
ctionem denuò creat, Spiritus omnia cognoscens, docens, ubi vult & quantum
vult spirans, præiens, loquens, mittens, segregans, Spiritus qui ad iram incitatur,
qui tentatur, qui eam vim habet ut nobis abdita detegat, lucem ac vitam afferat,
immò qui ipsamet lux & vita est, qui nos templum, qui Deos efficit, ac perficit,
ita ut & baptismum anteuerat, & post baptismum requiratur, qui diuino suo
numine nos afflat, in igneis linguis diuiditur, qui gratias diuidit, qui Apostolos,
Prophetas, Euāgelistas, pastores & doctores facit, Spiritus intellectilis, multiplex,
aperus, clarus, incontaminatus, minimèque impeditus (quod idem valet ac si
dicerem, sapientissimus, agendique facultate varius ac multiplex, omnia explicans
ac declarans, liberamque potestatem habens atque immutabilis) omnipotens,
omnia lustrans, per omnes spiritus penetrās intellectiles, puros, tenuissimos,
hoc est, per angelicas, ut opinor, copias, quemadmodum & per prophetias &
apostolicas, eodem temporis momento, nec tamen in iisdem locis, alij enim eo-
rum alibi fusi ac sparsi erant) quod quidem perspicuè ostendit, eum nullius loci
circumscriptione definiri. Qui hæc dicunt, ac docent, atque insuper Paracletum
alium velut alium Deum nominant, qui blasphemiam solam in eum coniectam
inexpiabilem esse sciunt, qui denique Ananiæ & Saphiræ, postquā Spiritui san-
cto mēiti essent, perinde ac Deo non homini mentiti essent, tam horribilem in-
famix notam inusserunt, quid tandem tibi videntur, Spiritumne Deum prædi-
care, an aliud quid: Quàm crassi es ingenij, atque à Spiritu procul remoti, si de
hac re dubitas, ac doctore opus habes! Ac tot nominibus tam viuis & expressis
in Scriptura Spiritus appellatur. Quid enim testimonia ipsa tibi ad verbum pro-
ducere attinet? Quæcunque autem hinc quoque humiliter dicuntur, velut quod
detur, mittatur, distribuatur, charisma etiam, donum, insufflatio, pollicitatio, in-
tercessio, ac si quid aliud huiusmodi, ne singula commemorem, ad primam cau-
sam referri debent, ut ex quo sit ostendatur, ac non tria principia diuisa, proinde-
que plures Dij admittantur. Paris enim impietatis est, vel Sabellij more Personas
connectere: vel Arij instar naturas distinguere ac separare. Enimvero quū men-
tis curiositate multum diūque mecum considerassem ac rationem vndecunque
exegissem atque explorassem, rei tantæ imaginem quandam exquirens, cui tan-
dem rerum inferarum diuina illa natura comparanda sit, reperire non potui.

Quantis

Quantis enim exiguam quandam similitudinem inuenerim: maior tamen me
pars fugit, humique me cum meo exemplo relinquit. Oculum quendam & fon-
tem ac fluuiū mihi proposui, quemadmodum alij quoque, ut viderem num Pa-
ter cum oculo, Filius cum fonte, Spiritus cum fluuio proportionem quādam con-
ueniret. Hæc enim nec tempore distinguntur, nec ob continuitatem à se inuicē
abruptuntur, ac tribus insuper proprietatibus quodammodo scindi videntur.
Sed subiit me timor, primū ne instabilis quædam diuinitatis fluxio admittatur.
Deinde ne per hanc similitudinem vnum numero introducatur. Oculis enim
& fons & fluuius vnum sunt numero, variè figurata. Solem rursus & radium ac
10 lucem cogitavi. Verū hinc quoque metuendum est, primū ne incompositæ
naturæ compositio quædam excogitetur, quemadmodum Solis & eorum quæ
in Sole sunt. Deinde ne Patri quidem essentiam tribuamus, sed reliquos subsiste-
re negemus, verū eiusmodi facultates Dei constituamus, quæ ipsi insint, non
autem per se subsistant. Neque enim radius aut lux alij Soles sunt, sed Solis velut
riui quidam, & substantiales qualitates. Ac præterea ne simul & esse & non esse
Deo in his demus (quantum ex hoc exemplo colligi potest) id quod superiori-
bus etiam absurdus fuerit. Quinetiam audiui quendam huiusmodi similitudinē
adumbrantem. Fingebat fulgorem quendam Solis parieti affulgentem, atque ex
20 aquarum motu contremiscentem, quem quum radius per intermediū aërem
susceperit, postea solido ac renitente corpore repressus mirabilem in modū sub-
fultat. Crebris enim densisq; agitationibus subsilit, tantæque celeritate coit vicif-
sim, ac distinguitur, ut non magis vnum sit quàm multa, nec rursus magis multa
quàm vnum. Prius enim quàm oculis teneatur, fuga se proripit. Sed ne hoc quidē
ipse constituere possum, primū quoniam quid radio illi motum afferat, admo-
dum perspicuum est: Deo autem nihil antiquius est, quod ipsi motū dederit. Ipse
quippe omnium causa est, nec antiquiorem causam habet. Deinde quòd hinc ea-
rundem rerum suspicio occurrit, nimirum compositionis, fluxionis, incertæque
& instabilis naturæ. Quorum nihil de diuinitate cogitandum est. In summa nihil
est in quo mens mea gradum figere queat, si id quod imaginor, in exemplis spe-
30 culetur. Nisi fortè quispiam eo animi candore sit, ut quum vnum aliquid ex pro-
posita imagine acceperit, reliqua proiciat. Postremò itaque mihi consultissimum
visum est ut missis factis imaginibus illis atque vmbriis ut fallacibus, plurimūmq;
à veritate remotis, piam ipsè cogitationem fidemque mordicus retineam, atque
in paucis verbis consistens, ducēque Spiritu sancto vtens, quēque hinc splendo-
rem accepi, hunc ad extremum vsque ut fidum socium congerronemque custo-
diens, æuum hoc traiciam, aliōsque pro viribus adducam, ut Patrem & Filium
& Spiritum sanctum adorent, vnam diuinitatem ac potentiam, quoniam ipsi o-
mnis gloria, honor, imperium in sæcula sæculorum, Amen.

Sol radius
lux.

Consilium
salutare.

SCHOLIA.

1. Quid Trideitis. Vide scholia nostra in orationem de laudibus Heronis sub finem.
2. Trifariam omnia diuisa esse. Illam rerum omnium partitionem intelligit de qua diximus in scholiis secundæ Orat. de Theol.
3. Ea quæ substantia eadem sunt secundæ connumerantur. Huic argumento ac fere omnibus aliis, quæ ab hæreticis obieciuntur, respondet Basilius in libro de Spiritu sancto.
4. Vanitas huiusmodi argumēta. Hæc in Græco temerè inserta puto. Nec enim ad rem faciunt. Longè meliùs quadrarēt cum his quæ postea sequuntur. Nisi forte in quarto rerum genere collocare velis hæreticorū argumēta, quæ & vana sunt, & dicuntur.
5. A pronuntiatione ipsa refugerem. Quasi dicat, aperte Deum confiteri spiritum non dubitabo, etiamsi expresse in scriptura Deus non dicatur, modo rem ipsam, hoc est illius diuinitatem ex ea colligam.

GREGORII NAZIANZENI IN CHRISTI Natiuitatem Oratio panegyrica.

ARGUMENTVM.

Hanc Orationem in vrbe Constantinopolitana Theologus edidit. Ob eamque causam, factum est, vt quia cum hereticis certamen haberet, diuinitatis doctrinam perquam accuratè tractauit.



Christus gignitur, glorificatur: Christus è caelis, obuiam prodite: Christus in terra, subuehimini. Cantate Domino omnis terra. Atque vt hæc duo in vnum contraham, Latentur caeli, & exultet terra, nimirum propter caelestem, ac deinde terrestrem. Christus in carne, tremore & gaudio exultate, tremore propter peccatum, gaudio propter spem. Christus ex Virgine, mulieres virginitatem colite, vt Christi matres sitis. Quis eum, qui à principio est, non adoret? quis eum, qui postremus est, non laudet ac celebret?

NICETÆ COMMENTARIA.

Christi nomen propriè vtrumque simul significat, nempe Deum & hominem. Impropiè autem aliquando pro sola Verbi diuinitate accipitur, aliquando pro sola humanitate. Primè significationis exemplum est, Christus gignitur. Deus enim simul & homo gignitur. Itemque illud, Christus in terra, & Christus ex Virgine. De sola autem diuinitate illud dictum est, Christus è caelis. Deus enim solus sine humanitate de caelo descendit. Itemque illud, Christus in carne, hoc est Deus in carne. At de sola humanitate illud apud Apostolum est positum, Christus pro nobis mortuus est, id est Iesus. Fit enim propter summam vniionem, vt etiam cum separatim naturæ accipiuntur, Christi nomine, quod vtriusque naturæ vniendæ vim habet, appellètur. Ceterum illud notandum, quod non dixit, Christus genitus est, sed gignitur, hodierno die: quoniam qui festi diei laudes prosequitur, tanquam rerum nõ ita pridem gestarum laudem contexit, atque ea verbi præsentis temporis vis est, vt rem velut ob oculos ponat, atque ita representet, ac si nunc geratur. Christus itaque hoc est Deus & homo gignitur. Non dixit genitus est, sed gignitur: quoniam eandem semper progressionem Filius ac Deus retinet, vt pote Verbum, quod non humano more semel duntaxat ex Patre progreditur ac gignitur, sed sine egressione generatur. Vel, quia in nobis, qui per spiritum renascimur, perpetuò gignitur. Vel etiã, quia præsens tempus, quantum ad principium, præterit, quantum ad finem, futuri particeps est, ob idque pro vtroque vsurpatur: idcirco non abs re præteriti temporis loco dixit, Gignitur hodierno die, qui diei illius, quo ipse natus est imaginem gerit, nimirum vnoquoque anno conuersione sua eundem diem reuehente. Aptè autem dixit Glorificatur: quandoquidem in Christi natiuitate angeli quoque glorificabant, dicentes, Gloria in altissimis Deo. Glorificatur autem idem est quod laudatur. Cum autem dixisset, Christus gignitur, hæc verba per ea, quæ sequuntur, explanat, nempe per caelum & terram. Deus enim solus, inquit, è caelo descendens in terram cum assumpta humanitate nascitur. Quod etiam ait, Obuiam prodite, rectè cum his verbis, Christus è caelis, cohaeret. Porro ipsi è caelis descendenti ita demum quis occurrere poterit, si supra res terrenas seipsum extulerit, atque actionis & contemplationis pennis euexerit, iuxta id quod ab Apostolo dictum est, Obuiam procedemus venienti Domino in aërem. Optimè etiam quadrat illud subuehimini cum his verbis, Christus in terra. Ipso enim nostræ salutis causa deiecto ac terreno factò, nos propter ipsum euecti ac caelestes facti sumus. Illud autem, Cantate Domino omnis terra, Dauidis est. Hoc porrò loco per terram homines in terra habitantes intelliguntur. Quoniam autem eo tempore ob Christum natum angeli & pastores Deum laudabāt ac voluptate afficiebātur, mihi quoque faciendum est, vt hæc duo in vnum contraham, ac caelestia simul & terrena colligam, & cum Dauide dicam, Latentur caeli, & exultet terra, hoc est & caelestes angeli, & homines in terra degentes. Vel ipsa quoque inanimata elementa ob incredibilem voluptatis magnitudinem ad letitiam inuidentur. Consimile quiddam Esaias dicit, Latemini caeli, & exultet terra, prorumpant montes in letitiam: quoniam miseratus est Dominus plebem suam. Ad hæc Theologus illud, Christus in carne ex prima ad Timotheum sumpsit, in qua Paulus ait, Deus manifestatus est in carne. Illa autem, Tremore & gaudio exultate, à psalmo secundo Dauidis sumpta sunt. In eo enim ita loquitur, Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Sensus autem Theologi talis est, Quoniam, inquit, Deus in carne est, exultate, nõ tamen pure & simpliciter, verum sit exultatio vestra tremore & gaudio temperata, illud ob peccatū, quod nos ipsius aduentu præsentiaque indignos reddiderat, hoc propter spem salutis. Venit enim, vt saluum faceret, quod perierat. Iam etiam quæ sequuntur, expendamus. Christus ex Virgine natus, virginitatem prætulit. Ac quæcunque virginitatis amore correpta fuerint, quodammodo sanctam Deiparam imitantur. Virgines enim, inquit, post ipsam adducuntur, eam videlicet per imitationem comitantes. Ac proinde quantum ad virginitatis studium, matres Christi dici possunt. Allegorico autem sensu omnis anima maris iuxta ac feminae, quæ ab omni fædo atque obsceno affectu virginis instar, puram se & incorruptam tuetur, virtutis Verbum concipit, ipsumque progignit. Mox per interrogationem infert Gregorius, Quis eum, qui à principio est, propter diuinitatem non adoret? Quis item vltimum, propter humanitatem, non laudet? Postremis siquidem diebus ad nos

ad nos venit. Illud autem à principio Theologus noster à primo Theologo Ioanne accepit. Sic enim scribit, Qui erat à principio. Et in Euangelio, In principio erat Verbum.

Rursus tenebræ depelluntur, rursus lux creatur, rursus Aegyptus tenebris vexatur, rursus Israël columna illustratur. Populus qui sedebat in ignorantia tenebris, magnam cognitionis & scientiæ lucem inspiciat. Vetera transferunt: ecce facta sunt omnia noua. Litera loco cedit, spiritus superat, vmbra prætereunt, veritas ingreditur. Melchisedech colligitur, qui sine matre erat, sine patre efficitur, prius quidem sine matre, post autem sine patre.

NICETAS. Moses in principio Genesis tenebras illas primas cum caelo & terra velut subsistentes lucis productione discussas ac depulsas fuisse scribit. At nunc Theologus tenebras errorem & peccatum vocat, lucem autem veram fidei doctrinam & virtutem. Ac soluuntur quidem tenebræ, vt accidēs: creatur autem lux, vt substantia. Si quidem error ac peccatum præter naturam sunt, veritas contra & virtus secundum naturam. Earum etenim semina naturæ nostræ inspersa atque insita sunt. Deinde Aegyptus quidem palpabilium tenebrarum plaga prius vexata est, quemadmodum tradidit Moses: at nunc ignorantia & peccatum tenebris cruciantur, hoc est internectione delentur. Ad hæc Israël quidem columna ignis tunc illustratus est: at nunc Israël dici queat pius populus, qui Deum spiritualiter intuetur. Columna autem ignis veritas, aut Christus ipse, qui nos regit & illustrat, atque ad caelestem promissionis terram nobis viam commonstrat. Quod autem sequitur, Populus qui sedebat, &c. ab Esaiâ quidem acceptum est: ceterum Theologus exponēs de quibus tenebris Propheta loquatur, adiecit ignorantia. Eodémque modo in luce fecit, subiungēs cognitionis & scientiæ. Rursus illud Vetera transferunt, &c. ex Epist. Pauli ad Cor. 2. sumpsit. Vetera quippe noua facta sunt. Nam pro agno Christum habemus, pro circumcissione Baptismum, pro manna & aqua corpus & sanguinem Christi, pro terra caelum, ceteraque eodem modo. Hunc porro Apostoli locum explicans, subdit, Litera loco cedit, spiritus superat. Per literam legem scriptam ipsiusque ceremonias intelligit, per spiritum autem, Euangelium, vt pote quod spiritale sacrificium vitamque spiritalem aperte præscribat. Nam Lex vetus iuxta literam sensum omnia præcipiebat. Lex autem vetus scripta nominatur, quia prius scripta est, quam apud populum recitata sit: at Euangelium Christum ore docuit, tamesi postea quoque literarum monumentis consignatum sit. Ac vide, quam accuratè & exactè loquatur Gregorius, superat Euangelium, hoc est superiora omnia habet, atque autoritate & potentia vincit. Lex autem loco cedit, vt nequaquam profusa soluta & extincta. Iis enim oblitteratis atque abrogatis, quæ iuxta externum sensum peragebatur, spiritualia vim suam retinuerunt. Atque vmbra hoc est scriptæ legis præcepta, vt pote significatiua, & per ea, quæ in sensum cadebant, res spirituales adumbrantia præterierunt, hoc est finem acceperunt. Vmbra autem sese subducen- tibus veritas per eas adumbrata in medium prodit. At verò Moses cum de rebus Melchisedech in Genesi ageret, nec de ipsius patre, nec de matre, nec de vitæ principio, nec de fine vllum verbum fecit. Quem Paulus in Epist. ad Hebræos figuram Christi gerere inquit his verbis, Sine patre sine matre sine genere, neque principii dierum neque finem vitæ habens, assimilatus autem Filio Dei. Ab hoc loco sententiam mutuatus Theologus, Melchisedech, inquit, colligitur, hoc est syllogisticè conficitur, concluditur, atque demonstratur. Ad hæc cum Christus, quantum ad supernam & primam generationem, matris expers esset, sine patre quoque factus est, iuxta inferiorem ac secundam natiuitatem. Vel colligitur, hoc est vnitur atque perficitur. Primum enim Filius Dei dimidia tantum ex parte Melchisedech erat, quatenus videlicet matre carebat. At postea patris quoque expers factus, perfectus iam est Melchisedech. Ceterum hoc inter vtrumque interest, quod Melchisedech patris ac matris principij item & finis expers non est naturæ, sed ignorantione ac silentio eius, qui res ipsius cõscripsit, Deo nimirum ita constituyente: Christus autem naturæ. Idcirco enim imago & figura ille erat, hic autem veritas. Neque enim idem est imago quod veritas. Illud autem scire conuenit imaginem aliquando ea re, cuius imago est, priore esse, aliquando posteriorem. Prior enim est in signis & figuris, vt in legalibus sacrificiis ceterisque veteris Testamenti ceremonijs, atque etiam in hoc Melchisedech: posterior autem in his rebus, quæ ab exemplari sumuntur, vt pictus Paulus viui Pauli imago est.

Naturæ leges euertuntur: supernus mundus implendus est. Christus iubet, ne obnitamur. Omnes gētes plaudite manibus. Quoniam paruulus natus est nobis, filius datus est nobis, cuius principatus super humerum eius. Cum cruce etenim extollitur, ac vocatur nomen eius, magni consilij, hoc est, paterni angelus.

NICETAS. Naturæ leges nimirum quod mulier sine viri congressu non concipiat, nec sine doloribus pariat, nec post partum virginitatis decus retineat, quæ quidem in Dei matre per contraria subuersa sunt, vt quæ & sine viro conceperit, & sine doloribus pepererit, & post partum virgo manserit. Quod autem supernum mundum implendum esse ait, vario modo intelligi potest. Vel enim, quia Lucifer cum subditis sibi defectricibus copiis prolapsus locum vacuum reliquit, eum à nobis in ipsius gradum atque ordinem per virtutem euectis impleri necesse est. Vel quia quemadmodum Adam præscriptas sibi à Deo leges transgressus, inferiorem hunc mundum hominibus per carnem ad interitum & corruptionem, iuxta ipsum progenitis impleuit, per similitudinem videlicet præuaricationis ipsius dux & author factus: eodém modo Christus Adami leges re ipsa delens atque abrogans, superiorem mundum impleri ostendit, his, qui secundum ipsum ad incorruptionem gignuntur, per similitudinem obedientiæ suæ dux factus. Supernum autem huc mundum vocat,

qui præcessit peccatum, quod quidem ignorantia leges inuexit: quibus rursus à Christo extinctis incorruptione mundus impletus est. Vel etiam quia ut matrimonium inferiorem, ita virginitas superiorem mundum implet: quippe quæ sui studiosos cum virginibus angelis consociat. Quin alio etiam modo superunum mundum impleri oportet, nimirum ut ouis illa, quæ à centenario grege aberrauerat, reducat: atque amissa drachma rursus decadis numerum expleat, ac filius ille decoctor binarium perficiat. Verum vbinam Deus supernum mundum impleri iubet? Fortasse cum ait, In domo Patris mei multæ sunt mansiones. Impleri enim à nobis has mansiones vult. Vel etiam fortasse cum de illis, qui ad cœnam vocantur, inquit, Compelle illos intrare, ut impleatur domus mea. Vel cum ait, Qui potest capere, capiat. Adam enim solutis ac violatis legibus sibi impositis per similitudinem transgressionis suæ dux hominibus factus est. Christus autem huiusmodi legibus, quas acceptas Adam perfrigerat, ac pro nihilo duxerat, confirmatis et costabilis superiorem mundum impleri ostendit. Atque hæc quidem ad hunc modum exposita sint. Illud autem, Omnes gētes plaudite manibus, Davidis est: signum porro gaudij manuum plausus. Verum quam ob causam manibus plaudendum est? quoniam, ut inquit Esaias, paruulus Dei Filius nobis natus est, hoc est nostra causa. Nam nos propter nosmetipsos nascimur, ut luce ac vita perfruamur: at Christus nostra causa natus est, ut nos beneficium afficiat, ac nobis datus est, cuius principatus secundum eundem Esaiam, Super humerum eius. Egressus est enim humeris gestans crucem suam, quæ quidem ipsius est principatus, utpote imperij ac potestatis, quæ omnibus dominatur, signum ac veluti sceptrum. Etenim Christus post mortem, quam in cruce subiit, resurgens dixit, Data mihi est omnis potestas in cælo et in terra, ut homini scilicet, quam ut Deus habebat. Cum cruce etenim, inquit, simul extollitur, hoc est cruce in altum sublata ipse quoque cum infingeretur, simul euectus perfectam victoriam adeptus est, ac per crucem glorificatus est. Duo enim significat euectio, et simplicem à terra sublationem, et gloriam. Quorum alterum de cruce usurpatur, alterum de Christi humanitate. Insuper afflictionem et mortificationem crux designat. Ergo Christus extollitur, atque in nobis glorificatur, cum supra terram euehimur, et afflictionibus premimur, vitiosisque animi motibus emorimur. Nec verò me fugit non in nullis ita hunc locum explicuisse. Cuius principatus super humerum eius, quoniam omnes alij reges non in propriis viribus imperium suum ac regnum habent constitutum, sed in alienis, puta in militibus et satellitibus ac propugnatoribus: Christus autem solus principatum suum super humerum habet, id est in sua ipsius potentia. Per humerum enim vires significantur. Iam illud quoque ab Esaiâ sumptum est, Vocabitur nomen eius magni consilij angelus, cuius autem consilij Theologus adiungit, nempe Patris. Consilium autem hoc, hominum instauratio erat. Quæ enim, inquit, audiui à Patre, hæc annunciaui vobis. Vbinam autem vocatum est nomen eius magni consilij angelus: nusquam. Talis tamen erat, licet nusquam ita vocatus sit. Familiare autem est Scripturæ sacræ pro nominibus plerumque actiones ipsas accipere, quemadmodum hoc loco. Item cum ad Prophetam dicitur, Vocæ puerulum, Confestim spolia, celeriter pasce, et Emmanuel.

Clamet Ioannes, Parate viam Domini, ego diei vim potentiamque clamabo. Carnis expertus incarnatur, Verbum crassescit, inuisibilis cernitur, intractabilis cōtrectatur, temporis nescius principium capit, Dei filius hominis filius efficitur, Iesus Christus heri & hodie, idem & in sæcula. Iudæi offendantur, Græci derideant, hæretici linguæ prurigine afficiantur. Tum credent, cum in cælum ascendentem viderint: quod si ne tum quidem, at certè cum è cælo descendentem, ac pro tribunali sedentem perspexerint.

NICETAS. Ioannes, inquit, nato Christo viam præmuniat, et clamet, quemadmodum de eo Esaiâ dicit, Parate viam Domini. Quo loco per viam, piorum corda intelligit, per quæ prædicationis Evangelicæ verbum incedit: Ego autem præsentis festi naturam proclamabo. Quod carnis expertus incarnatur non secundum mutationem, sed iuxta humanitatis assumptionem. Eam enim carnis vacuitatem, quæ habebat, seruās, carnem, quam non habebat, assumpsit. Illud autem, Verbum crassescit idem est quod, Verbum caro factum est. Caro enim crassities est. Ac vide, quo modo ad admirabiliora sensim progrediatur. Crassities enim materiam magis redolet quàm incarnatio: rursus sensibilis est oculis cerni, quàm incarnari: ac denique crassius est contræctari, quàm aspectu sentiri. Alio etiam modo, posteaquam dixit Christum incarnari, carnis quoque proprietates adiicit, nempe crassitiem, et quod in aspectum et tactum cadat. Nam cum ne à cœlestibus quidem angelis prius cerneretur, nunc propter ipsius cum visibili homine vnionem cernitur. Cernitur autem non quantum ad inuisibilem diuinitatem, sed quantum ad diuinitatis actum et efficaciam, id est non quatenus inuisibilis Deus est, cernitur, sed per ea, quæ ut Deus efficit, videmus Deum esse, quippe qui intermedio corpore humano, res Deo dignas peragat. Hæc autem verba, Cernitur et cōtrectatur, ex Ioannis Epistola sumptis Gregorius. Scribit enim ille, Quod erat ab initio, quod vidimus, et manus nostræ contræctauerunt. Æternus et temporis nescius principium capit. Nam si caro factus est, carnisque proprietates habuit, ortus quoque principium eum accepisse necesse est. Quod autem sermonis caput est, Dei filius hominis filius efficitur, non nature lege atque ordine. Virginem enim sine viri concubitu parètem nescit natura. Verum cum verus Deus esset corporeus homo factus est. Hæc autem omnia non secundum mutationem, sed secundum assumptionem contigerunt. Hæc enim vna est in omnibus huiusmodi propositionibus solutio. Illud autem, Iesus Christus heri et hodie, idem et in sæcula, Pauli est in Epistola ad Hebræos. Quo loco corporaliter tibi intelligendum est Heri et hodie. Quod autem sequitur, idem et in sæcula, spiritaliter. Et quidem per heri præteritum

ritum tempus significatur: per hodie præsens: per secula autem eternitatem et immortalitatem. Quoniam autem nonnulli velut Iudæi non Christum, qui salutis nostræ causâ in crucem sublatus est, sed alium quenadã venturum rursus expectant, idcirco diuinus apostolus ad fidei rectæque doctrinæ confirmationem fore ait, ut idem hic Christus ad iustam sententiam de orbe ferendam rursus veniat. Huius porro verbis ostenditur, Christum secundum diuinitatem tripertitum tempus habere, nec alium, ut quidam opinatur, venturum, sed eum qui venit, hunc ipsum esse, qui heri, id est præterito tempore erat, et hodie secundum præsens tempus est, et iuxta futurum tempus erit in secula. Iam verò quod ait, Iudæi offendantur, et c. alludit ad Paulum ita in priore ad Corinthios Epistola loquentem, Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Iudæi etenim acceptis miraculis offendebantur, ad carnem impingentes: Gentiles autem prædicationis excellentiam natura superiorem irridebant, nempe quod Deus, homo factus esset, quod immortalis mortem subiisset, cateraque eiusdem generis. Lingua autem pruriginem, prolixas impiorum dogmatum nugas et deliramenta vocat. Tunc autem credet hæretici, cum certissimis argumentis fides ipsis adstructa fuerit, Christum cum carne in cælum ascendisse. Sic enim ipse pollicitus est, dicens, Cum exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum. Quod si ne tum quidem, at certè cum iudex è cælo descenderit. Nam cum hæc duo cum aduersariis certet, vis nimirum ac persuasio, si quidem in hac vita rationibus atque argumentis ad credendum hæretici non adducantur, in extremo die rebus ipsis cogentur: cum ipsi omne genus, velit nolit, flectetur.

Verum hæc posterus. Nunc autem Theophaniam siue Natalitia celebramus, utroque enim modo appellatur, duobus scilicet nominibus vni eidemque rei impositis. Deus enim per natiuitatem hominibus apparuit, alterum quidem iam existens, & quidem sempiternè ex sempiterno, supra causam omnem ac rationem (neque enim causa vlla Verbo superior erat) alterum nostræ salutis causa postea factus, ut qui vitam dederat, idem quoque beatam vitam afferret: vel potius ut nos per peccatum à beata vita delapsos, ad eandem rursus incarnatione sua reuocaret. Theophania autem ob eam causam hoc festum appellatur, quod apparuerit: Natiuitas verò, quod natus sit.

NICETAS. Verum hæc, inquit, posterus futura sunt, nimirum ut alij ad Christi ascensum, alij ad descensum credant. Præsens autem festum, atque vna eademque res, nempe Christi natiuitas, duplici nomine appellatur. Nam quia is qui natus est, duplici natura constat, duplex quoque festi huius nomen est, Theophania nimirum diuinitatis, Natiuitas humanitatis. Quatenus enim Deus apparuit, Theophania huic rei nomē inditum est: quatenus autem natus est, Natiuitas. Atque ut Deus quidem semper erat ex sempiterno Patre, ac supra causam et rationem erat (neque enim vlla causa præcessit, ob quam Filius à Patre generatus fuerit: neque enim eo quicquam est antiquius) homo verò in seculorum sine factus est. Causa porro inferioris ipsius natiuitatis, instauratio nostra fuit: ut qui vitam dederat (omnia enim per ipsum facta sunt) beatam quoque vitam nobis afferret. Caterum ne quis suspicari posset, homini à principio cum vita beatam quoque vitam minimè datam fuisse, huic suspicioni Theologus ita medetur, ut dicat, nos quidem prius quoque beatam vitam habuisse, verum eâ propter peccatum lapsos fuisse. Ob hanc causam Creator creaturam induit, ut eam renouet, atque instaurat, nosque incarnationis suæ opera in pristinum statum asserat, hoc est ad beatam vitam, quam ab eo acceptam amiseramus. Nam cum Dei notitia priuati, atque ad ea quæ non sunt, auersi essemus, (sola enim bona, utpote à Deo qui verè est, profecta, substantiæ rationem habent, mala verò substantia omni carent, beata quoque vita spoliati sumus, hoc est dissoluti ac dilapsi in morte et corruptione mansimus.

Hoc festum nostrum est, hoc hodierno die celebramus, Dei nimirum ad homines accessum, ut ad Deum proficiscamur, aut, ut aptiori verbo utar, reuertamur, abiectoque veteri homine nouum induamus, & quemadmodum in veteri Adamo mortui sumus, ita in Christo viuamus, vnà cum eo nascentes, vnà cruci affixi, vnà sepulti, vnà resurgentes. Præclara enim vicissitudo atque conuersio mihi sentienda est, ut quemadmodum ex secundioribus rebus aduersæ res natæ sunt, sic contra ex aduersis ad læta prosperaque redeam. Vbi enim abundauit peccatum, superabundauit & gratia: & si gustus condemnauit, quantum magis Christi passio iustificauit?

NICETAS. Professus se diei huius vim declaraturum, nunc præstat, quod promisit, dicens, Celebramus Dei ad nos accessum. Accessit autem, ut nos ad eum peregrè proficiscamur, vel, ut magis propriè dicam, reuertamur. Peregrinari enim quis dicitur, cum ad eum locum, ad quem nunquam antea profectus fuerat, se confert: reuerti autem, cum locum eum repetit, ad quem aliquando perrexerat. Quoniam igitur anima nobis à Deo inspirata est, eique aliquando propinqui eramus, non quidem loco sed voluntate animique instituto, verum propter peccatum ab eo excidimus, aptissimo vocabulo nostra cum Deo coniunctio et conciliatio reditus appellatur: ut, quemadmodum ait Paulus, peccatum vetus non secus ac vestem quandam cariosam ac vetustate erosam abicientes nouum hominem induamus, hoc est virtutem, aut etiam ipsum Christum,

Ioan. 14.
Luc. 14.
Matt. 19.

Psal. 46.
Esa. 9.

Ibid.

Matt. 28.

Cap. 9. iuxta.
ta. 70.

Ioann. 8.

Hebr. 13.

Matt. 3.
Esa. 40.

Ioan. 1.

I. Ioan. 1.

Cap. 13.

Cap. 1.

Ioan. 12.

Phil. 2.

Cur Christi natiuitas appelletur Theophania. Duae cause incarnationis Filij Dei.

Coloss. 3.

1. Cor. 15.

Rom. 6.

Rom. 5.

Et sicut iuxta eundem Apostolum, in Adamo mortui sumus, mortali scilicet facta ipsius natura, talique ad posteros transfusa: sic in Christo quoque vivimus, per eum rursus ad immortalitatem revocati cum Christo una nascentes per Baptismum regenerationis, una cruci affixi per laboriosam vitæ degendæ rationem, una sepulti per affectuum extinctionem. Quemadmodum autem literali sensu crucifixio et sepultura inter se differunt, sic etiam spirituali et allegorico. Crucifixio enim afflictionem et patientiam animique in gravibus acerbisque rebus perferendis fortitudinem designat, non tamen eiusmodi animi constitutionem, qua dolorum ex virtutum cultu atque operatione nascentium sensus omnis ereptus sit. Sepultura autem perfectæ et omnimodæ affectuum mortificationis signum est. Hanc resurrectio sequitur, id est absoluta contemplatio ac deificatio. Præclara enim et laudabilis conversio nobis sentienda est, ut quemadmodum ex deliciis illis, quibus in paradiso affluēbamur factum est, ut illinc exturbaremur, ac mors ex vita profluxit: ita ex his rursus letiora oriantur. Quippe pro amisso paradiso cælum recepimus, atque ab angelica vitæ ratione prolapsi ad filiorum adoptionem vocati sumus, ac pro vita, quam perdideramus, cæleste regnum hereditate accepimus. Nam, ut ait Apostolus, ubi abundavit delictum in homine scilicet, superabundavit et gratia et beneficium. Et si unus ex quinque sensibus nimirum gustus damnationis causam nobis attulit, quanto magis nos unus Christus iustificavit, acerbissimos in tota sua sacrosancta carne dolores nostra causa perpeffus? Quæ sententia ab Apostolo accepta est dicente: Igitur quemadmodum per unius delictum in omnes homines ad condemnationem: sic etiam per unius iustitiam in omnes homines ad iustificationem vitæ.

Natalis Christi dies quomodo celebrāndus

Festorum celebrandorum ratio. Peccati ianuæ.

Rom. 13.

Quocirca non ostentatorie, sed diuine, non mundi ritu, sed supra mundi ritum, non res nostras sed nostri, vel, ut rectius loquar, Domini, non ea quæ infirmitatis sunt, sed quæ curationis, non ea quæ creationis, sed quæ recreationis instaurationisque celebremus. Id autem hac demum ratione consequemur, si nec domus limina fertis coronemus, nec choreas agitemus, nec vicos ornemus, nec oculum pascamus, nec aurem cantu demulceamus, nec olfactum effœminemus, nec lenociniis gustum titillemus, nec tactum obsequamur, promptis inquam illis ad vitium viis, peccatique ianuis, nec teneris & circumfluentibus vestibibus emolliamur, quarum ut quæque pulcherrima ita maximè inutilis iacet, nec gemmarum splendoribus, nec auri fulgoribus, nec colorum artificiiis nativam pulchritudinem ementientibus, atque aduersus imaginem diuinam excogitatis, nec comeffationibus & ebrietatibus, quas cubilia & lasciuia comitantur. quandoquidem malorum magistrorum mala doctrina est: vel potius malorum feminum mala seges.

NICETAS. Quocirca, inquit, festum celebremus, non ut mos est in publicis festis et celebritatibus per luxum et lasciuiam atque huiusmodi oblectationem, sed spiritualiter atque ut Deo gratum est, non mundi ritu, id est, voluptuariè, et ut mundi princeps cupit, sed supra mundi ritum, id est, angelicè, non res nostras, id est, quæ ad cultum et obseruantiam nostri, sed quæ ad cultum Christi spectent, qui cognatus quidè noster est quantum ad humanitatem, Dominus autem quantum ad diuinitatem, non quæ infirmitatis sunt, sed quæ curationis. Congruere enim diei mysterio debet festi celebratio. Ac si quidem ob infirmitates, in quas incidimus, diem festum ageremus, petulanter et lasciuè festum celebrandum esset. Infirmitatis enim est comeffatio atque intemperantia. Quoniam autem contraria causa impellimur, atque idcirco diem festum agimus, quia medicina nobis allata est: ad huius festi celebrationem adhibenda est temperantia: medicina siquidem est temperantia, utpote quæ animæ curationem velut scopum sibi proponat. Non ea quæ creationis, sed quæ recreationis atque instaurationis. Nam in corporea procreatione corporea utique est, tam ipsa procreatio, quam solennis letitia propter eam instituta: at cum recreatio et instauration nostra spiritualis ac diuina sit, spiritualiter quoque ac diuine festum agendum est. Porro creationem hoc loco non primò illam intelligit, qua Christus accepto à terra puluere manibus propriis hominem à principio finxit, sed mutua illam successionem, quæ per generationem fit, qua nos mortales naturaliter in materno ventre fingimur. Id autem hac demum ratione consequemur, si iuxta Theologi cohortationem spiritualiter festum celebremus. Nec arborum ramis, ut facere quidam in festis solent, edium vestibula cingamus, nec quod turpioris molitiei est, choreas extra Ecclesiam conficiamus, nec, quod magis populare est, vicos urbium exornemus, diuersas eximie suppellestilis species ad eorum, qui ad festum confluunt, oblectationem appendentes, nec, quod fœdius est, absurdis præstigatorum gesticulationibus aut corporum aspectibus voluptatis aculeum emittentibus oculos pascamus. Epulum enim ac voluptas oculorum est ea curiosè intueri, quæ minimè conuenit. Orsus autem Theologus sensus nostros componere, omnes enumerat, ac primò quidem visum, qui sensuum omnium princeps est: post auditum, iubens ut caueamus, ne per aures obscenæ cantiones in animos influant. Nam ex huiusmodi musici genere abiectissimi ac sordidissimi affectus nasci solent. Quidam etiam ad tibiam furiosè saltant ac perbacchantur, hoc est lymphatorum hominum ac dæmonum intemperis agitatorum speciem præbent. Iam verò olfactum emollit atque effœminat delicioforum vnguentorum odor: et alioqui vnguentis perfundi muliebris est lasciuia. Lenocinamur autem gustu, cum ciborum voluptatibus ipsum addicimus. Tactus denique gratia et oblectatio est fœdè atque obscenè corporatantegere.

Quidnam autem dixerit quispiam ad homines à conquirendis tactus gustusque voluptatibus dehortandos, nisi quòd eos, qui in illis persequendis studiosè occupantur, pecudum vitam imitari cogunt, quas in ventrem et venerem pronas natura finxit? Atque, ut rem paucis verbis complectar, sensus, nisi probè regantur, ad vitium faciles sunt via, peccatique ianuæ. Per eos etenim ad vitia nobis aditus patet, ac per eos in animum influit atque intrat peccatum. Ne tenera veste permolliamur, quæ quidem circumfluit, ac lubrica se in totum corpus fundit: idque duplicem ob causam, tum propter superfluitatem ac lenitatem, tum quia in summam corporis longitudinem, latitudinèque protenditur. Tenera autem est propter mollietatem et lenitatem, atque etiam propter nitorem: in qua etiam illud vel maximum vitium inest, quòd ut quæque summis sumptibus summaque elegantia confecta est, ita propter parsimoniam maximè inutilis iacet, nec ullum sui usum præbet. Pulcherrimas enim quasque vestes arca inclusas atque abditas inuites habemus. Ne colorum artificiiis utamur, facies nostras cerusa et fuco aliisque meretriciis ac libidinosis vnguentis frictionibusque depingentes, quæ nativam pulchritudinem ementiuntur imitatione quadam ipsam referentia, atque aduersus imaginem diuinam adinuenta et excogitata sunt. Vultum enim obliterant, ac formam, quam Deus naturæ pictor nobis affinxit, obtegunt. Ac præterea honestè ambulemus, sicut Apostolus præcipit, non in comeffationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et lasciuia. Eleganter autem cum comeffationibus et ebrietatibus cubilia et lasciuia coniunxit: ex illis enim hæc nascuntur. Comeffator enim ac temulentus cubile spectat, ac libidini indulget, vitioque obrutus ad flagitiosos congressus ac turpes voluptates fertur et inflammatur. Comeffatio enim et ebrietas velut mali magistri doctrinam malam in animum immittunt, concubitus nempe ac libidinem. Vel potius, quoniam docere propriè anima præditis conuenit, aptius fuerit ebrietatem semen dicere, libidinem autem segetem ac messem.

Nec thoros altos struamus, ventri delicias stertentes. Nec vina generosa, coquorum lenocinia, liquorum profusas magnificentias in precio habeamus. Nec terra & mare charum nobis ac preciosum stercus offerant. Hoc enim nomine delicias ornare soleo. Nec alius alium intemperantia superare contendamus. Mihi enim intemperantia est, quidquid superfluum est, visibusque necessariis superest, idque esurientibus aliis, atque inopia laborantibus: iis inquam, qui ex eodem luto & temperatione creati sunt.

Quo nomine ornatur delicia huius mundi. Intemperantia quid sit

NIC. Visitationis erat in festis publicisque conuiuia super mensas lances ponere, in quibus carnes acruatim in altum congerebantur, eaque res solèis vocabatur, ac quandam tentorii formam gerebat. Vel oculo-
 πωδώνης id est, ex tempore apparantes ventri ea quæ ad delicias pertinerent. Vel quasi in tabernaculo quodam et loco perameno ventri delicias afferentes: vel per delicias ventrem fouentes. Tabernaculi enim et tentorii proprium est fouere. Porro αἰθρητικὸν vinum est pulchro colore ac suauis odore præditum, vel quod suauissimi floris odorem refert. Lenocinia, Græcè μαλακείας, id est, superfluos, curiosos ac multiplices apparatus. Preciosum autem stercus per contemptum delicias vocat: preciosum quidem, quia principio cum summa auuiditate expetuntur: stercus autem, quia concocti cibi in stercus excernantur. Ἀκαρία denique immoderatio dicitur, quòd vsus necessitate minimè temperetur. Enimuerò cum deliciis indulgere per se graue atque indignum sit, tum multò indignius est, cum alij interim fame opprimuntur. Quinetiam ipse Plato quodam loco ait, Nugæ sunt, quidquid est superfluum tam in rebus, quam in verbis.

Verum hæc prophanis atque ethnico fastui solennitatibusque relinquamus: qui cum iis deorum nomen tribuant, qui sacrificiorum nidore oblectantur congruenter profectò eos helluando colunt, mali utique malorum dæmonum & fictores & sacerdotes & cultores. At nos, à quibus Verbum adoratur, verborum deliciis (si quid tamen deliciis dandum est) indulgeamus, atque ex lege diuina, & narrationibus, cum aliis, tum iis præsertim, quibus præsentis festi mysteria explicantur, voluptatem capiamus. Ita enim commodæ, minimèque ab eo, à quo conuocati sumus, alienæ deliciae nostræ fuerint. An verò placet, ut quandoquidem hodierno die conuiuatoris munere perfungor, vobis egregiis conuiuio sermonem de his rebus, quam fieri poterit, lautissimum atque magnificentissimum apponam, ut perspectum habeatis, quam bellè & indigenas peregrinus, & urbanos rusticus, & deliciis addictos homo à deliciis abhorrens, & opibus claros pauper ac domo carens alere queat?

Cultus deorum ethnicis dignus.

NICETAS. Verum hæc, nimirum deliciis et ventris voluptatibus festis diebus indulgere, ad Gentiles reuocamus, qui cum deos habeant sacrificiorum fumo gaudentes, nihil alienum faciunt cum ventrem faciando gratum ipsis cultum exhibere se arbitrantur. Fictores, ut quidem sibi videtur, deorum, reuera autè dæmonum. Ipsi enim per fabulosos sermones eos creauerunt, atque, ut dæmonibus deorum nomè tribuerant, auctores extiterunt. Et sacerdotes atque antistites, utpote qui huiusmodi mysteriorum apud multitudinem magistri facti sint. Et cultores, Græcè μωσαῖοι, ut ab ipsis dæmonibus initiati, atque errorem edocti. At nos, qui Verbum, id est, Dei Filium colimus et adoramus, in verbis deliciemur (si modo quidquam deliciis tribuendum est, hoc est in sermone de Deo et sanctis, grauibisque narrationibus, quarum in numero hu-

ius quoque festi oratio reponenda est. Etenim sermonum delicia apte & congruentes futurae sunt tum nobis, qui loquendi facultate praediti sumus, tum ipsi etiam Verbo & Deo, qui nos ad festum suum conuocauit atque congregauit. An vultis, vt quoniam ego conuiuatoris partes obeo, spiritualem verborum mensam copiose vobis magnificeque instruam: vt intelligatis, quo modo vos Constantinopolitanos ciues atque indigenas & vrbano & deliciarum studiosos diuitisque conspicuos ego alere queam, qui ex alia regione huc ad vos peregre accessi, qui ruris tranquillitatem prius amplectebam, qui deliciis nequaquam indulgeo, sed in paupertate vitam ago, ac domo careo? Illud porro sciendum est, quod ἀγῶνος is est, qui ruri atque in agris commoratur; ἀγῶνος autem rudis ineptus ac stolidus.

Veræ delicie.

Hinc autem exordiar. ac vos quaeso, & mentem, & aures, animumque purgatum afferte, quicumque huiusmodi deliciis studetis: quandoquidem quæ de Deo habetur, diuina quoque est oratio. Sic fiet, vt veris minimèque euanescentibus deliciis expleti discedatis. Curabimus autem, vt oratio nostra simul & plenissima sit, & maximè compendiosa: vt nec defectu molestiam, nec prolixitate tædium afferat.

NICETAS. Ego quidem, inquit, à diuinitatis doctrina initiū dicēdi faciā. Vos autem, quicumque res diuinas pro deliciis habetis, quādoquidē diuina est hæc oratio, nec fas est impuros id, quod purū est, attingere, pura mente & aure eam excipite: vt cibo nō pereūte, sed permanēte satiati atque expleti discedatis. Porro nec prolixa oratio nostra futura est, ne lōgitudine tædium pariat: nec manca & imperfecta, ne defectu suo molestiā afferat: verū suā virtutem habitura est, vt scilicet cōpendiosa simul & absoluta sit. Illud autē sciēdum diuinitatis doctrinā hoc loco propositam, in secunda quoque Oratione de festo Paschæ iisdem omnino verbis expressam haberi: ac meritō quidem. Etenim in eo laborare, vt quæ semel rectissime dicta sunt, noua orationis forma enuncies, intempestiua ostentationis est. Antiquior est autem hæc de Natiuitate oratio eā, quā de festo Paschæ conscripsit. Hæc enim apud Constantinopolim edita est: illa autem postquam se Archiepiscopi throno, vt ferunt, abdicasset.

Deus semper existēs. Exod. 3.

Deus & erat semper, & est, & erit: vel, vt rectius loquar, semper est. Nam Erat, & Erit, huius nostri temporis fluxusque & caducæ naturæ segmenta sunt. Ille autē semper est, atque hoc modo se ipsum nominat, cū in mōte Mosi oraculū edit. Vniuersum enim id quod est in se complectitur, nec principium habens nec finē habiturus, estque velut pelagus quoddā essentia immensum & interminatū, omnem tum tēporis tum naturæ cogitationem superās, mente sola adumbrabile, & quidem perexiguè ac perobscurè, nō ex his quæ in ipso sunt, sed quæ circa ipsum: priusquā teneatur, effugiens, & priusquā intellectu percipiatur, se ipsum fuga proripiens, tantū principem nostri partem, eamque à vitiorum labe purgatam hæctenus collustrans, quantum fulgur oculorum aciem raptim perstringit, celerrimèque dilabitur. Hoc autem mea quidem sententia idcirco fit, vt quatenus comprehendi potest, nos ad se trahat (quod enim percipi omnino nequit, id nec sperat quisquam, nec assequi conatur) quatenus autem capi non potest, admirationē sui excitet, atque ex ipsa admiratione vehementius expetatur, expetitus purget, purgans autem deiformes efficiat, eoque prouectos iam velut familiares alloquatur (metuo ne hoc audacius à me dictum videri possit) Deus diis vnitus & innotescens, ac tantū fortasse, quantum iam eos, qui ipsi noti sunt, cognoscit.

NICETAS. Platonis in Timæo hæc verba sunt, Erat & Erit temporis sunt species: quas etiam sempiternæ essentia non rectè tribuimus. Huic enim Est solū verè conuenit. Ab eo igitur ista mutuatus Theologus ait, Erat & Erit huius nostri temporis fluxusque & caducæ naturæ segmenta sunt. Nam cū res humana in motu & fluxu sint, eiusmodi etiam earum tempus esse liquet. Huius pars alia præterit: alia futura est. Nam præsens ipsius nullo modo apprehendi potest. Antequam enim cognitione perceptum sit, auolat atque dilabitur. Nunc enim est. Illud porro momentaneum ac diuisionis expers. Rerum diuinarum alia est ratio, quæ cū omni motu careant, profectō sæculum quoque ipsarum firmum & constans atque vniiforme esse necesse est. αὐτὸν enim ἄνθρωπος, id est, ab eo quod semper sit, nominis etymologiam sumit: quem admodum αὐτὸν, id est, tēpus ἄνθρωπος, id est, ab eo quod fluat. Quocirca rebus iis, quæ in tempore sunt ac principium habuerunt, Erat & Erit conueniunt. Verbi causa, pater meus heri erat, hodie ego, & cras meus filius. At Deus semper est, & vt cum diuino loquar Dionysio dicam, vniuersam essentiam in seipso complectitur. Ego enim, inquit scriptura, sum primus, & ego postea, & ante me non est alius Deus, nec post me futurus est. Tota enim essentia illius nec principii habens, nec finem habitura, quasi vastum quoddam pelagus essentia est, immensum quidem & infinitum, vt principio ac fine carens: interminatū autem, vt

tem, vt nec loco nec definitione ipsius naturam declarante circumscriptum. Deus enim omnem cogitationem excedit, temporis quidē, vt pote infinitus: naturæ autem vt pote interminatus. At verò mens haud immeritō, vt Dei imago, pertinemem quandā & perobscuram contemplationē accipit. Adumbratur autē mente Deus, nō ex his quæ in ipso sunt, sed quæ circa ipsum sunt, id est non ex propria natura & essentia: nec enim ipsa villo modo cōprehēdi atque intelligētia percipi potest: verū ex effectis, hoc est creaturis, atque ex gubernatione rerum & prouidentia. Nam per Dei actiones atque opera subiecti atque in sublime rapiti, ac per creaturas Creatorem animo concipientes, ad bonitatis ipsius & sapientia cognitionem peruenimus (hoc enim de Deo cognosci potest, quod Deus omnibus mortalibus patefecit) atque aliā speciem & imaginationē ex alia re ad vniū veritatis simulachrum ac similitudinē colligimus. Quandoquidē spiritualis lucis ac diuini splendoris præsentia, vt magnus in diuinis rebus Dionysius loquitur, eorum, qui huiusmodi gloria & contemplatione digni habiti sunt, mentē à multis variisque opinionibus atque imaginationibus ad id quod verè est, hoc est ad Deum conuertit, ac multiplicia visa, vel, vt aptiori vocabulo vtar, imaginationes ad vnam verā & puram atque vniiformem cognitionem colligit. Atque etiam hoc & exile veritatis simulachrum non modò cū intellectu fuerit, teneri nō potest, sed ne plenè quidē atque perfectè intelligi: vt enim cognosci incipit, statim se proripit, non secus ac fulgetrum, quod priusquam plenè conspectum fuerit, auolat, atque oculos fugit. Quam autem ob causam ita Deus intelligitur, vt tamen plenè percipi ac cōprehēdi nequeat? Meo quidē iudicio, vt per id quod aliquatenus cernitur, atque obscurè cognoscitur, nos ad se trahat: per id autē quod aliquatenus cerni nec tamē perfectè cōprehēdi possit, nos in sui admirationē trahat, atque admirationē sui excitans (ex eo scilicet quod intellectus nostri captum fugiat) ardentius ametur & desideretur, desideratus desideratus purget, ac dei formes efficiat: cūque eō perueniū fuerit, iam familiariter colloquatur Deus verus & naturalis cum iis, qui secundū gratiā diū appellātur, nobis, prout quisque purgatus fuerit, diuinos cognitionis suæ fulgores inserēs, tantū que innotescēs atque imaginandum se præbēs, quantū ipse quoque eos qui propter animi puritatē innotescunt, cognoscit. Adiūxit autē, Fortasse, ad mitigandū id quod dixerat, Deum à nobis pro purgationis ratione cōprehēdi. Neque enim quisquā ita Deum cognoscere potest, vt ab ipso cognitus est. Hoc autē ab Apostolo mutuatus est, de futura vitæ statu in hæc verba ad Corinthios scribente, Nūc cognosco ex parte, tunc autē agnoscam sicut & agnitus sum. Quod quidē sic exposuit Chrysostomus, Quē admodū Christus hic ad me accurrit, mēque necessitudine sibi adiunxit: eodē modo ipse quoque tunc ad eū accurrat. Illud autē, sicut agnitus sum, idem est ac si diceret, sicut ipsi necessitudine iunctus sum. Nam secundū illius necessitudinis rationē, qua in hac vita cum eo coniuncti fuerimus, tunc eum cognoscemus, alij plenus, alij exilius. Quē admodū enim si rex quisquam infans in biuio prouolutum nactus eum susulerit atque adoptauerit, omnique gloria atque honore cumulauerit: tum quidē vt in ea ætate quantū beneficiū acceperit, nescit, ac proinde nec tāti beneficiū authorē, sicut verisimile est, amore cōplectitur: at posteaquā ad virilē ætatem peruenerit, atque intellexerit è quo statu atque fortuna ad tantā dignitatē subuectus fuerit, tum verò eum à quo tāto honore affectus fuit, suspicit atque amore prosequitur: cōsimili modo nos quoque, qui in hac vita quantū ad cognitionem & scientiā infantes sumus, postquā in futuro sæculo perfectionem assecuti fuerimus, tum demum cognoscemus, quo modo agniti, hoc est quo modo dilecti fuerimus.

I. Cor. 13.

Immensus itaque & infinitus est Deus, cōtemplatūque difficilis, idque solū in eo planè cōprehēdi potest, quod immēsus, & infinitus sit: existimet licet quispiā eū, quia simplicis naturæ sit, rationē hanc habere, vt vel nullo omnino modo, vel plenè perfectèque cōprehēdi queat. Quid enim ille sit, qui naturā simplicem habet, exquiramus. Neque enim simplicitas illi natura est: quē admodum nec cōpositis sola compositio.

NICETAS. Diuinitas quantū ad naturā incōprehensibilis est: agrè autem cōprehensibilis, quantū ad ea quæ circa ipsam sunt, hoc est consilia & gubernationē atque opera: cōprehensibilis autē, quantū ad immensitatē & infinitatē: quantumuis Eunomius existimet Deū, quia simplex sit, nequaquā agrè cōprehēdi, animiq; cōtemplatione percipi posse, sed vel prorsus incōprehensibile esse, vel prorsus cōprehēdibile, vt pote partibus carentē, omnique ex parte sui simile. In cōpositis enim solis, inquit, id locū habet, vt res aliqua partim intelligatur, partim incognita maneat. Huius autē Eunomiani deliramētī hæc est solutio. Simplicitas in Deo naturæ rationē nō habet, vt ex ea quisquā colligat, eum quia simplex sit, vel prorsus, vel nullo modo cōprehēdi posse. Verū aliud est diuina natura, simplicitas autē circa naturā cōsideratur. Quocirca quærendum prius est, quid sit Deus quārum ad naturam, quā de simplicitate loquamur, quæ naturā consequitur. Quare nihil prohibet, quo minus diuersa ratione & incōprehensibilis, & cōprehēsu difficilis Deus dicatur.

Iam verò cū immensitas bifariā consideretur, tum secundū principii, tum immensitas secundū finē, cū in supernū profundū mens aspexit, nō habens vbi cōsistat, speciebusque illis, quas de Deo concipit, innitatur: immēsum hoc atque inaccessibile, bifariā cōsideratur. E le, anarchū, hoc est principio carēs appellauit: cū autē ad inferiora hæc & posteriora aspectum conuertit immortale atque interitus expers: cū verò vtrunque contraxerit, & collegerit, æternum. Aeternitas enim nec tempus est, nec temporis pars vlla: nec enim in mensuram cadit: sed quod nobis tempus est solis

Æternitas.

motu definitum, hoc æternis æuum est, nimirum ille quasi temporalis quidam motus & interuallum, quod simul cum æternis extenditur.

NICETAS. Postquam Deum immensum esse pronunciauit, nunc quid sit immensum ostendit, nimirum id quod principio & fine superius est, qualis Deus solus est. Cui igitur ad superiora secula cogitatione subuecti fuerimus, atque in diuinæ vitæ immensitatem velut in vastissimum quoddam pelagus prospexerimus, quia nullum principium, ex quo originem duxerit, arripere possumus, sed exteriorē semper ac sublimiorem cogitatione nostra Dei vitam esse animaduertimus, ideo ab eo quod principio careat, *αρχη*, id est, principij experiem appellauimus. Rursus cum ad succedentia & inferiora hæc secula mentē extendimus, ac Dei vitam nullo termino definitā esse videmus, interminatum illud atque immensum nec fine villo circumscriptum, immortale atque interitus expers nominamus. Cum autem & principij carētiā ex superiori tempore, & immortalitatem ex inferiori collegerimus, tum verò Deum *αἰώνιος* id est æternū dicimus. Nā æternitas seu seculum in Deo nec tēpus est, nec dimēsis temporibus hoc est diebus ac mensibus subiacet: verum quemadmodum tēpus hoc nostrū solaris cursus mēsurā definitur, sic infinita illa protractio, quæ sempiternis rebus inest, sæculū ipsis efficitur, quasi temporalis quidam motus & interuallū. Illud autem, quasi quidam, adiecit Theologus, quod exactam numerisq̄ue omnibus absolutam sæculi seu æternitatis descriptionem proferre non posset.

Atque hæc nobis in præsentia de Deo dicta sint. Neque enim plura differere huius est temporis: quādo quidem nobis hoc loco nō de Dei natura, sed de eius cōsilio ac dispensatione instituta est oratio. Deū porrò cum dico, Patrem & Filiū & Sp. sanctū dico, nec vltra hæc diffusa diuinitate, ne deorū turbam inducamus, nec rursus intra hæc finita atque restricta, ne diuinitatis inopia premi iudicemur, vel propter vnus principatum in Iudaismum incidētes, vel propter effusam deorum multitudinem in Gentilismum incurrentes. Nam vtrōque malum æquale est, tametsi in contrariis reperiatur.

NICETAS. Sufficiunt, inquit, ea quæ de Deo dicta sunt. Neque enim hoc loco diuinitatis doctrinam explicare proposui, sed incarnationis ac summisionis Christi consiliū oratione cōplecti. Porrò diuinitas non vltra tres personas progreditur, nec rursus intra tres personas cōtrahitur atque circumscriptur. Hoc enim Iudaici erroris est vnā tantum personā agnoscentis, ac diuinitatis egestas & penuria. Eiusdem enim impietatis est, & per vnus personæ affectionē Iudaismo fauere, & per multarū adstructionem Gentilismo patrocinari: tametsi ea in contrariis reperiatur. Vnum enim multitudini aduersatur, ac vicissim multitudo vni cōtraria est. Id autē idcirco dixit Theologus, quod contraria ea quæ medio carent, hanc rationē habere sciret, vt si alterū fugiendum sit vt malū, alterum omnino expetendū sit vt bonum: at in cōtrariis, quæ medium admittūt, vtrūque extremum fugiendum esse, vt excessum ac defectū. Verbi causa intemperantiā & stupiditatem animi ab omni voluptatis specie abhorrentis æque fugiēdas esse, temperantiā autem quæ medium inter eas locum tenet, amplectendam. Ergo eodem modo hīc quoque Gentilismus & Iudaismus inter se pugnant ac reprehenduntur, vt excessus & defectus: At Christianismus vt medium in laude ponitur.

Sic nimirum sancta sanctorū, quæ etiā ab illis Seraphim obteguntur, ac tribus sanctificationibus celebrantur in vnā dominationē diuinitatēque cōeuntibus: quemadmodū & alius quidam ante nos pulcherrimē & sublimissimē philosophatus est. Quoniā autem summo illi bono nequaquā satis erat sua ipsius solū cōtemplatione moueri, sed bonum illud diffundi ac propagari oportebat, vt plura essent, quæ beneficio afficerentur (id enim summæ bonitatis erat) primū angelos & cœlestes spiritus cogitauit: atque illa cogitatio opus erat, quod Verbo cōficiēbatur, ac Spiritu explebatur. Atque ita secūdi splendoris procreati sunt, primi splendoris administri: gestit quidem animus dicere ad malum immobiles, atq; ad bonum duntaxat agitationem ac propensionem habentes, vt pote Deum circumstantes, ac primario Dei fulgore collucentes (hæc enim inferiora secundariæ collustrationis sunt) verū vt nō omnino immobiles, sed ægrè mobiles existimē ac dicam, mihi persuadet ille ob splendorem Lucifer, qui propter superbiam caligo effectus est, ac nominatur, & subiecti ei rebelles angeli, qui per boni fugam vitij architecti eiūsdemque nobis authores extiterunt.

NICETAS. Sic, inquit, se habet sancta Trinitas, quam ego sancta sanctorum voco, vt omnem sanctitatem in se complectentem quæ quidem & à Seraphim contegitur (porrò incognita illa & occulta diuinitatis magnitudo per alarum complicationem designatur) ac tribus sanctitatibus atque vna dominatione celebratur. Nam iuxta magnum Athanasium eximia hæc animalia ter dictionem hanc Sanctus proferentia, tres personas absolutē ostendunt: rursus eo quod semel duntaxat nomen hoc Dominus clamant, essentiam vnā declarant. Quoniā autem summo illi bono hoc est Deo, qui essentialē bonum est, nequaquam satis erat sua ipsius solū cōtemplatione moueri, i. se ipsum cōtemplari atque intelligere. Sed diffundi ac propagari bonum illud

num illud oportebat, hoc est, vnum Deum pro ratione eorum, quæ ipsius capacia essent, per bonorum suorum communicationem diffundi ac multiplicari. Quod autem ait, Oportebat, non necessitatem affert, sed opificis voluntatem subindicat. Ipsa enim lex est congruentissima, Quoniā, inquit, ita oportebat, primū vt ordo seriesque rerum ferebat, angelos intelligentia concepit. Atque hīc tibi animaduertendum principem eorum quæ sunt, causam, Patrem esse, effectricem verò Filium, perfectricem autem Sp. sanctum: ita vt Patris quidē voluntate administri spiritus existant: actione verò Filij in rerum naturam producantur: Spiritus autē præsentia perfectionem & expletionem accipiant. Perfectio autem angelorum illuminatio & sanctificatio est, atque in ea permansio. Verbo enim, inquit ille, Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Angelos porrò vel ignē materia & corpore carētem esse existima iuxta illud Davidis, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis) siue aliam quandam naturam impatientem, & motus experientem ac tenuem & simplicem ab iis quas commemorauimus nō logē remotam, hoc est ab igne & spiritu. Cauendum enim tibi est, ne corporeum quiddam de angelis animo concipias. Ac vellem quidem mihi dicere liceret, angelos ad malum omnino immobiles, vt pote Deo propinquos, ac primario ipsius fulgore collucentes. Sed vt eos ægrè mobiles existimem ac dicam, mihi Luciferi dæmonūque prolapsus persuadet, qui quidē ab habitu illo, quo ad bonum ferebantur, auersi, ac per suum à bono discessum & fugam malum fabricati (neque enim vlla alia est mali substantia, quā separatio à bono) cogitationes suas omnes & studia eō conferunt, vt alios quoque ad mali consortium societatemque pertrahant.

Sic igitur atque ob has causas intellectilis mundus ab eo creatus est, quantum quidem ipse de his rebus philosophari queo, exigua oratione res magnas perpēdens. Posteaquam autē primas creationis partes præclare cōstitutatas vidit, alterū mundum cogitauit, materia constātem & aspectabile, nimirū hāc ex cœlo & terra & his rebus, quæ eorū complexu cōtinentur, coagmentationē & cōcretionē, laudandā illam quidē ob singularū partiū elegantia, sed magis laudandā ob miram omnium partium cōcinnitatē atque cōcentum, alia re videlicet cum alia quadam pulchrē quadrante, atque omnibus cum vniuersis, ad vnus mūdi ornatum omnibus numeris absoluēdū: vt perspicuum faceret, se nō modò sibi ipsi cognatā & propinquā naturam, sed etiā omnino alienā posse procreare. Diuinitatis enim propinquæ sunt intellectiles naturæ ac mente sola perceptibiles: alienæ autē penitus, quæcunque sub sensus cadunt, atque his adhuc remotiores, quæ vita omni & motu carent. Sed quid hac oratione opus est, dixerit fortasse quispiam ex his, qui erga festum amantius affecti acriorique natura præditi sunt? Stimula equum ad carceres. De iis quæ huius festi sunt, pertracta, & ob quæ hodie affidemus, Hoc equidem faciam, etsi paulò altius exorsus sum.

NICETAS. Sic, inquit, intellectilis mūdus creatus est, hoc est primo ordine, & vnica cogitatione, atque ob has causas, hoc est nō propter necessitatem, sed propter bonitatem solā, & quia bonū illud permanere ac propagari oportebat. Postquā autē cœlestia ita creata præclareque constituta sunt, nec enim aliter cōtingere poterat, mūdū quoque aspectabile atque ex materia cōstantem moliri & efficere voluit. Est autem mūdus, secundū Aristotelem, cōpages ex cœlo & terra usque naturis, quæ eorū ambitu cōtinentur. Ac cōpages quidem & coagmentatio dicitur, quod ex his constet & cōpleatur. *ἀρμυρα* autē ac velut *σπυμνα* sua, hoc est commixtio propter elementa, quæ nō modò proprias sedes habent, sed etiā inter se cōmiscuntur. Quamquam enim ea locali situ ac natura discreta ac separata sint: tamen mutue relationis necessitudine cōiunguntur. Et cum singulæ creaturæ separatim cōsideratæ laudabiles sint: tum verò ob mutuā earum inter se relationē laudabiliores cōspiciuntur. Ignis calidus & siccus est: Aer calidus & humidus: Aqua humida & frigida: Terra frigida & sicca. Ignis porrò tametsi per se admirabilis existat, admirabilior tamen est ipsius cū aere mixtio: Aeris item cum Aqua: Aqua rursus cum Terra. Atque omnia ad mūdi coagmentationem sibi inuicem cōferunt, naturæque suæ & vtilitatis rationes habent, & si mentis nostræ captu sublimiores sint. Porrò hunc quoque sensibilem mūdū Deus produxit, vt se nō modò intellectilem mūdū efficere posse ostenderet, sed etiā corporeum atque à se alienū. Cognationē enim quandā cum Deo angeli habēt, quatenus corpore vacāt, ac sola mente cōprehenduntur: cōtrā procul à Deo remotæ sunt & aliene naturæ omnes, quæ in sensus cadunt, atque his etiā remotiores sunt, quæ anima carēt. Ceterum alienæ à Deo & peregrinæ huiusmodi creaturæ dicuntur, secundū naturā, & quia nullā similitudinis rationem cum eo habent. Nā alioqui quantum ad creationis & prouidentia rationem haud quaquā ab eo eiūsq̄ue bonitate alienæ sunt. Sed dixerit mihi quispiā id quod vulgari prouerbio iactatur, Quin tu velut equū ad carceres, ita orationē quoque ad institutā materiam, ob quam cōuenimus & affidemus, stimulas? Hoc nimirum faciā, etsi à diuinitatis doctrina exorsus sum, à cupiditate videlicet sermonisq̄ue serie pertractus. Nā me de diuinitate differere cupientē huc traxit oratio. Tenem cum de humanitatis assumptæ cōsilio dicturus essem, quæ ipsius causa extiterit, exponendum fuit, nempe hominis transgressio. Illud etiam adiecere oportuit huiusce transgressionis authorem diabolū fuisse: atque hoc præterea, diabolū nequaquam à Deo talem creatum fuisse, verū in deterius immutatū & peccatum inchoasse, & alios ad peccandum adduxisse.

Enimuero mens iam & sensus sic inter se discreta finibus suis se continebant; effectorisque Verbi maiestatem in seipsis ferebant, taciti laudatores insignis opificij, & canori præcones. Nondum autem vtriusque temperatura vlla erat, aut contrariorum mixtura, quæ sublimioris sapientiæ ac circa naturarum creatione varietatis & excellentiæ specimen exhiberet, nec omnes bonitatis diuitiæ notæ atque spectatæ erant. Hoc igitur cum artifice Verbo visum fuisset ostendere, animal vnum ex vtroque, hoc est ex inuisibili ac visibili natura fabricatur, nempe Hominem, atque à materia, quæ prius iam creata erat, accepto corpore, à se autem spiraculum inserens, (quod quidem intellectualem animam & imaginem Dei Scriptura vocat) velut secundum quendam & alterum mundum, in paruo **A** magnum, in terra constituit, angelum alium, mixtum adoratorem, visibilis naturæ spectatorem, intellectilis mysten, eorum quidem, quæ in terra sunt, regem, è cælo autem imperium accipientem, terrenum & cælestem, caducum & immortalem, visibilem & intelligibilem, medium inter magnitudinem & deiectionem, eundem spiritum & carnem, spiritum propter gratiam, carnem ob superbiam. Illud ut maneat ac suum benefactorem concelebrat, hoc ut vexetur, ac vexatus commonefiat, & de magnitudine sibi placens erudiat ac coërceatur, animal hinc variè gubernatum atque aliò demigrans, &, quod mysterij extremum est, animi ad Deum nutu & subiectione diuinitatem assequens. Eò enim mihi tendit exiguus in hac vita splendor veritatis, ut Dei claritatem & videam & sentiam **B** dignam eo, qui & constrinxit & dissoluit, ac rursus excellentius sublimiusque constringet.

NICETAS. Per mentem Theologus intellectualem ornatum, id est, angelos intelligit: per sensum autem mundum hunc sensu perceptibilem. atque sensibilis atque intelligibilis mundus in effectrice quidem mente simul erant: cum autem producti sunt, tunc etiã inter se discreti sunt, hoc est, separatim creati. Atque vterque intra fines consistebat, hoc est intelligibilia, intelligibilia solum erant, & sensibilia solum sensibilia, nec inter se cõmiserantur, ac pulchritudine & magnitudine sua Creatoris potètiã, sapientiãque tacitè prædicabant. Nondum autem vlla erat ex vtroque temperatura, nec contrariorum mixtura, hoc est, intelligibilis sensibilisque mundi, quoadusque homo ex anima intelligibili ac terreno corpore conditus est. Porro animæ & corporis temperatura dicitur, ut intelligamus animam nostram, ut vinum aqua, sic toto corpore attemperatam esse. Mixtura autem, quia morte separatur. huiusmodi enim sunt quæ miscentur, ut hordeum & triticum. Iam verò Deus hominem fabricatur, partim ex materia terræ iam primo die factæ, partim ex anima ipsi à se inspirata, hoc est, ab effectrice ipsius potentia, idque ex nihilo ac non ex præiacente materia: eumque in terra constituit magnum mundum in paruo mundo, hoc est, sensibili. Paruus enim est hic mundus, si cū homine, cuius causa omnia facti sunt, conferatur. Id enim cuius causa aliquid fit, maius est & excellentius eo, quod propter aliud quiddam efficitur. Atque eum omnium rerum sublunarium regem constituit, ut creaturis omnibus à se productis dominaretur: propter corpus quidem, terrenum & caducum ac visibilem: propter animam autem, cælestem & immortalem atque intelligibilem. Medium inter magnitudinem & deiectionem, hoc est, inter mortem & immortalitatem, vtrum horum sequi atque amplecti vellet, arbitrio ipsius relinquens. Quamquam enim homo natura mortalis esset, ut pote ex non existente factus: tamen propter ipsius cum sempiterno Deo similitudinem hac erat conditione, ut si eam integram seruasset (nimirum omni mentis inclinatione ad eum tendens) naturalem interitum retidisset, & immortalis persistisset, ac tandem, ut Deus vixisset. Vel etiam hæc verba, Medium inter magnitudinem & deiectionem, hoc sensu explicanda sunt. Homo deiectus simul & magnus est, ac duorum horum est particeps, nimirum magnitudinis propter animam, deiectionis propter corpus. Atque idem & Spiritus & caro est, ut si quando propter mentem sese animo extulerit, ac de se magnificè senserit, atque inani gloria & fastu cristas sustulerit, propter terram rursus animo contrahatur, moderatiusque de se existimet. Porro autem in consilio Dei & materiæ positi per declinationem ad materiam crassiam ac terreni efficiuntur: per mentis autem ad Deum euectionem diuini atque etiam dii nominamur. Ita subuectio ad Deum, præsentis laboris atque industriæ opus est: deificatio autem futuri sæculi præmium. Exiguus enim veritatis splendor, qui in terra contingit, id est, exiguus ac tenuis scientiæ radius eò tendit. Quò tandem? Nimirum in hoc ut tunc Dei claritatem & videamus & sentiamus, id est, ut secundum eam efformemur atque illustremur. * Hoc sciendum, animam rationalem ea facultate præditam esse, ut corpori augmentum sensum ac vim gignendi afferat, nec aliam mentem circa se habere. Mens enim, ut testatur Damascenus, purissima animæ pars est. Hæc quia in solo Regiæ codice habentur, nec magnopere ad rem faciunt, à reliquo interpretationis contextu separanda duxi. Hæc Billius.

Hunc arbitrij libertate donatum, ut bonum non minus illius esset, qui elegisset, quam eius qui semina præbuisset, in paradiso, (quicumque tandem erat paradisos ille,)

ille,) collocat plantarum immortalium cultorem, hoc est, fortasse diuinarum cogitationum tam leuiorum quam perfectiorum, nudum quantum ad simplicitatem & vitam arte & fuco carentem, atque omnis integumentis & munimenti expertem. Talem enim esse conueniebat eum, qui primum esset creatus. Ac legem quasi materiam libero arbitrio porrigit. Lex autem illa præceptum erat, quo præscribatur, tum quibus arboribus ei vtendum esset, tum à qua manus abstinenda. Ea autem erat scientiæ arbor, non illa quidem aut malè à principio confita, aut per inuidiam interdicta (ne illuc linguas suas Dei hostes iniiciant, nec serpentem imitentur) sed bona quidem tempestiuè percepta. contemplationis enim (ut ipse contemplando assequor) hæc arbor erat, ad quam iis solis tutus est ascensus, qui animi habitu perfectiori sunt: nequaquam autem bona simplicioribus adhuc animis, atque appetitu audiori præditis, quemadmodum nec perfectus ac solidus cibus iis conducit, qui tenera adhuc sunt ætate, lacteque opus habent. Postquam autem diaboli inuidia & mulieris insultu, quem & ut mollior passa est, & ut ad persuadendum accommodatior admouit (ò infirmitatem meam: meam enim duco primi parentis infirmitatem) accepti mandati oblitus ab acerba illa esca victus est: simul & à ligno vitæ, & à paradiso, & ab ipso Deo propter peccatum extruditur, & pelliceas tunicas induit, hoc est, fortasse, crassiorem carnem & mortalem ac refractariam: primumque turpitudinem suam infamiamque cognoscit, & à Deo se abscondit. Atque hic quoque tamen mortem ac peccati præcisionem elucrat, ne malum immortale esset. ita pœna ipsa in misericordiam cecidit. Sic enim Deum supplicia inferre existimo.

NICETAS. Sedem, inquit, atque habitationem Deus homini paradysum assignauit, quicumque tandem erat paradysus ille siue sensibilis siue intellectilis, atque ut Sirach ait, Dimisit eum in manu consilij sui, hoc est arbitrij libertate donauit, ut bonum, quod ab ipso præclare gereretur, commune esset & Dei, à quo capax boni creatus fuerat, & hominis, qui virtutem elegisset, atque affectus esset. Mea autem sententiã paradysus, beata & cælestis vita est, in qua homo constitutus diuinas cogitationes quasi plantas excolere iussus est, vna tantum perfectiore arbore ipsi interdicta, quæ in se discretionem boni & mali habebat. * Improbat August. cap. 22. lib. 13. de Ciuit. Dei, eorum opinionem qui vel corporeum tantum vel spiritalem fuisse hunc paradysum existimarunt: atque salua veritate narrationis historicæ de corporali loco posse spiritale aliquid intelligi. **Billius.** Arbor autè illa (ut ipse contemplando assequor) Dei contemplatio erat, perfectiorque ipsius cognitio ac incunda fruitio. [Porro scientiæ boni & mali arborem dixit propter variæ multiplicisque speculationis & contemplationis distinctionem. Hæc porro propriæ cuiusque naturæ vel etiam Dei agnitio, perfectus quidem atque altius in contemplatione prouectis bona est, ut pote ex sese opificis excellentiam deprædicans; iis inquam, quibus ob eiusmodi contemplationis habitum diuturno tempore comparatum nulla iam in deterius prolapsio metuenda est. Arbor autem vitæ dicitur, quoniam diuinæ participationis suauitas iis qui hunc fructum percipiunt, vitam nulla morte interruptam affert. Quod etiam omne lignum à Deo vocatur, De omni ligno, inquit, quod est in paradiso, comedes. Illud enim omne est, per quod & in quo rerum vniuersitas coagmentata & constituta est.] Ergo adultis quidem atque perfectis conueniebat perfectior cognitio: at incipientibus tam grauis & inutilis erat, quam grauis & noxius paruulis esse solet solidus cibus. Iam verò triplici ratione nudus erat homo, tum quia morum simplicitate præditus erat, tum quia nullis artibus ipsius vita instructa erat, tum quia vestimentis carebat. Nam post legem violatam versuta malitia & artes ac vestes extiterunt. At verò scientiæ lignum naturâ quidem bonum erat, vsu autem ita demum bonum, si tempore suo perciperetur, alioqui malum, si intempestiuè. Ad hæc nudus erat homo, non ut carnis & corporis expertus, verum ut eam temperaturam non habens quæ crassiorem carnem redderet, ac contrariis & perniciosis qualitatibus distractam atque diuisam. Planè enim ita vivebat, ut bonam habitudinem naturalem ipsi essentialiter inditam haudquaquam afflaret, hoc est ex obscurorum corporis meatuum egestionem minueretur, atque essentia velut exhauriretur: verum eodem semper modo se haberet, absque fluxu atque influxione, continuèque ad vtrumque horum secundum qualitarum dominationem alteratione. Liber etiam nominabatur, ut pote immortalitatis illius, quæ diuina gratia accipitur, haudquaquam expertus. Nec verò amictum vllum requirebat, tum quod propter insitam affectuum immunitatem, infamiam nullam extimescere tum quod nec caloris nec frigoris iniuriis obnoxius esset. At verò diabolus mulieris mollitiem animaduertens celsilèmq; & lubricam ad virtutem facilitatem, fraudem introduxit. Mollis enim ac misericordiæ plena muliebris natura producta est, ut ad infantes libenter alendos misericordia impellatur. Hanc igitur ad hunc modum circumuentam, ipsamque etiam Adamum eius operâ ad degustandam scientiam pertractatum (quæ acerbam pœnam habebat, nimirum maiorem ac mortem) paradiso exturbauit, pelliceis tunicis indutos, quibus crassities mortalisque hominis conditio designatur. Tenuius enim primò corpus erat, ut pote medium inter mortale & immortale. Ac tum demum in corporis cupiditatem delapsi sunt, ac se nudos

Paradysus
terrestis.Lex Adami
prescrip-
ta.
Arbor scientiæ
bona tem-
pestiuè per-
cepta.Cur Eua se-
ducta potius
quam
Adamus.

Gene. 3.

Eccl. 15.

Hæc, quæ
parentesi
inclusa vi-
des in no-
stro Niceta
non habet-
tur. In Regi-
næ tamen
codice leg-
untur.Cur Ad-
amus nudus
erat.Χρηματισ-
μὸν ἐν τῷ
ἐκδόσει.Hominis
creatio.
Gen. 1. 2.Adamus
rex harum
rerum in-
feriorum.Liberi ho-
minis arbi-
trium.

esse cognouerunt, atque erubuerunt. Porro nudos se cognouerunt non tam a vestimentis, quam quod diuinarum rerum contemplatione spoliati erant, ac mentem ad contraria traduxerant. Duplex autem est cognitio, altera que res precedit, ac diuindicatrix dicitur, qua etiam ante perceptum lignum præditus erat Adam: altera que rebus ipsis inest, atque Actiua nūcupatur, quam degustato ligno in super adeptus est. At mors etiam ipsi beneficij causa irrogata est, vt que peccatum interciderit. Neque enim expediebat hominem nodum vlla tentatione probatum immortalitatem cōsequi: ne in superbiam incideret, ac iudicium diaboli. Ille enim propter immortalitatem, qua præditus erat, posteaquam voluntate mentisque proposito superbè se extulit, immutabilem in malo firmitatem habuit. Ergo vt propter improbam voluntatem Adamus peccauit: ita propter peccatum in mortis necessitatem incidit. Stipendia enim peccati mors. Quantum enim a vita recedebat, tantum ad mortem accedebat. Deus enim vita est, mors autem vitæ priuatio. Ita per recessum a Deo mortem sibi Adamus accersit: non autem eam Deus creauit. Nec tamen idem corporis animæque solutionem prohibuit, ne peccatum nostrum immortale seruaret: perinde ac si quis vas testaceum rimis perfluens in ignem imponere tantisper recuset, dum ipsius vitium noua fictione atque instauratione sanauerit. Nequaquam autem bona simplicioribus adhuc animis, atque appetitu auidiori præditis, quos ob incertam et insidam in bono perseuerantiam, minusque firmam in vnico illo bono constantiam proprij corporis cura et sollicitudo ad seipsam reuocare ac retrahere solet. Atque etiam magnus Athanasius hunc locum exponens sic fere ait: Homines meliora atque excellentiora aspernati, atque eorum cognitionem præ inertia auersati ad ea, que propiora ipsis erant, querenda studiosius incubuerunt. Propinquiora porro ipsis erant corpus atque ipsius sensus. Ex quo factum est, vt mente ab iis rebus, que animo et intelligentia cernuntur, auersa seipsos considerare atque intueri cœperint: seipsos porro intuentes, corpusque et corporis sensus amplectentes, atque vt in propriis bonis hallucinantes suis ipsorum cupiditate exarserint, sua nimirum bona contemplationi in diuinis rebus positæ præferentes. Ac proinde cum a propinquioribus rebus animum abducere nollent, eò miseræ prouoluti sunt, vt et corporis voluptatibus animam suam concluderent, omnis generis cupiditatibus perturbatam atque immersam, et potentia diuino beneficio ipsis primum concessæ obliuisceretur. Quamdiu enim Adam ad Dei contemplationem mente ferebatur, corporis cura nullo modo tangebatur: at posteaquam seipsam intueri cœpit, crassior iam terrenisque factus est. * Cesilémque) ὑπολος locus in vtroque exemplari. Regina cōdex habet, ἡ πρὸ εἰκλῆκῶ τῆς αἰῶς ἀπὸ τῶν δὲ καλῶν τῶν ἀπὸ τῶν εἰσιπῶν ἰστοῦν. quem nos secuti sumus. quâquam non ἀπὸ τῶν sed ἀπὸ τῶν legendum puto propter sequens verbum εἰσιπῶν ἰστοῦν. In meo Niceta aliter legitur. ἡ πρὸ εἰκλῆκῶ τῶν αἰῶς ἀπὸ τῶν δὲ καλῶν τῶν ἀπὸ τῶν εἰσιπῶν ἰστοῦν. Billius.

i. Tim. 3.

Roman. 6.

Homo multis modis castigatus vt malitia mutaret.

Idolorum cultus omnium malorum extremum.

Multis autem prius modis propter multa peccata, quæ ex vitij radice pullularunt, secundum diuersas causas & tempora castigatus, sermone, lege, Prophetis, beneficiis, comminationibus, plagis, aquis, incendiis, bellis, victoriis, cladibus, signis è cœlo, ex aère, ex terra, ex mari, hominum, vrbium, gentium insperatis mutationibus, (quæ omnia eò tendebant, vt malitia protereretur) validiori tandem medicamento propter grauiore morbos indigere cœpit, nimirum ob mutuas cædes, adulteria, periuria, masculæ libidinis insaniam, &c, quod omnium malorum extremum ac primum est, idolorum cultum, adorationisque à Creatore ad creaturas translationem.

NICET. Corruptus, inquit, est Adam, hoc est, populus ex Adami stirpe ortus multis correptionis modis, vnusquisque pro scelerum suorum merito, quorum principium ac velut radix prima transgressio fuit, hanc enim vitij radicem vocat, secundum diuersas causas et tempora. Neque enim ob eadem peccata, nec vno atque eodem tempore omnes correpti sunt. Cæterum quibus modis correpti sunt? Sermone atque alloquio. Complures enim Deus est allocutus, vel etiam λόγῳ, id est, insita nobis et naturali ratione: Lege per Moysen promulgata: Prophetis, hoc est, Prophetarum præceptis et institutionibus: Beneficiis, comminationibus, plagis: nam per contraria instruebantur et corripiebantur. Aquis, vt diluuij tempore. Incendiis, vt cum Sodomitæ cælesti igne conflagrarunt. Signis è cælo missis, vt cum sol stetit tempore Iosue filij Naue. Signis ex aère, vt cynomya illa, grandine, palpabilibus tenebris, coturnice, et c. Signis ex terra, vt aquarum ex petra effusione. Signis ex mari, vt maris Rubri in continentem mutatione. Hominum, vrbium, gentium insperatis mutationibus. Quibus omnibus rebus malitiam proterere, ac de medio tollere satagebat Deus. At verò mortales in flagitiis haudquaquam certis terminis consistebant: sed cum à principio inuentione mali extitissent, noua subinde scelerum genera cōminiscebantur, atque inexplebili peccandi libidine flagrabant. Adulteria enim et furta passim grassabantur, ac cædibus et latrocinij orbis vniversus terrarum scatebat, atque omnia flagitia tum priuatum à quolibet, tum communiter ab omnibus perpetrabatur. ne ab eo quidem scelere et execrando furore, à quo natura abhorret, abstinebatur. Fons autem et causa ac finis omnis mali erat idolorum cultus, et creature supra Creatorem adoratio. Idololatria enim vt malis omnibus, si temporis ratio habeatur, posterior est: ita quædam ad mali grauitatem atque atrocitatem primum locum sibi vendicat. Extremum etiam malorum dici potest, vt finis et cumulus, et quia ultra eam nullum aliud scelus progredi atque extendi potest.

Verbū caro factum. Quæ quoniam maius auxilium requirebant, maius etiam acceperunt. Hoc autem erat ipse Dei Filius, sæculis prior, ille inuisibilis, ille incomprehensibilis, ille incorporeus,

incorporeus, illud ex principio principium, illud ex lumine lumen, ille fons vitæ & immortalitatis, illa archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille Patris terminus & ratio ad imaginem suam se confert, carnemque carnis causa gerit, & cum intellectuali anima propter animam meam iungitur, vt simile similis opera & adiumento repurget. Atque humana omnia excepto peccato suscipit, conceptus quidem ex Virgine animo & corpore à Spiritu purgata (nam & procreationem honorari & virginitatem præferri oportebat) progressus autem Deus cum humanitate vnum ex duobus inter se contrariis carne nimirum & Spiritu, quorum alterum diuinitatem dedit, alterum accepit. O nouam & inauditam mixturam! ô admirandam temperationem! Qui est, fit: qui creationis expers est, creatur: qui nullo loco contineri potest, interuentu animæ intellectualis inter diuinitatem carnisque crassitiam interiectæ continetur. Qui locupletes alios facit, eget: carnis enim meæ paupertatem subiit, vt ipse illius diuinitate ditescam. Qui plenus est, vacuatur & exhauritur: sua enim gloria ad breue tempus exhauritur, vt plenitudinis ipsius ego particeps efficiar. Quænam hæ bonitatis diuitiæ? quodnam me circumstat mysterium? Diuinam imaginem accepi, nec sartam tectamque habui: ille meam carnem accipit, vt & imagini salutem, & carni immortalitatem afferat: secundum consortium nobiscum inuit, & quidem priori longè admirabilius. Tum enim id quod præstantius erat, nobis impertit: at nunc eius, quod deterius est, particeps ipse fit. Hoc priori illo diuinius: hoc apud cordatos & prudentes viros multò sublimius.

Hebr. 4. V. Mariâ corpore animoque purgatâ.

A

B

NICET. Quoniam, inquit, maius auxilium requirebat humana natura, vt pote graui morbo correpta, maius quoque medicamentum et auxilium est consecuta. Illud autem erat, non angelus, non homo: sed Dominus ipse, qui Verbum dicitur, vt illud ostendatur, quod ex summa illa mente prodiit, quod impartibili modo progenitus est, quod progeneritoris imago est, totum Patrem in seipso ostendens, nec quicquam illinc mutatus, ac perfectus per se existens, sæculis prior, per quem etiam sæcula Pater fecit. Inuisibilis, vt Deus: Deum enim nemo vidit vnquam, hoc est, Dei naturam. Ex principio principium, ex Patre enim, qui omnium rerum principium est, vt causa. At Filius principium est, vt causa adiunxas. Vnde et ad Patrem ait Propheta, Tecum principium, et c. Ex lumine. Lumen Pater est. Deus enim, inquit, lux est. Ex ipso autem lumen est Filius: Ego enim, inquit, sum lux mundi. Fons vitæ et immortalitatis, propter perennitatem, et quia ex ipso ad res omnes vita permanat. Archetypi expressio, hoc est, Patris immotum sigillum, hoc est, verum minimeque adulteratum. Alio autem loco ait sigillum mobile, id est, viuens. Illa per omnia similis imago Dei inuisibilis non mortua et manu confecta sed viuua, non in similitudinis forma, sed in ipsa substantia immutabilitatem seruans. Patris terminus et ratio, vt pote Patrem ostendens. Hic ad hominem, quem ad imaginem suam considerat, venit. Nam cum hominem ad similitudinem suam à principio creasset, eundem rursus ad exprimentam sui similitudinem reducit, suam videlicet creaturæ assimilatus. Conueniebat enim, vt qui primum finxerat, idem quoque figmentum suum à peccato labefactatum atque confractum instauraret. Patris terminus et ratio. Quid ait? Num iuxta termini rationem Pater Filio terminatur, si quidem terminus ipse est, sic vt paterna natura Filij naturâ conclusa ac definita sit? Ita sanè: dummodo sapienter ac candidè sententiam horum verborum audire quispiam velit. Paternæ quidem essentiæ nullus omnino est terminus, quemadmodum nec aliarum duarum Personarum: at paterni nominis terminus est Filius. Quoniam enim hæc nomina ex eorum numero sunt, quæ ad aliquid referuntur: profectò eam naturam habent, vt vtrunque altero terminetur. Ac proinde Patrem Filius terminat, quemadmodum vicissim Pater Filium. Enimvero quoniam Deus mixtionem cum carne non admittit, anima autem et mens velut in Dei carnisque consinio est, carnis quidem vt coniugata, Dei autem vt imago: idcirco cum cognata mente atque intellectuali animâ Dei naturâ coniungitur, atque illinc cum corporea crassitie societatem inuit, ac per omnia plenus et perfectus homo efficitur, iisdem affectibus obnoxius, quibus ceteri mortales, excepto peccato. Omnes enim affectus naturales et areprehensione vacuos amplexus, peccati nequaquam amplexus est, vt pote à natura alieni ac vituperandum. Atque ipsius corpus à sp. sancto creati Verbi adorandum indumentum factum est. Atque ex Virgine Deus cum assumpta carne natus est, idem Deus, idem et homo, vtrunque vt vnus, vtrunque vt solum (vna enim Persona Christus est) ex duabus contrariis naturis carne nimirum et spiritu, hoc est, humanitate et diuinitate, quarum altera nempe diuinitas, carni diuinitatem attulit, altera nimirum caro, diuinitatem accepit. Ac fuit tum noua et inaudita mixtura, quia hæ duæ naturæ semel inter se vnitæ indiuisibiles postea manserunt: et admiranda tēperatio, quia nulla confusio atque alteratio secuta est. Etenim tēperatio res eas, quæ tēperantur, quoadmodum immutat, vt pote eas minime puras seruans: ac rursus mixtio ea, qua miscetur, haud admodum vnit. Vtrunque autem vtrique adiunctum exactam fidei doctrinæque veritatem seruat. Temperaturæ enim inconfusio adiuncta, mixturæque iridem indiuisio perfectam modisque omnibus absolutam fidei doctrinam retinet, vtraque videlicet naturarum in Christo concurrentium proprietates suas alteri communi-

Hebr. i. I. Ioan. 4. Psal. 109. I. Ioan. 1. Ioan. 8.

cante propter personæ identitatem, ac mutuam ipsarum inter se concessionem. Nam creati & fieri, iis conueniunt, quæ cum non essent, in rerum naturam producta sunt. Fieri autem dicitur is, qui ut Deus, semperternus est, propter carnem quam assumpsit. Mutuatur enim carnis proprietates propter summam vnionem: quemadmodum scilicet humanitas quoque assumpta Deus dicitur, quod diuinitatis proprietates sibi vendicat. Qui est, fit: qui creationis expers est, creatur. Hæc communicationis figuræ dicuntur. Ac cetera quidem licet admiratione digna, tamen de humanitate assumpta intelligenda sunt. Nam quod erat, manet: quod non erat, assumpsit. Illud autem quod ait, Eum qui nullo loco contineri & capi poterat, Contineri, difficile est ac perobscuro, nec quicquam aliud dici potest, quàm quod propter exuberantem virtutis potentiaque magnitudinem id fiat. Qui locupletes alios facit, eger. Caro enim paupertas est, utpote multis rebus ad sui conseruationem opus habens. At diuinitas opulenta est, quippe nullius rei indigens. Qui plenus est, ut Deus, vacuatur. Inanitiõ autem seu vacuatio dicitur demissio illa, qua Christus ad integumentum dignitate sua humilius sese deiecit, humanamque formam induit. Quid autem sibi vult magnum hoc atque arcanum mysterium? Quoniam homo Deus factus non est, idcirco Deus homo fit, honoris mei causa: nimirum ut iis rebus quas accepit, ea quæ dedit instauras, peccati pœnam aboleat, ac per mortuam humanitatem interfectorem perimat. Maior porro longèque admirabilior est instauratio creatione prima. Creatio enim solo verbo extitit, Faciamus hominem, &c. at ipsius opificis manu atque opera instauratio perfecta est, nempe quod ipsemet opifex homo factus sit, ac domum suam extruxerit. Ac præterea tunc ad imaginem duntaxat erat. Primum enim intelligentiæ ac principatus similitudine ipsum ornauit (principem enim omnium creaturarum à principio hominem constituit) nunc autem secundum substantiam. Nam per expressam carnis ipsius similitudinem eum ornauit. In extremis siquidem temporibus homo factus creaturæ suæ assimilatus est, eamque ad sui similitudinem exprimendam reduxit. Ex quo liquidè constat hoc beneficiũ priori illo excellentius ac diuinius esse. Quamquam enim imaginis participatio diuinum hominem effecerit: idem tamen multò melius prestiit carnis participatio, quæ non solum diuinum eum reddidit, verum etiam Deum, propter hypostaticam vnionem, ac, si audacius loquendum est, condeum.

Quid ad hæc nobis sycophantæ dicunt, acerbi, inquam, isti diuinitatis expensores, rerum laudandarũ reprehenses, circa lucem tenebrosi, circa sapiẽtiã incij & ineruditi, pro quibus Christus frustra mortuus est, ingrata creaturæ, diaboli figmenta? Siccine beneficium crimini tribuis? Eõne paruus, quia proptet te humilis, quia ad ouem oberrantem venit pastor ille bonus, animam suam pro ouibus ponens, venit, inquam, ad montes & colles, in quibus sacrificabas, & palantem inuenit, & inuentam iisdem humeris, quibus & crucis lignum, accepit, acceptamque ad supernam vitam reduxit, subuectamque eodem quo eas, quæ nunquam à grege aberrarunt, loco numeroque habuit? Quia lucernam, hoc est, carnem suam accendit, & domum euerrit, mundum scilicet à peccato repurgas, & drachmam hoc est, regiam imaginem fædis affectibus obrutam conquisiuit, atque angelos amicos suos ea inuenta conuocat, lætitiæque participes facit, quos etiam consilij incarnationis conscios habuerat? Quia lucernam præuiam lumen illud splendidissimum sequitur, & vocem Verbum, & pronubum sponsus, Domino populum eximium comparantem, ac per aquam ad Spiritum præpurgantem? Hæccine obiciis Deo: atque idcirco inferiorem esse censes, quia linteo præcingitur, ac discipulorum pedes abluit, optimumque ad sublimitatem iter humilitatem ostendit? Quia propter humi inclinatam animam se deiicit, ut peccato depressam ac deorsum vergentem secum erigat. Quin illud quoque obiciis ac reprehendis, quod cum publicanis, & apud publicanos edit, & publicanos in discipulos conuertit, ut ipse quoque aliquid lucretur, quid tandem? peccatorum salutem. Nisi quis forte eo nomine medicum accuset, quod ad corporis morbos se inclinet, fœtorumque sustineat, ut sanitatem ægrotis afferat: atque eum etiam, qui humanitatis & commiserationis affectu permotus in foueam seipsum demittit, ut prolapsum iumentum secundum legis præscriptum seruet.

NICETAS. Aduersus hæc ita admiranda quidnam heretici dicere queant? peracerbi, inquam, isti diuinitatis expensores, ac res laudandas & præclaras criminando insectantes? Hoccine Deo obiciis, homo ingrate, quod tua causa seipsum deiicit, quod cum ouis perditã esset, atque impuris dæmonibus in collibus sacrificares, te conquisiuerit, atque inuentam in angelorum ordinem adscripserit, quod carnem suam quasi lucernam accenderit, ac mundum à vitio non secus ac domum quandam quisquiliis sordibusque repurgarit, regiamque imaginem fædis affectibus inuolutam atque obrutam velut drachmam in stercore inuenit, lætitiæque ob drachmam inuentam susceptæ angelos participes facit, quos etiam dispensationis suæ conscios atque administratos assumpsit. Etenim in ipsius natiuitate multitudine cœlestis militiæ pastoribus apparuit, laudantium Deum ac dicentium, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, &c. Ad hunc itaque modum angelos consilij

Pro hereticis frustra mortuus est Christus. Ioan. 10. Luc. 15.

Ioan. 13. Humilitas est iter ad sublimitatem. Luc. 5.

Exod. 13. Deuter. 22.

Luc. 15. Ibid.

Luc. 2.

los consilij & dispensationis suæ discipulos facit. Hoccine rursus obiciis, quod Ioannes quidem ut lucerna Ioan. 5. ardens & lucens præcursores egit: Christus autem lux inaccessa post eum apparuit, eumque secutus est, ut vocem Verbum (Vox enim quasi materia est sermonis: sermo autem forma vocem informans) ut pronubum sponsus pios ac fideles homines ipsi conciliantem. Quin igitur illud quoque reprehendis, quod & cum publicanis comedit iniquum questum facientibus, ut ipse quoque salutem illorum elucreret? At enim uero ea res omni reprehensione caret, nisi quis medicum accusandum putet, quod ad fœtidos ægroti morbos seipsum demittat, ut eum sanitati restituat, ipse interim morbo nequaquam affectus: aut eum, qui iuxta legis præscriptum in foueam sese inlectit, ut iumentum, quod homine vilius est, illinc extrahat, ipse interim eõ minimè prolapsus.

Missus quidem est, verum ut homo (duplici enim natura erat) si quidem & fatigatus est, & fame ac siti laborauit, & angore correptus est, & lachrymas fudit, ut lex naturæ fert. Quod si etiam ut Deus, quid propterea? Beneplacitum Patris missionem esse existima, cui sua quoque adscribit, tum ut principium temporis expers honoret, tum ne Deo aduersari videatur. Quandoquidè ut traditus fuisse dicitur, ita seipsum quoque tradidisse scribitur, atque ut à Patre ad vitam reuocatus & susceptus fuisse, ita seipsum quoque à mortuis excitasse, rursusque in cœlum ascendisse prædicatur. Illa beneplaciti: hæc potestatis. At tu ea quidem, quæ minuendi vim habent, profers: quæ autem efferendi, præteris: atque id quidem expendis, quod passus sit: quod autem voluntariè, non adiungis. Proh qualia etiamnum patitur Christus! Ab aliis ut Deus honoratur atque confunditur: ab aliis ut caro contemptui habetur ac separatur. Vtris tandem grauius irascetur? vel potius vtris plus condonabit, iisne qui nefariè contrahunt, an qui scindunt? Nam & illos diuidere, & hos coniungere oportebat: illos, inquam, numero, hos diuinitate. Offendis ad carnem? & Iudæi quoque ea offensi sunt. Num Samaritanum quoque vocas? (nam quod sequitur, tacebo) Diuinitati fidem abrogas? hoc ne demones quidem ipsi fecerunt. Ita & Iudæos ingratitude, & dæmones incredulitate superas. Illi enim Filij nomen æqualitatis vocem esse censebant: hi autem eum, à quo fugabantur, Deum norant. Fidem enim illis ea, quæ patiebantur, faciebant. At tu nec æqualitatem admittis, nec diuinitatem confiteris. Proinde fatius tibi fuerit circuncisum esse, atque à dæmone vexari, ut faceret aliquid dicam, quàm in præputio & incolumi valetudine tam sceleratè atque impiè sentire.

NICET. Quoniam nonnulli missionem secundi ordinis esse, atque ei, qui subisset conuenire falsò existimabant, idcirco cum dixisset Theologus Christum missum esse, adiuic ut hominem: quandoquidem & seruus in Scriptura dictus est, & ancille filius, & agnus, & ouis: atque etiam fatigatus, & fame ac siti affluctus, laborasse & angore correptus, atque adeo passus fuisse dicitur. Verum hæc iustam & honestam causam rationemque habent, nimirum quia & homo & Filius hominis factus est. Quæ re nihil est, cur his uocibus quisquam offendatur. Verbum enim Filius hominis factum est, ut mediator existens Dei atque hominũ, quæ Dei sunt, nobis, & quæ nostra sunt, Deo ministret. Cum igitur fame urgeri dicitur, lachrymas profunderet, fatigari, & Eloi Eloi clamare, humanos ac nostros affectus à nobis accipit, atque ad Patrem transmittit, pro nobis intercedens, ut uidelicet in ipso extinguantur. Cum autem ait, Data mihi est omnis potestas in cœlo & in terra, itemque quod Deus cum superextulerit huiusmodi uoces Dei beneficia per eum in nos collata declarant. Neque enim uerbo quidquam unquam deerat, aut defuit, nec rursus homines sibiipsis ministrare poterant. Hæc per Verbum nobis conferuntur, atque ut ipsi donata nobis impertiuntur. Etenim ob hanc quoque causam humanitatem accepit, ut quæ ipsi dantur, ad nos fluant ac pertrãseant. Homo enim purus haudquaquam talibus priuilegiis ornatus fuisset, ac rursus uerbum solum nequaquam his opus habuisset. Proinde nobis Dei Filius cõiunctus est, ac tum nobis potestatem impertit, nõsque in sublime extulit. Verbum enim in homine existens, hominem altissimè euexit, atque ita uerbo in homine existente potestatem homo accepit. Quandoquidem igitur uerbo cum carne coniuncto in sublime homo prouectus est, ac potestatem accepit, meritò hæc uerbo, per quod data sunt, accepta referuntur. At uerò illam cum homine vnionem, cum qua inuisibilis natura per partem uisibilem cognosci poterat, missionè nominauit. Neque enim Deus humano more locos subinde mutat, quippe qui cœlum & terram impleat: uerum carnalis præsentia, ac submissio illa, qua ex incorporea magnificentia ad corporis uilitatem sese deiicit, missio nominata est. Atque ut etiam hoc demus, eum ut Deum missum esse, non tamen hinc eum Patre inferiorem esse colligetur. Nam quatenus Patri Filium incarnari placuit, hætenus eum mississe dicitur: atque etiam eodem modo quo solem radium suum misisse dicimus. Christus enim omnia sua Patri adscribit, partim ut ipsum tanquam principium & causam suam temporis omnis expertem honoret (neque enim Filij generationi temporis quidquam intercessit: sed simul Pater, simul & Filius) partim etiam ne Patri aduersari videatur. Ob eam causam se ab eo missum esse dicit. Quemadmodum & à Patre traditus esse dicitur. Traditus enim est, inquit ille, propter peccata nostra. Rom. 4.

Ioan. 4. Math. 4. 16. Luc. 19.

sabellianis Arianis.

Ioan. 8. Arius & Sabellius vincunt dæmones incredulitate.

Psal. 85. Esa. 53. Luc. 4. Ioan. 4. Marc. 14.

Matth. 28. Philipp. 2.

Hier. 13.

Rom. 4.

Galat. 2. Atqui ipse quoque seipsum tradidisse scribitur. Ait enim Apostolus, Christi qui dilexit me, & tradidit semet-
 i. Cor. 6. ipsum pro me: Adhuc à Patre ad vitam reuocatus ac susceptus fuisse dicitur, ut cum ait Paulus, Deus autem
 Marc. 16. & Dominum à mortuis excitauit, & nos excitabit. Et Marcus, Dominus, inquit, postquam ipsis locutus est,
 Ioan. 2. in cælum receptus est. Atqui rursus scriptum est, quod ipse se excitauerit, atque in cælum ascenderit. Soluite
 Act. 1. enim, inquit, hoc templum, & in tribus diebus excitabo illud. Et Lucas, Quemadmodum vidistis eum ascen-
 dentem in cælum. Porro ea quæ de ipso humiliter atque abiecius dicuntur, Patris beneplacitum indicant:
 quæ autem sublimiter & magnificè, Saluatoris potestatem ostendunt. At hereticus ea est animi peruersitate,
 ut humilia quidem verba enumeret ac recenscat: sublimia autem silentio premat ac pretereat: atque illud
 quidem supputet, quod Christus passus sit, ipsum videlicet imminuens: quod autem vltro & sponte passus
 sit (ex quo ipsius potestas declaratur) nequaquam adiciat. Huiusmodi autem quædam nunc quoque patitur
 Filius & Verbum Dei. Nam à Sabellianis ut Deus honoratur, atque confunditur. Illi enim vnam in diuini-
 tate trinominem Personam esse dicebant, eundem esse Patrem & Filium ac Sp. sanctum asserentes. Ab Aria-
 nis autem ut caro contemptui habetur ac separatur. Filium enim in creaturarum ordinem redigentes à Pa-
 tris diuinitate semouebant. Quoniam igitur vtrique in pari impietate versantur, vtris grauius irascetur, si
 iusto iudicio cum illis agere velit, vel potius vtris plus condonabit, si lenitate & clementia vtatur? Vtrum
 Sabellianis qui nefariè contrahunt, quique Patrem & Filium & Sp. sanctum Personam vnam trinominem
 esse contendunt? an verò Arianis qui nefariè scindunt, ac Filium à Patris substantia seiungunt? Nam &
 oportebat Sabellianos numero diuidere, hoc est, tres personas confiteri ac numerare, & Arianos decebat tres
 Personas natura & diuinitate coniungere, vnam videlicet trium personarum naturam & diuinitatem cõ-
 fitentes. Impingis, ô heretice, atque ad Saluatoris carnem offendis? Idem quoque & Iudæis accidit. Chri-
 sti diuinitati fidem abrogas? Id verò ne demones quidem fecerunt. Ita & demones incredulitate superas,
 & Iudæos ingenij tarditate & ingratitude. Nam demones cum à Christo profligarentur, Deum ipsum con-
 fitebantur. Fidem enim illis diuinitatis Christi faciebant ea, quæ patiebantur, inuisibiliter cruciati: ac proin-
 de dicebant, Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Iudæi autem cum ipsum dicentem audissent, Pater meus vsque
 modo operatur, & ego operor: in hunc sensum hæc verba acceperunt, ut quoniam patrem suum Deum esse
 affirmabat, parem quoque Deo seipsum faceret, ac propterea ipsum persequerentur. At tu nec, ut Iudæi, Dei
 & Filij cum Patre æqualitatem intelligere vis: nec, ut demones, diuinitatem confiteri. Quocirca satis tibi
 fuerat Iudæorum ritu circumcisum esse, ac proinde ut illi æqualitatem intelligere, atque demonum intem-
 perius agi, diuinitatemque confiteri, quam in præputio & incolumi valetudine nullis demonum insultibus
 interrupta, tum Iudæos tarditate & inscitia superare, tum etiam eo morbo diuexari, ut diuinitatem neges,
 à quo demones quoque ipsi liberi fuerunt.

Matt. 8.
Ioan. 5.

Marc. 1. Atque aliquantò quidem postea & Iesum purgatione mea in Iordane purgari
 Baptismo videbis, vel potius aquas purgatione sua purificare (neque enim ipse purgatione
 Christi a- opus habebat, qui peccata mundi tollit) & cælos scindi, & cognati Spiritus testi-
 que purifi- monio celebrari, & tentari, & tentatorem frangere ac profligare, & angelorum
 cata. ministerio vti, & morbos omnes ac langores depellere, & mortuos ad vitam lu-
 Matt. 4. cémque reuocare (quemadmodum vti te quoque, doctrinæ fideique per-
 Luc. 6. ueritate mortuum excitaret) & demones partim suapte, partim etiam Aposto-
 Mortuus fidei per- lorum opera fugare, & paucis panibus multa hominum millia nutrire, & pedibus
 ueritate. per mare iter facere, & prodi, & in crucem tolli, ac peccatum meum secum in
 Matt. 14. cruce suffigere, ut agnum offerri, & ut sacerdotem offerre, ut hominem inhumari,
 Marc. 15. & ut Deum resurgere, ac postea in cælum ascendere, tandèmq; cum gloria
 16. sua venientem conspicies. Papæ quot mihi solennitates & festa singula Christi
 mysteria suppeditant! quorum omnium vnum hoc caput est atque vnus hic sco-
 pus, nimirum mea perfectio & instauratio, atque ad pristinum illum Adamum reditus.

Matt. 27.
Hebr. 4.
Ioan. 1.

NICET. Breui, inquit, futurum est, ut Christum mea causa purgari videas, ea purgatione, quam mihi
 adhiberi conueniebat, utpote peccatis scdato. Nam nostri vice baptizatus est. Etenim quædam Christi vo-
 ces & actiones non ipsi, sed nobis congruunt. Actiones quidem, ut baptismus ipse: voces autem, ut, Deus
 meus, Deus meus, quare me dereliquisti. Perspicuum enim est eum sibi affectus nostros asciscere propter na-
 turam, quam nobiscum excepto peccato communem habuit. Videbis ergo, inquit, Christum in nobis bapti-
 zatum, vel, ut rectius loquar, aquarum naturam ea purgatione, qua ipse hominum opinione lustrabatur,
 sanctificantem, utpote ipsam quoque hominum peccatis conspurcatam. Nam agnus Dei, qui, ut est apud Io-
 annem, peccatum mundi tollit, quo tandem modo purgatione opus habuisset? Videbis etiam cælos scindi &
 aperiri, quos Adamus & sibi & nobis clauserat, & Christo testimonium dari à cognato, hoc est, congenere
 spiritu. Ex eadem enim causa Filius & Sp. sanctus proficiuntur. Illud autem adnotandum est, cognatum
 de iis quæ eiusdem substantiæ sunt, & de his quæ diuersam substantiam habent, prædicari. Verum cum de
 iis quæ substantia eadem sunt, agitur, secundum naturam dicitur, ut hoc loco: cum autem de his, quæ substan-
 tia differunt, sermo instituitur, secundum vnionem: ut cum de corpore & anima sit sermo. Quo sensu Theo-
 logus in funebri oratione, quam de fratre Casario habuit, ita loquitur, Paulò post anima cognatam carnem
 receptura

A

B

C

D

E

receptura est. Morbos omnes ac langores Græc. πᾶσιν νόσιν ἐμάλασαι. Inter morbum autem & langorem;
 hoc est, discriminis, quod morbus est diuturna corporeæ habitudinis in peius inuersio, hoc est, infirmitas, quæ
 iam imperium in animal tenet. Langor autem principium laxitatis, morbum prænuncians. Atque ita de cor-
 pore accipiuntur. In anima autem morbus est peccati actus: langor autem est rationis ad actualis peccati af-
 sensum relaxatio. Porro Christus omnibus siue hoc, siue illo modo affectis tum spiritualiter, tum corporaliter
 medebatur. Quoniam autem modo peccati meum, hoc est, Adami (nam primi parentis peccatum meum esse
 statuo) secum in cruce suffixerit, audi. Præcepto Domini nequaquã paruit Adamus: at Christus nouus Adam
 hanc veteris inobedientiam sustulit, obediens factus vsque ad mortem, mortem autem crucis, manuumque
 ad interdictum lignum extensionem manuum in cruce extensione, atque ligni voluptatem crucis dolore
 curauit: atque eodem modo in reliquis rebus contrariis sanata sunt. Hunc & Ioannes ut agnum ostendit his
 verbis: Ecce agnus Dei. Et Zacharias vnus ex duodecim prophetis ut sacerdotem aspicit, aitque. Ostēdit mihi
 Dominus Iesum sacerdotem magnum. Porro per agnum significatur ipse pro peccatis nostris interemptio:
 per sacerdotem autem, quod volūtariè interemptus sit. Iam verò post baptismum angelorum ministerio vte-
 batur. Ecce enim, inquit, angeli acceperunt, & ministrabant ei. Mortuos insuper ad vitam lucémque reuo-
 cavit, ut Iairi filiam, & viduæ filium, ac postremò Lazarium. Quemadmodum vti te quoque, inquit,
 doctrinæ fideique peruersitate mortuum & infidelitate correptum in vitam restituisset, utpote per incredu-
 litatem extinctum. Demones præterea fugauit, nunc per se, ut in regione Gerasenorum, nunc per Discipulos
 & Apostolos. Mittens enim, inquit, eos, dedit ipsis potestatem aduersus immundos spiritus. Iam verò quin-
 que panibus quatuor hominum millia aluit absque mulieribus & pueris, qui si ad virorum numerum ad-
 iungantur, non modo chiliades, sed etiam myriades hominum aluisse reperietur. Deus bone, quot mihi festa
 occurrunt ob vnumquodque Christi mysterium! In quibus omnibus vnus caput, atque vnus scopus est, nempe
 mea perfectio. Mea etenim causa Dei incarnatio contigit, omniãque ipsius mysteria, ut ego per maddatorum
 obseruationem perfectus fiam, ac per virtutum perfectionem Dei nomen consequar, nimirum per baptismum
 instauratus, atque ad primi Adami dignitatem amplitudinẽque redeam, hoc est, eius, qui ante mandati
 transgressionem erat, à qua omnes simul cum eo deiecti ac prostrati sumus.

A

B

C

D

E

Nunc autem natiuitatem accipe, ac præfulta: si minus ut Ioannes ab vterò, at
 certè ut Dauid ob requiem arcæ.
 NICET. Hæc, inquit, Christi à nobis commemorata opera, perperfectionẽque postea videbis. Nunc autem
 ipsius natiuitatem accipe, ac coram eo salta: si non ut Ioannes, at certè ut Dauid. Porro Ioannes præcurso-
 figuram eorum gerit, qui ab incunabulis diuino baptisate perfusi atque à puero sanctificati sunt, & ad ex-
 tremum vsque proficiendo solidissimum constantissimũque virtutis habitum conseruant. Nam cum adhuc
 in materna aluo esset, Dominum suum agnouit, & cum summa lætitia exiit. Propheta autem Dauid eos de-
 signat, qui in vitium prolapsi, rursus per penitentiam diuinæ gratiæ exultationem, quæ in virtute & scien-
 tia posita est, animæ restitunt. Nã & Dauid cum se adulterij cædisque crimine constrinxisset, postea eximia
 atque ardenti pietate Deum coluit, eique placuit. Saltabat autem eo tempore ante arcam choream auspiciã,
 cum ea ab alienigenis recuperata huc illucq; desit circumferri, atque apud populum suum cõquieuit, quem-
 admodum secundo Regum libro proditum habetur. Proinde siue in peccatum minimè incidere, siue prola-
 psus per respicientiam surrexeris, natiuitatem Christi confitere, atque ad eius præsentiam exulta, nec virtutis
 & scienciæ arcam in te sitam affectuum quasi Philistæorum quorundam libidini permitte: verum iis oppressis
 & obruncatis hanc ad te reduc, ad concinnam & modulatam saltationem salta. Existimo autem per
 Dauidis saltationem nobis piæ vitæ agilitatem multiplicẽque rationem designari.
 Descriptionem reuerere, propter quam in cælis ipse describeris: & natiuitatẽ
 venerare, propter quam natiuitatis vinculis solutus es: & Bethleem paruam, in-
 quam, illã honora, quæ te in paradysum reduxit: & præsepe adora, propter quod
 cum rationis expers esses, à Verbo nutritus es.
 NICET. Dominus vnã cum matre & Ioseph inter seruos iuxta Cæsaris edictum descriptus est, ut nos
 in beatorum librum inscribamur. Hanc igitur descriptionem reuerere, ac natiuitatem Christi honorificè cole
 propter quam natiuitatis vinculis solutus es. Vinculum autem natiuitatis est peccatum illius comes. * Ex
 transgressione enim & matrimonium profectum est & generatio: sicque in peccatis nascimur. At Christus
 natus nostræ quoque natiuitati sanctitatem attulit, ac deinceps honorabile est cõnubium & thorus immac-
 culatus. Parua autem est Bethleem, utpote vsque ad Christum natum minima inter principes Iudæ: quæ qui-
 dem nos rursus ad veterem paradisi perceptionem voluptatẽque reuocauit, Christum videlicet nascentem
 suscipiens, qui ad eam nos reduxit. Atque etiam in præsepio Verbum collocatum est, ut nos ad brutorum a-
 mentiam cõuersi nequaquam iam ad sordidam & pecuinam vitam prouoluamur, verum secundum Deum
 ac non secundum turbidos animi motus viuere discamus, ac Verbi magisterio & disciplina nutrir.
 * Ex transgressione) Congressi quidem sunt Adamus & Eva post violatam præceptum: non tamen ex
 præcepti violatione profectum est matrimonium, sed ante violationem à Deo institutum, ut ex principio Ge-
 nesis apertissimè liquet. Billius.

Philipp. 2.
Ioan. 1.
Zach. 3.
Math. 4.
Luc. 8. 7.
Ioan. 11.
Marc. 5.
Math. 10.
Ioan. 6.

Luc. 1.
Cap. 6.

Luc. 2.
Psal. 50.
Ephes. 2.
Hebr. 13.
Matth. 2.

nam ruminatus, atque ad sacrificium idoneus, siue etiam adhuc impurus, ac cibo sacrificiisque inutilis, ethnicæque partis.

NICET. Opportunè Theologus prophetia Esaiæ mentionem facit propter bruta animantia atque agnitionem Christi. Et præsepe. Deus enim per prophetam Israëliticum populum, ut ingratum et recordem acriter obiurgans ait, Cognouit bos possessorem, et asinus præsepe domini sui, Israël autem me non cognouit. Quibus verbis Iudæos mutis quoque animantibus propemodum stupidiores extitisse ait. Atque omnibus quidem ingratis et iniquè erga Deum affectis hæc oratio congruit. Ceterum hoc loco bos in Iudaici populi, qui legis iugo subiectus erat, figuram assumitur: asinus autem in gentilium figuram, tum quia à lege alienus erat, tum etiam propter impuritatem et crassitiam. Etenim bos, ut ad cognoscendum acutior, Dominum suum agnoscit: asinus autem, ut ventri deditus, præsepe cognoscit. Ac vide, quam bonis et asini allegoriam afferat. Quoniam enim bos animal mundum est, ac iugo subiectum, et ruminans, ac sacrificij causa mactatur et comeditur: in asino autem contrario modo se omnia habent: Cognosce, inquit, auditor, quoniam sit is qui natus est, siue bos es, hoc est, ex Iudæis, qui puritatem et munditiam præ se ferunt, ac sub legis iugo censentur, atque idonei sunt, qui Deo in sacrificium offerantur, ac rectam doctrinam ruminando conficiunt, quia videlicet primum quidem fidei Christianæ doctrinam simpliciter accipiunt, postea autem eandem memoria versant ac recolunt, atque accurata examinatione quasi dentibus diuidunt ac comminuunt, idque omne quod inutile est expuentes, quidquid esculentum et vitale est, in mentis profundum quasi in ventrem quendam iniiciunt. Nam puritas quoque per ruminacionem designatur. Siue etiam ethnicæ et impuræ partis es atque ad esum quidem inutilis, utpote proximis tuis minime fructuosus, ad sacrificia autem minime idoneus, utpote Deo nequaquam gratus atque acceptus. Ethnicorum porro et infidelium est impuritas, ceteraque eodem modo dicta, quod nimirum ad esum et sacrificium haudquaquam apti sint. Cibus enim eorum, qui comedunt, vitam fouet ac suffulcit.

Matth. 2.
Luc. 2.

Cum stella curre: cum Magis dona offer, aurum, thus, & myrrhâ, ut regi, ut Deo, & ut salutis tuæ causa mortuo: cum pastoribus Deum laudibus celebra: cum archangelis tripudia: cum angelis hymnos concine: sit cœlestium & terrenarum copiarum communis læticia & celebritas. Nam eas quoque hodierno die simul festum celebrare, ac læticia gestire confido: si quidem hominum Deique amore præditæ sunt, quemadmodum ille, quas Dauid inducit post passionem cum Christo simul ascendentes, ac simul occurrentes, seque inuicè ad portas attollendas inhortâtes.

Festum Natiuitatis celebratur etiam in cœlis.

NICET. Deus corpoream suam natiuitatem per stellam significari voluit. Aequum enim erat verbum cœlitus descēdens cœlesti quoque signo indicari. Is porro cum stella currit, qui eam imitatur, hoc est, qui Christum iis, à quibus ignoratur, prædicat, vel etiam qui virtutum splendore clarus et insignis apparet, vel etiam qui supra omnia terrena fertur. Ille autem munera cum Magis offert, qui oblationem eorum spiritualiter imitatur. Nam ab illis quoque dona oblata sunt. Signum autem regis est aurum, quia per aurum subditi regem muneribus afficiunt. Thus porro diuinitatis, quia thura Deo adoleri solent: mortis denique myrrhâ, quia mortui eam inunguntur, ne feteant aut putrescant. At tu pro auro purarum actionum et sermonum splendorem offer: pro thure preces. Dirigatur enim, inquit, oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. pro myrrhâ verò affectuum oppressionem atque extinctionem, quæ animæ substantiam tuetur, ac suauis odore perfundit. Quoniam verò modo cum pastoribus et archangelis atque angelis laudibus Deum concelebrabis, atque hymnos concines ac tripudabis? nimirum si illorum admirationem, affectum, et gaudium imitatus fueris. Nam profectò ob salutem nostram supernæ quoque et beatæ mentes festum celebrant, si quidem Dei hominumque amore præditæ sunt. Vtriusque enim laudis illis testimonium dedit Christus, sic per parabolas loquens. Mulier quæ amissam drachmam inuenit, amicas et vicinas conuocat dicens, Congratulamini mihi. Ergo ut Dei amicæ, ipsi gratulatur. Quod autem hominum sint amantes, ex iis angelis liquidò constat, quos in tertij et vicesimi Psalmi sine describit Dauid, simul cum Christo ascendentes, ac prius occurrentes iis angelis, qui in cœlo Dauidicum illud imperabant, Attollite portas, et c. Nam ipsi quoque eadem læticia diffundebantur, utpote compresso atque extincto bello, quo mortales premi solebant. Atque etiâ iidem Dei amantes erant, quod ea quæ Deus amaret, chara haberent. Quinetiam sese mutuo ad portas attollendas inhortabantur, nimirum illi qui Christum ascendentem comitabantur, eos qui in secundo cœlo siue etiam in firmamento erant, atque illi rursus eos qui in sublimiori et primo cœlo. Idcirco nanque bis scriptum est, Attollite portas principes vestras. Illi etenim qui simul cum Christo ascendebant, incarnationis Christi conscij erant: ij autem, qui in firmamento erant percunctati, ac certiores facti, quoniam erat qui cum carne ascenderet, gaudiòque summo perfusi eodem modo superiores angelos ad sus tollendas portas hortabantur.

Matth. 2.

Psal. 140.

Luc. 15.

Matth. 2.
Innocentes veneradi.
Quo modo, ex Aegypto vocabimus Christum.

Vnam duntaxat rem ex omnibus, quæ circa Christi natiuitatem contigerunt, execrare, nimirum puerorum cædem ab Herode admissam. Immò verò hanc quoque venerare, hanc, inquam, cœtaneam Christo victimam, quæ ante nouam victimam mactata est. Si in Aegyptum profugiat, alacri animo te illius fugæ comitem adiunge. Præclarum est cum Christo persecutione presso fugam inire. Si diuturniorem in Aegypto moram faciat, ex Aegypto eum voca. Quod quidem fiet, si eum pulchrè atque honorificè illic adoraris.

Ea, inquit,

NICET. Ea, inquit, omnia, quæ circa natiuitatem acciderunt, venerare. At Herodis sceleratam puerorum oppressionem ob cædem quidem detestare: ceterum quia propter Christum contigit, reuerere. Cœtaneum autem hoc Christi sacrificium dicit, quoniam pueri illi eadem ætate erant qua Christus, cum ferro sublato, atque ante Christum et pro eo mactati sunt. Ipse porro victima dicitur, quia pro nobis cæsus est: noua autem, quoniam nequaquam simpliciter homo erat, sed etiam Deus. Iam verò de ipsius in Aegyptum fuga, quemadmodum imperatum fuerit Iosepho ut puerum et matrem eius acciperet, atque in Aegyptum ad vitandam Herodis tyrannidem fugeret, ac quo modo Herode mortuo rursus in terram Israël redire iussus sit, dilucidè narrat Matthæus. Quin etiam Oseas de Christi ex Aegypto reditu vaticinatur. Per eum enim ait Deus, Ex Aegypto vocaui filium meum. At Theologus hanc historiam sublimiori sensu à nobis intelligi vult. Herodes igitur, si interpretari velis, idem sonat quod crassa et passibilis ac velut pellea natura. Aegyptus autem nunc presentem hunc mundum designat, nunc carnem, nunc peccatum, nunc ignorantiam, nunc ærumnam et afflictionem. Quæ potissimum significatione hoc loco Domini fugam in Aegyptum accipere conuenit. Si igitur, inquit, Christus in nobis conditus, id est, virtus, tenera ætate sit, atque affectus carnalis et terrenus, Herodis cuiusdam instar, viuat ac principatum teneat, ad afflictionem in actione sitam velut in Aegyptum fugiendum est. Quod si carnalis affectus, qui diuinam doctrinam nobis insitam interficere molitur, extinctus et enectus fuerit, tum verò ab Aegypto Hierosolymam migrandum est, hoc est, ab ea afflictione, quæ in agendo suscipitur, ad contemplationem pergendum. Actio enim contemplationis basis et fundamentum est. Emortuis enim affectibus superuacaneum postea fuerit in actione longiorem moram trahere, ac non ad contemplationem subuehi, ad quem actio ipsa spectat.

Cap. 2.
Osc. 11.

Per omnes Christi ætates ac potentias, ut Christi discipulus, sine reprehensione incede: Purificare, circuncidere, velum à natiuitate contractum abscinde. post hæc in templo doce, sacrilegos nundinatores eiice: lapidibus, si ita necesse sit, incesso te patere. Lapidatores, mihi crede, falles, ac per medium ipsorum, ut Deus fugies. Verbum enim lapidibus non conficitur. si ad Herodem adductus fueris, plerunque ne verbum quidem vnum responde. Silētium tuum pluris faciet, quam prolixas aliorum orationes. Si flagello cæsus fueris, quæ supersunt, require. Fel gusta propter gustum: aceto utere: spuma flagita: alapas & colaphos accipe, spinea corona, hoc est, piæ vitæ asperitate cingere, coccinum indue, arundinem accipe, ab iis qui veritatem ludibrio habent, adorare, denique simul in crucem suffigere, simul morere, simul etiam libenter inhumare, ut simul quoque reuiuifcas, & gloria fruaris ac regnes, Deum, quantus est, conspiciens vicissimque conspectus ab eo, qui in Trinitate adoratur & glorificatur, quem nunc quoque nobis, quantum carnis vinculo constrictis licet, inclarescere optamus, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Luc. 23.

Sequendus
Christus
et crux
ferenda.

NICETAS. Per omnes ætates ac potentias, hoc est, diuina signa gradere, omnia imitans, quæ perpeffus est ac fecit, in omnibus ipsius ætatibus nouis quoque ad Christum progressibus assurgens: ut tu quoque secundum spirituales ætates adolescas, quousque ad summum illius finem perueneris: quam quidem ætatem tricenus annorum numerus designat, utpote denario, quem continet, ter multiplicato vel etiam perfectione, quæ huic numero inest. Primus enim denarius moralium virtutum est, alter speculatiuarum, tertius diuinarum. Atque ita quidem accipiendæ sunt ætates. Per potentias autem miracula à Christo patrata intelligemus, quæ etiam à nobis spiritualiter edi debent. Per omnes has igitur ætates ac potentias obambula et conuulsa, ut Christi discipulus et ipsius ardens æmulator, vestigijs eius insistens. Purificare. Verum quo tempore purificatus est Christus? fortasse cum baptizatus est: vel etiam cum ad diem quadragesimum peruenit, atque ea quæ ad purificationem requirebantur, secundum legis Mosaicæ præscriptum obtulit. Quocirca da ipse quoque operam ut purificeris, hoc est, ut à sceleratis actionibus abstineas: ac deinde circuncidere, vitiosas omnes atque obscenas cogitationes non secus ac superfluum quoddam membrum detruncans. Spirituales enim circuncisio nihil aliud est quam corporeæ voluptatis rerumque superuacancarum ac minime necessariarum abiectio. Omnis enim voluptas, quæ nec ex Deo nec in Deo suscipitur, voluptatis excrementum est. Cum autem dixisset Circuncidere, attexuit, velum à natiuitate contractum abscinde, hoc est, auitum peccatum, quod ad vniuersum hominum genus fluxit ac propagatum est. In peccatis enim, inquit, concepit me mater mea. Peccatum enim statim à natiuitate cuiusdam nubis instar animæ luminibus obstruit. salutiferi autem baptismi gladio ac viuifici Spiritus ense truncatur. Nonnulli per velum à natiuitate contractum vitiosas ac scædas cogitationes intelligunt, calliginemque ab iis offusam. Alij ignorantiam carni, velut nebula cuidam ac velo coniunctam. Post hæc, id est, postquam purificatus fueris, à vitiosis scilicet actionibus te ipsum abstinens, et prauas cogitationes circuncideris, tum demum in templo doce, hoc est, in Ecclesia Dei, aliisque virtutis magistrum te præbe. et quemadmodum Christus negociatores templo expulit, ad eundem modum tu sacrilegos nundinatores eiice, hoc est, eos qui diuinitatis doctrinam adulterant, eaque cauponum more ad questum abutuntur, ac vel auro, vel gratia, vel utilitate, vel metu, aut alia eiusmodi re permutant. Quod si tempus eò te vocet, lapidibus appeti sustine, siue re ipsa, et modo cor-

Psal. 50.

Ioan. 2.

Ioan. 10.

2. Tim. 2.

poreo, siue etiam spiritali, conuictioſis nimirum atque ignominioſis verbis, quasi saxis appetitus. Nihil horum te attinget, verum lapidatores falles ac per medium ipſorum tranſibis utpote Deus adoptione & gratia factus. Sic enim de Christo apud Ioannem scriptum est, Sustulerunt lapides, ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, atque exiuit de templo, tranſiens per medium ipſorum. Verbum enim non est alligatum, quemadmodum ait Paulus de prædicatione loquens: quin potius cum alligatur, currere ipſum dixerim. Verbum enim lapidibus non conficitur, id est, Deus, vel etiam fidei doctrina. Lapidibus autem non conficitur, id est, perpeſſioni nequaquam obnoxium est, utpote inexpuſabile. Si ad Herodem adductus fueris, hoc est, ad crassum & carnalem hominem vel hereticum, plerunque ne verbum quidem vnum ei responde, velut indigno, ad quem de rebus mysticis & sacrosanctis orationem habeas. Silentium tuum pluris faciet, magisque reueretur, ut hominis diſputationis habendæ tempus cognitum habentis, quam prolixas aliorum orationes. Nam Christus quoque, ut narrat Lucas, à Pilato ad Herodem missus est, & interrogauit eum Herodes in multis sermonibus: at ipse ei nihil respondit. Herodes porro carnalem & turpem affectum significare potest, cui non verborum philosophia sed rebus & actionibus obſistere debemus. Ita enim magis demittetur ac cõtrahetur huiusmodi affectus, quam verboſa philosophia. Si flagello cæsus fueris, hoc est, quoquo modo verberibus affectus. Flagellum enim virgarum genus est, quo Christus cruciatus est, reliqua etiam suppliciorum ac tormentorum genera quære, nimirum fel, acetum, colaphos, alapas, &c. Ergo fel amarum gusta propter ligni gustum, cuius fructus eximiam suauitatem habebat: ut contrarium contrario curetur. Allegorico autem sensu fel dici queat voluntaria piæ atque laborioſæ vitæ acerbitas, aut tentationum præter animi voluntatem incurrentium absinthium. Acetum autem calumniæ nobis vel à nostris vel ab alienis structæ, quæ animum acerbo doloris sensu afficiunt. Rursus sputa & alapæ, contumelia illæ dici possunt, quæ palam apertè ac velut in faciem infliguntur: colaphi autem, quæ clam atque obscure inferuntur. Colaphus enim est concaui tactus plaga, quæ in collum furtim infligitur, ac strepitum edit. Iam spinas Theologus ipse per allegoriam philosophiæ in actione positæ asperitatem interpretatus est. Porro vestis purpurea seu coccinum, quo Christus ab illuſoribus Iudæi tegitur, acerrimas grauissimæque afflictiones significat, atque in pectus altissimè penetrantes, quandoquidem & coccum color quidam tincturæ est in profundum penetrans. Ad hæc Christus arundine verberatur, & per ludum atque irrisionem arundinem in dextra manu, velut sceptrum à carnificibus accepit. Nec verò ex nostratibus arundinibus colligere debes, eas, quibus Christus affectus est, leues atque infirmas plagas extitisse, verum graues & validas, Iudæicæ terræ arundines tibi animo proponēs, quarum mira vis est & crassities. Proinde tu quoque arundinis plagam perfer, aut irridendum atque insultantium hominum gestus sustine. Insuper Christus per simulationem quasi rex adoratus est ab iis qui veritatem ludibrio habebant, hoc est, ab iis qui rem naturam veram per ludibrium agebant. Christus enim rex verus erat. Quamobrem ipse quoque omnem fucum & simulationem æquo animo tolera. Ac denique simul in crucem suffigere, quantum ad actuale peccatum. Simul morere etiam quantum ad ipſos affectuum motus. Simul etiam libetè inhumare, omnem rerum huius vitæ sensum abiiciens: ut pro eo quod oppressus atque enectus fueris, ad vitam exciteris: pro eo quod in crucem sublatus fueris, quod turpe & infamiæ loco habetur, gloriam consequaris: pro eo denique quod inhumatus fueris, in regni societatem venias. Maxime enim inter se contraria sunt regnare & sepeliri. Nam qui tumulo conditur, & terram & omnia terræ commoda relinquit: qui autem regnat, penes eum omnium rerum ius atque imperium est. Quoniam autem modo simul regnabis? Deum cernens quantum fieri potest, ut eum cernas atque ipse cernaris. Vel etiam cernens Deum quantum licet, ab eoque vicissim aspectus. Quem nunc quoque clarè ac perspicuè nobis carnis vinculis constrictis pateſcere optamus. Ex Hieremia autem hoc sumptum est, sic loquente, ad humiliandum sub pedibus eius omnes vincos terræ, In Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in secula seculorum. Amen.

GREGOR.

GREGORII NAZIANZENI IN SAN-
cta lumina, Oratio Panegyrica.

ARGUMENTVM.



Anegyrica quoque est hæc oratio superioris orationis comes & cognata. Hic autem primum cum Ethnicis mysteria nostra sugillantibus conflictatur, ac nobis vicissim illos atrocius criminandi atque irridendi materiam & argumenta porrigit, ostendens eorum dogmata & mysteria multò maioris digna esse, nec quicquam aliud quam inanes fabulas. Deinde etiam cum Iudæis obiter manum conferit, ipſorum quoque doctrinam nostram longè inferiorem probans. Postremò circa orationis finem cum his etiam congregatur, qui quanquam propter fidei Christianæ professionem à nostris partibus stare viderentur, tamen propter fidei diuersitatem diuinitatisque sectionem in eorum quoque numero erant, qui diuersam à religione nostra doctrinam tuebantur. Eunomianos dico & Macedonianos, quorum alteri de Filio simul ac Spiritu sancto, alteri de Spiritu solo impiè sentiebant, quos proinde Semiarianos vocat. Ac deinceps Nouatianos quoque confutat, qui post baptismum lapsos nequaquam amplius admittebant: sed & primam & solam esse hanc purgationem statuebant, quæ baptismo comparatur.

Festum sanctorum luminum, festum erat baptismi Christi, quod 8. Idus Ianuar. & apud Græcos & Latinos celebratur.



Rursus Iesus meus, & rursus mysterium, mysterium non fallax nec deforme, nec Græcanici erroris ac temulentia (sic enim grauissima quæque ipſorum mysteria voco, atque etiam, ut arbitror, omnes mente præditi) sed mysterium excelsum & diuinum, atque ad supernum splendorem prouehens. Quanquam enim sanctus Luminum dies, ad quem peruenimus, quemque hodie diuino beneficio celebrauimus, Christi mei, hoc est, veræ lucis omnem hominem in mundum venientem illuminantis, baptismum pro principio habeat: tamen hæc quoque vim habet, ut melustret atque expiet, huicque lumini adiumentum afferat, quod ab eo sublimitus olim acceptum tetra peccati caligine obduximus atque obruimus. Quocirca diuinam vocem audite, mihi quidem huiusmodi rerum & discipulo & magistro, atque utinam etiam vobis, vehementer insonantem, Ego sum lux mundi. Ac proinde accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestra non confundentur vero lumine consignata.

NICET. Hæc particula, Rursus, hanc orationem cum præcedente connectit. Meus autem Iesus dixit, vel propter ardentissimam amoris flammam, sibi id quod commune est, propriè attribuens, vel etiam ob carnis cognationem, quæ nobis cum Christo intercedit. Atque in hoc sanctum Dionysium emulatus est, his verbis vrentem, Præeat autem orationi Christus meus, si mihi hoc verbo uti fas est. Mysterium autem festum nominat, idque non semel sed iterum ac sepius, nimirum ipsa quoque nomina præ voluptate identidem inculcans. Solent enim qui viri cuiuspiam amore correpti sunt, & ipsius nomen & res præclare gestas crebrò repetere atque ore versare: quemadmodum contra eorum quibus infensi sunt, vel nullam mentionem facere, vel ab iis memoriam quamprimum abducere. Est autem natura hoc mysterium non fallax, hoc est, falsum

atque ad perniciosam fraudem & imposturam excogitatum: nec deforme, id est, turpe & obscænum, ut ea quæ colunt ethnici. Ac vide quam aptè & congruenter errorem fallaciæ, & temulentiam deformitati subiunxerit. Græci etenim ac profana religionis cultores non solum mero se ingurgitantes, sed etiam mente atque animo temulenti, hoc est, per carnalium affectuum voluptatumque dominationem, turpia, a postolo teste, atque ignominiosa flagitia perpetrât. At nostrum mysterium excelsum est atque ab affectu carnali purum, Deoque dignum: nobisque diuinum splendorem conciliat. Baptismus porro Luminum nomine appellatur, quod purget & illustret. Quod etiam fit, ut facies eo tempore in lætitiæ signum accendamus. Ac principium quidem & causa huius festi baptismus Christi est, qui, ut Ioanes testatur, lux vera erat, hoc est, verè & propriè lux, quæ nocte non secatur nec extinguitur, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum, hoc est, nascentem atque omnibus partibus absolutè in lucem prodeuentem. Nam embrya homines quidem sunt, verum incertum est, utrum in lucem proditura sint, an per matris abortum eruptura. Quod si quis fidei & baptismi expertes manserunt, hoc ipſorum scelere & peruersitate accidit, utpote qui se ipsos vltro hoc dono priuarint.

Hanc autem vim & facultatem habet baptismus, ut purget eos, qui expiatione ac lustratione opus habent, atque animæ lumini adiumentum afferat. Nam cum claram illam & illustrem primam accepissemus, turpium affectuum caligine obscurauimus atque obruimus, prauas & vitiosas formas iniucientes, ac diuinas pulchritudinis ipsius notas adulterantes. Reliquum est igitur, ut Seruatoris vocem audiat, quæ quidem

Ioan. 8. mibi, & quidem vehementer insonat, qui huiusmodi dogmatum & discipulus sum & magister, atque v-
tinam etiam vobis insonet. Quenam vero est ista vox? Ego sum lux mundi. Quocirca Davidica voci ob-
temperantes, Accedite ad eum, vt per hunc accessum diuinitatis ipsius radius collustrati, Baptismi splendo-
Psal. 4. rem ipsius gratia concipiatis. Et facies vestrae non confundantur vero lumine consignata, nimirum baptisimi
lumine, vel sp. sancti gratia. Quod etiam a Davide sumptum est, Signatum est enim, inquit, super nos lumen
vultus tui, Domine.

Ioan. 1. Tempus regenerationis: caelitus gignamur. Tempus instaurationis: pristinum
Adamum recipiamus. Ne in eo statu, quo sumus, maneamus: verum ad pristinum
redeamus. Lux in tenebris, hoc est, in hac vita & carne lucet, nec a tenebris eam
persequentibus apprehenditur, ab aduersaria, inquam, potestate, qua dum in-
externum & aspectabilem Adamum impudenter temereque impetum facit, in
Deum incurrit, ac profligatur: vt nos abiectis tenebris ad lucem accedamus, ac
deinde lux quoque perfecta efficiamur, a perfecta luce profluentes. Videtis, qua
fit huius diei gratia? Videtis, qua mysterij huius vis & facultas? Nunquid a terra
sublati estis? nunquid in caelo perspiciue positi, nostra videlicet voce ac sublimi
oratione in altum subuecti? Ac multo etiam altius subuecti, cum Verbum
sermoni nostro prosperum iter dederit.

Ioan. 3. **NICETAS.** Generatio ea dicitur, qua ab hominibus ortum ducit: creatio autem, qua a Deo. Carnis
igitur generationem, qua cum interitu & corruptione coniuncta est, abiicientes, supernè ac caelitus regeneremur.
Caelestis autem generatio ea est, qua spiritus sancti opera in baptismo fit. Porro primigena illa generis
nostri creatio instauratur, non quod primum a Deo male creati, atque effecti fuerimus: sed quia post creatio-
nem distorti, atque confracti sumus. Ac semel quidem per baptismum renascimur: verum quolibet die post
baptisimum per honestam ac perfectam vitae rationem instauramur. Caelitus igitur gignamur per sp. san-
ctum, quemadmodum Dominus ipse in Evangelio instituit, dicens, Nisi quis supernè natus fuerit, non potest
videre regnum Dei. Nam terrena generatio, qua secundum carnem gignimur, a terra est: ac proinde caelestia
illi obseptata atque interclusa sunt. Quid enim terrae cum caelo commune est? At ea, qua per baptismum a spi-
ritu sancto gignimur, facile nobis supernas apices patefacit. Theologus autem seipsum cum his qui regenera-
tione opus habent coniungit, non quod ea careat, sed quod eos, quasi propria membra, vendicet, suosque
esse ducat. Pristinum Adamum recipiamus, qualis ante proculcatum Dei mandatum erat, cum diuinae ima-
ginis decus purum adhuc & splendidum haberet. Nam Paulus primum Adam primigenum illum hominem
nominat: secundum autem, Christum. At Theologus eundem illum Adam in duos diuidit, nimirum in eum
qui erat ante transgressionem, & eum qui post praecipuum violatum fuit: atque a nobis primum illum ac-
cipi vult, hoc est, eum, qui ante admissum peccatum erat. Ac subtextit, Ne in eo statu, quo sumus, maneamus,
peccati videlicet sordibus inquinati: verum ad pristinum statum redeamus, id est, puri, vt ante transgres-
sionem eramus, efficiamur. Id autem per baptismi regenerationem assequemur. Tum Evangelicum illud di-
ctum exponit, Et lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehenderunt. Lucem enim Christum
vocat, tenebras autem hanc vitam & carnem: illam propter errorem & hallucinationem: hanc propter
crasitiam. Caro enim crasitiae sua mentem turbat, eique tenebras offundit. Tenebras autem diabolum ap-
pellauit, qui Christo aduersatur, vt luci tenebrae. De quo ita cecinit Moyses in Cantico, Dixit inimicus,
Persequar & comprehendam. Quamquam autem Christum persecutus est, hoc est, tentauit, non tamen
comprehendit, id est, fregit ac superauit: verum impudenter ille quidem partem Christi aspectabilem ador-
tus est: ceterum in inuisibilem diuinitatem incidit, atque oppressus est. Haec autem idcirco facta sunt, vt nos
peccati tenebris per baptismum abiectis ad diuinitatis lumen accedamus, ac deinde per honestae & pracla-
rae vitae progressus & perfectionem lux quoque perfecta efficiamur a perfecta luce profluentes, hoc est a
baptismi gratia. Hanc enim gratiam & utilitatem baptismatis dies & festum nobis conciliat. Atque etiam
alio sensu explicare licet, quo modo perfecta lux efficiamur: nimirum si cum summa illa luce, nobis propter
nostram intelligendi facultatem affini atque cognata, vniti prorsusque commixti fuerimus. Id autem in futura
remuneratione contingeret. Nunc enim quoad in presenti hac vita versamur, diuini lacri beneficio ad vni-
cam illam diuinam lucem ac Deum accedimus, atque vnusquisque nostrum dum salutifera aqua tingitur, diuini
luminis fetus efficitur, id est, baptismi. Et quoniam eorum, qui baptismi aqua perfunduntur, infinita est mul-
tudo, idcirco ἡνθια, hoc est, factus plurali numero dixit, non autem ἡνθια singulari. Neque enim in hac
vita praestantibus virtute ac vitae sanctimonia viris cum Deo esse conceditur: verum hoc tanquam praemium
illis in altero saeculo reseruetur. Subuecti igitur, inquit, hac oratione, qua iam audistis: multo autem altius
assurgetis, cum Verbu, id est, Christus, meae orationi, quam de hoc festo habiturus sum, prosperum iter dederit.

1. Cor. 15. **D** Ecqua talis est legalis atque vmbatica purgatio temporariis asperisionibus iuuas,
vitulaeque cinere pollutos lustrans? Ecquid huiusmodi Graecorum sacerdotes
profitentur: quorum ego ceremonias omnes & mysteria meras nugas esse cen-
Ioan. 1. seo, tenebrosumque demonum inuentum, ac perditae mentis figmentum, tempo-
Exod. 15. ris ope ac praesidio fultum, & fabularum imposturis obiectum. Nam quae vt vera
adorant,

Vmbatica
purgatio.
Gentilium
mysteria
merae nugas
a demoni-
bus inuenta.

adorant, eadem vt fabulosa conuoluunt & occultant. Atqui si vera sunt, quae pre-
dicant, cur fabulae nominantur, ac non potius ea omni turpitudinis obscenita-
tisque nota vindicantur? si autem falsa, cur ea suspiciunt, atque ita impudenter
de vna eademque re contrarias sententias tuentur, perinde atque in adolescen-
tolorum aut perditissimorum sane virorum foro ludentes, ac non cum viris cor-
datis disputantes, Verbi que adoratoribus: tametsi callidam & fucatam sordidam-
que eloquentiam verborumque leporem aspernemur?

A **NIC.** His verbis ostendit Theologus quam exigua Iudaicorum sacrorum ac ceremoniarum sit utilitas: rursus
quam noxia & perniciose sit Ethnicorum de religione doctrina, nec tantum risu, sed lachrymis luctuque profe-
quenda. Legales enim purgationes vmbaticae erant, (vt quae purgatione illam, quae ex baptismo petitur, praefi-
gurarēt & adumbrarent) ac propter huiusmodi tantum pollutionem fiebant, eoque solo tempore proderat:
ac proinde assidue peragebantur. Quod quidem argumento est, eas nequaquam abditissimam animae sinus
penetrare, verum peccatorum quasi superficiem delere, ac corporeas tantum labes abstergere: velut si quis
cibum a lege interdictum attigisset, vel mortuum, vel leprosum, vel alio modo deformatum, hircorum, vt
docet Apostolus, & taurorum sanguis, & cinis vitulae pollutos aspergens ad carnis puritatem expiabat: cae-
terum peccata auferre non poterat. Atque ob eam causam continua erant sacrificia, ac per sepe vnoquoque
anno offerrebantur, vt pote quae accedentes perfectos reddere non possent. Nam si perficiendi vim habuissent,
perfecto offerri desissent, quod qui huiusmodi cultum Deo exhiberent, posteaquam semel purgati essent, nulla
iam peccati conscientia terrentur. Scriptum autem habetur in libro Numerorum, quod vitulam rufam co-
burentes, ipsiusque cinerem aquae admiscentes, pollutos aspergebant. Itemque quod Moyses accepto sanguine
taurorum & vitulorum & hircorum cum aqua & lana cocinea & hyssopo populum omnem lustrauerit.

B Ac talis quidem legalis purgatio erat in breue tempus iuuans, atque ita carnem purificans, vt tamen ad ani-
mae purgationem vim suam non extenderet. At nostra contrario plane modo se habet. Semel enim facta om-
nia simul & vetera & noua & corporis & animae vitia purgat. Enimvero Graecorum mysteria a demoni-
bus inuenta atque a prauis & sceleratis animis confecta sunt. Quae quidem vt fidem ipsis adstruerent, qui
ea religiose colebant, ad antiquissima tempora confugebant: vt autem eorum turpitudinem effugerent, ea
fabularum libertate ac licentia obuolabant, fabulosa esse pronunciantes, & ad allegoriam detorquentes.
Atque interdum ea quae de diis ipsorum commemorantur, tanquam vera sumunt: interdum etiam cum eorum
obscenitas & spurcitas ipsis obicitur, fabulosa haec esse affirmat, nec eo sensu, quem proferunt, intelligen-
da esse, sed mysticum quendam ac reconditum sensum habere. Exempli causa, si ipsis proferamus Saturnum,
quem pro deo colunt, filios suos deuorasse, aiunt aliud quiddam esse, quod his verbis significetur. Tempus
enim, inquiunt, quidquid progenuerit, rursus consumit. Atqui conueniebat eos, si quidem haec vera existi-
mant, nequaquam fabulosa ea dicere: sin autem falsa & commentitia, nequaquam admirari, neque de vna
& eadem re affirmatiue ac negatiue pronunciare, contrariaque censere: non secus ac si in puerorum vel etiam
recordium hominum caetu luderent, ac non nobiscum serio disputarent, hoc est cum viris iudicio praeditis,
& Verbi ac verae sapientiae, hoc est Christi cultoribus: tametsi prophanam & fabulosam eloquentiam & ver-
borum elegantiam aspernemur, quae spurca & sordida est nominanda, vt pote res turpes & obscenas or-
nare ac verbis offerre contendens.

C Non haec Iouis procreatio & surreptio, illius inquam Cretensium tyranni, (in-
digne licet hoc Gentiles ferant) nec Curetum soni ac plausus, armataeque salta-
tiones, dei lachrymantis vagitum contegentes, vt crudelem patrem falleret. Gra-
ue enim profecto atque indignum erat, eum, qui vt lapis deuoratus fuerat, vt in-
fantem eiulare.

D **NICETAS.** Saturnus Iouis pater, cum, vt Graeci fabulantur, oraculum accepisset fore, vt ab vno filio-
rum suorum regno pelleretur, mares omnes, qui ipsi nasciebantur, deuorabat. Rheia igitur cum Iouem peperisset,
eius pulchritudine & vultus elegancia permota furtim sublatum in Cretam emisit, eique Curetes dae-
mones quosdam adiunxit, qui grauem sonum atque armorum crepitum excitarent, ac tripudium illud quod
Pyrrhichium dicitur, armati agerent, vt armorum strepitu grauem infantis Dei vagitum vastumque sonum
tegere possent: ne forte Saturnus è caelo vagitum audiens ipsum quoque deuoraret. Lapidem autem fasciis
inuolutum nati loco marito deuorandum reliquit. Quem cum deuorasset, eos quoque, quos prius absorpse-
rat, euomuit. Caeterum historia proditum est hunc Iouem praestigiatores & sceleratos homines fuisse, Creten-
sium tyrannum: apud quos illius quoque monumentum ostenditur, discreduntur licet atque offendatur hac
oratione, qui inter Ethnicos eruditione praestant, atque historiam hanc reuicant. Quos etiam irridet Theo-
logus, vt qui ineptissime nugarentur Iouem (quia in eo diuina potentia erat,) nequaquam puerorum more
exili voce vaguisse, sed horrificum quendam eiulatum edidisse atque adeo vastum, vt ad caelum usque per-
mearet. Ac poeta quidem lapidem pro Ioue a Saturno deuoratum fuisse narrat. At Gregorius Iouem vt la-
pidem a Saturno deuoratum esse ait. Ex quo perspicuum est, eum non ad rei gestae famam respexisse, verum
ad Saturni opinionem. Iouis enim, vt Graeci insuper fugebant, adeo firma ac robusta erat natura, vt cum hoc
exploratum haberet Saturnus, ac deuoratis lapide renitentiam duritiemque sentiret, eum magis persuasum
haberet, se Iouem deuorasse, propter naturae firmitatem, & robur pessum euntem. Iouem igitur vt lapidem

Hebr. 10.
Cap. 19.

Iouis surre-
ptio.
Curetum
plausus.

deuoratum esse Theologus dixit, ad deuorantis opinionem respiciens.

Corybates. Nec Phrygum executiones, & tibiæ, atque Corybantes, & quæcumque circa Rheam homines furore capti peragunt, eiusmodi sacra deorum matri obeuntes, atque ipsi vicissim ita initiati, ut par est, in talium deorum parentis mysteriis.

NICETAS. In Phrygia Rheæ delubrum erat, in quo Phryges festum celebrantes genitali membro excidebantur, calamitatis ipsius speciem exprimentes, in quam illa filius à Saturno deuoratis inciderat. Ac tibiæ quidam tibiis ludebant, animos illorum à doloris sensu auerentes, atque ad perferendam executionem inflammantes. Quibus postea alij medicam manum admouebant, Corybantum gestum imitantes, perinde scilicet ac si Rheam ipsam consolarentur. Corybantes autem genus sunt demonum, vel furiosorum hominum, Rheæ subseruientium, quos Cabyros vocant. Porro matrem hanc deorum & si non omnium, at certe Iouis fratrumque ipsius potestatem tradunt, quemadmodum & patrem deorum Saturnum. Ac Phryges erant, qui huiusmodi flagitia in Rheæ honorem peragebant, atque iidem initiabantur, id est, executionis cruciatu afficiebantur. * De toto hoc demonum genere breuiter tractauimus in scholiis epistolarum.

Nec puella quædam apud nos rapitur, nec Ceres oberrat, ac Celeos quosdã & Triptolemos & dracones inducit, multaque & facit & patitur. Pudet enim me nocturnum sacrum in lucem proferre, atque ex turpitudine mysterium facere. Eleusis. Nouit hæc Eleusis, atque illi tacitorum ac profectò silentio dignorum sacrorum arbitri.

NICETAS. Cererem vnã ex antiquis deabus Proserpinam peperisse fingunt, quam Pluto siue Orcus rapuit. At mater eam omnibus in locis cõquirens apud Eleusinem in Celeum ac Triptolemem incidit, ab usque de filie rapiti certior facta, finem per totum orbem vagandi fecit, ipsi que tritici ac hordei semina nondum ante id tempus visa dedit, atque alatorum draconum curram, ut ex sublimi, sicut poëta fabulantur, per vniuersam terrã semina spargerent. Hos duos petulanter atque libidinosè sibi ipsi induxit Ceres, ac quædam in eos fecit, quædam etiam vicissim ab iis passa est. Atque hæc omnia ipsi per vnã noctem in Eleusine, quæ Atticæ locus est, celebranda tradidit: nam ex ea vrbe nati erant. Ea igitur, quæ ab ipsis noctu celebrabantur atque peragebantur, ut nocte digna, interdum commemorare me pudet, atque ex turpitudine mysterium quodammodo facere, nimirum die festo memoriam eorum faciendo. Nota sunt hæc Græcæ superstitionis hierophantis, id est, diuinorum oraculorum antistitibus atque doctoribus, quibus inuiolabili lege interdictum erat, ne hæc atque huiusmodi mysteria apud eos, qui his sacris minime initiati essent, euulgarent. Ac profectò silentio quoque digna erant propter immanem rei obscenitatem.

Nec Bacchus hæc nostra mysteria sunt, nec femur inchoatum foetum parturiens, quemadmodum caput alium quendam foetum prius parturierat, nec seminiur deus, & chorus per bacchantium, exercitusque mollis & eneruatus, & Thebanorum vœcordia hunc religiosè colens, Semelèque tonitruum adorans.

NICETAS. Iupiter cum Semele Cadmi Thebanorum regis filia congressus gravidam eam reddidit. Iuno autem ipsius vxor Zelotypiã percita ad Semelen accedens, eam vehementer opinione falli ait, si Iouè esse existimet, qui cum ea stupri consuetudinem habeat, mortali quopiam cum ea congregante: ipsique persuasit, ut si periculum facere ac cognoscere vellet, num verè Iupiter esset, ab eo peteret, ut cum fulgure ac tonitruo rem secum haberet, quemadmodum & cum Iunone facere soleret. Id igitur cum Semele petiisset, Iupiter cum tonitruo, ut est in fabulis, ad eam venit, atque inuito animo eã concremauit, dissectoque eius ventre foetum adhuc rudem eduxit, femorique suo, quem inciderat, imposuit, partemque incisam consuit, atque expletis prægnationis diebus infantem extulit, Dionysiumque nominauit. Itaque Græcos sigillans Theologus ait: Ea quæ apud nos celebrantur, nequaquam iis similia sunt, quæ de Baccho apud gentiles commemorantur, qui quidem semiuir erat, utpote nunc ea quæ propria virorum sunt, faciens, nunc etiam ea patiens quæ feminis conueniunt. Nec femur Iouis parturiens, ac prægnantium more Dionysium gestans, adhuc rudem foetum existentem: quemadmodum antea Iouis caput alium quendam foetum parturierat. Mineruam enim ferunt ex Iouis capite intersecto natam esse. Porro circa Dionysium quidam vino obruti ac furore correpti choreas agebant, ac militarem expeditionem obibant. At Thebani præsertim ipsum colebant, tonitruum quoque illud venerationi habentes, quo Semele huius mater conflagrauerat.

Nec meretricia Veneris mysteria, turpiter, ut ipsimet asserunt, & procreatæ & cultæ: nec Phalli quidam & Ithyphalli tum forma, tum rebus ipsis foedi atque obsceni.

NICETAS. Fingunt poëta Saturnum aduersus Cælum patrem rebellasse, partemque ipsius pudendas excidisse, atque in mare proiecisse, fructumque obsceni illius membri atque executionis Venerem exitisse. Atque hoc modo ipsa turpiter progenita est. Rursusque turpiter honoratur per flagitiosos concubitus atque execranda mysteria. Iam verò cum Bacchus ad inferos descendere cuperet, iterque ignoraret, adolescens quidam Profymnus nomine hac conditione viam ei indicaturum se pollicitus est, si pro itineris commonstrati præmio, corporis sui copiam ipsi faceret. Ille verò se corpus suum ad libidinem ipsi permittiturum recepit, si ab inferis rediret. Reuersus igitur cum Profymnum non inuenisset (extremo enim vitæ die perfunctus erat) siculneum

culneum ramum excisum in genitalis membri formam effingit, ac ramo insidet. Ita promissi fidem mortuo præstat. In huius flagitij monumentum Phalli per vrbes Dionysio erigebantur. Phalli autè sunt genitales partes, quæ etiam ipse Ithyphalli dicuntur, quòd rectæ ac rigide tendantur.

Nec Taurorum feritas hospitiibus manus afferentium, nec aræ affusus Sparanorum adolescentum cruor, flagris sese inuicem lacerantium, atque hac vna in re sceleratè magnanimitatis specimen edentium: à quibus dea colitur, eaque virgo. Nam iidem & mollitiem honori habuerunt, & audaciam coluerunt.

NICETAS. Cum Græci Troiam infestis armis peterent, atque in Aulide, qui Bœotie locus est, cum omnibus copiis collecti essent, tanta nauigandi incommoditas à Diana immissa est, ut omnis eorum exercitus illic detineretur. Hanc autem ob causam ira succensa erat, quòd Agamemnon cum ceruum in venatione telo confecisset, gloriari ausus est, ne ipsam quidem Dianam pari dexteritate telum missurum fuisse. Cum autem inualescente tempestate oraculum consulerent, causamque huius rei sciscitarentur, responsum accipiunt nūquam mali huius finem expectandum esse, nisi Agamemnon filie suæ cæde Dianam placaret. Persuasus igitur Agamemnon filiam suam Iphigeniam Dianæ mactandam sistit. Diana autem virginè necis periculo ereptam ad Taurum emisit, (Tauri autem in Boreali parte & Scythica habitant, vbi Dianæ delubrum est) ac pro virgine ceruum ad cædem substituit. Ad hunc igitur modum Iphigenia apud Tauriscythas sacerdos Diane instituta est, atque omnes Græcos, qui peregrinando ad ea loca diuertebant, iugulabat. At verò Spartani Lacedæmonij Dianæ cultores in ipsius honorem festum celebrabant, in quo adolescentes verberibus corpus proficidentes, aram cruore perfundebant, virtutis suæ magnitudinisque animi specimen exhibentes, ac vulneribus perferendis se ipsos assuefacientes, ut scilicet vulnera in bellis accepta contemnerent. Atque eam huiusmodi cultu prosequerantur, ut fortitudine præstantem, nec à Cupidine vnquam fractam ac superatam. Hi porro cum cæteris in rebus animi robore præstaret, ac mira quadam tolerantia labores ac militares ærumnas perferrent, in hoc vno magnanimitate sua flagitiosè vtebantur, quòd frustra sese inuicem quasi hostes flagris conciderent, atque huiusmodi rebus gratum Deo cultum sese exhibere arbitrarètur: cum lenis & clemens sit verus Deus, nec cruore delectetur. Atque etiam citra omnem verecundiam corpus detegebant, impudentique petulantia nudabantur Spartani, sicque in omnium oculis cædebatur. Atqui talis denudatio parum decora atque honesta virgini videri posset. Quocirca si Dianam illi in dearum numero habebant, ac proinde lenem hominumque amantem existimabant, quonam modo sanguinis profusione eam delectari, ac ritè coli putabant? Rursus si virginem esse credebant, cur obscenissimè denudabantur? Nam iidem & mollitiem honori habuerunt, Syssitia, hoc est publica conuiuia celebrantes, in quibus fœdis voluptatibus vtebantur, turpiusque flagitia & faciebant & patiebantur, puerorumque amor apud eos in summo precio & commendatione erat: & cæteris in rebus audacia insignis argumenta dabant, sicque in contrarios affectus incidebant. Audacia enim & mollities ex diametro inter se pugnant.

Iam Pelopis carnificinam, Deorum famem explentem, ac sæuam & inhumanam hospitalitatem, quo tandem loco pones?

NICETAS. Tantalus Iouis filius deos quondam hospitio accepisse dicitur, filiumque Pelopem mactatum ac feruenti aqua coctum ipsi apposuisse: eos autem nouum hospitalitatis genus admiratos, Pelopem ad vitam reuocasse: & quia sola Ceres humeri partem comederat, partem illam exesam eburneam reposuisse, atque ita Pelopidas ab eo oriundos humerum eburneum habere. Tria igitur hoc loco Theologus sigillat & insectatur, deorum famem, ut diis indignam: Tatali hospitalitatem, ut immanem & crudelem: deorum approbationem atque admissiõnem, ut inhumanitatis plenam, utpote qui huiusmodi epulis libenter exciperentur.

Quo item loco horrenda & caliginosa Hecataë spectra, Trophoniique subterraneas imposturas & vaticinia, aut Dodonææ quercus deliramenta, aut Delphicæ tripodis præstigias, aut fatidicos Castalij fontis latices: quæ omnia hoc vnū vaticinari minimè potuerunt, nimirum fore ut in perpetuum consilerent.

NICETAS. Hecaten nonnulli Lunam esse aiunt: nonnulli aliam deam noctu obambulantem, leonum curru vectam, ac serpentibus & draconibus vndique cinctam, atque horrendas quasdam rerum species obuiuentem, nempe homines quosdam inusitata magnitudine capita draconum habentes: adèd ut permultos harum rerum aspectu perterre factos in furorem atque insaniam agat. Trophonius autem vates gloriæ cupiditate incensus, cum Dei opinionem apud homines sibi colligere cuperet, in subterraneam quandam specum se inclusit, ibique vitam finit: ut posteaquam inuentus non esset, in cælum abreptus putaretur. Demon autè quidam specum ingressus, atque in ea domicilium sibi constituens, homines fallebat, Trophonium se esse mētens, atque oracula edebat. Vnde etiam qui in subterraneum illud antrum se conferebant, nonnulla quidem oracula referabant: cæterum reliquo omni vitæ tempore tristes permanebant, qui à demone illi fuerant.

Iam verò in Dodonæa ciuitate quercus erat mira proceritatis ac pulchritudinis, quam demon inhabitans, garrulam fatidicamque reddebat. In Delphis autem, Græciæ vrbe, Apollinis templum erat, ac tripes aeneas phialam maximam, eamque aeneam portans, in cuius medio cochlea aenea pertusa erecta erat, ex qua oracula edebantur. Ea porro Gorgoniam, id est, imposturas atque præstigias Theologus vocauit, ut pote dubiis atque incertis responsis homines fallentia ac deludentia. Castalius denique fons est in Antiochia, qui cum stridore

Diana.

Hospitalitas inhumana.

Trophonij antra. Quid Dij gētium vaticinari nō potuerunt.

atque impetu et flatu labitur, ex quo qui bibebant, si strepitum audissent, demonis afflatu futura prædicabant. Hæc autem oracula de nonnullis quidem aliis rebus prædicari visa sunt: verum hoc unum prædicere non potuerunt, fore ut Christi potentia cederent, atque in perpetuum silerent.

In genethliacos.

Nec Magorum sacrificandi facultas, atque ex fibrarum incisione præscientia: nec Chaldaeorum astrologia & natiuitatum obseruatio res nostras eodem cum sideribus motu voluens, cum tamen nec quid ipsum sint, aut futuri sint, cognoscere queant.

NICETAS. Magi genere Medi sunt. Hi animalia mactantes excidebant, atque ex iecinoris fibris, ipsiusque sanguinis eruptione et forma futurorum coniecturam faciebant. Chaldaei autem astrologia operam dabant, atque in hac arte tempus studiumque ponebant, quæ in obseruandis hominum natalibus versatur, atque eodem motu, quo sidera eorumque figuræ, vitam eorum qui nascuntur, cieri adstruit, atque euentus, quos homines experiuntur, astrorum connexionibus ac situ respondere. Atque eam artem proficitur, qui nec quid ipsi sint, aut in posterum diem futuri sint, compertum habent. Quos etiam irridet Esaias inquit, stent, ac seruent te Astrologi cæli: qui sidera prospiciunt, renuntiant tibi quidnam super te venturum sit.

Isa 47.

Orgia Thracum.

Nec Thracum Orgia hæc sunt, à quibus & religionem natam esse aiunt: nec Orphei sacra & mytheria, quem Græci sapientiæ nomine adeo suspexerunt, ut lyram ipsi effinxerint fidium pulsibus omnia pertrahentem.

NICETAS. Primi Thraces religionem erga deos inuenerunt: unde et Σπονχεια, id est, religio à Thracibus nomen duxit. Porro Orgia, id est, mysteria et sacra ac festa Orpheus ipsis tradidit, quem aiunt Musicæ arte instructum ac cithara carentem tum res anima carentes permulisse, tum furentum bestiarum rabie conspiciisse. In quo fortasse hominum mores designant, stultos quidem et vâcordes per ea quæ anima carent significantes: per feras autem crudeles homines intelligentes: quos omnes canendi arte pertraherat Orpheus, ut Græci fingunt.

Mithræ scæra.

Nec Mithræ iustum supplicium aduersus eos, qui huiusmodi factis initiari sustinent.

NICETAS. Mithram nonnulli solem esse dicunt. Huic festa peragebantur, ac præsertim apud Chaldaeos. Illi autem qui huius sacris imbuendi erant, per duodecim suppliciorum genera ducebantur, nempe per famem, per ignem, per frigus, per verbera, aliisque huius generis cruciatus. Iustam autem huiusmodi pœnâ dixit Theologus, quod his supplicis merito afficerentur, qui talibus rebus fidem haberent, ut mercedem erroris ab iis ipsis, quorum cultui se addixissent, acciperent, dum ab illis ita excruciarerent. De Mithra, ipsiusque sacris copiose differit Ioannes Quintinus in cap. 40. Tertul. de præscriptionibus aduersus hæreticos. Billius.

Osiris, Isis, Apis.

Nec Osiridis lacerationes (quæ etiam calamitas apud Aegyptios religiosè colitur) nec Isis infortunia, atque hirci Mendesiis ipsis venerabiliores, nec Apidis præsepe, hoc est vituli Memphitarum vâcordiâ ad luxum abutentis.

NICETAS. Osiris et Typhus, ut fabulantur Aegyptij, contrarij inter se dii sunt, ac Typhus Osiridem discerpit. In cuius calamitatis memoriam Aegyptij festum peragentes seipfos lacerant, atque honoris ipsius causa in luctu versantur. Osiridis autem historia seu potius fabula talis est. Iupiter virginis cuiusdam Isis nomine, quæ et Ino dicitur, amore captus eam in bouem mutauit, ne quid huiusmodi Iuno resciceret. Verum illa re comperta ac Zetorpyia inflammata æstrum puellæ immisit, quo percita per omnem terram vagaretur. Iam Mendesium Aegyptij vrbs est, in qua hircus pro deo habebatur, ac Mendesi hircos, ut Deos, plusquam seipfos verebantur, atque in eorum honorem festa celebrabant. Vitulum vero Memphitæ summa religione colebant, eumque Apim nuncupabant, ac præsepio inclusum habebant, publicoque hominum conuentu sacrificia ei offerebant. Signa autem quædam à cæteris diuersa Apis habebat, tum circa caudum, tum circa linguam: ac si quis eiusmodi inter armenta conspectus fuisset, confestim ad sacrum præsepe ab ipsis assumebatur.

Nec omnes ij honores, quibus Nilum dedecorant, illum inquam frugum parentem, ut ipsi prædicant, spicisque copiosum & locupletem, atque vbertatem cubitis metientem. Mitto enim reptilium ac vilium animalculorum honores, ac profusam obscenitatem, quorum priuatim quidem sua cuique sacra & festa erant: communiter tamen omnia ad horrendam perditamque impietatem tendebat.

NI C. Gradus quidam lapidei scitè exsculpti circa Nili ostia erant, qui μέγας, id est, cubiti nominantur. Hos obseruabant Aegyptij quo tempore fluius exundabat, ac siquidem ad hunc aut illum gradum aqua prouecta fuisset, pro ascensu ratione vbertatis frugum coniecturam faciebant. Itaque prouentus felicitatem cubitis metiri hoc est definire et aestimare videbatur. Sunt tamen qui dicant, non gradus quosdam esse, verum columnam, in qua hoc tempore cubitos metiuntur Aegyptij, aqua ad hunc aut illum cubitum excrecente. Olim autem Nilum honoribus afficientes, ac fertilitatis authorem eum agnoscentes, ipsi tanquam deo festum spurcissima et execranda libidine celebrabant. Illud enim prætermittam, quod et vilissima quoque animalcula et reptilia colebant, ut feles et scorpios, et serpentes, suæque erga res turpes et obscenas

A

B

C

D

E

scenas liberalitatis, ambitioque munificentie specimen edebant. Ac priuatim quidem vnicique horum festum institutum erat, infelicitas autem perditæque amentia omnium communis erat. Ad vnum enim impietatis scopum et diaboli cultum omnia referebantur.

Adeo ut, siquidem omnino eos impietate constringi, atque ad simulachra et artis opera manuümque figmenta prolapsos, à Dei gloria excidere necesse erat, nihil aliud ipsis cordati homines imprecari queant, quam ut talia venerentur, talibusque honoribus prosequantur, ut mercedem, quam decebat, erroris, quem admodum ait Paulus, huiusmodi veneratione recipiant, non magis ea numina per seipfos honorantes, quam ipsi per ea dedecore atque infamia affecti, execrabiles quidem illi erroris ergo, verum execrabiliores ob eorum quæ venerantur atque adorant, vilitatem, ita ut minus quoque sensus habeant, quam ipsa sua numina, tantumque ea stupore ac vâcordia superent, quantum ab iis, quæ adorant, vilitate superantur.

Rom. r.

Idololatricæ de causis.

A

B

NICETAS. Sunt qui Theologum insectentur, primum quod dixerit impietate constringi necesse erat: deinde quod cordatos viros tanta impietate deuinctis hominibus nil aliud imprecari debere dixerit, quam ut res huiusmodi perpetuo venerentur. Contra enim, inquit, pro ipsis orandum fuerat, ut impietatis vinculo soluerentur. Sed hæc stulta et inepta. Illud autem sciendum hoc verbum, necesse erat, aliquando idem significare quod decet et conuenit: aliquando pro eo quod necessario fit, accipi, ut hoc loco. Siquidem, inquit, omnino futurum erat, ut animi destinatione liberaque voluntate in impietatem prouoluerentur, ac simulachris, quæ manuüm humanarum opera sunt, artisque meditationes, diuinos honores tribuerent, sapientibus et cordatis viris optandum erat, ut illi res adeo viles tamque obscenas et ridiculas colerent, quod nimirum huiusmodi rerum cultu et adoratione maiori ignominia afficerentur. Quamquam enim omnes vno errore concordet extiterunt: tamen alij alius tanto stupidiore inuenti sunt, quanto viliore atque obsceniora sibi numina finxerunt. Enimvero Maximus ex cuiusdam senis insigni rerum diuinarum cognitione præditi sententia hanc obiectionem diluens, Gregorium ait Gentiles temere in errorem prouolutos cernentem, idque egrè et impatienter ferentem, commiserationis potius quam odij affectu hæc dixisse: ut scilicet illi à religionis numinumque suorum scditate et abominatione ad veræ pietatis cultum se referret, deridendam numinum suorum turpitudinem hinc perspiciens: atque etiam ut si qui hæc audirent, in pestiferam eorum opinionem minime pertraherentur.

Atque his quidem figmentis Gentiles oblectentur, ac demones, à quibus in hanc amentiam impelluntur, Dei nimirum honorem ad seipfos attrahentibus, atque in scædas opiniones rerumque species alios alio modo discindentibus. Iam inde ex quo nos per scientiæ lignum minus tempestiue perceptum vitæ ligno deturbatos velut iam infirmiores populati sunt, imperatricem mentem abripietes, turbidisque animi motibus fenestram aperientes. nec enim ferre poterant, cum inuidia atque odio aduersus hominem suapte natura flagrant, vel, ut rectius loquar, propter vitium suum in hunc habitum degenerassent, terrenos supernis bonis frui, cum ipsi cœlitus in terram corruissent, nec tantam gloriæ pristinaeque ipsorum naturæ mutationem fieri. Hac de causa persecutio aduersus Dei figmentum excitata est, hac de causa Dei imago probro et dedecore affecta. Et quemadmodum præcepto parere recusaumus, ita erroris libertati traditi sumus: quemadmodum porro in errorem lapsi sumus, ita vicissim per ea quæ colimus contempti, ac pro nihilo habiti sumus. Nec enim hoc solum graue et indignum est, quod cum propter bona opera hoc est ad opificis laudem et gloriam, Deique, quantum homini licet, imitationem creati essemus, sedes ac propugnaculum omnium animi affectuum, intestinum hominem miserè depascentium atque confumentium, facti sumus, sed etiâ quod deos vitiorum patronos effinxerimus: ut peccatum non modò crimine careat, sed præclarum etiam ac diuinum censeatur, ad ea videlicet, quæ pro diis adorantur, defensionis causa confugiens.

Dæmones honorè Dei ad se attrahunt.

Inuidia diaboli in homines.

Pœna peccati Adami.

Homo creatus ad opificem laudandum.

E

NICETAS. His, inquit, figmentis ducantur Gentiles à dæmonibus in hanc amentiam prouoluti, qui quidem Dei honorem ad se transferre cupientes alios in alias turpes et indecoras de Deo sententias distraherunt. Alii enim persuaserunt, ut pro Deo voluptatem haberent, alii ut fortunam, alii ut elementa, alii ut contentionem et amicitiam, alii ut cælestes et aëreos ac terrestres deos arbitrarentur, alii ut animantia, alii ut stirpes, alii ut aliud quidpiam diuinis honoribus afficerent. Hic autem error ab eo tempore grassatus est, quo demones nos paradiso ac ligno vitæ, quod nobis præmij loco propositum erat, exturbauerunt. Exturbauerunt autem per scientiæ lignum tempore minime congruo perceptum: quod quidem exercen-

di liberi arbitrij causa nobis datum fuerat. Ed porro deiectos, vt infirmiores iam, facilisq; expugnabiles, sententiæque diuina condemnatos populati sunt, quod videlicet è priori statu excidissimus, ac mortales & passibiles facti essemus. Nam cum illi sua sponte ad inuidiam prolapsi essent, liuore aduersus nos exarserunt, non solum ob præsentem diuinæ imaginis honorem, sed etiam ob futuram gloriam: nec ferre potuerunt gloriam à se, hoc est à primis naturis, ad nos è terra in cælum euehi cupientes migrare. Hæc causa est, cur persecutionibus in nos seniat diabolus, inuidia scilicet. Et quoniam iuxta à postolum non probauimus, nec volumus Dei præcepto audientes esse, erroris libertati traditi sumus, hoc est permisit. Deus vt in errorem laberemur, ac per hunc honorem, quem simulachris habuimus, ipsi de honestatemur. Deus enim ob has tres causas nos creauit, vt honorum operum studio incumbamus, vt ad gloriam ipsius simus, vt eum pro viribus imitemur. At nos affectuum omnium arx ac domicilium facti sumus: qui quidem animam exedunt, & conficiunt, non quidem ipsius substantiam, verum substantiæ ornamenta. Neque hoc solum graue est, sed quod flagitiosos quoque deos & libidinosos inueximus, flagitiis patrocinantibus atque ad ea impellentes. Ex quo efficitur, vt peccatum non modo non condemnetur, verum diuinum etiam censeatur, velut Dei actio: nimirum iis qui peccant, excusationis defensionisque causa ad deos quos colunt, perfugietibus, atque affirmantibus eos, cum tales sint, tali quoque cultus atque adorationis genere delectari.

At verò nobis, quem admodum beneficio diuino concessum est, vt superstioso errore fuga relicto à veritatis parte stemus, ac Deo viuo & vero seruiamus, & supra creaturam assurgamus, omnia que tempori primæque motioni subiacet, prætereuntes: Ita etiam faciendum est, vt de Deo rebusque diuinis pertractemus, atque hinc initium differendi sumamus, vnde exordiri præstat. Hinc autem præstat, vnde Solomon nobis exordiendi legem sanxit. Principium sapientiæ, inquit, collige sapientiæ. Quo loco principium sapientiæ timorem vocat. Neque enim ea nobis ratio ineunda est, vt à contemplatione auspicantes in timorem desinamus (effrenis enim contemplatio in præcipitia quoque fortasse nos impulerit) verum vt timoris rudimentis imbuti, & purgati, atque, vt hoc verbo vtar, extenuati in altum efferamur. Vbi enim timor est, illic quoque mandatorum obseruatio: vbi autem mandatorum obseruatio, carnis quoque purgatio, quæ nubis cuiusdam instar animæ lumen obscurat, nec diuini radij splendorem purè intueri finit. Porro vbi purgatio, illic illuminatio: illuminatio autem desiderij summa est, iis vtique, qui maximarum rerum, vel potius maximæ rei, atque ad eò magnitudinem omnem superantis cupiditate flagrant.

NICETAS. Atque hæc, inquit, Ethnici deblaterent. Nobis autem quem admodum diuinitus datum est, vt superstitioni sumi errorem fugerimus, qui efficit vt demones timeantur atque honorentur, ac veritatem cognoscamus, & quod Paulus ait, Deo viuo & vero, nõ autè mortuis falsique nominis diis seruiamus, ac supra omnem creaturam assurgamus, nulli scilicet rei creatæ diuinitatis nomen tribuendo, atque in super mundum omnem sensilem tempori subiacentem, atque ad eò intellectilem, qui primæ motioni subest, transiliamus. Deus quippe motu sese ad rerum procreationem & fabricationem agitauit. Ac primo quidem ipsius motu angeli procreati sunt, vt pote ante tempus conditi: quando quidem ante cælum & diem ac solem, qui tempus constituit, angeli creati sunt: secundo autem, hic mundus qui aspectu sentitur. Quem admodum igitur nobis datum est, vt idolorum cultu liberati, Deum, qui omni creatura tam aspectabili quam intellectili & spiritali superior est, cognoscamus: sic etiam Dei mysteria intelligamus & doceamus, ac iuxta Solomonis leges & præcepta philosophemur. Quoniam enim in malignam animam non intrabit sapientia: idcirco animos eorum, qui cum sapientia consuetudinem habituri sunt, primùm per diuinum timorem purgat his verbis. Principium sapientiæ collige sapientiæ, hoc est in principio sapientiæ, id est, in timore diuino sapientiæ tibi comparat. Vt enim fundamentum domus principium est, & nauis carina: sic etiam iuxta Davidis sententiam, Principium sapientiæ, timor Domini. Pietas enim ac religiosus timor ad numeros omnes virtutis absoluendos, scalæ instar est: vt pote qui animos nostros à vitiorum contagione sordibusque lustret, atque vbicunque domicilium sedemque habeat, improbas omnes & flagitiosas actiones in fugam vertat. Quoniam igitur rudimentarius est timor, velut puerili quadam institutione nos ad eam virtutem quæ in actione versatur, introducens, actiua autem virtus contemplationis scala est: danda nobis est opera, vt rectè & congruenter iis vtatur, ordinèque progrediamur, atque à timore exorsi in contemplationis fastigium subuehamur. Nam contemplatio nisi timoris diuini freno coarceatur, in blasphemiam quoque fortassis & impietatis præcipitia nos impulerit ac deiecerit. Ac vide scalam per quam ad perfectionem nobis ascensus patet. Vbi enim timor est, illic quoque mandatorum obseruatio: Vbi autem mandatorum obseruatio, carnis quoque purgatio: quæ quidem caro hoc est animæ quod soli nubes, tenebris scilicet eam obducens atque obscurans, nec diuini radij splendorem purè intueri sinens. Porro vbi animæ purgatio, quæ virtutibus comparatur, illic etiã scientiæ illuminatio post piam sempiternarum rerum disquisitionem elucet, ad Dei cognitionem animam euehens, ipsiusque desiderium rei omnium summè expetendæ affigens, hoc est Deo qui & in maximis est, id est, in tribus personis, & in maximo, propter substantiæ & diuinitatis vnitatem, & magnitudine omnino superior

Vbi timor, illic madorum obseruatio.

Psal. 110.

superior est, quia nec quantitate, nec amplitudine, nec magnitudine circumscribitur. Magnus enim, inquit, Dominus & laudabilis valde, nec magnitudinis eius finis est.

Quocirca se quisque prius purget necesse est, atque ita demum cum puro colloquium ineat: alioqui verendum, ne nobis idè, quod Israël accidat vultus Moysi gloriæ non ferenti, ac propterea velamine opus habenti: aut eodem quo Manue modo afficiamur ac dicamus, Perimus, mulier, Deum vidimus, cum videlicet Deum sibi videre visus esset: aut Petri in morem Iesum à nauicula submoueamus, vt pote tali aduentu indigni (Petrum autem cum dico, quem virum dico? eum qui in fluctibus iter pedibus fecit) aut oculorum sensu orbemur, quæ admodum Paulo accidit, cum priusquam à persecutionibus expiatus esset, colloquium cum eo quem persequebarur, miscuisset, vel potius exiguo magni illius lumini splendore perfrictus fuisset: aut denique vt Centurio ille, medicinam ita expetamus, vt tamen laudabili timore perterriti medicum in ædes nostras non admittamus.

NICETAS. Hæc, inquit, cum se ita habeant, adhibenda prius est per virtutem in actione positam purgatio, atque ita ad cõtemplationis puritatem eundum, id est, diuinam scientiam & doctrinam: nisi nobis idè accidere velimus, quod Israëlitis accidit. Scriptum enim est in Exodo, Viderunt filij Israël Moysen, faciemque ipsius gloria illustratam, timueruntque ad eum accedere. Idcirco velamine faciem suam obduxit, atque ita cum ipsis versabatur. Quem admodum igitur Israëlita quamuis Moysi vultum cernere cuperent, tamen propter splendoris radios ex eo manantes & suamque infirmitatem eum intueri non poterant: ad huc quoque modum quicumque ex nobis per morum probitatem egregiasque actiones animos non perpurgarint, cum Deo & Theologia frustra commercium habere adnitentur. Rursus de Manue in libro Iudicum hæc memoria prodita sunt, eum, cum Israël iudex esset, humanitatisque officia erga hospites studiosè colebat, angelum quasi vnum quempiam è plebe hospitio excepisse, cumque ignis è petra ac mensa emicans cibos ipsos appositos deuorasset, atque angelus à conspectu ipsius se subduxisset, in eam opinionem venisse, vt Deus sibi visus esse existimaret, vxorèque ita allocutum esse, Perimus, vxor, Deum vidimus. Quem admodum igitur Manue Sampsonis pater Deum videre sibi visus est, cum tamen non viderit: ita qui purgati non fuerint, Theologiam quidem hoc est diuinitatis cognitionem imagine concipient, ipsam tamen non videbunt: immò potius simulachrum quoddam ipsius intuentes ac percipientes animo tumultuabuntur, ac dicent, Perimus, quod videlicet ne obscuram quidè illius formam sustinere queant. Ad hæc quem admodum Petrus vim efficaciamque diuinitatis nõ ferens, resum à nauigio arcebat, vt narrat Euangelista: ita qui animo nondum purgato Theologiam suscipit, à mète sua eam amolitur, vim ipsius non ferens. Quem admodum in super Paulus, vt Lucas in Apostolorum Actibus narrat, cum acceptis à Pontificibus literis Hierosolyma Damascum contederet, vt Christianos persequeretur atque opprimeret, simulatque ipsi iter facienti exiguus Christi, veri luminis, radius obiectus est, statim aspectu orbatus est, quod à persecutionis piaculo lustratus antè non fuisset, quam cum eo quem persequebatur, in colloquium veniret: eodem modo qui diuino timore purgati non fuerint, sed animo impuro & sordido ad contemplationem acceperint, plus ex ea re detrimenti & dispendij quam emolumentum & compendij accipient. Quem admodum denique dicebat Centurio, Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed dic verbo, & sanabitur puer meus (hoc porro dicebat, curationem quidem pueri requirens, medicum autem propter pium & laudabilem metum in domum suam non admittens) sic etiã ipsi Theologiam quidè expetant, verum Deum ipsum in animum haudquaquam excepturi sunt.

Proinde ex nobis quoque dicat quispiam, quandiu nondum animo purgatur, verum Centurio adhuc est, in multos vitij principatum tenes, ac Cæsari militat, hoc est mundi principi, dominoque eorum, qui humi voluntantur: Non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Cum autem Iesum aspexerit, quamuis spiritali ætate paruus, vt illè Zachæus, ac super sycorum euectus fuerit, mortificatis videlicet extinctisque membris quæ super terram sunt, atque humilitatis corpore superato, tum verò Verbum excipiat, & audiat, Hodie salus huic domui, salutemque accipiat, perfectioresque fructus ferat, præclare spargens atque effundens, quæ publicani munere fungens nefariè collegerat. Idem enim verbum & propter naturam suam indignis formidolosum est, & propter benignitatem captu facile, iis quidem certè, qui ad ipsum excipiendum sese præpararint. Quo in genere sunt, qui crasso atque impuro spiritu ex anima profligato, menteque agnitionis scopis mundata & exornata, nequaquam ociosam ac delidè eam reliquerunt, ne cum maiori apparatu à septè malitiæ spiritibus, qui totidè virtutis spiritibus oppositi sunt, rursus occupetur (quod enim difficilius opprimuntur, studiosius atque ardētius expetitur) verum ad vitij fugam virtutis cultum, adiungunt.

Quisque prius se purget quam cum puro colloquatur.

Timor laudabilis.

Ca. 34.

Cap. 13.

Luc. 5.

Cap. 9.

Matt. 8.

Matt. 8.

Zachæus.

Luc. 19.

Verbum Dei est formidolosum indignis nõ autem aliis.

totum Christum vel certè quàm maximè in animi domicilium admittentes, ne peruerfa vis & potentia quicquam vacuum offendens domum rursus impleat, ac nouissima prioribus deteriora fiant, tum propter acriorem vehementiorèmq; incurfionem, tum propter arcem tutiori firmiorique præfidio communitam.

NICET. *Quandiu, inquit, quispiam nostrum Centurio est, hoc est, multos in vitio superans, quemadmodum ille in militari præfectura centum militibus præerat, ac diabolo sceleratorum hominum scelerumque mundi principi seruit, hac oratione vtatur, Non sum dignus, qui diuinitatis doctrinam excipiam. At posteaquam humanitatem Christi perceperit, hoc est, eam virtutem quæ in agendo versatur, affectus fuerit, ac supra sycomorum seipsum extulerit, id est, supra carnis affectum, quem membra quæ super terram sunt, vocat Apostolus, vt pote terrenarum rerum studio addictum, ac circa eas sese volutantem, ac corpus humilitatis humi prouolutum. Quemadmodum enim sycomorus sterilis atque infrugifera quædam arbor est atque depressa: sic etiam carnalis affectus. Quocirca qui eum fugerit ac velut marcore affecterit, carnisque voluptates oppresserit, cõtemplationem, hoc est, diuinitatis doctrinam actiua virtute iam comparata suscipiat, atque audiat, Hodie salus huic domui, hoc est, omnibus animæ partibus: nec solùm ea quæ habet, tueatur, verùm ad maiora quoque & sublimiora contendat, ac præclare spargat, quæ sceleratè collegit, siue pecunias, siue dogmata, resque & animi sensa diuinitatis doctrina parum digna effundat. Idem enim Verbum historico quidem sensu Deus, anagogico autem diuinitatis doctrina, & indignis formidolosum est propter naturam suam: ignis enim consumens est, vt ait scriptura, & propter benignitatem capti facile, iis vtique, quos non dicam dignos (proprie enim nemo eo dignus est) verum qui ad ipsius exceptionem ita se præpararunt, vt illi, qui quidem crasso atque peruerso spiritu ex spiritali animæ suæ domo expulso, eaque scopis mundata, hoc est, studiosè purgata atque ornata nequaquam ociofam eam atque inertem reliquerunt: ne reuersus impurus dæmon facilius simul ac tutius in eam immigret, vt pote cum septem spiritibus rediens, qui quidem septem virtutis spiritibus aduersantur, hoc est, spiritus sancti donis, quæ ab Esaia recensentur, nempe spiritus fortitudinis, consilij, prudentiæ, timoris Dei, pietatis, sapientiæ, & scientiæ. Verùm ad vitij fugam virtutis cultum adiungunt iuxta illud, Declina à malo & fac bonum. Vtrumque enim necessariò requiritur, nimirum animæ purgatio, vt impurus vitij spiritus in fugam se coniciat, & virtutis accessio, vt bonus spiritus in domum inducatur, ac locus impleatur, & virtute cumuletur. Totum Christum vel certè quàm maximè fieri potest, admittentes, ne diabolus rediens, ac locum aliquem vacuum offendens, eum impleat, perniciosiorèmq; ex animis nostris officinam sibi efficiat, violentiusque excurret, atque occupatam domum tutiori præfidio muniat. Quod enim difficilius expugnatur, id cum semel captum est, & iucundius possidetur, & studiosius diligentiusque custoditur.*

Magna præparatione opus est ad verbu Dei tractandũ.

Postquam autem anima nostra omni custodia seruata, atque ascensionibus in corde dispositis, noualibusque in nobis ipsis innouatis, ac denique semine ad iustitiam sparso (quemadmodum & Solomon & Dauid & Hieremias admonent) scientiæ lumen nobis excitauerimus: tum demum mysticam & absconditam Dei sapientiam loquamur, aliisque præluceamus. Interim verò purgemur, ac Verbo præinitiemur, vt quàm præclarissimè de nobis ipsis mereamur Dei similitudinem assequentes, Verbumque veniens suscipientes: nec solùm suscipientes, verùm etiam retinentes, aliisque declarantes.

Prou. 4. Psal. 83. Hier. 4. Cap. 10. Sap. 1. I. Corin. 2.

NICET. *si diuinitus illustrari gestis, faciendum tibi prius est, vt, quemadmodum Solomon monet, omni custodia serues cor tuum: ascensionemque in corde tuo disponas, Dauidi morem gerens, profectum Deo gratum atque ad maiora progressionem & ascensum à te postulanti: ac de Hieremiæ consilio & sententiã noua lia tibi ipsi innoues, animæ tuæ facie complanata, vitiosisque spinis extractis & euulsis. Quod vbi abs te factum fuerit, iam ad iustitiam seve, ac tum demum scientiæ lumine, sicut est apud Oseam, collustrari poteris. Quandoquidem in malignam animam non intrabit sapientia. Cum autem ipse sapientia instructus ac diuino splendore perfusus fueris, tum verò aliis quoque, vt ait Apostolus, Dei sapientiam loquere, de Deoque disserere: ac tum etiam mysticè & circumspectè ea quæ apud vulgares homines, hoc est, minimè purgatos abscondita sunt, discute. Ac luminare in mundo factus, & fulge ipse, & alios illustra. Interim verò, id est, quousque ad supernum illum fulgorem perueneris, te ipsum, præpurga, ac Verbo præpara, & præinitia, & velut præexerce (sacrarum siquidem rerum doctores initiandi vim habent) vt te ipsum primum beneficio afficias. Quod quidem futurum est, si nõ solùm te ita compares, vt Deum excipere, sed aliis quoque ipsum proferre atque ostendere merearis.*

Celebratur festa vt diuinas laudes prædicemus.

Quoniam autem sermone theatrum repurgauimus, age iam de festo non nihil differamus, & cum piis animis festique celebrandi studiosis diem hunc sacrum celebremus. Et quoniam Dei memoria præcipuum festi caput est, Deum memoria colamus. Nam nec eorum sonum, qui in altero sæculo, in quo lætantium omnium habitatio est, festum celebrèt, quicquã aliud esse existimo, quàm diuinæ laudis gloriæque prædicatione ab iis proficiscentè, qui beata illa vita Dei beneficio perfruuntur. Quod si quid eorũ, quæ à nobis aliquãdo dicta sunt, hæc oratio habitura est, ne-

est, nemini mirum videri debet. Neque enim eadem solùm proloquar, sed de iisdem quoque rebus, & quidem lingua & mente, cogitationeque perhorrescēs, quoties de Deo sermonem instituo. Quem etiam laudabilem ac beatum affectum vobis inesse optarim. Deum porrò cum dico, vno eodèmq; triplici lumine perstringamini: triplici quidem quantum ad proprietates siue hypostasēs, si cui hoc verbum magis aridct, siue Personas (neque enim de nominibus odiosa contentione certabimus, quandiu syllabæ ad eandem sententiam ferent) vno autè quantum ad substantiæ, hoc est diuinitatis rationem. Distinguitur enim indistinctum, vt sic loquar, & distinctum connectitur. Vnum enim in tribus diuinitas est, & tria vnum, ea inquam, in quibus diuinitas est, vel, vt magis proprie dicam, quæ diuinitas est. Excessus autem ac defectus missos faciamus, nec vnione confusionem, nec rursus diuisione seiunctionem efficientes. Aequo enim interuallo à nobis remoueantur, & Sabellij contractio, & Arii diuisio, mala ex diametro opposita & impietate paria. Quid enim necesse est Deum vel nefariè coniungere, vel in dispares substantias scindere? Nobis quippe vnus Deus Pater, ex quo omnia, & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & vnus Spiritus sanctus in quo omnia. In quibus verbis, hæc particulæ, Ex quo, per quem, & in quo, nõ naturas secant ac distraunt (alioqui enim, propositiones istæ nominumque ordines nõquam immutarentur) verum vnus & inconfusæ naturæ proprietates exprimunt. Idque ex eo perspicuè constat, quòd rursus in vnum contrahuntur, si modò quis illud apud eundem Apostolum non neglectum atque oscitanter legat, Ex ipso & per ipsum & in ipso omnia, ipsi gloria in sæcula sæculorum.

Non sine timore loquendum de Deo.

De nominibus non est contendendum.

Sabellij contractio & Arii diuisio pares impietate.

psal. 41. & 68.

NICETAS. *Quoniam, inquit, sermone quem de festo habuimus, auditorium præparauimus, atque attentos auditorum animos reddidimus, age de festo quippiam differamus. Et quoniam præcipuum festi caput, Dei est memoria diuinitatisque pertractatio, Dei proinde memoriam celebremus. Nam quod ait Dauid, in voce exultationis & confessionis sonus festum agentium. Et rursus, Quasi lætantium hominum habitatio in te, nihil aliud hic sonus est, quàm Dei laus, quæ ab iis predicatur, qui sempiterno illi gaudio digni habitati sunt. Quid si ea quæ in Oratione de Natiuitate dixi, nunc quoque repeto, nihil mirum erit. Nam, vt Platonis verbis vtar, eadem de iisdem rebus loquar, id est, de tribus Personis. Nam in aliis quidem rebus ac tractatibus orationis varietatem & copiam studiosè affectare præstitit: at in ea disputatione, quæ de Deo suscipitur, expressissima atque efficacissima verba arripienda, & consertis, quod aiunt, manibus retinenda sunt: etiam si identidem eadem verba mihi repetenda sint. Quoniam enim lubrica & periculosa alex plena est diuinitatis tractatio, Deusque naturã formidabilis est & incomprehensibilis, idcirco quoties mihi de Deo differendi necessitas incumbit, tum linguã contremisco, tum mente, quæ primis notionibus sublimioribusque quàm vt argumentationibus confirmari queant, institutas materias arripit, tum cogitatione etiam perhorresco, quæ argumentorum causas à mente accipiens, mentis agitationes considerat velutque distribuit. Atque vt ipsi quoque contremiscatis, opto. Horrõris enim affectus hoc loco laudem meretur, ac timor hic beatus. Deum porrò cum dico, triplex vnumque lumen tibi animo proponere: triplex quidem, quantum ad hypostasēs, vt Orientales dicebant, vel, vt Itali, Personas: vnum autem, quantum ad substantiam, adorationemque diuisionis omnis expertem. Et enim diuiditur quidem propter tres Personas: ceterum indistinctum propter diuinitatis vnitatem: ac rursus connectitur quidem propter diuinitatis identitatem, distinctum autem propter Personarum trinitatem. Vnum enim in tribus diuinitas est, & tria vnum, ea in quibus diuinitas est, vel potius quæ diuinitas est, vt magis proprio & exacto verbo vtar, ac ne cuiquam à me occasio suspicandi detur, diuinitatem aliud quiddam esse præter hæc, aut compositio vlla in simplicibus excogitetur: tum etiam quia diuinitas Personis quodammodo cõsentiata est. Excessus autem ac defectus missos faciamus, nec plures Personas tribus contentes, nec pauciores. Vel, nec excedentes, vt Arius, cum tres naturas inducit (vna enim est) nec deficientes, vt Sabellius vnam Personam affirmans, cum tres sint. Nec vnione confusionem facientes, Personas scilicet non diuidendo (hoc enim est confusio) quemadmodum fecit Sabellius, tres Personas in vnã contrahens atque permiscens. Nec diuisione seiunctionem efficietes, substantiã videlicet non cõtrahendo, hoc enim seiunctio est, quòd prorupit Arii audacia, cum diuinitatem in tres naturas à se inuicem alienas diuisit. Ac Sabellismus quidem Iudaismum refert, nimirum vnam trium hypostasim statuens, remque vnã varia nomina habentè esse dicens, Patrem & Filium & Sp. sanctum. Arianismus autè eum ethnicismo cõuenit, vt pote per trium naturarũ assertionè deorũ multitudinè inuehēs. Et quemadmodum ait magnus Dionysius Romanus, Ariani cum Sabellij sententiã ex diametro pugnant, Sabellius enim eundem esse Filium & Patrem impiè asserit, & cõtrã eundem Patrem & Filium. Ariani autè tres deos quodammodo prædicant, sanctã vnitatem in tres personas inter se alienas ac prorsus separatas diuidetes. Diuinum enim verbu Deo rerũ vniversarũ vnitum esse necesse est, ac spiritum sanctum in Deo inesse, ac postremò diuinã Trinitatè in vnum Deum rerũ omnium dominũ atque omnipotentẽ, quasi in apicè quendam & fastigium colligi cõtrahique omnino necessarium est. Nam hac ratione nobis diuinæ Trinitatis doctrina & sancta vnitatis prædicatio constabit.*

Sed videamus quid significet ex diametro. Diameter in circulis est quaedam recta linea, quæ per centrum ducta in utranque partem terminatur, atque in duas æquas partes circulum secat, diameter dicta. Sola enim hæc linea id efficit. In quadrangulis autem vel etiam in quadrilateris figuris, diameter est quaedam recta linea ab angulo ad angulum ducta, in duas æquales partes spatium scindens. Quare ea ex diametro opposita dicuntur, quæ multum inter se distant, quoniam tam in circulis quam in quadrangulis aut quadrilateris nulla maior est sectio, quam ea quæ per diametrum fit. Quandoquidem igitur & Sabellij contractio & Arii diuisio vnitatis ac multitudinis inter se rationem habent, ex diametro quidem inter se opposita sunt, hæc mala, hoc est, maximè contraria: verùm impietate paria, & vtpote æquè perniciofa: malum enim vtriusque æquale est, tametsi in contrariis reperiat. Nobis autem, ut cum Apostolo loquar, vnus Deus pater ex quo omnia, vnus dominus Iesus Christus per quem omnia, & vnus sp. sanctus, in quo omnia. Hæc autem tria nempe, Ex quo, per quem & in quo naturas & substantias minimè scindunt, quemadmodum hæretici blaterant, Patri, Ex quo assignantes, Filio per quem, & sp. sancto in quo. Nam si hæc, ut ipsi opinantur, naturas separant, nequaquam ab vno loco in alium locum transirent hæc præpositiones ex, per, & in: verùm de Patre semper diceretur ex quo, de Filio autè per quem, & de sp. sancto in quo. Atqui inter se mutantur. Ostendemus enim nec Patrem illud ex quo accipientem, Filio per quem reliquisse: nec rursus Filium ab harum particularum communione ex quo & per quem sp. sanctum arcere. Nam & de Patre dicitur per quem: fidelis enim, inquit, Deus, per quem vocati sumus ad participationem filij sui: Et de Filio Ex quo. In Epistola enim ad Coloss. ad eos qui vni geniti cognitione carebant, dictum est: Non tenent caput, id est, Christum, ex quo omne corpus per commissuras & compagines subministratum crescit in augmentum Dei. Et rursus eodem modo de Spiritu sancto, Ex quo dicitur. Qui enim, inquit, seminat in Spiritu, ex Spiritu metet vitam æternam. Atque etiam de eodem. Per quem dicitur, Nobis enim, inquit, Deus per Spiritum reuelauit. Eadem & de syllaba in dicere possumus, quam etiam scriptura de Patre verba faciens admittit. In Deo enim, inquit, qui omnia creauit. Atque ad hunc modum has propositiones nonnunquam immutari demonstrauimus. Sequitur iam vt ostendamus, ipsum quoque nominum ordinem aliquoties inuerti atque transponi, nec Patrem semper primo loco numerari, Filium secundo, & tertio Spiritum sanctum: sed etiam permutato atque inuerso ordine, vt in illo Apostoli loco, Gratia domini nostri Iesu Christi & charitas Dei & Patris, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Et rursus, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus, & diuisiones ministratorum sunt, idem autem Dominus, & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus. In quomodo in his locis ordo nominum inuersus sit. Enimvero hæretici, Ex quo de causa dici affirmant, per quem de organo, in quo de loco, atque hinc colligunt, quod quemadmodum alia causæ natura est, alia organi, atque alia loci, ad eundem quoque modum, alienus quantum ad naturam est Filius à Patre (quandoquidem & organum ab artifice) alienus item Spiritus sanctus: quatenus & loco & tempore ab organorum vel artificum natura separatus est. At nos his propositionibus non separari naturas dicimus, sed potius notari atque exprimi, vniuersæ nature proprietates declarari. Idque ex eo perspicuum est, quod tres hæc propositiones de vno Christo complexim expressè reperiuntur: si quidem Pauli ad Romanos epistolam haudquaquam perfunctoriè quispiam legerit, in qua ita scribit, Quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso omnia. Ex ipso enim res omnes essentia suæ causam habent secundum Dei & Patris voluntatem, & per ipsum omnia permanent, & conseruantur, vt pote qui omnia creauit, omnibusque rebus à se procreatis ea quæ ad salutem conueniunt, admetiatur. Ac proinde ad eum omnia se conuertunt, ardentem quodam desiderio atque ineffabili amore ad vitæ authorem rerumque necessariorum ministratorem oculos conuertentia.* Diuiditur quidem indistinctim, & c. id est, contraria inter se coniuncta sunt, quod mirum est: nimirum diuisioni vnitatis, & coniunctioni diuisio: ita vt nec diuisio vnione careat, nec rursus vno diuisionis sit expers. Hæc in codice Regine interpretationi Nicetæ confusè inserta ad calcem reicere libuit.

Quomodo
Filius sit
principij
expers &
non expers

Pater pater est, & principij expers: neque enim ab villo manat. Filius filius est, ac non principij expers, ex patre siquidem: quod si temporis principium accipis, principio etiam caret. Neque enim temporum creator temporis subest. Spir. sanctus verè spiritus est, procedens quidem ex patre, non tamen filiationis modo, vt nec generationis, verùm progressionis (liceat enim perspicuitatis causa noua nomina fingere.) Neque enim Pater è ingenitus esse destitit, quia genuit, nec Filius genitus esse destitit, quia ex ingenito est generatus (quoniam enim modo definirer?) nec Spiritus idcirco vel in Patrem vel in Filium migrat, quia processit, ac Deus est, etiam si impiis ac perditis hominibus aliter videatur: proprietates enim mutationem nescit. Quoniam enim modo proprietatis nomen sustinere queat, si moueatur atque mutetur? Qui autem ingeniti rationem, & generationem deorum idem nomen habentium naturas esse statuunt, iidem, credo, Adamum quoque & Seth (quoniam ille non ex carne, vt pote à Deo effectus, hic autem ab Adamo & Eua procreatus est) diuersos inter se quantum ad naturam esse contendunt.

NICETAS.

NICETAS: Quoniam Eunomiani improprie paternitatis nomen Patri adhiberi dicebant, non propter relationem ad Filium, sed vt in creaturis, propter architecticam scientiam, idcirco ait Theologus, Pater pater est, hoc est verè pater, vt qui Filij genuerit, & principij expers, neque enim ex quoquam, neque à seipso, neque ab altero ortum habet. Nam qui verè solus pater est, ex nullo altero est. Ac rursus Filius filius est, non vt creatura nomen istud consecutus, iuxta illud, Filius primogenitus meus Israël. Nā hoc loco dicti filij nō vt creatura accipienda est: sed proprie Filij, atque à Patre suo genitus: qui etiam quantum ad temporis principium principio caret. Nam qui omnia creauit, vtrique & tempora. Temporum autem creator profecto temporis nequaquam subest. Atque etiam principium habet, quatenus ex Patre est, licet non post Patrem. Spiritus sanctus verè spiritus est. Sanctus autem adiectum est, vt diuinus Spiritus ab iis distinguatur, qui simpliciter Spiritus vocantur, nimirum ab angelo & animo, atque aëreo flatu. Verè autem additum est, vt ostendatur eum solum proprie sanctum esse, cetera autem gratia & communicatione. Nam creaturis aliunde inducta est sanctificatio. Spiritus autem sanctitas naturam explet. Et quemadmodum vnus Pater, & vnus Filius: ita & vnus Spiritus sanctus. Ac proinde à natura creata tantum remotus ac seiunctus est, quantum simplicem & absolutum numerum à compositis diremptum esse par est: rursus Patri & Filio tantum vnitus est, quantum vnitatis ad vnitatem cognatione iuncta est. Nec verò hinc solum societatis & communionis naturalis argumenta ducuntur: sed etiam quia ex Deo esse dicitur, non quemadmodum omnia ex Deo sunt, verùm vt ex Deo prodiēs non generationis modo, vt Filius, sed progressionis, vt Spiritus oris eius. Quo certè loco nec per os membrum intelligendum est, nec per Spiritum status quispiam euanescent: verùm & os, vt Deo dignum est, accipere debemus: & per Spiritum substantiam viuam intelligere. Nec verò ita arguentur hæretici, si genuit Pater, ingenitus esse desit. Ingenitum enim oportet non modo à nullo genitum esse, sed nec vllū quoque genuisse. Neque item eodem modo de Filio disputent, si ex ingenito Patre genitus est, & Spiritus. i. generationis nomen amisit. Neesse enim est Genitum, & genitum esse, & à patre genito. Nec postremo de Spiritu sancto ad hunc modum differant, aut ingenitus est, aut genitus. Si ingenitus, Pater fuerit: si autem genitus, ergo Filius. Verùm omni ipsi obstruatur, vt stultè atque ineptè cauillantibus. Nam nec Pater è ingenitus esse desit, quia genuit: Ingenitus enim dicitur, vt nunquam genitus, non autem quod minimè genuerit. Nec Filius genitus esse destitit, quia ex ingenito genitus sit. Genitus enim est, non vt ex genito Patre genitus, sed vt solum genitus. Nec denique Spiritus sanctus aut in Patrem, aut in Filium concessit. Nec enim ingenitus & genitus ex eorum numero sunt, quæ medio carent, vt alterum horum spiritui necessariò tribuendum sit: verum inter ea medium aliquid interiectum est, nempe processio. Proccedit itaque Spiritus à Patre. Quod si procedit, vtrique ab ipsius natura & diuinitate non est separatus, sed & est, & manet Deus. Pater pater est, & Filius filius, & Spiritus spiritus. Vniuscuiusque enim harum trium Personarum proprietates transinueri non debet. Nam si loco suo mota ad alium transiret, non iam proprietatis nomen tueretur. Duplex autem est proprietates, altera naturæ, altera personæ. Ac naturæ quidè proprietatem ad tres Personas sese mouentem & effluentem reperire est, velut increatū, sempiternum, omnipotēs, ceteraque eiusdem generis. Personæ verò proprietatem nullo modo moueri profitemur, vt ingenitum, genitum, & procedēs. Hæc enim Personarum sunt proprietates. At verò Eunomiani ingeniti ac geniti rationem diuersarū naturarū proprietates esse contendent, Patrem quidem proprie Deū nominant: ceterum Filium & Spiritum nominis solius, non autem eiusdem essentia consortio cum eo coniunctos esse astruunt. Nam cum Pater ingenitus sit, inquirunt, nec quenquam gignet. Quod si Pater nō gignet, vt delirant Eunomiani, profecto nec Filius paternæ naturæ particeps existit, vt pote à Patre minimè genitus, verùm æquiuocè Deus dicitur, hoc est solum Dei nomen habet, non autem rem ipsam. Qui mihi sanè eadem ratione dicturi videntur, quoniam Adamus quoque ex carne genitus non est, sed à Deo effectus: Seth autem Adami cum Eua congressu procreatus est, idcirco eos naturæ diuersitate inter se disinctos esse. Quod si in vna atque eadem humana natura & ingenitum & genitum reperiuntur, quantum magis in diuina?

Vnus igitur Deus in tribus, & tria vnum sunt, vt diximus. Quæ cum ita se habeant, immò cum hoc ita se habeat, atque adorationem nequaquam supernis tantum spiritibus definitam & circumscripam esse conueniret, sed & inferos quosdam adoratores esse deceret, vt omnia Dei, cuius omnia sunt, gloria impleantur, eam ob causam homo creatur, diuinæ manus & imaginis honore decoratus. Hunc autè inuidia diaboli, atque acerbo & amarulèto peccati gustu à Deo conditore miserè separatū despiciere, à Deo profecto alienū erat. Quid igitur sit? quamque magnum circa nos mysterium designatur? Innouantur naturæ, Deusq; homo efficitur, & qui super cælum cæli ad gloriæ suæ & splendoris Orientem ascendit, in vilitatis & humilitatis nostræ Occasu clarescit, Deique filius hominis quoque; filius & esse & vocari sustinet, nō quod erat, immutās (neq; enim mutatione admittit) sed pro singulari suo erga homines amore, id quod nō erat assumēs; vt qui naturā suā comprehendere nō potest, comprehendatur, intermedia carne, quali velo quodā interiecto nobiscum versans: quandoquidè procreata natura interitūque obnoxia imbecillior est, quam vt puram ipsius diuinitatem ferre queat.

Cur homo
creatus sit.

Dei filius
hominis
gratia fit
homo.

Mm 3

Idcirco ea quæ mixtionem nesciebant miscentur, ac non modò natiuitati Deus, & carni mens, & tempori temporis expers, & dimensione id quod nulla mensura circumscribi potest, iungitur: sed virginitati quoque procreatio, & ei quod omni honore præstantius est ignominia, & affectibus id quod affectibus vacat, & corruptibili id quod incorruptibile est & immortale. Quoniam enim ille vitij parës & effector ideò se inuictò quodam robore præditum esse existimabat, quia nos diuinitatis spe obiectâ tanquam illecebra quadam in fraudem induxerat, ea de causa ipse quoque prætextu carnis inescatur, vt dum quasi in Adamum impetû facit, in Deum incurrat, atque ita nouus Adamus pristinæ salutis atque incolumitati veterem asserat, sententiâque aduersus carnem pronuntiata rescindatur, A morte nimirum à carne oppressa atque extincta.

NICETAS. Vnus igitur, inquit, est Deus in tribus personis, & tres personæ vnus sunt, quo ad diuinitatem. Quoniam autem hæc se ita habent, hoc est hæc personæ, vel hoc potius, id est diuinitas, neque angelis solis, qui superni sunt spiritus, definitam atque circumscriptam esse Dei adorationem oportebat, sed & in terra quoque nonnullos esse, qui eum adorarent, vt omnia ipsius gloria implerentur: quippe cum res omnes creatæ Dei sint. (Omnia enim, inquit, seruiunt tibi) eam ob causam homo creatur, nempe vt sic quoque Dei gloria celebretur. Duplex enim creationis hominum causa fuit, altera antecedens, bonitas scilicet Dei, altera finalis, nimirum Dei gloria. Quoniam autem à diuina misericordia alienum erat hominem per peccatum à creatore suo separatam negligere, ideò innouantur naturæ: diuina enim humanam natiuitatem subire sustinuit, nostra autem animatam carnem spiritualiter genito verbo protulit. Quòdque magis mirandum est, nec virginitatis lex procreatione villo modo imminuta est. Ad hæc innouantur naturæ: diuina enim humanam assumpsit, humana autem diuinitate affecta est, atque infinita quidem à finita comprehensa est, finita vcrò infinitæ adnexa: ac denique aduens natura crassam & materia constantem assumpsit, crassa & carnalis adurentem sine villo detrimento accepit. Nouum enim illud facinus quod in Christo eluxit, non in hoc duntaxat situm est, quòd is qui sine principio iam ex Deo genitus erat, ortu quoque temporali secundum carnem genitus sit: sed in eo etiam, quòd nostra natura carnem nullo prius iacto semine dederit, ac virgo sine pudicitie iactura pepererit. Cùmque naturarum earum, circa quas nouo exemplo aliquid edebatur, adiciendæ essent species, alteram explicauit Theologus noster, dicens, Deus homo sit: alteram verò prætermisit, nimirum quòd homo quoque Deus efficiatur, vt perspicuam & consequentem. Nam si Deus homo efficitur, proculdubio & homo Deus. Quandoquidem indubitatum est propter hoc illud quoque factum esse. Et qui secundum gloriæ suæ & splendoris Orientem ad primum cæli secundi cælum ascenderat, ille in huiusmodi Oriente adeò sublimis & excelsus, quemadmodum cecinit Dauid, in occasu, hoc est in nostra vilitate atque abiectioe gloriosè celebratur. Ortus enim diuinitatem principij expertem, quæ lux sempiterna est, significat. Ascensus autem in occasu consuetudinem societatemque cum humana paupertate initam, quæ quidem si cum superno splendore conferatur, occasus rationem habet ac noctis similitudinem refert. Nulla enim inter vtramque naturam comparatio erat, priusquam ambas summus ille artifex in seipso coniunxisset. Ac diuinitas quidem per ortum designatur, vt pote altum & excelsum: quoniam cum sol oritur, in sublime fertur & extollitur, occasus autem, vt humilis ac depressus carnem significat: quoniam sol in Occasum vergens deprimitur, ac deorsum fertur. Porro in Occasu quoque Dominus magnificè & gloriosè celebratur. Gloriæ enim ipsi cessit humilitas illa, quam in humanitate assumenda præstitit, bonitatem ipsius perspicuam atque illustrem reddens. Iam verò Dei filius hominis filius factus est, non mutationis, sed assumptionis ratione. Mâ sit enim id quod erat, & quod non erat, assumpsit. Nam cum eam esse naturam nostræ infirmitatem perspicere, vt ex seipso rerum omnium authorem & effectorem cognoscere non possit (quoniam ipse ingenuus est, nos autem cum prius non essemus, facti postea corporeque effecti sumus) idcirco haud abs re Verbum Patris imago existens, mortale corpus accepit, vt mors quoque in eo funditus extingueretur, atque homines ad imaginem Dei creati denuò instaurarentur ac renouarentur. Quemadmodum enim si forma quædam in ligno depicta externis sordibus obsita atque oblitterata fuerit, rursus eum, cuius imaginem refert adhiberi necesse est, vt ea instaurari queat: ad hunc quoque modum Christus Patris imago ad nostra hæc loca accessit, vt hominem ad similitudinem suam effectum instauraret. Ac de hominibus bene mereri cupiens, vt homo, ad nos peregrè se confert. Nam cum semel hominum mentes ad sensilium rerum studium prolapse essent, Verbum sese per corpus spectandum obiecit, vt homines sensusque eorum ad se quoque hominem traducat, atque conuertat, ac per ea que gerit, hominibus ipsum vt hominem inuentibus fidem faciat, se non hominem solum, sed etiâ Deum esse. Visus est igitur, ac carne, quasi velo quodam & integumento, inuicta nobiscum versatus est. Puram enim ac simplicem illius diuinitatem procreata & corruptioni obnoxia natura haud quaquam ferre poterat. Idcirco quæ mixtionem nesciebant, miscetur, velut creaturæ creator, & opus artificis (adeò vt vnus idemque & creator & creatura, & opifex & opus existat) & carni mens iungitur, hoc est homini Deus. Quoniam enim diabolus nos falsa diuinitatis adipiscendæ spe tanquam illecebra quadam lactatos in fraudem induxerat, ac mortis hamo transfixerat, ob eamque causam nullis iam viribus frangi se ac labefactari posse existimabat: idcirco Christus diuinam potentiam carne non secus atque hamum esca obduxit. Atque hæc carne satanas illicitur, vt dum quasi in Adamum impressionem facit, eumque sibi in escam cessurum sperat,

sperat, in diuinitatis hamum incidat, sicque cladem veteris Adami culpa acceptam nouus Adamus victoria sua sarciat, collapsosque & iacentes excitet, atque, vt Apostolus loquitur, capitalis sententia in Adami carnem peccato constructam pronuntiata per Christi carnem nulla peccati labe vitiatam rescindatur, ac mors per carnis resurrectionem extinguatur. Ipsa enim hominum generi rediuiuæ vitæ atque immortalitatis principium est.

Ac Christi quidem natiuitatem congruenti solennitate profecuti sumus, tum ego festi dux atque auspex, tum vos, atque adeò cæterus omnis tam terrenus quam cælestis. Cum stella cucurrimus, cum Magis adorauimus, cum pastoribus diuinitus collustrati sumus, cum angelis laude & gloria celebratumus, cum Simeone vlnis complexi, cum Anna cõfessi sumus, illa, inquam, senio confecta & castitate prædita. Atque ei, qui alieno more in propria venit gratia habeatur, quòd exterum hominem & peregrinum gloria affecit. Nunc verò facinus & mysteriû aliud sequitur. Animi voluptatem tenere nequeo, diuino furore rapior, propemodum etiam Ioannis instar, faustum nuncium profero, non quidem, vt ille, præcursor; cæterum à solitudine veniens: Christus illuminatur, simul illustremur: Christus baptizatur, simul descendamus, vt simul etiam ascendamus. Nec verò hoc solum spectandum est quòd Iesus baptizatur, sed cætera quoque obseruanda sunt, nimirum quis, & à quo, & quando, purus videlicet & à Ioanne, & signorum edendorum principium faciens. Quæ res nobis documento esse debet, adhibendam prius esse purgationem, animique summisionem, nec antè suscipiendâ esse conuersionem, quam ad spiritualis & corporeæ ætatis perfectionem ventum fuerit. Hoc ad eos dictum velim, qui inconsultè ac temerè ad baptismum accedunt, nec ad eum præparantur, ac per animi constitutionem ad virtutis habitum peruectam id agunt, vt redemptio ipsis certa atque incolumis maneat. Quamquam enim præteritarum noxarum condonationem baptismus affert, tum tamen accuratius prouidendum est, ne ad eundem vomitum redeamus. Hoc quoque in eos valeat, qui aduersus mysterij dispensatores insolentius efferuntur, si dignitate quadam præstent. Tertium ad eos spectat, qui iuuenili ætate confidunt, atque ad instruendam doctrinam plebem, aut Ecclesiæ præfecturam amplectendam tempus omne idoneum esse arbitrantur. Iesus purgatur: & tu purgationem aspernaris? A Ioanne: & tu aduersus præconem tuum insurgis? Trigésimum annum agens: & tu ante lanuginem senes doces, aut docere te posse credis, nec ab ætate, nec à moribus fortasse auctoritatem habes? Ac deinde hic Daniel profertur, ac nonnulli alij iuuenili ætate iudicum munere functi, atque in ore ac lingua exempla sunt. Quisquis enim iniuste aliquid admittit, facti sui defensiones in promptu habet. At pro Ecclesiæ lege nequaquam censendum est, quòd raro accidit: quandoquidem nec hirundo vna ver, nec geometram linea vna, nec denique nautam vna nauigatio facit.

NICET. Factum est à Christo, vt stella corporis sui natiuitatem indicaret. Conueniebat enim, vt Verbum à cælo descendens cælesti quoque indicio proderetur. Porro sideris cursus creaturarum adorationem significabat. Magi autem Gentium ad fidem accessum, idololatriæque oppressionem. Simeon verò is commodè dici possit, qui piè & religiosè diuinum & de Deo pertractantem sermonem complectitur, purisque animæ oculis eum agnoscit. Rursus per Annam confitentem, hoc est, gratias agentem, anima prudentiæ virtute senex, & quantum ad dogmata quæ de Deo instituntur, pudica temperantiæque laude clara intelligi possit. Iam verò, vt apud Ioannem scriptum est, in propria venit Dominus, hoc est, in hunc mundum, qui ipsius creatura est. Alieno autem more venit vt pote in aliena natura, nimirum humana: & peregrinum gloria affecit, id est, hominem accolam terræ, atque à paradiso exulantem. Nunc autem aliud Christi facinus, aliudque festum. Atque ego letum nuncium profero & si non præcursor, vt Ioannes, à solitudine tamen veniens, atque à Pontica quiete ad amplissimam hanc urbem. Christus illuminatur: simul illustremur, nimirum diuino lauacro vel etiam sermone purgati, ac per eum splendentes. Tria porro hic expendenda sunt, primum quòd Christus, quantum ab omni vitiorum contagione purus, baptizatur: vt ea re nobis documento sit, præparationem ante baptismum necessariam adhibendam esse, atque habitum quandam virtutis comparandum, ac tum ad baptismum accedendum: vt per virtutis habitum veniam, quam accepimus, in tuto collocemus, eamque sartam rectamque habeamus, ac non more canum ad vomitum nostrum reuertamur, quòd Solomon nobis cauendum admonet. Alterum, quòd à Ioanne tingitur, vt modestum atque humilem animum gereere condiscamus, nec aduersus magistrum pietatis doctrinam nobis promulgantem insurgere, nec aduersus sacerdotes,

1. Cor. 4. quos Dei mysteriorū dispētores vocat Paulus, audacius insolentiūque efferrī, si quadam dignitate præcēl- lamus. Tertium denique, quodd trigesimo anno baptizatus est, quo etiam tempore miracula sua exorsus est: ut discamus iuuentuti non confidere, nec quoduis tempus instituendæ plebi ac moderadæ Ecclesiæ idoneum existimare, nec ante lanuginem senes docere, aut credere, hoc est, præfidere, ac putare nos ipsis docendis pares esse posse. Quin potius adulta & plena tam corporea, quam spiritali ætate ad docendum accedamus, nec Danielem aliōsque nonnullos iuuenili ætate iudicium munere functos in medium proferamus: nec quod Demosthenes ait, quiduis faciamus, ac pretextus & excusationes confingamus, ut iniustitiæ opinionem à nobis amoliamur. Neque enim quisquam vnquam iniquè & iniuste aliquid faciens peccati confessionem sibi exprimi passus est. Ne ipse quidem ignarus sum, Danielem ineunte ætate de Babylonicis illis senibus iudiciū tulisse. Verum vnus ille est. Quod autem rarum est, id Ecclesia pro lege non habet. Nam nec vna hirundo ver facit, ut inquit Aristoteles, nec si quis lineam vnam duxerit, aut semel nauigari, idem protinus geometra, aut nauta dicendus erit.

B Cæterum baptizat Ioannes: Iesus accedit, fortasse ut ipsum quoque Baptistam sanctitate afficiat, proculdubio autem ut totum veterem Adamū aquis obruat: ante hos verò & propter hos Iordanem: nimirum, ut spiritus & caro erat, sic etiā per spiritum & aquam initiatus. Baptista non admittit, Iesus cōtrā nititur. Tum, Ego à te baptizari debeo, inquit lucerna soli, vox Verbo, amicus sponso, maior omnibus ex mulieribus natis omnis creaturæ Primogenito. Is, inquam, qui à materno ventre prius exilierat, ei qui in ventre adoratus fuerat, præcursor & præcursorus, ei qui apparuerat atque appariturus erat. Ego à te baptizari necesse habeo. Adde &, Pro te. Exploratū enim habebat fore, ut martyrii baptismo ablueretur, aut, ut Petrus, non pedibus solūm purgaretur. Et tu venis ad me? Hoc quoque propheticum. Futurum enim norat, ut quemadmodum post Herodem Pilatus fureret, ita eum quoque prius vita functum Christus sequeretur. Quid autem Iesus? Sine nunc, hoc enim certo consilio & dispēatione fit. Sciebat nanque paulò post futurum, ut ipse Baptistam baptizaret.

C NICEI. Christus, inquit, ad Baptistam accedit, ut ipsi quoque sanctitatem afferat, Adamique vetustatem, hoc est, peccatum expurget, priusque etiam Iordanem ipsum sanctitate imbuat. Per Iordanem enim omnes quoque aquas sanctitate affici oportebat, vimque ad purgandos ac spiritaliter initiandos homines accipere. Quemadmodum enim duplicem naturam habet Christus: spiritus enim & caro est, hoc est, Deus & homo: sic etiam per aquam & spiritum homines lustrat: illam, inquam, sensibili modo acceptam, hunc autem inuisibiliter aduenientem. At verò Ioannes Iesum venientem, admittere detrectat, atque ait, Ego debeo à te baptizari, atque adeò pro te. Illud enim norat Ioānes fore, ut pro Christo atque ipsius lege martyrii sanguine ablueretur, nec pedibus solūm, ut Petrus in pelui, purgaretur, sed & capite, & toto denique corpore. Prophetico item spiritu afflatus hæc verba adiecit, Et tu venis ad me. Quæ verba per enunciationem, ac non per interrogationē legenda sunt. Nam illud quoque fore nō dubitabat, quin ut præcursoris & præconis munere apud iudeos functum, ita ad eos etiam, qui in inferno erant, functurum Christus sequeretur: Christus, inquam, qui Primogenitus omnis creaturæ ab Apostolo vocatur, utpote qui ex Orci ventre primus ad resurrectionem secundamque vitam genitus est, ac per baptismi regenerationem dux & auctor ad vtrumque ac via omnibus mortalibus extitit. Iam verò Christus apud Malachiam, sol iustitiæ & sponso nominatur: apud Ioannem Verbum, quemadmodum & præcursor Ioannes apud eundem lucerna & vox & amicus sponso dicitur. Verum ut ad rem redeamus, Ioannes Iesum submouet: Iesus autem contendit atque instat, baptismum postulans, atque. Sine nunc, hoc enim certa dispensatione fit, ut omnes iustitiæ numeros impleam, hoc est, omnia legis præcepta. Hoc autem aduerbio, nunc, ideo vsus est, quoniam exploratum habebat fore, ut exiguo post tempore, Baptistam per sacrosancti sui verticis attrēctationem, & sp. sancti aduentum ablueret.

E Iam quid ventilabrum significat? purgationem. Quid ignis? leuitatis consumptionem & spiritus feruorem. Quid securis? insanabilis animi etiam post adhibitum finem excisionem. Quid gladius? Verbi diuini sectionem bonum à malo diuidentem, atque fidelem ab infideli secantem, ac filium & filiam, & nurum aduersus patrem & matrem & socrum excitantem, nouaque & recentia aduersus prisca & umbratica. Iam quid calceamenti corrigia, quam non soluis, qui Iesum baptizas: tu, inquam, solitudinis alumne, ac nullius cibi homo: tu noue Helia, prophetà excellentior, utpote qui eum ipsum, qui prophetarum vaticiniis prænantabatur, vidisti: tu inter vetus & nouum testamentum interiecte. Quid, inquam, ea significat: an fortasse peregrinationis & carnis Christi rationem, cuius ne extrema quidem facile solui atque explicari possunt, non dicam ab iis qui adhuc crassi & carnales sunt atque infantes in Christo, sed ne ab iis quidem qui spiritus præstantia.

Baptizatur Christus ut veterē Adamum aquis obruat.

Martyrium suum prænouit D. Ioan.

Col. 1.

Cap. 4.

Ventilabrum, ignis, securis, gladius, corrigia, quia significant.

D. Ioā. mediū inter vetus & nouum testamentū.

præstantia Ioannem equant. At etiam Iesus ex aquis ascendit (mundum enim secum in altum effert) ac cælos, quos Adamus & sibi & posteris, quemadmodum & flammeo gladio paradysum, clauserat, findi atque aperiri cernit. Ac Spiritus diuinitatis testimonium affert, nimirum ad parem accurrens: & vox cœlitus mittitur: illinc enim is erat, cui testimonium dabat. Tum etiam corporeo modo in columbæ forma se conspiciendum præbens, nempe ut corpus honore afficiat: nam hoc quoque deificatione Deus est. Adde, quod multis retrò sæculis columbā diluuij finem nunciare assuevit. Quod si mole ac pondere diuinitatem æstimas, ac propterea spiritum paruum esse censes, quia in columbæ forma cernitur, homo quoque cœlorum contemnendum ac pro nihilo putandum est, quia sinapis grano comparatur, ac maiestati Iesu præferendus aduersarius, quoniā hic quidem mons magnus vocatur, & Leuiathan, & rex eorum, quæ in aquis degunt: ille autem agni, & margaritæ, & guttæ, atque id genus nominibus appellatur.

A NICEI. De Christo in Euangelis ita scribitur, Ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & colliget triticum in horreum: paleas autem comburet igni inextinguibili. Ventilabrum porrò purgationem significat, hoc est, diuisionem frugiferum ab infrugifero discernentem, quemadmodum ventilabrum frumentum à palea discernit, ac quidquid leue & ventosum est, excutit: quicquid rursus graue est, in horrea recondit. Ignis autem consumptionem designat, sordes eorum, qui purgantur, abolentem, & quod leuis & vitiose nature est repurgantem. Leuis enim res est & arida peccatum ignem facile concipiens. Per ignem etiam spiritus feruor significari potest, qui ad virtutis cultum & studium, Deique amorem ipsius participes inflammat. Sequitur apud Euangelistam, securis ad radicem arborum posita est. Securis animæ illius excisionem designat, quæ ita perditè & profligatè viuit, ut ne adhibito quidem & iniecto salutifera medicina fimo fructum vllum ferat. Hoc autem sumptum est ex Euangelica parabola, in qua agricola precibus à vineâ Domino contendit, ut vno adhuc anno ficum dimittat, ut circa eam fodiat, ac sterces iniiciat. Rursus in Euangelio, dicit Dominus, Non veni mittere pacem, sed gladium. Veni enim diuidere hominem aduersus patrem suū, & filiam aduersus matrē suam, & nurum aduersus socrum suā. Cū simile quiddā per Michæam quoque dictū est, Filius, inquit, exhonorabit patrem, filia in matrem suam insurget, & nurus in socrum suam. Gladius igitur acutus & penetrantē Christi sermonem indicat, hoc est, fidei doctrinā, & prædicationē fideles ab infidelibus diuidentē, ac noua & Euangelica ac vera aduersus vetera umbratica exempla excitantem. Corrigia autem lorum est calcei. Hoc autem humanitatis à Christo assumptæ consilium, ac Verbi cum carne coniunctionem significat, cuius ne extrema quidem & breuissima mysteria facile solui atque explicari possunt, non dicam ab iis qui in rerum à Christo gestarum cognitione carnales adhuc, & ut Apostoli verbo vtar, infantes sunt, sed ne ab adultis quidem atque perfectis, qualis erat Ioānes, quam parcissimi, ac pene nullius cibi vir. Venit enim, inquit, Ioannes Baptista nec manducans nec bibens. Noue Helia: si vultis, inquit, recipere, ipse est Helias, qui venturus est. Solitudinis alumne. Quid, inquit, exiistis in desertum videre? prophetam: etiam dico vobis & plusquam prophetam. Nam cum ceteri propheta Christum tantum venturum cecinissent, Ioannes eum quoque oculis perspexit. Iam verò illa è cælo missa vox Christum cœlitus profectum esse clamat, ipsiusque diuinitatem testatur, Hic est filius meus dilectus. Ad hæc spiritus corporeo modo conspectus, atque ut columba ad Christum accurrens ipsius corpus honore afficit, quod quidem nec naturā Deus est (hoc enim dictū absurdum fuerit) nec adoptione: non enim ex progressionem & incremento, verum deificatione atque hypostatica vnione supra naturam atque adoptionem ex ipsa vnione diuinitatem affectum est. Vtque columba olim ad arcem reuersa, atque oliuæ festucam ore ferens sensibilis & corporei diluuij

C sedati nuncium attulit: eodem modo spiritus sanctus nunc in columbæ forma apparens compressam esse spiritualem illuuiem indicat. Quod si hereticus magnitudinibus & ponderibus, quæ corporum propria sunt, diuinitatem æstimandam censet, atque idcirco spiritum paruum iudicat, quod columbæ species apparuit, faciendum iam ipsi est, ut regnum quoque cœlorum aspernetur, quoniam grano sinapis confertur, ac diabolus Christi maiestati anteponat, quia de eo Zacharias dicit, Quis es tu, mōs magne, qui es ante vultum Zorobabelis? Et Hieremias, Ecce ego ad te, mons corrupte. Mons autem magnus aduersarius noster propter superbiam suam & arrogantiam dicitur. In libro autem Iob Leuiathan vocatur, quod si interpretetur, idem significabit, quod rex eorum quæ in aquis sunt. Christus contra apud Esaiam agnus nominatur, Tanquam agnus, inquit, ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tonfore suo obmutuit. Et apud Ioannem, Ecce agnus Dei. Et in Euangelio margarita ea vocatur, quam negociator diuenditis omnibus suis facultatibus emit. Gutta autem apud Dauidem vocatur, Descendet, inquit, sicut pluuia in vellus, & sicut gutta stillans super terram.

E Quoniam autem baptismi hoc festum est, ac nostra causā formato & baptizato atque in crucem sublato non nihil condolendum est, age de variis baptismatum generibus aliquid dicamus, ut hinc purgati discedamus. Baptizauit Moses, verum in aqua, priusque etiam in nube & in mari. Cæterum hoc per figurā age-

Cur in forma colubæ apparuit sp. sanct.

Matth. 3. Luc. 3.

Luc. 13.

Matth. 10. Cap. 7.

Matth. 11. Marc. 9.

Matth. 3.

Genes. 8.

Cap. 4.

Cap. 51.

Cap. 40.

Cap. 53.

Ioan. 1.

Matth. 13.

Psal. 71.

Baptisma multiplex. Mosis baptismus.

batut, quemadmodum & Paulo placet. Mare enim aquam, nubes Spiritum, manna panem illum vitæ, potio diuinum poculum adumbrabat. Baptizauit etiam Ioannes, non iam ille quidem Iudaico more (non enim in aqua solum, sed etiam ad pœnitentiam) nondum tamen prorsus spiritualiter: nec enim addidit, in Spiritu. Baptizat quoque Iesus, sed in Spiritu. Quod quidem perfectum numerisque omnibus absolutum baptismum reddit. Quoniam autem modo Deus non est (ut obiter illud considerem) per quem tu diuinitatem assequeris? Est & quartum baptismi genus, quod martyrio & sanguine comparatur (quo ipse quoque Christus tinctus est) & quidem eò cæteris augustius, quòd nullis postea sordibus contaminatur. Quintum locum tenet lachrymarum baptismus, verum asperior est & laboriosior, quo perfunditur ille, qui per singulas noctes lectum suum ac stratum lachrymis lauat, cui ipsæ quoque vitij cicatrices fœtent, qui lugens & contristatus graditur, qui Manassis resipiscenciam, ac Niniuitarum humilitatem misericordiam à Deo consecutam imitatur, qui publicani verbis in templo vititur, ac supra insolentem & superbum Pharisæum iustificatur, qui denique Chananæe more deprimitur, & misericordiam implorat, ac micæ poscit, hoc est, canis vehementi fame correpti pabulum.

Leuit. 11. NICET. Vnum, inquit, baptismum erat, Mosis baptismum in aqua. Hanc enim legem sanxit, si quis mortuum aut leprosum contigerit, aut cum Ethnico comederit, aut vliam aliam sordem contraxerit, aqua ad vesperam repurgetur. Atque ante legem etiam Israëlitas in nube & mari baptizauit, eorumque etiam sitim aqua ex petra scaturiente restinxit, & manna famem sedauit. Erat autem petra mystico sensu, velut Paulo quoque placet, Christus, & petreæ aqua vitalis verbi vis & facultas. (Si quis enim sitit, inquit, veniat ad me & bibat) & manna viuum panem adumbrabat. At verò mare & nubes in præsens quidem animos hominum rei admiratione percussos ad fidem inducebant: in futurum autem affulsuram gratiam per figuram indicabant. Quis sapiens, & intelliget hæc: quo pacto mare baptismum designabat, Hebræos videlicet à Pharaone disiungens, quemadmodum & hoc lauacrum nos à diaboli tyrannide dirimit. Illud hostiles copias aquis obrutas interfecit: in baptismo nostra aduersus Deum inimicitia moritur. Illæsus atque incolumis à Pharaone egressus est Israëliticus populus: eodem modo nos quoque ab aqua ascēdimus, quasi à morte ad vitam reuocati, eius, qui nos vocauit gratia salutem consecuti. Iam nubes beneficij illius, quod à Spiritu accepimus, figuram gerebat: qui quidem spiritus animi nostri perturbationes opprimit, flammamque ab eis excitatam mitigat & refrigerat. Secundum baptismum fuit, baptismum Ioannis, in aqua quidem. & ad pœnitentiam, ceterum non in Spiritu. Tertium, nempe Christi baptismum perfectum est, quoniam in Spiritu. Hic est enim, inquit, qui baptizat in Spiritu sancto. Et, ipse baptizabit nos in sp. sancto. Is enim, qui baptizandi munere fungi iubet, baptizare dicitur. Quocirca Ioannis baptismus puerilis cuiusdam institutionis vice erat: Christi autem baptismus perfectionem afferebat. Ille pœnitentiæ: hic adoptionis. Ille secessio erat à peccato: hic adiunctio ad Deum. Quòd si Spiritus homines perficit, ac diuinitate afficit, quid afferri potest, quin ipse Deus sit? (libet enim obiter hoc excutere & disputare) Cùmque tu propter Spiritum Deus sis, quo tandem modo Spiritus à diuinitate alienus erit? At profecto diuinum spiritum & ex Deo, & Deum esse necesse est, qui causa est, cur ipsi dii sumus, quemadmodum id quod adurendi vim affert, adustum esse oportet: & quod sanctitatis causam affert, sanctum esse necesse est. Illud enim uerò scire operæ precium est, Dominum vitæ nostræ moderatorem baptismi fœdus nobiscum pepigisse, mortis & vitæ figuram complectens. Nam & mortis imaginem exprimit aqua: quoniam ij qui baptizantur, in aquam immerguntur, quodamque modo sepeliuntur: & rursum Spiritus vitæ arrabonem nobis porrigit. Quartum baptismum illud est, quod martyrio & sanguinis effusione comparatur, quo ipse quoque Christus tinctus est, & de quo dicebat, Baptismo habeo baptizari, & quo modo coarctor, donec perficiatur. Et ad filios Zebedæi, Potestis bibere calicem, quem ego bibo: & baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Et quidem baptismus, qui in aqua fit, mortis similitudinem habet: ceterum nonnulli ex iis, qui in certaminibus pietatis causa susceptis pro veritate atque imitatione Christi mortis supplicium pertulerunt, nequaquam ad salutem adipiscendam aquæ signis opus habuerunt, utpote in proprio sanguine baptizati. Vnde & martyrij baptismus eo nomine alios dignitate antecellit, quòd qui martyrio baptizatus ac perfunctus est, sequentis vitæ sordes non extimescit. Quintum baptismum longum est & arduum, nempe lachrymarum, quo Dauid quoque baptizabatur, ac proinde dicebat, Lauabo per singulas noctes lectum meum, in lachrymis meis stratum meum rigabo. Et alio loco, Tota die contristatus ingrediebar. Et rursus, Quasi lugens & contristatus, sic humiliabar. Item, Vt quid repulisti me, & quare contristatus incedo? Et rursus, fixerunt & putrefactæ sunt cicatrices meæ. Hoc autem pœnitentiæ pars est, ac resipiscentiæ signum, cum quis fœtoris peccatorum suorum sensu afficitur. Nam ita demum ea digna execratione prosequitur. Idem etiam Manassis conuersionem imitatur, quam secundus Paralipomenon liber memoriæ prodidit. Niniuitarum item humilitatem emulatur, quam Ionas propheta describit. Atque etiam cùm publicanus dicit, Deus propitius esto mihi peccatori. Ac præterea contrahitur & deprimitur, hoc est, humi procumbit, atque ad pedes aduoluitur, ut Chananæa, ac micæ, id est, exiguam misericordiam poscit. Sic enim dicebat Chananæa,

Etiam

Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt ex mensa dominorum suorum. Nec tamen existimandum est eam, Chananæam illam fuisse, quæ infirmitate laborabat, ac propterea contraherebatur. Illa enim Iudaica erat mulier: hæc autem Gentilis. Quam etiam contrahi Theologus dicit, hoc est, humiliari atque in terram inclinari obsecrationis causa, non infirmitatis.

Ipse quidem hominem me esse fateor, animal mutabile, fluxeque & fragilis naturæ, atque hunc baptismum libeter amplector, eiusque donatorem adoro, aliisque impertio, ac misericordia misericordiam mihi conciliare nitor. Nā me quoque infirmitate obuolutum esse scio, illudque fore, ut qua mensura mensus fuero, eadem quoque mihi vicissim rependatur. Tu verò quid ais? quam legem affers, o noue Phariseæ, & nomine duntaxat, non animo & voluntate pure, ac Nouati dogmata cum eadem infirmitate tumido ore nobis crepans? Pœnitentiam non admittis? Luctibus locum negas? lachrymas non profundis? Vtinam talem tibi iudicem experiri non contingat. Clementia & facilitate Iesu non moueris, qui infirmitates nostras accepit, & morbos portauit, qui nō venit ut iustos vocaret, sed peccatores ad pœnitentiam, qui misericordiam mauult quàm sacrificium, qui septuagies septies peccata condonat? Quam beata esset sublimitas tua, si puritas ea esset, ac non fastus & arrogantia leges supra hominis captum instituens, vitæque emendationem salutis desperatione tollens. In eodem enim vitio sunt, tam effrenata atque omni animaduersionis metu soluta licentia, quàm sæua nec vlla clementiā temperata condemnatio: illa omnes habenas vitis laxans, hæc vehementiori astrictione præfocans. Puritatis specimen ede: & tum audaciam tuam mihi probabis. At nunc vereor ne ipse vlcerebus scateas istam immedicabilis peccati doctrinam inducas. Quid? ne Dauidem quidem resipiscenciam admittis, cui prophetica quoque gratia pœnitentia conseruauit? nec magnum illum Petrum recipis, salutiferæ passionis tempore humani quidpiam perpeffum? At Iesus recepit, triplicique percunctatione & confessione triplicem abiurationis culpam sanauit. Quid? ne martyrio quidem perfunctum admittes? nā id quoque tuæ vcordiæ est. Quid? etiamne illum, qui nefarium scelus Corinthi perpetravit, arcebis? At Paulus charitatem etiam erga eum firmavit, simul atque eum ad meliorem vitæ frugem rediisse perspexit, causamque affert: Ne abundantiori tristitia huiusmodi homo absorbeatur, immodica obiurgatione oppressus atque confectus. An ne iuuenibus quidem viduis propter ætatis lubricum ineundi matrimonij potestatem facies? At Paulus hoc facere minimè dubitauit, cuius te scilicet magistrum profiteris, quasi ad quartum cœlum, aliumque paradysum prouectus fueris, ac verba magis arcana audieris, maioremque circulum Euangelio fueris complexus. At hæc nequaquam post baptismum, inquis. Quo argumento id confirmas? Aut rem ita se habere proba: aut si id nequis condemnare nos desine. Quòd si res dubia est, vincat humanitas & clementia. At Nouatus, inquis, persecutionis tempore lapsos non recepit? quid hoc? si quidem illi non resipiscabant, optima ratione eos repulit (nam ne ipse quidem eos recipio, qui vel nullo modo vel non factis deprimuntur, nec perpetrato crimini parem vitæ emendationem afferunt, cùmque recipio, congruentem ipsis locum assigno) sin autem squalentes & lachrymis confectos admittere noluit, haudquaquam illius exemplum mihi imitandum proponam. Quid autem Nouati inhumanitatem atque importunitatem pro lege habeam, qui auaritiam, hoc est, alterum idololatriæ genus non repressit, stuprum autem ita sæuè acerbèque condemnauit, quasi carnis ipse & corporis expers esset.

NICET. Cùm sæuiente persecutione quidam Christiani tormentorum magnitudine victi ad fidei abiurationem prolapsi essent, ac deinde sedata persecutionis tempestate supplices cum lachrymis Ecclesiæ antistites rogarent, ut sibi pœnitentiæ tempus darent, Nouatus Ecclesiæ Romanæ Presbyter, fastu animique insolentia elatus miseris submouebat: quamuis etiam ipse periculoso tempore sacerdotij dignitatem abiurasset. At Episcopus eos quidem, qui ad pietatis Christianæ abiurationem prouolui erant, congruis laboribus salutarique pœnitentiæ certo tempore imperata recuperavit: Nouatum autem ab Ecclesiæ cœtu proscriptum. Ille verò inscientibus omnibus in locum quendam abditum atque abstrusum tres Episcopos ætate prouectos

Novi Pharisæi & nomine solo puri.

Licentia effrenata, et immodica animaduersionis vitia paria.

Pœnitentes non sunt arcendi.

Impœnitentes non sunt recipiendi.

Auaritiam non repressit Nouatus.

allicit, eosque verborum blanditiis inescatos eo adigit, ut manus sibi imponant. Ita ab iis Episcopus designatus est. Quia dignitate supra modum elatus, quotquot est stultis ac vesanis hominibus ad se pellicere potuit, Catharos. i. pueros nominavit. Qui autem eandem opinionem complexi sunt, secundas quoque nuptias prohibuerunt. Ad Novatianos igitur sermonem conuertens Theologus ait, Ego quidem paenitentiae & lachrymarum baptismum amplector, atque eius donatorem Deum adoro, ac sciens me quoque infirmitate vadique cinctum & obuolutum esse, alios quoque commiseror, ut misericordiam ipse consequar. Quia enim, inquit, mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Tu autem quid ais? qui etiam in somnis obuersantem animo libidinis speciem Pharisaeorum more grauius insectaris, qui etiam Pharisaei ac nomen solum Cathari habes, non autem rem ipsam, & cum eadem mecum infirmitate circumdatus sis, intumesces tamen velut magnus quispiam vir & excelsus. Paenitentes non recipis? nec propter eos lachrymas profundis, ut vicem eorum dolens? Absit, ut eandem in iudicando rationem teneat Deus. Christi misericordia & ignoscendi facilitate non moueris? qui secundum Esaiam infirmitates nostras & morbos, hoc est, peccata humeris sublata portauit: (quemadmodum typicus agnus, qui pro populi peccatis mactabatur) & pro nobis caesus est, ac pro nobis supplicio obnoxius pennis luit: qui ait, Non veni vocare iustos, sed peccatores ad paenitentiam. Ac per Oseam, Misericordiam volo & non sacrificium. Et sciscitanti Petro, an septies peccanti fratri noxam remitteret, respondit, Non dico tibi septies, sed septuagies septies, hoc est, quoties ad meliorem mentem redierit. Ne Dauidem quidem recipis ob admisi adulterij scelus, & necem Vriæ illatam animi dolore affectum, ac sese excruciantem? qui nec prophetiae donum propter paenitentiam amisit. Nec Petrum admittis: quia passionis Christi tempore ter eum abnegauit, ac rursus tertio se eum amare confessus est, sicque abnegationi medicinam attulit, ac postea capite ad terram verso pro Christi nomine cruci affixus est. Nec Corinthium illum, qui cum nouerca stupri commercium habuit? At Paulus perspecta ipsius respicientia Corinthios hortatur, ut charitatem in ipsum firment, causamque adiungit, Ne forte huiusmodi homo immodica tristitia absorbeat, hoc est, in desperatione aut in mortem praecepta ruat. Quid? nec secundas nuptias permittis, nec inueniendis viduis nubendi ius facis? Atqui hoc Paulus facere non dubitauit, dicens, Volo adoloscetiores viduas nubere, Paulus inquam ille, qui ad tertium caelum atque in paradysum raptus est, qui à Hierusalem & per gyrum vsque ad Illyricum Christi Euangelium impleuit. Ita tu, ut videtur, Pauli quoque magister es, quasi ad quartum caelum peruolaris, atque in paradysum alium raptus fueris, ad quem ille raptus non fuerit, maioremque circumulum Christianae doctrinae promulgatione complexus fueris. Verum dices Novatiane, Hanc paenitentiam & veniam post baptismum iam locum non habere, aut Corinthium illum, qui stupri piaculo seipsum constrixerat, à Paulo ante baptismum receptum esse, non item post baptismum. Quin tu ergo hoc probas, aut si id non potes, condemnare ac reuicere desinis eos qui post baptismum in peccatum labuntur? Quod si dubium est quo tempore receperit, legi Romanae obtempera dicenti, In dubiis vincat clementia. Quod si Novatus eos, qui grassante persecutione lapsi fuerant, non receperit, & quidem dignam paenitentiam afferentes: at ego illius exemplum minimè sequar. Parem enim mea quidem sententia reprehensionem paenamque merentur, qui vel peccantes nulla poena afficiunt, ipsique omnes habenas remittunt, vel eos ita condemnant, ut spem illis consequendae veniae nullam relinquunt. Nec verò apud me vim legis habitura est Nouati crudelitas, qui stuprum ita acerbè condemnauit, atque in expiabile peccatum esse pronunciauit, quasi ipse extra carnem corpusque positus esset: auaritiam autem nequaquam repressit, quam tamen idololatriam Paulus vocat: fortasse quod eos solos diuitiarum amor deccat, qui Deum nesciunt: vel quia sicut Ethnicus confertis manibus simulachrum amplectitur, ita & auarus aurum ianuis & repagulis committit, atque illud quasi sacrum quoddam donarium atrectare non audet. Quod si quando ad id necessitate impulsus fuerit, haud aliter animo afficitur, quam si nefarij aliquid perpetrasset.

Quid dicitis? An vos his verbis permouemus? agedum à nobis, hoc est, ab hominum partibus stete, Dominum vnà concelebremus. Ne quis vestrum, quamlibet virtute sua fretus, eo audaciae prorumpat, ut dicat, Noli me tangere. Purus enim sum, & quis mihi par? facite ut nos quoque in splendoris vestri partem veniamus. At non flectimus? lachrymas pro vobis fundemus. Atque hi quidem nostrà, si velint, atque adeò Christi via, sin minus sua insistant. In altero a quo igni fortasse baptizabuntur: qui postremus est baptismus, nec solum acerbior, sed & diurtior, qui crassam materiam instar sceni depascitur, vitiique omnis leuitatem absumit. Nos autem hodie Christi baptismum honore complectamur, ac festum honestè celebremus, non vètris deliciis operam dantes, sed spiritualiter nos ipsos oblectantes. Quonam autem modo voluptati indulgebimus? Lauamini, mundi estote. Si peccato rubri estis, nec prorsus sanguinei, quasi nix dealbemini: si autem coccinei ac perfecti viri sanguinum, etià vsque ad lanæ cadorem peruenite. Cæterum omnino purgemini. Nulla enim re Deus perinde delectatur, ut hominis, propter quem omnis doctrina atque omnia mysteria concessa sunt, respicientia & salute. Sic fiet, ut sicut luminaria in mundo, ita vos cæteris hominibus vis quaedam vitalis fitis, ac velut lumina perfecta magno illi lumini astantes, caelesti quoque

Matth. 7.

Cap. 53. Luc. 5. Of. 6.

Matth. 18.

2. Reg. 12. Matth. 16.

1. Cor. 5.

2. Cor. 2.

1. Tim. 5.

2. Cor. 12.

Rom. 15.

Ephes. 5.

Nemo potest dicere se purum.

Baptismus ignis.

Qua re Deus maxime delectatur.

A

B

C

D

E

quoque luminum gestationi iniciemini, purius nimirum & clarius à Trinitate collustrati, cuius nunc radium vnum ex vna diuinitate manantem minus plenè accepistis, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in saecula saeculorum. Amen.

NICET. Quid, inquit, dicitis Novatiani? si oratione nostra permoti estis, stete à nobis, qui homines, atque ad peccatum proclines sumus, ac proinde aliorum vicem facile dolemus: stete, inquam, vos, qui supra hominem, immò inhumani estis, ob idque aliorum lapsu non discruciamini. Dominum vnà celebremus qui pro sua misericordia paenitentiam nobis concessit: atque Esaiam audientes dicentem, Vae qui dicitis, Procul à me recede, ne accedas ad me, quoniam purus sum: nolite vos qui puri estis, congressum nostrum ut impurorum hominum fugere, quin potius nobiscum stantes vestre quoque puritatis nos participes facite. Quod si vos non flectimus, pro vobis utpote incurabili morbo correptis lachrymas effundemus. Igne enim sempiterno baptizabimini, qui terrenam & crassam materiam tanquam fenum comedit, ut Esaiæ verbis utar, hoc est, crassis & obscænis corporis voluptatibus seruietes exurit, atque homines peccato leues & aridos ita excruciat, ut tamen non absumat. Quemadmodum enim in hac vita Christus homines sanctitate dignos in Spiritu baptizat: ita indignos ad ignem transmittit, alienos videlicet à bono, spiritui malo tradens. Porro per ignis baptismum examen censuramque extremi iudicij intelligit, iuxta id quod ait Apostolus, Vniuscuiusque opus, quale est, ignis probabit. Et rursus, Dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur. Nos autè Esaiæ consilio pareamus, ad hunc modum loquenti, Lauamini, mundi estote, & si fuerint peccata vestra ut vermiculus, instar niuis ea dealbabo: si autem ut coccinum, instar lanæ candida reddam. Virum autem sanguinum David eum vocat, qui vitio omni & scelere cooperatus est. Perfectum enim viri nomine appellauit: quemadmodum & Paulus, Quousque perueniamus in virum perfectum. Iam verò hominis causam omnis doctrina data est, tam legalis, quam Euangelica, atque omne mysterium, & omnis Christi actio, & festum omne mysticas rationes habens. Purgemini igitur, ut, quod ait Paulus, sitis tanquam luminaria in mundo, verbum vitae sustinentes. Nam lumen huiusmodi quandam vim habet, ut eos, qui in tenebris velut emortui sunt, ad vitam excitet. Ita fiet, ut in altero saeculo Trinitatis fulgore plenius collustremini, cuius vnum atque eundem splendorem à tribus vnus deitatis Personis emicantem nunc suscepistis, in ipso Christo domino nostro, cui gloria & imperium in saecula saeculorum. Amen.

Cap. 65.

Cap. 5.

1. Cor. 3.

Esai. 1.

psal. 5.

Philip. 2.

GREGORII NAZIANZENI IN SANCTVM BAPTISMA, Oratio Panegyrica.

ARGVMENTVM.

Hæc oratio acri & vehementi disputatione baptismum nequaquam differendum ac prorogandum esse demonstrat. Ac cum precedenti quidem oratione coheret, verum temporis breuitate & angustia factum est, ut ab ea distinguatur.



Hesterno die præclarum luminum diem festo profecuti (salutis etenim nostræ festum lætis animis celebrare conueniebat, ac multò quidem magis quam carnis amici dies eos quotannis celebrant, quibus vel nati vel matrimonio iuncti sunt, vel nomen acceperunt, vel certè inter iuuenes censerì cœperunt, vel locum aliquem primùm incoluerunt, vel quacunque tandem alia de causa mortales in lætitiã effundi solent) hodie de baptismo, ac beneficio hinc ad nos permanente breuiter disseremus: tametsi hesternã luce nos oratio præterfluxit, tum quia tempus vigeret, tum ne fastidium satietatè que sermonis prolixitas pareret. sermonis quippe satietas non minus auribus inimica est, quam immodicus cibus corpori. Operæ autem precium fuerit vos ad ea quæ dicturi sumus, animum attentum afferre, atque orationem de tantis rebus institutam non perfunctoriè & oscitantè sed promptè & alacriter amplecti. Quandoquidem splendoris quoque pars est, vim huiusce mysterij perspectam habere.

Festa carnis mundi que amicorum.

Oratio prolixa auribus molesta.

NIC. Hesterno die, inquit, Luminum festum celebravimus. Conueniebat enim ob salutem nostram gaudio efferrì, eamque celebrare. Id quod multò æquius erat, quam quod mortales carnis amore correpti facere solent, qui & ἡμέτερα celebrant, id est, diè quo in lucè editi sunt, & γαμήλια, hoc est, eù diè quo matrimonij cōtraxerunt, & ἰνομαστεια, quando nomen ipsis impositum est, & κοροδοα, quando decursa atque exacta adoloscetia in iuueni ordinè adscripti sunt, aut quãdo primùm ipsi cæsaries in superfluo excrescès atròsa est, et γαμίσια vel habitationis encenia, quando primùm terram quandã aut domum incoluerunt. Hæc porro omnia ἐνια celebrantur, id est, quotannis. Nonnulli autem ἐνια, consularis, aut militaris præfectura, aut alijs

eniusdam huiusmodi magistratus preludia atque tirocinia interpretantur, aut etiam diei illius, quo quispiam maximum periculum effugit. Hodie de baptismo differemus etiam si heri nos oratio de eo instituta preterfluxit, tum quia tempus urgeret (Et estis enim diebus maximam temporis partem in Psalmorum cantillatione consumimus) tum ne fastidium satietatemque sermonis prolixitas pareret. semper enim suspectam habeo satietatem velut molestam ac tædij plenam, rebusque omnibus præclaris aduersantem, atque ea quæ dicta sunt, infrugifera reddentem. Nam cum ea sit animi imbecillitas, ut omnia simul complecti atque arripere nequeat, idem omnino illi accidit quod ventri, qui propter immodicam satietatem transmissos cibos concoquere non potest. Oportebit autem ea quæ à nobis dicentur, attento animo audire: quandoquidem hoc quoque splendoris pars est, nimirum baptismi vim et facultatem probè cognitam et explicatam habere.

Natiuitatis genus triplex honorauit Christus.

Creatio secunda.

Psal. 138.

Hebr. 13. Psal. 50.

1. Cor. 15.

Genes. 1.

Ioan. 20.

Triplex natiuitatis genus orthodoxa fides agnoscit, primū corporum, alterum baptismi, tertium resurrectionis. Horum primum nocturnum & feruum est, libidinique obnoxium: alterum diurnum & liberum, profligandarumque animi perturbationū vim habes, omne illud à natiuitate contractum velamen rescindens, & ad supernam vitam nos reuocans: postremum formidabilius ac breuius, creaturas omnes temporis momento in vnum cogens, ut Creatori sistantur, suęque feruitutis & vitæ actæ rationem reddat, siue carnis solum imperium secutæ fuerint, siue sese vnà cum Spiritu in altum euexerint, creationisque secundæ gratiam reuerenter coluerint. Atque has omnes natiuitates à Christo meo affectas honore fuisse constat, illam per primam illam & vitalem insufflationem, secundam per incarnationem & baptismum, quo ipse tinctus est, tertiam denique per resurrectionem, quam ipse primus auspicatus est, nimirum ut primogenitus inter multos fratres extitit, ita primogenitus quoque ex mortuis fieri non grauat.

NICET. Tres, inquit, natiuitates recta atque Ecclesiastica doctrina profitetur: primam corpoream, quam alij ex alijs nascimur: secundam baptismi: tertiam resurrectionis. Ac corporea quidem nocturna est (proprie enim congressus venerei tempus nox est propter honestatem et verecundiam) atque etiam serua, quippe quam libidinis affectus auspicatur, ex voluptatis enim amore matrimonium contrahi solet. Baptismi autem natiuitas diurna à Dauide dicitur. Die enim, inquit, formabuntur, siue quia diurno tempore ut plurimum baptismus celebratur, siue propter excellentem baptismi splendorem et puritatem. Ea porro non modo à libidine pura ac libera est: sed vitiosos quoque affectus omnino delet atque extinguit: et quemadmodum Circuncisio superfluum membrique genitalis partem abscondebat: ad eundem quoque modum circuncisio ea, quam baptismus affert, non omnem voluptatem, sed superfluum tantum minimeque necessariam truncat. Circuncidit enim omne illud à natiuitate contractum velamen, hoc est, perturbatos animi motus ac caliginem ab eis offensam, animæ oculum nubis instar obducentem. Nam peccatum à primis parentibus per mandati diuini violationem admissum veneream coniunctionem aduexit, atque ea rursus ad ipsorum posteros non nihil sordis et inquinamenti secum traxit. Quamquam enim matrimonium Dei benedictione honorabile factum est propter liberorum procreationem, naturā tamen à peccato fluxit. In peccatis enim, inquit, concepit me mater mea. figuram porro baptismi circuncisio gerit. Quemadmodum enim illa quæ generis Abrahamici signum erat, non partem corporis vtilem, verum excrementum inutile amputabat: eodem modo sacrosanctus baptismus, qui Christianorum signaculum est, crassum et carnalem improbarum cogitationum affectum et peccatum excindit. Non dubium est autem, quin peccatum sit concupiscentiæ excrementum, ac non commoda quaedam et vtilis cupiditas. Nec enim fieri potest, ut quisquam nulla omnino cupiditate tangatur, aut ab omni voluptatis sensu sit immunis. Ceterum inuilem cupiditatem ac voluptatem, id est, peccatum resecat baptismus, ac nos ab infidelibus secernit, atque ad supernam vitam et angelicam conuersationem, à qua genus nostrum excidit, nos reuocat. Tertia verò natiuitas nimirum resurrectionis, formidabilis est propter tremendum ac terroris plenum iudicium, atque etiam breuis. fiet enim in momento, in ictu oculi, quemadmodum inquit Apostolus, et ut est apud Ecclesiasticum, omnem creaturam adducet Deus ad iudicium, atque omnes sistemur ad tribunal Christi, verumque in hac vita gestarum rationem reddemus, siue carnis cupiditates secuti fuerimus, siue anima nostra carnis cupiditatibus superior extiterit, eamque humi vergentem, ac se vnà deprimere adnitem simul in altum traxerit, baptismique beneficium nequaquam aspernata fuerit, verum summo honore ac reuerentia coluerit. Has tres natiuitates in seipso Christus honore affectit, corpoream videlicet per primam illam et vitalem animæque effectricem inspirationem, quæ semel in Adamum immisisset (insufflauit enim in faciem eius spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viuentem) in omnes quoque ab eo progenitos efficax est. Ac prima quidem hæc inspiratio dicitur ratione posterioris, qua Christus in Apostolos insufflauit ac dixit, Accipite Spiritum sanctum. Vitalis autem, quia vitam inspirauit. Factus est enim, inquit, homo in animam viuentem, id est, agentem ac vim suam exercentem. Nam inspiratio illa, quæ à Apostolis contigit, non vitam, sed diuinam gratiam ipsis attulit. At verò Christus baptismi natiuitatem incarnatione sua ac baptismo decorauit. Ceterum incarnationem non cum corporea natiuitate, sed cum baptismo idcirco coniunximus, quoniam dominus prius quam carnem assumeret, corpoream illam cohonestauit, quo tempore intelligentem animam inspirauit, hoc est, cum hominem ad imaginem Dei condidit. Postea autem incarnatus ac secundum carnem baptismo tinctus (neque enim aliter quam cum carne baptizari licuisset)

A

B

C

D

E

Baptismum

Baptismum quoque, honore et gloria cumulauit. Illud enim uero sciendum, quod in corporea quoque generatione, quæ re vera vna est, animo et cogitatione diuidentes in inspirationem et creationem: quandoquidem duplex est, quantum ad generationem, humane nature ratio, altera scilicet animæ, altera corporis. Anima etenim ineffabili modo ex inspiratione diuina producit: corpus autem ex subiacente materia creatur. Iam verò Christus tertiam natiuitatem ornauit atque illustrauit, cum ipse primus à morte ad vitam excitatus est non iam amplius moriturus. Atque ea de causa primogenitum ipsum inter multos fratres, et primogenitum ex mortuis Paulus nominauit: illud, quia regenerationem eam et adoptionem, quæ baptismo comparatur, auspicatus est (primus enim per aquam et Spiritum sanctum baptizatus est, eoque nomine primogenitus factus est inter multos fratres suos, qui videlicet per baptismum à Deo adoptati sunt, ab eoque potestatem acceperunt, ut filij Dei fiant) hoc, quia primitiæ dormientium factus est, ac primus ex ventre inferi rediit ad immortalitatem et sempiternam vitam per resurrectionem erupit, mortalibusque omnibus viam ad eam munuit.

Rom. 6. Col. 1.

Ioan. 1. 1. Cor. 15.

Vnde dicitur sit luminis dies. Baptismi epitheta.

A

B

C

D

E

Ac de duabus quidem natiuitatibus, hoc est, de prima et vltima non est nunc disputandi locus: verum de media atque hoc tempore nobis necessaria, à qua Luminum dies nomen accepit, tractabimus. Baptismus igitur splendor est animarum, vitæ in melius mutatio, conscientiæ ad Deum interrogatio. Baptismus infirmitatis nostræ adiumentum. Baptismus carnis est abiectio, Spiritus affectatio, Verbi participatio, figmenti instauratio, peccati diluuium, lucis communicatio, tenebrarum depulsio. Baptismus vehiculum ad Deum, peregrinatio cum Christo, fidei adminiculum, mentis perfectio, cælestis regni clavis, vitæ commutatio, seruitutis abrogatio, vinculum solutio, compositionis et coagmentationis nostræ in meliorem statum conuersio. Quid plura commemorare attinet? Baptismus omnium Dei beneficiorum præclarissimum est, et præstâtissimum. Ut enim quædam, Sancta sanctorum vocantur, et Cantica canticorum, quod scilicet latius pateant ac plura complectantur, præcipuamque dignitatem habeant: eodem modo baptismus quoque illuminatio dicitur, quod omnes alias illuminationes sanctitate præcedat.

NICET. Cum triplex sit, inquit, natiuitatis genus, primū corporeum, alterum baptismi, tertium resurrectionis (primū enim nascimur, deinde baptizamur, postremò resurgimus) nunc de media, hoc est, baptismi natiuitate differendum est: quæ quidem cum illuminatio idcirco vocetur, quod animam illustret, meritò quoque ipsius dies cognomen ab ea traxit, ac proinde Lumina appellatur. Baptismus igitur, ut pluribus eum descriptionibus exornem, splendor est animorum, vitæ in melius mutatio, nimirum petulantis et dissolute vitæ ad grauem, Christi iugo subiectam, infirmitatis nostræ adiumentum. quoniam enim nequaquam ferreos et indomitos, sed mutabiles atque in vtramque partem flexiles nos Deus creauit, ideo multa quoque nobis auxilia præbuit, in quorū numero baptismus quoque est, qui quidem, ut vetri verbi vtar, non sordium carnis depositio est, sed conscientia bona et interrogatio ad Deum. Interrogati enim in baptismo, quo modo sese habeat conscientia nostra erga Deum, et quam in eum fidem habeamus, respondemus nos ipsius partibus adiungi, atque, ut vno verbo dicam, fidei symbola profiteremur. Iuxta Theologum autem carnis abiectio est baptismus, hoc est, carnalis affectus et voluntatis, aut etiam ipsius carnis contemptio (Carnis enim, inquit ille, curam ne feceritis in concupiscentiis vestris) aut animi quantum ad turbulentos motus in cruce suffixio. Nam qui carnem contemnit, is vtrique animam comitatur, nimirum auctoritatem atque imperium in illam huic tribuens. Baptismus, Verbi participatio, vel quia Verbum et Christum per eum sequimur, vel quia doctrina et scientiæ participes efficiamur. Cordatiore enim et prudentiore ex eo reddimur, diuine doctrine et gratiæ participes facti. Figmenti instauratio. Recreatio enim et renouatio est hominis à peccato confracti, atque ad veteris imaginis dignitatem reformatio. Et quemadmodum tenebræ lucis accessu depelluntur, et caligo candore superfluo de medio tollitur: ita et per spiritualis lucis animæ oculum illustrantis perceptionem tenebræ eum obscurantes discutiuntur, ac vetus homo iustitiæ operibus exornatus ad ætatis florem redit. Baptismus vehiculum ad Deum. Per eum enim velut per scalam ad Deum euelimur. Per eum in super cum Christo peregrinamur: vnà enim cum eo per baptismum morimur atque inhumamur. Hic fidei adminiculum ac subsidium est. Duo quippe salutis modi sunt inter se ita connexi, ut nulla ratione separari queant. Fides enim per baptismum perficitur, numerisque suis omnibus absoluitur. Baptismus autem fidei fundamentum nititur, ac præcedit quidem confessio ad salutem nos introducens: subsequitur autem baptismus, fidei assensum nobis obsequans. Nam cum baptizamur, certo et luculento argumento nos fide præditos esse confirmamus. Hic mentis perfectio. Mens enim peccato progressum ipsius impediens rudit atque imperfecta manebat: nunc autem naturali progressu et incremento recepto perfectionem suam assequitur ac deiformis efficitur. Hic clavis regni cælestis, illud videlicet ius, qui baptismi aquis tinguntur, aperies. Hic vitæ commutatio corporeæ scilicet et flagitiosæ ad spiritalem et diuinam. Hic seruitutis abrogatio, ac pro seruilis deiectione, plena et soluta libertas. Per eum enim filiorum adoptionem recipimus: ac proinde clamat Paulus, igitur non iam es seruus, sed filius: quod si filius, et heres Dei. Hic vinculum solutio, hoc est, affectuum animi et peccati. Hic compositionis et coagmentationis nostræ in meliorem statum conuersio, et totius massæ et tæperamenti in melius ac perfectius immutata ratio, nimirum anima ad meliora properante, corpore autem subsequente, nec in diuersum nitente. Quippe homo anima et corpore cõstas per baptismum sanctificatur. Ac ne omnia

1. Pet. 3.

Rom. 13.

Galat. 4.

commemorem, quæ baptismi gratia pollicetur & porrigit, hoc omnium Dei beneficiorum præstâtissimum est. Ut enim intima diuini templi pars, Sancta sanctorum dicebatur velut vberioris sanctitatis particeps, & mysticus Solomonis libellus, Cantica canticorum appellatur, utpote ceteris præstantior atque insignior: eodem quoque modo baptismus propter eximiam ipsius dignitatem, illuminatio vocatur, non quod aliæ quoque spirituales gratiæ illuminandi vim non habeant, sed quia illis sanctitate præstat, ac solus omnes sordes abluat, mortalesque illustrat, ac Deo adoptat, Christoque coniungit.

Porro quemadmodum Christus huius muneris author multis ac diuersis nominibus appellatur, ita ipsum quoque munus varia nomina sortitur: siue id nobis ob miram quandam rei lætitiã accidat (fit enim ferè ut qui erga rem aliquam ardenti amore feruntur, nomina quoque ipsa libèter commemorent) siue quòd multiplex huius beneficii vtilitas multas quoque appellationes nobis pepererit. **A** Donum vocamus, gratiam, baptismum, vnctionem, illuminationem, immortalitatis indumentum, regenerationis lauacrum, sigillum, ac denique excellentissimo quoque nomine appellamus. Donum dicitur, quia iis qui nihil prius contulerunt, datur. Gratia, quia etiam pœnæ obnoxii. Baptismus, quia peccatum aqua obrutum sepelitur. Vnctio, quia sacrosanctus & regius. Huiusmodi enim ea erant, quæ vngebantur. Illuminatio, quia splendor & claritas. Indumentum, quia ignominie nostræ velamen est. Lauacrum, quia abluat. Sigillum, quia conseruatio est, ac dominij significatio. Huic gratulantur cœli: hunc angeli propter splendoris cognationem celebrant: hic futuræ beatitudinis imaginem gerit: hunc prædicare quidem & laudibus ornare gestimus, verum pro rei dignitate non possumus.

NICET. Quemadmodum Christus baptismi donator multis nominibus appellatur (vocat enim Filius, quoniam essentia idem cum Patre est: Vnigenitus, quia singulari modo genitus est, & non ut corpora: Verbum, propter generationem perpepsione omni vacantem: Sapientia, ut omnia cognita habens: Veritas, ut natura vnum, ac non multa: Lux, ut animarum splendor: Iustitia, ut pœnæ ac pœnæ pro cuiusque merito distributor: Sanctificatio, ut puritas: Redemptio, ut nos à peccato detentos in libertatem asserens: Resurrectio, ut nos emortuos ad vitam reuocans: Ovis, ut victima: Agnus, ut perfectus: Pontifex, ut conciliator & perductor: Ignis, ut leuëm materiam repurgans: Gladius, ut bonum à malo diuidens: Ventilabrum, ut aream purgans: Securis, ut improbitatis radices excidens) eodem modo & Christi donum, id est, baptismus variè ac multipliciter vocatur, quemadmodum & * scale pædagogus placet: siue ex miro quodam affectu, hoc est, ex profuso animi gaudio id nobis accidit, ut diuersa illi nomina imponamus: siue pro multiplicium baptismi beneficiorum ratione varia quoque ei nomina accommodata fuerint, vno quoque videlicet beneficio appositum & congruum nomen procreante. Primum enim eum donum vocamus, quia nobis nullo prius labore suscepto ac munere oblato gratis impertitur. Deinde baptismum, quia peccatum in aqua sepelitur. Tum vnctionem cum Ioanne, ut sacrum & regium. Sacerdotes enim & reges iuxta Moïsi legem vngebantur. Illuminationem verò, ut splendor, & quia per eum sanctam illam lucem intuemur, atque ad diuinum numen inspiciendum oculorum acie pollemus. Ad hæc immortalitatis & incorruptionis indumentum iuxta constitutiones Apostolicas, ut infamie & dedecoris integumentum: obiecta enim turpitudinis & infamie nos incorruptione & immortalitate conuescit, animam videlicet à peccati corruptela, ut olim puram & integram reddens. Lauacrum regenerationis, quia per eum, ut est apud Paulum, peccata proiciuntur & eluimus. Sigillum insuper, quoniam per eum consignati, cuiusnam domini simus cognoscimus, atque ab infidiis tuti conseruamur. Quod enim sigillo aliquo notatum est, furum aggressioni minimè patet. Porro nominum enumerationi signaculum postremum imposuimus, velut ea obsignantur atque obfirmantur. Huic gratulantur cœli. Liceat enim ad gaudij amplificationem, lætitiã quoque rebus inanitus tribuere. Aut, si manus, per cœlos synecdochicè cœlestes angelos intellige, qui propter hominum salutem per baptismum acceptam gaudio efferuntur. (Gaudium enim est in cœlo super vno peccatore pœnitentiã agente) ac baptismi illuminationem propter splendoris affinitatem celebrat. Etenim hic quoque præclarus est ac diuinus, & cœlestis beatitudinis imago, splendorisque iustorum ac vitæ rediuitiæ figura. Nam quæ euum illud secundum naturam habet, ea hi, qui salutifera aqua perfunduntur, anticipantes, animo & voluntate assequuntur.

* Ioannem Climacum intelligit, cœli beverini apud Græcos nominis virum, qui eximium quendam libellum scale titulo edidit.

Enimuero Deus lumen summum est & inaccessible, quod nec mente percipi nec verbis explicari potest, naturam omnem ratione præditam illustrans, hoc in intelligibilibus quod sol in sensibilibus, eò se magis contemplandum nobis præbens, quò accuratius animos purgauerimus, eò rursus magis amandũ quò magis contemplati fuerimus, eò denique magis cognoscendũ, quò maiore ipsius amore arferimus, sese ipse speculans & comprehendens, ac per exiguè ad externa diffundens. Lumẽ porro hoc dico, quod in Patre & Filio & Sp. sancto intelligitur: quorum

Cur baptismus dicatur Donum. Gratia. Vnctio. Illuminatio. Indumentum. Lauacrum. Sigillum.

Luc. 13.

Deus est summum lumen.

rum opulentiã naturæ identitas est, atque vna eademque splendoris traiectione. Secundum lumen est Angelus, primi illius luminis velut riuulus quidam aut participatio, eam rationem habens, ut per propensionem mentis ad Deum intentione ac defixione, obsequioque suo & ministerio splendorem consequatur: de quo facile statuere nequeo, vtrum pro classis suæ ordinisque ratione lumen ei impertiatur, an potius pro diuinæ collustrationis modo hæc vel illam sedem accipiat. Tertium lumẽ homo est, quod ne externis quidẽ & prophanis obscurum est. $\phi\omega\epsilon$, enim, id est, lumen, hominem vocat, propter rationis nobis inlita vim & facultatem. Quo etiam rursus nomine ij inter nos appellatur, qui diuina quadam virtute alios antecellunt, propiusque ad Deum accedunt. Aliud quoque lumen agnosco, nempe illud, quo primigenæ tenebræ depulse, aut certè intercise sunt, quod ante omnes eas creaturas, quæ aspectu sentiuntur, productum est, circularemque item illã fiderrum cõuersionem, & cœlestiũ ignium splendorem, vniuersum orbem illustrat.

NICET. Deus lumen est, summum quidem, ut principij expertus & primum, vel ut præcellens, omnibusque rebus superius. Inaccessibile autem, quia propter splendoris exuberantiã à nemine perferri potest. Neque enim quisquã est, qui ipsum intentis oculis cernere queat. Hoc lumen nulla oratione exprimi potest, multò autem minus animo intelligi. Neque enim humana mente Deus percipi potest, nec eius magnitudo cogitatione comprehendi. Quin etiam ille, si Platoni credimus, hoc est in intelligibilibus, quod sol in iis quæ sensum mouet. Vt enim hic oculis: ita ille mēti lucẽ affert. rursusque ut hic omnia quæ aspectu sentiuntur: ita ille omnia quæ animo & ratione intelliguntur pulchritudine antecellit. Scala porro atque ascensus ad hanc cognitionem huiusmodi esse queat. Purgatio enim ad imaginationem animique visionem subuehit, hoc est, actio ad contemplationem, imaginatio autem ad amorem erigit propter voluptatem diuinius emanantem. Amor denique ad intelligentiam, quæ imaginationem puritate & perspicuitate antecedit. Atque ut rem breui complectar, quãtũ quisque amat, tantũ quoque cernit atque intelligit: quãtũ rursus intelligit, tantũ etiam amat: atque ita egregius hic orbis voluitur. Mouetur autem Deus sui ipsius contemplatione, atque ipse à se cognitione comprehenditur: ad externa verò per illuminationem parçẽ diffunditur: nec tantũ parçẽ, sed etiã ad per paucos homines, eos nempe qui mentem ac rationem per purgarint. Ac Trinitatis proprium est, nature identitas & ineffabilis vnio, atque vna & eadem exilientis splendoris emissio, perinde ac si quis tres faces omni ex parte inter se æquales animo fingat: quod quidem in iis rebus, quæ in sensum cadũt, reperiri non potest) atque vnum & eandem fulgorem æquẽ & citra vllam diuisionem à tribus exidentem & emanantem. Primum igitur lumen Deus est, ut eximium atque omnium luminum principium. secundum autem Angeli, ut qui post Deum sint, tametsi aliis priores, prima lucida natura post primam, secunda lumina, primary luminis riuum & participationem appello, non secundum naturam, verum secundum splendorem atque illuminationem à Deo profluẽtem: riuum quidem, quia ex Deo lux ipsis infunditur, participationem autem, quia huiusmodi splendor ipsis impertitur. Ac vide quemadmodũ in Angelis quoque contemplatio & actio eluceat. Mentis enim ad Deum subuectio ac defixio contemplatio est, per quam ad Deum efferuntur: ministerium verò atque obsequium actio est, per quam diuinæ gloriæ celebrationi, aliisque muneribus & officiis subseruiunt. Quoniam autem in cœlestibus hierarchiis illuminationum diuersitates existunt, non ex proposito & voluntate, sed ex natura: atque alij diuinam lucem magis complecti ac retinere possunt, alij minus: adeò ut illi immediatè, quoad eius fieri potest, cum eo versentur: hi autem primorum opera collustrantur, ita nimirum ab aliis ad alios transmissa ac traiecta illuminatione, à primis vsque ad extremos. Addubito atque incertus sum quid dicam, an scilicet pro classis & stationis ordine illuminationem accipiant, an contra

C pro illuminationis modo ordinem suum habeant. Hoc certè dico, cœlestes ac beatas mentes propterea quòd Deo propinquæ sint, primæque primum lumen hauriant, ac vberissimum illinc splendorem accipiant, vberius quoque fortasse & copiosius illustrari: aliisque alio modo pro cuiusque natura atque ordine illuminari. Tertium lumen homo est, qui etiam apud prophanos auctores $\phi\omega\epsilon$ dicitur ob eam fortasse causam, quia ratione præditi sumus. Nam quod oculus est in corpore, hoc mens & ratio est in anima, utpote eam lumine perfundens. $\lambda\omicron\gamma$ enim mentem vocat, vel etiam per $\lambda\omicron\gamma$ sermonem intelligit. Nam hic quoque abditas atque abstrusas animoque inclusas cogitationes in lucẽ profert. Iam inter homines quoque ij qui per virtutem ad Deum propius accedunt, lumen dicuntur, ut deiformes ac Dei similitudinem affecti, velut discipuli, ad quos dictũ est, Vos estis lux mundi. Ceterum Deus propriè lux est: Angeli autem atque homines impropriè, quippe qui secundum supernam illustrationem gratiæque perceptionem hoc efficiuntur. Atque hæc quidem lumina mentem & rationem habent. Est autem & aliud lumen alterius nature, nimirum ratione atque anima carens, per quod & primigenæ tenebræ depulse sunt, hoc est, ad tempus fugatæ, & ut dilucidius loquar, intercise. Luce enim substantialiter creata atque in rerũ naturã producta, ad tempus interfecta caligo est. Tenebræ enim cœlo & terræ per obiectionem velut subsistentes, recedente rursus lumine subeunt, ac deinceps medium tempus intercipientem die redeunt, ac per lucem semper interfecantur, vicissimque cedunt. Quãquam autem & lux & tenebræ primigenæ dicantur, tamen id discriminis est, quòd lux ut substantialiter creata ita vocatur: tenebræ autem ut aduentitiæ, & in substantia existentes.

Angelus secundum lumen est.

Homo est tertium lumen.

Matth. 5.

Caligo enim accidens est, nec quicquam aliud quam luminis priuatio. Lumen autem hoc loco dico, id quod non ante res omnes in sensum cadentes productum est, verum ante creaturas per ipsum conspicuas & aspe-

Mandatū Adamo datum lumen erat.

Lex Moisaicalumen erat.

4. Reg. 2.

Prou 6. Psal. 118. Cap. 2.

Exod. 10.

Cap. 3.

Psal. 103.

Exod. 13. Psal. 77. Cap. 2. Luc. 2.

Matth. 2.

Iam lumen quoque erat primigenum illud mandatum, quod primigeno homini datum est (quandoquidem legis mandatum lucerna & lumen est: & rursus, Lumen præcepta tua in terra) tamen caliginosus ille spiritus inuidiæque plenus furtim irreperit, vitiumque creauerit. Lumen etiam adumbratile, atque ad modulum eorum, qui excipiebant, admisum, Lex scripta erat, veritatem obscurius designans, magnique illius luminis mysterium: quippe & Moisis vultus eo perfusus inclarescit. Atque ut pluribus luminibus orationem ornemus, lumen igne conflatum id erat, quod Moisis oculos in monte perstrinxit, tum videlicet cum flagrantem rubum ignis perurere, atque absumere non poterat, ut videlicet & naturam indicaret, & diuinam potentiam declararet. Lumen præterea id erat, quod in ignis columna Israël præibat, ac deserti asperitatem emolliebat, & mitigabat. Lumen itidem, quod Heliam in igneo curru rapuit, nec raptum exussit. Lumen insuper, quod tum pastores circumfulsit, cum lumen temporis expers temporali miscebatur. Lumen quoque, egregium illud & præclarum sidus in Bethleem præcurrens, ut & Magis viam commonstraret, & apud lumen è loco superiori ad nos demissum nobisque coniunctum, satellitis officio fungeretur. Ad hæc lumen erat diuinitas illa discipulis in monte velut per transfennam ostensa, & quidem ita firma, ut vix eam oculorum acies ferre posset. Lumen item visio illa, quæ Paulum fulgore opleuit, ac per oculorum plagam tenebris animæ medicinam attulit. Lumen etiam alterius vitæ splendor, his utique, qui animos suos à peccati fordibus in hac vita perpurgarent: quo tempore nimirum iusti solis instar fulgebunt, ac Deus in medio deorum & regum stabit, beatitudinis illius gradus & dignitates distinguens ac diuidens. Lumen postremò præter hæc omnia proprio & peculiari modo est baptismi splendor, de quo præsens disputatio nobis instituta est, quo magnum atque admirandum salutis nostræ mysteriū continetur.

NICET. Lumen quoque erat primum illud præceptum quod primo homini datum est, utpote splendorem quandam ad rerum diuinationem impertiens, iuxta id quod à Solomone dictum est, Lucerna & lumen mandatum legis est: & iuxta illud Davidis, Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis: atque etiam iuxta id quod est apud Esaiam, Præcepta Dei lumen sumi in terra. Lumen igitur erat mandatum Dei. Verum furtim irrepens atque ingrediens inuida caligo (hoc est diabolus) vitium fabricata est. Neque enim malum substantia vlla est, sed boni priuatio: quemadmodum & tenebræ luminis recessus. Non enim alia est mali substantia, quam virtutis abscessus. Lumen itidem erat Lex scripta, & lumen typicum seu figuratiuum, utpote Euangelij veritatem adumbrans, eamque velut per transfennam ostendens, ac præterea per agnum aliâque sacrificia, Christi, qui lumen magnum est, ac lumine omni sublimius, mysterium designans. Quod autem lumen quoque lex fuerit, hinc perspicue colligere licet. Nam cum Moyses eam à Deo dictatam intentis oculis respexisset, Christi que mysteria cognouisset, maiorem animo & mente splendorem concepit. ac pro huiusmodi splendoris signo & argumento faciei gloriæ habebat, interna videlicet claritate ad eam quoque transfusa, quemadmodum & in Exodi libro memoriæ proditum est. Vbi hoc etiam habetur, quod Moyses ignem cernebat rubum adurentem, nec tamen adurendo consumentem, ut scilicet ex eo quod adurebat, ignis natura declararetur: ex eo autem quod non absumebat, vis illius & potentia ostenderetur, qui vim ignis frenabat & comprimebat. Hac igitur ratione Angelus quoque lumen est, utpote ignis. Qui facit, inquit, angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. proprium enim ignis lumen est. Quin lumen etiam erat, id quod in columna ignis in deserto Iudæis iter præmonstrabat: de quo & David verba faciens ait, Deduxisti eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Iam vero quarto Regum libro habetur, quod igneus currus Heliam in cælum arripuit, nimirum significans iusti huius viri excellentem virtutem, atque humana conditione sublimiorem. Insuper apud Lucam scriptum est, quod lux pastores circumfulserit, quando lumen temporis expers, id est, Dei filius temporalilumini, hoc est humanitati coniuinctus est. Et cum simplex homo lumen nominetur, nedum excimia ac diuina virtute præditus: multo certè magis lumen ille dici debet, qui Deo vnitus est, atque ipsa vnione Deus effectus. Ad hæc Matthæus in Euangelio docet diuinam vim ac potentiam in stellæ figura Magos in Bethleem duxisse, ac satellitis more stipasse, hoc est, seruili modo subseruisse, & Christum honorasse, quem ego lumen nobis sublimius voco, etiamsi nobiscum fuerit. Quin lumen etiam

etiam erat ille diuinitatis fulgor in monte Thabor obiter patefactus, quem nec discipuli firmis oculis obtueri poterant, ut pote tantam vim habentem, ut nec perferri, nec audiri, nec aspectu percipi posset. Lumen item id erat, quod Paulum in via lumine circumfulsit, quemadmodum in Actuum libro commemoratur, cuius excubantem splendorem carnales oculi non ferentes ita excæcati sunt, ut interim animæ tenebræ fugatæ ac discussæ fuerint. Per hoc lumen cognitio omnis ac scientia detegitur, ac Deus verè animis nostris innotescit. Lumen præterea futurorum splendor. Fulgebunt enim sicut sol, quemadmodum Scriptura pollicetur, qui in hac vita animam à vitiorum labe purgant, ac deiformes appellari fuerint, de quibus David ad hunc modum loquitur, Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat, hoc est cælestis regni mansiones gradusque dignitatum pro virtutis ratione ac proportionem ipsis distribuit. Postremò præter hæc omnia peculiari ac diuerso modo Baptismi illuminatione lumen appellatur. De quo nobis instituta est oratio, & à quo salutis nostræ mysterium continetur.

Luc. 9. Cap. 9. Matt. 13. Psal. 81.

Quoniam enim omni peccati labe carere, Dei est, primæ & simplicis naturæ (simplicitas enim pacata est, atque ab omni dissidio remota) audacter etiam adam, & angelicæ, quæ aut prorsus extra peccandi aleam est, aut ad id certè ob eam propinquitatem, quam ad Deum habet, proximè accedit: peccato autem labi humanæ est ac terrenæ compositionis (compositio si quidem dissidij origo est) idcirco Dominus minimè auxiliij expertem creaturam suam sibi relinquendam atque contemnendam putauit, eò discriminis adductam, ut periculum esset ne ab eo distraheretur. Quin potius quemadmodum nos primum creauit, ita creatos instaurauit ac refinxit, & quidem figmento diuini, primūque figmentum multis partibus superanti (quod ut vitæ cursum ineuntibus est signaculum, ita iis qui adultiori ætate sunt, gratia etiam est collapsæque imaginis erectio) ne alio qui desperatione sceleriores efficeremur, atque in grauiora quotidie flagitia prorumpentes, penitus tandem à summo bono atque à virtute propter animi desolationem excideremus, atque in profundum malorū, ut scripturæ verbis vtar, gurgitem prolapsi, contemnamus: quin potius, ut qui longum iter emetiuntur, in diuersoriis interquiescunt, fessaque labore membra recreant, ita nos, quod superest viæ, recentes & impigri conficiamus. Atque hæc Baptismi gratia & facultas est, non orbem terrarum, ut olim aquis obruens, sed vniuscuiusque hominis peccatum purgans, easque obstructions vel maculas, quæ vitio contrahuntur, prorsus abstergens.

Peccato carere Dei est atque angeli. Peccare hominis est.

Instauratio hominis præstantior creatione.

Baptismus singulorum peccata purgat.

NICETAS. Nihil omnino peccare, Dei solius est, ut pote immutabilis propriæque simplicis & incorporei. Vera enim & propria simplicitas dissidium atque contentionem non admittit. Angeli autem haudquaquam omnino immutabiles sunt, verum & boni & mali capaces, ut qui propriè simplices non sint, verum si nobiscum conferantur, ad statum ab omni peccato immunem proximè accedunt, velut Deo ita propinqui, ut ether ad solem. At nos leui motu ad vitium impellimur, ut pote compositi. Compositio enim dissidij causa est: quandoquidem, ut testatur apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: atque hæc inter se aduersantur. Vincite itaque carne, peccatum admittitur. Quoniam igitur Deus nos inter magnitudinem & humilitatem medios constituit, ac mutabiles creauit: idcirco quoque ad vitium animi destinatione ruentes nequaquam despexit, nec auxiliij expertes reliquit, atque in eo rerum discrimine constitutos, ut periculum esset, ne à Deo prorsus disiungeremur. Verum quemadmodum nos, cum prius non essemus, in rerum naturam produxit: sic post creationem dilapsos in antiquum statum per optimam ac præstantissimam Baptismi effictionem creationemque restituit, quæ quidem ut infantibus ac corporea ætatis cursum ineuntibus signaculum est, eos perficiens atque absoluens, dominiūque significans: ita iis qui ætate longius prouehuntur, non modo signaculum est, sed etiam gratia præteritas noxas ipsis remittens, atque imaginem à peccato labefactam instaurans. Nam si peccatorum gratiam per Baptismum non consequeremur, haud dubie per peccatum in desperationem prolaberemur, ac per desperationem à virtute omnino excideremus, nobisque id accideret, quod à Solomone dicitur, Impius cum in malorum profundum venerit, contemnit. Nunc autem quemadmodum viatores in diuersorio quodam ab itineris labore recreati propositam viam alacriori animo emetiuntur: ita nos quoque viam vitæ promptioribus animis conficimus. Atque hanc vim affert Baptismus. Ac diluuium quidem illud, quod tempore Noë contigit, orbem vniuersum interneccione deleuit: Baptismus autem peccata, quibus obruti atque inquinati eramus, detergit ac purgat.

Gal. 5.

Prou. 18.

Quoniam porrò duabus partibus, hoc est animo & corpore constamus, quarum altera in aspectum cadit, altera oculorum sensum fugit: duabus quoque rebus constat Baptismus, aqua scilicet ac spiritu, illa visibiliter & corporaliter accepta, hoc verò incorporeo & inuisibili modo concurrente: illa figurali, hoc vero & penitissimos animi sinus purgante. Qui primæ natiuitati opem & adiuuamentum

Cur duabus rebus constet baptismus.

ferens ex veteribus novos, ex humanis diuinos efficit, absque igne nos rursus cōflans, & absque confractioe rursus effingens. Nam vt compendio dicam, nihil aliud esse vim & facultatem Baptismi existimare debemus, quàm secundæ vitæ puriorisque & præstantioris instituti pactum cum Deo initum. Ac proinde vel maximo in metu omnes esse debemus, atque animas nostras accuratissima custodia seruare, ne falsam confessionem edidisse comperiamur. Nam cum ad mutua hominum pacta obfirmanda Deus medius adhiberi soleat, quantò tandem periculosius est magisque extimescendum, ne fœdera cum Deo ipso contracta perfregisse reperiamur, ac præter alia peccata ipsius quoque mendacij apud Veritatis tribunal rei peragamur? Idque cum nulla iam posthac altera regeneratio A reliqua erit, nec instauratio, nec in veterè statum restitutio, quamlibet eam obnixis precibus multorum luctu ac gemitu lachrymisq; requiramus: quibus licet cicatrix agrè tandem obducatur, vt quidem ipse statuo (obducitur quippe, idq; indubia fide tenemus, ac præclare mecum agi putarem si ipse quoque vulnerum notæ delerentur: quandoquidem & ipse misericordia opus habeo) præstat tamen secunda purgatione minimè indigere, verùm in prima consistere, quæ omnibus communis est, & labore vacua, cunctisque ex æquo patet, tam seruis quàm heris, tam egentibus quàm copiosis, tam abiectis quàm sublimibus, tam genere claris quàm sordidis & obscuris, tam ære alieno obstrictis, quàm iis qui nihil æris alieni conlarunt, non secus atque æris haustus, & lucis profusio, & temporum B vicissitudines, & rerum creaturarum aspectus, magni inquam illius omnibusque communis oblectamenti, ac denique fides æqua portione concessa.

NICETAS. Quandoquidem compositus ac non simplex homo est, idcirco duplici atque coniuncto cognata & similia medicamenta ad ipsius curationem attributa sunt, corpori nimirum aspectabili aqua sensibilis, animo autem inuisibili spiritus oculorum obtutum fugiens, qui per fidem vocatus ineffabili modo accedit. Et quidem aqua purgationis figuram gerit. Purgatio enim, quæ per aquam fit, eam quæ per spiritum comparatur, designat. Vt enim corpus ab aqua sic anima à spiritu lustratur: atque ita res in oculos cadens rei inuisibilis signum est. At spiritus veram purgationem continet, nec superficie tenus corpora purgat, verùm animam & penetralia ipsa expiat. Qui etiam primæ nostræ natiuitatis auxilium est, vt pote omne illud velamentum, quod à natiuitate contraximus, abscindens, atque ex veteribus novos homines faciens, vetustatè videlicet atque imbecillitatem & infirmitatem à peccato inuectam, per quam demoni imperio caput submittebamus, abiicit: atque eos, qui ante Baptismum acceptum deformes erant & squalidi ac rugosi deformes reddens, prisca videlicet imagine recepta. Ac fabri quidem ararij & qui ex argilla vasa fingunt, cum aliquid vetustate obsoletum renouare cupiunt, primum illud confingunt, ac deinde iterum conflant. Baptismus autem nos denuo conflant, non igni sensibili, sed spiritus flamma spurcitiem omnem excutiète atque abolente. Renouat etiam ac reficit, non formam eam, quam renouandam suscipit, comminuens, verùm eam quæ abstracta & abscondita est. Quin potius, vt magis propriè dicam, renouamur absque constatione, recreamur absque comminatione, curamur absque vilo doloris sensu. Iam verò is, qui baptizatur, secundæ vitæ meliorisque viuendi rationis & instituti pactum cum Deo init, priori & flagitiosæ vitæ nuncium remittens, eique moriens. Quocirca iuxta Solomonis consilium timore corripiamur, atque omni custodia cor nostrum seruemus, ne cum propria syngrapha, quam in fidei nostræ confessione protulimus, pugnantes reperiamur. Etenim si pacta cum hominibus inita Deus interiectus confirmat, quantum tandem periculum ei impendere putandum est, qui conuentionem cum ipso factam perfregit, salutisque fœdera nefariè violauerit, ac præter alia scelera ipsius quoque mendacij apud Deum reus peragatur, quia fidem ipsi datam fecerit? idque cum iam nullus alius Baptismus supersit. Impossibile est enim, inquit Paulus, eos qui semel sunt illuminati, rursus renouare ad pœnitentiam. Vnus porro Baptismus est, quãdoquidem vna est mors pro mundo suscepta: atque vna à mortuis resurrectio, quam Baptismus designat. Proinde Christus Baptismi nobis fœdus sanxit, mortis ac vitæ figuram habens, aqua nimirum mortis imaginem exprimente (horum enim qui baptizantur, corpora in aqua veluti sepeliuntur) spiritu autem vitæ arrabonem afferente. Quamobrem nulla altera superest regeneratio, neque in veterem statum restitutio, hoc est in purgationem illam, quam regenerationis lauacrum attulit. Quamquam enim lachrymarum quoque baptismus est: haudquaquam tamen ita purgat, vt primus Baptismus. Vt enim varia sunt superni splendoris genera, sic & purgationum. Nam iuxta meâ legem ac sententiã Nouatianorum dogmati oppositam, agrè tandem per pœnitentiam cicatrix obducitur, quemadmodum Deus per Hieremiam loquitur. Ecce ego inducam ipsi cicatricis obductionem & medelam, & curabo eos. E Atque ipse quidem cicatrices quoque ipsas aboleri, ac ne vulnerum quidem vestigium relinqui cuperem, quandoquidem & ipse misericordia opus habeo. Verùm magnum Athanasium asserentem audio, eum, qui ad meliorem frugem se receperit, quamquam finem peccandi faciat, iniustas tamen vulneris cicatrices habere: eum autem qui baptizatur, veterem hominem exuere ac renouari, supernè videlicet per Spir. sancti gratiam pro-

Vis baptis-
mi que sit.
Periculo-
sum est frã-
gere fidem
Deo datam
in baptis-
mo.
Pœnitentiã.

Secunda
purgatio.

Proh. 4.

Heb. 6.

4p. 30.

tiam progenitum. Caterùm vt cicatrices quoque ipsas deleri concedamus, satius vtique fuerit, difficili illa & arduosa purgatione, quæ in pœnitentia consistit, nequaquam opus habere, verùm in prima consistere, quæ quidem laboris ac molestiæ expers est, atque honore pares eos, qui ad Baptismum accedunt, efficit, vt pote quæ ex æquo accipitur, atque omnes sine vilo discrimine lustrat. Quemadmodum enim communis est omnibus aeris spiratio, ac lucis profusio & splendor, & quatuor partium anni vicissitudines, & rerû creaturarum aspectus fideique æqua portio: eodem modo Baptismi quoque communis est gratia.

Graue est lenioris medicamenti loco difficiliorem acerbiorèmq; curatio- nem adhibere, ac proiecta miserationis gratia suppliciis seipsum obnoxium red- dere, atque admissa peccata correctione vitæ compensare. Quantam enim la- chrymarum vim impendemus, vt ea cum Baptismi fonte exæquari possit? Quis autem nobis spondere ac certò polliceri queat, fore, vt mors curationem expe- ctet, ac non potius adhuc ære alieno pressos, atque ignis illius ardore opus habē- tes tribunal illud suscipiat? Tu quidem fortasse bone & humane agricola, domi- num supplex rogabis, vt ficulneæ adhuc parcat, nec eam sterilitatis accusatam adhuc succidat, verùm tibi permittat, vt stercola vndique in eam iniicias, hoc est lachrymas, gemitus, preces, humiles decubitus, peruigilia, animæ & corporis affli- ctationem & oppressiõnem, ac denique correctionem eam, quæ in peccati con- fessione vitæque sordibus & squallore consistit: at incertum est, eone adduci po- terit Dominus vt illi parcat, vt pote etiam locum occupanti, cum interim alius misericordia egeat, atque ob clementiam, qua cum illo agi videt, deterior effi- ciatur.

NICETAS. Graue & miserum est spe secundæ purgationis post Baptismum inquinari, ac postea durâ & acerbâ medicina indigere, ac proiecta Baptismi gratia, quæ præteritarum noxarum remissionem habet, nos ipsos excruciare atque affligere vt misericordiam à Deo consequamur, ac vitæ correctionem admissis fla- gitijs parem exhibere. Quantum enim lachrymarum exhauriemus, vt id nos perinde lustrat, ac prius Baptis- mus, & purgationem, quam per diuinum lauacrum acceptam amisimus, reddat? Quis autem satis locuples sponsor erit, fore, vt mors curationem nostram expectet, ac non peccati reos ac purgationis debito obstrictos iudicium diuinum suscipiat, gehennæque incendium? Tu quidem spiritalium plantarum excultor Domini, iuxta parabolam Euangelicam, exorabis, vt in frugiferæ ficui, hoc est animæ tuæ parcat, eamque non exci- dat, verùm tibi concedat, vt ea, quæ ad tollendam ipsius sterilitatem adiumento esse possunt, circunciicias, nimirum eam correctionem, quæ in peccati confessione, atque in apertum proferendis non sine pudore crimi- nibus consistit, ac præterea animæ afflictationem, hoc est contritionem & deiectionem, corporisque oppres- sionem, id est, ieiunia, vigilias, cæterasque afflictiones. Verùm incertum est, an Deus huiusmodi homini par- cet, ac non eum excidet, ne alius qui ipsam ex ipsius erga eum lenitate & patientia offendatur, ac deterior fiat, eius videlicet scelera impunita manere conspiciens.

Proinde cum Christo per Baptismum sepeliamur, vt & cum eo resurgamus: cum eo descendamus, vt simul etiam extollamur: cum eo ascendamus, vt simul quoque gloria afficiamur.

NICETAS. Tota hac oratione tria astruuntur: primum, quòd suscipiendus sit Baptismus: alterù, quòd statim: tertium, quòd nobis opera danda sit, vt hoc donum ab omnibus sordibus purum tueamur. Postquam igitur de tertio, quæ dicenda videbuntur, dixit, nunc de eo quoque disputat, quòd ad Baptismum accedere necesse sit, ac cum Paulo ait, Cum Christo per Baptismum sepeliemur, vt & cum eo resurgamus. Aqua enim mortis imaginem refert, corpus velut sepulchro accipiens. Spiritus autem viuificam vim immitit, animas nostras à peccati morte ad primæuam vitam renouans. De cetero vt Christus in sepulchrum, ita nos quo- que in baptismum: vt quemadmodum ille ex mortuorum sepulchro, sic nos etiam è peccati tumulo ac mor- tuis operibus in sublime feramur. Baptismus siquidem operum carnis abiectionem designat & indicat, ani- mæque à sordibus & spurcitiæ ex carnalis affectus contagione cōtracta lustrat & expiat. Quoniam au- tem Baptismus descensum atque ascensum continet, hoc insuper adiiciam, Cum eo ascendamus quemadmo- dum videlicet ille in cælum, ita nos in eam sublimitatem, ad quam prouehit Baptismus, vt simul quoque glo- ria afficiamur per adoptionem scilicet, ac regni cælestis hæredes efficiamur, quemadmodum ille sub sellij in dextra patris hæres factus est.

Si te post Baptismum luminis persecutor & tentator adortus fuerit, vt certè adorietur nam & Verbum & Deum meum propter carnis velamen oppugnare aggressus est, lumen inquam illud absconditum, propter humanitatem in aspe- ctum cadentem habes quo eum superes: ne certamen reformides. Aquam ad- uersus eum obtende, spiritum oppone: in quo ignita omnia peruersi illius tela ex- tinguentur. Spiritus quidem est, verùm montes dissoluens. Aqua quidem est, ve-

Post baptis-
mum peccã
re graue est
Nemo scit
an mors pœ-
nitentiã tẽ-
pus dabit.

Peccati cõ-
fessio.

Luc. 13.

Rom. 6.

Baptizatus
habet quo
vincat sa-
thane ten-
tationes va-
rias.

rùm ignis extinctrix. Si tibi penuriam obiecerit (nam hoc quoque Christo obii- cere non dubitavit) ac fami tuæ insidias struens postularit, vt lapides in panes ver- rantur, ne illius cogitationes ignores. Doce quæ non didicit, vitalem sermonem oppone, qui panis est cœlitus missus, ac mundo vitam afferens. Si tibi per ambi- tionem inanemque gloriam insidias molitur, quemadmodum & illi, cùm in tē- pli pinnaculum eum sustulit, ac dixit, Proiice te deorsum, vt diuinitatis specimē edas: caue per animi elationem deiiciaris. Nam si hoc euicerit, nequaquam hic consistet, expleri non potest, in omnia grassatur. Benignitatis quidem specie le- nocinatur: verum sub finem in malum prorumpit. Hæc est illius pugnandi ratio.

A *Diabolus scripturarum peritus.* Atque etiam Scripturarum peritus est hic latro. Hinc illud, Scriptum est, de pa- ne: Hinc illud, Angelis suis mandabit de te. & In manibus portabunt te. O scele- ris doctor & architecte, quo modo id quod sequitur, suppressisti, (hoc enim pro- bē intelligo, etiam si ipse reticueris) nimirum quod super aspidem & basiliscum ascendam, & conculcabo serpentes & scorpiones, Trinitate videlicet septus & communitus? Si per cupiditatem & auaritiam te oppugnet vno tēporis momen- to atque aspectu regna omnia velut ad se pertinentia ostendens, atque adoratio- nem à te exigens, vt pauperem aspernare. Dic lustrali signaculo fretus, Ipse quo- que Dei imago sum: nondum vt tu, à superna gloria propter superbiam deturba- tus sum. Christum indui: in Christo transmutatus sum: tu me ipse adora. His ver- bis, mihi crede, vt à Christo primo lumine, ita ab iis, qui ab ipso collustrati sunt,

B victus ac pudefactus recedet. Hæc beneficia iis affert Baptismus, qui ipsius vim sentiunt: has egregia fame correptis epulas proponit. Baptizemur itaque, vt vi- ctoriam assequamur, lustralium aquarum participes simus, quæ & extergendi facultate hyssopum superant, & legalem sanguinem puritate, & vitulæ cinerem sanctitate inquinatos homines aspergentis, ac breuem & momentaneam corpo- ris purgationem afferentis, non autem plenam & integram peccati oppressione. Quid enim purgatione iis opus fuisset, qui semel purgati fuissent?

Aque bap- tismi ma- gna virtus.

C *NICETAS.* Theologus probè perspectum habens, nonnullos idē Baptismum detrectare, quod hostis impetum post Baptismum pertimesceret, huiusmodi homines ad hunc modum alloquitur, Si post Baptismum te diabolus adortus fuerit, quandoquidem & Christum oppugnavit propter carnem merum hominem cum esse arbitratus, aduersus eum sensibilem aquam obtende, spiritualis ignis, hoc est peccati extinctricem (id quod mirandum est) cuius ope ac subsidio ignita omnia peruersi illius spiritus tela, sicut Paulus ait, extinguetur. aqueis videlicet vmbri à verbo tinctis cōpressā atq; restincta. Spiritū oppone, magnū in quā illū et va- lidū, ac montes, id est demones dissoluentem, quemadmodum tertio Regum libro habetur. Si tibi fame cor- repto penuriam & necessitatem insidiosè obiecerit vt Christo, ac petierit vt lapides in panes vertantur, dic cum Paulo, Non ignoro cogitationes tuas, o peruersè, quia aliud vis, aliud pretendis. Vretexis necessitatem: vis autem me cibus expleri & ingurgitari, voluptatiq; indulgere. Ac propterea non panem, sed panes fysi poscis. Doce, quæ non didicit, quia Dei cultores ac Christi discipulus. Nam idem quoque in Christo ignora- bat, quod Dei Filius esset. Ac Christus quidem cùm ab eo tentaretur, illud opposuit, Non in pane solo viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Tu verò oppone Verbum ipsum & Filium Dei, cuius hæc verba sunt: Ego sum panis vite: qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, nunquam sitiet. Panis enim Dei ille est, qui descendit de cælo, & dat vitam mundo. Si per inanem gloriam tibi insidias struxerit (nam & Christo insidias tetendit) ne per superbiam corruas: quin potius in prima tentatione strenuè decerta. Nam si in ea te cedentem ac dicto audientem inuenerit, haud quaquam hic consistet: verum & secundam & ter- tiam tentationem atque alias deinceps admouebit, vt pote inexplebili cupiditate flagrans. Lenocinatur qui- dem atque obiecti boni specie tanquam illecebra quadam hominem mulcet: verum sub finem in malum pro- rumpit. Hæc est enim diaboli pugnandi ratio, nempe vt nos obscure aggrediatur. Atque etiam Scripturas cal- let diabolus. Hinc altera quidem ex parte à Christo dicitur, Scriptum est, quia non in solo pane viuet homo: altera autem ex parte ab ipso hoste, Scriptum est, quia angelis suis mandabit de te. At o sapiens ad malefaciē- dum, dixerit Hieremias! o vitij author & magister! quid tibi accidit, vt Davidicum dictum integrum non produxeris, verum quod sequitur, suppresseris, Super aspidem & basiliscum ambulabo, & conculcabo, & iuxta Christi mei promissum, potestatem accipiam calcandi super serpentes & scorpiones, & omnem potentiam inimici. Quid si rursus te per auaritiam frangere ac superare adnixus fuerit, atque ostensis vno tempo- ris momento regnis omnibus adorationem à te exegerit, eum vt pauperem aspernare. Omnia enim Dei sunt, nec quicquam diaboli præter vitium. Dic, Christum indui, ait enim Apostolus, Quotquot in Christo bap- tizati estis, hoc est quotquot iuxta Christi doctrinam baptizati estis, Christi vim ac potentiam firmissimo præ- sidio homines communientem induistis: vel etiam eam Christi formam ac similitudinem, quam Baptismus

Ephes. 6.

Cap. 9. Matt. 4. 2. Cor. 2.

LUC. 4. Ioan. 6.

LUC. 4. Psal. 90.

LUC. 10.

Gal. 3.

D *in sculpsit.* In Christo transmutatus sum, hoc est transformatus. Ipse quoque Dei imago sum neque à superna gloria propter superbiam adhuc excidi, quemadmodum tibi, improbe spiritus, accidit. Hac oratione aduer- sarius profligabitur ac propelletur, quemadmodum à Christo primario lumine, ita etiam ab his, qui à Christo collustrati fuerint. Hanc gratiam iis confert Baptismus, qui ipsius gratiam sentiunt. Baptizemur itaque, vt vi- ctoriam referamus: quandoquidem Christus post Baptismum tentatorem prostravit, cùm tres ipsi tentationes admouisset, gula scilicet, inanis gloria, & auaritia. Lustralium seu Baptismi aquarum participes simus, quæ quidem legalibus purgationibus præstantiores sunt, nempe hyssopo, sanguine, & cinere vitulæ, quæ à mor- tuo vel leproso, vel alia quadam huiusmodi re pollutos & inquinatos aspergebat, corpusque dūtaxat pur- gabat, idque ad breue tempus. Nam si peccatum omnino sustulisset, quid opus fuisset, vt qui semel purgati essent, iterum ac tertio atque ad eodē assiduè purgarentur? Nunc verò quod eadem res identidem reperebatur, purgationem eam particularem ac breuem & caducam fuisse perspicuè arguit, quemadmodum & Paulo placet.

A Baptizemur hodie, ne cras vi aliqua maiore cogamur. Ne beneficium tanquā iniuriam prorogemus, nec expectemus vt plura peccata congeramus, quod plura nobis condonentur: nec Christū cauponemur & emersemur, nec grauiori onere premamur, quàm vires nostræ ferre queant, ne vnâ cum nauis aquis obruamur, ac Baptismi gratiā naufragio amittamus, ac dum plura spe atque animo cōcipimus, omnia perdamus. Quādiu mentis adhuc compos es, ad baptismi munus accurre: quādiu nondum corporis animique morbo laboras, aut quanuis animo sis sano atque integro, his tamen qui adsunt, laborantis speciem præbes: quādiu bonum tuum non in aliis situm est, verum tui ipsius est arbitrij: quādiu non aberrat lin- gua, nec frigore confecta est, nec, vt nihil grauius dicam, sacrosanctæ initiationis pronunciaudæ vim & facultatem amisit: quādiu fidei pietatem assequi potes, non hominum opinione & coniectura, sed argumento certo & explorato, non miserationem mouens, sed gratulationem: quādiu perspicuum tibi donum est ac non obscurum & dubium, ac gratia penitissimos animæ sinus attingit, ac non corpus funebri aqua abluitur: quādiu non te circumstant lachrymæ mortē nunciantes, fortasse etiam illæ in gratiam tui compressæ, nec vxor & liberi peregrè abeuntem retrahentes atque extrema verba & mandata poscentes: quādiu la- tus tuum non cingit imperitus medicus, horas tibi largiens, quarum ius & pote- statem non habet, capitique nutu salutem velut lancee expendens, ac de morbo post mortem disputans, aut recessibus suis operæ mercedem augens, aut deplo- ratum morbum esse significans: quādiu inter baptistam & quæstuarium nulla pugna est, dum ille morientem viatico instruere, hic hæres nominari obnixè cō- tendit, nec vtrumque simul facere per temporis breuitatem licet. Quid febrim & morbum beneficij authorem expectas, ac non Deum quid tempus ac non ra- tionem? quid subdolum & insidiosum amicum, ac non salutare desiderium? quid vim potius, quàm liberam facultatem ac potestatem? quid rerum angustiam po- tius, quàm libertatem? Quid tu potius expectas, vt ab alio tibi ex hac vita migrā- dum esse intelligas, quàm vt de morte ipse quali præsentis cogites? Quid medica- menta quæris nihil profutura? quid criticum sudorem, cùm fortasse letalis adsit?

Hebr. 7.

Baptisma non differendum.

Hominis arbitrium.

Medicorū mos in morbis de- ploratis.

Seni.

B Tibi ipsi, priusquam vrgeat necessitas, medere: tui ipsius te misereat: qui verus & germanus infirmitatis es medicus, tibi ipsi re vera salutare medicamentum affer. Dum secūdo vento nauigas, naufragium time, & minūs naufragium facies, adiu- torem ac focium tibi timorem asciscens. Lætè atque hilariter Baptismus celebre- tur, ac non defleatur: negociatione crescat talentum, ac non terra obruatur. In- ter Baptismi gratiam ac mortem temporis aliquid intercedat: vt non solū im- proba scripta deleantur, verum etiam in eorum locum meliora inscribantur, nec solū gratiam habeas, verum etiam præmium cōsequaris, nec ignis tantum sup- plicium effugias, verum etiam gloriae hæreditatem percipias, quam negociatio Baptismo adiuncta conciliat. Nam paruis quidem atque abiectis animis amplum ac præclarum videtur pœnā vitare: at qui magno & excelso animo præditi sunt, ad mercedem quoque aspirant.

NICETAS. Postquam Theologus superioribus verbis ad Baptismum suscipiendum nos adhortatus est, nunc vt celeriter quoque hoc faciamus, impellere conatur, his verbis vtens, Baptizemur hodie, ne cras vi

aliqua maiore cogamur, urgente scilicet morbo aut alio quodam periculo, ac nos per vim ad Baptismum pertrahente: tunc enim non tam baptizatur quisquam, quam violenter premitur. Baptismus beneficium est, criminum remissionem afferens. Quare non perinde atque iniuriam, si confestim baptizemur, accepturi, beneficium hoc in longius tempus reiciamus, neque expectemus dum plura peccata congesserimus, ut plura nobis condonentur. Nec Christum cauponemur diuidentes Christum, hoc est Christi baptismum: quod quidem accidit, cum per voluptatum illecebras eum prodimus. Nec Christum emersemur, hoc est Baptismi gratiam velut precio redimentes, eamque morbi aut alius cuiusdam periculi tempore acquirere. *καταμοι* enim dicuntur, qui vendunt: *εμποροι* autem, qui emunt. Timeamus, ne dum redemptionis ac veniæ spe multa vitia nobis collegerimus, ita peccatum aggeramus, ut remissionem interim non consequamur. Quandoquidē nauis mercium pondus aliquo vsque suffert: ultra modum autem onerata deprimitur, aquisque obruitur. Caueamus ne cum similia iis atque adeo venia maiora & grauiora flagitia perpetrauerimus, antequam speratos portus conspiciere queamus, naufragium faciamus, ac morte prærepti Baptismo mulctemur. Quid tempus illud expectas, in quo persepe ne rationis quidem ipsius compos es? (multi enim ex febris aestu insaniam contraxerunt) quando & lingua fracta & debilitata est, nec salutaria verba proloqui potest, cum alia, tum quod Satanae nuntium remittis, & Christi ordinibus adiungeris. Ut nihil grauius dicam, velut quod nec in cælum manus attollere potes, nec in pedes exurgere, nec adorationis causa genu flectere. Quocirca ad Baptismum velut ad beneficium contento & citato cursu propera, quandiu & corpore & animo vales, nec in aliorum potestate bonum tuum situm est, hoc est cognatorum & genere propinquorum, verum tui ipsius est arbitrij hoc beneficium, hætenus scilicet ut vel accipias vel repudies. Quandoquidē fidei pietatem consequi potes, nullam videlicet dubitationem animis eorum qui adsunt iniiciens, Baptismumne senseris, an verò nullo eorum quæ gerantur sensu afficiaris, verum certò atque indubitato eam gratiam percipiens: nec miserationem mouens ut sensu orbatus, sed gratulationem & laudem, ut cælesti hoc donum probè sentiens. Quadiu perspicuum tibi donum est & spontaneum, ac non in dubio sunt, qui te circumstant, an tibi perspicuum ac cognitum fuerit, necne. Nam si hoc mysterium sentiens læto atque hilari animo Baptismum suscipis, certè intimum pectus atque animam gratia tetigit: sin autem non intelligens, iam nec Baptismus baptismus est, verum funebris duntaxat corporis ablutio efficitur. Quandoquidē circa te propinqui & consanguinei lachrymas non fundunt mortis indices, vel etiam potius eas inhihent ac reprimunt, ne te in grauiorem mærorem ac desperationem coniciant, velut ea re mortem tibi perspicuè denunciantes. Quandoquidē non vxor & liberi peregrè abeuntem ad sese conuertunt, vltima verba ex te audire expetentes, idque morte adurgente atque accelerante. Quandoquidē non te per imperitiam fallit medicus, ingruentem atque adeo adstantem iam mortem non cernens, verum tibi horas vitæ largiens, perinde atque penes ipsum arbitrium earum ac potestas sit. Qui etiam dubio capitis nutu dubiam atque ambiguam tibi salutem facit, ut hac arte sequentem postea reprehensionem atque inscitæ probrium in sefectionemque fugiat, atque ante mortem quidem recedit, vel copiosorem mercedem per huiusmodi recessum exposcens, vel significas se salutem tuam pro desperata ac deplorata habere, ac proinde nec adesse velle. Post mortem autem de morbo disputat, ac ne artis expertus & ignarus videatur, causas quasdam profert, dicens, si hoc atque illud fecisset hic homo, haudquaquam è vita migrasset. Baptismum suscipe, quadiu minimè circū te pugnant is qui te Baptismi aqua tingere parat, & qui pecuniarum tuarum heres futurus est, ille nimirum studiosè agens, atque contendens, ut ea quæ ad vitæ exitum necessaria sunt, suppeditet, hoc est ut te salutari aqua tingat, & Dominicum corpus impertiat: hic contra ut testamento heres scribatur. Quid expectas, ut Baptismus tibi febris aut periculosi temporis, ac non potius rationis & prudentiæ liberæque voluntatis beneficio tibi comparetur? Quid expectas, ut ab amico certò resciscas te iam iam moriturum, qui quidem quatenus tibi Baptismi mentionem, ut perturbationem allaturam, iniicere grauat, insidiatorem tibi se præbet, non amicum? Est ne eius qui amat, pereuntem amicum ac Baptismi expertem abeuntem negligere? Cur igitur liberam potestatem nõ præfers, verum morbi aut alius cuiusdam aduersi casus vim atque oppressionem expectas? Quid criticum sudorem, hoc est sanitatis & vitæ prænunciatorem expectandū putas? Quatuor enim sunt apud medicos dies de egrotantis valetudine indicium ferētes, quartus, septimus, nonus & vndecimus, atque etiam sepe decimus tertius: in quorum aliquo sudor obortus morbum iudicat, hoc est soluit, ac sanitatem quasi lata sententia pronunciat. At tu ne huiusmodi sudorem expectans, Baptismum in longius protrahas: quippe cum accidere possit, ut pro eo letalis sudor te corripiat, quem egrediente anima corpus in extremo angore fundit, præsentis vitæ finem clamantem. Quin potius te ipsum commiserare, qui infirmitatis animæ commodissimus es medicus. Dum secundo vento nauigas vitæ tranquillitate ac valetudine integra fruens, Baptismi naufragium, quod morte sit, time: ita fiet, ut nullo modo naufragium patiaris. Nam si timueris, profectò baptizaberis. Lætè atque hilariter Baptismus celebretur, in sanitate videlicet & gaudio à te susceptus ac non defleatur, hoc est non in morbo animique mærore accipiatur. Nec Baptismi talentum abs te defodiatur, primo quoque tempore scilicet morituro: verum negotiatione crescat per vitam post Baptismum rectè ac præclare institutam. Sit quiddam intermedium inter Baptismum & mortem, ut non modò Sacramentum & peccatorum remissionem, quam Baptismus affert, habeas: verum etiam mercedem ac remunerationem accipias, ut qui virtutis studio incubueris. Nam parua quidè atque abiectæ animæ præclarum censetur pœnam solam effugere: at qui animi magnitudine præditus est, non modò salutem & veniam, sed maius quiddam etiam quaris, cælestem nempe gloriam & splendorem.

Enimvero cum eorum qui salutem assequuntur, tripartitus ordo sit, seruatorum videlicet,

videlicet, mercenariorum & filiorum: ita te compara, ut si seruus sis, plagas extimescas: si mercenarius, id vnum spectes, ut mercedem accipias: sin autem iis sublimiorem locum tenens atque in filiorum ordine censearis, Deum, ut patrem verere, bonorum operum studio incumbere, quia bonum est patri morem gerere, etiam si ex ea re nihil quæstus ad te rediturum sit. Hoc ipsum merces est, patri placere atque inferuire. Quæ tria vitam ne contemnamus. Absurdū enim fuerit, cum pecunias auidè præripias, sanitatem in longius differre atque extrahere: cum corpus præpurges, animæ purgationem in aliud tempus reseruare: cum ex hac terrena seruitute in libertatem vindicari studeas, supernæ libertatis cupiditate minimè tangi: cum studium & diligentiam omnem adhibeas, ut magnificis ædibus aut vestibibus vtaris, nihil minus curare, quàm ut ipse summo precio dignus sis: cum ad bene de aliis merendum promptus sis, de teipso bene mereri nolle. Et quidem si tibi precio hoc bonum cõpararetur, nullis omnino pecuniis parceres: nunc autem quia gratuita misericordia proponitur, idcirco tibi prompta & exporrecta beneficentia & liberalitas contemptum parit. Nullum tibi tempus ad lustralem ablutionem alienum & incommodum ceseatur: cum nulla temporis pars mortis periculo sit vacua. Cum Paulo ad te clamo, cum magna inquam illa voce, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Quo loco particula, Nunc, non certum aliquod tempus, sed tempus omne designat. Et rursus, B Expergiscere qui dormis, & exurge à mortuis, & illucescet tibi Christus peccati noctem discutens: quandoquidem in nocte spes mala, ut testatur Esaias, ac manè accipi conducibilius est.

NICETAS. Postremus eorum, qui salute eterna donantur, gradus, seruatorum est, cum quis suppliciorum metu virtutis studium amplectitur. Medius mercenariorum, cum quis futurorum bonorum pollicitatione illectus probis atque honestis actionibus seipsum addicit. Primus aliisque duobus præstantior filiorum est, cum quis Dei amore flagrans præclare vitam instituit: quandoquidem filius nec verberum metu, nec præmij ac mercedis spe, sed amore patrem colit atque obseruat. Quamuis enim nulla ad eum obseruantia sue & obsequij merces reditura sit, hoc ipsum tamen mercedis loco ducit, nimirum ea quæ patri grata atque accepta sunt, facere. Hæc porò tria ne contemnamus, nobis cauendum est, plagas videlicet & mercedem, ac Dei tãquam patris cultum atque obseruantiam. Perquam enim absurdum fuerit, si quidem aurum publicè erogetur, illud præ aliis hominibus rapere, spirituale autem sanitatem, quæ Baptismo comparatur, in futurum reicere: & cum bilem euomere cupiens, nequaquam eam praua & flagitiosa victus ratione augeas, verum molestis potius humoribus corpus exhaurias, animæ purgationem in aliud tempus reseruare ac transmutare: cumque si hominum seruitute premereris, ac publico præconio libertas seruis decerneretur, nihil non facturum sis quod eam assequaris, ea esse væcordia ut cum te non hominum, sed peccati seruum ad libertatem præco vocet, nõdum tibi commodum esse eam accipere dicas: cumque & vestem & domum magnificam & ornata habebas, egregieque instructam, teipsum tamen vilem nulliusque precij hominem facere: cumque si Baptismus beneficiumque ex eo manans pretio quæreretur, nullis omnino pecuniis parciurus sis: nunc quia prompta atque obuia & exporrecta proponitur gratia, eam propter facilitatem nihili pendere. Enimvero ad salutem per Baptismum consequendam nullum tempus alienum censendum est, quandoquidem nec vllum tempus propter vitæ incertitudinem, alienum à morte est. Ecce nunc tempus acceptabile, inquit Apostolus. Hæc autè particula, Nunc, non vnum quoddam tempus definit, sed omnia tempora, atque vnumquenque diem, quadiu hodie vocatur. Ac rursus idem Apostolus clamat, Expergiscere qui dormis, & quantum ad virtutem desideria atque inertia torpescis. Et exurge à mortuis, hoc est à fatidis peccati operibus, ac per Baptismum reuiuifce, atque illuminare. Quandoquidem iis, qui in peccatorum tenebris à morte opprimuntur, tremenda spes ac formido est futuri supplicij. Conducibilius autem nobis fuerit, si nos matutino diabolus incurfians reperiat, hoc est in Baptismi luce existentes.

Sere, cum ferendi tempus fuerit, & fruges comporta, & horrea solue, cum tepus hoc postularit, & tempestiuè plantas confere, & vnam maturam detonde, & veris amœnitate fretus nauem è portu solue, rursusque facito, ut eam oriente hyceme, marique sæuiente & efferato in portum subducas. Quin tibi quoque & belli & pacis tempus sit, & matrimonij ineundi, & à matrimonij opere abstinendi, & amicitia & dissidij, si quidem ita necesse sit, atque omnis denique rei, si Solomoni auscultandum est: auscultandum est autem. Vtile enim consilium proponit. At verò salutis tuæ negotiū semper age, atque omne tempus ad Baptismi susceptionem tibi certum & definitū esse existima. Quod si hodiernum diē semper præteriens salutem in posterum reicias, tacitis nimirum dilationibus à pestifero spiritu

Tres ordines saluandorum.

Anima prius purganda quam corpus.

2. Cor. 6. Ephes. 5.

Omnia tepus habent definitum certum baptismo excepto.

Diaboli cō
suetudo do
lofa.

deceptus, vt illius consuetudo fert (da mihi id, quod nunc fluit, temporis, inquit, futurum Deo: mihi ætatis florem, Deo senectutem: mihi voluptates, Deo corpus effœctum, nullisque vsibus aptum) quanto miser in periculo versaris? quot quàmque inopinati rerum casus? vel bellum te oppresserit, vel terræ motus obruerit, vel mare exceperit, vel bellua rapuerit, vel morbus extinxerit, vel mica panis transuersè per fauces currens, res vilissima (quid enim hominis interitu facilius, vtcunque diuinæ imaginis dignitate glorieris?) vel immodica crapula, vel ventus in præcipitium impellens, vel equus fessorem secum abripiens, vel pharmacū de industria atque insidioso animo ad perniciem confectum, fortasse etiam ad salutem quidem morbique profligationem temperatum, verum in cōtrarium cedēs, atque exitium afferens, vel iudex crudelis & importunus, vel carnifex inexorabilis, vel denique quidpiam eorum, quæ ita celeri morte hominem conficiunt, vt nulla ope atque auxilio ipsis resisti possit. At si tu anteuertens per Baptismum te ipsum obsirmaueris, ac præclarissimo & firmissimo auxilio tibi in futurum caueris, animum scilicet & corpus vnctione & spiritu consignans, quemadmodum olim Israël nocturno illo, primigenosque tuente cruore, quid tibi accideret? & quod tibi præsidium comparatum erit? Audi Solomonis Parœmias, Si sederis, ait, intrepidus eris: si dormieris, suavis erit somnus tuus. Audi etiam quid tibi læti nūciet Dauid, Nō timebis, inquit, à timore nocturno, ab incurso, & dæmonio meridiano. Hoc tibi & viuo maximum ad vitæ tranquillitatem momentum afferet, & vita perfuncto commodissimum quoddam parentale futurum est, veste illustrius, auro excellentius: tumulo magnificētius, infrugiferis libaminibus religiosus, maturorum fructuum primitiis tēpestiuus, iisque omnibus rebus, quas mortui mortuis præstant atque persolunt, consuetudinem pro lege obseruantes.

Varij casus
mortem af-
ferentes.

Vnctio ba-
ptismalis.

Eccles. 3.

NICET. Aliis quidem rebus alia tempora propria & commoda sunt. Solomoni enim mos gerendus est, vile consilium afferenti, ac dicenti, Omnia tempus suum habent. At Baptismi tempus vniuersa hominū vita est. Quemadmodū enim corpus, nisi spiret, viuere non potest: sic nec anima consistere atque conseruari, nisi Creatorem suum cognoscat. Quod si Baptismū semper protrahas, (à diabolo scilicet deceptus his verbis vtēte, Hodiernū diem mihi da, crastinum Domino: mihi ætatem ad voluptates procliuē, illi senilem atque effœctā & inutilem, cum iam membra atque organa elanguerint, nec iam vllum sui vsu præbere queunt) vide ne eiusmodi pollicitationes facias, quæ vitæ spatium lōgitudine superent. Quot enim homines violentis casibus abrepti sunt, ac ne vocem quidem vllam præ doloris magnitudine proferre potuerunt: sæpe etiam (quod leuissimum est) mica vna in fauces oblique incurres atque in guttur incidens hominē oppressit, aut pharmacū interemit, consilium euentu ipso exitiale ac letale inuentū. Quod si tu anteuertēs animam spiritu consignatā,

Exod. 12.

& corpus vnguento perfusum habueris, quemadmodū olim Hebræorum postes sanguine consperse fuerunt, tum verò etiam si dormias, aut sedeas, aut aliud quidpiam facias, cura ac sollicitudine vacabis, ea re fractus, quod etiā si quis casus tibi nec opinati vitæ finem attulerit, nequaquam tamen Baptismi sacræque initiationis expers abiturus es. Et quod ait Dauid, Non timebis à timore nocturno, à dæmonibus iniecto, aut etiā medio ac pleno die præter opinionem & expectationē accidente. Hoc autem dæmonium meridianum quiddā accediæ & langoris, alij obscenarum cogitationum, alij libibinis dæmonem interpretantur. Nam hi quoque tum maximè, ingrauescēte ciborum copia ventre, homini insidiatur. Baptismus & viuenti tibi præclarum est ad securitatem præsidium. Quemadmodū enim thesauro non obsignato, nulloque emblemate notato fures facile imminēt, ac pecudi nullo signo iniuste tutò ac liberè insidias struunt: sic è cōtrario id quod obsignatū est, nec temerè insidias petitur, nec facile capitur. Et si ex hac vita discedas, egregiū parètale tibi erit, ac tū sterilibus

Psal. 90.

* atque infrugiferis libaminibus præstantius (hæc porrò vino, melle, lacte, & oleo cōstabant, ac mortuorū sepulchris ab iis, qui propinquitatis necessitudine illos attingebant, infundebantur) tum maturarum frugum primitiis vtilius, quæ mortui mortuis præstant, hoc est, ad virtutem torpidi atque inertes, verique officij ignari, consuetudini stultæ seruientes. * Infrugiferis libaminibus ἀφρων ῥοῶν. In codice Reginae, & ita legit interpres Græcus. ἀφρων enim exponit ἀναπρων. Mihi tamen aliquatò frigidius videtur hoc epithetum. Ac proinde meo iudicio cōmodius legeretur, ἀφρων ῥοῶν ἀσθενέστων, vt in Heruagiano exemplari. Nam in funeribus quoque clarissimorum virorum olim varia certamina proponebantur, vt patet ex Homero Patrocli funus describente, & ex Isocrate vitam Euagora literis mandante. Billius.

Omnia licet tibi pereant, omnia diripiantur, pecuniæ, facultates & prædia, fedes excelssæ, dignitates, cæteraque, quæ vagæ atque errabundæ huius vitæ sunt: tu verò secunda & tranquilla mente diem vltimum claude, nullo ex omnibus, quæ Dei beneficio tibi ad salutem concessa sunt, auxilio multatus. At metuis

A

B

D

E

ne Ba-

ne Baptismi gratiam labefactēs, ac proinde purgationi moram producis, vtpote nullam iam vltra habens: Quid verò? nō vereris, ne persecutionis tempore in periculum adducaris, ac Christo, possessione omnium, quas habes, præstantissima spolieris? Ob huncne igitur metū à Christianismo abhorrebis? Procul sit ista opinio: non est sani hominis hic metus: fanatici & mentis errore affecti est hæc cogitatio. O cautionem, vt ita loquat, incautam & impiam! O versutas peruersi spiritus imposturas! Verè ille caligo est, atque interim tamen lucē ementitur. Cum aperto Marte nihil perficit, insidias obscure tēdit: & cum sceleratus sit, probū tamen cōsultorē simulat, vt alterutro certè modo superior omninò discedat, nec vlla ratione ex ipsius insidiis elabamur. Id quod hīc quoque perspicue molitur. Nā cum tibi in animum inducere nequeat, vt Baptismum palam apertèque contempnas ac pro nihilo ducas, per fictam cautionem te eo mulctat, vt in eam fraudem, quam metuis, imprudens per metum incidas: & dum times ne Baptismi donum labefacias, ea ipsa de causa ab hoc dono prorsus excidas. Atque ille quidē huiusmodi est, nec vnquam versutæ suæ finem statuet, quandiu nos ad cælum prope-rātes videbit, vnde ipse præceps corruit. Tu autem, ô homo Dei, fac subdola aduersarij consilia cognita habeas. Etenim aduersus habentem, & de rebus maximis certamen inicitur. Ne hostem in consilium adhibeas: ne fidelis fieri ac nominari parupendas. Quandiu in catechumenorum es numero, in vestibulo pietatis es: introcundum tibi est, pertransendum atrium, sancta intuenda, sancta sanctorum prospicienda, ad Trinitatem perueniendum. Magna & præclara sunt ea, quorum causa bello lacefferis: magna proinde tutela & præsidio opus habes. Quocirca fidei clypeum aduersus eum obiice. Timet te cum armis dimicantem: ob eamque causam Baptismo te spoliatur, vt inermem & incautum atque improvidū facilius opprimat.

Prætextus
eorum qui
baptismum
differebat.

Diaboli
astutia.

Catechumē
ni sunt in
vestibulo
pietatis.

2. Cor. 11.

NICETAS. Esto sanè, omnia p̄ pereant ac dissipentur, quæcunque versutis huius vitæ sunt ac terrene vertiginis, ex aliis subinde ad alios commeantia: tu verò hinc excedens diligenter caue, ne præclaro viatico ac donario careas. Verum fortasse dixeris, quoniam nullus alius restat Baptismus, idcirco baptizari differo; quòd verrear, ne eum labefactem. Atqui eadem ratione ne Christianus quidem fias: quandoquidem periculum est, ne forte exorta persecutione Christi fidem abiures. Procul sit ista ratio. Neque enim quisquam est qui bona repudianda & reicienda putet, quòd metuat ne iis aliquando spoliatur. Ac certè Sathanas, quamuis caligo sit, tamen, vt cum Apostolo loquar, in angelum lucis transfiguratur: & cum aperte nos deicere ac prosternere nequit, obscuris insidiis aggreditur: & cum malus sit, probi tamen consultoris speciem præ se fert: quemadmodum & in Baptismo callidè ac veteratorie facit. Hostem animaduerte: non audet cōsulere, vt animum à Deo penitus auertas: probè etenim nouit hoc Christianis ita graue fore, vt ne aures quidem eorum hunc sermonem ferre queant, verum subdolis artibus quod molitur alia ratione perficere studet, tibi que persuadere conatur, vt Baptismum propter metum scilicet, religiosumque pauorē proroges: vt eo ipso, quòd à Baptismo propter metum refugis, ab hoc dono prorsus excidas, ante Baptismum videlicet morte abreptus. Ac diabolus quidem ea mente est: nec vnquam malitiæ suæ finem constituet, quandi u nos terrenos ad angelorum dignitatem, ex qua ipse deturbatus ac deiectus est, per honestas & præclaras vitæ progressiones assurgere viderit. At tu fac ipsius insidias cognitatas habeas. Etenim ad habentem inuidia serpit, Sophoclis sunt in Aiæ Tragedia. Quid enim Baptismi puritate maius & excellentius? Proinde quò maior thesaurus, cò accuratius diligentiusque tibi prouidendum est, ne eum acceptum amittas. Quocirca ne vile & contemnendum putes, fidelem ac piū effici. Nam qui Baptismi expers est, licet Christum fide complectatur, nondum tamen inter fideles censendus est. Atque, vt translaticiè à veteri arca exemplum sumam, atrium quidem clasis est eorum, qui Christianæ pietatis elementis adhuc imbuuntur, per quod necessariò transeundum est: sancta autem Baptismi symbola: sancta verò sanctorum, ea diuinitatis doctrina & sacrosancta initiatio, quæ Baptismi tempore fit, per quam ad Trinitatem peruenimus, ac cum ea iam deinceps adoptionis beneficio cōiungimur. Iam verò clypei loco fidei scutum, hoc est Baptismum obiice, quo te hostis per huiusmodi procrastinationem spoliatur, impediens videlicet ne eum accipias, vt te nudum & inermem superet atque opprimat.

Omnes ætatū gradus appetit, omnia vitæ genera & instituta. Quare per omnia propulsetur. Iuuenis es: cōtra turbulētos animi motus & voluptates cū auxiliariibus copiis in acie sta, in Dei phalāge nomen profiteri, aduersus Goliath strenuè pugna, mille vel decies totidē hostes cape, ac tibi subiice: ita flore ætatis frui, nec tuā iuuentutē marcescere sustine, imperfectæ fidei pietate mortuā & extinctā. Senilē ætatem agis, nec à fatali die lōgè abes: canicie tua mouere, prudentiā,

Baptismus
est medici-
na conue-
niens omni
ætati.

quæ à te requiritur, pro ea qua vgeris, infirmitate præsta: paucis his diebus, quos reliquos habes, succurre: Baptismum senectuti committe. Quid in effœta senectute atque extremo vitæ spiritu iuuenilis ætatis vitia pertimescis? An tu quoque expectas, dum mortuus abluaris, non iam misericordiam magis quam odiû mouens? An voluptatum reliquias in his vitæ reliquiis expetis? Turpe & probrosum est, cum ætate consenueris ac deflexeris, libidinem tamen minimè consenuisse: sed vel ea affici, vel eam certè opinionem propter Baptismi dilationem hominibus præbere. Infans tibi est: ne anam & occasionem arripiat improbitas: ab infantia sanctitate imbuatur, ab ipsis vnguiculis Spiritui cõsacretur. At propter naturæ imbecillitatem Baptismo signari metuis? quàm abiecti animi mater es pusillæque fidei! Atqui Anna Samuelem, prius etiã quàm procreatus esset, Deo promisit, atque in lucem editum statim sacrosanctum fecit, ac cum veste sacerdotali educauit, nihil humani verita, sed Deo fiducia innixa. Nihil tibi amuletis opus est, nec incantamentis, cum quibus simul, in leuiorum hominum animos simul irrepit diabolus, venerationem Deo debitam furtim ad se transferens. Trinitatè ipsi dato, magnum inquam illud & præclarum amuletum.

NICETAS. Aduersus omnem ætatem diabolus grassatur, non modò iuuenum, sed etiam senum: ac proinde non est, quòd spes fore, vt tibi ætate prouecto parcat. Atque omne vitæ genus & institutum: siue quis calibatum sibi amplectendum duxerit, siue matrimonium aut aliud quoddam vitæ genus. Iuuenis es? Iuuenilem ætatem Baptismi freno confirma, ac Baptismi ope & auxilio munitus aduersus animi perturbationes strenuè dimica, in militum Dei albû nomen tuum ascribens. Et quemadmodum Dauid aduersus alienigenam illum Goliath fortissimè pugnavit, atque Israeliticæ mulieres chorum ducentes in eius laudem canebant, percussit saul in millibus: Dauid autem in decem millibus: sic tu aduersus spiritualem Goliath strenuè & fortiter pugna, atque multiplicès ipsius vires & machinas, velut chiliadès quasdam & myriades in potestatem redige. Consenuisti, atque à necessario & inuitabili mortis termino non longe abes: ne viatico careas, ne tibi pereat amuletum tuum, ne de vndecima hora tanquam de prima cogites: verum paucis his diebus quos reliquos habes, per Baptismum succurre, cuius vi renouabitur vt aquilæ iuuenus tua. Ac iuuenes quidem rerum gerendarum facultate animique magnitudine senibus præstant: ceterum prudentia vincuntur: rursum senes ita viribus corporis cedunt, vt prudentiæ laude superent. At tu cum senili infirmitate labores, senilem tamen prudentiam nequaquam habes, quæ quidem à te vt natu maiore requiritur. Hanc igitur præsta, Baptismum accipiendo, atque senectuti tanquam fido ac certo custodi purgationem committe. Quòd si moras nectis, ac Baptismum extrahis, eam de te opinionem excitabis, vt libidinis & voluptatum amore eum prorogare existimeris, idque cum senio fractus sis atque confectus, nihilque aliud sis, quàm tenuès vitæ reliquiæ. Filium tenerum & infantem habes? Eum à teneris, vt dicitur, vnguiculis Spiritui consecra. At vereris, ne fortè filio ætate altius prouecto Baptismi signaculum contaminetur atque sordescat? nimium profectò meticulosa mater es, Deique presidio parum subnixa. Atqui Anna Samuelem statim vt in lucem editus est, consecrauit, naturæ infirmitatem aduersus corporis affectuumque rebellantium impetus minimè reformidans: verum Dei ope freta certòque sibi persuadens eum imbecillitati humanæ subsidio futurum. Nihil tibi opus est ad pueri collum diabolica amuleta, hoc est falsa salutis presidia suspendere, neque incantationes eas, quæ à vetulis mulierculis cum oscitatione atque inhalatione & susurris quibusdam peraguntur, admittere, quibus demonum quoque inuocatio admixta est, ac per execranda huiusmodi scelera diabolus à leuioribus & stolidioribus hominibus quodammodo adorari videtur. Quin potius filio tuo verum antidotum, hoc est, Trinitatem per Baptismi sacramentum porrige.

Quid præterea? calibatum colis? Baptismo consignare: hunc tibi vitæ socium & congerronem ascisce: hic tibi & vitam & verba componat, omnia membra, omnes animi motus, omnes sensus. Honore cum complectere, vt te ornet, capitique tuo gratiarum coronam nectat, & corona deliciarum te protegat. Matrimonij vinculis astrictus es? Baptismo quoque constringere: hunc tibi contubernalem adiunge, pudicitæ custodem, innumeris eunuchis ianitoribusque tutiorem. Nondum matrimonij iugum subiisti: ne Baptismi perfectionem extimescas. Puritatis tibi ratio etiam inito matrimonio constabit: in me hoc periculum recipio, ego harum nuptiarum conglutinator, ego auspex. Nec enim quia honore præstat virginitas, idcirco turpe & ignominiosum est matrimonium. Christum imitabor, purum inquam illum pronubum & sponsum, qui & miraculum in nuptiis edit, & coniugium præsentia sua ornat. Id modò tibi curæ sit, vt purum sit matrimonium, atque ab obscenarum cupiditatum contagione liberum. Hoc vnum

vhum à te posco, vt & à Baptismo securitatem accipias, ac vicissim hoc muneris baptismo rependas, vt certo tempore, hoc est quandiu assignatum orationi tempus, omni occupatione præstabilius, fluit, à re vxoria abstineas, idque ex communi consensu & approbatione. Non enim legem sancimus, sed consiliû damus, ac tuorum aliquid ad vtilitatem tuam, communemque vtriusque vestrum securitatem accipere volumus.

NICETAS. Postquam Theologus de ætatibus tractauit, nunc ad vitæ quoque humanæ instituta transit, atque auditorem ita alloquitur, Virginitatem colis? Baptismo consignare: vt quemadmodum ait Solomò, circulo gratiarum orneris, & corona deliciarum, hoc est spiritualium diuitiarum orbe, qui aduersus inuisibiles hostes hominem protegit, non secus atque opes in sensum cadentes ad visibiles hostes propellendos, opè afferunt. Matrimonij vinculis astrictus es? Baptismum quoque pudicitæ custodem accipe. At fortasse mulieri quidem connubio iungi petis, nec tamen adhuc iunxeris es. Baptismum, quo pietas cumulat atque perficitur, ne reformides. Neque enim matrimonium eum conspurcabit. Ego connubij post Baptismum initi auspicè me profiteor. Nam cum Virginitas honore præstet, vtique matrimonium turpe & ignominiosum nõ erit. Honorabile enim connubium, vt inquit Apostolus, & thorus immaculatus. Ac proinde Christus quoque illud exornans nuptiis in Chana contractis interfuit: casque edito miraculo illustrauit. Hoc vnum à te, qui matrimonium complexus es, postulo, nimirum vt à congressu tibi temperes, quando ieiunio atque orationi præscriptum tempus fluit. Hoc autem tempus illud est, quod mysticæ mensæ perceptionem antecedit, quod quidè non nuptiali tantum congressu, verum & occupatione ac negotiorum administratione, vt Pindari verbis vtar, altius est, id est, quauis alia cura negotioque præstantius & excellentius. Atque hanc etiam breuè continentiam ex communi vtriusque partis consensu fieri volo. Non enim legem promulgo, nec rei huius necessitate te obstringo: verum monitoris & consultoris partes ago: nec simpliciter & absolute eorum quæ tuæ potestatis sunt, extorquere quicquam cupio (potes enim tuo iure, quoties libet, cum vxore tua consuetudinem habere): verum & concordem hanc ab opere vxorio cessationem salutis tuæ causa accipere desidero. Si quidem & tibi & vxori continentia huiusmodi à pietate & religione manans tutelar is erit, sanctitatemque afferet. Ad hunc quoque modum Paulus Corinthiis scribebat, Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Ac rursus in vnum conueniatis, ne tenter vos Sathanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum veniam, non secundum imperium.

Atque vt in summa dicam, nullum vitæ genus est, nullum institutum, cui non hoc conducibilius sit. Qui potestate atque imperio polles, frenum accipe: qui feruitute premeris, æquum honoris gradum: qui in mœrore versaris, solatiû: qui læto atque alacries animo, disciplinam: qui rerum inopia laboras, opes tutas nec direptioni obnoxias: qui diuitiis affluis, præclaram facultatum tuarum administrationem. Nihil aduersus animæ tuæ salutem comminiscere, nihil machinare. Nam vt aliis fucum faciamus, nobis quidem ipsis nunquam imposturam faciemus. Ac profectò seipsum ludificari, ac fallere velle, admodum periculosum est, ac stolidum.

NICETAS. Atque vt in summa dicam ac rem paucis complectar, omni vitæ generi & instituto utilis est Baptismus. Quocirca qui potestate ac licètia polles, frenum accipe quo ab omni flagitio & scelere reprimaris. Qui seruitute premeris, æquum honoris gradum. Apostolus enim de iis, qui baptizati sunt, dicit, Non est seruus aut liber: sed omnes vnum in Christo Iesu. Qui in mœrore versaris, solatiû, quod Baptismus atque adoptionis ius affert. Qui læto atque hilari es animo, disciplinam, quæ mores tuos componat, nec petulantur & immodestè te gerere sinat. Nihil callidioris consilij aduersus tuam ipsius salutem excogita, fingens vide licet te propter Baptismi reuerentiam procrastinatione vti, cum reuera eam prorogandi sacramenti causam habeas, vt liberius voluptatibus indulgeas. Nam quamuis alios fefellerimus, conscientie tamen nostre nunquam imposturam facere poterimus. Ac profectò aduersus salutem suam ludere, fraudemque texere, periculosum est: immò verò perspicue est infantie cum arte sua perire, & cum calliditate ac dolo æternum supplicium sibi comparare. Generalis autem hæc sententia est, ac per se fidem faciens.

At in media luce versaris, ac publicarum rerum cura & administratione inquinaris: atque idcirco metuis ne misericordia, quam per Baptismum consecutus es, penitus exhauriatur. Simplici oratione tecum agam. Forum quoque ipsum, si fieri potest, cum præclaro comitatu fuge, aquile, vel, vt magis appositè dicam, columbæ pennis conuestitus. (Quid enim tibi cum Cæsare, Cæsarisve negotiis?) atque ita fuge vt non antè conuiescas, quàm eò perueneris, vbi nec peccatum est, nec infuscatio, nec serpens in via mordens, piòsque tuos gressus impediens. Abripe animam tuam ex hoc mundo: Sodomam fuge: incendium fuge: irreorto oculo gradere, ne in salis lapidem concresecas: in montem salutis causa

te confer, ne simul correptus intereas. Quod si hoc tibi integrum non est, utpote iam occupato, ac necessariis vinculis adstricto, ita tecum ipse disputa, vel ego potius tecum disputabo. Præstat quidem Baptismum consequi, puritatemque acceptam tueri ac conservare: verum si utrunque assequi non datur, illud certè præstat, in publicorum negotiorum procuratione nonnihil interdum fordis contraxisse, quàm omnino à Baptismi gratia excidere: quæ admodum scilicet à patre & hero quandoque obiurgari satius est, quàm domo eiici: & exiguo splendore perstringi, quàm prorsus caligare. Prudentum porrò & cordatorum virorum est, ut in bonis meliora & excellentiora, ita in malis minora & leuiora eligere. Quocirca ne tantopere Baptismum perhorrescas. Ea enim quæ rectè & cum laude gerimus, à iusto & clemente rerum nostrarum iudice semper ad vitæ nostræ studia atque instituta, tanquam ad amissim quandam exiguntur. Atque ita plerunque accidit, ut is qui in civili vita atque in medio posita aliquid honestè atque ex virtute fecerit, in meliori causa sit, quàm qui à publicis muneribus feriat, officio suo non usquequaque perunctus fuerit: quemadmodum, ut mea fert opinio, mirabilius est hominem compedibus pressum nonnihil progredi, quàm nullo onere impeditum currere: mirabilius item, eum, qui cœnosa via ingrediatur leuiter aspergi, quàm eum, qui pura via iter faciat, purum ab omni forde manere. Argumento est Raab meretrix, cui vna solùm in hospitibus excipiendis humanitas iustitiæ laudem attulit, alioqui non aliud audienti: & Publicanus, quem vna tantùm humilitas extulit, nullo alio virtutis titulo testimoniòque coornatum. Quæ res tibi documentò esse debet, ne de tua salute temerè desperes.

NICETAS. Sit ita sane, inquit, verum in medijs negotiorum tumultibus versor, ac publicarum rerum administratione inquinor: eamque ob causam vereor, ne cum baptismum accepero, eumque postea fœdauero, Dei misericordiam consumam atque exhauriam: utpote cum nullus alius Baptismus supersit. Simplex est solutio, hoc est, facilis & dilucida, nec argumentis alijs multiplicique explicatione indigens. Primum enim hoc dico, si fieri potest forum omnino fuge, assumptis aquilæ pennis propter roboris præstantiam, quemadmodum in Exodo scriptum est, aut columbæ pennis, quas etiam David his verbis expetit. Quis mihi dabit pennas sicut columbæ, & volabo? Has autem querit, vel quia leuiore, ac perniciores (talis enim est, quisquis iustitiam colit) vel quia spiritum sanctum, cuius vnus ope atque auxilio pericula fugimus, designant: ut à presentibus malis & rerum acerbitatibus quàm longissimè absit. Fuge itaque forenses tumultus cum præclaro comitatu Baptismi scilicet. Quid enim tibi cum Cæsare Cæsarisque negotiis commune est, hoc est, cum mundi principe diabolo, aut huius vitæ negotiis, ac rege horum imperium obtinente? Ne prius villo loco consistas, quàm ad cælum perueneris, ubi nec plenum ac perfectum peccatum est: nec infuscatio, id est, leuius vitium atque animo solo constatum & procreatum, eumque cicatricis instar obscurans nigrorè afficiens, nec iuxta id, quod in Genesi de Dam scriptum est, coluber in via mordens calcaneum, hoc est, diabolus in huius vitæ via insidias tendens, ut pios gressus tuos impediatur. Abripe animam tuam à mundi corruptela, quemadmodum angeli Lothum à Sodomæ conflagratione abstraxerunt. Peccatum quasi Sodomam fuge, ipsiusque pœnam velut incendium. Ad virtutem ita contende, ut nequaquam ad vitium animum reflectas, ne in salis lapidem concrescas, hoc est ne in cæcitatem ac stuporem prolaberis, mente videlicet ad ea, quæ conducibilia ac salutifera sunt obstupescens. Lapis enim cæcitatem designat, sal mentem. Vxor porrò Lothi cum oculos retrò flexisset, salis columna effecta est, columna quidem ad traducendam & condemnandam eorum ignauiam qui à recta viuendi ratione in vitium relabuntur: salis autem ad ostendendam huiusce mali amarulentiam, vel quia cetera quidem bona & commoda erat, quemadmodum & sal utilis & commodus est: verum propter violatum Dei mandatum periit. Quod ne tibi accidat, quemadmodum Lothi in montem, eodem tu quoque modo ad altam & virtute sublimem vitam omnique vitio superiorem salutis causa perfuge: ne forte cum sceleratis ad supplicium simul arripiaris, ac vindex ignis te deprehensum opprimat. Primum igitur, ut dixi, hoc tibi faciendum censeo. Quod si iam occupatus es, ac necessariis vinculis adstrictus teneris, hoc est propter causas in speciem iustas atque honestas, ita secundo loco tecum disputabo. Satius id quidem erat Baptismum accipere, eumque tueri. Verum si utrunque non licet homini nimirum publicis negotiis occupato atque distracto: at certè præstat ex negotiorum publicarum administratione nonnihil fordis contrahere, ac propterea castigari, quàm Baptismi expertem manentem omnino à Deo arceri atque abiici. Quocirca Baptismum quidem ut honore dignum reuerere: non tamen ita pertimesce, ut ne accipere quidem audeas. Neque enim simpliciter hominum rectè facta à Deo expendantur: sed etiam eorum studia vitæque instituta, in quibus rectè ac præclare officio functi sunt. Ac plerunque qui in civili vita atque in medio negotiorum posita, aliquid cum laude gessit, superior est eo, qui à procurationis publicæ cura feriat, officio non per omnia satisfecit. Quod autem vna cum vitæ institutis rectè facta perpendantur, argumento est Raab meretrix, atque ille in Euangelio Publicanus. Etenim illa in meretricia

meretricia vita hospitalitatis virtutem affecta, hic autem in publicani munere humilitatem ab his paucis virtutibus iustitia laudem reportarunt. Quæ res tibi documentò esse debet, ne ea de causa meliorem omnem de salute tuâ spem abiicias, quod omnes virtutis numeros explere nequeas. Porrò Theologus consultò ad vnicam vsque virtutem orationem demisit, ut allatam excusationem prorsus euertat.

Verum, dicit quispiam, quid mihi emolumentum res ea attulerit, si per baptismum præoccupatus fuero, atque omnes vitæ suauitates & oblectamenta mihi ipsi huiusmodi celeritate præclusero, cum voluptatibus interim indulgere liceat, atque ita demum baptismi gratiam assequi: Neque enim, qui priores in vinea laborarunt, meliore idcirco cõditione fuerunt, æqua nempe mercede postremis quoque persoluta. Negotio me liberaisti, quisquis es, qui hac vteris oratione dum procraftinationis istius arcanum ægrè tandem extulisti: & quamuis consilij tui perueritatem improbem, eo tamen nomine te laudo, quod eam apertè confessus es. Verum age, & parabolam hanc expone, ne hoc Scripturæ loco per imperitiam offendaris. Primum hinc de baptismo non agitur, sed de his, qui alijs atque alijs temporibus fidem amplectuntur, atque in pulchram vineam, hoc est, Ecclesiam, ingrediuntur. Nam ex qua die atque hora ad fidem quisque accessit, ab eadem quoque ipsi operam nauare necesse est. Deinde tamen quatum ad laboris modum plus contulerint, qui priores ingressi sunt, non tamen quantum ad animi liberæque voluntatis modum. Eaque etiam ratione postremis fortasse amplior merces debebatur, etsi quodammodo absurdum videri possit, quod dico. Nam quod posterius ingressi sunt, ea causa fuit, quia posteriores ad vitis excolendæ operam vocati sunt. In cæteris autem rebus quantum alios antecelluerint, videamus. Illi enim non prius crediderunt, nec ingressi sunt, quàm ipsis ex cõuentu merces cõstituta fuisset: hi nulla condita mercede ad laborem accesserunt: quod quidem maioris fidei argumentum est. Ad hæc illi inuidi & queruli ac murmuratores inuenti sunt: his nihil tale obiicitur. Tum etiam illis mercedis rationem habebat, quod donabatur, licet improbis atque peruersis: his gratiæ. Quare meritò factum est, ut amentia stoliditatisque damnati ampliori quoque mercede caruerint. Quid autem ipsi quoque accepturi erant, si serius ipsis venire contigisset? æquam utique mercedem. Quæ igitur fronte operarum conductorem criminantur, velut in æquæ mercedis persolutione ab æquitate recedentem? Hæc omnia sudoris gratiam primis subtrahunt ac labefactant, etiam si priores labore fatigati sint. Ex eoque efficitur, ut æquali huic mercedis distributioni æquitas sua constet, nimirum animi voluntate cum labore compensata. Sed demus, baptismi quoque vim & facultatem iuxta expositionem tuam hac parabola designari, quid tandem prohibet, quominus ipse & prior ingressus, & dici æstum perpeffus, postremis non inuideas, ut humanitate quoque ipsa animique facilitate & benignitate superior sis, ac remunerationem non beneficij gratiæque, sed debiti loco accipias? Huc etiam accedit, quod ita demum operarios mercedem accipere vult parabola, si in vineam ingressi fuerint, ac non ab ea aberrauerint: quod quidem periculum tibi imminet. Quamobrem si tibi exploratum esset fore, ut ita sentiens ac de labore & operatione aliquid malitiosè subtrahens baptismum consequereris, ignoscendum tibi esset ad huiusmodi rationes confugienti, ac nonnihil commodi ex domini humanitate & clemètia facere cupienti: ut illud non dicam, hoc ipsum impensius laborare, vberioris mercedis loco habendum esse, his quidem certè, qui animo sunt non omnino illiberali & fordido. Cum autem periculum tibi sit, ne dum huiusmodi lucra consectaris à vinea prorsus excidas, & dum parua & exigua obiter colligis, forte ipsa mulcteris: age, verbis meis obtempera, primisque hisce interpretationibus & oppositionibus missis factis simplici animo & citra argutationem ad baptismum accede, ne antequam spei compos fias, ex hac vita abripiaris, atque imprudens in perniciem tuam huiusmodi captiones & argutias comminiscaris.

NICETAS. At fortasse dicturus est, qui baptismum diutius extrahit, quid commodi hinc ad me redditurum est, si per baptismum occupatus ac distractus tener, mihi que ipsi voluptatum oblectamentis interdixit.

ro: cum mihi voluptatibus seruire liceat, ac tum demum baptismum suscipere, cum peccandi finem aliquando fecero: quandoquidem & operarij illi, de quibus Euangelista loquitur, mercede conducti, atque in excelsa vinea prius labore fatigati, equalem cum iis, qui circa undecimam horam venerant, mercedem acceperunt. Ego vero ad eum, qui huiusmodi oratione vitur, dixerim, Negotio me liberasti, hoc est, labore & molestia, quæ mihi suscipienda fuisset, ut procrastinationis tuæ arcana expiscarer atque intelligerem. Verum audi ex me parabola huius, quam perperam intelligis, explanationem. Primum igitur hoc dico, te incongruam atque alienam obiectionem protulisse. Etenim hæc parabola non de hominis post acceptum baptismum operatione differit: verum de iis, qui aliis atque aliis temporibus fidem amplectuntur. Qui quidem simul atque ad fidem accesserunt, actiones suas secundum Dei mandata & leges instituere necesse habent. Illud deinde probabo, iustam æquæ mercedis distributionem extitisse. Nam quod serius venerint, qui hora undecima venerant, in causa fuit vocatio. Simul enim atque vocati sunt, protinus accesserunt: ita ne hac quidem parte inferiores iis sint, qui priores ad laborem se accinxerunt. Cæteris autem rationibus vide quantum hi illos antecellant. Illi enim de iustæ mercedis persolutione domino non ante fidem habuerunt, nec in vineam pedem intulerunt, quàm de mercede cum ipsis conuentum esset: hi autem nec conuentionem ineuntes, nec anxie de mercede inquirentes ingressi sunt. Ad hæc illi perspicuis inuidiæ facibus aduersus eos, qui undecima hora venerant, exarserunt, atque aduersus beneficij gratiæque authorem murmurarunt: hi autem tamesi contra aliquid obicere potuerint, nullius tamē iurgij & altercationis accusantur. Huc addendum, quod illi id quod acceperunt, mercedis nomine acceperunt, quanquam etiam non merces ipsis, sed pœna, ut improbis peruersis que deberetur. Atque ita meritò ampliori summa caruerunt, utpote stoliditatis & vacordie conuicti. Vacordie enim erat non meminisse, qua mercede conuenissent, & cum nullo detrimento atque incommodo affecti essent, in voces tamen iniquas & murmuris plenas prorumpere. At verò iis, qui ad undecimam venerant, gratiæ rationem habebat, id quod porrigebatur. Confecta autem est huiusmodi parabola ad eximiam & excellentem diuinæ bonitatis magnitudinem ostendendam. Atque etiam profecto si illi, qui priores acceperant, serius quoque, ut id exempli causa ponamus, ad vineam se contulissent, æqualem tamen nihilominus mercedem accepturi erant. Quia igitur fronte dominum vineæ accusare audent propter inæqualem, ut ipsis videbatur, iustæ æqualitatis distributionem? Quanquam enim inæqualis distributionis huius æqualitas videbatur propter disparem laborum rationem, æquitate tamen summa nitebatur, quia cum illorum laboribus horum voluntas ac prompta animi affectio compensabatur. Atque hæc omnia his, qui priores operi incubuerant, sudoris laudem ac gloriam, quam, nisi tales inuenti essent, accepturi erant, subtrahunt. Iuxta secundam autem rationem, ut parabolam hanc de baptismo differere fingamus, quid prohibet quo minus tu quoque prius ingressus, diæque æstum perpeffus, iis, qui post te venerant, non inuideas? Ut in eo quoque ipse superior illis sis, nimirum quod propter humilitatem & charitatem inuidia non inflammeris, atque etiam in eo, quod mercedem accipias laboribus tuis debitam, ac non beneficio & gratia acceptam, quemadmodum ij qui ad undecimam horam venerunt. Insuper hæc parabola eos operarios, qui in vineam ingressi sunt, mercedem accipere ait, non autem eos qui à vineæ ingressu aberrarunt. Quod quidem periculum tibi imminet extra baptismum manenti, ut fræque & malitiosè operis non nihil suppressenti, ac compendium laboris facienti, hoc est, propter sordidi & illiberalis animi affectionem nequaquam celeriter ad labores te accingenti, ut voluptatibus tibi frui liceat. Misto enim dicere, quod homini non omnino turpi & sordido, verum aliqua magnifici animi laude prædido, id quoque ipsum, nempe amplius laborare, vberior mercedis & questus loco habendum est, ob sequentem voluptatem atque oblectationem, quam ex ea re percipit conscientia. Etenim qui longiori labore fatigantur, hæcenus superiori condicione sunt, quod propter eam rem maiori delectatione perfunduntur. Quamobrem cum vineæ ingressu mulctari periclitaris propter eas sordidi questus captationes, quas supra commemorauimus, dumque parua quedam lucra obiter colligis, hoc est, voluptates in procrastinatione positas, maximis grauissimisque detrimentis afficiaris, hoc est, baptismo ipso excidas: age, detortas huiusmodi scripturarum expositiones missas facito, ac citra ullam fraudem ad baptismum accedito, nihil videlicet eorum, quæ à nobis allata sunt, voluptatum studio atque amore callidè prætexens aut comminiscens.

Alius prætextus procrastinationum baptismi.

Baptizatorum tria genera.

Quid autem, inquires, nonne clemens & facilis est Deus, atque, ut cogitationes humanas perspectas habet, animi nostri cupiditates explorat, Baptismi quæque appetitionem pro baptismo ducit? Aenigmati simile quiddam narras, si apud Deum propter ipsius benignitatem is pro illuminato habetur, qui luminis expers est, aut etiam intra regnum cælorum est, qui eo frui expetit, cum interim ea facere non curet, quæ ad cæleste regnum iter aperiunt. Ego verò quid de his rebus sentiam, liberè dicam, ac futurum arbitror, ut prudentes & cordati viri sententiæ meæ calculū suum addant. Eorum qui Baptismi donū acceperunt, non vna est ratio. Alij enim prius à Deo, salutæque sua prorsus auersi erant, qui videlicet per omnia flagitiorum genera grassabantur, ac de industria vitium amplexabantur. Alij quodammodo feminali, ac medio inter virtutem & vitium loco positi, ij nempe, qui tamesi sceleratè & flagitiosè viuerent, flagitia tamen ipsa minimè probabant, quemadmodum nec morbum suum qui febrim diuexantur. Alij etiam ante

lustricam imitationem honestè & cum laude viuebant, partim quod à natura ita informati essent, partim quod Baptismo seipso accurata purgatione prepararè: qui etiam post Baptismum præstantius adhuc cautiùsque vitam instituunt: illud, ut bonum adipiscantur: hoc, ut tueantur atque conseruent. In his porrò, ut meliores illi iudicandi sunt, qui de improbitate quidpiam remiserunt, quàm qui vitam omnibus vitiis & flagitiis infamem egerunt: ita iis, qui non omnino effrenatè ac prostitutè peccarunt, illi præferendi sunt, qui virtutem coluerunt, ac seipso ante Baptismum velut scopis quibusdam purgarunt. (Habent enim quiddam præter cæteros, nimirum superioris vitæ studia & labores. Nō enim quemadmodum hanc vim habet Baptismus, ut peccata obliteret, ita etiam rectè facta delet & extinguit.) Atque his rursus anteposendi sunt, qui gratiam Baptismo acceptam excolunt, ac seipso ad omnem virtutis elegantiam quàm maximè expolunt. Eodem modo in iis, qui Baptismum non assequuntur, res se habet. Alij enim peccatum omnino vel ferarum vitam imitantur, prout vel amentia, vel animi peruersitate afficiuntur: qui scilicet ad cætera mala hoc quoque adiunxerunt, ut nec Baptismum ipsum magnopere venerentur, eoque animo sint, ut si quidem detur, eum non grauatim accipiant: si non detur, suscipere deque ferant. Alij Baptismi quidem donum agnoscunt, honorèque prosequuntur, cæterum moras producunt, partim ob ignauiam, partim ob inexplibilem peccandi libidinem. Alij ne accipere quidem possunt, vel propter infantiam fortasse, vel propter inopinatum quendam & violentum casum, quo efficitur ut ne cupientibus quidem, Baptismum consequi liceat. Quemadmodum igitur in illis permagnum discrimen inuentum est: ita inter hos quoque lata differentia reperitur. Nam qui planè Baptismum aspernantur, sceleratiores sunt iis, qui nimia peccandi cupiditate vel socordia à Baptismo suscipiendo retardantur. Atque hi rursus in grauiori crimine sunt, quàm illi, qui per ignorantiam ac tyrannidem à Baptismo exciderunt. Tyrannis enim aliud nihil est, quàm rei alicuius consequendæ inopinatè erepta facultas. Ac futurum existimo, ut primi quidem cum aliorum scelerum, tum etiam Baptismi contempti pœnas subeant: alij autem pœnas quidem, leuiiores tamen pendat, ut qui non tam animi prauitate quàm stultitia à Baptismo aberrarunt: postremi denique nec cælesti gloria nec suppliciis à iusto iudice afficiantur, utpote qui licet Baptismo consignati non fuerint, improbitate tamen careant, atque hanc iacturam passi potius fuerint, quàm fecerint. Neque enim quisquis dignus supplicio non est, protinus honorem quoque meretur: quemadmodum nec quisquis honore indignus est, statim etiam pœnam promeretur. Quin ad hunc quoque modum rem expendamus. Si eum qui animo tantum & voluntate non autem re ipsa cædem perpetravit, cædis damnandum putas, sit sanè is quoque apud te pro baptizato, qui Baptismum citra Baptismi susceptionem expetiuit: si autem illud absurdum est, quo modo hoc consistere possit, haud sanè perspicio. Aut, si magis placet, hoc modo agamus. Si ad vim Baptismi obtinendam ipsius cupiditate teneri satis esse censes, ac propterea de cælesti gloria contendis: tibi quoque ad gloriam gloriæ cupiditas sufficiat. Quid enim tua interfuerit, ea carere, modò eam habere concupiscas?

NICET. Sequitur alia obiectio velut in eius persona, qui Baptismum deprecatur ac repudiat, atque: Deus ut cogitationum humanarum expensor, quod Baptismi desiderio teneat, perspectum habet: ut autem clemens & misericors illud pro Baptismo reputabit. Ad quem, inquit Theologus. Aenigmati simile quiddam narras. At enim eum qui Baptismo illuminatus non est, apud Deum propter ipsius misericordiam pro illuminato haberi. Ego verò quid de tuis obiectionibus existimem, in medium proferam: At igitur diuersos esse gradus, tam eorum, qui Baptismum non consequuntur, quàm eorum, qui Baptismi compotes fiunt. Etenim ex iis, qui baptizantur, alij ante à Deo omnino alieni erant, ut qui non tam voluntate quàm virum imbecillitate peccarent, non secus ac febricitantes, qui quamuis febrim non laborare mallent, inuitti tamen in febrim inciderunt, quod febris causas in corpus admississent. Alij etiam ante Baptismum honestè & cum laude viuebant, siue quia ita commode à natura temperati essent, ut à vitiis abhorrent, siue etiam animi instituto

Baptismus vim habet delendi peccata.

Non baptizatorum lata est differentia.

Quid sit tyrannis.

Paruuli sine baptismo mortis pœna sentis non mulctantur.

ac de industria ad diuinum lauacrum per vitæ puritatem sese prepararent, vt & illud acciperent, & accipiunt tuerentur. Atque hi quidem eorum, qui Baptismum consequuntur, ordinis sunt. Eadem autem & eorum estratio, qui Baptismi expertes sunt. Quidam enim eum non accipiunt, vt pecudum aut ferarum vitam imitantes, hoc est, stultè ac brutorum more cupiditatibus seruientes, vel vt saui & importuni belluino quodam furore concitati. Alij Baptismi quidem gratiam norunt, eamque honori habent: ceterum propter inexplabilem voluptatis cupiditatem eum prorogant: ne vitæ iucunditatibus oblectamētis que careant. Alij rursus Baptismi aqua tingi nequeunt, vel propter ignorantiam, vt pueri, vel propter aliquem casum inopinatò eos opprimentem. Quemadmodum igitur in iis, qui Baptismo tinguntur, permagnum discrimen reperimus (nam iis qui flagitijs omnibus se addixerant, præstantiores sunt qui non nihil de scelere remiserant: atque his rursus meliores, qui seipfos ante Baptismum purgarunt: atque his denique præferendi sunt, qui post Baptismum diuinam gratiam summo studio excollunt): sic inter eos quoque qui sacrosancti lauacri munus minimè consequuntur, lata est differentia. Etenim qui omnino Baptismum aspernantur, iis sunt deteriores, qui propter socordiam pigritiamque eum differunt. Rursus socordes & negligentes iis peiores sunt, qui propter ignorantiam aut inopinatum quendam & violentum casum Baptismo caruerunt. Ac proinde illi omni scelere cooperti, non modò aliorum vitiorum, sed etiam contempti Baptismi pœnas pendunt. Qui autem propter ignauiam ac desidiam eum prorogant, pœnas quidem ipsi quoque luent, ceterum leniores: quoniam non propter cõtemptum animique peruersitatem, sed propter stultitiam à Baptismo exciderunt. Stultitia enim est, vt propter inertiam ac negligentiam, ita propter voluptatum inexplabilem sitim Baptismo multari. At qui etatis puerilis ignorantia aut necessitate, ac vi aliqua maiore Baptismi expertes manserunt, vt quidem signaculo carentes cœlesti gloria non fruuntur: vt autem minimè mali, supplicij non afficiuntur: quoniam detrimentum hoc potius passi sunt, quàm fecerunt. Tres enim, vt opinione assequor, gradus existunt, vnus eorum, qui supernis delicijs perfruuntur: alter eorum, qui supplicij æterni excruciantur: medius eorum, qui nec cœlestis regni voluptates sentiunt, nec pœnis ullis torquentur: in quo & pueruli, qui Baptismo perfusi non sunt, & qui cum Baptismum expeterent, violento tamen aliquo casu impediti suscipere non potuerunt, constituentur. At tu qui contendis te eo solo nomine apud Deum pro baptizato habitum iri, quod Baptismi percipiendi voluntatem habueris, eadem ratione fortasse dixeris eum, qui cædis perpetranda voluntatem habuerit, etiam si eam nequaquam re ipsa admiserit, tamen sicarij iudicium & homicidæ subiturum. At nequaquam ita se res habet. Præterea si tibi ad Baptismum Baptismi cupiditas propositumque sufficit, atque idcirco eorū, qui purifica aqua perfusi sunt, gloriam quæris: ad gloriam quoque tibi sufficiat sola gloriæ cupiditas. Quoniam enim gloriæ desiderium habes, eo contentus esse debes, nec grauiter ac moleste ferre, quod gloriam ipsam non assequaris, cum pro ipsa gloriæ adeptione satis superque sit gloriæ cupiditatem habere.

Pergo posteaquam has rationes audiuitis, accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur, Baptismum videlicet non affectat. Baptismi lucem accipite, quandiu per tempus licet, ne vos à Baptismo disunctos distractòsque tenebræ comprehendant. Venit nox, quando nemo potest operari, nimirum post discessum ex hac vita. Illa Dauidis vox est: hæc veræ illius lucis, quæ omnem hominem in mundum venientem illuminat. Existimate Solomonem his verbis inertiam ac socordiam vestram acerbè insectari. Quousque tandem piger decumbes? quando confurges è somno? Hoc & illud caularis, atque excusationes in peccatis obtendis. Luminum diem expecto. Paschatis festum charius antiquiusque habeo: Pentecosten expectabo. Cum Christo baptizari præstat: cum Christo in resurrectionis festo die ad vitam redire: illustrem Spiritus sancti aduentum honorare. Quid postea? Veniet repentè vitæ finis, in die qua non expectas, & in hora, qua ignoras: ac tum adueniet quasi malus viator, gratiæ inopia, atque in tantis bonitatis opibus fame laborabis. Atqui faciendum tibi erat vt contraria per cõtraria colligeres, messem nempe per sedulitatem & industriam, sitisque restinctionem per sitim, atque instar cerui grauissima siti laborantis magna celeritate ad fontes accurreres, contractamque currendo fatigationem aqua extingueres, ac non, vt Ismaëli accidit, siccitate tabesceres, aut, quod poëta fabulantur, in medio fonte sitis cruciatu vexaris.

NICET. Quoniam, inquit, has meas voces audiuistis, de Dauidis consilio & sententia accedite ad Deum, accedendo ad Ecclesiam, & illuminamini per Baptismum: & facies vestræ non confundentur, maxime quidem iudicij extremi tempore: nunc quoque tamen, vt Baptismo maxime frustratæ, à quo nos auertere ac distrahere aduersaria caligo studiosè molitur. Venit nox, vt ait Dominus, id est, futurum seculum, in quo velut in nocte operi incumbere non licet. Inuehitur quoque in segnes & laboris fugientes Solomon his verbis, Vsq̄quo piger desidia & inertia obtorpescis atque humi iaces? ecquando à cessatione ista & socordia quasi ex somno expergisceris? Hæc atque illa caularis, diem ex die ducens, atque his verbis vtens. Luminum diem expectabo, vt cum Christo per Baptismum illuminer. Expectabo Pascha, vt cum Christo per Baptismum resurgam. Pentecosten expectabo, vt Sp̄s sancti aduentum ac præsentiam honorem. Quid postea? adueniet

Psal. 33.

Ioan. 12.

Ioan. 1.

Prou. 6. & 24. Psal. 140.

Festa paschatis & Pentecostes.

Ioan. 9.

adueniet tibi velut malus viator Baptismi defectus ac penuria, quæ homines quos inuaserit, affligit atque ad supplicia transmittit, quemadmodum ad mortem cibi penuria. Atque in tantis huius sacramenti opibus nunc constitutus, vt pote cui eas accipere liceat, postea fame conficietis, hoc est, Baptismi cupiditate corripieris, cum nulla iam ratione damnium acceptum sarciri poterit. Atqui oportebat labore ac diligentia, quæ inertiae aduersatur, ea quæ paupertati contraria sunt, elucrari, hoc est, vberem & copiosam messem, ac Baptismi fontem, quo à peccati aestu atque ardore animus refrigeratur. A Solomone autem hæc quoque sumpta sunt. Nam cum inertia ac desidia famem contrahi dixisset, de diligentia quoque & sedulitate subiungens ait. Si autem impiger fueris, veniet tibi quasi fons messis, hoc est, fontis instar messis tibi vberimè profluat, ac paupertatis aestum ardoremque mitigabit. Quocirca quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita tu quoque ad Baptismum accurre: ne aliquando tibi idem quod Tantalò accidit, quem apud inferos poëta fabulantur in medio fonte stantem siti contabescere, aqua videlicet, cum bibendi causa caput inclinare parat, clabente: vel etiam idem quod Ismaëli. Habetur enim in Genesis libro, quod Agar ancilla cum filio suo propter Saram indignatione successam ab Abraham expulsa per solitudinem oberrabat, ac consumpta aqua, quam in vtre portabat, puerum sub abiete proiecit: ac ne ipsum morientem cerneret, è regione ipsius procul sedit.

Triste ac miserum est, cum nundinæ effluerint, tum demum negotiationem quærere. Miserum est, cum manna præterierit, tum cibum appetere. Miserum est ferum consilium capere, ac tum damni sensu affici, cum nulla iam ratione acceptum incommodum sarciri potest, hoc est, postquam hinc excesserimus, acerbèque conclusa fuerint, quæ quisque in hac vita gessit, atque & scelerati homines supplicio, & qui animos purgarint, splendore affecti fuerint. Quocirca vobis prouidendum est, ne ad gratiam cunctanter accedatis, verum summam celeritatem adhibeatis, ne latro vobis anteuertat, ne adulter vos prætereat, ne auarus superiores ferat, ne sicarius bonum illud vobis præripiat, ne publicanus, ne scortator, ne denique quisquã ex iis, qui per vim in regnum irrumpunt, illudque rapiunt. Vltro enim vim sibi afferre patitur, ac propter bonitatem tyrannicè inuaditur.

NICET. Nemo, inquit, mercatorum conuentu soluto negotiatur: eodem modo nec post hanc vitam pietati studere licet. Deus enim, vt Iob ait, aduersus eum, qui morte extinctus est, conclusit. Quocirca properate, ne latro vobis anteuertat, quemadmodum latro ille cruci cum Christo affixus omnibus hominibus illius ætatis anteuertit: atque, vt Iudæi, illud Christi audiatis, Publicani & meretrices præcedent vos in regnum. Regnum enim caelorum vim patitur, hoc est, per vim rapitur, ac multo labore comparatur. Et violenti rapiunt illud, qui sibi ipsi vim afferunt, atque affectuum tyrannidem vi frangunt & debilitant. Porro per regnum hoc loco Christum intelligit, vt caelorum regem, qui pro sua bonitate vltro, summo tamen cum labore & ærumna capi se possiderique sinit, vt salutem assequamur.

Enimuerò si mihi auscultandum putabis, ad scelus quidem & fraudem tardus eris, celer autem ad salutem. Pari enim in vitio sunt promptitudo ad vitium, & procrastinatio ad virtutem. Si ad lasciuam comestationem vocatus fueris, ne festines: si ad fidei abiurationem, pedem retrò celerrimè referas: si tibi flagitiosorum ac perditorum hominum sodalitiū dixerit, Veni nobiscum, particeps esto sanguinis, virum iustum iniuste in terram abscondamus: ne aures quidem his sermonibus præbeas. Ita duas maximas vtilitates consequeris: nam & illis peccatum suum indicabis, & teipsum à perniciofa societate eximes. At si tibi dicat David, Venite, exultemus Domino: si alius propheta, Venite, ascēdamus in montē Domini: si ipse salutis nostræ author, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam: aut, Surgite, abeamus hinc, niue splendidius effulgentes, & super lac coagulati, & super sapphirum collustrati: ne in contrarium nitamur, ne moram faciamus, Petrum & Ioannem æmulemur, ad Baptismum, vt illi ad sepulchrū & resurrectionem, omni festinatione properemus, simul currentes, certatim currentes, omni contentione in id incumbētes, vt hoc bonum priores occupemus. Ne dixeris, Abi & redi & cras baptizabor, cum hodie beneficium istud tibi accipere liceat. Adsit mihi pater, adsit mihi mater, fratres, vxor, liberi, amici, atque omnes quos charos habeo: & tum salutem accipiam: nunc autem nondum mihi vacat splendidum fieri. Ne ad eiusmodi voces confugas. Verendum enim est, ne luctus socios accipias, quos lætitiæ socios fore tibi spe atque opinione finxisti. Quamobrem si quidem adsint, præclare tecum agi puta: sin autem absint, ne eos expectes. Turpe est dicere, Vbi est munus, quod propter Baptismum offeram? vbi luculenta vestis, quæ mihi splendorem afferat: vbi ea, quæ ad baptistas

Prou 6.

Psal. 141.

Cap. 21.

Consilium ferum est miserum.

Matth. 11.

Luc. 23.

Matth. 21.

Promptus ad vitium & tardus ad virtutē equè damnandi.

Psal. 94.

Matth. 11.

Ioan. 20.

Vocationi diuinæ statim obtemperandum.

meos humanissimè excipiendos requiruntur, vt ex his quoque rebus nominis ce-
lebritatem assequar: valde verò, si superis placet, hæc necessaria sunt: ac Baptismi
gratia, si ea desint, minor futura est. Ne in rebus magni momenti parua & leui-
cula in rationem mittas, ne turpi & abiecto affectu te duci patiaris. Sublimius est
hoc sacramentum iis rebus, quæ in oculorum aspectum cadunt. Te ipsum mune-
ris loco offer, Christum indue, honesta ac laudabili vitæ ratione me ale: sic ego
excipi & tractari gaudeo, sic etiam Deus, qui maxima quæque beneficia nobis
elargitur. Nihil apud Deum magni aestimatur, quod non pauper quoque donare
possit: vt ne hac quoque in re tenuiores proculcentur, vt qui non habeant quo-
modo cum locupletibus certent. Etenim in cæteris quidem rebus inter diuitias A
& paupertatem multum interest: hinc autem, qui promptitudinem animi maio-
rem affert, locupletior censetur.

NICET. Ad peccatum tardus esto, celer autem ad virtutem salutis parentem. Pari enim in vitio sunt
& celeritas ad vitium, & tarditas ad virtutem. Si ad inhonestum & impudicum conuiuium voceris (hoc
enim commessatio significat) ne proficiscaris. Si ad Dei abiurationem, ne dicto audientem te præbeas. Si per-
uersitatis operarius tibi hæc, quæ apud Solomonem habentur, dixerit, Veni nobiscum, & quæ sequuntur, ne
aures ipsi præbeas: vt & ei peccatum suum notum & perspectum reddas, huiusmodi videlicet consilium
nequaquam admittendo: & tu à scelerata hac societate libereris. At si David te ad Baptismum cohortetur
(qui quidem letitiam & exultationem affert, vt pote peccatorum remissionem largiens) si etiam Micheas
aut Esaias dixerint, Venite ascendamus in montem Domini (hoc est, ad Ecclesiam, in qua ex peccatorum cæno-
per Baptismum emergimus, atque in altum efferimur) si etiam Christus ipse nos inuitet, vt peccati pondere B
fessos lenet ac recreet, curisque liberet, atque hinc aliò traducat, supra niuem splendentes, vt ait Hieremias,
atque ad pietatem desius compactos, quam lac in caseum coaguletur, ac supra sapphirinū lapidem illustres:
ne moram ullam faciamus: verum & simul curramus, & certatim curramus, de victoria contententes, at-
que omni studio in hoc incumbentes, vt Baptismum ante alios arripiamus. Ne ad eum qui te baptizare pa-
rat, dixeris, Ad sint mihi cognati, ac tum baptizabor. Verum hic metus animum angat, ne Baptismum de die
in diem extrahens sine Baptismo mortem obeas, ac genere tibi propinquos luctus non gaudij socios accipias.
At, in quibus, munus parabo, splendidamque vestem, quam post Baptismum induam, atque etiam mensam, qua
baptisiam meum excipiam. Ne hæc quidem necessaria sunt, nec, si ita præparatus non fueris, propterea Ba-
ptismi gratiæ quicquam decedet. Baptismi enim gratia splendoribus iis, qui oculis cernuntur, est sublimior,
nec iis quicquam opus habet: quæ potius te ipsum Deo muneris loco offer. Quid splendidam vestem quæris?
Christum habes. hunc per Baptismum indue. Quicumque enim in Christum baptizati estis, inquit Apostolus,
Christum induistis, hoc est, Christi formam. Quid ea, quæ ad lautè & opiparè accipiendum Baptismi admi-
nistrum pertinent, quæris: ille enim non cibus delectatur, sed præstantissima vitæ ratione, qua ego delector, at-
que ante me Christus, res maximas largitus, hoc est, ipsum Baptismum, ac per eum filiorum adoptionem. Ne-
que enim apud Deum quicquam magnum est, non aurum, non argentum, non pellucida gemmæ, non aliud
quiddam, quod non pauper quoque offerre queat. Quanquam enim in his pecuniarum materiis pauperes à
diuitibus proculcantur ac proteruntur, hinc tamen, hoc est, in Baptismo ac vitæ degendæ ratione, copiosior at-
que opulentior ille est, qui maiori animi alacritate præditus est.

Nihil progressionem tuam reprimat, nihil animi alacritatem inhibeat. Quan-
diu acre & vehemens est desiderium, id quod desideras, arripe: quædiu calet fer-
rum, frigida obduretur, ne quid interim accidat, quod animi cupiditatem infrin-
gat. Philippus sum, esto Candaces. Dic ipse quoque, Ecce aqua, quid me prohi-
bet baptizari? temporis occasionem arripe: tanto bono exulta: atque hæc lo-
cutus baptizare, baptizatus salutem accipe: ac si corpore atro sis, animo nitescere,
candidusque efficere: salutem assequere, qua nihil sublimius præstantiusque est,
duntaxat apud eos, qui mète sunt sana atque integra. Ne dicas, Baptizet me Epi-
scopus, atque is Metropolitanus, aut Hierosolymitanus (non enim locorum di-
gnitas, sed Spiritus sanctus gratiam affert) isque etiam claro & nobili genere
ortus (acerbum enim fuerit, nobilitatem meam baptisæ obscuritate dede-
corari) aut si Presbyter, saltem qui calibatam amplexus sit, qui continentia lau-
de atque angelica viuendi ratione floreat. Pergræue enim fuerit, si in ipso purga-
tionis tempore inficiat atque sordescam. Noli concionatoris aut baptisæ digni-
tatem excutere. Alius horum iudex est, rerumque obscurarū explorator: quan-
do quidem homo faciem, Deus autem cor intuetur. Tu verò neminem non satis
dignum atque idoneum ad baptisæ munus obeundum existima: qui modò inter
pios censetur, ac non apertè condemnatus sit, atque ab Ecclesia alienus. Qui
curationis

curationis indiges, de iudicibus tibi iudicium arrogare noli, nec eorum, à quibus
purgaris, dignitates præciâque anxie & morosè disquire, nec progenitorum de-
lectum habe. Sit sanè alius alio præstantior, vel inferior: ac certè omnes te supe-
riores sunt. Sic tecum reputa. Sint duo annuli, alter aureus, alter ferreus: atque
eorum vterque eandem Imperatoris imaginem insculptam habeat, ac deinde
ceram imprimat: Quid tadem hoc signum ab illo signo differet: nihil. Materiam
in cera agnosce, quamlibet animi solertia valeas: dic vtrum è duobus signis aureo
annulo, vtrum ferreo expressum sit, quòque modo vnum idemque signum exi-
stat. Discrimen enim in materia est, non in signo. Sic tibi quoque omnes qui ba-
ptizandi munere funguntur, idonei habebantur. Quamuis enim alius alium vitæ
probitate antecellat, eadem tamen vtriusque baptisimi vis est. Omnes citra vl-
lum discrimen vim perficiendæ animæ habere existima, qui modò eadem fide
sint informati.

NICET. Quæmadmodum ferrum ignitum, quandiu calet, in aquam iniicitur, vt temperetur: non enim
cum refrigit temperari atque exacti potest: eodem modo tu quoque, quædiu tuus erga Baptismum animi fer-
uor non intepuit neque refrigit, Baptismi aqua temperare. Nam hic quoque mollitem illam animi, qua per-
turbationibus vitiiisque laxamur, obdurat. Et quæmadmodum Æthiops ille Eunuchus, cuius in Actuum libro
mentionem Lucas facit, postea quàm Euangelici regni doctrinam à Philippo hausit, protinus fidem corde ac-
cepit, nec Spiritus signaculum distulit: verum simul atque obiecta ipsorum oculis aqua est, mira animi letitia
perfusus dixit, Ecce aqua, id videlicet quod expetebam, quid me prohibet baptizari: idem tu quoque facito.
Ne dicas, Episcopus me baptizet, atque is Hierosolymitanus, & nobilitate clarus, & matrimonij expers: vt
nec propter baptizantis vilitatem & natalium obscuritatem nobilitas mea dedecoretur, nec si ab indigno
homine baptizet, sordibus inquinetur. Noli baptistarum vitas scrutari atque inquirere. Etenim homo, vt à
Samuele 1. Regum dictum est, videt in faciem, Deus autem in cor, hoc est, Homo ea quæ offeruntur, cer-
nit: Deus autem mentis abdita intuetur. Noli nimium anxie ac curiose baptizantis precium dignitatèque
perscrutari & explorare, num scilicet Episcopus aut Metropolitanus sit: nec ambige atque addubita, cui nam
potius te per Baptismum spiritualiter regenerandum præbeas. Quæmadmodum enim duo annuli, alter auro
alter ferro confectus, vnam eandemque principis imaginem insculptam habentes, ac deinde ceram impri-
mentes, tamen si materiâ differant (aurum enim splendore ferrum antecellit) tamen vtraque impressio eandem
principis formam refert. Consimili modo de Baptismi ministris existimandum est: quamuis enim vita ac mo-
rum ratione alius alium superet, quæmadmodum illic aurum ferro præstat: tamen vis Baptismi eadem est, nõ
secus atque sigillorum nota, omnisque Christianus sacerdos baptizandi munere fungens, eum, qui baptiza-
tur, ritè initiat: diu tamen perspicue hæreticus non sit, atque ab Ecclesia auersus, verum eadè fide informatus.

Ne alienum à dignitate tua putes, simul cum paupere baptizari, qui diuitiis af-
fluis, cum obscuro patritius, herus cū eo qui hæctenus tibi seruus extitit. Nondum
tantopere te demittis, quætopere Christus, cui hodierno die baptizaris, sese de-
iecit, qui salutis tuæ causa seruillem quoque formam accepit. Ex quo die per Ba-
ptismum immutaris, veteres omnes notæ cesserunt: vni eidemque omnibus for-
mæ Christus impositus est. Ne peccatum tuum confiteri graueris, sciens quo pa-
cto Ioannes baptizauerit: vt per huius vitæ pudorem futuri sæculi pudorem
ignominiamque fugias, (nam hoc quoque sempiterni illius supplicij pars est) ac
perspicuum facias te serio atque ex animo peccatum odisse, dum illud tanquam
contumelia dignum traducis ac velut ludibrio exponis, de eoque triumphum
agis. Ne exorcismi medicinam asperneris, nec ob illius prolixitatem animo con-
cidas. Nam id quoque velut lapis quidam Lydius est, ad quem exploratur quàm
sincero quisque pectore ad Baptismum accedat. Ecquando tantum laboris ex-
hauseris, quantum Æthiopum regina, quæ ab extremis terræ finibus perrexit,
vt Solomonis sapientiam audiret? Et ecce plusquam Solomon hinc, saltem apud
eos, qui rem perfectè considerant. Ne vitæ longitudinem reformides, nec maris
spatia, nec ignem, si proponatur, nec aliud quodcunque impedimentum, quò Ba-
ptismi gratiam cõsequaris. Cùm autem tibi nec labore villo exantlato, nec opera
vlla suscepta rei expetita compos fieri liceat, quæ tandem stultitia est, tanti boni
perceptionem in aliud tempus reicere? Sitientes pergite ad aquam, hortatur
Esaias: & qui pecunia caretis, ite atque emite, & vinum nullo persoluto precio
bibite. O miram beneficentiæ celeritatem! ô facilem contrahendi rationem!
Hoc bonum solo voluntatis precio emendum tibi proponitur: appetitionem

simil.
elegans.vis bap-
tismi eadem
est, à quo-
cunque fi-
deli confē-
ratur.

Cap. 16.

Confitebā-
tur bap-
tizandi.Exorci-
smus in ba-
ptismo.Mira cele-
ritas bene-
ficiæ Dei.

ipsam Deus ingentis precij loco habet. Sitit sitiri: bibere cupientibus potum præbet: cum ab eo beneficium petitur, beneficio id ducit: prompta, munifica, atque prolixa natura est: iucundius dat, quam alij accipiunt. Hoc vnum caueamus, ne fordidi ac præparci animi notam subeamus parua postulantes, ac Dei liberalitate indigna. Beatus ille, à quo, vt ab illa Samaritana potum Christus poscit, fontemque dat aquæ in vitam æternam salientis. Beatus, qui seminat super omnem aquam & omnem animam craftino die aratro perstringendam, & irrigandam, quam hodie bos & asinus calcant, vtpote vastam & incultam & siccitate laborantem, feritatemque vexatam & oppressam. Beatus, qui licet iunctorum torrens sit, de domo tamen Domini rigatur, atque ex iuncifero frugifer efficitur, alimoniamque hominibus conuenientem profert, non autem asperam & inutilem. Ac proinde omni cura & studio nobis est prouidendum, ne communi hac Baptismi gratia careamus.

NICET. Herus es? ne cum eo qui hæcenus, hoc est, vsque ad Baptismum tibi seruus extitit, initiari graueris. Nam post Baptismum non est seruus in Christo Iesu. Hoc enim præstat Baptismus, vt deinceps omnes æquo honore sint. Etenim ex quo die per Baptismum refingeris, hoc est, ab affectuum turbulentia ad animi tranquillitatem, à vitæ sordibus ad puritatem veteres omnes notæ recesserunt, à quibus et diues & nobilis & dominus, atque huius generis nomina designantur. Atque omnibus iis, qui baptizati sunt, vnâ formâ Baptismi, nempe Christus quasi character quidam impositus est, hoc est, Christi fides, per quam, quoniam simus, liquiddo pater. Ad hæc cum exploratum habeas eos, qui à Ioanne baptizabantur, id in more positum habuisse, vt peccata sua confiterentur, sic tu quoque peccata tua expromas: vt quando quidem pudor atque ignominia futuri supplicij pars est, eam, hic erubescendo, fugias, ac peccatum publicè traducendo, ac velut de eo triumphando planum facias te illud odisse atque execrari. Quin illud quoque tibi prouidendum est, ne exorcismi prolixitate offendaris. Namque exorcismum longiorem nequaquam molestè atque ægrè ferre, argumentum est animi vero ac sincero affectu Baptismum amplectentis. Est autem exorcismus conscripta verborum series, in qua is qui baptizatur munere fungitur, diabolus Dei nomine adiuratum, ab eo, qui baptizatur, excedere ac procul fugere iubet. Ethiopum regina, hoc est, Austri, quæ, vt tertio Regum habetur, ab orbis finibus sapietie Solomonis fama permota Hierosolymam perrexit. At qui sapientie illius, quæ in Solomone extitit, miraculo, Baptismi miraculum maius & excellentius censendum est, quippe quo homines ex veteribus noui efficiantur.

Quamobrem nullius impedimenti atque obstaculi metu deterrearis, quo minus ad Baptismum peruenias. Atque hic etiam res ita comparata est, vt vbi præptus atque alacer fuerit animus, quod obstare possit, nihil esse queat. Nec verò ad id sumptus vlli faciendi, nec vllum negotium suscipiendum est. Esaias enim ad Baptismum nos exhortans ait, Sitientes, hoc est, qui Baptismi desiderio flagrant, ad refocillationis aquam pergite, hoc est, ad Baptismum peccati flammam ardoremque restringentem, & qui non habetis argentum, vt pretium detis, emite huiusmodi aquam, prompto atque alacri animo ad eam accedendo. Solo enim voluntatis pretio Baptismus emitur. Porro cum voluntatem cupiditatemque dico, non nudam ac simplicem intelligo: nec enim ea sufficit: verum eam, quæ actionem comitem habet, atque ex eo quod ad rem expetitam & concupitam nos conferamus, maxime appetat atque elucescit. Incessum quippe & profectioem precij loco ducit. profecti enim, inquit, emite & bibite vinum sine precio, hoc est, voluptate afficiamini nulla pecunia persoluta. Vinum enim oblectationem designat. Ac proinde dictum est, Et vinum exhilarat cor hominis: vel fortasse vinum mysticum intelligit, hoc est, Christi sanguinem, cuius post Baptismum gratis participem fieri licet. Sitit atque appetit Dominus à nobis amari: datque iucundius ac libentius quam alij accipiant, dum modo nequaquam parua atque exilia, verum eo digna rogemus. Petiit à samaritana potum, hoc est, fidem, atque huius doni desiderium: ipse autem eam Baptismo est impartitus. Qui fons quidem dicitur, quia perenniter fluit: aquæ autem, quia vitiorum sordes abluunt & purgat, atque etiam affectuum flammam extinguit: salientis denique, hoc est, motu agitæ atque efficacis, & ad vitam æternam efferentis. Iam verò Esaias doctores eos beatos prædicat, qui doctrinam super omnem aquam spargunt, hoc est, super omnem animam Baptismi aqua persusam, quam hesternò die hoc est, ante Baptismum, diuini impluuij penuria laborantem, vastam & incultam brutæ animi perturbationes calcabant ac premebant. Nam qui rem aliquam pedibus terit, eam quoque comprimit. dementia autem ac vacordia per bouem atque asinum significatur. Quamquam etiam his verbis naturalium, ac præter naturam existentium affectuum discrimen notari existimo, quoniam bos purum est animal: asinus autem impurum & immundum. Ioel insuper ait, Fons ex domo Domini egredietur, ac torrentem iunctorum proluet. Est autem, quantum ad historicum sensum, locus haud procul ab Hierosolymis distans, aqua carens, & iuncos proferens. Allegorico autem sensu, per fontem Evangelicæ prædicationis doctrina significatur: per torrentem autem iunctorum fidelium Ecclesia, quæ cum prius arida & siccitate perusta esset, quoniam nulla huiusmodi doctrina fluentia hauserat, nec frugiferas vllas actiones produceret, postea irrigata est, fructusque tulit. Quoniam autem iuncus, qui scæni est species, brutis animantibus in pabulum obici solet, idcirco animam stultè temerèque viuentem Theologus iunciferam nominauit. Hanc porro Baptismatis fonte ex templo Domini manante, irrigatâ pro iunco triticum ferre ait, hoc est, actiones hominis nature conuenientes. Quocirca omni studio tibi aduigilandum est, ne sis expers Baptismi: qui quidem

communis

communis omnium mortalium est gratia, non secus atque aer, quem spiramus, ac cælum orbisque aspectus.

Sint sanè vera quæ loqueris, dixerit aliquis, quantum ad eos attinet, qui Baptismum requirunt: quid autem de iis dices, qui adhuc tenera ætate sunt, nec autem Infantès sint ne baptizandi. damnū aut gratiam sentiunt? An eos quoque baptizabimus? Ita prorsus, si quod periculum vrgeat. Præstat enim sine sanctitatis sensu sanctificari, quam citra Baptismum atque initiationem è vita decedere. Atque huius rei nobis argumentum Circuncisio præbet, octauo die peragi solita, quæ Baptismi figuram quodammodo gerebat, atque iis, qui nondū ratione valebāt, offerebatur. Eodem quoque modo postium vnctio, quæ rebus sensu carentibus adhibita primogenitos seruabat. De reliquis ita ceseo, vt triennio expectato, aut aliquanto breuiori vel longiori temporis spatio (nam tum & mystici quiddam audire & respondere possunt, ac si minus plenè & exactè intelligunt, imbuuntur tamen & informantur) ita demum per magni Baptismi sacramentū & animis & corporibus sanctitatem afferant. Quamquam enim res ita se habet, vt referendis vitæ rationibus non antè obnoxij esse incipiant, quam & ratio ad plenum accreuerit, & vim Sacramenti huius intelligant: ætatis enim beneficio hoc habent, vt peccatorum, quæ per ignorantiam admiserint, rationem reddere minimè cogantur: tamen propter inopinatos & subitōs ac repentinos periculorum impetus, nec vllō auxilio propulsabiles, lauacro communiri omnino conducibilius est.

NICET. Sint sanè vera, inquit, quæ de nobis, qui adulta ætate sumus, ac Baptismum requirere possumus, abs te dicta sunt: verum de infantibus, qui nihil sentiunt, quid ais? An hos quoque baptizabimus? Ita sanè, si quod periculum vrgeat. Atque huius rei documentum hinc peti potest, quod ne Iudæus quidem circuncisionem auersatur aut differt, minaci hac oratione permotus, Omnis anima, quæ octauo die circuncisa nõ fuerit, exterminabitur. Circuncisio autem illa Circuncisionis non manufactæ figuram gerebat, quæ in Baptismo per carnis expoliationem abiectionemque peragitur. Ac propterea hæc nullo modo proroganda est, cum Dominus dixerit, Nisi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum Dei. Huc accedit, quod postes quæque, etsi sensu carentes, sanguine vngebatur: & tamen exterminator consignatas domos præteribat: in iis autem, quæ signum nullū præferbant, primigeniam prolem interficiebat. Proinde quoque satius est, vt infantem, tamen si sensu careat, baptizentur, quam vt signi expertes è vita discedat. Quoniam enim modo, qui baptizatus non est, dicere queat, Dei sum: cum rei huius signa & notas secum non ferat? At verò de aliis puerulis, quos nullus aduersus casus nec periculum vllum Baptismi suscipiendi necessitate constringit, in ea sum sententia, vt circa tertium ætatis annum, aut omnino intra hoc tempus, aut aliquantò ultra hoc spatium baptizentur: vt nonnulla sacrosanctæ initiationis verba audire ac respondere queant, verbi gratia, Abrenuncio Sathana, ac Christi ordini adiungor. Res enim ita vt dicturus sum, se habet, quod pueri tum demum vitæ suæ rationem reddere incipiunt, cum fidei mysterium intellexerint, & cum in ipsis plena atque adulta ratio fuerit, hoc est, delectus boni & mali. Tum autem ad plenum illa perducta est, cum conscientie iudicium & sensuum organa secundum naturam agere incipiunt. Hoc porro circa duodecimum annum contingit. Cæterum quamuis pueruli venia nequaquam opus habeant, vtpote nondum in peccatum prolapsi: at ipsi tamen signaculo & præsidio indigent, atque ipsis Baptismus offerendus adhibendusque est, vt propugnaculū quoddam & præmanitio, propter improuisos ac repentinos casus: quibus persape ne occurrere quidè ac mederi quisquā possit.

At dices, Christus tricesimo anno baptizatur, idque cum Deus esset: & tu me Baptismum adurgere iubes? Cum Dei nomen adiecisti, quæstio abs te soluta est. Christus enim purgatio ipsamet erat, nec purgationis indigebat: verum tua causa purgabatur, quemadmodum & carnem ferebat, cum carnis expers esset. Nec verò ei quicquam periculi timendū erat Baptismum proroganti: quippe qui passionis quoque suæ dispensator esset, ac velut promus condus, quemadmodum & natiuitatis. Tibi autem nõ leue periculū imminet, si hinc migraueris corruptioni soli genitus, nec immortalitate & incorruptibilitate cõuestitus. Quin illud etiam animaduertendum, quod Christo tempus hoc Baptismi necessarium erat: tua autem dispar est ratio. Lucere enim atque in hominū oculis florere cœpit tricesimo demum anno, non autem ante id ætatis tempus: partim ne ostentationis cuiuspiam opinionem præberet (quo affectu inepti homines impelluntur) partim quia hæc ætas plenū virtutis argumentum, docendique maturitatem habet. Iam quoniam ei salutarum supplicium subeundum erat, omnia vtique, quæ ad passionem spectabant, ad passionem concurrere necesse erat, nimirū ostensionem, Baptismum, cœleste testimonium, conciones, multitudinis cõcursum, miracula, ac velut cor-

pus vnum constari, non diuulsum, nec temporum interuallis diuinctum & interruptum. Etenim ex Baptismo & concionibus excitatus est ille confluentis multitudinis terramotus. sic enim tempus illud Scriptura vocat. Rursus ex populi multitudine & frequentia extitit signorum editio & miracula ad Euangelium homines adducunt. Ex his porro inuidia nata est, ex inuidia odium, ex odio insidia, & proditiōis scelus. Hinc postremo crux, & cetera quæ nobis salutem attulerunt. Ac Christi quidem res ita se habent, quantum quidem nobis assequi licet: atque etiam fortasse alia quædam ratio iis, quas commemorauimus, altior inueniri queat. Tibi verò quid necesse est, ut exempla conditione tua sublimiora sequens malè & perniciosè tibi consulas: præsertim cum alia quoque permulta ex iis, quæ tum ab eo gesta esse historia sacra testatur, à nostro ritu discrepare, ac tempore differre constet? Verbi causa: Christus paulò ante tétationem ieiunauit: nos ante Pascha. Ieiunium vnum idemque est: at vtriusque temporis non parua est differentia. Ille enim ieiunium aduersus tétationum impetus obiicit: nobis autè hoc ieiunio significatur, cum Christo emoriendum esse, ac profectæ cuiusdam purgationis vice est huiusmodi inedia. Iam ille totos quadraginta dies à cibo abstinuit, utpote Deus: nos autè ad virium nostrarum modulum ieiunium attemperauimus: etiam si quidam zelo impulsus ultra virium facultatem in ieiunando profiliant. Ad hæc ille discipulos suos Paschatis mysterio in cœnaculo imbuat, & à cœna, & vnico ante passionem die: nos in orationis domibus & ante cœnam, & post resurrectionem. Ille tertio die à morte ad vitam rediit: nos post diuturnum tempus. Ita ipsius res nec à nostris penitus distractæ atque abruptæ sunt, nec rursus temporibus inter se coheret: verum hæc tamen nobis traditæ, ut ad earum exemplar ritus nostros conformemus, plenam omnibusque modis perfectam similitudinem fugiunt. Quid igitur mirum eum, quauis salutis nostræ causa Baptismum susceperit, temporis tamen ratione à nobis differre? Id quod tu mihi velut quiddam magni momenti, mirèque prædicandum aduersus tuam ipsius salutem prætereas videris.

Ieiunium
Christia-
norum an-
te Pascha.

Non omnis
actio Chri-
sti imitanda.

Ritus Ec-
clesiæ.

N I C. Illud quoque obiciis, quod Christus tricesimo anno baptizatus est: idque cum Deus esset. Pluribus ac diuersis modis argumētum hoc diluo. Primum à persona, quia ille Deus erat, tu autem homo: ac proinde ille purgatione non indigebat: verum propter te baptizatus est, quemadmodum & incarnatus: tu verò magnopere ea opus habes. Deinde à personarum circumstantiis. Etenim ex Baptismi productione ac dilatione nihil periculi erat, quod ei suspensionem afferre posset. ut enim cum voluit, natus est: ita mortis quoque, cum ipsi videretur, arbitrium & potestatem habebat, cruciatumque & supplicia, in quod tempus libuit, reseruauit. At tibi periclitatur anima, si è viuis excesseris, corruptioni soli genitus, hoc est, natiuitati affectibus obnoxius atque à corruptione ortum habenti, ac non per Baptismum incorruptionem indueris, hoc est, tranquillitatem atque immunitatem à perturbationibus animique puritatem. Dissoluetur quoque obiectio tua à tempore. Christo enim tum baptizari necesse erat, cum baptizatus est, ob eas causas, quas recensero. At tu, quam speciosam dilationis causam præendas, nullam habes. Christus enim duplici de causa nequaquam prius inclaruit, atque in hominum lucem prodit, quam tricesimum annum attigisset: altera, ne ostentationis speciem præberet (nam ostentationis vitium ineptorum est hominum, hoc est, ambitioforum, atque honestatis & humilitatis expertium, aut eorum, qui immodicè sibi placet, quales ferè sunt, qui iuuenilè ætatem agunt). Altera, quia hæc ætas nempe triginta annorum, absolute virtutis indicium & argumentum habet, aptaque est ad docendum. His de causis tricesimo demum anno in publicum prodit. Postea quàm autem imminere capui illud tempus, quo supplicio erat afficiendus, omnia quæ ad passionem spectabant, in vnum coierunt & confluerunt: ac velut corpus quoddam cœtinuum factum est. Ut enim ad hominum oculos notitiamque peruenit, baptizatus est: ex Baptismo deinde ad eum ingens mortalium multitudo confluit, atque, ut inquit Matthæus, commota ac velut tremore cœcussa est vniuersa ciuitas, concurrente videlicet populo ac sese commouente. Tum propter multitudinis concursum miracula sunt edita, ut is permota promiscua plebs ad Euangelij fidem accederet. Postea in inuidiam atque odium adductus, insidiasque appetitus ac proditus, ac tandem cruci affixus est, atque ea supplicia pertulit, quibus nobis salus parta est. Atque hæc causæ exiiterunt, cur Christus eo demum tempore baptizaretur, quantum quidem ipse cognitione assequor. Tibi verò quid necesse est, ut hæc in exemplum trahens malè tibi consulas: quadoquidem & pleraque alia in Christo reperies, quæ cum nostris rebus quantum ad tempora, non consentiant. Ille enim statim ut baptizatus est, priusquam à diabolo tentaretur, quadragenarium ieiunium aduersus tentationes obtendit: at nos ante Pascha ieiunamus, ieiuniumque ipsum ad virium nostrarum modum attemperamus. Hoc porro ieiunium nobis faciendum esse significat, ut per ipsum cum Christo moriamur. Confimili etiã ratione discipulis post cœnam ante vnicum passionis diem Christus Pascha tradidit: at nos in sacris domibus, & ieiunio, & post reditum Christi ad vitam illud celebramus. Ita res Christi, ut quidam forma atque exemplum, à nostris rebus non omnino abruptæ ac distractæ sunt: nec rursus ita cœunctæ, quin dissimilitudinem aliquam admittant. Eadem quoque est Baptismi ratio, quæ Dominus propter nos ita accepit, ut tamen temporis spatium atque interuallum differat. Quamobrè non est, quod tu hoc argumētum quasi

telum

telum quoddam aduersus salutem tuam intorqueas.

Quare si quid me audiendum putatis, huiusmodi rationes valere iubete, atque ipsi ad Baptismum profilite, ac duplex certamen vobis proponite: alterum ut animos vestros ante Baptismum diligenter præparetis: alterum, ut Baptismum acceptum conferuetis: quandoquidem eiusdem est difficultatis, & bonum ali-quod, quo prius carebas, adipisci: & cum adeptus fueris, cōseruare. Fit enim plerunque, ut quod cura atque industria partum est, socordia labefactetur: quod autem inertia amissum est, labore & diligentia recuperetur. Magnum tibi ad ea, quæ cupis, assequenda ac retinenda subsidium attulerint vigilia, ieiunia, lectulus humi stratus, orationes, lachrymæ, commiseratio pauperum, largitio. His rebus partim pro iis, quæ accepisti, gratias age, partim etiam ea tuere ac custodi. Habes beneficium, quod te multorum præceptorum submoneat: ne contemptim prætereas. Pauper accessit: in mentem tibi veniat, ex quam graui paupertate ad quantas diuitias prouectus es. Pane carens, potu, atque etiam fortasse Lazarus quispiam ad domus tuæ fores prouolutus: moueat te mystica mensa, ad quam accessisti: moueat te panis ille; cuius particeps factus es, calix ille quem accepisti, cum Christi passionibus initiareris. Peregrinus ad genium tuum procubuit, domo carens, aduenam? per hunc excipe illum, qui peregrè propter te vitam egit, idque in suis regionibus, quique per gratiam ad te immigrauit, teque ad cœlestem domicilium pertraxit. Zachæum imitare, illum, inquam, heri publicanum, hodie animi magnitudine & liberalitate præstantem: facultates omnes tuas ingredienti Christo in munus offer, ut licet corporea ætate paruus, animo tamè eucharis, Christum egregie conspicatus. Aegrotus prostat, & vulneribus oppressus: moueat te sanitas tua, & vulnera, quibus te Christus liberauit. Si videris nudum, contege tuo incorruptionis vestimento permotus, hoc est, Christo. Quotquot enim in Christum baptizati sumus, Christum induimus. Si debitorem nactus sis tibi ad pedes accedentem: syngrapham omnem tam iustam quam iniustam concerpe: decem illa talentorum millia in memoria habe, quæ tibi Christus remisit. Noli te acerbum minoris debiti exactorem præbere, & quidem conferuis: cum tibi à Domino maior summa condonata sit: ne ob humanitatem quoque illius & misericordiam, quam tibi in exemplum propositam nequaquam es imitatus, pœnæ à te expetantur.

Baptizatio
duplex, cer-
tamen in-
undum.

Luc. 16.
Mensa my-
stica.

Galat. 3.

Esa. 58.
Matth. 18.

N I C E T. Valere iubete Gr. *χρηστέω*. Prouerbialis isthac locutio. Veteres enim eos, quos odio prosequantur, obuios habentes valere tantum iustos præteribant. Porro hoc verbum ipsis sicut ac perniciem significabat. Proinde tu quoque, inquit Theologus, huiusmodi rationes, quas prætexis, valere iubens ad Baptismum accurre, ac duplex certamen suscipe: alterum, ut teipsum ante Baptismum purges: alterum, ut Baptismum tuearis atque conserues. Quandoquidem iuxta Demosthenis sententiam, plerunque maioris negotij ac difficultatis esse videtur bona conseruare, quam adipisci. At dices, Per magni negotij est hunc Baptismi thesaurum tueri. Sedulo verò inuigila, frater, ut quod amas retineas, hoc est, ut perceptam Baptismi gratiam custodias. Præsto sunt tibi auxiliares copie, si volueris, nimirum oratio nocturnas excubiis agens, inedia familiaris ac domestica, psalmodia animum oblectans atque permulcens. Has socias tibi asciscere: hæc ad rerum charissimarum custodiam simul pernoctent. Præclara quoque fuerit largitio, & quæ eam præcedit, misericordia: quæ animi affectio est, ac nuda & simplex condolentia. Etenim studium de pauperibus bene mendi vtrunque hoc tibi præstabit, ut & de Deo, qui te per Baptismum beneficio affecit, præclare merearis, & tutus tibi sit Baptismus. Habes multa Scripture testimonia, quæ te elemosinæ commune faciunt, atque ad eam te excitent. Pauper accessit, Lazaro similis, quatenus scilicet ad fores tuas prouolutus est, atque in eadem egestate iisdemque afflictionibus calamitatibusque versatur: In mentem tibi veniat, quod ipse quoque magna virtutis inopia ante Baptismum laborasti: post Baptismum autem ad amplissimas opes enectus es, nimirum purgationem, adoptionem, cælorum regnum, diuinitatem ipsam: item quod corpore ac sanguine Christi nutritus es, ac Christiano huiusmodi sacrificio perfectionem adeptus es. Peregrinus quispiam se obtulit, tecto carens, aduenam? per hospitem & peregrinum, Christum suscipe, qui velut externus ac peregrinus in mundum venit. Ait enim Euangelista, in propria venit & sui eum non receperunt. Propria autem ipsius, præfens hic mundus est, utpote ab eo creatus. Per domo carentem, eum qui per Baptismum in te commigravit atque habitauit velut templum Dei effectum (Templum enim Dei, inquit, estis.) Per aduenam rursus, eum, qui ab huius vite peregrinatione & incolatu ad supernam habitationem te pertraxit. Cum enim, inquit, exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum. Et quemadmodum Zachæus, postquam Christum in domum suam excepit, dimidiam quidam facultatum suarum partem pauperibus erogauit, reliquam autem retinuit, non ut ipse ea frueretur, sed ut ea quadrupli fœnore restitueret, quæ iniustus rationibus ac fraude & per calumniam

Ioan. 1.

2. Cor. 6.

Ioan. 12.

Luc. 19.

collegerat: sic tu quoque magnanimus esto, hoc est, pecuniarum contemptor, ac supra res terrenas assurge, ut magnus secundum spiritualem aetatem, quae in virtutis incremento sita est, appareas, atque Christiana theorematata plenè & exactè intelligas. Vulnere agrum commiserare, quandoquidem te quoque Christus spiritualibus vulneribus per Baptismum liberauit. Si videris nudum, contege, quemadmodum Esaias hortatur: ut indumentum tuum, hoc est, Christum, quem per Baptismum induis, honore afficias. Si is qui tibi debito obstrictus est, ad pedes tuos se prouoluat, Esaias quidem debiti condonationem suadens ait, Omnem iniustam syngrapham koncerpe: ego autem adiungam, ut iustam quoque conscindas: quoniam & Christus chirographum tuum fregit atque lacerauit, teque aere alieno liberauit. Quare cum tibi magna summa condonata sit, cauendum tibi est, ne in minori debito grauem & acerbum exactorem conseruis tuus te, praebear. Alioqui futurum est, ut ea, quae tibi remissa sunt, rursus à te repetantur, ac pœnas etiam eo nomine persoluas, quia commiserationis exemplum ob oculos positum habens, nimirum Dei erga te misericordiam, illud imitari noluisi.

Sic te cōpara ut Baptismus nō modò corpus, sed imaginē quoque diuinā abluat: non peccata solum delectat, sed mores etiam emendet: non pristinas tantum vitæ sordes eluat, verum fontem quoque ipsum expurget: non hoc tantum in animo tibi insculpat, ut opes honestis rationibus quæras, sed etiam ut laudabiliter effundas, aut, quod leuissimum est, malis artibus quæsitae abicias. Quid enim tibi profuerit, ita peccati veniam impetrasse, ut tamen ei quem læseris, damnum non sarcatur: cum tu duplici scelere cōstrictus tenearis, altero, quia sceleratis artibus facultates tuas auxisti, altero quia partas opes mordicus retines. Ita quauis illa tibi noxa condonata sit, hac tamē hodierno die adhuc implicaris. Hodie enim apud te aliena res est. Ideoq; nequaquam sublatum atque extinctū est peccatum, sed tempore solum interfectum. Pars enim altera ante Baptismum perpetrata est, altera post Baptismum manet. Neque enim praesentibus flagitiis, sed iis quæ iam admissa sunt, veniam affert Baptismus. Porrò non veteratorie & simulatè accipienda est Baptismi purgatio, verum seriò imprimenda: tibi que hoc agendum, ut pleno perfectoque splendore niteas, non ut leuiter atque in superficiem illinaris, ut non peccata tantum obducatur Baptismus: sed ab iis omnino te vindicet. Beati, quorū remissæ sunt iniquitates: hoc plenæ & cumulatae purgationis est. Et quorum tecta sunt peccata, hoc iis congruit, quorum intimæ animi partes nondum purgatæ sunt. Beatus vir, cui nō imputauit Dominus peccatum. Tertia quædam hæc peccantium classis est: eorum nempe, qui tamen aliquid improbè & vitiosè agant, animus tamen & voluntas culpa vacat.

NICET. Da operam, ut non corpus solum aqua conspergatur, verum etiam anima: nec peccata duntaxat abluantur, ac detergantur, verum & mores, hoc est, huiusmodi animi affectio, quæ peccata committuntur: nec cœnum tantum eluatur atque exhauriatur, verum & fons ipse ac scaturigo, à qua cœnum profuit. Illud etiam addisce, ut non modò honestè & cum laude ea quæ habes, possideas, verum ea præclare profundas ac dispergas. Quod si eò adduci non potes, ut facultates iustis rationibus partas in pauperes effundas, id saltem, quod leuius est, à te impetretur, ut res sceleratè quæsitae excutias. Nam alienorum bonorum raptor duplici peccato deuinctus tenetur: altero, quia rapuit: altero, quia id quod rapuit, retinet. Quocirca si apud ipsum post Baptismum manet, quod prius per rapinam ac latrocinium adeptus est, peccatum interciditur, ac latrocinij quidem remissionem Baptismi beneficio consecutus est: verum retentionis illius, quæ bono rapto fruitur, non item. Etenim iniuriam infert etiam post Baptismum quatenus aliena adhuc retinet. Baptismus enim præcedentia peccata delet, non ea quæ postea designantur. Ac proinde qui aliena rapuit, ac demde baptizatur, ideoque sibi noxam remissam esse existimat, seipsum fallit, ac Baptismo fucum facit. Atqui purum esse oportet, non tantum videri atque existimari. Quamquam enim talis videatur, quia ex parte purgatus sit, minime tamen est, propter id quod in eo desideratur. Neque enim infixæ atque impressæ est Baptismi purgatio, hoc est, nequaquam oris inustionis instar altè grassata est: sed leuiter tantum illita est atque colorata. Quæ res duntaxat tegit atque occultat: quod autem occultatur, manet. Quod verò contectio penetrat ipsa non purget, David testimonio suo confirmat, tres ordines inducens. Primo enim ac præcipuo loco eos beatos proclamat, quorum iniquitates remissæ sunt: secundo eos, qui ex parte purgati sunt, quorum tecta quoque peccata esse dicit, utpote qui nondum in penitissimis animi latebris atque recessibus expiati sint. In tertio demum ordine eos constituit, qui tamen vitiosè aliquid fecerint, ita tamen fecerunt, ut voluntas eorum animique sententia crimine careat, quia id vel imprudenter vel inuiti vel bona intentione & proposito in fraudem inciderunt. Ut autem nonnullis placet, remittuntur quidem peccata per Baptismum: teguntur autem per penitentiam, ut ea iam Dominus non imputet, atque in rationem vocet.

Quid igitur dico? & quo mea spectat oratio? Heri Chananæa anima eras ac peccato contracta: hodie à Verbo erecta es. Ne rursus contraharis, ac velut catenis quibusdam ferreis à diabolo depressa in terram propendeas, atque ita deprimar,

maris, ut iam vix vlla ratione surrigi, caputque attollere quas. Heri sanguinis profluio tabescebas (rubrum enim & cruentum peccatum ex te manabat:) hodie ficcato profluio ad pristinum florem redisti. Attrectata quippe vestis Christi fimbria fluxum compressisti. Fac Baptismum integrum serues, ne alioqui sanguinis defluio rursus labores, Christumque iam suffurandæ salutis causa præhendere nequeas. Neque enim furto sapius circumueniri Christus amat, tamen si mirè clemens & facilis:

NICETAS. Altera est mulier contracta atque inclinata, altera Chananæa. Illius apud Mattheum, huius apud Lucam mentio fit. Theologus autem ambas ad eum, qui nondum baptizatus est, hoc loco accommodat. Chananæam quidem propter peccata eam nominat (Gentilis enim erat hæc Chananæa & à lege aliena:) contractam autem, propter scelera grauitatè sathanæque vincula. Quod autem ait Heri, tempus Baptismum præcedens significat: Hodie verò illud, quod Baptismum sequitur. Si igitur, inquit, per Baptismum à Christo erectus fueris, ne rursus ad terrenas cupiditates procumbas, velut quibusdam catenis inflexus. Nam si post Baptismum quoque in terram procubueris, difficile tibi iam erit huic contractioni mederi: utpote cum nulla super sit iam secunda regeneratio. Rursus tabescebas, quia salus te defecerat, quemadmodum illa sanguinis profluio laborans deficiente sanguine. Atque impuritate & sordibus scatebas, hoc est sanguinem & exitiosum peccatum fontis in modum emittebas, post Baptismum verò salutiferæ aquæ purgatione restoruisi, atque impuritatis fluentum exaruit, posteaquam animo Baptismum tetigisti, qui quidem Christi vestimentum est, utpote incorruptionis indumentum: fimbriæ autem ipsius, aqua atque alia symbola. Vide igitur ne in rubrum & cruentum peccatum rursus incidas: ne rursus apprehendere Christi fimbriam nequeas (quippe cum, ut iam dictum est, nulla sit secunda regeneratio) ut salutem tibi tuto, velut in Baptismo donatam furim tollas. Nec enim Christi libenti animo feri sibi à te salutem crebrò per Baptismum surripi, sed semel duntaxat. Hoc autem eò fit, ne si gratiæ rursus per Baptismum obtinendæ spes nobis affulgeret, in contemptum & incuriam laboreremur, acceptamque gratiam facile perderemus. Quod ipsum quoque excimij atque insignis Dei erga nos amoris argumentum est.

Heri in lecto volutabar, languens & corpore fractus atque solutus, nec hominem præterò habebas, qui cum turbaretur aqua, te in piscinam iniiceret. Hodie nactus es hominem eundemque Deum, vel, ut rectius loquar, Deum hominem. Elatus es è grabbato, immò grabbatū extulisti, beneficiumque acceptum velut in columna incisum omnibus spectandum proposuisti. Caue ne admisso peccato rursus in grabbato voluteris, hoc est in corporis voluptatibus fracti ac debilitati malæ & perniciose quiete. verum ut es, proficiscere, præcepti huius memor, Ecce sanus factus es, iam noli peccare: ne deterius aliquid tibi accidat, si post acceptū beneficium malus inueniaris.

NICETAS. Hic paralytici historiam ad institutam materiam accommodatam interpretatur. Ac per lectum quidem supinam socordiam atque perniciosam quietem intelligit: per artuum verò dissolutionem, delicias, animique in voluptatibus eneruationem & langorem: per aquæ autem turbationem, eam, quæ in Baptismo fit, motionem, ac Spiritus aduenientis, eique sanctitatem afferentis vim & efficaciam. Heri igitur, inquit, hominem nancisci non poteras: hodie nactus es hominem eundem & Deum (diuinitas enim humanitati Christi hypostasis facta est) atque à peccati lapsu veluti à grabbato sublatum es, atque huiusmodi lapsum velut extulisti, nimirum de eo per confessionem triumphans, beneficiumque per Baptismum acceptum omnibus promulgasti. Caue igitur rursus prolabare. Verum ut es, proficiscere, id est, sanus & incolumis præcepti huius memor paralytico in hæc verba dau. Ecce sanus factus es, &c. Quin ad hunc quoque modum hæc explicari queant. Qui corporis voluptatibus fractus est, nec ad virtutem efficacis est, nec ad scientiam & cognitionem facile moueri potest: ac proinde nec hominem habet, hoc est humanam ac prudentem rationem, à qua ad virtutem scientiæ capacem quasi in piscinam iniicitur: quo ad vsque Verbum veniens compediōsam ei depellendi morbi rationem tradiderit, menti nimirum imperans, ut à voluptatū illecebris, quibus detinetur, exurgat, virtutumque humeris corpus tollat, atque in domum suam, hoc est in cælum proficiscatur. Præstat enim ut quod inferius est, ab eo quod excellentius est, actionis humeris ad virtutem gestetur, quam ut excellentior pars per se ad molliorem à deteriori parte ad voluptates trahatur.

Magnā hanc vocem, Lazare veni foras in sepulchro iacēs audisti (Quid enim Verbo vocalius atque exaudibilis?) ac prodiisti nō post quartū mortis diē, sed multis iā diebus mortuus cū triduo illo simul ad vitam rediens, ac sepulchralibus vinculis solutus es: caue ne rursus emoriaris, atque iis, qui in sepulchris habitant, aggregeris, funibusque peccatorum tuorum constringaris. Incertum enim est, an rursus è sepulchro ad vitam excitatus sis, vsque ad postremam illam & communem resurrectionem, quæ creaturas omnes ad iudicium adducet, non iam ut curentur, sed ut iudicentur, rationemque eorū reddat, quæ rectè vel malè collegerint:

Ioan. II.

NICETAS. Quemadmodū prius in Lazaro, ita nunc quoque in te Dominus alta voce in clamauit, ut ad te quoque mortuum, hoc est vitali ad virtutem facultate orbatum pertingeret. Tu autem multos iam dies mortuus per Baptismum produisti, ex vitiorum sepulchro cum triduo Christo à morte ad vitam excitatus (nam per trinam demersionē atque emersionē tridua mors Christi & resurrectio representatur) ac peccati vinculis solutus es. Da ergo operam, ne rursus iis adnumereris, qui, ut Dauidis verbis vitur, in sepulchris habitant, nec peccatorum tuorum fasciis constringaris. Nam, ut est apud Solomonem, peccatorum suorum vinculis quisque constringitur. Etenim si animo moriaris, incertum est, utrum ad vitam rursus sis rediturus, vsque ad communem resurrectionem: quæ quidem, ut est ut apud Ecclesiasticum, creaturam omnem ad iudicium adducet, vitæ actæ rationes reddituram.

Psal. 118.

67.

Prou 5.

Cap. 12.

Si lepra, hoc est deformi animi peruersitate, prius infectus eras, ac deinde abrafæ eiectione hac vitiosa materia, saluum & incolume imaginis decus recepisti, A purgationem mihi sacerdoti tuo ostende, ut cognoscam, quantum ea purgatione legalē dignitate antecellat. Nouem illis ingratias ne te adiungas, verum decimū tibi imitandum proponere: qui quanquā Samaritanus esset, alios tamen grati animi officio vicit. Da operam ne mala vitiligo rursus erumpat, atque ita afficiaris, ut corporis tui vitio vix vlla medicina possit adhiberi.

Luc. 17.

NICETAS. Apud Lucam in Euangelio scriptum est, quod decem viri leprosi Domino occurrerunt: ipse autem faustum purgationis nuntium illis afferens, dixit, etc. ostendite vos sacerdoti. Sacerdos enim hominē lepra purgatum periculo purgationis facto reliquæ postea plebi accensebat. Ut autem abierunt purgati sunt: verum nonem ex iis patria Iudæi, beneficii accepti immemores non redierunt: vnus verò, qui Samaritanus erat, ad salutis auctorem reuersus est, gratiasque egit, ac Deum laudibus celebrauit. Lepra igitur ut præter naturam existenti Theologus peccatum comparat, ut pote quod præter naturam quoque sit, atque animam B deformitate, quemadmodum illa corpus afficiat. Si igitur, inquit, virulentum ac pestiferum peccatum tibi per Baptismum abrafæ est, ac formam Dei similitudine expressam, ad quam creatus es, recepisti, purgationis tuæ mihi specimen ede, te ipsum videlicet à peccati contagione purum seruans. Huiusmodi namque purgatio legali & Mosaica purgationi antecellit. Illa enim corporū erat: hæc animarum. Ac vide ne spiritua- lis lepra rursus ex te nascatur. Alioqui vitiosa animæ habitudo ægrè medelam admissura est. Asperior enim, maiorisque difficultatis atque laboris ea medicina est, quæ in magna lachrymarum gemituumque profusione consistit.

Nuper manum tuam siccabat parcimonia & auaritia: hodie eam largitio & beneficentia extendat. Præclara ægrotantis manus curatio est, dispergere, dare pauperibus, copias illas, quibus circumfluimus, liberaliter exhaurire, quoad fundū quoque ipsum attigerimus (fortasse ex eo quoque alimētum tibi manabit, velut C olim Sarephthanæ, ac præsertim si Heliā alueris) egregias opes arbitrari propter Christum, qui nostra causa paupertatem subiit, in rerum difficultate atque inopia versari.

NICETAS. Præclara animæ à largitione & benignitate abhorrentis, & manus auaritiæ tenacitatisque morbo laborantis curatio est, facultates in pauperes effundere, opesque & rerum copias in eo positas esse arbitrari, ut inopia propter Christum afflicteris, atque ita prolixam benignitatem habere, tamque liberaliter opes exhaurire, ut ne fundum quidem ipsum intactum relinquant. Fortasse enim ipse quoque exhaustus rursus alimoniam tibi proferet, ac præsertim si hominem quandam iustitiæ laude præstantem alendum susceperis, quemadmodum Sarephthana Heliā, ut Regum tertio commemoratur.

Si surdus ac mutus eras, auribus tuis Dei sermo insonet, vel potius eum, qui in- D sonuit, retine. Ne ad Domini disciplinam & admonitionem quemadmodū aspis ad incantatrices voces, oclusas aures habeas.

NICETAS. Si hæcenus surdus fuisti, Dei præcepta non addiscens, Et mutus ea non docens, fac tibi legis diuinæ doctrinæ insonet, quemadmodum Christi sermo surdo illi ac mutuo. Quin potius præceptorum diuinorum doctrinam memoriæ contactu retine, ne obliteretur: summòque studio caue ne aures tuas ad Domini consilia claudas, non secus atque aspis mortiferum virus occultat, surditatēque seipsam afficit, ne incantatoris vocem audiat, ac furere desinat. De qua & Dauid ait, Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium.

Psal. 57.

Psal. 12.

Si cæcus, & luminis expers, illumina oculos tuos, ne in mortem obdormias: in Domini lumine lumen perspice, in Spiritu Dei Filium ipsius intueri, trinū in- quam illud & simplex atque indiuisum lumen. E

NICETAS. Si cæcus eras, oculos tuos Baptismi luce collustra, ne mortis somno consopiaris. Is porro in mortem obdormiscit, cuius salutiferæ animi vires & facultates obtorpescunt & extinguuntur. Lucē illam trinam personis, substantia & natura & diuinitate simplicem intueri. Quoniam autem modo eam cernere queas, admonet Dauid ad Deum his vtens verbis, in lumine tuo videbimus lumen, hoc est in Spiritu Filii.

Psal. 35.

Si Chri-

Si Christum totum admiseris, omnes ipsius curationes, quibus priuatim vnusquisque ad sanitatem reuocatus est, in animam tuam congeres. Illud modò caueas, ne gratiæ modum ignores, neu tibi dormienti atque animo malè securo zizania hoitis superfeminet. Illud modò prouideas, ne cum puritate tua diabolus inuidiæ facibus inflammatis, te ipsum rursus per peccatum miserabilem reddas. Illud modò videas, ne propter Baptismum effusiori lætitiæ gesties, atque immodicè elatus corruas dum in altum efferris. Illud modò cures, ut Baptismum summo studio excolere nunquam intermittas, ascensiones in corde tuo disponens, atque acceptam Dei beneficio & gratia veniam cura & diligentia tuearis: ut peccatorum quidem tuorum remissio à Deo proficiatur, cæterum remissionis cōseruatio tibi quoque ex parte ascribatur. Quod quidem ut assequaris, fac tibi Parabola illa semper animo obuersetur: & tibi optimè ac præstantissimè confu- lueris. Excessit à te impurus & crassus spiritus per Baptismum eiectus ac profligatus. Disrumpitur se in fugam coniectum, discruciat se domo & testo carere. Ambulat per loca inaquosa, diuinæque influxione minimè perfusa: illic commorari gestit, vagatur, quærens requiem, non inuenit, animas Baptismo consignatas offendit, quarum vitia lotionē obruta sunt: aquam perhorrescit, lustricis aquis, nō secus ac Legio æquoreis fluctibus, suffocatur. Rursus, qua est impudentia mentis- que peruidia, domum à qua recesserat, repetit: rursus impetum facit, rursus tē- B tat. Ac si quidem Christum in eam intromissum offenderit, & locum quem vacuum reliquerat, ab eo impletum, rursus propellitur & profligatur, infectis rebus discedit, oberrationisque nomine miser & calamitosus existit: sin autem animæ tuæ sedem scopis quidem mundatam & ornatam, cæterum vacuum & inertem inuenerit, atque ita constitutam, ut eum qui prior ad illam occupandam perre- xerit, vter tandem fuerit, excipere parata sit, in filiet in eam, & cum maiori apparatu immigrabit, sientque nouissima primis deteriora. Tum enim spes emenda- tionis cautiōrisque viuendi rationis affulgebat: nunc autem certa & perspicua est prauitas per boni fugam malum attrahens, ob idque firmior iam & stabilior est habitatori possessio.

Matth. 13.

Vitia obra-
untur Bap-
tismo.

Luc. II.

C NICETAS. Si totum Christum, inquit, animæ tuæ hospitio acceperis, eum inquam morborum omnium depulsorem, omnibus medicamentorum generibus eum cumulabis. Nam cum medicum tecum circumferas, nō erit, cur te morbi cuiusquam metus exterreat. At operæ precium fuerit causas animaduertere propter quas bonis diuino munere nobis concessis excidere solemus. Id enim vel ea de causa nobis accidit, quia acceptæ gratiæ magnitudinem ignoramus: vel quia solitudinem nullam adhibemus, sed desidia ignauique torpe- scimus: vel quia obcæcati sumus. Quamobrem cura, ut baptizetis, nec in peccati rursus prouas: verum Bap- tismi purgationem sedulo cura, & in ea excolenda elabora, atque accessiones, & incrementa in animo tuo per virtutem effice. Ita demum autem præclarissimè ipsi opem tuleris, si Euangelicam parabolam animo ac memoria tenueris, nimirum impurum spiritum à te per Baptismum fugatum esse, atque ambulare per loca inaquosa, hoc est animas sacro Baptismi latice carentes quærere, quas cum nullas reperiat, rursus ad te, à quo digressus fuerat, redit. Ac si quidem Christum in te per virtutem habitantem inuenerit, in fugam se conicit: sin autem animam tuam vacuum repererit, atque ita affectum, ut prius occupantem excipere parata sit, siue eum, siue Christum, certius ac firmitus in te domicilium sibi constituit. Etenim ante Baptismum spes respiciē- tiæ ac securitatis erat, nempe per Baptismum: at post Baptismum perspicua & aperta est improbitas, quoniā boni particeps factus, illud prodidisti, ac pro eo malum attraxisti, atque idcirco firmè & constanter in te dia- bolus habitat.

Enimvero iterum atque iterum sapiusque tibi luminum memoriam refrica- bo, ex literarum sacrarum monumentis ea colligens. Nam & ipse iis commemo- randis exhilarescam (quid enim lumine dulcius & iucundius, his qui luminis gra- Lumine nil
dulcius.
Psal. 75.
Angeli nos
iuuant.
Psal. 26.

Psal. 4. se signatum esse ait, hoc est clarè ac luculentè impressa esse splendoris diuinitus accepti signa. Vnum illud lumen fugiamus, quod ex sæuo & acerbo igne nascitur. Ne in ignis nostri lumine incedamus, & in flamma quam excitauimus. Iam verò ignis quoque purgatis meminit scriptura, quem in terrâ missurus venit Christus, qui & ipse per anagogen ignis appellatur. Huius porrò ignis ea vis est, vt crassiorè materiã vitiosamq; animi habitudinẽ absumat, eumq; proinde celerrimè Christus accedi vult. Cupit enim nos quamprimũ beneficio affici: vt pote qui nobis quoque ignis carbones auxiliij causa porrigat. Est alter ignis nõ purgã, sed scelerũ vindex & vltor, siue Sodomiticus ille, quẽ sulphure & procella permixtũ Deus in peccatorũ capita fundit, siue ille, qui diabolo eiusq; angelis paratus est, siue etiam ille, qui ante faciẽ Domini procedit, & in circuitu inimicos eius inflamat, siue denique ille omnibus his horribilior, qui cum peruigili & irrequieto verme coniunctus est, nec vnquam extinguitur, verum in sceleratorum hominũ pœnã perennis est & sempiternus. Hi enim omnes exterminatricis sunt facultatis: nisi tamen hoc quoque loco quispiam ignem mitiũs, atque vt Deo vindice dignum intelligendum putet.

NICETAS. *Quamquam, inquit, circa orationis principium de diuersis luminum generibus pertractauimus, tamen rursus Scripturæ locos, qui luminum mentionem faciunt, proferemus. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia, inquit Dauid. Sociam autem comitẽque luminis lætitiã dixit, vt illius affectam atque à Dauide coornatam. Huius autem filius Solomon ait, Lux iustis omni tempore, tum etiam rursus idem Dauid ad Deum clamat, Illuminas tu mirabiliter à montibus æternis: nos enim intermedia angelorum opera collustramus, qui quidem montes dicuntur, quod sublimes & cælestes sint, atque* ad vitium flecti vel nullo modo vel non sine magna difficultate queant: æterni autem quia immortalis conditione sunt. Ac nunc quidem Dauid supplicij oratione ait, Emitte lucem tuam & veritatem tuam: nunc autem vt voti compos factus his verbis gratias agit, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, hoc est, signa & notas habeo splendoris diuino beneficio accepti. Quæ tandem signa & argumenta prophetia decus & oblectationẽ. Dedit enim, inquit, lætitiã in corde meo. Vnum duntaxat illud tamen fuge, de quo per Esaiã Deus verba faciens, ait: Ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quam succendistis, hoc est in flamma ignis, quem subiecta vitiorum materia vobis excitastis. Deducamini ad huiusmodi ignem, vt eo cõflagretis. Quibus verbis Dei iram significat. Ignis enim, inquit, succensus est ex furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Quemadmodum enim, qui febris corripitur, febris flammam ardoremque sibi ipsi excitauit, vitiosis nimirum humoribus in viscera sua congestis: eodem nos quoque modo per scelerum materiam supplicij thesaurum nobis ipsis congerimus, ignemque accendimus. Ac quoniam sæui & acerbi ignis mentionem fecimus, distinctio adhibenda est. Nam ignis quoque purgans est, nimirum amor ac fides erga Deum, quæ ignis nominatur, non modo quia acris est & ardens, sed etiam quia à peccato & ignorantia animos nostros purgat, piũque ab impio & infideli diuidit. Ac de hoc ignis genere Christus in hũc modũ loquitur: Ignem veni mittere in terram, & quid volo, si iam succensus est? Accelerantis autem atque perurgentis est hæc oratio. Cupit enim nos quamprimũ beneficio affici: ac proinde per Esaiã quoque ita loquitur, Habes carbones ignis: sede super eos, hi tibi auxilio futuri sunt. Porrò carbones auxiliarij angeli dici queant, quos ignem vrentem Dauid appellat. Iam Deus quoque ignis vocatur, iuxta illud quod in Deuteronomio habetur, Dominus Deus tuus ignis cõsumens est. Est autem & alter ignis vindex ac scelerum vltor. Atque hic partim in hac vita sceleratos excruciat, vt quondam ille Sodomiticus. Dominus enim, inquit, pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem à Domino: quo etiam peccatores omnes perfundit, iuxta illud Dauidis, Pluet super peccatores laqueos ignem & sulphur, & spiritum turbinis. Ac sulphur quidem ignem alit: turbo autem exuscitat. Hic autem ignis tentationes & calamitates eas significare queat, in quas qui grauiter peccant, incidunt. Quamquam etiam per ignem hunc ignis ille intelligi possit, qui in altero æuo impios cruciat, nimirum is, qui diabolo paratus est & angelis eius, quemadmodum Dominus in Euãgelio docet: vel etiam ille, de quo Dauid ait, ignis ante eum præcedet, & in circuitu, hoc est vndicunque inimicos eius inflammabit: quem etiam ignis fluuium ante eum profluentem Scriptura nominat, cuius mentionem quoque Esaiã faciens ait, Vermis eorũ non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Eo autem formidabilior atque horribilior est hic ignis, quod cum verme coniunctus sit, ac duplicem pœnam habeat. Per vermem porrò atque ignem materialis crassitẽ colliquefactionẽ & excruciationẽ intellige. Omnes verò hi ignes exterminatricis sunt facultatis, hoc est vindicatricis, nõ tamen ad interitũ essentiæque priuationem adducentis. Duplex est enim exterminatio quemadmodum & perditio, nisi quis fortè hunc vindicem ignem mitiorem & moderatiorem intelligere velit, quam scelerum nostrorum atrocitas mereatur: vt pote quia Deus vindex iustam pœnam misericordia & lenitate temperare solet.*

* Ad vitium flecti. Quod videtur Nicetas de angelorum statu dubitare, hoc Ecclesia perspicuè nobis tradidit, eos nimirum qui à Deo per superbiam non defecerunt, in gratia confirmatos fuisse. Billius.

Quemadmodum porrò duplex ignis genus est, ita lumen quoque est duplex, alterum,

alterum, quo princeps animi nostri facultas illustratur, piũque nostri gressus reguntur: alterum fallax & curiosum, veròque lumini oppositum, atque interim tamen illius speciem præ se ferens, vt nos externa specie fallat atque in fraudem impellat. Hoc & caligo est, & merities censetur, quod intensissimum acerrimumque lumen est. Sic enim illud scripturæ audio, Semper in meridianis tenebris fugiunt. Hoc & nox est, & splendor existimatur, his vtique, qui deliciis & voluptatum illecebris corrupti sunt. Quid enim ait Dauid? Nox me miserum circumstabat, & nesciebam: delicias enim splendoris loco ducebã. Atque illi quidẽ tales sunt, animoque ita affecti. Nos verò scientiæ lumen nobis ipsis excitemus, quod quidem nobis hac ratione continget, si ad iustitiam seramus, & vitæ fructũ vindemiamus (actione quippe speculatio cõparatur) vt præter alia hoc etiã intelligamus, quod nã lumẽ verũ sit, quod fictũ, & emẽtitiũ, ac ne in malum tanquã in bonũ per imprudẽtiã labamur. Lumẽ efficiamur, vt Discipuli à magno illo lumine vocati sunt his verbis, Vos estis lumẽ mundi. Efficiamur luminaria in mũdo, verũ vitę sustinẽtes, hoc est aliis hominib; vitalis cuiusdã facultatis instar existẽtes. Arripiamus diuinitatẽ, arripiamus primũ & purissimũ lumẽ. Ad ipsius splendorem incedamus, priusquam ad caliginosos & hostiles montes nostri pedes offendant. Quandiu dies est, quasi in die honestè & compositè ambulemus, non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicijs, quæ furtiua & clandestina noctis opera sunt.

NICETAS. *Quemadmodum duplicem ignem esse ostendimus, alterum purgantem, alterum scelerum vindicem: ita duplex quoque lumen est, alterum bonum mentisque nostræ illuminandæ vim habens, alterum fallax & fucatum, veròque lumini hoc est Christo contrarium, vel vt caliginosum, vel vt infestum nobis & hostile, quandoquidem satanas quoque vocatur, hoc est aduersarius. Qui etiam cum caligo sit, lumen tamen videri vult: transfiguratur enim in angelum lucis, vt sub ea specie mortales in fraudem impellat. Ac permulti quidem eum caliginem esse non animaduertunt, ac deprehenderunt: verum meridiem esse existimant, hoc est clarissimam lucem, quandoquidem circa meridiem lux maximè viget. Atque in hunc sensum illud de impijs ac perditis hominibus ab Esaiã dictum intelligo, in meridianis tenebris fugient, id est in dæmone summum bonũ fugient, aut varijs & turbulentis erroribus distrahentur, qui quidem dæmon quamuis caligo sit, meridiem tamen se esse fingit. Aut fortasse propheticum hoc dictum apostolico illi simile est, Quod si etiam opertũ est Euãgelii nostrum, in ijs qui pereunt est opertũ. Vnde cunq; enim veritatis lumen meridiẽ clarius irradiat tum à mũdo, tum à scripturis, tũ à nobis quoque ipsis, verum qui oculos aperire nolũt, à nulla earum rerum, quæ in natura sunt, Deum perspicere atque intueri possunt. Ea enim sunt animi peruersitate, vt merities illis pro caligine sit. At etiam Satanas & nox est, & lux tamen esse videtur ijs, qui voluptate ac delicijs corrupti sunt. Ait quippe Dauid, Et nox illuminatio mea in delicijs meis, hoc est tenebras illas quibus in delicijs meis, vitæque voluptatibus disfluẽte circumfusum eram, tenebras esse nesciebam, verum lucem esse arbitrabar. Atque hi sanè, qui luxu perditii sunt, hoc modo se habent: nos autem Oseas admonet, scientiæ lumen nobis ipsis excitemus. Quoniam autem modo id fiet, idem propheta his verbis subiicit, Seminante vobis ipsis ad iustitiam, vindemiate in fructum vitæ. Ita demum inquit Propheta, nobis scientiæ lumen comparabimus, si iustitiæ & virtutis opera seramus, hoc est operemur, atque actiones vitæ æternæ parentis decerpamus & colligamus: quandoquidem actio speculationis est cõparatrix. Lumine itaque scientiæ illustremur, vt lumen verum à falso & ementitio lumine discernere queamus, ac non in malum tanquam in bonum per errorem incidamus. Nec verò nobis ipsis tantum scientiæ lumen excitemus, sed etiam, quod maius est, velut luminaria efficiamur, quemadmodum ait Apostolus, & quod maximum est, diuinitatem arripiamus: quæ quidem primum ac purissimum lumen est, atque perceptibile, non quidem natura, sed gratia & diuina illuminatione. Ita Hieremias hortatur Arripe eam, ad splendore proficiscere, atque è regione lucis illius, antequã cõtenebrescat, & priusquã pedes nostri ad mōtes tenebrosos impingant. Quo loco per pedes vitæ ratio et institutũ accipere possumus: per mōtes autẽ dæmones propter arrogantiam & superbiam, vel etiam eorum laqueos, qui montes quidem dicuntur, quod per eos prudentes, & sanæ mentis homines nequam incedant, & quia prærupti ac pestiferi sunt: tenebrosi autem, vt obscuro atque oculũ fallentes. Quos vt fugiamus, inquit Apostolus, quandiu dies est, id est vitæ & laboris tempus, vt in die honestè ambulemus, nihil turpe, nihil ab honesto & decoro alienum facientes, nec comestationibus & ebrietati, atque ex ijs ortum habentibus cubilibus & impudicijs nos addicentes, quæ quidem furtiua noctis opera sunt, ac propter verecundiam rei que obscenitatem occultè furtimque peraguntur, quemadmodum contra diei opera propter honestatem palam apertèque conficiuntur.*

Omnibus membris purificemur, omnes sensus purgemus, nihil in nobis sit imperfectum, nihil quod primam natiuitatẽ oleat, nihil denique luminis expers maneat. Illustrẽtur oculi, vt recta cernamus, nec meretriciũ vllum & obscenũ

Lumen dũplex.

Sathanas vult haberi lux cum sit nox.

Matt. 5.

Quomodo nobis ambuladum.

2. Cor. II.

Cap. 58.

2. Cor. 4.

Psal. 138.

Os. 10.

Philip. 2.

Cap. 13.

Rom. 13.

Sensus omnes purgandi.

simulachrum ex accurato & superuacaneo aspectu conflatum in nobis circumferamus. alioqui enim etiam libido à nobis adorata non fuerit, anima tamen ipsa fordes contraxerit. Si qua in nobis trabes, si qua festuca, eam euellamus, ut & aliorum vitia perspicere queamus. Illustrentur aures, illustretur lingua partim ut audiamus quid Dominus Deus locuturus sit, ac matutina misericordia à nobis exaudiat, atque auditui nostro infundatur exultatio illa, & læticia quæ sanctis & diuinis auribus insonat, partim ne gladius acutus, nec nouacula acuta simus, ac sub lingua laborem & dolorem versemus, sed Dei sapientiam in mysterio, sapientiam in qua illam absconditā loquamur, igneas linguas veretes. Curetur olfactus, ne frāgamur & effæminemur, suauisq; odoris loco puluere cōspargamur, verum vnguētum illud nostra causa exhaustū odoremur, spirituali modo illud accipientes, atque ab eo ita efformati, & cōmutati, ut ex nobis quoque suauis odor afflatur. Tactus purgetur, gustus, fauces, ne mollia tangamus, rebusque læuibus & politis oblectemur, sed Verbum salutis nostræ causa incarnatū, ut decet, attrectemus, ac Thomam hac in re imitemur: nec succis cupediisque titillemur, acriorum titillationum fratribus, sed gustemus & cognoscamus, quoniā suauis est Dominus, qui præstantior cibus est, atque in sempiternum manens: nec denique acerbis illas & ingratas fauces, porrectos cibos in ventrem transmittentes, nec vnquā retinentes paulum recreemus, sed diuino verbo melle dulciori eas oblectemus.

NICETAS. Nunc de quinque sensuum purgatione tractat, argumento à Scriptura petito: ac primum de visu omnium sensuum principe disserens, ait: illustrentur oculi, ut quod ait Solomon, recta cernamus, ac non, quod vetat Dominus, curiosè, & concupiscentiæ libidinisque causa intuentes, stupri simulachrum in nobis constituamus. Alioqui etiam si libidini corporeo congressu non succumbamus (hoc enim adoratio significat) tamen in animo fordes exceperimus, impressis videlicet in nobis peccati formis & simulachris. Quisquis enim cupidos oculos in aliquam iniecerit, iam adulterium commisit in corde suo. Si magna quedam animi perturbatio in nobis quasi trabes fuerit, aut parua, ut festuca, hanc depellamus, ut aliorum quoque vitiosos animi affectus perspicere possimus. Eice enim, inquit, primum trabem ab oculo tuo, & tum respicies, ut eicias festucam ab oculo fratris tui. Illustrentur aures ut cum Dauide dicamus, Audiam, quid loquatur in me Dominus. Et rursus, Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, hoc est misericordiam tuam, quæ ab iis, qui in spiritualis lucis oriente sunt, conspicitur, accelera. Et alio loco, Auditui meo dabis gaudium & exultationem, hoc est aures meas læticia & iucunditate cumula, mysteria tua mihi insonans. Illustretur lingua, ne eadem nobis infamiae nota inuratur, quæ illis, ut de quibus ait Dauid, Filij hominum, dentes eorum arma & sagitte, & lingua eorum gladius acutus, hoc est sermones ipsorum, qui per dentes proferuntur, noxij ac perniciosi sunt: & quemadmodum gladius ad cotem admotus & excutis hominem facile de medio tollit: ita etiam lingua eorum calumniis & obrectationibus excacuta facile hominibus necem affert. Talis erat Dregille Syrus, qui sacerdotem Abimelech apud saulem detulit, quod Dauidem fugientem suscepisset, ac propositionis panes ipsi dedisset, atque necis omnium sacerdotum auctor fuit. De quo & in i salmis ita dictum est, Velut nouacula acuta fecisti dolum, hoc est callidum & fraudulētum consilium animo concepisti, quo facili negotio sacerdotum ciuitatem excidisti, velutque abrasisti. Nouacula enim comam facile demetit. Hoc autem Dauidis dictum in diabolum quoque torqueri queat: quemadmodum enim nouacula apprimè excacuta ita comam abscindit, ut qui raditur, nihil sentiat: sic etiam diabolus, qua est versutia & vetricatoria calliditate, dolos ita machinatur, atque anima gratiam, hoc est virtutem & scientiam detondet, ut ea sibi hæc ornamenta detrahi non sentiat. De quo & in hoc & in nono psalmo idem Propheta ait, Cuius maledictione os plenum est & amaritudine & dolo, sub lingua eius labor & dolor. Dolos enim consuit, ac mala struit & molitur, atque huic vni studio incumbit, ut nos insidijs circumuētos opprimat. Quocirca cauēamus, ne quid huiusmodi faciamus: verum sicut ad Corinthios Paulus scribit, loquamur mysticè & cautè ea, quæ impuris hominibus tecta sunt & abscondita. Igneas linguas verentes, in quarum forma spir. sanctus in Apostolos influxit. Ita autem eas verebimur, si ut iis, quæ linguarum splendorem & puritatem designat, dignum est, verba faciamus. Iam verò curata lingua olfactui quoque medeamur, ne effæminemur (muliebris enim & effæminati est animi aromatis vti, atque crebræ odorum suauitates appetitum corrumpere atque emollire consueuerunt) nec id nobis accidat, quod Esaias Iudæis minaci oratione denunciavit: Erit enim, inquit, pro iucundo odore puluis. Ille verò vnguētorum profusionem iudæus criminosè obiciens pro ea puluerem illum iipsis comminatus est, quem ij postea excitauerunt, à quibus Hierusalem euerfa est. Theologus autè per suauem odorem virtutum fragrantiam intelligit: per puluerem autem inquinamentum illud, quod anima per sensilia vnguenta, quæ ipsius robur infringunt ac deiiciunt, contrahere solet. Verum odoremur Christum ad breue tempus gloria sua exinanitum iuxta id quod in Canticis ad Christum dicitur, Vnguentum effusum nomen tuum. Ut enim vnguentum effusum suauis fragrat, atque ea, quibus admoetur suauis odore perfundit: eodem quoque modo Dominus postea quam nostræ salutis causa exinanitus est, cognitione sui velut suauissimo quodam odore vniuersum orbem terrarum impleuit. Atque hunc à nobis spiritualiter accipi

necessè est, hoc est ut beneficia ab eo in nos collata sentiamus & intelligamus, atque ab eo adeò efformemur, atque in altera qualitate migremus, ut ipsi quoque suauis odor simus, ac de nobis idè quod de sacrificio Noè dicatur, Odoratus est Dominus odore suauitatis, hoc est libenter & iucundè accepit. Tactus purgetur, ut ne res molles & teneras quæq; animi rigore emolliunt, cōtrectemus: verū intellectuacali ac spirituali tactu Christi tractemus, hoc est ipsius mysterium, ut Deo dignū est, perscrutemur. Gustus purgetur, ut non succis & liquoribus, ac iucundis & pinguibus obsoniis titillemur, & oblectemur, atque ad plures cibos accipiendos incitemur. Qui quidè succi & liquores quatenus titillant, illecebrarum ac prurituū libidinis fratres sunt, qui postquam peccatum ab eis enatum atque patratū sentire & intelligere cœpimus, acerbis atque amari sunt. Et nim obsonia ad ingluuiem nos extimulant: ingluuiem autè ad libidinem. Præfens porrò voluptas in suauè tandem & acerbum finem nobis allatura est, ac titillatio illa, qua corpus nostrum voluptate afficitur, veneficum & mortiferum veremè sempiternè in inferno excruciantem procreabit. Enim verò Dauidi pareamus dicenti, Gustate & vedete, quoniā suauis est Dominus. Gustate panem vitæ, cibum inquam illum qui non (ut sen sibilis panis alimonia) perit, sed manet, ut ait Dominus. Gustat autem Domini suauitatè, hoc est periculū ipsius facit, qui sine vlla dubitatione in ipsum sperat, eumque, ut decet, inuocat. Nec esui solū & vorationi leu nocinemur (postea enim cibi omnes pari loco honoris sunt) nec cupiditate atque appetitu flagrantè, ingrati illā gulam utpote beneficii immemorè refrigeremus & obsequiosè colamus, idque ad breue tempus, quod ea quæ ipsi porrigitur, celerrimè transmittat, nec etiā si perpetuò infundantur, retinere queat. Quin potius operam demus, ut spiritualis gustus nobis probè componatur, ut cum Dauide dicamus, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Ac Solomon quoque ipse in Prouerbijs ait, Fili, mel comede, ut dulcescant fauces tuæ, mel videlicet figurata locutione diuinam doctrinam nominans.

Præclare itè se res habitura est, si caput perpurgantes, ut pars ea quæ sensuum domicilium & officina est, purgari solet, Christi caput, ex quo corpus omne con-struitur & conglutinatur, tenuerimus, ac peccatum supra nos sese efferens, atque in præstantiorem nostri partem imperium sibi arrogans deicerimus.

NICETAS. Purgandum quoque, inquit, caput est, in quo & sensus omnes siti sunt, & actionem habent, crebro nimirum vim & facultatè ipsi suppeditante: ut Christo capiti nostro herere queamus, ac cū eo velut ipsius corpus, coniungi: contra quā impostor ille, qui ab Apostolo Paulo proscinditur, ut temere intumescens, nec caput, id est Christum tenens, ex quo totum corpus con-struitur & coagmentatur, hoc est cōpingitur & pace fruatur. Nam si caput, hoc est principè animi nostri partem purgauerimus, quemadmodū ipsius natura fert, nempe per virtutè ac scientiam: minimè timendum erit, ne id nobis accidat, quod Dauid ingemiscens ait, iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, mentem rationemque prementes atque onerantes. Verum iniquitatem supra caput nostrum sese efferentem ac principatū tenentem humi sternemus, rationemque ab ea compressam atque afflictam in libertatem vindicabimus.

Præclare etiam nobiscum agetur, si humeros sanctitate imbuerimus ac purgauerimus, ut Christi crucem tollere queant, non quibuslibet humeris facile tollendam. Præclare insuper, si manus & pedes lustremus: illas quidem, ut quouis loco puræ attollantur, Christi que disciplinam apprehendant, ne irascatur Dominus, ac per vitæ probitatem & morum elegantiam, sermonem diuinum in fidem accipiant, quemadmodum ille qui datus est in manu cuiusdam prophætæ: hos autem, ne ad fundendum cruorem præcipientes ruant, atque ad vitium cursu ferantur, verum ad Euangelium, supernæque vocationis palmam prompti & expediti sint, Christumque abluentem atque purgantem suscipiant.

NICETAS. Per humeros vim eam & facultatem quæ in actione posita est, indicat: ab iis enim manus vires suas accipiunt. Per crucem autem statum eum animi, quo, velut mortuus & extinctus ad vitiosos & turbulentos affectus nullo motu impellitur. Nam per virtutis cultum ac studium eò tandem peruenimus, ut animi nostri ab omnibus perturbationibus tranquillissimi sint & pacati. Humeris itaque sanctitatem affert, qui crucem eam, qua vitiosi animorum affectus extinguuntur, humeris tollit, Christumque sequitur. Manus autem purgat, qui à rapina & latrocinio ac diuerberatione eas integras seruat: ut quemadmodum ait Apostolus, in omni loco puras eas attollat, sine ira & disceptationibus, atque, ut cum Dauide loquar, disciplinam apprehendat, Christi scilicet, siue Euangelicorum præceptorum, ac per vim eam, quæ in agendo versatur, quasi per manum quandam, sermonem hoc est contemplationem in fidem accipiat. Etenim ex honestæ & laudabilis vitæ studio contemplatio nobis comparatur, iuxta illud Scripturæ, Factus est sermo Domini in manu Aggei. Et iuxta illud Malachiæ, Sermo Domini ad Israël in manu angeli sui. Iam verò pedum perfectio in eo consistit, ut nobis cum iis nihil sit commune, de quibus ait Solomon, Pedes eorum ad malum currunt, & veloces sunt ad effundendum sanguinem: verum cum illis societatem ineamus, qui ab Esaiâ his verbis collaudantur, Quam formosi sunt pedes Euangelizantium pacem & bona: quales cum aliorum Apostolorum tum Pauli pedes erant. Qui etiam ipse de se ait, Ad propositum persequor, atque alios his verbis hortatur, Calceati pedes in præparatione Euangelij pacis. Huiusmodi pedes, si quid etiam post Baptismum susceptum per humanæ vitæ iter sordis contraxerint, abluit Dominus, ac ne

necessè est, hoc est ut beneficia ab eo in nos collata sentiamus & intelligamus, atque ab eo adeò efformemur, atque in altera qualitate migremus, ut ipsi quoque suauis odor simus, ac de nobis idè quod de sacrificio Noè dicatur, Odoratus est Dominus odore suauitatis, hoc est libenter & iucundè accepit. Tactus purgetur, ut ne res molles & teneras quæq; animi rigore emolliunt, cōtrectemus: verū intellectuacali ac spirituali tactu Christi tractemus, hoc est ipsius mysterium, ut Deo dignū est, perscrutemur. Gustus purgetur, ut non succis & liquoribus, ac iucundis & pinguibus obsoniis titillemur, & oblectemur, atque ad plures cibos accipiendos incitemur. Qui quidè succi & liquores quatenus titillant, illecebrarum ac prurituū libidinis fratres sunt, qui postquam peccatum ab eis enatum atque patratū sentire & intelligere cœpimus, acerbis atque amari sunt. Et nim obsonia ad ingluuiem nos extimulant: ingluuiem autè ad libidinem. Præfens porrò voluptas in suauè tandem & acerbum finem nobis allatura est, ac titillatio illa, qua corpus nostrum voluptate afficitur, veneficum & mortiferum veremè sempiternè in inferno excruciantem procreabit. Enim verò Dauidi pareamus dicenti, Gustate & vedete, quoniā suauis est Dominus. Gustate panem vitæ, cibum inquam illum qui non (ut sen sibilis panis alimonia) perit, sed manet, ut ait Dominus. Gustat autem Domini suauitatè, hoc est periculū ipsius facit, qui sine vlla dubitatione in ipsum sperat, eumque, ut decet, inuocat. Nec esui solū & vorationi leu nocinemur (postea enim cibi omnes pari loco honoris sunt) nec cupiditate atque appetitu flagrantè, ingrati illā gulam utpote beneficii immemorè refrigeremus & obsequiosè colamus, idque ad breue tempus, quod ea quæ ipsi porrigitur, celerrimè transmittat, nec etiā si perpetuò infundantur, retinere queat. Quin potius operam demus, ut spiritualis gustus nobis probè componatur, ut cum Dauide dicamus, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Ac Solomon quoque ipse in Prouerbijs ait, Fili, mel comede, ut dulcescant fauces tuæ, mel videlicet figurata locutione diuinam doctrinam nominans.

Præclare itè se res habitura est, si caput perpurgantes, ut pars ea quæ sensuum domicilium & officina est, purgari solet, Christi caput, ex quo corpus omne con-struitur & conglutinatur, tenuerimus, ac peccatum supra nos sese efferens, atque in præstantiorem nostri partem imperium sibi arrogans deicerimus.

NICETAS. Purgandum quoque, inquit, caput est, in quo & sensus omnes siti sunt, & actionem habent, crebro nimirum vim & facultatè ipsi suppeditante: ut Christo capiti nostro herere queamus, ac cū eo velut ipsius corpus, coniungi: contra quā impostor ille, qui ab Apostolo Paulo proscinditur, ut temere intumescens, nec caput, id est Christum tenens, ex quo totum corpus con-struitur & coagmentatur, hoc est cōpingitur & pace fruatur. Nam si caput, hoc est principè animi nostri partem purgauerimus, quemadmodū ipsius natura fert, nempe per virtutè ac scientiam: minimè timendum erit, ne id nobis accidat, quod Dauid ingemiscens ait, iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, mentem rationemque prementes atque onerantes. Verum iniquitatem supra caput nostrum sese efferentem ac principatū tenentem humi sternemus, rationemque ab ea compressam atque afflictam in libertatem vindicabimus.

Præclare etiam nobiscum agetur, si humeros sanctitate imbuerimus ac purgauerimus, ut Christi crucem tollere queant, non quibuslibet humeris facile tollendam. Præclare insuper, si manus & pedes lustremus: illas quidem, ut quouis loco puræ attollantur, Christi que disciplinam apprehendant, ne irascatur Dominus, ac per vitæ probitatem & morum elegantiam, sermonem diuinum in fidem accipiant, quemadmodum ille qui datus est in manu cuiusdam prophætæ: hos autem, ne ad fundendum cruorem præcipientes ruant, atque ad vitium cursu ferantur, verum ad Euangelium, supernæque vocationis palmam prompti & expediti sint, Christumque abluentem atque purgantem suscipiant.

NICETAS. Per humeros vim eam & facultatem quæ in actione posita est, indicat: ab iis enim manus vires suas accipiunt. Per crucem autem statum eum animi, quo, velut mortuus & extinctus ad vitiosos & turbulentos affectus nullo motu impellitur. Nam per virtutis cultum ac studium eò tandem peruenimus, ut animi nostri ab omnibus perturbationibus tranquillissimi sint & pacati. Humeris itaque sanctitatem affert, qui crucem eam, qua vitiosi animorum affectus extinguuntur, humeris tollit, Christumque sequitur. Manus autem purgat, qui à rapina & latrocinio ac diuerberatione eas integras seruat: ut quemadmodum ait Apostolus, in omni loco puras eas attollat, sine ira & disceptationibus, atque, ut cum Dauide loquar, disciplinam apprehendat, Christi scilicet, siue Euangelicorum præceptorum, ac per vim eam, quæ in agendo versatur, quasi per manum quandam, sermonem hoc est contemplationem in fidem accipiat. Etenim ex honestæ & laudabilis vitæ studio contemplatio nobis comparatur, iuxta illud Scripturæ, Factus est sermo Domini in manu Aggei. Et iuxta illud Malachiæ, Sermo Domini ad Israël in manu angeli sui. Iam verò pedum perfectio in eo consistit, ut nobis cum iis nihil sit commune, de quibus ait Solomon, Pedes eorum ad malum currunt, & veloces sunt ad effundendum sanguinem: verum cum illis societatem ineamus, qui ab Esaiâ his verbis collaudantur, Quam formosi sunt pedes Euangelizantium pacem & bona: quales cum aliorum Apostolorum tum Pauli pedes erant. Qui etiam ipse de se ait, Ad propositum persequor, atque alios his verbis hortatur, Calceati pedes in præparatione Euangelij pacis. Huiusmodi pedes, si quid etiam post Baptismum susceptum per humanæ vitæ iter sordis contraxerint, abluit Dominus, ac ne

necessè est, hoc est ut beneficia ab eo in nos collata sentiamus & intelligamus, atque ab eo adeò efformemur, atque in altera qualitate migremus, ut ipsi quoque suauis odor simus, ac de nobis idè quod de sacrificio Noè dicatur, Odoratus est Dominus odore suauitatis, hoc est libenter & iucundè accepit. Tactus purgetur, ut ne res molles & teneras quæq; animi rigore emolliunt, cōtrectemus: verū intellectuacali ac spirituali tactu Christi tractemus, hoc est ipsius mysterium, ut Deo dignū est, perscrutemur. Gustus purgetur, ut non succis & liquoribus, ac iucundis & pinguibus obsoniis titillemur, & oblectemur, atque ad plures cibos accipiendos incitemur. Qui quidè succi & liquores quatenus titillant, illecebrarum ac prurituū libidinis fratres sunt, qui postquam peccatum ab eis enatum atque patratū sentire & intelligere cœpimus, acerbis atque amari sunt. Et nim obsonia ad ingluuiem nos extimulant: ingluuiem autè ad libidinem. Præfens porrò voluptas in suauè tandem & acerbum finem nobis allatura est, ac titillatio illa, qua corpus nostrum voluptate afficitur, veneficum & mortiferum veremè sempiternè in inferno excruciantem procreabit. Enim verò Dauidi pareamus dicenti, Gustate & vedete, quoniā suauis est Dominus. Gustate panem vitæ, cibum inquam illum qui non (ut sen sibilis panis alimonia) perit, sed manet, ut ait Dominus. Gustat autem Domini suauitatè, hoc est periculū ipsius facit, qui sine vlla dubitatione in ipsum sperat, eumque, ut decet, inuocat. Nec esui solū & vorationi leu nocinemur (postea enim cibi omnes pari loco honoris sunt) nec cupiditate atque appetitu flagrantè, ingrati illā gulam utpote beneficii immemorè refrigeremus & obsequiosè colamus, idque ad breue tempus, quod ea quæ ipsi porrigitur, celerrimè transmittat, nec etiā si perpetuò infundantur, retinere queat. Quin potius operam demus, ut spiritualis gustus nobis probè componatur, ut cum Dauide dicamus, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Ac Solomon quoque ipse in Prouerbijs ait, Fili, mel comede, ut dulcescant fauces tuæ, mel videlicet figurata locutione diuinam doctrinam nominans.

Præclare itè se res habitura est, si caput perpurgantes, ut pars ea quæ sensuum domicilium & officina est, purgari solet, Christi caput, ex quo corpus omne con-struitur & conglutinatur, tenuerimus, ac peccatum supra nos sese efferens, atque in præstantiorem nostri partem imperium sibi arrogans deicerimus.

NICETAS. Purgandum quoque, inquit, caput est, in quo & sensus omnes siti sunt, & actionem habent, crebro nimirum vim & facultatè ipsi suppeditante: ut Christo capiti nostro herere queamus, ac cū eo velut ipsius corpus, coniungi: contra quā impostor ille, qui ab Apostolo Paulo proscinditur, ut temere intumescens, nec caput, id est Christum tenens, ex quo totum corpus con-struitur & coagmentatur, hoc est cōpingitur & pace fruatur. Nam si caput, hoc est principè animi nostri partem purgauerimus, quemadmodū ipsius natura fert, nempe per virtutè ac scientiam: minimè timendum erit, ne id nobis accidat, quod Dauid ingemiscens ait, iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, mentem rationemque prementes atque onerantes. Verum iniquitatem supra caput nostrum sese efferentem ac principatū tenentem humi sternemus, rationemque ab ea compressam atque afflictam in libertatem vindicabimus.

minimam quidē infimāque partē despicit, sed eam quoque purgat. Parati autē pedes dicuntur ad Euangeliū, hoc est ad cursum Euāgelicū expediti, cū videlicet & ipsius praecepta exequuntur, & ea alius tradūt.

Venter spiritalis purgandus.

Quod si qua etiam ventris illius purgandi ratio est, qui mentis cibos capit ac distribuit, praeclarū quoque fuerit videre, ne eum per luxum & diffuentes cibos Deū efficiamus: quin potius eū accuratissimē purgemus & extenuemus, vt verbum Domini penitissimē suscipiat, peccantēque Israēlem honesto & laudabili dolore prosequatur. Iam cordi quoque & intestinis honorē haberi comperio. Hoc mihi Dauid persuadet, cor mundū in seipso creari postulans, & Spiritum rectū in visceribus innouari. Quibus verbis, vt opinor, intellectuicē animae facultatem, atque huius motus cogitationēque significat.

Psal. 50.

Phil. 3.

Psal. 39.

Hier. 4.

Renes purgandi.

Quo modo draco fit vincendus.

Psal. 72.

37.

Hier. 17.

Dan. 9.

Iob. 38.

1. Chor. 12.

NICET. A sensibili ventre ad spirituale, hoc est ad memoriā transitum facit: quae capax quidē est cogitationū (haec enim rationis sunt alimēta) digestrix autē ac distributrix, vt pote post adhibitū iudiciū, ac velut cōcoctionē ad animae alimoniam eas diffundens atque distribuens. Ab Apostolo autē huius verbi somnium, hoc est Deū efficere, vsū traduxit, qui de iis, qui vitam in deliciis agunt, verba faciens ait. Quorū Deus venter est. Nā qui ventri plus aequo inserviunt, deliciāsque ei subministrant, eum quodāmodo Deum faciunt. Porro spiritalis ventris, hoc est memoriae, luxus est auscultatio studiūque externae & prophanae sapientiae, incundae quidē illius & amena, sed nō perinde fructuose, ac lepōris & elegantiae illius condimentū: qui etiā diffluens atque euanesceat cibū est. Hoc quoque ab Apostolo sumptū est. De cibis enim & ventre disputās haec verba subiunxit, Deus autē & hunc & hos destruet, hoc est comprimet atque abolebit. At verò memoria venter per corruptarū & improbarum cogitationū quasi noxiarū quorundam humorum eiectionem tenuior efficitur, atque ita demū Domini verbum excipit, quemadmodū ait Dauid: Et legem tuā in medio ventris mei: quo loco per ventrem cor intelligit. Atque etiā ita purgatus venter eorum vicē dolet qui in peccatū labuntur, atque in Dei offensionē incurrunt. Quemadmodū & Hieremias propter Iudaeos animo discruciat, Ventrē, inquit, meum doleo. Quin etiam Dauidē pro corde ac visceribus Dei opē implorantē reperio, eorumque rationē & curā habentē. Cor autē vim intelligentē appellat: viscera verò ipsius sensa & cogitationes.

Quid de lumbis, quid de renibus dicā? nam ne hoc quidē praetereundū est. Attingat haec quoque purgatio. Sint lumbi vestri succincti, ac per continentiam collecti atque restricti, quemadmodū Israēli olim ex Legis praescripto Pascha comedenti. Neque enim quisquā purē ac perfectē ex Aegypto excedit exterminatorēque fugit, nisi eos disciplina frenauerit. Renes autē laudabilem immutationē sentiant, vim totā cupiditatis ad Deum transferentes: vt dicere queamus, Domine corā te omne desiderū meum. Et, Diem hominis non concupiui. Viro etenim spiritaliū desideriorū nos esse conuenit. Nam ita demum draconē illū, cuius virium maxima pars in umbilico & lumbis sita est, oppresserimus, extincta videlicet euerisāque ea potentia, quā circa has partes habet. Nec verò tibi mirandum accidat, quod minus honestis corporis partibus vberiorē honorē tribuo, eas ratione coercens & enecans, atque aduersus carnis crassitiem stans in procinctu.

NICET. Iudaei cum Paschalis agni participes fiebant, corporis lumbos succinctos habebat: a nobis autē requiritur, vt pars ea animae, in qua libido existit, spiritali modo per continentiam restringatur. Per lumbos enim ac renes concupiscētia significatur: quod in iis partibus est. Sunt autē lumbi in antica parte: renes verò in postica. Pulchra porro & egregia renū mutatio, est concupiscētia in bonū cōuersio, ac spiritaliū rerū amor & cupiditas: ita vt cum Dauide dicere queamus, inflammatus est cor meū, & renes mei commutati sunt. Et rursus, Ante te omne desiderū meum, omni ex parte constrictū, nec ad aliud quicquā diffusum, verum ad te vnum intensum. Atque itē cum Hieremia, Homini diē non concupiui, hoc est humana & corporea felicitatem. Nos enim spiritaliū rerum cupiditate teneri conuenit, quo etiā modo & Danielē angelum nuncupauit his verbis, Daniel vir desideriorum intellige sermones quos ad te habiturus sum. Quemadmodū autē homo pacis dicitur, qui tranquillo & pacato est animo: ita vir desideriorū, qui desiderio inflammatur, futurarū enim rerum cognoscendarū cupiditate Daniel flagrabat: ac proinde ea, quae vsque ad saeculi finem euentura erant, intellexit. Etenim si tota nostra cupiditas ad deū translata fuerit, a nobis vtique spiritalis ac pestifer & sinuosus ille draco vincetur & opprimetur, de quo Deus Iob alloquēs ait, Ecce fortitudo illius in lumbis, & potentia illius in umbilico ventris. Quibus verbis ostenditur, diabolū in his, quas diximus, hominū partibus plurimū virium habere, hoc est in concupiscibili parte, quā grauiori tyrannide premit, vt pote plus opis ipsi ad hominē bello lacepsendum afferentē, propter voluptatis acrimoniam & vehementiā. Nec tibi mirum videatur si quemadmodū inquit Apostolus, iis quae ignobiliora & cōtemptiora in corpore esse videntur, abundantiorē honorē tribuimus, ea nimirū tot tantisque verbis prosequētes, atque aduersus carnis materiā & crassitiē quae per cupiditates suas spiritui aduersatur, in procinctu stātes. Ignobiliores porro & inhonestiores partes sunt lumbi & renes, vt pote quorū opera veneratoris congressus peragitur.

Omnia membra, quae sunt super terram, Deo demus, omnia confacremus, nō autem

autem fibram solū hepatis, non renes cum adipe, non partem quandam corporis, non hoc aut illud (Cur enim alia membra contemnamus?) verum nos totos offeramus: simus holocausta ratione praedita, hostiae perfectae: nec brachium solū, aut pectusculum sacerdoti in partem assignemus (nimis enim parū hoc fuerit) verum nos ipsos totos Deo in munus offeramus, vt nos totos recipiamus. quādoquidem is demum planē ac certissimē accipit, qui Deo se dedit, eiq; salutem suam velut sacrificium quoddam obtulit.

NICETAS. Lex Moisaica summam hepatis partem & renes vnā cum adipe in quibusdam sacrificiis Deo consecrare iubebat, illud significans, iram, quae per fibram designatur (huic enim vas bilem concipiens adiunctum est) & libidinem, quae per renes & adipem significatur, potissimum Deo consecrari debere. Rursus brachium ac pectusculum in nonnullis sacrificiis Moyses sacerdotibus assignauit: illud obscure indicans, faciendum nobis esse, vt & corda nostra per confessionem sacerdotibus offeramus (per pectusculum enim cor significatur, vt pote ipsius munimentū ac praesidiū) & etiam actiones, quae per brachiū designantur, atque per sacerdotes ad Deū efferuntur. Atque haec quidē Lex vetus praescribebat, nos autē iuxta cōhortationē Apostolica omnia membra, quae sunt super terrā, id est munere suo in terra funguntur, vel etiā veteris hominis hoc est peccati membra mortificemus, ac nos totos Deo in sacrificiū offeramus, iugulatis nimirū verbi diuini gladio turpibus ac temerariis & belluinis affectibus, atque hostiae perfectae efficiamur. Nā quod ex parte est, haud quaquā perfectū est. At qui seipsum totū Deo addixit, ei que salutem suam consecrauit, hic procul dubio seipsum totum accepit. Sic enim lego vt in Reginae codice, quia haec lectio magis quadrare videtur cum textu: in meo tamen exemplari non habet, sed in 2do, legitur, id est mactauit atque immolauit.

Præter haec omnia, immò ante haec omnia, bonum depositū custodi, cui viuo & munere meo fungor, & quod vtinā me ex hac vita discedentem comitetur, cum quo & omnes vitae molestias perfero, & oblectamēta omnia contemno ac pro nihilo puto, fidem inquā & confessionē in Patrem & Filiū & Sp. sanctum. Hanc tibi hodierno die committo: cum hac lustricis vndis te immergam, cum hac te in altū extrahā. Hanc tibi do totius vitae comitē & tutricem, & antistitem, vnā diuinitatem & potentiā, in tribus coniunctim & singulariter existentem, & tria diuisim complectentē, nec substantiis aut naturis disparē, & inaequalem, nec praecellētiis aut submissionibus auferentē vel decrefcentem, vndiquaque aequalē, vndiquaque eadem (nō secus atq; vna & sibi cōstans est caeli pulchritudo & magnitudo) trium infinitorū infinitā naturae identitatē, Deū vnumquēque, si separatim consideretur, vt Patrē sic Filiū, vt Filium sic & Sp. sanctū, seruata sua cuique proprietate, Deū rursus tria haec, si simul cogitentur, illud propter substantiae identitatē, hoc propter vnum diuinitatis principatū. Vix vnū animo concepi, cum statim trino lumine circumfulgeo. Vix vnū quodpiā horū trium per imaginem concepero, id totum mihi esse videtur, atque implentur oculi, maiorque etiam pars oculorum aciem fugit. Huius magnitudinē cōprehendere nequeo, ac proinde nec reliquas personas ei anteferre. Quod si rursus tria haec cōtemplatione contraxero, vnum splendorē video, vt pote qui lumen vnicum distinguere, aut dimetiri nequeam.

NICETAS. Ante omnia, inquit, Trinitatis fidem & confessionem vt magis necessariam tibi committam atque commendabo. Cum hac & te baptizabo per triplicem demersionem, & te totidem vicibus aquis extractum in altum efferam. Postea à confessione ad diuinitatem transit, in quam fidei confessio fit, quae quidem in tribus personis coniunctim & singulariter reperitur (vna enim in Patre, Filio, & Sp. sancto est diuinitas): Et tres personas diuisim complectitur (in diuinitate enim sunt Pater & Filius & Sp. sanctus: nec disparibus substantiis, aut si maius, naturis inaequalis est. Nā, vt sanctis Patribus placet, essentia & natura, cum de sancta Trinitate agitur, idē sunt. Nec Pater Filium, nec rursus Filius Spiritū superat: nec Spiritus ad Filiū permutatim transit, vt pote qui genitus non sit: nec filius ad Patrē, vt qui ingenuus non sit, quemadmodū Pater. Verum vndecunque aequalis atque eadē est diuinitas, haud secus atque vna eademque caeli magnitudo, omni videlicet ex parte aequalis apparēs. Vt enim haec tria infinita atque imperceptibilia sunt: ita & horum coniunctio naturaeque identitas. Deus vnaqueque persona si separatim consideretur, mente scilicet res natura inseparabiles separante (Neque enim cuiquā horū triū vlla diuinitatis nota deest: vt Pater, ita Filius: vt Filius, ita Spiritus. A diectio autē huius particulae vt, aequalitatē infert, seruata cuique personae hypostatica proprietate. Pari videlicet, quod ingenuus sit: Filius, quod genitus: ac denique, Sp. sancto, quod procedit. Ac Deus rursus haec, si simul cogitentur propter motionis ac naturae identitatē. Deus enim vnumquodque horū, quia eandē substantiā habet: rursus autē tria haec vnus Deus, quia vnus est diuinitatis principatus. Vix vnum ex his tribus animo cōcepi, quantū per humanā infirmitatē conceditur, cū statim trino & triplici lumine circumfulgeo, propter naturae identitatē. Vix tria, id est tres proprietates aut personas distinguere incipio, cū statim ad

unum idest diuinitatis ac principatus unitatē sublimis feror. Si unū quodpiam horū triū per imaginem concepero, maior pars eius, quod animo obuersatum est, mihi elabitur, ut pote captu meo maius. Magnitudinem rei visa mentis oculis percipere ac comprehendere nequeo, ut personā quæ restat, maiorem accipiam. Maior enim pars effugit ac lapsa est. Quod autem comprehendere non potest, id nec dimensionē admittit. Quod si rursus tria hæc simul contempler, unum splendorem video propter naturæ coniunctionem & equalitatē, quippe qui vniuscuiusque personæ lucē distinguere ac separare nequeā, nec mensura assequi quodnā horum plus splendoris habeat. Nam quod comprehendere non potest, id nec mensura vlla definitur.

Tū ne generationis verbum reformidas, ne quis affectus Deo omni affectu vacuo tribuatur? Ego contrā creationis nomē extimesco, ne per contumeliā & iniquam ac nefariā diuisionem mihi Deus pereat, si vel Filiū à Patre, vel Spiritus A essentiam à Filio distrahero. Nam, quod mirum & absurdum est, nō modò creatura Deo inducitur apud eos, qui sceleratè atque impiè diuinitatem expēdunt: verū ipsa quoque creatura in seipsam iterum secatur. Quemadmodum enim abiecti & humi prouoluti homines Filium à Patre seiungunt, atque inferiori loco ponunt: ita Spiritum rursus à Filio separant, dignitateque postponunt. Ita per nouam hanc theologiam & Deo & creaturæ contumelia infertur. Nihil, o viri, in Trinitate seruum est, nec creatū, nec aduentitium, ut ex cuiusdam docti viri sermone accepi. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem, inquit diuinus Apostolus. Ad eundem quoque modum ipse dixerim, Si adhuc creaturam adorarem, aut in creaturæ nomē baptizarer, haudquaquam diuinitatē assequer, nec primam procreationem in melius immutarem. Qua iam oratione illos B infectabor, qui Astarten adorāt, aut Chamos execrandum Sidoniorum idolum, aut sideris formam paulo quidē maioris Dei apud idololatrias illos, sed tamē facti atque creati: cum ipse aut hos duos in quos baptizatus sum non adorem, aut conserua adorem? Seruorum enim utique loco erunt, & si nobis aliquantum honore præstent: quandoquidē inter cōseruos quoque discrimen, & præcellētia reperitur.

NICETAS. Tu, inquit in Deo generationis verbū expauescis, ne affectum quendam inducere videaris: quasi is qui gignat fluxionem patiatur. Atqui te oportebat, si quidem de humano patre sermo haberetur, tum affectionis quoque cogitationē assumere: cum autē Deum patrem audis, ad causam omnis perpeffionis expertem cogitatione prouehi. Non enim quia mortalia animantia per affectū atque perpeffionē gignunt, idcirco de Deo idem existimandum est: verū hinc potius ad veritatē duci debemus, ut sic ratiocinemur. Quoniam animantia corruptioni obnoxia ita gignunt, Deum, qui corruptione vacat, contrario modo gignere. At ego metuo, ne Dei mei iacturam faciā, si iuxta hæreticorum nugas & deliramenta creaturā ipsū pronunciauero. Etenim si creatus est, Deus non erit, ac deinceps mihi peribit. Nam mira hæc hæreticorū absurditas est, quod non modò creatio ab iis Deo attribuitur, diuinitatē scilicet malè & sceleratè ponderantibus: verū etiam rursus ipsa creatio iuxta eorum opinionē diuidatur. Aiebant enim diuinitatem ut æquiuocam vocem, partim increatam, esse ut pater: partim creatam. Rursus diuinitatem creatam ita diuidebant, ut præstantiorem creaturam Filiū, inferiorem autem creaturam Sp. sanctū assererent. Ex quo & Deus contumelia afficiebatur, ut pote in creaturarū ordinem reductus atque depressus: & creaturā ipsa, ut quæ eodē ordine cum Deo censeretur. Nam si seruo contumelia est pari ordinis gradu cum hero collocari: quanto tandem ea grauior censenda est, per quam creatura Deo creatori æquatur? Enimuerò Gregorium illum miraculorum editione clarum & celebrē audiui, cum diceret in Trinitate nec creatum quicquam esse, nec seruū, nec aduentitium, ut pote prius nequaquam existens. deinde autē adueniens. Neque igitur aut Filius vnquam Patri defuit, aut Filio Spiritus: verū immutabilis semper atque alterationis nescia est Trinitas. Et quidē Apostolus ait, Si hominibus placerem, Christi seruus non essem: ego autē dixerim, Si Filium ut creaturam adorarem, aut in ipsum velut in creaturam baptizarer, nunquam Deus futurus essem. Creatura enim diuinitatis tribuendæ vim non habet. Iam verò Regum tertio Solomon miseris modis exagitur, quod Chamos Moabitarū idolo & Astartæ excelsum altare construxerit. Atque etiam Amos maledictis eos conscindit, qui astri figurā arte exprimebant, eamque adorabant. Astarte porò & Chamos Veneris statuæ erant, quas Sidonij olim & Moabite religiose colebant, ac diuino honore afficiebant. Sideris verò forma, erat ipsum sidus, nempe Lucifer, quæ Venerē appellat. Quamquam igitur tria adorabant, atque horum vnicuique nomē Dei imponebant: tamen quoniam sidus duobus aliis excellentius arbitrabantur, ac maiorē Deum, velut cælestem, esse censabant, quāmnā, inquit, causam defensionēque ad eos afferā, cum me vicissim eo nomine criminabatur, quod maiorem quoque atque inferiorem Deum affirmē, diuinūque honorem creaturis tribuam? Quid inquam, dicturus sum vel Filium ac Sp. sanctū ut minores deos non adorans, vel conseruos meos adorans? Conserui enim profectō erunt, si creaturæ sunt, quandoquidē hæretici Filium & Sp. sanctū inferiores deos, & creaturas aliis creaturis præstantiores asserēbat. Nam & in rebus creatis aliud quiddā alio excellentius reperitur.

Cupio Patrem maiorem pronunciare, ex quo reliquæ duæ æquales perso-

næ habent, tum quod æquales sint, tum quod sint (hoc enim ab omnibus mihi concederetur): verū principem illam causam vereor, ne minorum causam eam statuam, ac per huiusmodi prælationem contumelia afficiam. Neque enim Patri gloria est eorum, quæ ab eo causam habent, depressio. Ac præterea inexplebilem infinitamque peruicaciam tuam suspectam habeo, vereorque, ne si tibi hoc concessum fuerit, Patrem maiorē esse, naturā feces, atque hac Maioris voce ad omnia abutaris. Non enim hæc dictio Maior, ad naturam, sed ad causam referenda est: Neque enim quicquam eorum, quæ eōmunē substantiam habent, substantia maius aut minus est. Cupio Filium ut Filium Spiritui anteferre: sed mihi hoc non permittit Baptismus, per Sp. sanctum me lustrans ac cōsecrans. A tenim vereris ne tibi Trideitas criminose obiiciatur? Habe tu tibi hoc bonum, hanc inquam trium Personarum unitatē: certamen ad me trans mitte. Sine me nauis exstructorem esse, tu naue vttere. Quod si alitis nauis est exstructor, domus architectum me accipe: tu hanc securo animo habita, etsi nihil laboris exantlasti. Non minus prosperè nauigabis, aut domum habitabis, quā ego, qui hæc fabricatus sum, quamuis in iis nihil elaboraueris. En quo animi candore tecum ago! En Spiritus benignitatem! Meum sit bellum, tuā sit palma. Ego telis feriar, tu tranquillus & pacatus fede, propugnatorem tuum precibus iuuans, manum per fidem porrige. Tres lapides habeo, quibus alienigenam fundam ac conficiam. Tres aduersus Sarephthanæ filiū inhalationes habeo quibus homines morte sublato ad vitam reuocem. Tres aduersus ligna proluuiones habeo, quibus victimam consecrabo, aqua, quod penè fidem excedit, ignem excitans, atque ignominiosos prophetas mysterij viribus prosternam.

NICETAS. Cupio quidem Patrem Filio & Sp. sancto maiorē dicere, quantum ad paternam causam. Ex Patre enim habent Filius & Spiritus, tum quod æquales ipsi sunt, tum quod simpliciter sunt. Hoc enim nemo negauerit, quin videlicet ex eo sint, filius quidem generationis modo, spiritus autem processioneis. Ceterum metus incesit, ne principem causam hoc est Patrem, minorum causam & auctoritatem constituam. Nam qui maior est, minorum ratione maior predicatur. Quod si ea, quæ ex ipso consubstantialiter & citra creationem vllam existunt, imminuero, Patri quoque ipsi contumeliā intulero. Neque enim Patri, ex quo & Filius & Sp. sanctus sunt, depressio eorum, quæ ex eo sunt, in gloriam cedit. Qui enim non honorificat Filium, non honorificat Patrem, inquit Christus. Præterea tuam inexplebilem peruicaciam, o hæretice, suspectam habeo, ne fortè cum Patrem maiorem audieris, id que arripueris secundum naturam quoque maiorem esse intelligas, atque ita vnam & eandem Patris & Filij naturam discindas, aliamque Patris esse dicas, aliam Filij: mirum ex eo quod Patrem maiorem audis, omnibus quoque rebus maiorem Filio esse contendens, non solum quantum ad causam, secundum quam maior esse dicitur, sed etiam quantum ad potentiam prærogatiuam, dignitatisque præcellētiam, ac ponderis & grauitatis præstantiam. Atqui qualitas in Deum minime cadit, ac proinde quantum ad dignitatis amplitudinem, Pater Filio maior non est. Porro Christum (qui ait, Ego & Pater vnum sumus, quantum ad potentiam scilicet) deo potentia inferiorem affirmare, valde ridiculum & puerile est. Quod si thronus Dei, quemadmodum credimus, dignitatis nomen est: profectō sedes ad dexterā Patris Domino assignata, dignitatis æqualitatē significat. Quinetiā Dominus in Patris gloria venturum se pollicetur. Relinquitur itaque, ut secundū causæ rationē hoc loco maior dicatur. Quoniam enim Filius à Patre causam habet, hac ratione Pater maior est, ut pote causa. Nullo autē modo essentia vnus essentia alterius maior aut minor dicitur. Neque enim eorū, quæ essentia eadē sunt, quicquā maius aut minus est. Quare nulla alia ratione quā principis causæ Pater maior est. Ne ipse quidem Filiū Spiritui anteferre queo. Etenim cum Discipulos promulgandi Euangelij causa legatos mitteret dominus, imperauit illis, ut in nomen Patris ac Filij & Sp. sancti baptizarent. Porro ad Baptismū haud quaquā simul assumptus esset Sp. nisi eiusdem essentia & potētia atque honoris esset. At metuis ne quiddā te ut ternionem Deorū asserentē exagitent, ac probri infectetur, si unū quodque horū trium Deū confitearis? unitatē in personarū trinitate retine (tria enim atque vnum sunt, illud quantum ad personas, hoc quantum ad diuinitatē): me autē sine pro huiusmodi dogmate cum aduersariis cōflicari. Tu enim discipulus es, ego autem magister & sacrorum antistes. Enimuerò Gregorius per nauim ac domū tropicè atque exempli & perspicuitatis causa diuinitatis doctrinā intelligit, atque, Non minus prosperè nauigabis, aut domum habitabis, quā ego, hoc est rectam fidei doctrinam æquè complecteris. Etenim orthodoxæ fidei professio maius & minus nō admittit. Meum esto periculum: res autem à me euicta tua sit. Habeo tres lapides, hoc est doctrinā de sancta Trinitate, quibus diuersæ fidei professores fundā atque conficiam quemadmodum Dauid alienigenam illum Goliath corporeo lapide oppressit, sicut libro primo Reg. scriptum habetur. Atque Helias quidem ut Reg. 3. commemoratur, cum in Sarephthanæ filium ter inhalasset, eum ad vitam reuocauit. Ego verò tres inhalationes habeo, hoc est eas insufflationes, quæ in Baptismo fiunt, vel etiam trium diuinitatis personarum doctrinam à Deo inspiratam, quibus

puerilem ac vœcordem hereticorum disputationem in vitam restituam, qui viuifici spiritus gratia velut anima orbat, quantum quidem ad fidei doctrinam attinet, mortui atque extincti sunt. Rursus idem propheta aqua in ligni sarmenta ter infusa flammam excitauit, ut hinc nobis perspicuum fiat, vbi aqua mystica est, illic spiritum quoque esse, illum inquam qui viuificat, sopitumque calorem excusat, atque impios quidem adurit, pios autem homines & fide præditos illuminat. Eodem ipse quoque modo tres proluuiones atque infusiones habeo, hoc est tres Baptismi demersiones, in quibus sanctæ Trinitatis num̄ inuocatur, quibus eum qui Deo per Baptismum offertur, consecrabo, Baptismi aquâ spiritus ignem accendens, qui crassam huiusmodi sacrificij malitiam & peccati sarmenta, atque humidam & diffluentem socordiam animique languorē in fractionemque cōsumit. Atque hæresis doctores prosternā & deiciā, mystica vi Baptismi viens. Illud autem obseruandum, quod de sancta Trinitate disputans tribus exemplis vsus est, quorum rursus vnumquodque tria complectitur, primum lapidum, alterum inhalationum, tertium infusionum: ad exprimendam & velut ob oculos ponendam eam, quæ in tribus personis est, equalitatem.

Quid longiori oratione opus est: doctrinæ etenim hoc tempus est, non alterationis & contentiosæ disputationis. Testificor coram Deo & electis angelis, quod cum hac fide baptizaberis. Si alio modo inscriptus es, quàm mea doctrina exposcit, veni, ac transcribere. Ego horum non inscitus atque ineptus sum scriptor, scribens ea quæ mihi inscripta sunt, & docens quæ didici, atque à prima ætate ad hanc vsque caniciē seruauim. Meū sit periculū, meum quoque præmiū, qui animæ tuæ sum dispensator, ac Baptismo te iniciandum consecrandumque suscipio. Sin autem ita te habes, ac præclaris literis notatus atque iniustus es, quæ scripta sunt serua, in variis temporibus nequaquam variè de re minimè varia sentiens. Pilatum in meliorem partem imitare, malè scribentem rectè conscriptus. Dic iis, qui te à sententia deducere student, Quod scripsi, scripsi. Turpe enim profectò atque pudèdum esset, si, cum malum stabile, & firmum maneat, bonum contrà facilè in deterius flecteretur: cum nos ita comparata esse vitæ ratione oporteat, ut à vitio quidem ad virtutem facili motu impellamur: à virtute autem ad vitium nullo modo incitemur. Si cum hac sententia & doctrina ad Baptismum accedis, ecce labia mea nō prohibebo, ecce manus meas spiritui commodo. Salutem acceleremus, ad Baptismum exurgamus: exilit mihi spiritus, prestò est initiator, in promptu est Baptismus. Sin verò adhuc claudicas, nec plenam perfectamque diuinitatem amplecteris, quære, qui te tingat, vel potius extingat. Mihi enim non vacat diuinitatem fecare, atque in regenerationis tempore tibi mortem inferre: ut sic nec Baptismū habeas, nec gratiæ spem, breui nimirum tempore salute naufragio amissa. Si cui enim ex his tribus diuinitatem detraxeris, totum cuerteris, tibi que ipsi Baptismum labefactaris.

Ziti mi Ba
siu u u
ca u i s m

1. Tim. 4.

NICETAS. Diuus Paulus ad Timotheum scribens, dicebat, Testificor coram Deo, & Domino Iesu Christo, & electis angelis, ut hæc custodias. Quo loco testificandi verbum idem significat, quod præcipere ac denunciare. Ego autem dico, Testificor, hoc est spondeo, ac pro certo affirmo, quod cum hac sola fide baptizaberis, quæ est in æqualem substantiâque eandem Trinitatem, cum alia enim fide nemo baptizatur, sed demergitur atque aquis obruitur. Quod si in cordis tui libro fidei doctrina alio modo impressa est, quam doceo, veni, atque in te recta dogmata transcribam, quæ ipse quoque inscripta habeo, ac didici & custodiuim. Meum sit periculum, si male scribam: meum præmiū, si rectè. Sin autem ita te habes, ut mea ratio ac doctrina possit, ac præclaris pietatis & fidei notis atque doctrina inscriptus es, ne ad tempora fidē tuam accommodes, atque ad eos penes quos imperium ac rerum summa est, te inflectas. Quin potius immutabilis fidei thesaurū fixum atque immobilem in animo habe: vna enim fides est, non aliàs alia, ut pro tempore commutetur. Pilatum imitare quantum ad constantiam sententiæque firmitatem, atque idem quod ille his, qui te à sententia abducere moluntur, dicito, Quod scripsi, scripsi, hoc est quod amplexus sum, amplexus sum. Ceterū ille his verbis vsus est, cum titulū nefariè scripsisset. Neque enim ut vera, sed ut criminosa hæc verba inscripsit. Hic est Rex Iudæorum, tamen si verum erat, quod scribebat. At tu eadem verba proloquere, rectè ac præclare signatus. Hoc enim est, quod Theologus ait, in meliorem partem imitari. Si ad hunc modum baptizari vis, ut ego didici ac doceo, en cum Dauide dico, Non prohibebo à Baptismi initiatione & sacramento labia mea: verū manus quoque meas spiritui accōmodo ministraque præbeo, atque anima mea exilit, ac veluti saltu fertur, te Baptismi dono perficere gestiēs. Ita demum autē te perficiā, ac numeris omnibus absoluā, si te in Trinitatem baptizauero. Etenim in Patrem solum baptizari Iudæicum est: in Filium quoque, nondum perfectum: at etiam in Spiritum sanctum, is demum absolutus est Baptismus. Sin verò adhuc claudicas, velut malis literis iniustus, nec quicquam à præsentī oratione sanatus, alium quære, qui te baptizet, vel mergat potius, atque in aquis suffocet. Nec enim mihi vacat per inæqualitatem personarum diuersitatemque naturarū vnam diuinitatem ac naturam discindere, teque ipso regenerationis tempore obruncare, non secus ac fœtus inter ipsos

partus

partus dolores morte oppressos, atque in ipso vitæ ortu intereuntes: ut sic nec Baptismum habeas, nec à Baptismo prodeuntem cælestis regni spem. Illud enim perspicuum habet, quod si quam trium personarum inueneris, atque à diuinitate deturbaris ac deprefferis, totum quoque, quantum in te situm erit, deieceris, ignominiaque affeceris, ac te ipsum perfectione spoliaueris. Par enim est detrimentum, vel Baptismi expertem è vita discedere, vel vnum quoddam eorum, quæ traditione accepimus, à reliquis summouere, atque inferius afferere. Quocirca nobis firmiter atque inuolabiter tenenda est ea traditio, quam in viuifica Baptismi gratia accepimus. Nam qui aliquid adicit aut detrahit, is proculdubio sempiternæ vitæ iacturam facit.

At nondū vlla in animo tuo vel melior vel deterior litera impressa est, verū hodierno die inscribendus es, atque à nobis ad perfectionem informandus: Nubem ingrediamur, cedo mihi pectoris tui tabulas, Moses tibi ero (et si hoc infolētius à me dictum videri queat) Dei digito nouam Decalogum inscribam, compediōsam salutis doctrinam insculpam. Quod si qua bellua hæretica, & à ratione auersa sit, inferiori loco maneat: aut periculum erit, ne veritatis doctrina tāquam lapidibus obruatur. Baptizabo te docens in nomen Patris & Filij & Sp. sancti: nomen porrò vnum tribus commune, diuinitas. Intelliges tum ex ipsa rerum specie ac ceremoniis, tum ex verbis te omnem impietatem ablegare, & cum tota diuinitate coniungi. Crede mundum vniuersum tam eum qui oculis cernitur, quàm eum qui oculorum obtutum fugit, à Deo ex nihilo creatum esse, & Creatoris prouidentia gubernari, foreque aliquando ut in præstantiorem statum immutetur. Crede nullam mali essentiam esse, nec principatum aut principij expertem, aut à seipso subsistentem, aut à Deo creatum: sed nos pestiferumque spiritum fabros eius & architectos esse: ipsum enim ex incuria ac socordia ad nos irrepsisse, non autem à Creatore originem habere. Crede Dei Filium Verbum illud omnibus sæculis antiquius, atque extratemporis spatiū & incorporeo modo à Patre genitum, hunc, inquam, Dei Filium extremis diebus hominis quoque filium tua causa factum esse, arcano & inexplicabili modo, ac citra vllas fordes ex Virgine Maria progressum (nihil enim sordidum, vbi Deus est, & cuius beneficio & opera salus paratur) totum hominem eundem & Deum pro toto homine labefactato ac miserè affecto, ut tota peccati condemnatione sententiæque rescissa tibi toti salutem afferat, impassibilem diuinitate, passibilem humanitate, tantum hominem propter te effectum, quantum tu propter illum Deus efficeris: hunc luendorum scelerum nostrorum causa ad mortem ductum, in crucem sublatum, atque humo conditum fuisse (hactenus scilicet, ut mortem gustaret) tertio demum die ad vitam rediisse, atque in cælos ascendisse, ut te humi iacentem secum ducat, ac denique gloriosum & illustrem rediturum, ut de viuis ac mortuis iudicium ferat, non iam illum quidem carnem, nec corpore tamen vacantem, sed augustius diuiniusque corpus habentem, qualéque ipse solus nouit, ut & ab his, à quibus confixus est, videatur, & Deus omnis crassitie expers maneat. Crede præterea resurrectionem, iudicium, mercedem ad iustam Dei lācem exigendam. Hanc porrò iis, qui animo & mēte purgati fuerint, lucem esse, hoc est, Deum, sese cuique, pro eo atque purus extiterit, spectandum cognoscendumque præbentem, id quod regnum quoque cælorum appellatur: iis contrà qui animi cæcitate afficiuntur, tenebras esse, hoc est, abalienationem atque auersionem à Deo, pro hebetudinis ac cæcutiētæ modo, qua quisque in hac vita affectus fuerit. Decimo ac postremo loco super hoc dogmatum fundamento bona opera extrue: quādoquidem fides sine operibus mortua est, quemadmodum & opera, si fides ablit. Habes quæ de mysterio foras exportare atque ad vulgi aures efferre licet. Cætera intus Trinitate iuuante addisces, quæ etiam ipsa apud te ipsum occulta clausaque habebis, Baptismo obfignata atque retenta.

NICET. Quod si nondum vlla forma in anima tua inscripta est, Moses tibi ero, quantum ad id attinet, ut ea quæ à spiritu dictata sint, promulgem. Atque nouam Decalogum inscribam digito Dei, hoc est, Sp. sancto, per quem huiusmodi res cordibus inscribuntur. Digitus porrò in Euangelio sp. sanctus dicitur, non quod exigua quædam vis ac potentia sit, cum Deo persteas, quemadmodum corporis digitus: sed quia diuersa spiritus dona simul iuncta, velut corpus quoddam spiritus sancti sint, ac singulæ gratiæ digiti instar sint. Atque hic Decalogum animaduertas velim. Primum in sanctam atque indiuiduam Trinitatem te bapti-

Zabo, cuius nomen commune diuinitas est. Cognosces porrò & ex ipso habitu ac rerum specie & ex verbis, quòd Satanæ renuncias & Christo coniungeris. Non enim oratione duntaxat, sed etiam habitu ipso, hoc est, vestibus nudatus, corporeque ad occasum inuersus, ac manus erectas habens Satanam abiurabis, rursusque ad orientem te conuertes; manusque depressas habens Deum confiteberis, teque ad eius partes adiunges, eumque adorabis. Hæc autem in actione sita sunt. Secundo, crede, quòd, quemadmodum in* Pastoris libro habetur, vnus est Deus, qui omnia creauit atque perfecit, & ex nihilo in rerum naturam produxit, eaque etiam gubernat ac moderatur. Item quòd iuxta Apostolum, hæc ipsa creatura resurrectionis tempore a corruptionis seruitute liberabitur, ac spiritualis mundus præstantior futurus est, nimirum iam expleta ea classe, quæ adhuc desideratur, vel etiam quatenus tunc angeli à conditione ad vitium egrè flexili ad eum statum immutabuntur, vt nullo iam modo ad malum incitari queant: vel etiam, quia tunc pleniorẽ absolutorẽque sciẽtiã assequentur. Tertio illud tibi cauendum est, ne propriam vllam mali substantiam animo concipias. Neque enim vitium quasi animal quoddam subsistit: verum priuatio boni malum est. Nec verò ingenuit est, vt impij garrunt, bonæ illi sempiternæque naturæ vitium honore exæquant. (si quidem vtrunque horum principij expers atque ingenuit est:) nec rursus genitum. Etenim cum omnia ex Deo sint, quo modo malum ex bono esse queat? Verum quemadmodum Deus corpus quidem creauit, non autem morbum: sic etiam animam creauit, non autem peccatum. Verum anima ab eo, quod secundum naturam erat, transuersa acta vitio infecta est. Quod autem erat illud bonum, quo primum erat ornata: nimirum quòd Deo indiuisè affixa erat, nexuque charitatis ei coniuncta: à qua posteaquã excidit, varijs & multiplicibus morbis labefactata est. Quam autem ob causam omnino mali capax creata est? propter arbitrij libertatem, quæ naturæ ratione prædita maxime conueniebat. Ergo, vt iam à nobis dictum est, malum non viua atque animata essentia est, verum affectio animæ virtuti contraria, quæ propter recessum ac prolapsionem à bono socordibus & torpidis hominibus innaicitur. Quocirca non est quòd extrinsecus malum circumspectas, aut primænam quandam improbitatis naturam imagineris: verum vnumquenque nostrum sibi vitij authorem atque architectum esse intellige. Eorum enim quæ sunt, alia à natura nobis eueniunt, vt senectus & infirmitas: alia temere accidunt, velut fortuiti atque improuisi casus, vt sequis puteum fodiens thesaurum reperiat: alia denique in nostro arbitrio posita sunt, vt iram ac cupiditatem libidinẽque comprimere, vel iisdem cedere. Quarum igitur rerum arbitrium penes te est, harum causas exterius ne conquiras: verum hoc pro certo habeas, id quod propriè malum est, à libera & voluntaria à bono auersione originem ducere. Quarto crede Filium Dei propter te filium quoque hominis extremis diebus, vt ait Apostolus, factum esse. Nam ij dies qui medium tempus excipiunt, extremi dicuntur, quemadmodum primi qui medium antecedunt. Atque etiam alio modo extremos dies eos vocat, qui in temporis illius, quod legali cultui constitutum erat, sine extiterunt: de quo idem quoque Apostolus ait, posteaquam venit plenitudo temporis, misit Deus Filiũ suum factum ex muliere. Ineffabili modo, quia sine viri semine, & supra naturæ captũ. Citra vllas sordes: quia incorruptè & purè. Vbi enim est Deus, illic nihil sordidum & impurum est. Atque est totus Deus cum carne sua, & totus homo cum diuinitate. Porrò cum eundem totum Deum & totum hominem esse ait, vnam atque indiuisibilem esse ipsius hypostasim ostendit. Ac totus quidem Deus perfectus est, non tamen in totum Deum (Neque enim solũ Deus est, sed etiam homo:) & totus homo perfectus, non tamen in totum homo: nec enim solũ homo, sed etiam Deus est. Hæc enim vox Totum naturam declarat: Totus autem hypostasim indicat, non secus atque hæc dictio Aliud naturam ostendit, Alius autem hypostasim. Quinetiam totus totum hominem assumpsit, hoc est, corpus & animam mente atque intelligentiã & ratione præditam: ac totus toti vnitus est, vt toti homini salutem afferret. Alioquin pars ea hominis, quæ ab eo assumpta non fuisset, incurabilis maneret. Hoc autem à Theologo propter Apollinarium dictum est, qui humanitatem Christi mentis expertem esse nugabatur. Quoniam autem modo Deus perfectus & homo perfectus, & consubstantialis Patri ac nobis Christus dici constituitque posset, si aliqua tantum diuinæ naturæ pars alicui humanæ naturæ parti vnita esset, ac non tota diuinitatis essentia cum tota natura humana coniuncta atque vnita? Et quoniam Christus secundum hæc tria homo factus est, hoc est, secundum mentem, animam, & corpus: secundum eadem tu quoque Deus efficeris: tamen si ille naturã, tu autẽ gratiã & adoprione. Neque enim ille ex parte humanitatem assumpsit: nec tu ex parte Deus efficeris: id quæ ex assumptione liquido patet. Deo enim toto homini toti vnito, ille quidem plenè perfectèque homo factus est, hic autem perfectè diuinitatem est consecutus. Quemadmodum igitur Dominus corpus induens homo factus est: sic nos homines à Christo diuinitatem accepimus, per ipsius carnem assumpti. Et quemadmodum naturam nostram à morte excitatam esse, & in cælum ascendisse, atque ad Patris dexteram sedere dicimus, non quòd singulatim omnes ad vitam redierint, atque ad Patris dexteram sedeant, sed quia omnis nostra natura in Christi hypostasi reuixerit, atque ad Patris dexteram sedeat (ait quippe Apostolus, Conuersus est autem nos, & consedere fecit cum Christo:) eodem modo & in Christo diuinitatem accepisse dicimus, natura scilicet nostra ex eo; quòd à Christo assumpta est, diuinitatem consecuta. Tantum igitur Dominus homo factus est, quantum pars assumpta Deus. Quinto crede eum iuxta Esaiæ vaticinium pro iniquitatibus populi ad mortem ductum fuisse, & reuixisse, ac demum in cælum receptum esse, vt omnes ad se ipsum, quemadmodum se facturum recepit, trahat. Sexto expecta, & firma fide tene eum veterum esse, & vt Apostolorum Petri & Pauli verbis vtar, iudicaturum viuos & mortuos, hoc est, tam eos qui adhuc vitæ luce fruuntur, quàm eos, qui iam vita functi fuerint: vel tam iustos, quàm peccatores: vel tam animas, quàm corpora: venturum autem non iam carnem, quia naturalibus carnis affectibus obnoxius amplius non erit, velut fami, siti, fatigatiõni, cæterisque eius generis infirmitatibus. Non incorporeum tamen, quia naturales corporis proprietates nequaquam

1. Cor. 15.

Rom. 1.

Galat. 4.

Ephes. 2.

1. Cor. 15.

Rom. 4.

1. Pet. 4.

A

B

C

D

E

nequaquam abiecerit, velut triplicem dimensionem, formam, & quantitatem, & cætera huiusmodi. Vt & ab his, à quibus confixus est, videatur, velut non incorporeus, iuxta Zachariam dicentem, Respicient ad me, in quem pupugerunt. Et iuxta id quod ait Ioannes in Apocalypsi, Ecce egredietur cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui ipsum pupugerunt. Erit itaque corpus illud augustius, ac diuinius, vt & videri queat, & interim à crassitie alienum maneat, vt pote non iam caro, sed inter carnem, & id quod corpore vacat, mediam quandam rationem habens. Septimò mortuorum resurrectionem expecta. Octauò iudicium: hoc autem est proprium internæ conscientie pondus aut leuitas, ac legis libra, vitæque nostræ ad eam exactio. Nonò retributionem, quæ iusta mensura atque vnuscuiusque hominis operibus respondente, merces sua cuique constituetur. Hæc porrò retributio iis, qui animo & mente purgati fuerint, lux futura est, id est, Dei contemplatio, quam cælorum quoque regnum nominamus: iis autem, qui mentem vitij occecatam habuerint, caligo, hoc est, alienatio & auersio à Deo. Erit autem contemplatio hæc atque auersio ad modum proportionemque vel puritatis nostræ vel obscuritatis. Decimò super hoc dogmatum fundamento bona opera construe. Nam, vt est apud Domini fratrem Iacobum, quemadmodum corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Atque hæc sunt, quæ de fidei nostræ mysterio in vulgus efferris fas est. Ea autem, quæ reconditiora magisque mystica sunt, intra Ecclesiam post Baptismum addiscas: quæ & ipsa apud profanos homines tecta & occulta habeas, atque inuolata custodies, non aliter atque ea, quæ impressa sigillo seruantur.

Zach. 12. Apoc. 1.

* Quanta olim authoritatis fuerit hic liber, patet ex Athanasio, qui in Epist. quam scribit ad Auum monachum cum sapientia Solomonis & sapientia Sirach & Esther & Iudith ac Tobia cum aggregat. Ruffinus etiam in suo symbolo quod extat inter Hieronymi opera Tomo 4. quamuis non canonicam, Ecclesiasticam tamen authoritatem huic libro tribuit.

Cæterum illud ex me intelligas velim. statio hæc, qua confestim à Baptismo ante magnum sacrarium stabis, futuræ vitæ gloriam præsignat. Psalmorum cantillatio, cum qua accipiẽs, illius hymnodicæ præludium est. Lampades, quas accendes, illius luminum gestationis figuram gerunt, cum qua splendidæ & virgines animæ splendidis fidei lampadibus Christo sponso obuiam prodibimus, nec per ignauiam socordiamque dormientes, ne inscientibus nobis, is, cuius aduētus expectatur, inopinatò adsit, nec alimento & oleo bonisq; operibus carẽtes, ne à nuptiali cubiculo excludamur. Prospicio enim animo tristè & miserã calamitatem. Aderit ille, cum clamor exortus, vt ei obuiã procedatur, exiget, atq; omnes quidem prudentes animæ cum splendido lumine, atque vberiore eius alimento obuiam ei prodibunt: cæteræ autem in magna perturbatione erunt, oleum ab iis, quibus suppetit, intempestiuè quærentes. Ille porrò festinanter ingredietur, simulque cum eo prudentes animæ. Reliquæ verò, quæ tempus illud, quo ingrediendum erit, in lampadum adoratione consumperunt, ab ingressu arcebuntur, multumque & grauiter ingemiscunt, damnum negligentia sua deficiãque contractum ferò intelligentes: cum iam ipsis, quamlibet obnixè petẽtib; atque obsecrantibus nequaquam vltra ad nuptiale cubiculum aditus patebit, quem sibi ipsis miserè ac sceleratè præcluserunt, alio quodam modo illos imitata, qui nuptiis quas egregius ille pater egregio sponso celebrat, interesse recusant, vel propter vxorem recens ductam, vel propter agrum proximè emptum, vel propter par boum, quæ malè acquisiuerunt, per exiguarum leuiumque rerum studium maioribus bonis sese multantes. Nec enim illic cuiquam superbo & arroganti homini locus est, nec segni & inertis, nec sordida nuptiisque indigna veste contracto, etiam si in hac vita splendore illo dignum se censuerit, furtimque se aliis inferuerit, inani spe animum lactans. Quid postea? Cum eò ingressi fuerimus, tum nouit spõsus, quam doctrinam nobis tradet, & quo modo cum animabus iis, quæ ingredientem comitatae fuerint, versabitur. Cum iis porrò, vt quidem opinor, versabitur, excellentiora & puriora mysteria docẽs, quorum vtinam ipsi quoque participes fiamus, tam qui hæc docemus, quàm qui discitis, in ipso Christo Domino nostro, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Ceremonia Baptismi.

Luc. 14.

Matth. 25.

E NICET. Quòd post Baptismum ante sacrarium collocaris, futuræ vitæ gloriam, propinquitatemque ad Deum indicat. Psalmodia autem latum ac festiuum illius sæculi sonum. Lampades verò illam luminum gestationem, cum qua iuxta Euangelicam parabolam, Christo sponso occurremus, velut sponse virgines claras fidei lampades habentes, ac copiosum bonorum operum oleum. Neque enim thalami illius nuptialis aditus aut superbo homini & contemptori, aut inertis & negligẽti patebit, aut denique ei, qui non, qua nuptias de-

Matth. 22. cet, elegancia, verum segniter & sordide vestitus fuerit: quamlibet quis, instar illius nuptiali veste minime vestiti, seipsum fallat, ac spe animiq; cogitatione in hac vita seipsum cum ornate splendideque vestitis admisceat. Posteaquam autem diuinum thalamum ingressi fuerimus, tum sublimiora ac perfectiora mysteria nobis sponsus aperiet. Hoc enim est illa puris hominibus spe concepta & expectata societas atque conuictus, quo vtinam digni habeamur, tam nos, qui haec docemus, quam vos, qui discitis. Amen.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO in Pascha, & in tarditatem.

ARGUMENTVM.

Cum inuitus sacerdos creatus fuisset Gregorius, ut patre iam ad senectutem peruecto, Nazianzeni gregis curam suscipere, atque id quod patri deerat suppleret, eam rem permolestere ferens in Pontum profugerat, illicque coquiescebat. Ac non multo post ipso Paschatis die Nazianzum reuersus est, cuiumque hortatu in medium Ecclesiae prodians, hanc orationem pronunciauit. Deinde vero magnum Apologatum per ocium conscripsit. Demonstratiua porro est haec oratio, duplex habens argumentum, Paschatis nempe festi solennitatem, & tarditatem in suscipienda Ecclesiae Nazianzenae praefectura. Nam & festum diem laudibus prosequitur, & tarditatis suae rationem reddit: tamen si haec defensionis pars paucis absoluitur. Pascha autem non, ut quibusdam visum est, salutiferae passionis nomen est: verum dictio haec transitum significat: quemadmodum idem author 2. oratione de Paschate interpretatur.

Resurrectionis dies, letumque principium: ob hanc proinde festi celebritatem splendescamus, ac nos mutuo complectamur. Dicamus, fratres, his etiam qui nos oderunt, nedum his, qui propter charitatem & beneuolentiam aliquid fecerunt, vel passi sunt. Concedamus omnia resurrectioni: veniam alij aliis demus, tum ego qui recta vi & laudanda (iam enim id adiicio) coactus sum, tum vos, qui recte & cum laude vim attulistis, si quid est, quod mihi tarditatis causa succenseatis. Quanquam haec fortasse apud Deum melior est atque praestantior, quam nonnullorum aliorum celeritas.

NICET. Quoniam, inquit, Resurrectionis dies est, quo ad vos accessi, viri Nazianzeni (ad illos enim haec orationem habet vir diuinus & vere Theologus) hunc ipsum diem, ut bonum signum atque omen accipio, quod ipse quoque ab ignavia & infirmitate resurgam, ac mihi sermonum meorum auspiciu, plebisque docenda ac moderanda principium faustum & felix erit. Age igitur ob splendidam hanc, diuinamque festiuitatem spiritualiter splendescamus, virtutum videlicet amictu & ornamento illustrati. Sciendum porro, aliud esse opus, & aliud παρηγορησιον enim est velut sancti cuiusdam memoria: ducitque hoc nomen etymologiam ἀπὸ τοῦ ὀπὸνεν. i. grassari ad res honestas & laudabiles. παρηγορησιον autem, est Pascha & Ascensio aliaque mystica festa: παρηγορησιον vero dicitur ἀπὸ τοῦ παρηγορησιον. i. loqui. Nos mutuo complectamur, dilectione & fraternitatem atque artificiosam concordiam hoc signo exprimentes. Nam verbum ἀπὸ τοῦ ὀπὸνεν, quasi coalescere, & complexu haerere significat. Dicamus, fratres, etiam his qui nos oderunt. Hoc ab Esaias sumptum est, cuius haec verba sunt. Dicite his qui vos oderunt & execrantur, Fratres nostri estis. Sensus autem est huiusmodi: His etiam qui nos odio insectantur, dicamus, O fratres. i. eos fratrum nomine appellemus. Hoc enim argumentum est animi erga eos bene affecti. Nam hostibus quoque dicendum est, O fratres, & non his tantum, qui propter charitatem aliquid fecerunt aut passi sunt: quemadmodum Nazianzenis contigerat, qui propter charitatem aliquid fecerant & passi fuerant. fecerant enim, quatenus Theologum hortati fuerant, vel potius compulerant, ut sacerdotium suscipere, ipsosque pascere. Passi autem fuerat, quatenus id ab eo nequaquam impetrauerant. Rursus ipse & vim passus erat, & rursus intulerat, quod morem ipsis gerere detrectasset. Remittamus ob Resurrectionem omnes culpas, quas vtrinque obicere possumus. Veniam alij aliis demus, vobis quidem ego, qui a vobis rectam & laudabilem vim perpeffus sum. Iam enim hoc adiicio, nimirum quod vis haec nobis allata bona & laudanda sit: quoniam antea haudquaquam mihi bona videbatur, verum seua & incommoda. Bonam autem eandem nunc dico, utpote a bono animi affectu natam. Vos autem vicissim mihi ignoscite, si quid mea vos tarditas offenderit, & quia non statim, ut vocatus sum, accurre. Quanquam si non apud vos, certe apud Deum praestantior est circumspecta haec tarditas aliorum inconsulta celeritate.

Bonum enim est, & Dei imperium aliquantisper detrectare, ut Moses ille olim, ac postea Hieremias, & rursus ad vocantem prompte atque impigre accurrere, quemadmodum Aaron & Esaias: modò vtrinque pio animo fiat, alterum ob propriam infirmitatem, alterum ob vocantis potentiam.

NICET. Vtrinque se recte ac laudabiliter fecisse confirmat, tum quod prius secesserit, sacerdotij magnitudinem

gnitudinem reformidans, tum quod postea reuersus sit, ne in crimen inobedientiae incurreret. Atque exempla timoris & alacritatis a veteris Testamenti historia desumit. Bonum enim est, inquit, & ad aliquod tempus recedere, ac praefecturam fugere, etiam si Deus ipse id iubeat, & rursus accurrere. Neque haec mihi ipse fingo: verum & Mosem, & Hieremiam, cum a Deo mitterentur, hanc prouinciam a se reiecisse comperio. Moses enim cum ei a Deo imperatum esset, ut Pharaonem Aegypti regem adiret, eique denunciaret, ut ipsius populum, hoc est, Iudeos emitteret, id facere recusabat, tarditatem linguae vocisque gracilitatem excusans, ac dicens, Obsecro Domine elige alium viribus valentem, quem mittas. Hieremias autem cum ad promulgandam gentibus prophetiam mitteretur, cunctabatur ipse quoque his verbis vtens, Qui es Domine, ecce nescio loqui, quia adolefcentior ego sum. Vides quemadmodum hi Dei iussa detrectarint, atque id muneris repudiarint, ille tarditatem linguae veritus, hic adolefcentiam. At vero Aaron & Esaias cum a Deo vocarentur promptis animis accurrerunt. Nam cum a Aroni a Deo dictum fuisset, Proficiscere obuiam Mosi in desertum, confestim ad iter se accinxit, atque ipsi occurrit nihil secum discipulans, simulque in Aegyptum profectus est: Ita ut, iuxta diuinum oraculum, Moses quidem graciliter & tenui voce ad Aronem loqueretur: Aaron autem Mosi verba ad Pharaonem populumque magna & clara voce transmitteret. Eodem modo Esaias cum eum quem in throno excelso & elato conspiciatus fuerat, dicentem audiisset, Quem mittam, & quis proficiscetur ad populum hunc, nempe Iudeorum: dixit, Ecce ego, mitte me. Verum quid fuit causa, quare Moses tergieretur, Esaias contra accurreret? Nimirum quia Moses negotium cuius causa mittebatur, exploratum habebat: ac proinde id muneris suscipere grauibatur, partim Pharaonis duritiam oculis sibi proponens, partim etiam populi contumaciam, morisque vix tractabiles. Periculum enim fecerat Iudeorum ingrattitudinis: quippe qui beneficio quoque affecti ipsum fugam Aegyptum relinquere coegissent. Esaias autem cum remissus ipsi peccatis audiisset, Quis proficiscetur ad populum hunc? atque existimaret eam ob causam nuncium queri, ut pari beneficio fruereutur illi, ad quos mitteretur, praer animi letitia seipsum offert, ut illis quoque peccata remitterentur. Ecce ego, inquit, mitte me. Quare non sine ratione & ille mandata sibi prouinciam deprecabatur, & hic cupide ambiebat. Verum ne quis a Theologo quereretur, quare, cum accurrere ad Deum & secedere inter se pugnent, vtrinque bonum esse diceret, ipse obiectioni occurrens solutionem infert. Si enim, inquit, haec duo secessio videlicet atque accedendi promptitudo pie fiant, neutrum horum turpe censebitur. Quoniam autem modo eandem rem & pie recusabit ac desugiet quispiam, & pia rursus alacritate ad eam accedet: illud quidem, ob propriam infirmitatem, nimirum cum aliquis ipsam animo reputas, ministerij demandati magnitudinem perhorrescit: hoc autem ob vocantis potentiam, nempe cum quis certa fide sibi persuadens nihil esse quod Deus non possit, imperantem sequitur, eique obtemperat. An aduerte igitur, quoniam pacto Theologus ostendere volens, nec eorum qui resugerunt, timiditatem, nec eorum, qui prompte se obtulerunt, alacritatem reprehendendam esse, ad vtrinque personam respexerit, vocantis scilicet & eius qui vocatur: ut ostendat, si quidem vocantem spectemus, conuenire, ut qui vocatur, pareat: Sin autem cum qui vocatur, par esse, ut vocantem reueretur, ac munus sibi commissum detrectet. Atque hac ratione, quamuis recedere & accurrere inter se disideant, ob diuersam tamen causam vtrinque laudis nomen habebit.

Mysterium vnxit me: mysterio paulisper cessi, atque in hoc duntaxat, ut me ipsum inspicerem & explorarem: cum mysterio etiam simul introeo, praclarum timiditatis imbecillitatisque meae adiutorem diem hunc mihi asciscens, ut qui hodie no die a mortuis surrexit, me quoque spiritu innouet, nouoque homine induat, nouaque creaturae, hoc est, iis qui secundum Deum nascuntur, fictorem bonum & magistrum donet, cum Christo alacri animo, & morientem & resurgentem.

NICET. Saepenumero mysterij nomen festo tribuere solet: quoniam ob mysteria quaedam facta miraculaque designata nos festa celebramus. Ac nunc igitur propter arcanam festi causam, atque in vulgus ignotam, festum ipsum mysterij nomine appellat, atque. In die festo sacerdos factus sum, fortasse Natalis Christi, & in festo die secessi, Luminum fortasse, & in festo die redij, Paschatis scilicet. Ac secessionis quidem reditusque causam exposuit, quod & fuga & reuersio ipsius arbitrij essent: vnctionis autem non item, quoniam alij ipsum vnixerant. Vngebantur enim olim sacerdotes & pontifices legali vnctione: postea vero spirituali: quae quidem est manuum impositio, sanctique Spiritus inuocatio. At quoniam causa fuit secessionis? ut, inquit, me ipsum inspicerem, ac viderem num sacerdotio dignus essem. Quae autem ratio, cur ad Paschatis diem rediret? ut, inquit, diem hunc praclarum adiutorem atque auxiliarium habeam, cuius ope tum infirmitatem & administrandi sacerdotij impotentia liberer, tum ea timiditate qua obsidebar, huius dignitatis magnitudinem, reique pondus & grauitatem extimescens. Verebar enim, ut infirmus, populi regendi prouinciam subire, quae etiam ad vitandam arrogantiae suspicionem dicit. Ob hanc enim causam, inquit, ad diem Resurrectionis Christi reuersus sum, ut qui hodie a mortuis surrexit, me quoque ita afficiat, ut spiritualiter iuuenescam, atque etiam spiritualiter florescam. Vel etiam spiritu innouet, id est, ex meticuloso & infirmo in fortem & praesidentem spiritus opera commutat: ita ut audacter & constanter ouili praesim. Nouoque homine induens, id est, sacerdotio (nam vnctio quoque peccata delet, quemadmodum nonnullis Patribus visum est) Nouaque creaturae, id est, his qui per Baptismum renouantur, qui quidem non ex sanguinibus, sed ex Deo nascuntur. Fictorem bonum & magistrum donet, fictorem quidem, ut per Baptismum quodammodo fingentem: magistrum autem, ut fidem ipsis enarrantem. Vel fictorem quidem morum, magistrum autem doctrinae Christianae. Cum Christo morientem, per affectum animi mortificationem. Et resurgentem, per rediuiuas virtutes:

Mysterium vnxit me: mysterio paulisper cessi, atque in hoc duntaxat, ut me ipsum inspicerem & explorarem: cum mysterio etiam simul introeo, praclarum timiditatis imbecillitatisque meae adiutorem diem hunc mihi asciscens, ut qui hodie no die a mortuis surrexit, me quoque spiritu innouet, nouoque homine induat, nouaque creaturae, hoc est, iis qui secundum Deum nascuntur, fictorem bonum & magistrum donet, cum Christo alacri animo, & morientem & resurgentem.

NICET. Saepenumero mysterij nomen festo tribuere solet: quoniam ob mysteria quaedam facta miraculaque designata nos festa celebramus. Ac nunc igitur propter arcanam festi causam, atque in vulgus ignotam, festum ipsum mysterij nomine appellat, atque. In die festo sacerdos factus sum, fortasse Natalis Christi, & in festo die secessi, Luminum fortasse, & in festo die redij, Paschatis scilicet. Ac secessionis quidem reditusque causam exposuit, quod & fuga & reuersio ipsius arbitrij essent: vnctionis autem non item, quoniam alij ipsum vnixerant. Vngebantur enim olim sacerdotes & pontifices legali vnctione: postea vero spirituali: quae quidem est manuum impositio, sanctique Spiritus inuocatio. At quoniam causa fuit secessionis? ut, inquit, me ipsum inspicerem, ac viderem num sacerdotio dignus essem. Quae autem ratio, cur ad Paschatis diem rediret? ut, inquit, diem hunc praclarum adiutorem atque auxiliarium habeam, cuius ope tum infirmitatem & administrandi sacerdotij impotentia liberer, tum ea timiditate qua obsidebar, huius dignitatis magnitudinem, reique pondus & grauitatem extimescens. Verebar enim, ut infirmus, populi regendi prouinciam subire, quae etiam ad vitandam arrogantiae suspicionem dicit. Ob hanc enim causam, inquit, ad diem Resurrectionis Christi reuersus sum, ut qui hodie a mortuis surrexit, me quoque ita afficiat, ut spiritualiter iuuenescam, atque etiam spiritualiter florescam. Vel etiam spiritu innouet, id est, ex meticuloso & infirmo in fortem & praesidentem spiritus opera commutat: ita ut audacter & constanter ouili praesim. Nouoque homine induens, id est, sacerdotio (nam vnctio quoque peccata delet, quemadmodum nonnullis Patribus visum est) Nouaque creaturae, id est, his qui per Baptismum renouantur, qui quidem non ex sanguinibus, sed ex Deo nascuntur. Fictorem bonum & magistrum donet, fictorem quidem, ut per Baptismum quodammodo fingentem: magistrum autem, ut fidem ipsis enarrantem. Vel fictorem quidem morum, magistrum autem doctrinae Christianae. Cum Christo morientem, per affectum animi mortificationem. Et resurgentem, per rediuiuas virtutes:

Nouaque creaturae, id est, his qui per Baptismum renouantur, qui quidem non ex sanguinibus, sed ex Deo nascuntur. Fictorem bonum & magistrum donet, fictorem quidem, ut per Baptismum quodammodo fingentem: magistrum autem, ut fidem ipsis enarrantem. Vel fictorem quidem morum, magistrum autem doctrinae Christianae. Cum Christo morientem, per affectum animi mortificationem. Et resurgentem, per rediuiuas virtutes:

Cap. 66.

Exod. 4. Hierem. 1.

Exod. 5.

Esa. 6.

A

B

C

D

E

Ioan. 1.

Ephes. 4.

Nam qui peccato mortuus est, virtute contraria proculdubio vivit. Atque hæc à Paulo mutuatus est. Sic enim quodam Epist. ad Ephes. loco scribit. Edocti estis deponere veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestrae, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est. Quod perinde est, ac si diceret: Discite, Ephesij, veterem hominem, id est, flagitiosam vitam, non secus ac vestem quandam exuere. Renouamini autem spirituali regeneratione, per spiritum, qui in mente vestra habitat. Quæ quidem verba commutans Theologus dixit, Me quoque innovet Spiritus. Et rursus: Edocti estis virtutem eximie instar cuiusdam vestis induere. Hanc enim novum hominem vocat: qui secundum Deum creatur, hoc est, ut gratum est Deo.

Heri agnus mactabatur, & postes ungebantur, luxitque primogenita Aegyptus, ac nos exterminator præterit. ac signaculum formidabile & venerandum. preciosoque sanguine protecti sumus.

A NICET. Postquam proscipso causam dixit Theologus, commodè iam ad festi quoque mysteria progreditur, eaque allegoricè tractat, atque, Heri spiritualis agnus, Christus videlicet per divinum panem mactatus est, atque uncti sunt postes nostri, actio nimirum & contemplatio ac primi animi motus & sensus, qui quidem divino sanguine peruncti sunt. Atque Aegyptus quidem, id est, peccatum, quod nos persequabatur, primogenita sua pereuntia luctu prosecuta est, id est, ipsas etiam primas materias & occasiones. Nam cum lex veteris peccatorum fines puniat, nos principia quoque ipsorum, ut quæ actionibus causam præbeant, radicitus euellere atque extirpare iubemur. Vel etiam per primogenita perfectiora & graviora peccata intelligi possunt, vel simpliciter priora delicta: quæ quidem Christo pro nobis immolato sunt extincta. Nos autem præterit exterminator diabolus, qui primos bonos animæ nostræ partus velut primogenita quædam opprimere contendit. Et signaculum, quod preciosi sanguinis perfusione constat, dæmoni quidem exterminanti, propter vim suam & potentiam formidabile est: venerabile autem propter dignitatem & excellentiam, utpote regium. Ac sacro sanguine non solum uncti & signati sumus, sed etiam quasi muro quodam undique septi. Etenim vis illius ad omnem nostram essentiam permeat, ita ut utranque hominis partem simul circummuniat. Porro hæc de agno historia continetur Exod. 12. quam fusus in secunda orat. de Paschate persequitur Theologus.

B ALITER. Heri agnus mact. Agnus Christus Deus noster, qui mundi peccata sustulit. Etenim, ut ait Paulus, Pascha nostrum immolatus est Christus. Postes autem noster author in eiusdem festi oratione moraliter interpretatus est actionem & sermonem siue contemplationem, quibus precioso ipsius sanguine obsignati exterminatorem Satanam effugimus.

PSELLVS. Et postes ungebantur. Actio scilicet & contemplatio, quæ mentis sunt apparitricæ. Atque eam ob causam luxit Aegyptus primogenita. Primigenis enim cogitationibus meis Deo immolatis, ut per eas nullus adversario pateat aditus, uniuersum nequitie & peruersitatis caliginosum agmen ingemuit.

C Hodie Aegyptum omnino fugimus, & Pharaonem amarulentum illum dominum, & acerbos præfectos: ac luto & lateritio opere liberati sumus: nec quisquam est, qui nos Domino Deo nostro exitus festum celebrare prohibeat, & quidem celebrare, non in fermento veteri malitiæ & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & veritatis, nihil Aegyptiaci atque impij fermenti nobiscum ferentes.

D NICET. Hesterno die, inquit, illa contigerunt, quæ diximus. Hodie autem, id est, Dominico die, quo Christus reuixit, ac transitum ab interitu ad immortalitatem, & à rebus iniuriæ obnoxii ad ea quæ ab omni iniuria tuta sunt, nobis innovauit, Aegyptum omnino fugimus non modo peccati periculum auersati, sed ipsam etiam ad peccatum habitudinem ex animo & sincerè detestati. Hæc autem mente præditis amarulentus dominus videbitur spiritualis Pharaon diabolus, graues item & acerbis præfecti, hoc est, dæmones ipsius adiutores, graue etiam lutum & lateritium opus, id est, peccatum, quod quidem lutum dicitur, cum voluptatibus flagitiosè indulgemus: lateritium autem opus, cum aliquantulum nos ipsos colligimus. Tum verò nobis transitus ille à peccato ad iustitiam cum solennitate celebrandus erit, atque hymnos egressioni & transitui congruentes cantabimus, non iam à quoquam prohibiti quominus festum celebremus, quemadmodum nec Israëlita post maris Rubri transitum, nec pûtri fætidique peccati fermento videntes, verum in septenaria hac vita, quasi in septem paschalibus diebus fermenti expertem puramque virtutem ac theologiam consecrantes. Sinceritas enim est vitæ puritas. Veritas autem doctrinæ fidelique integritas & rectitudo. In summa itaque per sinceritatem & veritatem actiuam & theologiam sapientiam designauit. Porro quemadmodum Israëlita ex Aegypto excedentes nullam secum Aegyptiacam mixturem ac consperionem præter farinam solam deserebant: sic nobis etiam cum à peccato recedimus, prouidendū est, ne quas pristinae malitiæ reliquias seruemus, verum ut in fermentatam virtutem habeamus non conspersam ac permixtam cum veteri atque amara animi habitudine, quasi fermento quodam, quo vescebamur, cum in peccato tanquam in Aegypto commoraremur. Quid autem sit Aegyptiacum fermentum, Theologus ipse interpretatur, impia nempe doctrina, aut tenebrosa & sordida actio.

E ALITER. Hodie, id est, post Resurrectionem omnino fugimus peccatum, & amarum dominum diabolum, & dæmones vitia nobis suggerentes: & carnalibus voluptatibus liberati sumus: nec quisquam nobis impedimento est, quo minus nostræ à vitis egressioni festum celebremus, & quidem celebremus non cum anteactæ vitæ sordibus, verum in azymis, id est, purè & sanctè, nullam peccati, sed etiamque voluptatis speciem admittentes.

admittentes. Vel etiam aliter dicere possumus Theologum per vetus fermentum, impietatem & infidelitatem accepisse.

PSELLVS. Hodie fugimus Aegyptum & Pharaonem. Nam cum crassa corporis moles, quasi Pharaon quispian, principatum animæ accepit, prauæque cogitationes velut quidam operum præfecti vrgent, hominemque interiore cogunt munitiones haudquaquam diuinas edificare, per quas mens in cælum euehitur; huiusmodi extructiones quæ munitæ videntur, luto sunt persimiles, coctis lateribus confectæ, qui quidem omni ex parte perfluunt, atque infirmis cogitationibus quasi paleis perexiguis compositæ.

Heri cum Christo in crucem agebar, suffigebar: hodie simul glorificor. Heri commoriebar: hodie simul viuificor. Heri conspeliabar, hodie simul resurgo.

A NICET. Per hoc aduerbium Heri potest & totum Quadragesimæ tempus significari. Heri igitur, inquit, cum Christo in crucem suffigebar, à terrenis rebus mentem subuehens, atque ab actu peccati abstinens. & commoriebar & conspeliabar, nimirum quò ad ipsos etiam affectus & peccati cogitationem mortuus atque immobilis manens. Hodie Dei operatione glorificor, viuificor, resurgo. Antithesis autem figurâ vititur Theologus. Crucis enim ignominie opponitur gloria, mortificationi vita, sepulture resurrectione. Ac vide, quàm apto ordine hæc verba disposita sint. Præcedit enim crucifixio, id est, ea vis, qua nos ipsos frenamus, nè peccatum in actum exeat. Sequitur mortificatio, hoc est, vitiosorum animi motuum extinctio. Postremum locum tenet resurrectio. Nam cum ab operibus malis abstinuerimus, ac deinde eò progressi fuerimus, ut ne in animo quidem oppugnemur, sed omnes vitiosos motus exciderimus, & velut inhumauerimus: tum demum sola in nobis velut à morte excitata ratio elucet.

B At verò pro nobis passo, atque ad vitam reuocato muneris loco afferamus: aurum fortasse me dicere putatis, aut argètum, aut texturas, aut perspicuas eximique precij gemmas, fluxam fragilèque terræ materiam, humique manentem, cuiusque semper maiorem partem improbi possident, & serui rerum terrenarum ac mundi principis. Immò verò nosmetipsos offeramus, possessionem Deo preciosissimam, maximèque conuenientem.

C NICET. Transi iam ad deliberatiui generis speciem Theologus, atque hortatur, ut Christo munera offeramus. equum est enim: quoniã ipse quoque nostra causa passus est, ut nobis passionem immunitatem conciliaret: ac pro nobis resurrexit, primitiæ videlicet resurrectionis factus, ut firmam resurrectionis spem animis infixam habeamus. Nam cum caput resurrexerit, uniuersum etiam corpus resurgere necesse est. Atque afferre iubet non aurum & argentum gemmasque preciosas, parua enim terrenaque hæc sunt, nimirum quæ à terra oriantur, atque in terra remaneant, nec dominos suos comitentur, quæ etiam homo sceleratissimus facile parauerit, & in quæ maiori animi studio & contentione incumbunt improbi, atque ij quos mundi princeps in seruitutem redegit. Sic autem vocatur diabolus, non quòd mundi & rerum terrenarum imperium teneat (Absit) sed quòd eos, qui sceleratè viuunt in potestate habeat. Peccati autem plerisque Scripturæ locis mundi nominum appellatur iuxta illud, quod discipulis Christus dicebat. Vos non estis de mundo, sicut ego non sum de mundo, id est, non estis ex eorum numero, qui vitis flagitiisque delectantur, quemadmodum nec ego. Terrenum igitur munus Theologus reicit, ut quòd soli diuites offerre queant. Nihil autem magnum atque honorificum est apud Deum, quòd non pauper quoque donare possit. Inducit autem alterum oblationis genus, quòd omnibus commune est diuitibus iuxta ac pauperibus, dicens: Nosmetipsos offeramus, qui quidem Deo possessio sumus longè preciosissima maximèque propria: preciosissima quidem, quoniã ipsius manibus effecti sumus, ac propter nos omnia, quæ oculis cernuntur facta sunt. Maximè autem propria ob inspirationem diuinæque imaginis similitudinè & rationem. Nam cum res omnes à Deo creatæ ipsius bonitatis quantum ad essentiam participes sint, vberius etiam animantia, quibus, & quatenus sunt, & quatenus vitam habent, communicatur diuina bonitas, in hoc eximia est hominis conditio, quòd præter ea quæ iam dicta sunt, ratione quoque præditus sit. Affinis enim quodammodo maximèque propinquus est Deo: tametsi ille incomparabili magnitudine nos superet.

Imagini imaginis decus reddamus, dignitatem nostram intelligamus, exemplar nostrum honoremus, mysterij vim intelligamus, & pro cuius salute Christus morte functus est. Simus ut Christus, quoniã Christus quoque sicut nos, efficiamur dij propter ipsum, quoniã ipse quoque propter nos homo factus est.

E NICET. Reddamus, inquit, imagini Dei, id est, animæ, imaginis decus, diuinas nempe formas, quas peccatum obscurauit. Apertè autem dixit, Reddamus, quippe quòd debeat. Illud enim reddere quis dicitur, quòd debet. Nos igitur, qui imaginis dignitatem accepimus, eandem haud dubiè à Deo reposcemur. Ac sancto quidem Cyrillo vnum idemque significare videntur, secundum imaginem & secundum similitudinem: verum reliqui patres in hac sunt sententia ut per imaginem intelligendi vim arbitriique libertatem & principatum designari putent, per similitudinem autem virtutum perfectionem, quantum quidem hominis nature datur assequi. Hæc enim velut nota quedam sunt diuinæ nature, tranquillitas nullis curis ac distra-

Etionibus interrupta, integritas, bonitas, sapientia, iustitia, puritas ab omni labe peccati. Reddamus itaque animæ nostræ quod ipsi proprium est. Habet autem hoc proprium, quod ad creatoris imaginem facta est. Atque etiam dignitatem nostram intelligamus, id est, magnitudinem veteremque nobilitatem. Eam autem cognoverimus, si eam talem receperimus, qualem primum accepimus. Nam nunc alij ex alijs facti nosmet haudquaquam agnoscimus, perinde sanè, ac si quis in alium hominem translatus affirmet se sibi ipsi ignotum esse, propter eiusmodi immutationem. Intelligamus igitur, quales à Deo creati sumus, atque exemplar nostrum honoremus, nimirum imaginem à vitiorum sordibus immunem seruando. Porro hic honor in accuratissima imitatione consistit, cum exemplum exemplaris sui similitudinem retulerit. Vix etiam mysterij cognoscimus, id est, festi causam et scopum. Nostra etenim causa totum incarnationis dominicæ mysterium contigit, atque immortalis ille mortem pro nobis quantum ad carnem degustavit. Simus ut Christus, quoniam Christus quoque sicut nos. Petrus Apostolorum princeps ait, Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum. Saluator enim mortalibus exemplum factus est, ipsis sese informans, ac mundi huius cogitationes, citra turbulentos tamen animi motus suscipiens. Efficiamur ut Christus, qui seipsum ita humiliavit, atque ad infirmitatem nostram demisit, ut tamen quod erat, permaneret, nempe purus, et turpium affectuum expers. Peccatum enim non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Atque ille quidem cum Deus esset, homo factus est. Proinde nos quoque deos fieri oportet. Ceterum ille propter nos homo, nos autem propter nosmetipsos dii: atque ille pro summa gloria summam ignominiam suscipiens, nos autem pro extrema ignominia summum honorem. Hoc præterea interest, quod ille naturâ homo factus est, nos autem adoptione dii. Hoc enim consilio id quod sumus, factus est, ut nos id quod ipse est efficiamur, compensata nimirum ipsius inanitione, quemadmodum ipse nouit, cum eorum, qui per gratiam salutem consequuntur, deificatione, ita ut toti deformes, et toti Dei capaces, toti denique ipsius vnus simus. Hoc enim est perfectio illa ad quam properant, qui hanc pollicitationem certa fide expectant.

2. Pet. 2.

1. Pet. 2.

Assumpsit quod deterius erat, ut det, quod præstantius est: pauper factus est, ut nos illius paupertate ditescamus: serui formam accepit, ut nos libertatem recipiamus. Descendit, ut euehamur: tentatus est, ut vincamus: contemptus est, ut nos gloria afficiat: mortuus est, ut seruet: ascendit, ut ad seipsum trahat humi prouolutos in peccati lapsu.

NICET. Perspicua sunt hæc verba, nec vlla interpretatione opus habent. Accipit enim Christus, quod deterius est, humanitatem scilicet, ut det, quod præstantius est, nempe diuinitatem: et cum diues esset, quantum ad diuinitatem, pauper quantum ad carnem factus est, ut nos diuinitatis opes consequamur. Serui præterea formam gestauit, ut nos ex diaboli affectuumque seruitute in libertatem asseramur. Non dixit libertatem accipiamus, sed recipiamus: ut indicet nos à principio quidem libertatem habuisse, verum eam amisisse. Quare nobis ea recipienda est, quam habentes perdidimus. Descendit ad nos altissimus ille, ut nos abiectione et humiles in sublime feramur, supra terrenarum rerum affectionem euecti, atque ad cælestia tanquam pennis sublatis. Tentatus est, ac triplici tentationum telo in deserto peritus est Christus à diabolo, gula nempe, ambitionis et auaritiæ: atque in hoc triplici certamine tentatorem superauit, nobis videlicet victoriam acquirens. Quinetiam contemptus est ille gloriæ dominus, ut nos infames ornet atque illustret. Mortuus est, ut per eius mortem salutem assequamur. Descendit atque ascendit, ut nos ipsum sequamur, atque ut humi iacentes in peccati lapsu ad seipsum trahat, quemadmodum se facturum recepit: dicens, Cum exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum.

10. in. 12.

Omnia quiuis donet, omnia, ei offerat, qui seipsum dedit precium redemptionis pro nobis, ac culpæ nostræ succidaneum. Nihil autem daturus est tantum, quantum si seipsum obtulerit huius mysterij rationem probè intelligentem, ac propter illum omnia factus fuerit, quæcunque ipse propter nos factus est.

NICET. Enumeravit ea, quæ Christus pro nobis passus est, beneficiæque in nos collata, ut probet nos non ex gratuita munificentiâ in eum liberales esse, sed ex debito. Et quidem superius videbatur rerum crassarum et terrenarum oblationem prorsus reiicere, cum dicebat, Aurum fortasse putatis me dicere, aut argentum? immò nos ipsos Deo offeramus. Nunc autem ostendit se non omnino huiusmodi munera improbare, sed quod maius est anteferre, nempe ut nos ipsos offeramus. Ait igitur, Omnia det quispiam, et aurum et gemmas et vestes, det autem ex debito: quando quidem priores beneficentiæ partes Christus occupans mortem pro nobis excepit, ac seipsum pro nobis in sacrificium Patri obtulit. Nam illi peccaueramus, ac proinde ipsi nostræ redemptionis precium persoluendum erat, ut nos condemnatione solueremur. Absit enim ut tyranno diabolo Domini sanguis oblatus fuerit. Precium autem redemptionis pro nobis Christus est, et culpæ succidaneus, ut pote qui naturam nostram salutis nostræ causâ suscepit, perinde ac si quis pro reo aut captiuo seipsum substituât, ad ea perpetienda, quæ illum pati necesse erat. Quamquam autem, inquit, bona sit omnis oblatio, quam quispiam bene de se merito Christo fecerit, nihil tamen tam eximium daturus est, quam si seipsum obtulerit huius mysterij rationem intelligentem, id est, cogitantem quæ Resurrectionis causa sit, quidque possit mortalibus asferre, eamque cognitionem actionibus declarauerit. Ac propter illum omnia factus fuerit, quæcunque ipse propter nos factus est, id est, sine reprehensione incedens per omnes

Christi

Christi ætates et potentias, spiritualiter purificatus, corde circumcisus, in templo docens, nundinatores eiciens, lapidatus, aliisque omnia partim faciens, partim patiens, quæ ipse nostra causa vel fecit, vel passus est, nobis exemplum relinquens.

Ac vobis quidem, ut cernitis, pastor hic bonus, qui animam suam pro vobis ponit, pastorem offert, (hoc enim sperat, et in votis habet, et à vobis qui subestis, postulat) duplicemque pro simplici dat vobis seipsum, senectutisque subsidium spiritus subsidium facit.

NICET. Auditores ad fructus Deo offerendos excitans Theologus, hoc faciendum esse probat tum à persona Christi, cum dixit eum pro redemptionis precio seipsum nobis dedisse, tum nunc etiam à persona patris, addens, Quoniam hic quoque pastorem siue Episcopum me desponsat. Presbyter etenim iam sum, atque hoc pater non sperat, sed videt: nondum autem sum Episcopus, sed me post mortem suam futurum sperat pater optatque, ut huiusmodi munere dignus sim, ut non mercenarius sim neque fur, sed pastor: atque à vobis, qui ab eo pascimini, petit, ut me cum à vita migrarit, pastorem accipiat, morigerique animi specimen præbeat. Aequum est autem, ut paternæ petitioni cedatis. Pastor etenim bonus est (quod de se ipso Christus predicauit) animamque suam pro nobis ouibus ponit. Quin et pro simplici duplicem vobis seipsum offert, nam me quoque ad vos regendos socium asciscit: atque ipse ego duplicem vobis atque operam illi præstabo, nimirum et senectutis subsidium factus, et spiritus. Nam et patrem senectute fractum atque confectum fulciam, et spirituales atque Ecclesiasticas curas cum ipso sustinebo.

Atque inanimi templo animatum adiungit, huic, inquam, peregregio et cælesti alteri, quaecunque illud tandem et quantulumcunque, ceterum ipsi charissimum, multisque etiam sudoribus laboribusque confectum, et absolutum, atque vtinam laboribus dignum addere liceat.

NICET. Duo templa, inquit, pater vobis dono dedit, alterum quidem inanime, quod Nazianzi magnificè extruxit, perelegans quoddam et cæleste. Cæleste autem ipsum dixit, vel propter altitudinem, vel propter semicircularem tecti figuram, vel etiam fortasse quia templum omne cæli figuram seruat. Alterum autem animatum, sic autem seipsum appellat, iuxta illud Apostoli, Nescitis, quod templum Dei estis? Ac cogitur quidem, ut in comparatione, multo maiorem et sublimiorem seipsum inanimato templo dicere. Verum quoniam graue est inuidiæque plenum proprias laudes prædicare, ad vitædam ostentationis speciem medio quodam modo ait, inanimi quidem huic, ceterum peregregio templo adiungit me qualemcunque tandem et quantulumcunque, id est, qualem et quantum iudicaueritis. Verum qualiscunque sim, patri tamen sum charissimus, præcipuèque commendationis. Talem me igitur pater, tantique apud se precij, vobis porrexit. Nec verò hoc dici possit, ad erigendum quidem inanimatum templum multo labore multisque sumptibus opus fuisse patri, ad me autem non item. Multis enim ipse quoque sudoribus tum disciplinarum tum pietatis exercitationis talis effectus sum. Quoniam autem plerumque accidit, ut quædam nequaquam pro laborum ratione succedant, Theologus medium iter tenens, nec hoc reticet, quod laboribus à patre susceptis responderit, nec rursus hoc arroganter affirmat, verum eam rem potius optandi forma exprimit, atque vtinam laboribus quoque dignum addere liceat.

1. Cor. 13.

ALITER. Quaecunque et quantulumcunque. Alterum de qualitate dicitur, alterum de magnitudine. Illud autem minime est inuidiosum, quod non dixit maximum et pulcherrimum, sed ea auditorum iudicio atque offerentis affectioni reliquit.

Suaque omnia vobis proponit (o miram animi magnitudinem, vel, ut verius loquar, paternum amorem!) caniciem, iuuentutem, templum, Pontificem, testatorem, heredem, sermones quorum desiderio flagrabatis, ac sermones quidem non temerè et in aërem fluentes, nec ultra audientium aures sese porrigentes, sed quos spiritus describit, tabulisque lapideis siue carneis imprimi, non leuiter ac superficie tenus insculptos facileque delebiles, sed altissimè consignatos, non atramento, sed spiritu.

Adhuc in eodè sermone de patris oblatione immoratur: cumque dixisset, Omnia sua vobis proponit, priusquam hæc recenset, interea cum admiratione sic loquitur, O miram animi magnitudinem! Id est, o insignem in offerendo munere simplicitatem Externi enim sapientes μεγαλοψυχία. i. magnanimitatem definiunt animæ virtutem, per quam nonnulli quæ accidit, rectè ferre possunt. At nostri doctores ut plurimum liberalitatem et munificentiam magnanimitatem nominant. Quemadmodum hoc quoque loco Theologus patrem magnanimum, id est, munificum vocauit. Ceterum quasi corrigens quod dixit, eam rem non magnanimitatem, sed paternum potius amorem appellat. Ob amorem enim vestri, inquit, hoc est, spiritualium suorum filiorum, tantæ simplicitatis specimen edidit. Quoniam igitur paternus amor magnanimitati et simplicitati causam præbuit, rectius fuerit totum hoc paternam indulgentiam dicere, nimirum causæ nomen effecto tribuentes. Quod si quis etiam iuxta externorum philosophorum sententiam hoc loco magnanimitatem intellexerit, ne sic quidem fortasse aberrauerit. Quoniam enim apud illos qui animi magnitudine præditus est, vitæ suæ non parcat, hac quoque laude patrem ornatum esse Theologus testatur. Ait enim, pastor est bonus, animamque suam pro ouibus ponit: Illud etiam adiecit, me quoque filium suum optat talem pastorem fieri, ponentem videlicet animam pro vobis. Quam ob causam ipse cum admiratione exclamauit,

Rr 2

O miram animi magnitudinem! Tum ne quis existimaret, quod pater, ut magnanimus, filium periculis obiciens minus indulgenter in ipsum affectus sit, huic suspicioni occurrit, dicens: aut ut verius loquar, paternum amorem. Nam sic atque ob huiusmodi causas filium periculis exponere, non est, inquit, hominis liberos odio habentis, verum impensè amantis. Quamobrem etsi magnanimitatem eam rem nominavit, quoniam cum multis laboribus, curis, & periculis ipsi luctandum erat: tamen quia propter vos utilitatemque vestram, & propter Deum res eiusmodi perseverandæ sunt, id totum, paternus amor dicendus est. Hæc locutus Theologus statim ea quæ à patre offeruntur, enumerat. Hæc porrò sunt tria. Ac siquidem rem simpliciter complecti voluisset, ita dixisset, Quoniam seipsum dat & me & templum. Nunc verò magnificam & excellentem oblationem augens & amplificans, tum sua, tum paterna subdividit, euarians ac multiplicans nomina. Nam canitiem patrem vocat, iuventutem seipsum: & rursus patrem restatorem, seipsum autem hæredem; utpote episcopali throno successurum. Habetis autem, inquit, mecum sermones meos, atque ex his utilissimos quosque & sanctissimos. Non enim ad gratiam docebo, sed ad utilitatem: non ostentabundè, sed spiritualiter: neque ea quæ oratoria suppeditat exercitatio, sed quæ inserit Spiritus sanctus. Etenim humani sermones aures tantum permulcent ac deliniunt, nec ulterius progrediuntur: at spirituales ad animam permeant. Eos enim insculpit spiritus in humanis cordibus tanquam in tabulis. Cùmque dixisset, lapideis, tropum huc explicuit adiungens, vel etiam carnis. Solida enim sunt & lapis & caro, atque ea, quæ in his inciduntur, eam rationem habent, ut vix deleri queant. Hoc autem ab Apostolo sumptum est, qui sic ad Corinthios scribit, Quoniam estis epistola Christi ministrata à nobis, inscripta non atramento, sed Spiritu Dei viuentis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Quod etiam ab Ezechiele mutuatus est Apostolus, per quem ait Deus: Dabo eis cor alterum, & spiritum novum dabo eis, & euellam cor eorum lapideum ex carne ipsorum, & dabo eis cor carneum, ut in præceptis meis ambulent. Dixit etiam alicubi Sirach, Omnis homo ab adolescentia vergit ad malum, & non potuisti corda eorum ex lapideis carnea facere. Proinde nunc cùm dixit Theologus, Tabulis lapideis siue carnis, videtur mihi non interpretandæ dictionis causa hoc dixisse, sed magis ut distinctionem ponat inter lapideum cor, id est, durum & inflexile ac rigidum, & inter carneum, id est, molle facileque cedens, bonasque literas excipiens. Neque enim citra discrimen in omni corde diuinos sermones insculpit spiritus sanctus, sed in carneo, id est, rectè & facile sentienti. Carnis enim est sentire: lapideum autem proprium, sensu carere. Vel etiam lapidea & carnea pectora dicit Theologus, lapidea quidem ob soliditatem, & quia egrè obliterantur, quæ in ipsis inscribuntur: carnea autem ob vim sensibilem. Vnde etiam subiungit, Quod in huiusmodi cordibus sermones non leuiter & superficie tenus insculpentur, ac velut supernè illinentur, ut facile quoque aboleri possint, sed penitissimè consignabuntur, ut permaneant: & quidem consignabuntur non atramento, sed gratia. Iustorum enim pectus, ut est apud magnum Basilium, spiritu Dei viuentis perscriptum est: iniustorum autem non spiritu, sed atramento tenebrarum cognato, & lucis hosti.

Atque hæc vobis offert augustus hic Abraham, patriarcha ille, illud charum & venerandum caput, illud virtutum omnium domicilium, probitatis norma, sacerdotij perfectio: qui voluntarium hodierno die Domino sacrificium offert, vnigenitum nimirum suum, atque ex pollicitatione acceptum.

NICETAS. Postquam superiores parvis laudes absoluit, secundas iam exorditur, similem eum esse dicens Abrahamæ, ut qui non secus atque ille, pristinum errorem reliquerit. Nam ex ea secta quæ Hypsistariorum dicitur, ad veræ pietatis doctrinam migravit. Nec eam tantum ob causam patrem suum Abrahamæ nomine appellat, sed etiam ut senem, ut hospitalem, ut Deo filium offerentem: tametsi voluntaria fuerit hæc oblatio, non autem imperata, quemadmodum illa Abrahamæ. Patriarcham autem eum vocat, ut patrem & principem civitatis, quantum quidem ad res Ecclesiasticas attinet. Virtutis autem normam, ut qui omnes virtutis partes complexus sit, aliisque ad eam dirigat, & rectum quidem regulæ instar exploret ac retineat, superfluum autem & deficiens abradat atque improbet. Iam sacerdotij quoque perfectionem eum vocat, ut omnibus rebus, quæ ad sacerdotium requiruntur, abunde instructum. Seipsum tamen vnigenitum Theologus nominavit vim orationi afferens, ut ne hac quoque parte inferius quicquid pater sacrificio illo Isaaci habeat. Verum hoc aliquantò audacius dictum mitigavit, addens, Ex pollicitatione. Nam & si vnigenitus non erat, quantum ad natiuitatem, quandoquidem post eum & Gorgonia & Cæsarius procreati sunt: tamen si promissionem spectemus, vnigenitus erat. Solus enim ex pollicitatione à parentibus progenitus est, quemadmodum Isaac ab Abrahamo & Sarra. Vel fortasse vnigenitum se dicit, quod solus patri reliquus esset, aliis liberis iam extremo vitæ die perfunctis.

ALIVS. sacerdotij perfectio, id est, perficiens atque instituens sacerdotes: vel etiam, suæ ipsius consecrationis perfectionem & perfectorem patrem dixit, vel etiam quia propter virtutem nihil omnino prætermiserit, quod ad ipsum perfectè sacerdotem constituendum desiderari possit.

Vos autem & Deo & nobis id muneris loco offerite, ut rectè pascamini: quod quidem futurum est si in loco pascuæ habitetis, & in aqua refectiois educemini, rectèque pastorem cognoscatis, atque ab ipso cognoscamini, & per ostium pastoraliter & liberè vocatam sequamini, alieni autem vestigiis minimè insistatis, caulam latronum & insidiatorum more transcendentis.

NICET. Atque

NICET. Atque huiusmodi, inquit, est patris mei oblatio. Vobis autem faciendum quoque est, ut Deo & nobis obedientie munus offeratis, rectèque pascamini. Id porrò consequemini, si in ea virtute, quæ in actione versatur, tanquam in molli quodam & virili campo habitetis, animamque saginetis, scientia autem & speculatione & diuinarum scripturarum dulcibus fluentis tanquam aqua refectiois educemini, rectèque pastorem cognoscatis, ne à falsis magistris decipiāmini, atque in ipsos quasi in pastores incidatis, cùm fures sint & latrones, atque à pastore cognoscamini, non admittentes scilicet vos alienis gregibus (quæ res ignoratorem & errorem pastoribus parit) verum signa & notas circumferentes, quas verus pastor vobis iniecit atque impressit. Ex Euangelio autem hæc quoque paraphrasticè transtulit. Cognosco enim meas, inquit Christus, & cognoscor à meis: per cognitionem fortasse affinitatè & necessitudinem intelligens, quasi diceret: Ego necessitudine iungar ouibus meis, & ipsæ mihi iungentur. Sequamini vocatam pastoraliter & liberè, id est, citra fucum & aperitè ac pro potestate ut pastorem decet. Per ostium autem, id est, per catholicam doctrinam, quæ fidelibus omnibus aperta est, ac per ipsam Scripturam, per quam ad fidem introducimur: vel etiam per Christum, qui dixit, Ego sum ostium. Alienum autem & mendacem minimè sequamini, qui non per Euangelij viam incedit, nec per ostium, hoc est, Christum ingrediuntur, sed prædonum more per caulam profilit. Præceptum enim & violentum est hæreticorum omnium impetum, nec, ut disciplinæ ratio postulat, per legitimum ostium ad fidem & Ecclesiam ingrediuntur.

Nec externam vocem audiatis, suffurantem, atque à veritate in montes & solitudines, & barathra, & loca quæ non visitat Dominus, dispergentem, à sana quidem fide abducentem (quæ est in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vnâ diuinitatem, & potentiam, quam vocem semper audiui, quamque vtinam audiant oues meæ adulterinis autem sermonibus & corruptis deprædantem, atque à vero & primo pastore distrahentem: à quibus opto, ut nos omnes tam pastores quam oues velut à noxia & pestilenti herba procul pascamur atque pascamus, vnâque omnes simus in Christo Iesu, nunc & in alterius vitæ requie, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

NICET. Dixit Christus in Euangelio, Oves meæ alienorum vocem non norunt. Illinc igitur mutuatus Theologus hoc loco ait, nec externam vocem audiatis: quæ quidem furatur & decipit, atque ab vna & vniuerse veritate in diuersas opiniones dispergit, quæ quidem ob accliuatam montes metaphoricè dicuntur, ob sterilitatem autem solitudines, ob præcipitiam autem barathra. Illud verò, Locos quos non visitat Dominus, omnia quæ dicta sunt explicat. Hic autem locus habetur in Proverb. Solomonis. Qui enim oberrat in portis, demorabitur in locis quos non visitat æternus. Iam huiusmodi vox hæreticorum homines à sana doctrina & fide abducit, quæ est in sanctam Trinitatem, quam vocem sanæ doctrinæ oues meæ semper audierunt, atque vtinam audiant. Deprædatur item vox hæreticæ, id est, velut spolia diripit, atque adulterinis sermonibus & improbis simpliciores homines auertit ac separat à Christo, qui verus & primus est pastor: primus quidem, quia dux & author fidei nostræ dictus est, perfectamque doctrinam auspiciatus est: verus autem ob excellentissimam perfectionem. Atque ex Apostolo hæc quoque sumpta sunt. Scribit enim ad Colossenses, Videte ne quis vos deprædetur per philosophiam, & inanem fallaciam. Externam igitur philosophiam sanctus Paulus inanem fallaciam nominavit: Theologus autem sermones adulterinos & corruptos. Postea voto orationem concludit. Optat enim ut pastores atque oues ab huiusmodi alienis dogmatibus tanquam à venenosa quadam herba morbūque & mortem inuehente procul se remoueant, atque vnâ omnium futura vita ac requie inter se disiungantur. Quod eum ipsum ex Euangelio sumpsit Theologus. Dixit enim de discipulis Christus ad Patrem, Serua eos in nomine tuo, ut vnâ sint. Hic autem epilogus communis est præcatio, eorum, quæ contraria & dira ac detestanda sunt, auersionem continens.

Rt 3

ARGUMENTVM.

Hanc orationem elaboratè conscriptam * Arianzi, quod autum ipsius prædium erat, in lucem emisit, multis post annis quàm præcedentem orationem habuerat, cum iam Constanti-
nopoli excessisset, ac patriarchatu se abdicasset. Nam cum Dei lenitate & patientia plerique offenderentur, quòd bonos viros in mare ac tristitia vivere, improbos contra secundam
omnia habere permetteret, periculumque esset, ne paulatim ex incuria ad desperationem
laberentur, eoque paulatim prouoluerentur, vt nec resurrectionem, nec iudicium, nec præmia vlla aut sup-
plicia futura crederet: ex Resurrectionis festo commodam occasionem nactus præsentem doctrinam instituit, **A**
dubias & fluctuantes eorū sententias hac de resurrectione oratione constabiliens, atque hoc fidei caput ple-
nissimè & certissimè probans: simulque etiam vim festi gratiamque prædicans, laudibusque prosequens,
ac per anagogen cum veteris Testamēti litera nouæ legis spiritum commiscens, atque omnia huius festi my-
steria, quæ apud Hebræos celebrantur, sigillatim exponens.

* Arianzi In Regina codice mendosè legitur ἐν βαζιλίᾳ. neque enim prædium patrum eam urbem vo-
casset. In meo autem exemplari scriptum erat ἀζία. Verum nescio quis literam supra apposuit. Atqui hæc
litera nequaquam adicienda erat: sed prius ζ in ρ conuertendum. Arianzum enim locus erat non multum à
Nazianzo distans. In quo villà habebat Gregorius, quemadmodum testatur Gregorius Presbyter in ipsius vita.

Cap. 2.

Sper custodiam meam stabo, inquit egregius Habacub, atque ego ho-
dierno die cum ipso, hoc est, super potestatem & speculationem Spiritus
sancti beneficio mihi concessam, & contemplanor atque cognoscam, **B**
quidnam oculis offeretur ac dicetur mihi.

ὁ ἴσος ἀνυψῶν
καὶ ἀπορο-
ύω πρὸς αὐ-
τὸν ὡς ἀ-
παύσιμος ὁ
ματι.

NICET. Habacub propheta permultos esse videbat, qui ex prouidentia Dei offendiculi occasionem ac-
ciperent, cogitantes, quis fieret, vt impios numinisque contemptores & sceleratos iustis hominibus & imbe-
cillioribus insultare, & veluti se inuicem effuso ac proteruo ore aspernari sineret. Idcirco iudicia diuina at-
tingit, atque ea quæ inquiri nefas est, curiosè inuestigare conatur, his verbis vtens, Super custodiã meã stabo,
& petram conscendam & contemplanor, vt videam, quid in me loquatur Dominus, & quid respondeam
ad redargutionem mei. Sensus autem verborum Prophetæ est huiusmodi. Animum ab omni mundana cura
purum & integrum tuebor, atque in firmissimam quandam & velut in sublimi loco positam cogitationum
securitatem consolabo, atque illic quasi ex montis cacumine oculis mentis inspiciam, quosnam ad me Deus
sermones habiturus sit, quidque ipse dicturus sim, si coarguere me Deus instituerit, vt qui non satis cautè ac
prudèter hæc verba extulerim, Quare respicis ad contemptores? Tacebis, cum deuorat iustus impius? Atque
hæc sunt Prophetæ verba, hæc verborum sententiã. Theologus porrò orationem exordiens illius verba ad præ-
sens argumentum adaptauit. Quamquam hoc interest, quòd Habacub per custodiam mentis vigilantiam in-
telligit, per petram autem firmitatem & constantiam. At diuus Gregorius sacerdotalem potestatem & con-
templationem sibi donatam custodiam vocat. Pontifices enim, qui Dei & hominum mediatores sunt, res hu-
iusmodi querere & contemplari suo iure possunt. Ceterum qui Gregorium per visionem, id quod nunc nar-
rat, aspexisse aiunt, longè mihi à veritate aberrare videntur. Ipse enim ait sibi res huiusmodi inquirendi, at-
que tum mente informandi, tum etiam verbis enarrandi à spiritu sancto factam esse potestatem. Stabo igitur
in potestate mihi data, atque inspiciam, seu contemplanor, quidnam oculis sese offeret, ac rursus cognos-
scam, quid dicetur. Nã quemadmodum id quod cernitur, visum requirit: ita quod ore profertur, cognitione
opus habet.

PSELLI EXPOSITIO. Super custodiam. Custodia est, animæ vniuscuiusque hominis modulus, **D**
iuxta quem certa proportione diuinas visiones suscipit. Nam si quis altius per contemplationem se porrexe-
rit, oberrabit. Potestatem & speculationem. Potestatem dixit, quoniam omnis anima ad diuinam simplici-
tatem euecta, & cum ipsis diuinis visionibus immediatè congregiens, huiusmodi spectaculis liberè & pro
potestate vtitur, atque ad audientium captum & proportionem sese demittens, & ea informat, quæ nulla
forma exprimi queunt, & ea fingit, quæ nulla ratione fingi constituique possunt. Speculationem autem ad-
didit, quia anima visiones diuinas nequaquam voluntate metitur, verum intellectiua vi & facultate, ipsi-
usque purgationis modulo.

Et steti, ac speculatus sum: & ecce vir conscendens nubes, atque hic perquam
sublimis, & aspectus eius vt aspectus angeli, & amictus eius vt splendor fulguris
pertranseuntis, & extulit manum suam versus orientem, & clamauit voce ma-
gna. Vox porrò eius vt vox buccinæ, & in circuitu eius quasi multitudo cœlestis
exercitus & dixit: Hodie salus mundo tam visibili, quàm inuisibili. Christus ex **E**
mortuis, simul surgite. Christus ad sese, redite. Christus ex sepulchro, à peccati
vinculis soluimini. Portæ inferi aperiuntur, & mors opprimitur, & vetus Adam
deponitur, & nouus perficitur, si qua noua in Christo creatura, renouemini.

NICET. Postquam

NICETAS. Postquam dixit, Stabo in custodia mea cum Habacub, & speculabor, nunc ostendit se
quod proposuerat, fecisse. Liberè enim, inquit, & pro arbitrato contemplationi animum adieci. Et steti in su-
blimi loco, ex quo possem res huiusmodi intueri, atque ea vidi, quæ nunc commemorabo. Deinde verò per de-
scriptionem quid viderit, quidque audiuerit, narrat. Nam & personam describit, quia vir: & locum, quia
in nubibus: & modum, quia conscendens: & magnitudinem, quia sublimis: formam item, quia angelo si-
milis: amictum, quia fulguri similis: habitum quia manum extulit: vocem, quia buccinæ nõ dissimilis: ac de-
nique sermones, quos ille prolocutus est, qui se conspiciendum præbuit. Angelus porrò hic est, non autè Chri-
stus, vt quidam existimarunt. Nam si Christus fuisset, dicendum ipsi fuerat, Quia ego a mortuis surrexi. At-
qui dixit: Christus ex mortuis. Ex quo perspicue constat eum alium fuisse quàm Christum. Tam idem quoque
voce magna clamauit. Atque explicans Theologus quisnam is esset, qui clamorem sustulerat, optat sibi
quoque vocem angelicæ parem dari. Quocirca angelum esse necesse est, qui hoc loco per orationis figmentum
apparet ac verba facit. Virum porrò eum nominat Gregorius, quoniam angelus haudquaquam, vt natura
sua est, apparere solet: verum in hominem transformatus. Quòd autem ipsum nubes conscendisse inquit, hoc
ea ratione dicit, quia leuis & sublimis angelorum natura est, per aërem mira celeritate currens. Vt autem
perspicue ostendat Gregorius virum, de quo loquitur, angelum esse, subiungit, Aspectus eius, vt aspectus an-
geli. Hunc porrò talem depingit, qualem mulieres in sepulchro conspexerunt, nimirum candidam vestem ge-
stantem. Quin maius etiam quiddam indicat. Nam amictum fulguri comparat, & quidem ocysimè percurren-
ti. Quidnã autè sibi vult, cum ait eum Orientè versus manus sustulisse fortasse, vt per Orientè Christi diuini-
tatem exprimat. Nam & lumè spirituale, & sol iustitiæ, & oriens in Scriptura Christus nominatus est. Atque
etiam David orientè Deo assignat, his verbis, Psallite Domino, qui ascendit super cælum cæli ad Orientè. Vel
etiam fortasse vt paradysum ad orientem consitum, ac per Adæ transgressionem clausum, rursus per Christi
resurrectionem patefactum esse demonstrat. Angelum autem inducit tonitruu riuu, vel potius buccinæ instar
clamantem, vt ab omnibus exaudiatur: vt pote qui omnibus salutis per Christum acceptæ nuncium afferat.

Dicere etiam quis possit hoc Theologum spectasse, vt per has omnes descriptiones formidabilem angelum re-
presenteret. Huiusmodi namque eum ostendit tum à sublimitate, tum à magnitudine, à forma item & amictu
ac voce. Ad hæc multitudinem angelorum eum cinctum introducit, idem videlicet Christi resurrectioni tribu-
ens, quod in ipsius natiuitate contigerat. Tum enim angelus Domini pastoribus assistit magnam illud gaudium
annuncians, & repente facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum & dicentium
etc. Proinde nunc quoque angelus resurrectionis nuncium deferens inducitur, & angelorum exercitus Chri-
stum à mortuis reuocatum concelebrans. Porrò has omnes voces à prophetis mutuatus est Theologus. Nam
& Daniel his verbis vtitur, Ecce stetit coram me, vt aspectus viri. Et rursus, Ecce vir amictus sacra stola, &
vultus eius, sicut aspectus fulguris, & vox sermonum illius, vt vox multitudinis popularis. Et apud Naum
sic scriptum habetur, aspectus eorum vt lampades ignis, & sicut fulgura discurrant. Postremò de voce ad
hunc modum Ioannes Theologus loquitur, Et audiui vocem magnam post me tanquam vocem tubæ. Nunc
quid angelus clamet, audiamus. Hodie salus mundo tam visibili quàm inuisibili. Quid verò inuisibilis quo-
que mundus, hoc est angeli salute opus habuerunt? Nam Lucifer & ipsius gregales nec ad meliorem mentem
redierunt, nec salutè consecuti sunt: reliqui autem angeli, qui à Deo non descuerunt, salute nihil indigent.
Quenam igitur salus inuisibili mundo allata est? Nonnulli hoc loco per salutem incolumitatem & integri-
tatem intellexerunt, quæ quidem tunc nobis contigit, cum per peccati oppressi, rursus per Christi resurrectio-
nem incolumitati restituti sumus: angelis autem, quia iuxta Euangelicam parabolam inuenta oue, quæ aber-
rauerat, aut drachma, quæ amissa fuerat, quod cœlestibus copiis deerat, expletum est. Angeli autè qui prius
hanc rationem habebant, vt difficulter quidem & egrè ad malum moueri possent, post Christi resurrectionem
id consecuti sunt, vt iam ne moueri quidem ad malum queant, nõ natura sua, sed gratia. Atque ita illis salus
esse possit ipsa status confirmatio, nõ iam metuentibus ne in deterius mutentur, atque eam ob causam pereant.
Vel fortasse duobus mundis salutè partam esse asserit, inuisibili quidè, vt eam prius quoque habenti, visibili
autem, vt nunc eam per resurrectionem consecuto. vt sit hic verborum sensus, quòd nõ iam angeli solum salu-
te fruuntur, sed angeli atque homines, diuersa tamen ratione: Illi enim, quia ordinem suum seruauerunt: ho-
mines autem, quia per Christi resurrectionem reuocati & erecti sunt. Quòd si non vndiquaque mundus vi-
sibilis salutem accepit: quoniam ne omnes quidem homines fide præditi sunt, nec omnes præcepta seruant, nõ
est propterea, cur illud tanquam falsum explodas, Hodie salus mundo visibili. Si quidem ad seruatoris sco-
pum referenda est hæc oratio. Atque quantum ad eius voluntatem & intentionem vniuersus mundus salu-
tatem accepit. Pro omnibus enim Christus mortuus est, & resurrexit. Si autem rei euentum spectemus, ij so-
li, qui crediderunt, & mandata seruauerunt, salutem asecuti sunt. Sed videamus, quæ sequuntur. Christus
ex mortuis, supple surrexit. Vos quoque igitur simul à peccatorum morte resurgite. Christus ad sese redijt, id
est ad diuinitatis suæ amplitudinem & dignitatem, qua propter dispensationem ad exiguum tempus spo-
liatus atque exinanitus fuerat. Receptus enim ad dextram Patris confedit. Redite igitur vos quoque ad ve-
terem splendorem & dignitatem, ac diuinæ imaginis decus. Quòd autem ait, Ex mortuis simpliciter, eum re-
diuini apparuisse significat: quòd verò sequitur, Ex sepulchro, vincula quoque rerum ad sepulchrum per-
tinentium eum perfregisse indicat, & aduolutum monumento lapidem summoiisse. Quocirca etiam aptè &
cõgruenter post hæc verba Ex sepulcho, subiunxit, à peccati vinculis soluimini. Idcirco autem plurali nũ-
mero dixit ex mortuis & ex sepulcho: quia solus ex multis mortuis resurgens non amplius moritur. Ad hæc
porte inferni contrario modo, atque prius solebant, aperiuntur: videlicet non vt mortuorum animæ inferan-

Io. 8.
Malach. 4.
Lmc. 1.
Psal. 67.

Dan. 10.
Naum. 2.
Apo. 1.

Et steti, ac speculatus sum: & ecce vir conscendens nubes, atque hic perquam
sublimis, & aspectus eius vt aspectus angeli, & amictus eius vt splendor fulguris
pertranseuntis, & extulit manum suam versus orientem, & clamauit voce ma-
gna. Vox porrò eius vt vox buccinæ, & in circuitu eius quasi multitudo cœlestis
exercitus & dixit: Hodie salus mundo tam visibili, quàm inuisibili. Christus ex
mortuis, simul surgite. Christus ad sese, redite. Christus ex sepulchro, à peccati
vinculis soluimini. Portæ inferi aperiuntur, & mors opprimitur, & vetus Adam
deponitur, & nouus perficitur, si qua noua in Christo creatura, renouemini.

Rr 4

tur, sed ut offerantur atque extrahantur. Et mors opprimitur. Nam cum corpus à peccato liberum, viuificum que mors degustasset, nec in eo peccatum, quo ipsa alitur, offendisset, sublata atque extincta est, & quæ ab Adamo ad Moysen usque regnauerat, eadem post Christum corporibus nostris non amplius dominatur. Christus enim à mortuis excitatus viam resurrectionis ad immortalitatem morientibus nouo more patefecit. Hoc autem differens mors & infernus, quod illa corpora, hic animas detineat. Et vetus Adam abiicitur, & nouus perficitur. Hæc ab Apostolo sumpsit, qui Ephesus scribens ait, Edocti estis deponere veterem hominem, ac nouum inducere. Quo loco per veterem hominem, qui deponitur, vitam sceleratam intelligit: per nouum autem, qui perficitur, eam vite rationem, quæ omnibus virtutis numeris absoluitur. Cyrillus tamen per nouum hominem & nouum Adamum Christum significari putat, quem pie atque integrè viuendo induimus. Ad quem sensum, quæ sequuntur, commodè referuntur. Si qua in Christo noua creatura, renouemini, id est, Omnes qui flagitiis corrupti estis, & vetustatem peccando contraxistis, ac deinde noua creatura per Baptismum facti estis, quotidianis virtutum progressibus atque incrementis, renouemini.

PSELVS. Et steti, & speculatus sum. Verbum, steti, anima firmitatè & constantiam designat, atque immotum & ad deteriora immutabilem statum. Illud autem, speculatus sum, accuratam & congruentem contemplationem & cognitionem, eumque impetum, quo animus ad ea fertur, quæ in cognitionem cadunt, significat. Sic enim is, qui è rerum corporearum crassitie emergit, primum quidem mediam viam conficit, quæ & animalis dicitur: postea verò subliorem, quæ & spiritalis nominatur. Et ecce vir conscendens nubes cæli. Vir, quia nihil diuinum muliebri est ac molle. Conscendens, quia in diuinis nihil pronolatum & abiectum: nubes, quia omnis fecunditas à præstantiorum & diuinarum aquarum influxione promanat. Nam inferiora hæc astu & siccitate plena sunt. Quod autem adiunctum est, cæli, hoc mihi significare videtur, quod hæc visio nihil humile ac terrenum habebat: quoniam nubes quædam sunt, quæ altissimorum montium cacumina non superant, quemadmodum in Meteoris Aristoteles docet, summos nonnullorum montium vertices commemorans, qui nec imbris alluantur, nec grandine verberantur: qualis videlicet est Olympus. Nubes autem cæli allegoricè dicuntur angelici spiritus, sublimes & cælestes, quibus alij spiritus insidentes, ea, quæ hic aut illic fiunt, ad homines hoc spectaculo dignos perferunt.

Atque hæc quidem hic dicebat, illi autem idem ipsum cantabant, quod antea, cum Christus nobis per terrenam natiuitatem apparuit, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Cum quibus ipse quoque inter vos hæc loquor: atque vtinam vocem angelicæ parem accipiam, omnèque orbis terræ fines circunsonantem. Pascha Domini, Pascha, iterumque Pascha dicam in honorem Trinitatis. Hæc nobis festiuitatum festiuitas, & celebritatum celebritas, tantò cæteris omnibus nõ solum humanis & humi defixis, sed iis etiã, quæ ipsius Christi sunt, ac proter ipsum celebrantur, antecellens, quantò sol stellis antecellit.

NICETAS. Atque hæc dicens inductus est angelus ille, mente & cogitatione informatus. Angeli autem cum circumstantes carmen illud modulabantur, quod prius cecinerant, cum Christus in terris, atque ex Virgine nascentis cernebatur. Quid autem cause est, cur & co tempore & nunc cantionem eandem canunt? nimirum quia ipsius natiuitas salutis nostræ principium fuit, Resurrectio finis. Cuiusmodi autem erat illud canticum? gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Nam quemadmodum angeli ordinem sibi attributum seruantes cum Deo pacem habent: ita nos miseri postquam concupiscentias nostras Dei voluntati opposuimus, in hostium numero atque ordine apud eum haberi cepimus. Verum hoc per Christum sublatum est. Ipse enim nobis & pax & bona voluntas factus est, iniquitatem videlicet inimicitie parentem de medio tollens, atque eos propè vocans, qui procul remoti erant, Deoque & Patri per se coniungens, ac superiora cum inferioribus connectens, bonamque Patris voluntatem implens, quæ quidem nihil est aliud, quam fracti & conuassati Adami instauratio. Talis angelorum cantus, cum quibus ipse quoque hæc loquor. Atque vtinam etiam vocem accipiam nihilo angelica inferiore, sed ita candidam, & altam atque canoram, vt ex omnibus terræ sinibus exaudiri possit. Iam verò Paschatis nomen ter repetit, partim vt profusum animi letitiam ostendat: partim etiam, quemadmodum ipse inquit, vt Trinitati honorem habeat. Solemnitatem autem solemnitatum, & celebritatem celebritatum pascha vocat, vt præcipuam & primariam. Solent enim veteres excellentissimas quasque res ad hunc modum appellare, veluti Sancta sanctorum, & Cantica canticorum. Nam nisi Resurrectio extitisset, nec Natiuitas, nec Baptismus, nec cætera Christi mysteria confirmata fuissent, fidemque fecissent. Verum quasnam hoc loco humanas festiuitates appellat? sunt qui existiment cum de festis in sanctorum honorem institutis loqui: cæterum reuera hæc sunt accipienda de festis illis, quæ vel ob primum detonsam casariam, vel ob acceptam uxorem, vel ob domum aut terram primam habitam, vel ob alias similes causas celebrari solebant. Huiusmodi enim festa humi defixa sunt, ac deorsum & in terra voluntur. At sanctorum festa ad Deum eriguntur ac penetrant. Igitur non solum humana festa paschatis festum superat & transcendit, sed & ipsas Christi festiuitates non minus obsecurat, quam sol reliqua sidera. Ad eum præfulget huius diei gratia!

Præclara quidem nobis quoque fuit hesternæ splendoris luminumque solennitas (quam priuatim iuxta publicèque peregrimus, omne genus hominum ferme,

me, atque omnes magistratu & dignitate insignes, copioso igne noctem collustrates) magnòque illi lumini figura respondens, quod vel cælum, vniuersum orbem siderum suorum pulchritudine illustrans, supernè nobis traicit, vel supercæleste est, tum in angelis, prima post primam lucida natura, (nam illinc splendorem trahunt) tum in ipsa Trinitate, à qua lumen omne productum est, ab indiuisibili lumine diuisum atque honorandum. At hodierna celebritas præclarior & excellentior. Nam hesternum lumen magni illius luminis exurgentis prænuncium erat, ac veluti profesta quædam animorum delectatio. Hodie autem ipsam Resurrectionem celebramus, non iam in spe positam, sed expletam, mundumque totum sibi conciliantem.

NICET. Præclara, inquit, etiã fuit hesternæ luminum celebritas, hoc est, cætus ille, qui ad vespertinam magni sabbati celebrabatur. Peruigilè enim noctem traducebant, usque ad horam septimam cantantes, ac lampades accendentes, atque imminentem Seruatoris nostri Resurrectionem expectantes. Hunc porò cætum celebrant alij priuatim & domi, alij publicè & in Catholicis Ecclesiis. Omne genus hominum, viri, mulieres, senes, pueri, iuuenes. Quod autem dicitur ferme, quidã ad vtrunque referunt, nempe ad omne genus, & ad omnes magistratu & dignitate insignes, vt sit sensus, parum abesse, quin omnes cuiuslibet ætatis, & omnes honoribus ac dignitatibus florentes noctem eam, quæ magnum sabbatum excipit, celebrent. Probabile est enim, & aliquam ætatem, & procerum quosdam huic congregationi minimè interesse. Alij aduerbium, ferme, tantum cum omni genere hominum construunt, non autem cum eo etiam, quod sequitur, omnes magistratu & dignitate insignes: vt sit sententia, omnes quidem fere, quouis genere censeantur, hoc festum agitare, ac omnes, qui dignitatibus ornati sint, citra vllam exceptionem ac distinctionem hoc festum celebrare. Sunt rursus, qui aduerbium hoc, ferme, ab his verbis, omne genus hominum abstrahentes, cum his verbis, omnes magistratu & dignitate insignes, connectendum putent. Quorum hic sensus est: Omne quidem hominum genus, id est, masculi & femina, ætate florentes & effæti ac decrepiti, sine vlla exceptione festam hanc noctem agunt. At non item sine exceptione omnes in dignitatum gradu locati, sed ferme omnes, vt pote paucis quibusdam proceribus congregationem hanc assernantibus. Figura respondens, Gr. ἀνθρώποι. Quæ vox duplicem significationem habet. Nam & pro contraria figura accipitur. sic enim Serpens æreus suspenditur, non vt typus Christi, sed vt antitypus: & pro equali figura, vt hoc loco. Vespertina enim, inquit, luminum celebritas magno lumini figura respondebat. Hoc autem lumen diuidit Theologus in cæleste & supercæleste, ac rursus supercæleste diuidit in lumen angelorum, & lumen sanctæ Trinitatis. Angeli porò quantum ad Trinitatè secundam lucidæ naturæ ratione obtinent: vt pote qui ab ea splendorem accipiunt iuxta iridis exemplum, hoc est arcus illius cælestis, quæ sol in humidis & tranquillis atque pacatas nubes incidens progignit: quantum autè ad nos, prima natura sunt: quatenus ipsi immediatè, homines verò intermediis angelis collustrantur. Diuiditur autè & comunicatur omne lumen ab indiuisibili lumine sanctæ Trinitatis, indiuisibili quidè, si essentiã spectemus: nec enim in diuinã naturã cadit diuisio: diuisibili verò, quantum ad vim & facultatè. Vires enim agendique facultates diuidit Deus. A qua lumè omne productum est, siue quod angelis inest, siue quod hominibus, siue quod soli, siue quod astris. Præclarum autè & honorabile est illud lumen, quod in iis lucet, tum aliarum materiarum cõparatione, tum quia primi luminis figurã gerit. Sed enim, quod dicere instituebat oratio, quanquã pulchra esset hesternæ facularum gestatio, hodierna tamen illi pulchritudine antecellit. Hæc enim lampadum lumen Christi magni luminis Resurrectione prænunciabat: at hodie nõ Resurrectionis signa & indicia, verum hanc ipsam Resurrectionem solenni festo prosequimur, totum modum τῶν πασῶν, hoc est sibi conciliantem, vel ad vnam fidem colligentem: quod propter Resurrectionem omnibus certissimè persuasum fuerit, Christum Deum esse: vel, mundum totum, hoc est, fidelium cætum coniungentem celebrandi festi causa.

Enimuerò alius aliud quiddam huic tempori fructificet, ac donum festiuum offerat, vel paruum vel magnum, modò spirituale, Deoque gratum, vnusquisque pro virium suarum ratione. Nam dignum munus offerre vix ipsi quoque angeli possint, illi inquam primi intellectuales & puri, supernèque gloriæ spectatores, ac testes: si tamen his quoque omnibus numeris absoluta Dei laudatio concedenda est. nos autem sermonem, quo nec præclariùs quicquam habemus nec præstantius, conferemus, præsertim Verbum laudantes ob beneficium, quod ab eo ad naturam sermone & ratione vrentem profectum est.

NICETAS. Alius, inquit, aliud quoddam spirituale Deoque gratum munus huius solennitatis tempore offerat, prout ipsius facultates tulerint. Sic enim in Deuteronomio scriptum est, Non apparebis coram Domino tuo vacuus, vnusquisque secundum facultatem manuum. Nam dignum munus, nec vlla ex parte mancum & imperfectum offerre, tantum est, vt ne angeli quidem id assequi possint. Neque enim ipsis plena Dei laudatio concessa est, qui tamen primi intellectuales dicuntur, si animarum nostrarum ratio habeatur, quæ & ipse intellectuales sunt, sed angelis posteriores. Supernæ gloriæ spectatores, vt pote Deo assistentes, ipsaque intuentes. Estes autem diuinæ gloriæ, vt pote ipsi quoque clari & illustres, ac per splendorem suum creatoris maiestatem restatam reddentes, vel etiam vt gloriam, quam cernunt, hominibus nuntiantes. Hoc autem

Ephes. 4.

Luc. 2.

Pascha festiuitas festiuitatum.

A

B

C

D

E

Peruigilia

Deut. 16.

loco per angelos omnes in vniuersum caelestes classes & ordines intelligit. Alius igitur, vt iam dixi, aliud quiddam afferat: nos vero orationem conferamus, idque pluribus de causis. Primum quoniam nihil sermone praeclearius habemus, tum quia Christus, cuius laudes praedicare instituimus, praeter alia nomina, Verbum quoque appellatur. Postremo quia natura beneficio affecta sermonis est particeps. Quare congruum munus est Verbo Christo laudatoria oratio, a natura loquendi facultate praedita proficiscens.

Hinc autem exordiar. Facere enim nequeo, quin de magno sacrificio, & die omnium dierum maximo sermones sacrificans ad deum excurram, atque illinc exordium ducam. Ac vos & mentem & aures & intellectum perpurgate, qui in huiusmodi rebus delicias collocatis, quandoquidem diuina quoque est, quae de Deo habetur oratio. Sic fiet vt veris deliciis, non autem euanescentibus expleti discedatis. Curabimus autem, vt oratio nostra simul absolutissima sit, & maxime compendiosa, vt nec ob defectum molesta sit, nec ob nimiam prolixitatem tedium afferat.

NICETAS. Optimo, inquit, iure a Deo orationem auspicabor. Quoniam enim in animo habeo huic magno Resurrectionis diei hos sermones sacrificare, atque ipsi Christo magno sacrificio (Christus autem vtrunque est nempe Deus & homo, quorum alterum semper est, alterum postea nostrae salutis causa factus est) prius mihi faciendum est, vt de diuinitate differam, atque ita ad explicandum humanitatis assumptae consilium accedam. Proinde quoniam diuina est haec creatio, nec fas est eum, qui purus non sit, rem puram attingere, aegedum videte quicumque haec audiri estis, atque huiusmodi delicias percepturi, vt intellectuales animae facultates purgetis: primum quidem mentem, per quam Deum & capere & videre possumus, atque angelis coniungimur: deinde intellectum, per quem dogmata examinamus, ac veritatem disquirimus. Sint etiam aures purae, vt pote diuina verba excepturae, eaque ad intellectum diiudicandi causa transmissurae. Sic enim futurum est, vt non cibo pereunte, sed deliciis non effluentibus expleti discedatis. Porro orationi nostrae sua virtus constabit, vt nec intra modum subsistat, ne defectu suo auditores damno afficiat, nec rursus modum excedat, ne molestiam pariat (orationis enim redundantia inimica est auribus) sed mediocritatem impleat, simulque & compendiosa sit & plenissima.

Hec & quae sequitur repetuntur in oratione de Nat. Christi.

Deus & erat semper, & est, & erit, vel, vt rectius loquar, semper est. Nam Erat & Erit huius nostri temporis fluxaque & caduca naturae segmenta sunt. Ille autem semper est, atque hoc modo seipsum nominat, cum in monte Mosi oraculum edit. Vniuersum enim id quod est complectitur, nec principium habes, nec finem habiturus quasi pelagus quoddam essentiae immensum & interminatum, omnem tum temporis tum naturae cogitationem superans, mente sola adumbrabilis, & quidem perexiguae ac perobscurae, non ex his quae in ipso sunt, sed quae circa ipsum (alia nimirum atque alia imaginatione ad vnum aliquod veritatis simulachrum exprimendum collecta, priusquam teneatur, effugiens, & priusquam intellectu percipiatur, seipsum fuga propripiciens, tantum principem nostri partem, eamque purgatam collustrans, quantum oculorum acie perstringit fulguris celeritas haud quaquam permanentis: meo quidem iudicio, vt quatenus comprehendi potest, nos ad se trahat (quod enim nullo modo percipi potest, id nec sperat quisquam, nec admititur) quatenus autem capi nequit, admirationem sui excitet, atque ex ipsa admiratione vehementius desideretur, desideratus purget, purgans autem deiformes efficiat, cumque id consecuti fuerimus, iam velut cum familiaribus colloquatur, (metuo ne hoc audacius a me dictum videri possit) Deus diis vnitus & innotescens, ac tantum fortasse, quantum iam eos, qui cognoscuntur, cognitos habet.

1. Deus & erat semper, & est, & erit) Origenes hom. vnica in lib. Reg. explicans id quod habetur in cantico Annae, Nihil est praeter te, id est, nihil eorum quae sunt, hoc quod sunt, naturaliter habent. Tu solus es cui quod es a nullo datum est. Nos enim omnes, id est vniuersa creatura, non eramus antequam crearemur: & ideo quod sumus, voluntas est creatoris. Et paulo post exponens illud Exodi, Ego sum qui sum. si aliud aliquid, inquit, in creaturis hoc nomine, vel hac significatione appellari posset, nunquam diceret Dominus hoc sibi esse nomen. Sciebat enim se solum esse, creaturas vero a se accepisse vt essent. Nam & umbra ad comparationem corporis non est, & fumus ad comparationem ignis non est. Haec Origenes. atque etiam ante eum Philo iudeus tit. de eo quod malum bono insidiatur, creaturas ait non essentialiter, sed opinione duntaxat subsistere.

2. Semper est) Adunc locum pertinet quod ait August. lib. de vera relig. cap. 49. Nihil praeterit in aeterno, & nihil futurum est. quia & quod praeterit, esse desinit, & quod futurum est, nondum esse cepit. Aeternitas autem tantum modo est, nec fuit quasi iam non sit, nec erit quasi adhuc non sit.

3. Mente

3. Mente sola adumbrabilis) Haec a Platone mutatus esse videtur Theologus. a quo Plotinus, vt est apud August. lib. 9. cap. 16. de ciuitate Dei, Deum summum omnium creatorem, quem nos verum deum dicimus, sic praedicari asseuerat, quod ipse sit solus, qui non possit penuria sermonis humani quavis oratione vel modice comprehendi: vix autem sapientibus viris, cum se vigore animi, quantum licuit, a corpore remouerint, intellectum huius Dei, id quoque interdum velut in altissimis tenebris rapidissimo coruscamine lumen candidum intermicare. Quae partim ex Timaeo, partim ex Parmenide collecta videntur, vt etiam ibidem annotauit Vives.

4. Quod enim nullo modo percipi potest) Hanc sententiam ante Gregorium sic expressit Cicero: Multi sunt, qui desperatione debilitati experiri id nolunt, quod se assequi posse diffidunt. Billius.

NICETAS. Quonia libertas hominum, pro qua instituta est praesens oratio, beatae Trinitatis opus extitit. Pater enim voluit, Filius effecit, spiritus sanctus cooperatus est: eam ob causam ab eo nomine, quod tribus his commune est, Theologus exorditur, quod quidem Deus est. Ac de tribus, vt inseparabilibus quantum ad diuinitatem, naturam & potentiam, disputatione habita, ita demum ad incarnationis Christi materiam descendit. Porro de diuinitate differens, ait, Deus & erat semper, & est, & erit. Tria tempora praeteritum, praesens, & futurum deo tribuit, quae quidem nulli creaturae conuenire possunt. Angelus enim est quidem & erit: at non item semper erat, sed essentiae initium habuit. Ex hominibus autem alij hesterni die erant, alij hodie, alij qui nunc in rerum natura non sunt, crastino die erunt. Haec enim est generis nostri conditio. Eadem de omnibus alijs creaturis dici possint. Postea cum animaduertisset Theologus, quod verbum Erat de eo praedicatur, quod praeterit, nec hodie est: verbum item Erit de eo quod futurum est, nec dum existit: corrigit quod dixerat, atque verbum praesentis temporis Est Deo magis congruere. Erat enim & Erit fluxi huius temporis segmenta sunt, ac fluxae naturae conueniunt. Nam vt fluxum & labile est tempus, ita etiam ea quae tempore, quod motus circumscriptione definitur, continentur. At Deus semper est, nec quicquam ei vel praeterit, vel futurum est. Atque in huc sensum Plato in Timaeo locutus est, his verbis. Erat & erit temporis sunt species: quas non recte nec prudenter sempiternae essentiae tribuimus. Huic enim Est solum verum conuenit. Haec autem verba Erat & Erit ad eam generationem naturaeque pertinent, quae tempori subiecta est. Haec Plato. Noster vero Theologus testimonium quoque profert ex Exodo, quod Deus ens est. Hoc enim modo, inquit, seipsum nominat, cum in monte Mosi oraculum edit, id est, colloquitur, & mandata dat. Nam cum Moses in Aegyptum mitteretur, querebat: Si interrogauerint me, quis te misit quid dicam ad eos? Deus autem, qui mitebat, respondit, Ego sum ens. Ac recte profecto Deus ens dicitur. Nam iuxta magnum Dionysium, Non certo modo ens est, verum simpliciter & incircumscripte, vt qui totum id quod est, in seipso complexus ac praecomplexus sit. Quo etiam nomine Rex saeculorum dicitur, quia in ipso & circa ipsum est, quicquid est ac subsistit. Nec vero ait, Erat, aut erit, aut fuit, aut sit, aut fiet, immo neque est, sed iis, quae sunt, essentia ipse est, ipseque est saeculum saeculorum, & saeculis antiquior. Quibus verbis consona sunt, quae Theologus ait. De Deo enim verba faciens ait, Vniuersum id quod est, in se complectitur. Non enim quemadmodum nos iuxta praesens tempus sumus ac viuimus (praeteritum enim ac futurum partim amissimus, partim nondum habemus) sic etiam Dei essentia in tempora diuisa est: verum vniuersam essentiam complectitur. Nec principium habens nec finem habiturus, id quoque merito. Nam quod principio caret, hoc nec vnquam esse desinet. Non tamen vniuerso modo dicere possumus, quod nunquam finem habiturus est, idem ne principium quidem habuisse. Etenim angeli immortales quidem sunt per gratiam, nec vnquam esse desinent: ortum tamen habuerunt. Mox per similitudinem subiungit Theologus, Velut pelagus quoddam essentiae immensum & interminatum: immensum dicit, quia principio & fine caret. Nam quae principium & finem habent, finita sunt, ac sub tempore cadunt. Deus autem supra tempus est. Interminatum autem, quia nec loco, nec definitione vlla ipsius naturam declarante circumscribitur. Postquam igitur dixit immensum & interminatum, vtrique adiectiuo contrarium suum opponit. Immenso enim respondet id quod ait omnem temporis cogitationem superans. Nam quod tempore minime circumscribitur, immensum est. Interminato autem id quod ait, omnem naturae cogitationem excedens. Est enim interminatum, quod nec loco nec definitione ipsius naturae explicante comprehenditur. Deus igitur, inquit, excedit omnem cogitationem, quam quisquam de tempore vel natura quadam inire queat. Mente sola adumbrabilis. Neque enim in nobis organum vllum habemus, quo Dei speciem concipere queamus, non sensum, (nec enim Deus sensibile quiddam est vt sensibus subiaceat) non vires aut celeritatem: tardissimus enim est, qui celeritatem esse videtur, si cum Dei velocitate comparatur, qui longissimus interval lis omnia post se reliquit, vt nec comprehendi quidem possit, verum sola mente delineatur. Nec mirum. Mens enim, vt imago Dei, contemplationem illius concipit, cuius summam tenuitatem declarans Gregorius adumbrationis verbo vsus est. Non enim dixit, Esingitur, quod perfectius est, sed adumbratur. Ac ne hic quidem consistit: verum in super adiecit, Perobscurum. Tamei enim lumine, tanquam vestimento amictus est Deus: tenebras tamen latibulum suum posuit, quandoquidem ipsius naturae nulla ratione percipi atque comprehendi potest. Perexiguae autem, id est breuissimae, & ad exiguum quoddam temporis momentum. Nam quod mente leuiter adumbratum est, celeriter auolat. Porro leuibus lineamentis adumbratur Deus, non ex his quae in ipso sunt, sed quae circa ipsum. Ait enim magnus Dionysius Deum, quantum ad essentiam, nec intelligi nec comprehendi posse: verum ex effectis laudari debere. Eadem hic quoque dicit Theologus. Quod enim ille dixit, quantum ad essentiam, hic quantum ad ea quae in ipso sunt, dixit. Quae autem ille effectus, hic circumstantias appellauit. Opifex enim causa est: effectus autem illius opera. Deus igitur non per ea, quae in ipso sunt, percipitur, id est per suam essentiam: sed per ea, quae circa ipsum, hoc est per creaturas. Nam ex magnitu-

Exod. 3.

Sap. 13.

dine atque excellentia creaturarum, ut ille inquit, adhibita proportione parens earum, effectorque per se
 ei atque intelligi potest. Circa ipsum autem sunt, tum creatura, tum prouida ipsius consilia. Quamobrem exi-
 stimandum est unumquodque eorum, quæ de Deo enunciantur, non quid sit, quantum ad essentiam indica-
 re, verum aut quid non sit ostendere, aut relationem quandam ad aliquid eorum, quæ ab eo distinguntur,
 aut denique quidpiam eorum, quæ naturam vel actionem comitantur. Nec verò ex omnibus nominibus,
 quæ de Deo predicantur, vllum æque proprium videtur, atque entis nomen, quod ipsam quidem essentiam
 indicat, non autem quænam ea sit secundum nomen Deus est, quod actionem significat. Sic enim dicitur vel
 à verbo *Si ev*, id est, currere, et res vniuersas confouere, vel *Si ev* *Si ev* *Si ev*, id est, quia omnia spectet.
 Neque enim quicquam eum latere potest, conspectumque eius effugere. At *Si ev* *Si ev* *Si ev*.
 principi expers et increatum et incorporeum, quid non sit, declarant, hoc est, quod nec principium habue-
 rit, nec creatus fuerit, nec corpus sit. Iam verò bonum, iustum, et sanctum, naturam quidem comitantur: cæ-
 terum ipsam naturam haudquaquam aperiunt. Atque his nominibus Deus appellatur, ut auctor bonitatis ac
 sanctitatis et iustitiæ. At hæc nomina Dominus, et Rex, et Opifex, ac cætera eius generis relationem, ad
 ea, quæ ex aduerso respondent, ostendunt. Subditorum enim Dominus dicitur, et eorum, qui sub regno sunt,
 Rex, et rerum conditarum Opifex seu conditor. Quoniam autem modo ex his, quæ circa ipsum sunt, Deus
 adumbratur? Alia, inquit, atque alia imaginatione ad unum aliquod veritatis simulachrum exprimendum
 collecta. Ex his enim rebus, quas oculis cernimus, species quasdam et imaginationes de Deo accipimus. Ut
 cum dicimus, Quod sol in sensibilibus hoc Deus in intellectibilibus. Nam quemadmodum ille visibilem mun-
 dum illuminat: eodem hic modo inuisibilem. Rursus quemadmodum ille eos, qui aspiciunt, claros efficit: ita
 hic diuinos et deiformes reddit. Præterea quemadmodum simul et corpus Solis, et radius, et lumen: simi-
 li modo Pater, Filius, et Spiritus sanctus. Et quamquam vtrique causa est Pater: non tamen antiquior est,
 non hercle magis quam sol illis tempore prior. Ad hæc quemadmodum lumen ex igne: sic Filius ex Patre. At-
 que ut vno verbo dicam, ex his quæ in nobis sunt, ea quæ supra nos sunt, intelligimus atque imaginamur. In
 nobis enim et mens est, et sermo, et spiritus. Hæc autem tria inseparabilia sunt et equalia. Et quidem mens
 sermonem impatibili modo gignit, sermo autem sine spiritu ex mente progredi nequit. Ita fit, ut quamquam
 in nobis tres sunt hypostases, vnus tamen homo sit iuxta id, quod in tribus hypostasibus intelligitur, eo quod
 mens, et sermo, et spiritum habeat. Eodem modo Pater, Filius, et Spiritus sanctus tres quidem personæ
 inseparabiles, vnus autem Deus. Et Pater citra passionem Filium gignit: Filius rursus sine spiritu non est, sic
 alia quædam species ex alia re ad vnum veritatis simulachrum colligitur. Porro imaginationis exilitatem si-
 mulachri nomen docet. Nec enim in rebus creatis vlla imago potest inueniri, quæ in se ipsa sanctæ Trinitatis
 modum per omnia referat. Nam quod creatum est et compositum, et fluxum, et mutabile, et circumscri-
 ptum, quo tandem modo diuinam essentiam ab omnibus his rebus remotam, atque essentiam omnem supe-
 rantem perspicue declarabit? Veritatis autem simulachrum dixit, propterea quod Deus sit, etiam si id non sit
 quod de ipso imaginamur. Duplicem enim significationem habet nomen simulachri. Quandoque enim de eo
 dicitur, quod substantia omnino caret, ut de vmbra et speculo. Nonnunquam autem de eo, quod veritatis
 cuiusdam est particeps, ut in hoc loco. Quoniam verò simulachrum aperte cogitari ac percipi non potest, ideo
 eum de Deo Theologus dixisset, quod priusquam teneatur, effugit, id autem quod tenetur, intellectu per-
 ceptum esse necesse sit, subiunxit id quod magis admirandum est, quod priusquam intelligatur, cursu se pro-
 pirit. Deus enim non modo non tenetur intellectu perceptus: sed ne perfectè quidem cogitari atque intelligi po-
 test: verum simulatque intelligi caput, abscedit, atque, ut diximus, vel celerrimam mentem Deus anteuertit
 adeò ut nulla ratione cõprehendi queat: tantum principem nostri partem, eamque purgatam collustrans. Et c.
 Quod enim est oculus in corpore, hoc mens in anima. Ut igitur ad fulgur emicans prospiciendum oculus sa-
 nis est opus: sic etiam ad hoc, ut Dei contemplatione circumlustremur, mens pura atque integra requiritur.
 Nam sicut in sordido et impuro speculo vultus imago representari non potest: sic nec in fæda et squallida
 mente Dei splendor: eoque magis, quia fulguris celeritatem imitatur, et confestim auolat, atque eum capere
 adnitentes præterit. Spem enim inicit quasi mox comprehendendus, interim tamen incõprehensibilis manet.
 Meo quidè iudicio, ut quatenus cõprehendi potest, nos ad se trahat. Quod enim nullo modo percipi potest
 nec vel per ea, quæ in ipso sunt, vel quæ circa ipsum cõprehendi, id nec sperat quisquã fore ut capiat, nec ca-
 pere adnititur. Quatenus autè capere nequit, admirationem sui excitet, eaque de causa desideretur et purget
 ac deiformes efficiat: atque, ita iam cum familiaribus nulla re intermedia colloquatur (et si hæc audacter
 à me dicuntur) Deus naturalis diis per adoptionem et gratiam vnitus et copulatus per actionem, innotef-
 cens autem per contemplationem. Ac tantum fortasse, et c. Hoc tantum non id significat, quod quantum ipsi
 Deum cognoscunt, tantum ipsi à Deo cognoscuntur. Ille enim cognitionis infinitum est pelagus: horum autem
 ut natura, ita etiam cognitio finita est. Verum quoniam duplicem Deus scientiam habet, alteram qua secun-
 dum naturam cuncta cognoscit, iuxta illud, Qui nouit omnia, antequam oriantur: alteram, qua eos, qui ipsi
 totos se addixerunt, familiares habet: quo sensu ait Scriptura, Nouit Dominus vias iustorum. Et alio loco, No-
 uit Dominus qui sui sunt: diuinas videlicet suas notas in eis saluas et incolumes agnoscens. Ac proinde ad
 Mosen quidem ait, Nouite supra omnes: ad alios autem, Non noui vos. Hic igitur iuxta significationem cog-
 nitionis nomen accipitur: quoniam tantum innotescit hominibus Deus, quantum iam familiariter iis iun-
 gitur, qui per virtutem ipsi adiuncti sunt. Nam pro ratione ascensus ipsorum ille descendit: et quantum ho-
 mo Deo appropinquat, tantum etiam homini Deus innotescit, nimirum iuxta proportionem puritatis, quæ
 unicuique inest, sui cognitionem impertiens. Hoc autem ab Apostolo accepit Gregorius sic ad Corinthios, scri-
 bente

Dan. 13.

Psal. 1.

2. Timo. 2.

Math. 7.

1. Cor. 13.

bente, Tunc cognoscam, sicut et cognitus sum. Quem locum sic exposuit Chrysostomus. Quia nunc quidem
 ad nos Deus accurrit: tunc autem ipsi ad eum accurremus. Quod si quis in ea sententia est, ut his verbis,
 Tunc cognoscam sicut et cognitus sum, comprehensionem ipsam significari existimet: sciendum est hoc ad-
 uerbium, *et*, cum de Deo et nobis prædicatur, non eodem modo accipiendum esse. Exempli causa, ait
 Scriptura, Sicut miseretur pater filiorum, miseratus est Dominus timentibus se. Atqui commiseratio Dei com-
 miserationem hominum incomparabiliter excedit. Et rursus, Estote perfecti, sicut et Pater vester cælestis
 perfectus est. Et tamen nullus est mortalium, qui ad huiusmodi perfectionem aspirare possit. Item alio loco,
 Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Atqui non eadem est missionis ratio. Ille enim ut lumen à sole, sic à
 Patre missus est, vnam atque eandem cum eo habens substantiam: at Discipuli ut serui à Domino missi sunt.
 Ad eundem quoque modum hæc Apostoli verba, Cognoscam sicut et cognitus sum, perfectam quidem fore
 tunc nostram cognitionem indicant, non tamen sine vilo discrimine talem, qualis est in Deo. Immo verò tan-
 tum inter vtramque cognitionem interesse necesse est, quantum inter diuinam naturam et nostram inter-
 uallum interiectum est. Ac videte quò nos spiritualis et theologica gradatio subuenerit. Etenim ab incom-
 prehensibilitate diuinæ naturæ velut à primo quodam scale gradu, ad admirationem quasi ad secundum
 gradum euecti sumus, ab adumbratione rursus ad vehementius desiderium conscendimus: tum à desiderio
 ad purgationem sublati sumus, hinc porrò ad Dei similitudinem subducti sumus: ac postremò eò perueni-
 mus, ut cum Deo familiariter colloquamur, eumque per vnionem perfectius cognoscamus.

Psal. 102.

Ioan. 6.

A

B

C

D

E

PSELVS. Deus diis vnitus.) Quicunque corporis molem crassitiemque superarunt, cognoscentes
 quod mens duntaxat sunt, non ob vllam aliam causam quam ob generationem humanæ generis pro-
 pagationem corporis opera vni, mentemque suam à vitiorum labe purgarunt, atque ad primæ mentis verum-
 que omnium effectricis exceptionem congruam idoneamque reddiderunt, his vnitur Deus. Nam cum mens
 pura atque incorrupta sit, cum mente, nulla re intermedia, colloquitur, ac per eam cum anima consuetudinè
 habet: quemadmodum rursus per hanc corpori adiungitur. Cæterum vnitur, non ut ille est, sed prout nos
 vnionis illius capaces sumus. Atque hinc demum innotescit. Neque enim alio modo quisquam Deum cognosce-
 re potest, nisi ad eum animam suam resolverit, in eaque ipsum susceperit.

Quatenus potest cõprehendi, et c.) Cum his verbis pulcherrimè congruunt ea, quæ Cyprianus in
 præfatione libri de Cardinalibus operibus Christi scripsit. Quæ propter elegantiam non piguit hic adscri-
 bere. Cordi igitur, inquit, nostro se offert Deus, et aliquid sui luminis infundit, inuitans et prouocans.
 Nisi enim aliquo modo sentiretur, nec appetendi nec inquirendi spes esset aliqua vel facultas. Sed quia ex
 parte sentitur, admirationi est odor ille et sapor, nullam cum carnalibus dulcedinibus habens similitudi-
 nem, et per omnia suauitate differens: eoque desideratur copiosius, quò cætera delectamenta excedit. Desi-
 derium autem inquirentes purificat, et purificatio exclusis enormitatibus ad formam Dei prouehit ascen-
 dentes: atque ita in opere suo imago et similitudo Dei multis laboriosisque progressionibus et incremen-
 tis propriam sibi demum indicat dignitatè. Hæc ille. * Quæ verba Latina quibus Græcis respondeant, osten-
 damus. In Latino apud Cyprianum paulò altius habetur, Et quomodo fulgur nubes dirumpit, et repenti-
 na coruscatio non tam illuminat, quam hebetat oculum. His consimilia sunt hæc Græca Nazianzeni, *τοσοῦτον*
αἰετὰ μὲν τὸ φῶς ἡμῶν τὸ ἠγαυόνικον, ὅσα ἔδ' ἄν, ἀδύνατον ἔσται οὐχ ἵστα μὲν. In Latino Cypriani. Aliquid sui lu-
 minis infundit inuitans et prouocans. Gr. *ἡ αὐτὴ ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ ἐλαττῶν.* In Latino. Nisi enim aliquo mo-
 do sentiretur, nec appetendi nec inquirendi spes esset aliqua vel facultas. Gr. *τὸ πρὸς τὴν εὐαγγελίαν, ἀνέλεται*
ἔσται ἐπιχρήσιον. In hoc differunt, quòd Cyprianus admirationem ex eo nasci inquit, quòd ex parte sentitur
 Deus. Gregorius autem ex eo, quòd à nobis cõprehendi nequit. Reliqua optime inter se quadrant. Cyprian.
 Admirationi est. Gr. *θαυμάσιον.* Cyprian. desideratur copiosius. Gregor. *ποθὺν μᾶλλον.* Cyprian. desiderium
 autem inquirentes purificat. Greg. *ποθὺν μᾶλλον δὲ καθαίρει.* Cyprian. et purificatio exclusis enormitatibus ad
 formam Dei prouehit ascendentes. Greg. *καθαίρει δὲ τὰς ἐν ἐραχθέντι.* Cyprian. atque ita in opere suo imago
 et similitudo Dei multis laboriosisque prouectibus propriam sibi demum indicat dignitatem. Gr. *τοιοῦτον δὲ*
ἡμεῖς οὐκ ἐσμεν, ἀλλὰ οὐκ ἐσμὲν ἡμεῖς, ἀλλὰ οὐκ ἐσμὲν ἡμεῖς, ἀλλὰ οὐκ ἐσμὲν ἡμεῖς. Verbis quidè non iisdem, eodè tamen
 sensu. Mirum autem est profectò clarissimos doctores ita inter se concordare esse, ut non modò eadem, sed iis-
 dem etiam pene verbis efferant. Nisi quis fortè existimet Gregorium, cum hæc scriberet, à Cypriano mutua-
 tum esse. Nec enim obstat, quòd in Epistolis Romana lingua rudem se atque ignarum fatetur. Cur enim non
 Græci quoque Cypriani scripta in suam linguam conuersa habuerint, quemadmodum nostri illorum lucu-
 brationes Latinitate donarunt: præsertim cum Cypriani nomine, ut Hieronymus scribit, nihil in toto orbe ef-
 fet illustrius. Nam quòd Erasmus opus illud de operibus cardinalibus Christi Cypriano falsò adscriptum ef-
 se suspicatur, ut demus eum coniectura sua falsum non fuisse (nam ea parum me mouet, id certè non inficia-
 tur, quin Cypriani etate libellus hic in lucem prodierit. Quod etiam titulus ipse manifestè ostendit. Scriptus est
 enim ad Cornelium Papam, qui ea tempestate Ecclesiam moderabatur.

Immensus itaque est Deus, contemplatque difficilis, idque solum in eo pla-
 nè cõprehendi potest, quòd immensus sit: quamlibet aliquis existimet, eum,
 quia simplicis nature sit, rationem hanc habere, ut vel nullo omnino modo com-
 prehendi possit, vel plenè perfectèque cõprehendi queat. Quid enim sit ille, na-
 tura simplex, exquiramus. Neque enim simplicitas illi natura est, quandoquidem
 nec compohtis, sola compositio.

* Idque solum.) Vnus est intellectus de Deo certissimus, si scias et sentias nihil de illo posse mortali ore de-
promi. Arnob. lib. 3, aduer. heres. Billius.

N I C. Rursus sermonē de Deo Theologus repetit, eumque immensum esse pronunciat, ut qui nullis tēporis
finibus interseptus sit, nec tempore, nec loco, nec comprehensione, ac cognitione circumscribatur, atque ob na-
turam quidem supra rerum vniuersitatem esse (neque enim concipi vllō modo posse) ob prouidentiam au-
tē in vniuerso esse. Hac enim vniuersam rerum molem indigere. Enimvero immensus quidem est Deus, non
ut numerus aut magnitudo: vtrunque enim horum principium habuit. Contemplatu autem difficilis, nem-
pe secundum ea, quæ circa ipsum sunt, id est, quatenus ex effectis cognoscitur. Nam hæc quoque propter im-
becillitatem nostram obscure intelligimus. At verò planè comprehendere potest. Ipsum immensum naturæque
incomprehensibilem esse. Communibus enim omnium animi notionibus insitum est, quod Deus tum tem-
pore, tum natura, tum potentia infinitus sit. Etenim, ut rem breui complectar, Deus et incomprehensibilis
est, et comprehensibilis, et ægrè comprehensibilis. Primum quantum ad naturam, alterum quantum ad im-
mensitatem, postremum quantum ad ea, quæ circa ipsum sunt: quamlibet Eunomius existimet, si simplex
Deus sit, eum contemplatu difficilem non esse, verum aut omnino incomprehensibilem, aut prorsus compre-
hensibilem, ut pote indiuiduum sui que omnino similem. In compositis enim, inquit, accidere potest, ut pars
quædam percipiatur, quædam incognita maneat: at non item in simplicibus. Cui sic respondendum est. Simp-
licitas nequaquam Dei natura est, Eunomi, ut vel plenè, vel nullo modo percipi possit: sed aliud est diuina
natura, aliud simplicitas, quæ circa naturam consideratur: quemadmodum videlicet et in compositis, aliud
natura est, aliud compositio, quæ circa ea cernitur. Quocirca querendum est quidnam sit Deus, qui simplex
naturæ est, id est, querendum est prius, quid sit Deus secundum naturam, quam ut loquamur de simplicitate,
quæ eam sequitur.

P S E L L V S. Immensus itaque est Deus, nec sine interseptus, nec cognitione perceptibilis, quantus est,
nec loco circumscribitur, nec corporea ratione diremptus. Et contemplatu difficilis quantum ad situs eorum,
qui illuminantur. Nam, ut scribit magnus Dionysius, nec si qua est eximia et selecta hierarchia, ipsa tamen
pro potestate speculationibus vitur, solutis ac liberis mentis conceptionibus Deum apprehendens. Quam-
libet aliquis existimet, et c. Quoniam doctrina quædam gentilis philosophiæ illi aduersabatur, hæc ex ad-
uerso statuit, ac perquam generosè dissoluit. Tradunt enim, Platonici præsertim, nihil simplex partim com-
prehendi posse, partim comprehendere non posse: verum siue corpus illud sit, substantiam habens similibus
partibus constantem, siue etiam quiddam incorporum, quisquis illius partem perceperit, totum quoque per-
cepisse. Verum simplicitas Dei natura non est, etiam si simplex sit: quemadmodum nec in nobis naturæ ra-
tionem habet, quod compositi sumus: verum id naturam circumscribit, qualiscunque tandem illa est.

Immensitas
bifariâ cõ-
sideratur.

Iam verò cum immensitas bifariam consideretur tum secundum principium, tum secundum finem (nam quod supra hæc positum est, nec his continetur im-
mensum est) cum in supernum profundum mens aspexit, non habens vbi confi-
stat, atque imaginationibus illis, quas de Deo concipit, innitatur, immensum hoc
atque inaccessible, anarchum, hoc est principio carens appellauit: cum autem
ad inferiora hæc, & posteriora aspectum detorserit, immortalè atque interitus
expers: cum autem vtrunque contraxerit, & collegerit, æternum. Aeternitas
enim nec tempus est, nec temporis pars vlla: nec enim in mensuram cadit: sed
quod nobis tempus est, solis motu definitum, hoc æternis æuum est, nimirum ille
quasi temporalis quidam motus & interuallum, quod simul cum æternis exten-
ditur.

Aeternitas.

N I C E T A S. Postquam Eunomianorum obiectionem soluit Theologus, ad propositam de diuinitate
disputationem redit, ac de immenso differens, ait immensum id dici, quod tam principij quam finis ratione
immensum est. Nam quod hos duos temporis terminos superat, nec in his inuenitur, propriè immensum est,
id est, quod et principio et fine caret. Quoniam autem supra pelagus dixerat, commodè hic quoque pro-
fundi meminit. Ait enim, cum in supernum profundum et impermeabile principij pelagus mens humana
aspexerit, Dei principium inuestigans, nec deinde habeat, vbi pedem figere ac consistere possit, quod in hac
de Deo imaginatione nec finem vllum, nec principij, ex quo originem duxerit, circumscriptionem vllam inue-
niat, huiusmodi immensum anarchum, id est, principio carens appellat. Etenim quod à nullo principium ha-
bet, immensum est. Cum autem ad inferiora hæc ac posteriora aspectum retulit, eo quod ne hic quidem
mens certam firmamque sedem habeat, in qua consistat, immensum hoc immortalè interitusque et muta-
tionis expers appellauit. Quod enim nusquam desinit, immortalè est. Rursus cum mens vtrunque contra-
xerit, superius, inquam, et inferius, hoc est principij expers, et finem nesciens, tum verò Deum æternum
nominat. Aeternum autem dicitur, authore Dionysio, non modò quod ortum non habuit, ut Deus, sed
etiam quod morti et corruptioni atque interitui obnoxium non est, ut angeli atque animæ. Et quidem
cum de Deo, qui propriè et semper est, sermo habetur, propriè quoque αἰών, id est, æuum dicitur,
quasi ὁ αἰὼν ὁ αἰών, id est, qui semper est: at de angelis et animabus haudquaquam propriè dici potest.
Æuum enim illorum principium habuit: verum finem habiturum non est. Quocirca partim eui
participes

participes sunt, quia incorruptibiles sunt et immortales: partim temporis, quia in rerum creaturarum classe
sunt. Atque ut hanc rem dilucidius explicemus, sciendum est huius nominis multas esse significationes:
Nam et vniuscuiusque hominis vita æuum dicitur, et mille annorum numerus, et tota hæc præsens vi-
ta, et futura etiam æternitas. Rursus æuum tempus dicitur: Nec pars vlla temporis solis mensura et motu
definita, id est, diebus ac noctibus constans: sed ille quasi temporalis quidam motus et interuallum quod
simul cum iis, quæ æternitatem habent extēditur. Additum est autem, Quasi, quia exactam æui descriptio-
nem afferre non possumus. Nam quod iis rebus, quæ temporarij subiectæ sunt, tempus est: hoc æternis æuum est.
Etenim ante mundi creationem, cum ne sol quidem esset, qui diem à nocte diuideret, non erat æuum mensu-
rabile, sed veluti quidam temporarius motus, atque interuallum, quod simul cum æternis rebus protrahēba-
tur. Atque hac consideratione æuum vnum est, iuxta quam Deus quoque αἰών, id est, æternus seu secularis
dicitur, atque etiam αἰώνιος, id est, æuum seu seculum præcedens. Nam ipsum quoque seculum fecit. Por-
rò inter æuum et tempus hoc est differentia: quod æui quidem proprietas est antiquitas et immutabilitas
(nec enim dierum noctiumque mensura definitur, sed eodem modo semper se habet) Tempus autem voca-
tur, quod in generatione et corruptione et mutatione est, atque aliàs alio modo se habet.

P S E L L V S. Prisci philosophi solius motus circularis mensura æui cogitationem definitam esse
censuerunt: quod perfectus sit hic motus, cuiusmodi æuum etiam est. At Phœnix Porphyrius, et eo antiquior
philosophus Plotinus, nouam quandam de æuo doctrinam prodiderunt. Immobiles enim, et distantia ca-
rentibus formis illud attribuentes, omnis quoque motus et distantia expers esse docuerunt, scitè sanè et si-
gnificanter, et ὁ αἰὼν ὁ αἰών, id est, ab eo, quod semper sit, huius nominis etymologia deducta. Quemadmodum
enim, inquit, à formis, quæ materiam superant, præteritum et futurum abstracta sunt: sic etiam ipsorum
mensura, hoc est æuum æquè ab his remotum est, atque id quod est, manet, nimirum præsens. Hoc igitur do-
gma nullo modo comprobatur Theologus. Nam si æuum huiusmodi rationem habet, ut nullam omnino men-
suram admittat, nec interuallum vllum, partibus quoque careat necesse est. Ex quo illud sequetur, secularia
omnia in puncto conclusa esse: tale enim est id, quod partibus caret. Quo quid stultius fingi possit? Iam ne
mundus quidem intellectibilis, æuum est, ut nonnullis videtur. Æuiternus enim est. Porro æuiternum per æui
participationem dicitur. Nec verò firmus et æquabilis illius status æuum est, qui intellectibilis mundus
est. Quinetiam, et vnum est et multa: vnum quidem quantum ad ipsius naturam, multa autem quantum
ad nostram intelligentiam animique cõceptionem. Indiuiduum enim est, vni que plurimam habet. Quare si
quis ipsum ut essentiam quandam cogitauerit vitam identitatemque habentem, tum cogitationem ac stabi-
litate, illam quidem quantum ad vitalem speciem, hanc autem quantum ad identitatis immutabilitatem:
rursusque identitatem ac diuersitatem ita considerauerit, ut in altera quidem partium æqualitatem spectet,
in altera autem eam differentiam, qua ab omnibus aliis rebus seiungitur, tum hæc multa contraxerit, facult-
tatesque et potentias in essentiam concluderit, atque omnia quasi vnum fuerit contempletus, ille procul du-
bio æuum perspexerit. Est enim æuum, ut crassiori Minerua definiam, * illuminatum illud ab intellectu mū-
do spatium, indiuiduum quantum ad temporis partes et immutabile, quod nec præteritum habet, nec fu-
turum, et cum quo in solo præsentis vniuersitati rerum indita est essentia. Id igitur quod nec præteritum, nec
futurum est, sed semper est, αἰών dicitur, et ὁ αἰὼν ὁ αἰών, id est, ab eo quod semper in ente sit, nomen du-
cens. Atque huiusmodi sunt cœlestia. Æterna enim eorum et essentia sunt et actiones. Sublunaria autem
omnia generationi et mutationi subiecta sunt. Et quemadmodum cum iis, quæ motu carēt, æuum simul cõ-
stitutum est: sic etiam cum iis, quæ mouētur, tempus, quod semper fluit, et eodem cum his motu cietur. Huius
partes duæ sunt, præteritum et futurum. Nam præsens nusquam est. Posteaquam verò duorum quorundam
à nobis mentio facta est, nempe et eorum, quæ tam essentia quam actione stabilia sunt, cuius generis sunt in-
tellectibilia: et eorum, quæ secundum vtranque mouentur, nihil autem in rerum natura, vacuum est: quin po-
tius in omnibus contrariis nexus quidam ac media sunt: quænam igitur horum media sunt, ut partim in
æuo sint, partim in tempore? Huiusmodi cælum est, et ea, quæ luna superiora sunt. Horum etenim substan-
tia quidem æterna est, quippe quæ nec intereat, nec augeatur, nec alteretur, aut immutetur: actus autem
sub tempus cadit. Nam cum vniuersus mundus mouetur, alia ipsius pars super orientem eminet, alia
medium cælum tenet, alia ad Occidentem tendit, alia sub terram fertur. In eodem quoque genere est ani-
ma. Nam ut æterna est ipsius essentia, ita actus sub temporis mensuram cadit. Neque enim repente ea, quæ
querit, perspicit: verum et finem sibi proponit, et principia quasi fundamenta iacit, atque ab his ad illum
procedit. Nec tempus. Aristoteles aduersus veterem Academiam disputans, ac cum ipso etiam Platone con-
tendens, æternum tempus, atque ex vtraque parte infinitum constituere videtur. Nam Plato ipsum veri-
tatis scopum feriens, et cælum creatum fuisse affirmat, atque à quodam temporali puncto conuersionis
et conuolutionis principium accepisse, cumque eo et tempus et naturam simul condita fuisse. Aristote-
les autem et cælum, et motum, et tempus increata esse astruit. Hanc enim interrogationem affert.
Tempus vel in tempore est, vel non. Si in tempore non est, habeo quod quero: Si autem est in tempore,
de illo quoque tempore idem rursus quero. Nam nec temporis tempus inuestigare atque exquirere vlla vn-
quam fatigatione desistemus, nec illud in immensum vnquam progredi desinet. Hoc est Aristotelis argu-
mentum. Quod autè hæc quæstio eiusmodi nō sit, ut explicari ac dissolui nequeat, hinc quispiam intellexerit,
quod tēpus nec in tēpore est, nec rursus tēporis expers. Deus enim simulatque cælū producere voluit, volun-
tas illa in opus exiit, ac citra tempus vniuersarum machina constructa est. Nō tamē idcirco tēporis quoque
expers est: quoniam cum prius non esset, postea creata et cõstituta est. Eadē est temporis ratio. Quatenus enim

cum prius non esset, postea conditum est, minimè increatum temporisque expers est. Quatenus autè non per protractionem in esse produit, hac nimirum ratione temporis expers dici possit: quòd quidem & alia, cælum videlicet, terram, mare, solem, lunam, & reliqua sidera increata dicere quispiam possit, quia per temporale protractionem producta non sint. Hoc enim hominibus conuenit. Quare æquiuoca significatione horum verborum, Non in tempore, imposturam facit, qui hoc modo argumentatur. Duplici enim modo aliquid intelligitur in tempore non esse, vel quia sempiternum sit, vel quia nequaquam per temporalem protractionem in rerum naturam prodierit. Ex quo efficitur, ut alia ratione, qui extra tempus est in tempore sit: quia videlicet non ab æterno sit: alia autem in tempore non sit, quia summus omnium rerum architectus ad eius productionem tempore minimè opus habet. Quinetiam in rebus humanis nonnulla sunt, quæ sine temporis mora gigni solent, ut lactis concretio seu coagulatio, & superficiei aquarum congelatio. Non enim particulariter ac paulatim concrefcunt, sed confertim & repente, & non quemadmodum ipsi consueuimus. Quasi temporalis quidem motus & interuallum. Ne diuinum horum verborum sensum sorda prorsus aure accipiamus, liceat nobis pro animi arbitrio æuam fictione fabricari, quod magnus Gregorius re intellexit. Tollantur itaque nobis & cælum, & sol, & luna, & quæ omnis siderum motus: nos autem quodam in loco per figmentum habitemus. An non rursus interuallis distinctam vitam habemus? quòd si interuallis distinctam, utique & mensurabilem. At cuius tandem rei mensura describemur? An solis? atqui ille sermone nostro sublatus est: An lunæ? atqui ipsa quoque à nobis auolauit. An aliorum siderum cursibus? Vbi tandem illa fixa erunt, aut mouebuntur? In cælo? atqui fictrix oratio hoc quoque stellis spoliatum in nihilum resoluit. Talis igitur motus noster, & vita, nec tempus est, nec temporis pars ulla, sublatis nimirum his rebus, quibus tempus conficitur. Atque interim tamen in motu & interuallo sumus. Hoc igitur veluti temporalis quidam motus est & interuallum. Hoc æternis æuam est. Qui de rebus diuinis apud Gentiles accuratissime disputarunt, quorum vertex & coryphæus est Proclus, dicitur, æternum in duas partes diuidit, alterum quidem partem eandem esse statuentes cum æuo, seu sæculo, ut simul vniuersum sit, temporali protractione nequaquam terminabile. Atque in hac æterni parte mentem quoque collocant, nonnulli etiam animam. Nam & quantum ad essentiam, & quantum ad actum vtraque æterna est. Neque enim essentia earum pars alia progenita est, alia progignitur, alia progignetur, neque in earum actu quidquam deficit, verum vtraque harum & essentia & actu perfecta. Progressionem itaque per similitudinem & dissimilitudinem fieri necesse est. Quid igitur? Ab eo quod secundum vtramque rationem æternum est, hoc est secundum essentiam & actum, ad id quod neutra ratione æternum est, proficiscetur oratio, ad id videlicet, quod creatum est, & fluxum & caducum, cuiusmodi nostra indiuidua sunt. Nos enim nec æternam essentiam habemus, nec actum particulatim augemus. Verum alia quidem nunc facimus, alia iam pridem effecimus, ac postremò ad alia rursus facienda preparamur. Verum id ordo non est, nec progressio per similitudinem decurrens. Proinde inter ea, quæ omnino æterna sunt, & ea quæ corruptioni prorsus obnoxia, naturas quasdam interiectas esse necesse est, quæ naturam quidem æternam habeant, caterum secundum tempus agant. Atque ad hunc modum prouecta disputatione in medio ordine cælum, totumque æthereum ornatum locant, quem scilicet quantum ad essentiam æternum esse asserunt, quòd vniuersum complexus immortalis maneat: caterum æternitatem quantum ad actum haudquaquam illi tribuunt. Neque enim totum suum motum secum simul collegit, sed per omne tempus simul mouebitur. Atque ita de æterno philosophi profani differunt. At magnus Gregorius hac velut fabulosa missa faciens, posteaquam semel ex sacra scriptura didicit fore, ut & stellæ cadant, & cælum quasi vertiginem patiat, in oratione quadam his verbis vitur, Anarchum, id est, quod antiquius principium nequaquam sortitum est. Æternum autem, quod à causa progressum sine haudquaquam cõcluditur. Hinc constat id, quod anarchum est, æternum etiam esse, quod enim à causa profectum non est, quo tandem modo emori aut omnino interire poterit? Nam quod interit, hanc interitus causam habet, quod à causis abscedat, quemadmodum quod ab altero mouetur, moueri cessat. Quoniam inquam modo quod causa caret, interire poterit? Nec enim seipsum deseret, ut sic à seipso abscedens exitum sibi atque interitum accersat. Quo circa quod principio caret, proculdubio æternum quoque est. At non è conuerso, quod æternum est, idem quoque principio vacat. Anima enim & mens æterna sunt, quia immortales, nec tamen principij expertes. Omnia si quidem à prima causa orta sunt. Iam verò æternum & immortale hoc differunt, quòd æterni nomen generalius sit, immortalis autem specialius. Nam iuxta Gentilium philosophorum sententiam, de quibuscunque immortale prædicatur, de iisdem quoque æternum: at non contra omnibus æternis immortale quoque adiungitur. Immortalia enim, inquit, ea dicuntur, quæ vitam habent, cuiusmodi mentem atque animam esse diximus, ac naturas post Deum proximas. At cum cælum sine carere dicunt, non immortalem illi naturam tribuunt, sed æternam. Mors enim vitæ est priuatio. Quæ autem vita nequaquam prædita sunt, quomodo morientur? Verum iuxta nostrates Theologos vnum idemque est æternum & immortale.

* Mundus intellectibilis) id quod in Græco Pselli deest, sed hoc substantiuum desiderari apertissime liquet ex his quæ mox sequuntur.

* Illuminatum illud spatium.) Hoc quoque loco substantiuum deest. spatium vel interuallum ponendū existimo. nam de eare illic tractat.

Atque hæc nobis in præsentia de Deo dicta sint. Neque enim plura differere huius est temporis: quando quidem nobis hoc loco non de Dei natura, sed de eius consi-

ius consilio ac dispensatione instituta est oratio. Deum porrò cum dico, Patrem & Filium & Spiritum sanctum dico, nec vltra hæc fusa diuinitate, ne deorum turbam inducamus, nec rursus intra hæc finita atque restricta, ne diuinitatis inopia premi iudicemur, vel propter vnius principatum in Iudaismum incidentes, vel propter effusam deorum multitudinem in Gentilismum incurrentes. Nam vtrouique malum æquale est, tametsi in contrariis reperiatur.

Iudaismus
Gentilismus.

A NICETAS. Hic, inquit, oratio de Deo finem habeat. Neque enim de Deo pertractare proposuimus, sed de incarnationis consilio & dispensatione differere. Dispensatio autem, cum de hominibus agitur, est tractatio atque administratio rerum, vtilitatis scopum sibi proponens: cum autem de Deo sermo habetur, est voluntaria magnitudinis propria demissio. Porrò cum Deum dico, Patrem & Filium & Spiritum sanctum dico. Diuinitas enim in his tribus personis est, nec vel supra hæc expenditur, ne multos deos Ethnicorum more introducamus, nec infra tres personas contrahitur, ne diuinitatis inopia degrauemur, vnam tantum in Deo personam agnoscentes, quemadmodum Iudæi. Quamquam enim Gentilismo seu paganismo Iudaismus opponitur: at malum tamen in vtroque reperitur. Gentilismus enim propter deorum multitudinem excessiui similis esse videtur: Iudaismus autem defectui, utpote vna persona diuinitatem circumscribens. Excessus porrò & defectus tametsi inter se contrarij sint, vterque tamen in vitio est. At virtus est mediocritas in eo posita ut sancta Trinitatem credamus ac confiteamur, atque tum Iudaicam vnius personæ assertionem fugiamus. Id enim defectus est, & diuinitatis inopia, tum gentilem deorum multitudinem, quæ quidem excessus atque exuberantiæ rationem habet. His autem verbis & Arii diuisionem, & Sabellij contractionem euertit. Etenim Arii doctrina non dissimilis est Gentilismo, propterea quòd maiorem Patrem, & minorem Filium, atque eo etiam rursus minorem Spiritum sanctum astruat. At Sabellij opinio Iudaismi similitudinem gerit, quoniam vnam tantum in Deo personam esse asserit, ac tres personas confundit.

Sic nimirum Sancta sanctorum, quæ etiam ab illis Seraphim obteguntur, ac tribus sanctificationibus in vnam dominationem diuinitatem quæ coeuntibus celebrantur: quemadmodum & alius quidam ante nos pulcherrimè & sublimissimè philosophatus est.

C NICETAS. Sic, inquit, profligata Iudaica vnius personæ assertionem, atque ethnica Deorum multitudine, venerandæ essentia personæ introducuntur, quæ per excellentiam aut complexionem Sancta sanctorum appellantur, vel potius quia oculorum aspectum fugiunt. Quemadmodum enim in veteri tabernaculo, quod fixerat Moses, interior pars illius, quam sancta sanctorum vocabant, velo tegebatur atque operiebatur: sic etiam tres vnius diuinitatis personæ fulgure illo splendoris ex ipsis exiliente, quasi obducto quodam velo operiuntur, ac ne ab ipsis quidem Seraphim senas alas habentibus spectari queunt. Verum ut gran diloquus Esaias ait, duabus quidem alis facies earum obtegunt, duabus autem pedes, reliquis denique duabus volant ac clamant, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus triplici sanctificatione in vnam dominationem coeunte sanctam Trinitatem collaudantes. Ex eo etenim quòd tertio vocem illam Sanctus, repetunt, tres personas indicant. Ex eo autem quòd semel duntaxat Domini vocem subiungunt, vnam diuinitatem declarant: quemadmodum & magnus Athanasius docuit.

Esai. 6.

* Existimauit Iudæus his verbis Dionysium Areopagitam significari, qui cap. 7. cælest. Hierarch. de hac re nonnulla verba facit.

D Quoniam autem summo illi bono nequaquam satis erat sua ipsius solum contemplatione moueri, sed bonum illud diffundi ac propagari oportebat, ut plura essent, quæ beneficio afficerentur (id enim summæ bonitatis erat) primum angelos, & cælestes spiritus cogitauit: atque illa cogitatio opus erat, quod Verbo conficiebatur ac Spiritu explebatur. atque ita secundi splendores procreati sunt primi splendores administrati (siue spiritus intelligibiles; siue ignem quasi immateriatum atque incorporeum, siue aliam quandam naturam proximè ad eas, quas diximus accedentem eos existimare oportet) gestit quidem animus dicere ad malum immobiles, ac solummodo ad bonum inclinationem & motum habentes, utpote Deum circumstantes, ac primario Dei fulgore collucentes (hæc enim inferiora secundariæ collustrationis sunt) verum ut non omnino immobiles, sed ægrè mobiles existimem ac dicam, mihi persuadet ille ob splendorem Lucifer, qui propter superbiam caligo effectus est, ac nominatur, & defectores angeli ei subiecti, E vitij per boni fugam architecti, eiusdemque nobis authores.

Angelorum
creatio.

Lucifer propter
superbiam caligo
effectus.

NICETAS. Cum ait Theologus, Non satis erat, sed oportebat, non eo sensu hoc dixit, quòd vlla re Deus indigeat: verum ut exuberantem Dei benignitatem ob oculos ponat, ac beneficentiam quasi necessariam ostendat. Moueri autem Deum dixit non simpliciter, sed sua ipsius contemplatione. sex enim modis aliquid mouetur, per generationem, corruptionem, augmentum, decrementum, alterationem, & localem mutationem. Atqui

Deus nec nascitur, cum sempiternus sit: nec occidit, utpote aternus: nec augetur, perfectus enim est: nec decrescit, est enim immutabilis: nec alteratur, qualitatem enim non habet: nec locali modo ex alio loco in alium commigrat: quod enim commigraret, qui omnia implet: Metum autem hic Theologus vocauit Dei in se se collectione & intelligentia, præter eos sex modos, quibus aliquid moueri Aristoteles docuit. Mouebatur enim Deus suæ pulchritudinis splendorem perficiens. Mouebatur autem intuens mundi formas, quas in magnis suis cogitationibus mens mundi fabricatrix constituerat. Posteaquam autem bonus ille non satis habuit seipsum contemplari: verum ob bonitatis exuberantiam quædam esse voluit, quæ beneficio afficerentur, ac bonitatis ipsius participia essent: hoc enim significat id quod ait, diffundi ac propagari bonum oportebat, id est unum Deum pro ratione eorum, qui ipsius capaces essent, per bonorum communicationem multiplicari. ob hanc causam mundum vniuersum producit, non ob necessitatem aliquam, ut nonnulli blaterarunt, verum propter summam bonitatem. Ac primum quidem angelos & caelestes spiritus cogitauit. Conueniebat enim intelligibilem naturam ante sensibilem procreari. Atque cogitatio illa opus extitit, quemadmodum ad Deum Iudith dicebat. Cogitasti enim, inquit, atque eodem momento tibi præsto fuerunt omnia, quæcunque fecisti. Atque in psalmis habetur, Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Per Verbum quidē seu Filium Dei angeli creati sunt: ceterum à Spiritu sancto sanctitatem acceperunt, ac perfecti sunt. Ac proinde à sancta Trinitate facti sunt, Patre nimirum cogitante, Filio fabricante, ac Spiritu perficiente. Atque ad eum modum, splendores secundi creati sunt, quantum videlicet ad præfulgentem claritatem beatæ Trinitatis, à qua per participationem collustrantur. Primi splendoris administri. Prima enim fulgida natura Deus est, qui angelos ex nihilo produxit, iuxta imaginem suam eos creans, incorpoream inquam naturam, quasi spiritum quendam, aut ignem materia vacantem, quemadmodum inquit David, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Quibus verbis leuitatem, & mentis arduorem atque aciem celeritatemque circa diuinam naturam & ministerium describit, atque ostendit eos in sublimi ferri, & ab omni crassa & terrena cogitatione liberos esse, ac vellem quidē, inquit, mihi diceret liceret angelos ad malum prorsus immobiles esse, utpote Deo appropinquantes, ac citra medium illius luminis coruscantes (nos enim intermedia angelorum opera collustramur) Verum ut eos potius agrè mobiles dicam, mihi persuadet Esaias dicens, Quomodo cecidit de caelo Lucifer, qui mane oriebatur? Nam cum ille clarus ab omnium rerum conditore creatus esset, ac propter splendorem Lucifer nominaretur, posteaquam aduersus Deum, à quo conditus, erat, efferi atque insolescere cepit, ut est apud Esaiam, seque ipsi opponere cupiens, dixit, Ascendam in caelum, super astra caeli thronum meum statuam. Conscendam nubes, & ero similis altissimo, propria voluntate ob huiusmodi superbiam caligo factus est ac nominatur. Quamuis enim ob incomprehensibilem naturæ rationem Deus quoque ipse caligo dicatur, iuxta, illud, Posuit tenebras latibulum suum, non tamen caligo est nec fuit. At diabolus & caligo factus est, & eo nomine vocatur. Sic enim eum vocat Ioannes Theologus, Tenebra lucem non comprehendunt, id est, aduersaria potestas Christum nequaquam superauit. Quocirca angelos immutabiles dicere vereor, cum cogito hunc Luciferum, qui bonus erat, arbitrij libertate & plena voluntate ex naturali bono in id, quod præter naturam erat degenerasse, atque etiam defectores angelos illi subiectos, qui quidem malitiæ architecti dicuntur, non quod ei substantiam dederint (neque enim vita est malitiæ substantia) sed quod primi malum seu malitiam commiserint. Atque etiam Theologus postquam demones improprie malitiæ architectos nominauit, ne quis eam substantiam præditam esse existimaret, hanc suspicionem mitigauit, cum addidit, eos per fugam boni malitiæ conditores fuisse, his verbis propemodum hoc dicens, malum seu malitiam non esse substantiam, sed virtutis priuationem, quemadmodum caligo luminis est recessus. Quemadmodum igitur qui lucem fugit, in tenebris versatur: ita demones posteaquam à bono recesserunt, in malo relictii sunt. Nec verò malum tantum effecerunt, sed nobis peccati quoque auctores extiterunt, utpote Deo aduersantes. Huic enim non sufficiebat sua ipsius duntaxat contemplatione moueri, sed diffundi bonum oportebat, ut plura essent, quæ beneficio afficerentur. Hoc enim summæ bonitatis erat cupientis pluribus bene facere. Contraria igitur ratione summæ est demonum peruersitas, qui non modò arbitrij libertate ac voluntate mali facti sunt, sed alios etiam malos reddunt, ac perdere conantur.

PESELLVS. Quoniam autem summo illi bono.) Veteres ac primi philosophi addubitantes quodnam Deo nomen commodè tribuerent, Deum, & unum, & Bonum, tria hæc, inquam, incorruptibilis naturæ nomina produxerunt, nihil eam esse asserentes nisi Deum, nihil autem Deum nisi bonum, idque idem esse quod unum, quippe & eorum, quæ sunt, collectiuum, atque ad vnius participationem ea adducens. Vnum enim vnione & monade atque vnitatem excellentius est. Vnitas siquidem vnius est particeps, quod autem particeps est, eo inferius est, cuius est particeps. Iam vno vnitatum coniunctio est. Quod autem ex vnitatibus conficitur, haudquaquam purè vnum est, atque etiam multitudinis rationem habet. Porro vnum multitudinem præstantius. Postremò monas, si quis proprie loqui velit, nequaquam idem est, quod vnum, sed passio quædam, aut habitus vnius. Mansionem enim quandam & constantiam vnius declarat. Vnum enim solum multiplicatum, vnum rursus est. At Dei nomen, eum propria essentia cuncta implere demonstrat. Proinde bonitas Dei qualitas non est, sed hoc ipsum Deus, & vnum. Quid enim Deus aliud est, quam summum bonum, primaque illa causa, per quam reliqua quoque bona efficiuntur? Sua ipsius solum contemplatione moueri, hoc est, conuerti ac colligi ad seipsum, utpote nulla re superiacente ad quam subuehi possit, quemadmodum anima ad mentem, mens autem ad Deum. Nam compositorum ac corporeorum nihil in seipsum colligi dicitur. Quoniam enim modo corpus ad sese colligeretur, cum simplicitate careat? Atque etiam si quid corpore

corpore careat, non tamen propterea statim in sese colligi poterit. Quoniam enim modo qualitates in sese colligi queant, cum propriam essentiam non habeant? Illud verò scire operæ precium est, quod in his rebus, quæ finitæ ac circumscriptæ sunt, imperfectus motus est, in quibus nimirum motus ipse finem spectat. Exempli gratia: Motus glebæ à partibus superioribus ad inferiores imperfectus est: quoniam eam, cum ad centrum terræ peruenerit, finem motus habere necesse est. Consimiliter si quid ex inferiori loco sursum versus moueatur, imperfectus quoque hic motus erit. Ignis enim aut aëris partem in sua tota desinere necesse est. Hic verò motus non in finem vllum desinit, quin potius ipse id quod agitur, maximè perficit. Quare nullo modo imperfectus dicendus est. Imperfecta quidem est nostra gignendi ratio, quandoquidem factum per fractis maternis vinculis in lucem exire, ac finem nascendi facere necesse est. At non item imperfecta Verbi Dei generatio, quoniam nullo sine circumscribitur. Enimverò Aristoteles inter motus imperfectos caeli conuersionem numerandam censet: verum elementorum quidem motus imperfectos esse asseruit, caeli autem motum perficiendi potius corporis sui vim habere pronunciauit. Quam autem causam affert? Quoniam, inquit, lapidem agitur ad terram delabi, & aërem in locis concavis inclusum ad suum totum surrigi oportet. At caelum finito motu quo tandem loco consistet?

* Eorum quæ sunt lego enim τῶν τῶν ὄντων, non τῶν ἄντων, ut in Græco codice. Billius.

Sic igitur atque ob has causas intellectibilis mundus ab eo creatus est, quantum quidem ipse de his rebus philosophari queo, exigua oratione res magnas perpendens. Posteaquam autem primas creationis partes præclare constitutas vidit, alterum mundum cogitauit, materia constantem & aspectabilem, nimirum hanc ex caelo & terra & his rebus, quæ eorum complexu continentur coagmentationem & concretionem, laudandam illam quidem ob singularem partium elegantiam, sed magis laudandam ob miram omnium partium concinnitatem atque concentum, alia re videlicet ad aliud quiddam pulchrè quadrante, atque omnibus ad omnia scitè conuenientibus, ad vnius mundi ornatum omnibus numeris absolendum: ut perspicuum faceret, se non modò sibi ipsi cognatam & propinquam naturam, sed etiam omnino alienam posse procreare. Diuinitatis enim propinquæ sunt intellectibiles naturæ, ac mente sola perceptibiles: alienæ autem penitus, quæcunque sub sensu cadunt, atque his adhuc remotiores, quæ vita omni & motu carent.

NICET. Sic, inquit, id est, primo ordine, atque ad vnam cogitationem, & sola bonitate motus angelos creauit. Modesti autem hominis est dicere, quantum quidem ipse de his rebus philosophari queo, cuius cum parua & imbecilla sit oratio, magna tamen & ardua metiri atque exquirere aggreditur. Hoc enim significat verbum τὰ θεία. Deinde intellectibili mundo producto sensibilem rursus mente concipit Deus. Nam opificiorum quidem rationes apud ipsum semper erant, utpote simul omnia semper cognoscentem: tunc verò animo concepit angelicos spiritus, nimirum ut eos produceret, quando iam conueniebat. Mens enim huius vniuersitatis parens omnia quidem parturiebat: postea autem parturitione illa tempestiuè sese proferente intellectibilis mundus primùm detectus est: ac deinde hic ex materia & forma constitutus, qui etiam ob hanc causam materialis & aspectabilis dicitur. Est autem mundus, ut inquit magnus Basilius, & ante eum Aristoteles, coagmentatio ex caelo & terra naturisque intermediis: ut autem Nazianzeno placet, etiam concretio & temperatio. Coagmentatio quidem, ut ex his constitutus & expletus: Concretio autem, quasi permixtio, propter elementa, quæ non solum propria loca habent, sed inter se quoque commiscuntur. Quoniam autem quidquid laudatur, vel secundum propriam naturam laudatur, vel secundum relationem, quam ad alterum quiddam habet: Idcirco Theologus mundum laudibus vehens, omnem encomij naturam summam complexus est, cum dixit partem vnamquamque mundi & per se laudabilem esse, & concinnitatis, qua cum altero iuncta est, ratione. Et quidem concinnitatis verbo ostendit partes mundi nequaquam inter se aduersari: per concentum autem docet non modò sibi inuicem non aduersari, sed pulcherrimè etiam inter se coherere. Connectuntur enim alia aliis, ac suauius & tranquillè communicant. Quæmadmodum enim in cithara ex diuersis quidem fidibus, cæterum ad vnius cantilenæ perfectam modulationem concinētibus, harmonia conficitur: eodem modo in hoc mundo diuersæ quidem sunt species, sed tamen ad huius complementum concordēs & consonæ. Omnia enim ipsi congruentem vtilitatem prebent, & licet locali situ distincta sint, ut elementa, tamen cognatis relationibus inter se connexa & concreta sunt, alia re videlicet ad aliud quiddam pulchrè quadrante, terra nimirum cum aqua. Vtriusque enim communis est grauitas, & frigiditas: aqua rursus cum aëre: perspicua enim atque humida est aqua, quemadmodum & aër: aëre item cum igne siue cum ethere: calida enim & leuia hæc elementa sunt. Atque omnia inuicem ad mundi constitutionem sibi mutuo conferunt, etiam quæ maximè contraria videntur. Nam quod ait, atque omnibus ad omnia, sic intelliges. Quemadmodum in terra non solum est siccitas & crassities, sed etiam humor & aër atque etiam ignis: sic & in aqua & reliquis elementis omnia reperies. Ergo si vel separatim vnum quodque consideraueris, vel mutuam relationem, qua inter se quadrant, tum excellentem, inquit, omnium mixtionem, tum omnino oratione præstantiorem distinctionem esse perspicies. Verum ut ad institutum reuertamur, Deus intelligibili essentia creata, hoc est, caelestibus copiis atque ordinibus sensibilem quoque naturam condidit, caelum vide-

licet ac terram, & ea, quæ his continentur, ut ostenderet se non modò cognatam & propinquam sibi naturam efficere posse (congrua autem & cognata Deo est ea, quæ rationem habet, atque intellectu solo comprehendendi potest.) sed & longissimè semotam, eam scilicet, quæ sub sensum cadit, ac potissimum quæ anima caret. Quamquam enim omnia diuinæ bonitatis aliquid habeant, tamen quæ vita carent, hæc tenus ea fruuntur quòd sunt: animata autè, quatenus & sunt, & vitam habent: homo verò, quatenus & hæc, & rationem insuper habet: at angelus propinquior adhuc est Deo, quippe & intellectualis, & sola mente perceptibilis.

Enimverò mens iam & sensus sic inter se discreta finibus suis se continebant, effectorisque Verbi maiestatem in seipis ferebant, taciti laudatores insignis opificij & canori præcones. Nondum autem vtriusque temperatura vlla erat, aut contrariorum mixtura, quæ sublimioris sapientiæ ac circa naturarum creationem varietatis & excellentiæ specimen exhiberet: nec omnes bonitatis diuitiæ A notæ atque spectatæ erant.

NICET. Per mentem hoc loco intelligibilem mundum, hoc est, angelos significat, per sensum autem sensibilem: atque, Hi duo mundi inter se discreti intra proprios fines consistebant, hoc est, peculiari modo, atque impermixte creati nature suæ fines haudquaquam excedebant. Manebat enim intellectibilis mundus in suo fine, nimirum ut intellectibilis solum esset: ac rursus sensibilis in sua permanebat natura, tantumque sensibilis erat. Porro vterque bonitatis & potentie Filij Dei creatoris sui magnificentiam in seipso ferebat atque ostendebat, ac per constructionem sui atque ordinem tacitis vocibus opificem predicabat, iuxta illud, Cæli enarrant gloriam Dei: atque etiam iuxta id, quod scriptum est in libro Sapientiæ, Ex magnitudine enim & pulchritudine rerum creaturarum, collatus cum eis earum effector, ac fabricator conspiciatur. Igitur hæ duo mundi inter se disjuncti erant ac circumscripti. Nondum autem vtriusque temperatura vlla erat, aut contrariorum mixtura. Contraria enim sunt mens & sensus, idque quod materia constat, & quod materia caret. Idcirco autem temperaturæ verbo usus est, quia per omnem hominis vitam anima à corpore diuidi & separari non potest. Mixtura verò nomen adiecit propter eam separationem, quam mors affert. Nam quæ temperantur, separationem nesciunt, ut vinum & aqua: quæ autem miscentur, possunt separari, ut triticum & hordeum. Porro hæc contrariorum mixtura maioris sapientiæ Dei signum editura erat, atque argumento futura, quòd varias etiam & multiplices naturas efficere posset, ac profusa ipsius bonitatis specimen exhibitura.

PSELLVS. Mens & sensus. Parentem huius vniuersitatis selectam & principem mentem esse, vel potius Deum, & Bonum, & Vnum, & omnia quæ sunt, & nihil eorum quæ sunt, & supra ea quæ sunt, & in iis quæ sunt existimamus. Ergo in hoc vno omnia inerant tam intellectibilia quàm sensibilia, nec separatim, nec confusè. Neque enim ut illa, sed ut ille, huiusmodi vno erat. Igitur cum omnia in vno, quod ante omnia est, simul essent, postea processerunt ac distincta sunt. Porro mentis nomen nonnunquam de anima quoque ipsa, & de intelligibilibus naturis, quæ eam superant, prædicatur: interdum autè propriè de simplici atque indiuisibili natura dicitur, ut hoc loco. Nondum enim anima erat, quandoquidem nec homo. Missæ enim fiant C naturales hæc atque vegetatiuæ, quæ impropiè animæ nomen sortite sunt. Anima si quidem vis est organici corporis: at plantæ nequaquam sunt organice, sed naturales duntaxat. Quòd autem mentem omnem ac sensum omnem à prima mente procreata esse ait, carpere atque insectari mihi hoc loco videtur cum Platonicas imposturas, tum ea quæ Iamblichus & Porphyrius & Proclus de cælestibus sphaeris vanè atque inceptè disseuerunt. Omnia enim quæ luna superiora sunt, anima prædita esse pronunciarunt. Theologus autem nondum extitisse animam docet, cum iam sphaeræ omnes create essent. Iam verò hic opificij modus diuersus est ab eo, quem Græci philosophi introducunt. Nam illi nec deum, nec naturam immediatè quicquam facere asserunt, ac proinde nec post mentem protinus sensum gignunt, sed primùm deiformem mentem, deinde particularem, nec diuinæ mentis participem, post animam mentis compotè, tum simpliciter animam, postea naturam, atque ita postremò sensum. At magnus hic pater summis naturis procreatis ita demum medias à Deo productas esse ait. Etenim ut illi rationem ineunt, nature ordini subseruit Deus: ut autem docet hic author, ratio quam in rerum creatione tenuit, nature leges superat. D

Hoc igitur cum artifice Verbo visum fuisset ostendere, animal vnum ex utroque, hoc est, ex inuisibili ac visibili natura fabricatur, nempe hominem, atque à materia, quæ prius iam creata erat, accepto corpore, à se autem spiraculum inferens, quòd quidem intellectualem animam, & imaginem Dei Scriptura vocat, velut secundum quendam & alterum mundum, in paruo magnum super terram constituit, angelum alium, mixtum adoratorem, visibilis nature spectatorem, intellectualem mystem, eorum quidem quæ in terra sunt, regem, è cælo autem imperium accipientem, terrenum & cælestem, caducum & immortalem, visibilem & intelligibilem, medium inter magnitudinem & deiectionem, eundem spiritum E & carnem, spiritum propter gratiam, carnem ob superbiam: illud ut maneat ac benefactorem suum concelebrat: hoc ut vexetur, ac vexatus commonefiat, & de magnitudine sibi placens erudiatur ac coërceatur, animal hinc variè gubernatum, atque aliò demigrans, &, quòd mysterij extremum est, animi ad Deum nutu & sub-

& subiectione diuinitatem assequens. Eò enim mihi tendit exiguus in hac vita splendor veritatis, ut Dei claritatem & videam & patiar, dignam eo qui & constringit, & dissoluet, ac rursus excellentius sublimiusque constringet.

NICET. Quoniam, inquit, contrariorum permixtionem fieri oportebat, ac veluti commissuram quandam & colligationem visibilis inuisibilisque nature, talem hominem condidit Filius Dei, animal vnum ex duabus naturis compositum atque conflatum, corpus quidem ex terra, quæ iam creata erat, effingens, à seipso autem spiraculum inferens. Quòd autem dicit, à seipso, non idem significat quòd à sua substantia, quemadmodum nonnulli dicere ausi sunt, sed ab effectrice & fabricatrice sua potentia. Corpus enim ex subiacente materia animam à nulla resumpsit, sed ex nihilo creauit. Multis autem nominibus appellatur anima. Dicitur enim spiraculum, iuxta illud, Insufflauit in faciem eius spiraculum vite. Dicitur etiam anima, ut hoc

A loco: Et factus est in animam viuentem. Item imago Dei vocatur iuxta illud, Ad imaginem Dei fecit eum. Porro illud, Ad imaginem intelligendi vim, arbitriique libertatem ostendit. Ad similitudinem autem virtutis, quoad eius fieri potest, imitationem. Intellectualem autem animam Theologus dixit, ad differentiam anime brutorum animantiu, quæ sensibilis est. Sic igitur Dei Filius hominem fabricatus, quasi aliud quendam mundum ab eo qui aspectu sentitur, ipsum in eo collocat, magnum nimirum in paruo. Democritus enim cum mundo in oculorum sensum cadente hominem comparans, μικροκοσμον eum, id est, paruum mundum nominabat, velut ex mundi elementis constantem. At contrariò planè modo magnus mundus homo dicendus est, utpote qui & ea omnia habeat, quæ sensibilis mundus, ac præterea intellectualem & rationalem animam, ob quam & angelus quoque alius est, Dei adorator, mixtus ex duabus naturis, visibilem quidem naturam in sensum cadentem oculis cernens: intelligibilia autem ac cælestia non cernens, sed iis initiatus, & eorum quidem, quæ à Deo in terra condita sunt principatum gerens, ipse autem Dei imperio parens, mortalis immortalisque nature confinis. Medius inter magnitudinem & deiectionem, vel ut inter immortalitatem & mortalitatem

B positus, ac nec hoc propriè nec illud (vtrinque enim libratum eum Deus creauit, videlicet obseruans vtram in partem propendeat) vel ut simul & magnitudinis nature intellectibilis & deiectionis seu humilitatis nature sensibilis particeps. Atque idem spiritus & caro est, spiritus quidem anima est propter gratiam, ut immortalis sit, tantique beneficii authorem laudet: caro autem propter superbiam, ut per corpus patiat, ac patiando submoneatur, quòd terra est, atque ita si quando propter mentem efferatur, propter terram deiiciatur. Animal in presenti quidem vita certa prouidentia viuens & gubernatum: ad futurum autem seculum transmigrans. Quòd si quis dicat, Quomodo igitur nondum prolapsus Adamus talis effectus est (nondum enim mortis sententia in eum pronuntiata fuerat) ut propter corpus mortalis esset, & propter animam immortalis? Dicendum id eò factum esse, quia futuram ipsius transgressionem mortemque ab ea promanantem Deus præciebat, tamen si medium inter immortalitatem & mortalitatem ipsum creauerit. Vel etiam propter vniuersam Adami posteritatem, velut illius nature participem, hæc verba protulit Theologus. Extremum, inquit, mysterij, hoc est, ut homo nutu & subiectione ad Deum Deus efficiatur. Deum autem fieri est illuminationis diuinæ participem fieri: non autem ad diuinam essentiam migrare. Porro hominis ad Deum subiectione industriæ ac sedulitatis huius vitæ opus est: diuinitatis autem consecutio, futuri seculi præmium. Nam cum in Dei materieque confinio positi simus, si quidem ad materiam declinemus, crassi ac materiales: si autem ad Deum tendamus, diuini atque ad eò diuini nominamur. Eò etenim mihi tendit exigua huius vitæ cognitio veritatisque perceptio, ut Dei claritatem videam, eaque afficiar. Quemadmodum enim id quòd igni propinquum est, eamque naturam habet, ut patiat, flammam concipit: sic etiã animi in hac vita ad Deum euectio atque coniunctio future vitæ deiectionem nobis conciliat, dignam Deo, qui animam cum corpore quasi vinculis astrinxit, ac per mortem separar, rursusque in resurrectione excellentius, quàm primo illo nexu constricturus est, quia iam nec vlla solutio, nec coniunctio futura est.

Illud ut maneat, & c.) In stabilitate & constantia atque identitate anima condita fuerat: corpus autem in mutatione atque alteratione. Atque ut in genere dicam, corpus quidem affectibus antea haudquaquam vitiosis subiectum erat: anima autem ab huiusmodi etiam affectibus immunis erat. Quocirca anima in se ipsa velut in exemplari creatoris sui imagine diuinas formas conspiciens, conditorem suum celebrabat atque laudabat, vel per propriam constantiam atque immutabilem identitatem, eandem quoque de opifice suo opinionem habebat. Homo igitur, hoc est, illa corporis animæque mixtura, cum omnia sua ipsius causa facta esse cernebat, ad hunc morbum fortasse impellebatur, ut se æquelem Deo esse existimaret. At corpus ex altera parte depresso, propriisque affectibus abstractum, à cælestibus auulsam animam deorsum retraherebat, atque in suum præcipitium vrgebat & impellebat. Ac tum scilicet homo, se animæ dignitatem non à se habuisse, sed creatoris munificentia accepisse cognoscebat. Proinde dum insolentius efferebatur, à corporeis afflictionibus commonefactus, sentiebat se magnitudine gloriari, id est, quòd animæ magnitudinem præstantiamque eximio conditoris sui beneficio accepisset. Animal hic variè gubernatum, atque aliò demigrans. Nam ratione præscientiæ etiam quæ nondum facta erant in eodem loco, quòd ea, quæ fiebant aut facta fuerat, apud Deum censebantur. Variè gubernatum. Gr. οἰονομαίεσπον. Oeconomia autem est eius quòd dispensatur: ac regitur varia multiplexque gubernatio, ad eius commodum vtilitatemque à dispensante instituta. Nam nos quoque maioribus ac voluptatibus gubernamur, secundarum rerum aduersarumque casibus, timore & audacia, paupertate & diuitiis, caterisque huius generis: ac postea ad alteram vitam migramus. Et quòd mysterij extremum est, id est, caput & summa totius humanæ vitæ dispensationis ac migrationis. Porro nutus & subiectione ad huius vitæ dispensationem referenda est: diuinitatis autem adeptio ad posteram vitam. Mentis enim

Psal. 18.
Sap. 13.

1. Cor. 7.
Homo alter mundus.

Genes. 2.

Hæc videtur esse
Pseli:

ad Deum subiectio, industriæ opus est, & virtutum cultus: deificatio autem omnis actionis & contemplationis est terminus. Quare non simplex est ista animi ad Deum inclinatio. Proinde operæ precium est cognoscere quot res inter nos ac Deum interiectæ sint. Primum inaccessa illa caligo, quam vix unquam quidam ex eorum, qui ratione præditi sunt, ordine prætergressi sunt: deinde angelicæ copię post caliginem illa proximæ, quæ ab uno procedunt, & vnitates dicuntur: tum mens dimidiata, in quam illæ terminantur: postea particulares quædam mentes, mox animæ, tum naturæ & corpora, ac postremo materia. Is igitur, qui diuinitatem adipisci parat, primum se ad animam conuertat & colligat necesse est, deinde per eam ad mentem, rursus per mentem ad ea quæ superiora sunt, ac denique per ea ad Deum tendat. At nec qui ad animam seipsum conuertit ac subiecit, diuinitatem consecutus est, nec qui ad mentem. Verum illic animalis homo efficitur, nec capit quæ sunt spiritus: hic verò intellectualis quidem, sed nondum Deus. Quod si per mentem in arcana illam caliginem penetraverit, ac cum Deo versetur, tum verò ad Deum iam fieri & diuinitatem assequi, & Dei splendorem intueri, ac iuxta illum effingi atque efformari dicitur. Quoniam autem naturæ, ut par erat, mentionem fecimus, agendum de ea non nihil disseramus. Natura itaque post varias ipsius significationes est principium motus & quietis eius, in quo primò inest, per se, & non per accidens. hoc enim vnicuique rerum naturalium affert natura, ut in seipsa motus principium, eodemque modo quietis quoque finem habeat. Crescunt enim plantæ, ut ab his incipiamus, motus principium in seipsis habentes, ac crescere desinunt, sine naturali cessantes. Idem de homine dicendum, & equo, & boue, & sphinge, & formica, & ape, & ut breui complectar, de omni animali siue reptili, siue natatili, siue volatili. Atque ipsa etiam quatuor elementa mouentur & quiescunt. Nam & ignis & aer suapte natura sursum mouentur, & cum ad propria loca peruenerint, moueri desinunt: & rursus terra & aqua motum suapte natura deorsum vergentem sortite ad centrum vergunt, & cum ad vniuersi medium peruenerint, in seipsis conquiescunt. Hæc de natura tradit Aristoteles. At si Orpheo credimus, & Platonis, & Lycio philosopho de natura pertractanti, & eo antiquiori Chalcedonio Iamblichio Pythagorico, natura Dei ars quædam est. Triplicem porrò ille in vniuersum artem habet. Prima ipsi insita est, nempe qua omnia efficit ac fabricatur, quam ideam Plato nominauit, nos mentem à nulla causa ortâ, nec vlla oratione explicabilem vocamus. Altera, tametsi illinc oriatur, non tamen ei semper adnexa est, sed eo tempore, quo ad eum reuertitur. Tertia autem & postrema Dei ars ea est, quæ inferiori quidam loco numeratur, quam anima, ceterum corporibus dominatur, eaq; & gignit & alit, & auget & mouet, & perficit, ac denique quietem iis affert. Atque ea materiales rationes habens eorum quæ facit, eaq; modo quodam intelligens, nequaquam ad se refert, nec ad propriam essentiam conuertit, sed corporibus inseparabiliter adhæret, in ea penetrans, nec reuertens. Ars hæc igitur apud philosophos eos quos commemorauimus, natura nominata est. Hæc Plato cum cælo & tempore progenita esse censebat. Neque enim prius existisse, quam cælum creatum esset. Primum enim id esse necesse est, quod corpus ac reliqua complectitur: At corpora omnia, quæ post cælum creata sunt, post naturam & sub naturam creata sunt, rursusque naturæ lege intereuntia corruptioni obnoxia sunt. At cælum, si quis optimè considerare voluerit, nec sub naturam cõditum est, nec natura corrumpitur. Ut Dei claritatem & videam & patiar. Res diuine corporaliter ut cunquæ perspicuntur, atque earum traiectiones quædam sunt. Quoniam autem de huiusmodi rebus duæ sunt sententiæ, altera nostra & Christiana, altera eorum qui apud Ethnicos doctissimi habiti sunt, utraque mihi exponenda est. Nostra itaq; hoc modo se habet. Deus quidquid tandè est, incorporeus est, immutabilisque & alterationis expers manet: nos autem circa eum commutamur. Nam quemadmodum vnam eandemque vocè in subdiuina aliquo loco diffusam alij nostrum audiunt, alij minimè: atque ex iis, qui audiunt, alij clarius audiunt, alij obscurius: ac rursus ex his qui non audiunt, alius idcirco non audiuit, quia procul remotus esset, alius quòd auri obstruatum haberet, nimirum concreta circa partem illam pituita, alius quia res alias ageret: Quomodo item sole in meridionali linea stante culices quidem & noctuæ exiguum quiddam atque obscurum lucis radium admittunt: homines autem & elephanti, prout quisque affectus est, vberius vel parcius illuminantur, eodem modo nos quoque circa Deum immutabilem permanentem, prout quisque afficitur, commutamur. Sic nimirum. Quocirca Petrus & qui tum aderant, igneas illas linguas conspicati sunt, non quòd similis lingue diuina figura sit, sed quia circa linguam futura erat Spiritus operatio. Atque hæc ex doctrina nostrate deprompsimus. At gentiles philosophi, quorum postremus lampadis gestator & hierophantes Proclus fuit, in tria hæc diuinam euocationem partiuntur. Atque aliam ipsius partem ad τὸ πῶν vocant, aliam ἐπινοήν, aliam ἐπινοήν. Si quis igitur animæ intelligentia & nitore ac splendore fluentum illud, ut natura est, perspicit, ipse utpote euocator & spectator ad τὸ πῶν dicitur. Si quis autem imaginatione vehiculo res diuinas cogitatione informet, ab altero propheta theologo ad id incitatus ἐπινοήν hic vocari potest. At si nec mente nec imaginatione speculetur, sed oculis solis diuinas res substratum esse, affirmant, quod quidem arripiunt alij nullo negotio, ea scilicet naturæ bonitate præditi, qua & Socrates & Plotinus fuerunt, alij ad certas circuitiones, ad lumen lunæ fortasse mentis emotionem sentientes. Ægyptij autem, ut ferunt, vel tarro, sic enim vocant, oculos oblinentes, vel thuris liquore, vel bdellio. Ægyptij verò refferis quibusdam, infandisque nominibus mysticisque literis in sacerdotalibus bracteis seipsum sanctificantes substratum illud incorporeis copiis lumen perspexerunt. Hæc Porphyrius, & Iamblichus, & ille prodigioforum verborum architectus Proclus nugati sunt. Nos autem ne theologica speculationis, quæ in his verbis lucet, Dei claritatem & videam & patiar, omnino expertes simus, hoc exemplum proponamus. Sit quidam, qui ascendere ad solem parat, ut illius radiis splendidius illustreretur. Hic, in actu quidem erit, dum

ascendens,

ascendens, pennas utroque lateri imponens (aut si quid aliud excogitauerit) profiliens ac seipsum mouens. Ac tantisper quidem pennas mouebit, atque eodem motu agitabitur, quoad ad splendidum ipsum orbem prouectus fuerit. Post verò cum solem ita subierit, ut non longius quam palmi intervallo ab eo distet, utrum tandem ipsius actioni tribendum erit, quòd ab illo collustreretur, annon potius actio cessabit, ac patiendi initium faciet? Ita proculdubio. Eadem igitur nostra quoque est ratio. Nam quantum ad virtutum cultum atque studium, actiuam habemus facultatem, quantum autem ad vim diuinitatis sentiendam, passiuam.

Hunc arbitrij libertate donatum, ut bonum non minus illius esset, qui elegisset, quam eius qui semina præbuisset, in paradiso, (quicumque tandem erat paradisu ille) collocat, platarum immortalium cultorem, hoc est, fortasse diuinarum cogitationum, tam leuiorum quam perfectiorum, nudum quantum ad simplicitatem & vitam arte & fucò carentem, atque omnis integumentis & munimentis expertem. Talem enim esse conueniebat eum, qui primùm esset creatus. Ac legem quasi materiam libero arbitrio porrigit. Lex autem illa præceptum erat, quo præscribebatur, tum quibus arboribus ei utendam esset, tum à qua manus abstinendæ. Ea autem erat scientiæ arbor, non illa quidem aut malè à principio confita, aut per inuidiam interdicta (ne illuc linguas suas Dei hostes iniiciant, nec serpentem imitetur) sed bona quidem tempestiuè percepta: contemplationis enim (ut ipse contemplando assequor) hæc arbor erat, ad quam iis solis tutus est ascensus, qui animi habitu perfectiori sunt: nequaquam autem bona simplicioribus adhuc animis, atque appetitu auidiori præditi, quemadmodum nec perfectus ac

solidus cibus iis conducit, qui tenera adhuc sunt ætate, lacteque opus habent.

NICET. Quicumque tandem ille paradisu siue intellectus siue sensibilis. Quamquam mihi videtur, quemadmodum homo intelligibilis simul & sensibilis creatus fuerat, ita etiam eius sacratissimum delubrum intellectuale simul ac sensibile fuisse, duplicemque speciem habuisse. Nam homo corpore in loco maxime diuino habitans, in loco incomparabili quantum ad animam commorabatur. A Deo porrò id honoris consecutus est, ut arbitrij libertate donaretur. Idcirco autem eiliberum arbitrium datum est. Ut bonum non minus, & c. Id est, ut bonum quod gereretur, commune esset, nec Deo tantum sed homini quoque ascriberetur, illi quidem, ut naturæ humanæ virtutum semina inserenti & ut adiuvanti, huic autem ut eligenti & facienti. Omne enim rectè factum vtriusque commune est, nempe & facientis, & Dei. Deus enim facultates & instrumenta suppeditat: homo autem actione sua rem præclare conficit. Ille semina mandat, hic agricola munere fungitur. Nam cum in paradiso propter opera bona collocatus esset, nisi arbitrij libertatem habuisset, nequaquam ex voluntate agere videretur. Enimvero sensilis paradisu quisnam sit ex Genesis historia perspicuum esse queat. Plantauit enim, inquit, Deus paradisu in Edem ad Orientem. At Gregorius historiam ad allegoriam traducit, atque per intellectuale quidem paradisu cælestem vitam intelligit, vel animæ puritatem & claritatem: per plantas autem immortales, rationes & diuinas cogitationes, quarum aliæ tenuiores sunt, aliæ perfectiores. Porrò quòd scriptum est, nudum hominem fuisse, trifariam exponit. Nudus enim, inquit, erat, quantum ad morum simplicitatem, nõdum enim fraus & versutia ac malitia admissa fuerat. Nudus etiam quatenus vestibus & tecto carebat: postea enim & vestimenta & tecta excogitata sunt. Differt autem integumentum à munimento siue propugnaculo: quòd illud tegendi corporis causa inuentum sit, ut vestimenta: hoc autem custodia ac tutelæ causa, ut arma atque instrumenta ad vim arcendam instituta. Talem enim esse conueniebat ei qui à Deo creatus esset, hoc est, innocentem, simplicem, cura & sollicitudine vacuū, ab affectibus alienum. Maximum enim tranquillitatis animi, atque ab omni affectu puri & liberi argumentum est, nudum esse, nec erubescere. Ac Deus homini legem dat, quasi materiam & facultatem libertati arbitrij, ut in ea virtus eluceret. Lex autem præceptum erat, & c. Scriptum est enim, Et præcepit Dominus Deus Adæ, dicens, Ex omni ligno quod est in paradiso comedes: de ligno autem scientiæ boni & mali non comedes. Quicumque enim die comederis, morte morieris. Arbor autem illa erat scientiæ boni & mali. Nam cum ex ea comedisset Adam, suamque nuditatem sensisset, tum demum intellexit, quòd bonum quidem erat præcepti obseruatio, malum autem transgressio. Duplicem autem scientiam esse dicimus, alteram, quæ res antecedit, quam & diiudicatuam appellamus: alteram, quæ res ipsas comitatur, ac negotialis dicitur. Ea igitur, quæ discernendi ac diiudicandi vim habet, ante degustatam arborem præditus erat Adamus ipse enim & brutis animantibus & uxori nomina per coniecturam imposuit. At realem & negotialem degustata arbore insuper adeptus est. Quodnam autem esset lignum illud interdictum, scriptura quidem non indicauit: ceterum nonnullis eam ficulneam fuisse placuit, ex cuius etiam foliis post præceptum violatum primi parentes sibi vestes cõsuerunt. Ac propterea scriptum est, Et maledixit Dominus ficui. Arborem autem vitæ esse aiunt, eam vim habentem, ut vitam afferat: quæ quidem iis solis, qui vitam digni sunt nec morti subiacent, edilis est. Iam quoniam spiritualem paradisu cõstitimus, ac per eum cælestem vitam intelleximus, lignum quoque illud omne, ex quo manducare nobis præceptum est, ita explicare possumus, ut dicamus nobis per illud diuina contemplationis delicias significari. Deus enim vniuersum est, in quo & per quem sunt omnia. Qui etiam lignum vitæ nominari potest, quoniam diuina participationis dulcedo iis, qui ea fruuntur, vitæ nulla morte interruptam impertit. Tum autem lignum scientiæ boni & mali multiplicis contemplationis disquisitio ex-

Lib. arbitrij hominis. Paradisu terrestris.

Arbor scientiæ bona tempestiuè percepta.

Gen. 2.

Marc. II.

poni queat, hoc est, proprie nature agnitio, quæ quidem ut perfectis et in diuina contemplatione altissimè prouectis bona est: ita iis qui summo et soli bono nondum firmiter et constanter assident, noxia est, utpote quos propter infirmam atque instabilem in bono mansionem corporis cura ad se retrahere variisque negotiis implicare solet. Vt si manus, per omne lignum eam diuinæ potentie agnitionem intellige, quæ ex rerum creaturarum consideratione comparatur, quemadmodum ait Apostolus, Inuisibilia enim ipsius ad creaturam mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Omnium autem eiusmodi cogitationum excellentissima atque altissima est illa, quæ in creationis nostre ratione versatur. Mirabilis enim, inquit, facta est scientia tua ex me, hoc est, ex mei constructione. Hæc autem cognitio Adamo periculosa erat, nimirum recens creato atque adhuc imperfecto. Quinetiam per lignum vitæ ascensus ille significari potest, quo ex omnibus rebus sensibilibus ad Deum prouehimur: per lignum autem scientiæ boni et mali sensibilis et voluptuarius cibus, qui tamesi dulcedinè afferre videatur, tamen reuera percipientem malis immergit. Ex omni igitur ligno quod est in paradiso, comedes, hoc est, per omnes res creatas ad me creatorem euehere, atque unum ex omnibus rebus fructus collige, me videlicet, qui vera vita sum: ex ligno autem scientiæ boni et mali ne comedatis. Quacunque autem die comederitis, morte moriemini. Naturaliter enim sensibilis cibus id quod effluxit, replet, nec fieri potest, ut is incorruptibilis permaneat, qui sensibilis alimenti particeps est. Præter hos etiam modos aliter lignum vitæ exponere possumus, ut præceptum illud à Deo datum significet. (Lignum etiam vitæ est et iustitia omnibus ipsum amplectentibus) scientiæ autem lignum discretionem boni et mali designet. Primum igitur simpliciter et sine ulla discussione Adamo faciendum erat, ut legi diuinæ pareret, donec ad perfectum virtutis habitum perueniret, atque ita demum Dei munere boni ac mali diiudicationem acciperet, quod quidem lignum est scientiæ boni ac mali. Neque enim ei, qui tenero est intellectu, periculo vacat diiudicatio, quod crassam atque affectibus commotam et voluptuariam rationem habeat. Quoniam igitur Adamum per simplicem, omnique diiudicatione carentem obedientiam Deo coniungi oportebat, ac per huiusmodi coniunctionem, diuinitatis opes eo tempore, quo Deus verus et naturalis voluisset, accipere, rerumque omnium veram cognitionem et iudicium atque immortalem vitam: simplicis porro ipsius obedientiæ experimentum capi oportebat, propterea præceptum ei Deus dedit, ne ex scientia ligno gustaret, hoc est, ne proprio iudicio fideret. Verum cum diabolus sub serpentis specie ipsum esset adortus, ac dixisset, Erutis sicut diis scientes bonum et malum, si comederitis, proprio iudicio acquieuit, ac bona res illi esse diuinitatis adeptio et scientia visa est, nec illud secum reputauit, quod omnia quidem bona sunt, verum suo tempore, quodque id quod accepturus erat, præripere non oportebat præter eius voluntatem et sententiam, qui non modò dedit, ut simus, sed etiam ut beatè viuamus. Et vidit quod esset bonum, et comedit, atque ea mentis abstractione, qua ad Deum naturâ ferebatur, spoliatus est. Et aperti sunt oculi eorum, scilicet corporales, atque animi affectus commoti sunt. Et cognouerunt, quod nudi essent, et erubuerunt, atque à Deo auulsi sunt, ac uelut pueruli voluptatis illecebris lenociniisque capri sunt: atque à ligno vitæ expulsi ac mortales facti sunt. At enim uerò hoc loco Deo inuisus Porphyrius propter hoc scientiæ lignum Deum alterutrius peccati reum peragere conatur. Hoc enim dilemmate utitur. Aut arbor illa perniciosè consista est, utpote hominibus mortem allatura: aut si rectè plantata est, malignè certè atque inuidè prohibita est, nimirum Deo scientiam hominibus inuidente, uacordisque eos esse cupiente. Hanc igitur abiectionem diluens Gregorius, Ne in hoc lignum, inquit, impij manus iniuciant, nec serpentem imitentur. Nam ille quoque Deum hominibus scientiam ac diuinitatem inuidere dicebat. Nec enim malè plantata est hæc arbor, nec malignè interdicta: verum natura quidem bona erat (vidit enim Deus omnia, quæ fecerat, et erant valde bona) vsu autem et bona erant et mala: bona, si cõgruo tempore perciperetur: scelus autem, si præmaturè deciperetur. Etenim, ut intellectu et contemplatione assequor, hæc arbor cogitatio seu contemplatio quædam et notitia perfectior erat, sublimiorque scientia, quam conscendere ij soli tuto possunt, qui, ut ait Apostolus, pro consuetudine sensus exercitatos habent ad discretionem boni et mali. Contrà autem ea minimè bona teneris adhuc et rudibus animis, quæadmodum nec solidus cibus infantibus. Dentis enim recens enatos conuellit grauisimè que ledit.

PSELLVS. Lignum scientiæ.) In primi parentis anima uelut in diuinissimo quodâ horto omnes scientiæ species consistæ erant. Ex quibus aliæ uel in orbem stabant: duæ solæ in media animæ parte insitæ erant. Per eas igitur, quæ in orbem plantate erant, ad esum accommodus virtutum fructus indicatur, quem percipere Adamum oportebat, anima que sensoria suauitate perfundere. Harum autem, quæ in medio stabant, altera rerum creaturarum contemplationem designat, nimirum ea quæ scientiæ boni et mali nomen habet: altera ipsius Dei cognitionem perceptionemque significat, quæ quidem lignum vitæ appellatur. Proinde non statim scientiæ ligno manus admouere debebat Adamus, nec creationis rationes et consilia peruestigare, nec ad iudicij et prouidentie difficiles cogitationes confestim accedere, sed virtutes sedulo prius colere, atque ex plantis externis et superficialibus comedere, ac tum ad sublimiora sese conferre, ac primum quidem rerum creaturarum causas inquirere, atque ea re absolutè intellecta speculando quasi ulterius progredi, vitæ que lignum degustare, atque ita iam purè cum Deo ipso colloqui. Idcirco enim hæc duæ arbores in medio paradisi erant, quia post exactam et absolutam rerum creaturarum cognitionem protinus exoritur vitæ contemplatio.

IDEM. Arbor vitæ sapientia diuina est, uniformis, inquam, et immutabilis illa scientia, per quam immortalitas animæ comparatur. Arbor autem scientiæ boni et mali prudentia media est, per quam ea, quæ naturam contrariam habent, diiudicantur. Consimili modo vnaqueque ex illis arboribus potentia quædam animæ erat, ad pietatem ducens, quarum prius participem fieri Adamum oportebat, atque ita ad diiudicationem accedere. Quandoquidem enim malum haudquaquam nudum et apertum proponitur, sed illud specie

Rom. I.

Psal. 138.

Gen. I.

Hebr. 5.

A

B

C

D

E

specie quadam boni circumlitum atque uelatum amplecti malum, quàm Deo adiungi: ob eam causam ij, quibus hoc accidit, à ueritatis perceptione arcentur, ne per vitæ participationem immortales effecti, immortalem quoque malitiam habeant. Enim uerò potentiarum et facultatum nobis inditarum altera planè mascula est nempe mens, altera femina non absimilis, nimirum sensus, quem etiam malitiæ artifex oppugnare aggreditur ac ludificatur, sensusque uicisim menti imposturâ facit. Illa porro diuina potentia, quæ indutus erat, spoliatur, ac diuina scientia quasi paradiso quodam pellitur, ac flammeus gladius, hoc est, potentia à Deo constituta ipsum custodire iubetur. Iam uerò inter morte moriemini, et simpliciter moriemini hoc mihi discriminis esse uidetur, quod is morte moritur, qui pestiferis animi conceptionibus uelut emoritur. Simpliciter autem moritur, qui nature mortis tributum pendit. Quod autem singulari numero Deus esu arboris interdicat, plurali autem penas transgressionem secuturas subiungit, hoc mihi ostendere uidetur, quod quandiu in bono sumus, et ueritatem nostram in eo qui unus est, seruamus, nimirum Deo adiuncti: cum autem in malum prolapsi sumus, tum uerò procul à Deo remouemur, ac pro uno multi sumus.

A Immutabilis illa scientia) Legendum enim in Græco Pselli, ἀπαράλλατος, non ἀπαράλυτος.

* Ueritatem) Lego enim τὸ ἐν ἡμῶν, non ἐν ἡμῖν, ut codex Græcus habet: id quod proxima linea satis ostendit.

Postquam autem diaboli inuidia et mulieris insultu, quem et ut mollior passa est, ut ad persuadendum accommodatior admouit, (ô infirmitatem meam: meam mulier ad persuadendum aprior.

enim duco primi parentis infirmitatem) accepti mandati oblitus ab acerba illa esca victus est, simul et à ligno vitæ, et à paradiso, et ab ipso Deo propter peccatum extruditur, et pelliceas tunicas induit, hoc est, fortasse crassioreu carnem, et mortalem, ac refractariam: primumque turpitudinem suam infamiamque cognoscit, et à Deo se abscondit. Atque hic quoque tamen mortem ac peccati præcisionem elucrat, ne malum immortale fit. ita pœna ipsa in misericordiam recidit. Sic enim Deum supplicia inferre existimo.

NICET. Ad incorruptionem quidem et immortalitatem Deus hominem creauerat: uerum inuidia diaboli, quemadmodum est apud Solomonem, mors intrauit in mundum. Inuidiæ enim astu aduersus hominem percitus est, propter tantum ipsius honorem et dignitatem, ac præsertim quia apostatæ quoque sedem in caelo impleturus erat. Sed causas enumeremus, ob quas paradiso excidit Adamus. Prima causa fuit diaboli inuidia: altera serpens illius administer: tertia mulieris simplicitas: quarta uiri ad uxorem beneuolentia: quinta ipsius in propulsanda suauis illius cibi uolentia imbecillitas: sexta mandati obliuio, atque hanc secuta manducatio. Has omnes causas ordine exposuit Theologus, primorum parentum nomine causam dicens, atque ait, Diabolus inuidia motus est, atque hinc duplex fuit assultus. Serpens enim recta consulere existimatus mulierem ut molliorem in fraudem impulit. Mulier rursus cum propter promissionem (quia uidelicet sola à Deo auxiliatrix uiro data fuerat) minimè mentiri existimaretur, facilius illi, quod uoluit, persuasit, atque ita oppugnata oppugnauit. Per id autem quod dicit utrunque oppugnatum fuisse, plurimum de accusationis criminis que grauitate detrahit. Postea cum per exclamationem dixisset, O meam infirmitatem: dictionem hanc exponens ait se primi parentis cladem suam ducere, et quia infirmitas illa ab ipso ad uniuersum hominum genus promanauit. Infirmitati autem cladem adiunxit. Infirmitate enim correptus est, voluptati non resistens, atque ita superatus. Purgatio autem quædam primi parentis est infirmitas. Eam porro escam, sametsi dulcem, amarulentam nominauit, ut amara pœna mulctatam. A mara enim mors est, et tristitia que eam antecedit, atque usque ad eam perpetuò excruciat. In mœroribus enim, inquit, comedes terram omnibus diebus vitæ tuæ. Fortasse etiam per mortiferam hanc arborem, bonum simul et perniciosum fructum habentem, peccati natura significatur. Quoniam enim uoluptas quædam uitium omne præcedit, idcirco fructus ille bonus uocatur, quod uidelicet per erroneum et falsum boni iudicium his, qui summum bonum in uoluptate ponunt, talis uideatur: at uerò malus postea per amaram illius manducationis digestionem inuenitur. Adamus igitur ob uolatum præceptum exulat, tum à ligno vitæ, hoc est, Dei contemplatione, tum à paradiso, id est, celesti vitæ ratione, tum ab ipso Deo, hoc est, ab ea animi libertate et licentiâ, quam apud Deum habebat. Eiecit enim, inquit, Deus Adam, et collocauit eum ante paradisum voluptatis. Et quidem scientiæ lignum certamen et exercitatio erat liberi arbitrij. At lignum vitæ planta quædam erat uim donandæ immortalitatis habens. Huiusmodi nanque est dominicæ quoque crucis lignum. Allegoricè etiam ficulnea folia ex quibus primi parentes subligacula sibi fecerunt, ærumnose huius vitæ asperitatem designat. Atque etiam pelliceæ vestes, quas Dominus Adamo ipsiusque uxori fecit, mortalitatem carnisque crassitatem significant. Corpus enim Adami à principio tenuius erat et mollius, nec omnino mortale, sed mediæ cuiusdam conditionis inter mortale et immortale. At post transgressionem, quemadmodum pellicis crassa est, et mortua, ac dura: ita caro etiam crassa, et grauis, et mortalis ac dura et refractaria. Et comederunt, inquit, et cognouerunt, quod nudi erant. Quoniam enim scientiæ illud lignum erat, primum suam ipsorum obscenitatem cognouerunt, atque intellexerunt, quod bonum quidem erat mandati obseruatio, malum contra transgressio, ac deinde à facie Dei se furim subdlexerunt. Etenim ante peccatum admissum, animæ et corporis oculos in Deo et paradiso occupatos habentes nuditatis sensu minimè afficiebantur: at post perpetratum peccatum conuersis ac collectis ipsorum oculis (quod conscientiæ munus est) corporeis quidem nuditatem perspexerunt, spiritualibus autem bonum ac malum peruerunt. Obscenitatem autem genitæ-

Mulier ad persuadendum aprior.

Sap. 2.

Gen. 3.

Ibid.

Ibid.

lium corporis membrorum intelligit, à qua etiam pudēda dicta sunt. Hac porro de causa circa eas partes pudore affecti sunt, quia post transgressionem primum in eas ferri ac stimulari cœperunt. Acerrimus enim circa eas est hominis affectus. Quippe & pueri simul atque mente paulò solidiore esse incipiunt, pudore suffunduntur, atque has partes obtegunt. At quoniam semel prolapsus homo, si moriendi necessitati obnoxius non fuisset, maximum damnum accepturus erat, nimirum peccatū operans, hīc quoque beneficio afficitur. Quod autem est hoc beneficium? mors. Quid ita? quia peccatum sistit atque intercidit. Quamquam enim mors pœna rationem habet, utpote vitam extinguens: tamen in misericordiam recidit, immortalem esse peccatorem non finens. Nēque enim expediebat hominem nondum tentatione probatum atque exploratum immortalitatem consequi, ne in superbiam & diaboli iudicium prolaberetur. Ille enim propter naturæ incorruptibilitatem, posteaquā à Deo libera voluntate decidit, inflexibilem immutabilemque in malo firmitatem habuit. Quamobrem hominem probari antea, atque experimento per mandatum perfici oportebat, atque ita pro virtutis premio immortalitatem accipere. Nam cum medius inter Deum & materiam creatus esset, in ea causa erat, ut siquidem diuinum mādātum obseruaret, naturalēque ad res creatas relationem & affectum excuteret, Deo sese vnies immutabilem in bono constantiam atque habitu confirmatum acciperet: sin autem per transgressionem magis ad terram materiamque ferretur, mentēque à Deo abstraheret, corruptioni obnoxius futurus esset, ac muliebri congressu opus haberet, vitæque cupiditate incundissima quæque velut eam tuentia complecteretur, ac cupiditatem quidem à Deo ad materiam, iram autem à vero salutis hoste ad gentilem suum contribulēque transferret.

Multis autem prius modis propter multa peccata, quæ ex vitij radice pullularunt, secundum diuerfas causas & tempora castigatus sermone, lege, prophetis, beneficiis, comminationibus, plagis, aquis, incēdiis, bellis, victoriis, cladibus, signis è cœlo, ex aëre, ex terra, ex mari, hominum, vrbium, gētiū insperatis mutationibus (quæ omnia eō tendebant, ut malitia protereretur) validiori tandem medicamento propter grauiiores morbos indigere cœpit, nimirum ob mutuas cædes, adulteria, periuria, masculæ libidinis insaniam, & quod omnium malorum extremum ac primum est, idolorum cultum, adorationisq; à Creatore ad creaturas translationem.

NICET. Prius, inquit, castigatus, id est, ante humanitatem à Christo assumptam, pluribus correptionibus exploratus est, non ipse solum Adam, sed & omnes eius posterī. Castigatus est autem & diuersis temporibus & diuersis de causis. Adam enim ante omnes sermone eruditus est (Deus enim cum eo locutus est) & violati præcepti pœnas pependit. Cain autem post illum gemitus atque tremoris pœna ob fratrem interemptum affectus est. Postea tempore Noë homines aquarum inundatione puniti sunt, quod voluntas eorum omnino deprauata esset. Mox in illa turris extructione linguarum confusione ac diuisione, propter eorum amentiam. Deinde Sodomitæ igneo imbre, ac ciuitatum desolatione, propter libidinis obscenitatem. Tum illi, qui temporibus Moſis extiterunt lege scripta, quia impietati Ægyptiæ assueuerāt, eruditi sunt. Post hæc Prophetarum tempore prophetis ipsis hortamentis. Iam verò permulti beneficiis & comminationibus ac plagis eruditi sunt, atque ante alios Adam. Hunc enim Deus beneficio affecit, nimirum in paradiso constitutus: atque eidem minabundè denūciauit fore, ut moreretur, si scientiæ lignum attigisset: ac postremò in peccatum prolapsus mortis sententia percussit. Iam verò eruditi sunt homines bellis, victoriis, & cladibus, veluti Hebræi ex Ægypto egressi. Nam cum bellum aduersus multas nationes gererent, nonnunquam vincebant, nonnunquam etiam vincebantur. Eruditi sunt signis cœlestibus, ut cum stetit sol tempore Iosue filij Naue: signis aëris, ut in illis plagis Ægyptiacis, cynomia, grandine, tenebris. Quò etiam referri debet illa nubes columna interdū fulgēs, & nocturna ignis columna, quibus Israël ducebatur, & illuminabatur. signis ex terra, ut in illis fluminibus, quæ in sanguinē cōuertebantur, in cinifibus, & vesicis, et ranis. signis ex mari, ut in illa maris Rubri traiectione: hominū, vrbium, gentiū insperatis mutationibus. Hominū, ut temporibus Sampsonis, Dauidis, Solomonis, Nabuchodonosoris, & complurium aliorum. Illi etenim partim mirificè floruerunt, partim calamitatibus affecti sunt, atque vtrunque præter spem & expectationem. Vrbium, ut Hierusalem, aliarumque multarum, quæ cum diuturno tempore claruissent, funditus postea deletæ ac desertæ sunt. Gentium, quemadmodum regnum Medorum ab Assyriis euersum est: Assyrii rursus à Persis oppressi, Persæ itidem à Macedonibus, Macedones denique à Romanis. Per hæc igitur omnia disciplinarum genera, quæ commemorauimus, vnū id agebatur, ut peccatum, quod multipliciter & latè fufum erat, atque hominē misera seruitute premebat, de medio tolleretur. Postremò verò efficaciori opus erat medicamēto, quia videlicet peccata & morbi ingrauescebant, vixque curatricem manū admittēbant. Nam & mutuis cædibus sese conficiebant homines, & eò audaciæ prorumpēbant, ut adulteria committerent, & peierarent, & nefario Sodomitarum scelere seipſos deuincirent, & quod tempore quidem postremum, criminis autem atrocitate primum est, simulachris diuinis honores tribuerēt, atque adorationem à creatore ad creaturas transferrent, & colerent, ac seruirent creaturæ potiusquam creatori.

Quæ quoniam maius auxilium requirebant, maius etiam acceperunt. Hoc autem erat ipse Dei filius, ille sæculis prior, ille inuisibilis, ille incomprehensibilis, ille incorporeus, illud ex principio principium, illud ex lumine lumen, ille fons vitæ

I. Tim. 3.

Homo cur multis modis castigatus.

Ios. 10.

Rom. 1.

A

B

C

D

E

vitæ & immortalitatis, illa archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille Patris terminus & ratio, ille, inquam, ad imaginem suam se confert, carnemque carnis causa gerit, & cum intellectu animi propter animam meam iungitur, ut simile similis opera & adiumento repurget, atque humana omnia excepto peccato suscipit, conceptus quidem ex virgine animo & carne à Spiritu purgata (nam & procreationem honorari, & virginitatem preferri oportebat) progressus autem Deus cum humanitate, vnum ex duobus inter se contrariis, carne nimirum & spiritu, quorum alterum diuinitatem dedit, alterum accepit. ò nouam & inauditam mixturam, ò admirandam temperationem! Qui est, fit: qui creationis expers est, creatur: qui nullo loco contineri potest, interuētū animæ intellectualis, inter diuinitatem carnisque crassitiem interiectæ continetur. Qui locupletes alios facit, eget: carnis enim meæ paupertatem subit, ut ipse illius diuinitate ditescam. Qui plenus est, vacuatur, & exhauritur: sua enim gloria ad breue tempus exinanitur, ut plenitudinis ipsius ego particeps efficiar. Quænam hæc bonitatis diuitiæ? quodnam me circumstat mysterium? Diuinam imaginem accepi, nec sartam tectamque habui: ille meam carnem accipit, ut & imagini salutem, & carni immortalitatem afferat. secundum consortium nobiscum init, & quidem priori longè admirabilius. Tum enim id quod præstantius erat, nobis impertit: at nunc eius, quod deterius est, particeps ipse fit. Hoc priori illo diuinius, hoc apud cordatos & prudentes viros multò sublimius.

NICET. Horum verborum, Hæc quoniam maius auxilium requirebant, maius etiam acceperunt, is sensus est. Prius quidem homines moderatius tolerabiliusque peccantes auxiliatricem legem habebant, & Prophetas concionatores, ac per signa corripiebantur. Posteaquam autem ipsi in grauissima scelera proruerunt, maiori quoque auxilio opus habuerunt. Maius porro auxilium & lege, & Prophetis, & signis Filii Dei erat, qui ad imaginem suam, hoc est, ad hominem creatum, ad eius imaginem venit. Non solum autem ad imaginem Dei factus homo dicitur, sed & imago Dei in Scriptura appellatur. Scriptum est enim in sapientia Solomonis: Deus propter incorruptionem & immortalitatem hominem creauit, atque imaginem æternitatis suæ fecit eum. Venit igitur ad suam imaginem ipse Dei Filius, iuxta illud Esaiæ: Nō legatus, nō angelus, sed ipse Dominus, qui, ut ait Ioannes, In principio erat Verbum. Sæculis prior. Temporis enim creator tempori haudquaquam subest, utpote per quem etiam Pater sæcula fecerit, ut est apud Paulum. Inuisibilis. Deū enim nemo vnquam vidit, hoc est, Dei naturam. Incomprehensibilis. idem est quod vix comprehensibilis. Nam illud quoque simulachrum, quod ex operū ipsius imaginatione quadam colligitur, priusquam rectè teneatur, fugit. Vel incomprehensibilis, id est, quod interminabilis, & incircumscriptus, mentēque imperceptibilis. Neque enim intellectu concipi nec circumscribi potest. Incorporeus. Hoc à Thelogo adiectum est propter incarnationem atque humanitatem Christi, ad quam mox peruenturus est. Illud ex principio principium. Principium enim omnium quæ sunt, Pater est, ut causa: principium quoque est Filius, ut causæ cōsors. Ad Patrem enim Dauid verba faciēs, ait, Tecum principium. Est igitur Filius principium ex principio, id est, ex lumine lumen. Ioannes in Epistola sua prima ait, Deus lux est. Et Christus de seipſo, Ego sum lux mundi. Atque hinc Patres illi, qui sacrosanctum symbolum ediderunt, doctrinam salutarem mutuati sunt, ac dixerunt, Lumen de lumine, Filium ex Patre profulgere, ut incorpoream & simplicem eam generationem ostenderent, rursus hæc verba apposuerunt, Ex ipſo, & in ipſo, ut vterque peculiari modo subsistere intelligatur. Pater enim Pater est, & non Filius: Filius item Filius & non Pater, & in identitate naturæ propria est vtriusque essentia. Fons vitæ & immortalitatis. Hæc quoque à Prophetis sumpta sunt. Hieremias enim ita loquitur, Dereliquerunt fontem aquæ Dominum. Et Dauid, Apud te est fons vitæ. Quinetiam Christus de seipſo ait, Ego sum via, veritas, & vita. Fons autem dicitur ob perennitatem, vita autem ut fons vitæ, non tantum brevis huius & tempore peritura, sed etiam sempiternæ. Hoc enim declarat dictio illa immortalitatis, quam adicit. Archetypi expressio, id est, similitudo, signaculum, ac velut expressa effigies Dei. Εικων autem dicitur à verbo εικω & i. exprimere, & quasi haurire formā. Forma autem, cum de diuinitate agitur, naturā significat. Immotū illud signaculum. i. quod non alteratur, nec ad aliam formā commutatur. In carminibus autem sigillū motum habens dicitur Filius, hoc est, viuēs. Ita diuersa ratione vtrunque est. Nā quatenus natura firmus & immutabilis est, immotū signaculum dicitur Filius: quatenus autē signaculū illud nequaquam mortuū est, sed viuum, mobile vocabitur. Sigilli autem nomē à Scriptura sumptum est. Hūc enim, inquit, Pater signauit Deus. Per omnia similis imago. Filius Patris imago dicitur, quia ex Patre est: non autem contra Pater ex ipſo. Hæc enim est imaginis natura, ut sit exemplaris imitatio. Cæterum hīc luculētius se res habet. Etenim in imaginibus artefactis, imago motu caret, cum exemplar vita sit præditū, ac moueatur. At hīc imago & viuū est archetypi, & viuā ipsa, longèq; maiorem similitudinem habet, quā sit ea, qua Seth Adamum refert, vel qua quidquid gignitur, id à quo generatur, exprimit. Ea enim est simplicium natura, ut non partim similia sint, partim dissimilia, sed totū totius figura sit, atque identitatis potius quam similitudinis rationem habeat.

Causa incarnationis Verbi.

B. Virgo animo & carne à Spiritu purgata.

Sap. 2.

Ioan. 1.

Hebr. 1.

1. Ioan. 4.

Psal. 109.

Cap. 1.

Ioan. 8.

Cap. 22.

Psal. 35.

Ioan. 14.

Ioan. 6.

Patris terminus et sermo, hoc modo Filius appellatur, ut Patrem ostendens ac definiens, hominibusque conspicuum reddens, quod Pater sit, atque etiam quia citra ullum affectum ac profluxionem ab eo genitus est, quemadmodum ex mente sermo. Sic enim se habet ad Patrem Filius, quemadmodum sermo ad mentem, non solum ob generationem omni affectu vacantem, sed etiam propter connexionem. Neque enim à Patre Filius separari potest, quemadmodum nec sermo à mente. Tum etiam ita propter vim enunciatiuam vocari potest. Nam ut sermo parentem suam mentem profert atque enunciat, ita Filius Patrem. Possunt etiam hæc duo *ὁ παρ' εὐ* et *ὁ λόγος* pro eodem accipi: quandoquidem et definitio *ὁ λόγος* dicitur, ut cum ita loquimur, Definitio hominis est, animal ratione præditum, et mortale. Quam igitur rationem habet definitio ad definitum, eandem Filius ad Patrem. Ipsum enim declarat, quemadmodum definitio, id quod ab ea definitur. Quamobrem etiam Christus dicebat, *Qui me intellexit* (hoc enim significat, *Qui vidit me*) Patrem quoque intellexit. Paterna siquidem naturæ compendiosa demonstratio est Filius. Omnis enim proles parentis sui tacita est ratio siue definitio. Hic igitur Dei Filius ad suam imaginem, hoc est, ad hominem, quem ad imaginem suam creauit, accedit, ac propter carnem humanam, carnem assumit, et propter animam, quam diuina insufflatione acceptam homo caligine obduxerat et labefactauerat, rationalem et intellectualem animam accipit, ut sic per carnem assumptam, ad carnem peccati sordibus inquinatam repurget, per animam autem, eiusdem animam, atque ita totus toti mihi salutem afferat, quoadquidem totus Adam lapsus est. Hæc autem ait Gregorius aduersus Apollinarij hæresim depugnans, qui Christum carnem et mente et anima vacuum habuisse affirmabat: quod diuinitatem pro mente atque anima sufficere existimaret. Eodem quoque pertinent quæ sequuntur. Per omnia enim, inquit, homo plenus ac perfectus efficitur, dumtaxat excepto peccato. Peccatum enim non à natura, sed à voluntate originem habet. Quamobrem naturalia omnia suscipiens Dominus, peccatum ut à natura alienum non accepit. Ait enim Apostolus, Habemus Pontificem tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Quoniam autem modo peccato solo excepto plenus ac perfectus homo fit? Nimirum quia et humana conditione sublimior illi fuit conceptio, utpote seminis expers, et natiuitas, ut corruptionis nescia. Neque enim soluta sunt virginitatis signacula: quandoquidem generatio pro corruptionem progrediens peccato accepta referenda est, quemadmodum ait Dauid: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea. Post transgressionem enim Adam libidinis æstro concitus uxorem suam Eua cognouit, eaque concepit ac peperit. Sic peccatum conceptionis causa est, conceptio natiuitatis, atque ita utraque sub peccato est. Quoniam autem natiuitatem, quemadmodum et beneficentiam erga genus humanum, præstantem et admirabilem esse oportebat, ex puella virgine nascitur, ut quatenus nascitur, nuptias ac generationem honoret (Honorable enim connubium et thorus immaculatus) quatenus autem ex virgine, virginitatem præferat, ut matrimonio excellentiorem. Conceptus est igitur, hoc est, in virginis prægnantis utero gestatus, quæ quidem per Spiritus sancti superuentionem tam animo quam corpore præpurata erat. Per ipsum enim ab eo peccato expurgata est, quod ex natiuitate secum trahebat, nimirum à primo parente profluxum, atque ad vniuersum ipsius genus fuissem et propagatum. Sic enim Augustinus eam allocutus est, Spiritus sanctus superuenit in te, et virtus altissimi obumbrabit te. Verum ut ad rem redeamus, virgineo quidem utero gestatus est Dominus, prodiit autem ac progignatus est cum carne assumpta, vnus existens ex duabus naturis, carne nimirum et spiritu, id est, diuinitate et humanitate, contrariis quidem inter se, hoc est, diuersis (quatenus altera pars diuina erat natura, altera humana) in vna Dei personam concurrentibus. Nam propter hypostaticam duarum harum naturarum vnionem, vnus cum humanitate assumpta Christus natus est, non quidem vnus natura existens, sed coitione et concursu duarum naturarum in vnam hypostasim. In ea enim Verbi Dei persona, quæ prius erat, animata ipsius caro creata eandem hypostasim habuit, ac partes illæ congressæ atque coniunctæ post eiusmodi concursionem indiuisibiles manserunt: non quod animo et cogitatione earumque diuersitate separari nequeant, sed quod re et actu nullo modo discerni ac diuidi possint. Vnus enim ex duabus naturis natus est: quarum altera nempe diuina humanam diuinitate donauit: altera autem, hoc est, humana, diuinitatem à diuina accepit. Cum autem dixisset Gregorius, Deum assumptam carne natum esse, atque eundem cum assumpta humanitate natum, Filium vnus esse non duos, admiratione correptus ac velut stupore percussus addubitat, vtrum concurrentes hæc naturæ temperatæ sint, an potius commixtæ. Nam si temperatæ sunt, confusas quoque eas esse necesse est: sic enim fert natura earum rerum, quæ temperantur, ut vini et aquæ: si autem solum commixtæ sunt, necessario sequitur, eas etiam aliquando actu diuidi. Hæc enim eorum, quæ inter se miscentur, natura est, ut tritici et hordei. Atqui neque confusæ sunt, et tamen semel congressæ indiuisibiles manserunt, differentiam suam etiam post coitionem ac concursionem seruantes. Proinde noua et planè stupenda fuit illa in vno Christo temperatio, duarumque inter se pugnantium naturarum commixtio. Quocirca cum Theologus non posset, vel mixturam solum dicere, vel simpliciter temperationem, utraque voce necessario vsus est, idque cum additione. Alteram enim nouam dixit, alteram admirandam. Hic enim mixtio confusionem nescit, nec tamen diuisioni subest: quod profecto mirandum est. Utraque igitur vtrique adiuncta mixtio, nempe et temperatio perfectam numerisque omnibus absolutam doctrinæ explicationem seruat. Nunc quæ sequuntur excutiamus. Qui est, sit, et c. Diuersis modis id quod est, fieri dicitur. Primum, cum corrupta præexistente substantia aliud quiddam ex ea factum est. Quæ significatione ouum auem fieri dicimus, et lac caseum, et lutum testam, et arenam vitrum. Altero modo, cum incolumi et immutata manente substantia præexistente per accidens aliquid præterea efficitur: quo sensu diximus ex ære statuam factam esse. Salua enim et incolumi manente substantia æris forma insuper accessit: sic etiā hominem iustum et sanctum factum esse dicimus.

Ioan. 14.

Hebr. 4.

Hebr. 13.

dicimus. Tertio modo, cum præiacente substantia integra manente, alia substantia insuper assumitur: iuxta quam significationem armatum factum esse militem dicimus. Atque in hoc tertio significato verba hæc intelligenda sunt, *Qui est, sit*. Cum enim esset Deus, homo etiam factus est, ac militis more carnem induens naturæ nostræ hostem oppressit. Porro hæc verba, *Qui est, sit*, et increatus creatur, ea figura proferuntur, quæ propter hypostaticam identitatem mutuamque alterius in alteram transitum utraque natura alteri proprietates suas communicat. Quæ ratione nobis de Christo ad hunc modum loqui licet. Hic Deus noster in terrâ visus est. Et, hic homo increatus est, et ab affectibus alienus, atque incomprehensibilis: quemadmodum hoc quoque loco dixit Theologus, *Qui est, sit*, et creationis expers creatur. Enimvero eum, qui est, fieri: et cum; qui increatus est, creari tamen mirabile est, non tamen id secundum mutationem accipiendum est, verum secundum assumptionem. Nam id quod erat manens, id quod non erat assumpsit. Quod autem inquit eum qui nullo loco capi ac contineri potest, contineri, hoc vero ita arcanum est et difficile, ut nulli ratione explicari queat, nec aliud quicquam dici potest, quam quod ob excellentem potentiam magnitudinem, hoc perfectum est. Atque etiam modum huius comprehensionis exponit. Anima enim, inquit, inter diuinitatem corporisque crassitiam media intercescit, hoc est, interposita anima Deus cum carne iunctus est. Anima enim propter imaginis dignitatem atque intelligendi vim Deo coniunctior est. Ac proinde hæc prima, ut mater iæ expers, diuinitatis particeps facta est, ac per eam etiam caro. Neque enim fieri aliter potest, quin quod hypostatica vnione coniunctum est, diuinitatis gloria sit particeps. Ita media interiecta erat anima inter diuinitatem et carnem, ac per eam cum ipsa quoque carne vnita est diuinitas. Crassitie autem vocabulum adiunxit Gregorius, ut ineffabilem Dei humilitatem ac deiectionem ostenderet, qui tanto amore homines complexus est, ut eorum causa cum materia coniungi non dubitauerit. Qui locupletes alios facit, eget, non quantum ad pecunias, sed quantum ad carnem humanam. Pauper enim caro est, ut multis rebus ad sui conseruationem opus habens. Contra diues est diuinitas, ut nulla omnino re indigens. Hæc autem verba ex secunda ad Corinthios Epistola mutuatus est, in qua sic scriptum est. Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quia propter vos egenus factus est, cum diues esset, ut vos eius paupertate diceretis. Atque hæc quidem ex illo loco sumptis. Ipse autem adiunxit, atque exposuit quæ sint hæc diuitiæ, quas consecuti fuimus, nimirum diuinitas. Qui plenus est, ut Deus, euacuatur, utpote homo factus. Inanitionem autem vocat submissionem illam diuinæ gloriæ, ac sublimitatis abiectionem. Exinanitus autem esse dicitur, ut ante inanitionem in natura sua plenitudinem habens, quatenus Deus consideratur. Hæc verò omnia non mutationis, sed assumptæ humanitatis ratione intelligenda sunt. Quod enim erat, et quæ habebat, propter instaurationis generis humani consilium, occultans, ea quæ non erat, nec habebat, assumpsit: ut perfectionis illius ipse particeps fieret, nimirum Deus quoque factus. Porro inanitionis nomen ex Pauli ad Philipp. Epistola sumptum est, ubi sic de Christo scribitur, Seipsum exinanivit formam serui accipiens. Plenitudinis autem nomen ex Ioannis Euangelio, de plenitudine enim ipsius, inquit, nos omnes accepimus. Erat autem summæ potentie argumentum illa inanitio. Eximia enim atque exuberantis cuiusdam potentie erat excelsio illi, tantopere humiliari potuisse. Quocirca cum admiratione hæc connectit Theologus dicens, Quenam hæc diuinæ bonitatis diuinitas, et copie bonitatis Dei? Quodnam me circumstat mysterium? arcanum et occultum. Quasi diceret, Quid sibi vult Deus, quod carnem meam accipit? Postea dubium illud, quod cum admiratione extulerat, soluit, atque ait, Imaginem accipi, nec eam sartam tectamque habui, verum per peccatum labefactam. Ob hanc causam Christus videns, quidquid de suo in meo corpore collocarat, id totum à pernicioso peccato deleri, carnis meæ sit particeps, ut supplens id quod mihi deerat, imaginem, id est, animæ dignitatem incoluem tuetur, ac per suam à mortuis resurrectionem carni immortalitatem afferat. Quinetiam præsens hoc consortium, quo nobiscum, propter hypostaticam vnionem iungitur, priori illo admirabilius est et sublimius. Tum enim vnio ratione imaginis erat: nunc autem ratione hypostasis. Adhæc deiformis tunc quidem per imaginis consortium homo efficiebatur: nunc autem per vnionem hypostaticam non deiformis solum, sed etiam Deus: quemadmodum noster idem author alio loco de humanitatis assumptione loquens, ait, Audenter quoque dico τω Θεῷ condeum.

PSELLVS. Patris terminus et ratio. Gr. *ὁ παρ' εὐ* et *ὁ λόγος*. Diuinus hic doctor in omnibus Aristotelis et Platonis operibus accuratissime versatus, nunc hoc nunc alio modo de iisdem rebus differit. Quoniam enim illi nunc causam effecti ratione esse aiunt, nunc contra effectum cause, ad quam vult sententiam, et prout animi sensa cum oratione congruunt, eorum philosophia abutitur. Ne longius eamus, et vlato, et Aristoteles, et magnus Iamblichus animæ rationem esse censent eam vim, qua per se mouetur. Nec tamen illa vis animæ causa est, verum anima potius vis illius, qua per se agitur. Causam porro intelligo non ut separatam, sed ut simul existentem. Mens enim motu caret: corpus autem aliunde mouetur. Proinde inter hæc contraria medium quiddam interuenire necesse erat. Id igitur est anima, cuius ratio vis illa est, qua suo motu causetur. In iis igitur in quibus *ὁ λόγος* rationem significat, illis et causa est, et ratio eorum, quorum causa est. Exempli causa, Ceruo ea causa est, cur diutissime viuat, quia felle caret, aquila item siccitas. In iis autem in quibus *ὁ λόγος* non causam, sed naturæ connexionem significat, in his effectum quidem illud est, id autem, cum quo est, nullam causam agnoscit. Quocirca Patris *ὁ λόγος* est Filius, non ut illius causa, sed ut eiusdem cum Patre naturæ. Hoc autem inter terminum seu definitionem et rationem interest, quod definitio id, quod definitur, terminat, nec fieri potest, ut definitio id quod simul cum ea terminatur, superet: at *ὁ λόγος* connexionis non terminationis significationem habet. Quid igitur, dicit aliquis, Paternæ Filio terminatus est, si quidem Filius ipsius est terminus, adeo ut paternæ naturæ Filij naturæ conclusa ac circum-

2. Cor. 8.

Phil. 2.

Ioan. 1.

cunscripta sit? Ita proculdubio. *Quoniam enim paternæ essentia nullus omnino sit terminus, quemadmodum nec duarum aliarum personarum: appellationis tamen Patris terminus est Filius. Cum enim hæc nomina eorum classe sint, quæ ad aliquid referuntur, mutuo se terminant: idcirco Patri quoque terminus est Filius. Pater siquidem Filij pater est, atque is, qui paternum nomen audiuit, vna etiam Filium animo & cogitatione complexus est, eamque relationem, qua Pater Filium respicit, simul absoluit. At in demonstrationibus & argumentis terminus haudquaquam eandem animi conceptionem suggerit, verum quemadmodum in illis longè diuersus est λόγος ab eo, de quo hic agitur: ita etiam termini valde dissimiles. Illic enim terminus effecti sui causa dicitur, quoniam quisquis effectum definire parat, causam ipsam protinus ad eius definitionem assumit. Quoniam enim omnia argumentis confirmantur, argumenti autem fundamentum est terminus, idcirco causæ effectorum suorum termini sunt. Quo in genere illud est, quod congelationem & spissitudinem coaguli terminum & rationem esse, itémque foliorum latitudinem rationem esse vineæ, cur folia amittat, inquit Aristoteles, atque in vniuersum causas effectorum suorum rationes ac terminos esse pronunciat.*

* Animi sensu cum oratione congruunt. Gr. καὶ αὐτὸς λόγος ἐστὶ τὸ νόημα. Ego tamen hic mendum esse suspicor, ac legendum τὸ λόγος ὄνομα, vt velut Psellus, Gregorium in eo sensu, qui illi commodior atque congruentior videatur, τὸ λόγος nomen accipere. Billius.

Sed quid hæc ad rem? (dicitur est fortasse quispiam ex his, qui erga huius festi solennitatem acriori amoris affectu feruntur) stimula equum ad carceres, ac de his, quæ huius festi sunt, & ob quæ hic confidemus, orationem ad nos habe. Ita verò faciam, etsi paulò altius exorsus sum, sic nimirum & ratione & amore perpellentibus. Nec verò abs re, vt opinor, fuerit studiosis & honestate præditis hominibus de nomine ipso Paschæ quædam præfari. Id enim non contemnendum additamentum auditoribus fuerit. Hoc Pascha, hoc, inquam, magnum & venerandum Pascha ab Hebræis iuxta eorum linguam nominatur: quæ vox transitum sonat, historica quidem ratione propter Israëliitarum ex Aegypto in Chananæam regionem fugam & migrationem: sin autem spirituales sensum spectemus, propter nostram ex his inferioribus ad superiora, atque ad promissionis terram progressionem & ascensum. Quod verò in permultis Scripturæ locis accidisse comperimus, vt nomina quædam ab obscuriori sensu ad apertiore, atque à duriori sono ad elegantiore honestiorémque immutata sint, idem hic quoque contigisse animaduertimus. Quidam enim salutiferæ passionis nomen hoc esse arbitrati, ac deinde per literæ φ in π, & κ in χ mutationem hanc vocem ad linguam Græcā accommodantes, hunc diem Pascha nominarunt. Atque hæc vox postea consuetudine atque vsu confirmata est, multitudine videlicet hoc verbum, vt magis pium, calculo suo comprobante.

NICET. Postquam de diuinitate satis copiosè disseruit Theologus, cum de immensa & incomprehensibili Dei natura tractaret: atque etiam de naturalium rerum ratione disputauit, cum de intellectu & sensibili mundo verba faceret: multaque etiam de homine dixit, nimirum quo modo manu Dei creatus sit, paradisi deliciis cumulatus sit, primam legem acceperit, quaque pœna ob perfractum & violatum mandatum multatus fuerit, quòdque præterea res ipsius eo statu eissent, vt magno quodam auxilio opus haberet, quòdque ob eam causam omnis Saluatoris nostri dispensatio humanitatisque assumptio contigisset quandoquidè pars illius Resurrectio quoque erat, ob quam Paschæ festum celebramus, & de cuius laudibus hanc orationem Theologus instituerat, post diuinitatis & naturæ atque incarnationis disputationem rectè iam atque ordine ad propositum argumentum accedit: atque inducit quendam erga hoc festum ardentiori studio affectum, ac de eo solum & loqui & audire cupientem, ac propterea his verbis vtentem. Quod tandem horum verborum operæ precium est? quin tu has ambagis mittis, ac iuxta vetus adagium, quo ij notantur, qui longius, quàm decet, euagantur, equum circa carceres stimulas? id est, intra flexum & curriculum subditiis calcariibus concitas, ac per gyrum cursitare desinis? Ad institutam materiam orationem transfer, ac nobis huius festi mysteria enarra. Idcirco enim hic sedemus, vt ea ex te audiamus. Hæc sub aliena persona prolocutus ita se facturum pollicetur, tametsi à proposito argumento orationem auspicatus non sit, sed paulò altiùs exordium duxerit, hoc est, à diuinitatis philosophiæque naturalis pertractatione. Nam vt alius initium dicendi sumerem, inquit, me coegerunt tum amor, tum ratio. Amor quidem, quoniam Dei meminisse amabile mihi est ac dulce, & iucundum. Caput enim & summa festi memoria Dei est. Ratio autem, quoniã ea rerum à principio gestarum narrationem ordinemque postulat. Etenim ob Saluatoris Resurrectionem Pascha celebramus. Saluator autem iuxta humanitatem mortuus est: homo porrò factus est propter hominem, quem ipse ad imaginem suam condiderat. Quare creatoris Dei que primùm ac deinde creaturarum in quarum numero homo etiam erat, mentionem à nobis fieri oportebat, tum mysterij assumptæ humanitatis, atque ita demum ad ea, quæ festi propria sunt, venire. Nec verò alienum ab hoc tempore fuerit, quid Paschæ nomen significet, explicare. Nec enim superuacaneum erit hoc additamentum orationi nostræ adiectum, sed elegans atque vtile. Hoc igitur Hebræi sua lingua Pascha nominant: quod, si interpretaris, transitum sonat: iuxta historicum quidem

Pascha quid significet.

dem sensum, quia ipsi ex Aegyptiaca seruitute in libertatem vindicati in Palestinam, hoc est, Hierusalem transferunt. (Hanc enim Chananæam Theologus vocat, quod in ea Chananæi prius habitarent) iuxta allegoricum autem sensum, quoniam nos quoque de vitio ad virtutem demigramus, atque à terrenis rebus ad supernas, regnumque celeste, quod nobis Deus, vt Palestinam quòdam Hebræis, pollicitus est. Atque ea est huius nominis significatio. Quidam autem πῶς τὸ πῶς id est, ab eo quòd Christus propter nos passus sit, hoc festum Pascha appellatum esse existimantes, hanc vocem inueterunt, & literam aspiratam in tenuem π, ac rursus literam κ in χ mutantes. Ac postea consuetudo peruincens, hanc vocem vt sanctiorem corroborauit, antiquata atque abrogata priori dictione.

Enimvero legem totam futurorum, atque eorum quæ animo & ratione intelliguntur umbram fuisse diuinus Apostolus ante nos pronunciauit. Ac Deus etiã qui Mosi ante eum oracula edidit, cum de his rebus leges illi præscriberet, Vide, inquit, vt omnia facias secundum exemplar, quod tibi in monte ostensum est, ea nimirum quæ aspectu sentiuntur, quasi adumbrationem quandam, & præsculpturam earum rerum, quæ oculorum sensum fugiunt, esse ostendens. Atque illud persuasum habeo nihil temere, nec incòsideratè, nihil humiliter atque abiectè, nihil denique Deo legislatore ac ministro Mosè parum dignum indictum atque constitutum esse: tametsi difficile factu sit, vt suam cuique umbræ ac figuræ allegoriam excogitemus, subtiliter ad ea omnia descendentes, quæ tum de arca ipsa, & modo, & materia, & Leuitis ac ministris eam gestantibus, tum etiam de sacrificiis & lustrationibus atque oblationibus lege sancita sunt: quæ quidem iis solis conspicua sunt, qui virtutibus Mosem referunt, vel ad eius eruditionem proximè accedunt.

NICETAS. Allegoricè huius festi mysteria explicaturus, in genere loquitur, atque nõ modò illas veteris Testamenti de Paschæ festo leges futurorum adumbrationem fuisse, sed vniuersam quoque legem umbræ rationem habere. Apostolus enim de legalibus sacerdotibus loquens, exemplari atque umbræ eos deseruire inquit, ac rursus legem futurorum bonorum umbram, non autem ipsam rerum imaginem habuisse testatur. Quin ipse quoque Deus, cum de his rebus leges diceret, Mosem alloquens, legales ceremonias figuræ nominabat. Facies enim omnia, inquit, iuxta figuram tibi in monte ostensam. Nec verò frustra posita sunt hæc aduerbia, temere, incòsideratè, abiectè. Temere enim sit, quod frustra & sine vlla vtilitate sit. Incòsideratè autem, quod sine vlla iusta causa. Abiectè denique, quod humiliter & exiliter ac sordidè. Nihil igitur temere, nec incòsideratè, nec abiectè indictum atque imperatum est. Quandoquidem & qui hæc indixit, sapientia ipsa est, & minister sapientia instructus: tametsi congruentem vnicuique umbræ ac figuræ speculationem excogitare nequeamus, id est expositionem atque allegoriam. Quis enim cõttemplari atque explicare queat, quare arca & figura extrui Deus præceperit, atque ex tali materia, tali mensura: quidque hoc sibi velit, quòd à Leuitis, id est sacerdotibus, qui sacerdotali & legali cultui, ac religioni ministrabant, ipsa gestaretur: quid item sacrificia & purgationes atque oblationes significent: vorro per sacrificia, omnia, quæ immolari solebãt, intellige, vt oues, boues, vitulos, turtures, columbas. Per purgationes autem, purificationes eas, quæ per sanguinè aut cinerem fiebant, ac pollutos & inquinatos purgabãt: per ἀφαιρέματα denique, partes eas, quæ à victimis extraherentur, quod genus erant pectusculum, dextrum brachium, & fibra hepatis. Nam huiusmodi mysteria iis duntaxat nota sunt, qui virtute Mosem exprimunt, aut non longe ab illius præstantia & eruditione remoti sunt.

Nam in ipso quoque monte Deus hominibus imaginariè conspiciendum se præbet, partim de specula sua ipse descèdens, partim nos ex terrena hac deprehensione in altum euehens, vt à creata quoque natura leuiter saltè, & quatenus tutum est, incomprehensibilis ille concipiatur. Neque enim aliter terreni corporis meritisque vinculis adstrictæ crassities Deum concipere potest, nisi diuinitus adiuuetur. Tunc igitur non eodem statu atque ordine omnes dignos habitos fuisse cõstat, verum hunc alio, illum alio, vnumquenque, vt opinor, pro purgationis suæ modo ac ratione. Quidam etiam prorsus arcebantur, ipsisque solius vocis audiendæ potestas fiebat, nimirum iis, qui belluinis erant moribus, diuinis que mysteriis indigni.

NICETAS. Hic allegoricè expositionis campum ingredi incipit. Anagogicè enim Mosi ad montem ascensum intelligit. Vt enim mons terra superior est, cælo autem longè inferior: eodem modo nos quoque à terrenis & corporeis rebus subuehi necesse est: Deum autem descendere. Verum non quanta subuectio nostra est, tanta quoque Dei depressio est, sed vt à nobis dictum est, secundum proportionem montis & cæli. Quocirca hæc quoque visio Dei in monte designatricem vim habet. Idcirco enim descendit Deus, ac Mosem subuexit, vt discamus, quoties homo Deo coniungitur, partim Deum vt excelsum, atque omnibus rebus superiore descendere non grauari, partim etiam hominem humi atque in rebus abiectis & terrenis prouolui-

Lex vetus futurorum & iniustitiam vmbra.

Quædam conspicua solis imitatoribus Mosi.

Hebr. 10.

Exod. 25.

Sine ope diuina nõ potest Deus concipi.

rum in sublime trahere. Ut incomprehensibilis ille concipiatur, id est, ut is, qui omnia implet paulum à natura creata capi possit. Verbo autem *quasi* usus est, id est, obscure videtur. Nubes enim tantum cernebatur, et caligo, et ignis, et fumus. Deum enim reuera nemo vnquam vidit: quo enim modo videri posset, qui forma caret? Vide autem quàm accuratè atque exactè loquatur Gregorius. Cùm enim dixisset partim Deum descendere, haudquaquam subiunxit, partim nos ascendere, sed partim nos ab eo subuehi. Quibus verbis huius quoque nostri ascensus Deum authorem esse declarat. Scriptum quippe est in Exodo, Et vocauit Dominus Mosè ad verticem montis. Et iterum, Ascende ad me. Nec verò Deo id imbecillitati tribuendum est, quòd totus à nobis capi nequit, verum prouidentia potius. Quatenus enim nobis tutum est, ac possibile, tantum etià concipitur. Quod autem superius imaginationem et conceptionem dixit, idem nunc *deus* vocat, hoc est particularem operum Dei cognitionem. Nec enim secundum naturam suam, sed secundum opera sua et creationem Deus mente adumbratur. Terreni autem huius corporis moles, inquit, mentisque etià nostræ crassities nimirum cum corpore constrictæ, ac proinde corporis crassitie quodammodo impletæ, ne per exiguam quidem Dei cognitionem accipere potest, nisi diuinitus adiuuetur, ac velut manu ducatur, nempe per Dei descensum hominisque subuectionem, quemadmodum olim in monte cõtiguit. Tunc enim haudquaquam eodem loco atque ordine digni habiti sunt, sed diuerso, quatenus, vt opinor purgatam mentem attulissent. Nonnulli etiam omnino expulsi sunt, qui videlicet vitæ turpitudine, et obscenitate pecudes et belluas referebant. Dixit enim ad Mosè Dominus, Ascende ad me tu et Aaron et Nadab et Abiud et septuaginta è senioribus Israel, et adorabunt à longe Dominum, et appropinquabit Mosè solus ad Deum: ipsi autem non appropinquabunt. Et rursus Descendens contestare populum, ne fortè appropinquet, vt me videat, et cadat ex eis multitudo. Et paulò inferius, Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Non tanget illum manus, verum lapidibus obruetur, vel iaculo confodietur, siue homo, siue iumentum, non viuet. Atque hæc in Exodi libro ita habentur. Quod autem Theologus eodem statu atque ordine nequaquam dignos omnes habitos fuisse commemorat. Ordine quidem dicit, quia in adnumeratione primo loco Mosè cõstituit, deinde Aaronem, mox septuaginta seniores. Statu autem ideo dicit, quoniam ascendentes sic steterunt, vt vocati erant. Belluinos autem nominauit, allegoricè, vt opinor, iumentum exponens, de quo eodem Exodi libro fit mentio. Nam quàmquam iumentorum nomine propriè mansueta et domestica animalia significantur, ferarum autem nomine agrestia appellantur: Scriptura tamen plerunque iumeti nomine feras quoque agrestes complectitur, vt psal. 8. Insuper et pecora campi. Perspicue enim constat illic de omnibus quadrupedibus agi. Ac rursus bestie appellatione mansueta quoque animalia designantur, vt in illo loco, Et effixit Deus de terra omnes bestias agri, et omnia volatilia cæli. Enimvero si exactè loquendum est, belluinos quosdam vocans Gregorius non ad vetus instrumentum, sed ad Diuum Paulum mihi respexisse videtur, sic ad Hebræos scribentem, Etiam si bestia tetigerit montem lapidibus obruetur: quod quidem in veteri Testamento ad verbum expressum non inuenitur. Nisi quis forte dixerit Apostolum hæc verba audientem, Etiam si iumentum in montem ascenderit, non viuet, iumentum nomine belluas quoque intellexisse. Caterum illud sciendum est, quòd, quoniam in nobis duplices affectus sunt, ira videlicet et cupiditas, ideo à diuina contemplatione submouebantur, tum ij qui ferarum ritu agrestibus et iracundis moribus præditi erant, tum qui pecudum more in terram pastus gratia prouoluti erant, ac turpiter et fæde cupiditatibus seruebant.

Nos tamen media quadam via incedentes inter eos, qui crassiore sunt ingenio, et eos, qui allegorica speculatione, abstrusioribusque et sublimioribus sensibus impensè delectantur, vt nec prorsus inertes ac torpidi maneamus, nec rursus curiosiores simus, quam par sit, atque à proposito argumento excidamus & euaagemur (* alterum enim Iudaicum atque abiectum est, alterum ineptum ac somniorum interprete dignum, parique vtrunque reprehensione dignum) ad hunc modum de his rebus, pro virium nostrarum facultate, non nimis absurdè nec ridiculè differemus.

NICETAS. Quandoquidem virtus in mediocritate, excessus autem et defectus in vitio positi sunt, propterea Gregorius allegoriam ingressurus facturum se pollicetur, vt media quadam via ingrediatur, id est ea tantum ad allegoriam accipiat, quæ eam admittunt: reliqua autem eo sensu intelligenda relinquat, quem litera promptè offert. Omnia enim, quæ veteri lege continentur, corporaliter tantum ac secundum literalem et dilucidum sensum interpretari, crassorum et stupidorum hominum, atque ad contemplationem prorsus inertium atque torpentium, Iudæisque simulum. Illi enim vniuersam legem iuxta literam intelligunt, nec spiritali sensu quicquam accipiunt. Contra omnia vel minutissima quæque allegoricè exponere, curiosi est ingenij, atque in anagogicæ ratione nec modum nec mediocritatem tenentis. Idque sanè ridiculum est, ac planè somniorum coniectore dignum. Omnia etenim somnia in signis atque vmbis consistunt. Quicunque igitur omnia ad anagogicum sensum referunt, somnia interpretari videntur. Porro literæ mordicus adherere, nec vnquam sublimius assurgere, defectus est: è diuerso omnia ad allegoriam transferre, excessus, atque vtrunque vitiosum. At in ea re decorum seruare, mediocritas est et virtus, neque id absurdum est, vt literalis sensus pertinax amplexus, nec ridiculum, vt somniatrix illa cunctæ allegoricè explicandi ratio.

* Aug. lib. 17. de Ciuit. Dei cap. 3. Mihi sicut multum videntur errare qui nullas res gestas in eo genere literarum (scilicet sacrarum) aliquid aliud præter id quòd eo modo geste sunt, significare arbitrantur: ita multum

I. IOAN. 4.
 Cap. 19. 24.
 Exod. 24.
 Exod. 19.
 Gen. 1.
 Hebr. 12.

Mediocritas in allegorici tenenda.

multum audere qui prorsus ibi omnia significationibus allegoricis inuoluta esse contendunt. Quandoquidè enim nos ab initio per peccatū lapsos, furtimque à voluptate ad idololatriam vsque, nefarium que sanguinem pertractos, propter viscera misericordie Dei Patris nostri, tanti manus suæ opificij, hoc est hominis iacturam facere non sustinentis, reuocari, atque in veterem statum restitui oportebat, hanc in eo instaurando rationem initam esse existimamus, vt acriore atque asperiore medicina reiecta (vt quæ non modo fidem factura non esset, sed propter contractum temporis diuturnitate tumorem fortasse etiam morbum exulceratura) leni ac benigno medicamēti genere ipsius resipiscentia procuraretur (neque enim plantam incuruam subitam inflexionem ferre, manusque erigentis violentiam: sic enim potius fore, vt lædatur atque infringatur, quàm vt erigatur, nec equum præferocem ac iam ætate aliquantò prouectiorem freni tyrannidem perferre, nisi blanda quadam & adlabunda contrectatione mulceatur.) Propterea nobis adiumenti loco lex datur, velut maceria quædam inter Deum atque idola interiecta, ab his quidem nos abducens, ad illum autem reuocans. Ac paulum quiddam primò indulget, vt maius accipiat. Sacrificia ad tempus concedit, vt Deum in nobis inserat. ac postea, cùm commodum fuerit, ipsa quoque sacrificia abroget, mira sapientia per tacitas subtractiones animos nostros sensim immutans, atque ad Euangelium traducens iam ad obediendum exercitatos & assuefactos.

Originale peccatum.

Lex velut maceria inter Deum et idola.

NICETAS. Difficilis et obscura huius loci videtur esse sententia, quia longis hyperbatis concisa est hæc periodus. Hunc autem sensum habet. Existimamus, inquit, vsque ad idololatriam prolapsi eramus, atque excitari nos erigique oportebat, idcirco nobis veterem legem datam esse, cùm alia permulta præcepta, quæ nos ab idolorum cultu abducebant, complectentem, tum ea etiam, quæ ad sacrificiorum rationem pertinebant. Atque huiusmodi sensus est. Nunc singula excutiamus. Per peccatum, inquit, iam inde à principio corruimus, id est, ex quo tempore primus parens prolapsus est, ac per voluptatem decepti atque in fraudè impulsus sumus, non per primam illam solam (scriptum est enim, quòd bonum erat lignum ad vescendum, et gratum oculis ad videndum, et pulchrum ad intelligendum) sed eam etiam, qua peccatum omne perfusum est. Voluptas enim peccatum omne antecedit, nõsque ludificatur, et in fraudem inducit, ac velut pisces inescat. Et quidem ita miserè circunuenti sumus, vt ad idololatriæ crimen proruerimus, atque ad nefarios cruores, qui nefarij dicuntur, quòd nefariè et sceleratè demonibus offerantur: vel etiam nefarios eos vocat propter homines sacrificij causa mactatos. Immolauerunt enim, inquit, filios et filias suas demoniis. His igitur malis affectos reuocari nos à Deo oportebat, vt pote à recta via aberrantes, atque in antiquum statum restitui, hoc est, ad Dei cognitionem ante idololatriam in animis nostris lucentem, et quidem restitui, non propter opera nostra: nec enim vlla habebamus, sed iuxta illam apud Lucam Zachariæ prophetiam, propter viscera misericordie Dei nostri, tanti manus suæ opificij iacturam facere non sustinentis. Tantum autem dixit non quantitate, sed qualitate. Magna enim res, inquit, homo, ac præclara et eximia res, vir. Quem sublimioris etiam sapientie specimen vocauit, et magnum mundum in paruò: idque non ea tantum ratione, quia ea omnia habet, quæ sensibilis hic mundus, ac præterea ratione instructus est: verum etiam quia mundus propter ipsum conditus est. Quod autem alicuius causa factum est, inferius est eo, propter quod factum est. Homo autem diuina manu effectus est, iuxta id quod scriptum habetur, Manus tuæ fecerunt me, et plasm uerunt me. Quo loco manus, vt Deo dignum est, intelligenda sunt, nimirum pro fabricatione Dei. Quoniam igitur instaurari, atque ab errore reuocari hominem oportebat, quo tandem modo id fieri decebat? prudenter certè et prouidè. Nam quemadmodum medicus vulnus abstergere aut alio modo purgare cupiens, si asperius manû admoueat, non modò non purgabit, sed etiam dolorem auget atque exulcerabit: sic etiam animam vulneribus oppressam, nisi quis scite et leniter atrectauerit, non modò nihil eam iuuerit, sed insuper etiam læserit, ac pernicaciorem effecerit. Proinde violentior medicina repudianda ac reicienda erat, vt pote quæ non solum homines non flexisset, sed nouo etiam vulnere affecisset, ac sceleratè uiuentibus ad peccandum impudentiam addidisset. Propter contractum temporis diuturnitate tumorem, id est, propter inueteratam peccandi consuetudinem in naturam conuersam. Consuetudo enim atque habitus propemodum naturæ vim habet. Quocirca ad vitæ correctionem moderatiore quadam vitæ ratione reuocandus erat: quæ quidem non subitam sanitatem efflagitat, verum sensim ac paulatim egrotum ad eam reducit. Nam intortus quoque ramus subitam ab obliquitate in rectum inflexionem haudquaquam sustinuerit. Quin potius, si quis repentè eum in rectitudinem per vim reducere adnixus fuerit, citius ipsum perfrerit, quàm direxerit. Quinetiam equus ferox et indomitus miræ quæ magnitudinis, atque ætatis ardore insolens haudquaquam frenum admisit, nisi poppysinis demulceatur. Poppysinus autem equinæ permulsonis genus est. Quod nomen per onomatopæiam ductum est ab eo sono, quod ex equisonum ore manat, cùm equos adlabundo contactu delinire student. Ac proinde, id est, quoniam asperitate posthabita leniorem ac molliorem curandi hominis rationem eligi conueniebat, lex nobis in auxilium, vt Esaiæ verbis vtar, data est. Facilis enim et blanda est legis curatio, leniter nos ab errore abducens, atque ad veritatem reducentis. Ac nobis muri cuiusdam macerie vicem

Gen. 3.

Psal. 105.

Luc. 1.

C
 D
 E

præbet. Quemadmodum enim maceria impedimento est, quominus qui intra eam sunt, cum externis iungantur: sic etiam lex septimum quoddam erat inter Deum atque idola interiectum: atque ab idolis quidem nos abducebat, ad Deum autem reducebat. Ac mihi, quæso, Dei consilium ac providentiam cōsidera. Quoniam enim nos & bruta animantia sacrificabamus, idque idolis, quanquam sacrificia ipsa tollere atque abrogare vellet Deus, sese que nobis, ut integram sanitatem consequeremur, cognoscendum præbere: tamen subitam mutationem egre admitti cognoscens, ad infirmitatem nostram se demisit, ac duobus malis propositis, altero quidem graviore, nempe Dei ignorantia, altero autem leuiore, nimirum cruentis sacrificiis, id quod leuius erat, hoc est sacrificia infirmitati nostræ concessit, ut quod maius erat, acciperet, hoc est, ut ipsum verum Deum cognoscere-mus, ac postea commodo tempore sacrificia quoque ipsa tolleret, atque id adorationis genus, quod in spiritu & veritate consistit, introduceret. Proinde nequaquam omnia, quæ volebat, simul constituit, sed sapienter atque industriè per subtractiones paulatim factas nos immutauit. Idolorum enim cultum prius sustulerat, ac sacrificia quoque ipsa sublaturus erat, atque à sacrificiorum nidore ac sanguine ad incruentum sacrificium cultumque rationalem & Euangelicum animos nostros traducturus. Quando autem id facturus? nimirum cum nos ad obedientiam satis assuesfactos exercitatosque, atque iam rectè ac præclare mandato eo, quod acceperamus, perfunctos inuenisset. Quidnam autem illud? nimirum perfectum idolorum contemptum, postquam victimas etiam, quæ ex legis præscripto offerebantur, aboleri oportebat. Priusquam enim primo præcepto morem gessissemus, superfluum fuisse secundum tradere.

Sic igitur atque his de causis lex scripta introducta est ad Christum nos colligens: atque hæc sacrificiorum est ratio, ut quidem mea fert ratio. Atque ut sapien-tiæ Dei profunditatem, imperuestigabiliūque ipsius iudiciorum diuitias intel-ligas, ne ea quidem mysterij prorsus expertia atque inutilia, & in nudo & simpli-ci sanguine defixa reliquit. Verum magna illa, & quantum ad primam naturam immaculabilis, ut ita loquar, victima legalibus sacrificiis immixta est, illa inquam non exiguæ cuiusdam partis orbis terrarum, nec ad exiguum tempus, sed totius mundi, nec vnquam intermoritura expiatio.

NICETAS. Mosaicam legem scriptam, vocat Theologus ad differentiam legis non scriptæ, quæ Adamo, usque qui ab eo originem duxerunt, diuersis temporibus data est. Vel etiam ad discrimen constituendum inter eam & Euangelium: quod etiam ipsum nullis literis cōsignatum sanctis Apostolis traditum est. De quo etiam Deus per Hieremiam dicebat. Hoc est Testamentum & fœdus quod cum illis feriam dans leges, in mente & in corde eorum inscribam eas. Igitur lex scripta ita est data, ut commemorari, atque ob has causas, quas protuli, hoc est, quia perniciosa erat & periculosa asperitas, lenitas autem vilis, atque ad tractandos animos appositæ. Atque insuper introducta, hoc est, præscripta est lex, ut eius lectione ad creatoris agni-tionem excitaremur. Eodem modo sacrificia propter sacrificantium infirmitatem concessa sunt. His enim as-suesfacti haudquaquam ea statim abicere potuissent. Atque hæc sacrificiorum est ratio, id est, causa, ut quidē mea est ratio, hoc est ut ipse cognosco. Hæc autem figura à Rhetoribus extenuatio dicitur, quæ cognitionis ac doctrine suæ tenuitatem præterdit, tanquam scilicet alius quispiam fortasse sublimiorē causam animo concipere ac proferre queat, quàm sit ea, quam ipse produxit. Atque hæc quidem sacrificia ob has rationes per-missa sunt. Ut autem immensam diuinæ sapientiæ profunditatem intelligas omnia sapienter ac supra homi-num cogitationem facientis, atque ut verberes & luculentas imperuestigabiliū (hoc est, quæ non modò non cognosci, sed ne inquiri quidem possunt) ipsius iudiciorum consiliorumque diuitias cognitis habeas, ne ipsa quidem sacrificia aliquantisper concessa mysterij omnīs expertia reliquit, Gr. & v. es, id est, nihil sacrosanctū ac spirituale & allegoricum habentia: nec inutilia, id est, ad nihil sublimius conferentia vtilitatemque affe-rentia, nec in nudo & simplici sanguine defixa. Nudus autem sanguis dicitur, qui simpliciter & iuxta sen-sum funditur, nec mysterij quicquam abstrusum ac reconditum habet. Quod genus sunt gentiliū sacrificia. Horum enim sanguis nudus tantum erat, quippe qui nec per Spiritum sanctificaretur, nec alterius sacrificij figuram gereret, quin potius fœdus & satanicus atque exitialis. Quod autem sapientiæ profunditatem ait, atque imperuestigabilia iudicia Dei, hoc ab Apostolo sumpsit, qui ad Romanos scribens his verbis utitur, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quàm imperscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Et in Epist. ad Eph. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus euangeliza-re inuestigabiles diuitias Christi. Sed iam ad sacrificia redeamus, ac cum Theologo dicamus, Deum cum hæc permisisset, haudquaquam infrugifera ea reliquisse, verum in his Christi mysteriū velut in figura desolatum atque immixtum fuisse. Figura enim mysteriorum Christi à Scriptura appellata sunt, victimæque illius, quæ magnam & immactabilem Gregorius vocat. In quo animaduertendum est, quod magnam dicit, non autem maiorem, ut comparationem omnem cum altera quadam fugiat. Victimam autem, quod pro mundo casu sit, quantum ad humanitatem: immactabilem denique quantum ad primam naturam, hoc est diuinitatem, quæ nec passa est nec immolata. Prima autem natura diuinitas dicitur, tum ut principium, tum ut aliarum naturarum causa, tum etiam postremò ut humanitate præstantior. Cum autem vnum atque eundem Christum mactatum simul atque immactabilem dixisset, idque ænigmati cuidam simile esse sentiret, subiunxit, Ut ita loquar, his verbis scilicet, quod durius atque audacius dictum videri poterat, emolliēs. Ac mihi quæ-so incomparatas hæc comparationes expende. Primum victimam Christum nominauit, non maiorem, per comparationem,

Ioan. 4.

Christus sa-crificiū pro omnibus obtulit.

Cap. 11.

Cap. 3.

comparationem, sed magnam simpliciter, deinde immactabilem, postea totius orbis terrarum sempiternam expiaticem, non autem parue cuiusdam partis, neque ad certum ac breue aliquod tempus, quemadmodum legalia illa sacrificia, quæ solâ Iudeorum regionē, hoc est, per exiguam orbis particulam lustrabant, atque ad breue quoddam tempus, & certis flagitiis expiandis instituta erant. Deinceps enim aliis aspersioibus at-que expiationibus opus erat.

Quocirca agnus quidem accipitur propter innocentiam veterisque nudita-tis indumentum: talis enim est victima illa pro nobis casu, quæ incorruptionis in-dumentum, ut reuera est, appellatur. Perfectus autem, non modò propter diui-nitatem, qua nihil perfectius, sed etiam propter humanitatem diuinitate delibu-tam, idēque effectam, quod id, à quo peruncta est, atque, ut audaacter loquar, diuinitatis sociam. Masculus rursus, utpote qui pro Adamo potissimum offera-tur, ac firmum illum quidem & robustum, sed tamen primum in peccatum la-psum, firmitate ac robore superet, nihilque omnino muliebre, nihil molle & ef-fœminatam circumferat, verum & virgineis & maternis vinculis, pro potestate ac violenter eruperit, & masculus, ut faustè nunciat Esaias, ex prophetissâ natus sit. Anniculus item, ut sol iustitiæ, vel è cælo progrediens, vel quantum ad partem eam quæ oculis cernitur, circumscriptus & definitus, atque ad seipsum rediens, at-que itē ut benignitatis corona benedicta, omnique ex parte sibi similis & æqua-lis, ac præterea ut virtutum, quæ amicitia ordinisque lege leniter placidēque in-ter se coniunguntur ac commiscuntur, orbem progignens. Immaculatus insuper & incorruptus, ut macularum exterfor, ac vitiorum & sordium à peccato ema-nantium. Quauis enim peccata nostra susceperit, & morbos portauerit, ipse ta-men nihil eorum admisit, quæ curationis indigent. Tentatus est enim per omnia pro similitudine nostra, cæterum absque peccato. Ille enim, qui lucem in tene-bris lucētem persecutus est, eam nequaquam est affecutus.

NICETAS. Quocirca, id est, quia legalibus sacrificiis Christi, magni sacrificij, figura in se ipse erant. Scriptum est enim in Exodo, Accipiat vnusquisque agnum perfectum, masculum, anniculum. Quod autem ait, immaculatum, in Exodo non habetur, sed ex Leuitico sumptum est. Vbi permulta de sacrificiorum ratio-ne leges extant. Igitur ad Christi figuram agnus accipitur, propter simplicitatem atque innocentiam. Neque enim etiam cum ad necem trahitur, vociferatur, nec cum tondetur, clamat. Eodē modo Christus, ut est apud Esaiam, tanquam ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus innocens coram tondente se obmutescit, sic non aperuit os suum. Nec verò propter innocentiam solū agnus assumitur, sed etiam quia quemadmodū ovis ea indumenta, quæ ex lana contextuntur, nobis suppeditat: sic etiam Christus nostræ salutis causa macta-tus indumentum nobis efficitur, & quidem ita efficax, ut immortalitatem afferat, nempe per Baptismum. Illud, autem incorruptionis indumentum, ex Octo-biblo Clementina sumptum est, ubi hæc verba sunt, Ut di-gnos eos habeat lauacro regenerationis, quod incorruptionis indumentum est. Enimuerò perfecta ovis, quod ad reale sensum attinet, ea est, quæ annum vnum expleuit. (Agni siquidem vnus anni spatium in integrum ætatem adolefcunt): allegoricè autem quoniam Christus quoque & perfectus Deus, & perfectus homo est. Nam nec diuinitate quicquam perfectus, utpote à qua perfectio ad alia omnia promanet: diuinitatis porrò signa omnia in Christo elucebāt. Quæ etiam humanitas diuinitate peruncta id facta est, quod ea pars, à qua peruncta est, hoc est diuinitatis socii, non quidem natura, sed diuinitatis consecutione, quemadmodum & ferrum ignitum ignis dicitur non natura, sed inflammatione. Neque enim à propria natura migravit. Rursus etiam pro sensu dominica caro Deus dicitur propter summam vniōnem. Quin ob hanc quoque causam per-fectus est Christus, quia nulla in eo iustitiæ pars desideratur. Ita nanque de seipso loquitur, Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tum sit, inquit, masculus agnus: mas etenim fœmina perfectior, & iam principa-tu dignior. Sic nimirum Christus quoque nature rex est, ut mas fœmina, ac proinde totius humane nature quasi nubilus cuiusdam puellæ solus sponsus est, qui animis nostris cognitionis diuinæ semina in seuit. Præter his etiam causas hanc quoque adducit Gregorius, cur Christus agnus masculus sit, nimirum quia pro Ada-mo potissimum oblatum est. Illud autem potissimum ostendit eum mulieris quoque causa oblatum fuisse, & si potius pro viro, quoniam ipse quoque grauius peccauerat, ut qui & firmiori animo præditus esset, & man-datum acceperat. Firmior itaque muliere Adamus: firmior autem ac robustior Adamo Christus. Ille enim à peccato superatus est: Christus autem peccatum fregit, & profligauit. Quare non abs re pro robusto robustior mactatus est. Quid ita? quoniam, inquit, Adamus primus in peccatum incidit. Atqui mulier prior peccauit? Est quidem ita. Verum quia nature imbecillitas peccatum ipsius leuius reddebat, totum crimen Adamo assi-gnatum est. Atque hæc prima est ratio, cur Christus masculus dicatur. Altera est, quia Christus nihil in se fœ-mineū habet, hoc est molle & solutum ad voluptatem, ac ne tantillum quidem ad vitiosum vllum affectum elanguit. Tertia, quia insignis est Christi potentia: hanc enim violentiam vocat, qua adhibita præter nature leges virginitatis claustra aperuit, virili congressu nequaquam referata. Virginea autem & materna con-iunxit propter rei miraculum. Hæc enim duo nempe virginitas & partus hic concurrerunt. Iam Christum

Christi figu-ra agnus le-galis.

Masculus.

Anniculus.

Immacu-latus.

Cap. 11.

Cap. 3.

Esai. 8.

quoque masculum Esaias nominat, cum ait, Et accessi ad Prophetissam, & concepit, & peperit Filium, ac priusquam partus dolor venisset, effugit, & masculum peperit. Prophetissa enim erat Deipara, utpote de se vaticinata. Ecce enim, inquit, beatam me dicent omnes generationes. Atque erit, inquit, anniculus vel quatum ad tempus, ne ut imperfectus reiciatur, si nondum annum vita tempus expleuerit: vel quia anniuersarium Pasche festum celebraturi erant, id est singulis annis, utpote bona nobis per passionem comparata lucrifacientes. Anniculus etiam agnus ob eam causam assumitur, quia nouus in terra est Dominus, nec vetustatis humane quicquam habens. Quamobrem si quis diuinitatem beneficio & gratia concessam Domino Iesu fuisse, ac non veram esse asserit, ille masculum agnum pro se mactatum non habet. Consimili modo si quis senij ac vetustatis humane quicquam ad Christum refert, hic anniculum non habet. Quinetiam anniculus Christus dicendus est, ut sol iustitiae, iuxta illud Malachiae, Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiae. Quo loco sol Christus dicitur, primum quia spirituales nostros sensus, mundumque omnem intellectualem collustrat. Deinde quia causa est, cur omnia sint & gignant & crescant ac fructum proferant. Tum quia & praesentia sua lucem, & absentia tenebras affert. Adhuc quia tempora efficit, hoc est animae virtutes. Tum quia ad utilitatem omnia dispensat, non secunda tantum & prospera, verum etiam quae acerbata videntur, non secus ac sol hic aspectu sensibilis non veris duntaxat atque aestatis causa est, sed autumnus etiam & hyemis. Et quemadmodum prius lumen conditum est, deinde illa luminis domus, hoc est solis corpus: sic Christus lux illa vera, secundum diuinam suam naturam prius erat, secundum posteriorem autem humanitatis & carnis assumptionem solis corpori comparari potest. Atque ob eas causas sol Christus nominatur: iustitiae autem, ut omnem in seipso tam diuinam quam humanam virtutem complexus vel quia iustitia omnis mortalibus est author, quoniam ad eum referendum est quidquid ab hominibus recte ac cum laude geritur. Est & alia causa, cur Christus sol appelletur, nimirum ut temporum creator, quemadmodum hic quoque sol noster anni effector est. Atque ut hic anno vertente, ad idem punctum, a quo cursum auspiciatus fuerat, reuoluitur: eodem modo Christus a diuina gloria citra egressionem egressus dispensationis suae cursu peracto rursus ad seipsum reuersus est, hoc est ad pristinam gloriam & potentiam. Hinc igitur Christus profectus est, atque huc venit, hoc est ex Patre & caelo, quo confecto salutis nostrae negocio se recepit. Et quemadmodum sol quantum quidem ad lumen atinet, circumscribi non potest, quantum autem ad orbem suum, circumscribitur: sic Christus quantum ad diuinitatem nullo modo circumscribi potest, quantum ad partem visibilem, id est, ad carnem circumscribitur. Atque etiam Christus benedicta corona benignitatis est, iuxta illud Davidicum, Benedices coronae anni benignitatis tuae. A sole quidem annus, ab anno autem corona transsumpta est: quadripartitis enim temporibus circulus anni cinctus est) a corona rursus aequalitas: corona enim propter circulum aequalis est. Corona itaque Christus est, utpote credentium animos exornans atque condecorans. Annus autem benignitatis tempus illud erat, quo Christus bonitate motus Euangelium promulgabat, quemadmodum de eo Esaias inquit, Euangelizare pauperibus misit me, vocare annum Domini acceptabilem Ergo corona omni ex parte sibi aequalis est. Etenim si quis lineam a superna circumferentia ad infernam duxerit, ac rursus transversim idem fecerit, aequalia intervalla reperiet. Similis item sibi corona est, quia omni ex parte similis ipsius figura apparet: vndiquaque enim rotunda cernitur. Proinde & Christus quantum ad humanitatem benignitatis corona dicitur, ut ex omnibus virtutibus constatus, nec vllum bonitatis iustitiaeque finem habens, cuius iustitiae propria est aequalitas, id est, ut nec excedat, nec deficiat. Nam excessus & defectus non a virtute nec a iustitia oriuntur, sed a vitio & iniustitia. Et quemadmodum sol quantitate aequalis est, ut nec augetur nec decrescit, qualitate etiam similis, ut qui nec seipso calidior, nec frigidior fiat: sic diuina illa & immutabilis natura neque secundum quantitatem, neque secundum qualitatem, neque secundum vllam aliam motus speciem mouetur. Proinde & aequalis est Christus, ut nec ad excessum declinans, nec ad defectum, sed omnem virtutis aequalitatem habens, & similis etiam, ut nihil contrarium in seipso ostendens, aut aliis suggerens, verum similia omnia tum faciens, tum docens. Nec verò ob has duntaxat causas sol Christus dicitur, sed etiam ut virtutum circulum progignens. Virtutum enim semina nostris animis insita fouet, atque ad fertilitatem mouet, non secus atque sol sensibilis quatuor anni temporibus vires quasdam inserit, per quas fructus terrae maturefcunt, ac perficiuntur. Illud autem notandum, quod Gregorius non dixit Deum virtutes creare, sed ζωογονεῖν, id est, progignere, vel potius ad vitam producere, ut intelligamus virtutem quidem naturam nobis ineffe, verum per ipsius opem atque auxilium progigni, hoc est impetum quandam ac motum accipere, ac tandem perfici. Idque sane merito. Nam si calor vitae causa est, cum Christus sol nominetur, idem profectò virtutes nobis insitas calefaciens ac confortans, viuas denique atque agitabiles reddit. Atque ut anni tempora leniter inter se commiscuntur, neque enim subito ab vno contrario ad alterum fit mutatio, verum quasi per interventionem ac conciliationem quandam intermedij temporis. Neque enim statim ab aestate ad hyemem transimus, sed per medium autumnum ad vtrumque assuescimus. Sic nec a vere statim ad autumnum fit mutatio (nam haec quoque inter se disident. Illud enim res eas, quae nascuntur, mouet: sic eadem corrumpit ac perimit) verum aestas interiecta ea inter se conciliat, quippe quae ut motus finis, ita corruptionis interitusque principium est. Idem in virtutibus quoque animaduertere licet. Nam haec blandè ac leniter inter se coniunguntur. Exempli gratia, Fortitudini aduersari quidem videtur clementia: & tamen longanimitas media accedens vramque cum altera coniungit. Longanimitas enim dilationem quandam ire significare videtur, congruum inferendae poenae tempus expectans. At clementia tranquillè animi statum ac perfectè ire compressionem indicat. Atque ob eam causam longanimitas prudentiae laudem habet: at qui clementiam habuerit, ut absolutam omnibus numeris virtutem affectus, beatus censetur. Eadem est in prudentia ratio.

Nam

Nam & simplicitas rationalis animae partis virtus est, & calliditas ac sapientia. Haec autem diiudicatricis virtutis interuentu inter se iunguntur. Quod etiam in ceteris reperire est. Iam verò non solum virtutes inter se coniunguntur, sed etiam temperantur, hoc est totae totis commiscuntur. Potest enim fieri, ut quispiam simul & simplex sit & callidus, clemens & fortitudinis plenus, cōtinens, & cupidissimus. Coniunguntur porro lege amicitiae atque ordinis. Amicitiae quidem, propter concordiam: ordinis autem, quia alia prima est, altera secunda, & sic deinceps. Nā ut in anni temporibus ordinem quendam perspicere licet, sic etiam in virtutibus. Cōmuniter enim morales speculativas praecedunt. Atque adeo in ipsis quoque moralibus permagnū quoddam discrimen est, & insignis ordo. Timor enim magis est rudimetarius: caritas autem perfectior. Ac virtutum orbem intueri. Timor cōtinentiam parit, haec patientiam, patientiam spem tranquillitatis matrē, ex qua rursus timor procreatur. Duplex est enim timor, alter elementaris, qui poenae metu exprimitur, de quo ait Scriptura. Principiū sapientiae timor Domini. Et perfecta caritas foras mittit timorē. Alter perfectior vim habet, nec sinēs nos ex immodica licetia in cōtemptū labi. De quo sic loquitur David, Timor Domini sanctus. Et rursus, Nō est inopia timētibz eū. Quinetiam quatuor generales virtutes, fortitudo, prudentia, temperantia, & iustitia, circulares quoque dici possint: quod circum eas perpetuò mēs imperatrix versetur, ipsas circumiens & circūlustrās. Atque haec ad anniculi explicationē dicta sufficiāt. Nunc dicā, cur agnū immaculatū & incorruptum esse oporteat. Immaculatus agnus est, qui nulla labe vitiat, nec mutilatione sceleratus est: incorruptus autem, qui reprobis nō est, aut ob aliā causam reiciendus. At Christus nō solum nō immaculatus ipse est, atque incorruptus, sed nos etiam tales efficit. Vitius autem ac sordibus a peccato manantibus medetur. Ελαϊδιαια porro sunt virtutis defectus: sordes autem vitij accessiones. Duobus enim modis in vitio sumus, vel quia in bono deficiamus, vel quia malū adiungimus: quae admodum contra virtutem vel in mali declinatione, vel in boni operatione versatur. Quamuis enim Dominus peccata nostra susceperit, quamuis etiam nostros animorū morbos tulerit: ipse tamē nihil vnquam cogitauit, nec admisit, quod medicinā desideraret: quae admodum si medicus ab aegroto morbum tollere possit, ipse autem eo nō corripiatur. Etenim Dominus quidem per omnia tētatus est, iuxta similitudinē nostrā, verum absque peccato. Lux enim in tenebris luget, hoc est in caliginosa hac vita, ac densa affectuū caligine circumfusa: atque aduersariae tenebrae, hoc est ille, qui propter superbiam caligo factus est, Christū quidem persecutus est, atque tētavit: verum eū cōprehendere ac superare nō potuit, sed victus & cōfusus recessit. * In Exodo nō habetur.) In impressis tamē codicibz legitur.

Quid praeterea? Mensis primus inducitur, vel potius principiū, siue quispiam ab initio apud Hebraeos id fuerit, siue ex ea re postea factus sit, atque ab hoc mysterio principatū acceperit. Decima autem mēsis: quia hic numerus omnium absolutissimus, nimirum ex vnitatibus vnitatis prima perfecta, & perfectionis generatrix. Asseruatur porro in quintū diē, fortasse quia victima mea sensuum expurgatrix est, a quibus peccatū proficiscitur, & circa quos bellū committitur, utpote peccati aculeū admittētes. Deligitur autem nō solum ex agnis, sed etiam ex deteriori genere, ac sinistra haedorū manu: quia nō pro iustis duntaxat, sed etiam pro peccatoribus mactatur, ac fortasse ipso potius causa, quādoquidē maiore misericordia opus habet. Illud verò mirādū nō est, quod maximè quidē per singulas domos agnus requiritur, sin minus, at certè per domos familiarū ob paupertatē erogatus, quādoquidē optimū est, potissimū quidē sibi vnumquemque ad perfectionē sufficere, seque hostiā sanctā, viamque vocanti deo offerre, atque eiusmodi quae semper, & per omnia cōsecratur: sin id nō datur, eorū saltē opera atque adiuuēto ad eā rē vti, qui virtute nobis cōsanguinei sunt, moribusque persimiles. Hoc enim mihi significare videtur, quod sacrificij participes fieri propinquos Deus praecipit, si ita opus fuerit.

D N I C. Atque haec de agno, inquit, nobis cōsiderata & expesa sint. Quid autem praeterea restat? nēpe ut intelligamus, quisnam mēsis ille sit, quo agnus sacrificatur. Scriptū quippe est in Exodo. Mēsis hic principiū mēsum, primus erit vobis, & c. Quorum verborū allegoriā perspiciamus. Mēsis igitur Paschatis, qui apud Aegyptios Pharmuthi, apud Macedones Xathicus, apud Heb. Nisan, apud Rom. Martius vocatur, hic primus in mēsisibz introducitur atque decernitur, ac principiū mēsiū anni, fortasse quia iā inde a principio primus ordine erat. Arcanus enim hic apud Hebraeos sermo est, hoc tēpus esse, quo Deus vniuersam rerū molē cōdidit. Verū porro hoc tēpus est, quo terra quoque herbas profert. Quo etiam tēpore Hebraei ex Aegypto recesserūt. Fortasse etiam ob hanc causam primus hic mēsis dicitur, quia in illo Paschatis mysteriū celebratū sit. In principio autem anni, & in primo mense sacrificij tēpus praescribitur: quoniam Christus quoque omnium rerū principiū est, ac nō recens, propter ipsius ex Patre generationē saeculis omnibus superiorē. Eodē modo nobis quoque, veri Paschatis sacrificiū aeterna vita principiū est. Annus enim saeculū designat, quoniam in orbē circūiēs, in sese sepeper voluitur, nec vllō fine cōquiescit. Decima porro mēsis agnus accipitur, quia denarius plenissim. est numer. ut ipsius nominis erymō docet. Decas enim δέκα πάλιν πάλιν ἴσθυσθαι, quod oēs numeros capiat. Nā cum ad eā numeri peruenerint, progrediēdi finē faciūt, ac deinceps iterātur solū ac reuoluūtur. Decas autem prima vnitatis perfecta, ac perfectionis generatrix dicitur, quoniam est alia quoque, vnitatis, nēpe prima vnitatis. Verū illa tamen si principium numerorū est, eoque procreat, nequaquam tamē perfecta est. At prima decas has duas prerogatiuas habet, alterā, quod perfecta est, quatenus ad hanc vsque numeri progrediuntur, ac rursus reuoluuntur: alte-

Vv

Psal. 110.

1. Ioan. 4.

Psal. 18. 33.

Esa. 53.

Hebr. 4.

Cur agnus in quintum diem asseruaretur.

Qui debeant fieri participes sacrificij nostri.

Cap. 12.

ram quod perfectionis est procreatrix. Centenariū enim numerū, qui perfectissimus est, producit. Quod si senarium quoque perfectū numerum esse cōtendas: hac tamen parte cedet denario, quod quamuis perfectus sit, perfectionē tamē nō gignat. Ceterū perfectus quoque senarius dicitur, nō quod in eo numeri à progressionē conquiescāt, sicut in denario cōtingit: sed alia ratione perfectus appellatur, utpote ex partibus suis conflatus. Dimidia enim pars senarij & tertia & sexta in summā collectæ senarium cōficiunt. Iam verò agnus in quintū diē asseruatur, hoc est à decima vsq; ad decimā quartā: fortasse quia Christus victima nostra quinq; externos sensus purgat: hæ enim domus animæ fenestræ sunt, de quibus ait Hieremias, Ascēdit mors per fenestras, hoc est per sensus. A quibus peccatū proficiscitur, nō ut efficientibus causis, sed ut adiuantibus. Et circa quos bellū cōmittitur peccati sagittæ extrinsecus incidentē admittentes. Est & alia abstrusa causa, cur agnus decima quidē accipitur, verū decima quarta ad vesperā imoletur. Nam quod nō prima die, sed decima accipitur, hoc indicat, quod lōga erant secula illa, quæ creationē nostrā præcedebāt, quibus semper erat De⁹: pōst autem seculū hoc nostrū ingreditur, quod velut per quinq; dies in quinque tēpora diuiditur, nimirū in illud quod ab Adamo vsq; ad Noē fluxit, in illud quod à Noē vsq; ad Abrahamū, in illud quod ab Abrahamo vsq; ad Mosem, in illud quod à Mose vsq; ad Christi præsentia, postremò in illud ipsum præsentia ipsi⁹ tēpus, quo per magnū illud sacrificiū propōita erat omnibus salus. Iā in quinq; etiam spātia illa vineæ parabola diē distinxit. Alios enim circa primā horam vocatos esse narrat, alios circa tertā, alios circa sextā, alios circa nonā, alios deniq; circa vndecimā. Quo etiā tempore nauatæ opere merces iis qui postremi venerāt primo loco persoluitur. Nos enim primi regenerationē accipimus, quibus Christus sacrificatus est, atque à morte reuocatus inuocatorū animorū nostrorū causa Spiritu sancto nos afflauit. Accipitur itaque agnus primo die huius quinarij dierū, i. decima mēsis, principij huius seculi figurā cōtinente: atque asseruatus postremo tandē tempore, hoc est decima quarta, ad vesperā mactatur. Ad vesperā, inquam, ut rursus intelligas nequaquam recēs esse Christi mysteriū, sed ex Patris præcētia iam inde à creatione mundi seruatiū esse, verū postremis tēporibus nostra causa mortē subiisse. Quod si alia ratio proferēda est cur decima quarta mensis agnus mactetur, dicendū idcirco id fieri, quoniā hoc die lunaris circulus omni ex parte perficitur, atque velut ad ulterino quidē lumine orbē collustrat, ceterūm decrecere ac desinere incipit: ut hinc quasi ex imagine quadā intelligas, quod omnibus quidē orbis partibus tenebrarū princeps celebrabatur, luna enim in principatū noctis posita est ac mundi sapientiā velut fucatā quandā lucem errantiū hominū cordibus infundens plenissimam sibi gloriā cōparabat. At verus agnus pro nobis moriē diaboli gloriā oppressit. Eam enim desinere in posterū & absumi coget. Atq; id scilicet erat, quod in Psalmis canebatur, Orietur in diebus eius iustitia, & multitudo pacis, donec de medio vicissim tollatur luna. Quo loco obseruādū, quod nō dixit tollatur sed vicissim tollatur. Quasi enim hominē iā sustulerit, vicissim diabolus ipse de medio tollitur. Quod si hoc loco lunā in bonā partē intelligere velis, idcirco ad decimā quartā spectamus, quia per aspectabilē lucem materiāq; cōstantem eā imagine quadā cōcipimus, quæ spiritualis est, materiāq; expers, ut in specie quidē lunā plenā expectamus, quæ lucem suā tota nocte perdurātem nobis præbeat: reuera autē nobis legis vice sit hac ceremonia, iubēs, ut omne tēpus, quod in diē ac noctem diuiditur, nobis perpetuò clarū sit, nec vlla caliginosa opera admixta habeat. Verū ad historiā redeuntēs quæramus, quid causa sit, cur agnus nō modò ex agnis, qui ad dextrum latus statuuntur, eligatur, sed & ex hædis, quos index ad sinistrā statuit, utpote nullā dextrā actionē habētēs. Statuet enim, inquit, oves à dextris, hædos autē à sinistris. Fortasse hoc idcirco fit, quia Christus pro omnibus tā ouibus quā hædis mortuus est, ac pro his etiā potissimū, utpote maiori misericordia opus habētibus. Fortasse etiā quia Christus reuera iustus mortē subiit, idē ad eius figurā agnus accipitur: quoniā autē hominū opinionē ut facinorosus mactatus est, idcirco hædus quoq; iugulatur. immaculatū autē sacrificiū agnus intelligitur, legis præscripto ad perpetua sacrificia dicatus: hædus verò pro peccatis offertur. Quæ quidem duo in Christo reperies. Erat enim idē, & ut immaculata victima, nimirū ad odorē suauitatis seipsum Patri offerēs: & ut hædus, dū pro peccatis nostris mactaretur. Atq; ut rē in pauca cōferā, ouis quidē, secūdū Esaiā, lenitate Christi designat: hædus autē secūdū legē sacrificiū est pro peccato. Proinde leniter ouis instar ad supplicij ductus, pro peccato velut hircus sacrificatus est, pro hominū salute seipsum morti exponēs. Aut, si manus, sicut hædus in alta loca profilit, sic Christus in cælū ascēdit, tēq; euehit. Propter te enim mortuus est, ut cū ipso viuas. Quidnā autē sibi vult lex, quod maximē quidē per singulas domos agnū sacrificari iubet: si autē domesticici pauci sint ac pauperes, simul quoq; vicinos adesse, atq; ita ex cōtributione sacrificiū cōpleri? Quoniā præstabili⁹ id quidē est, ut sibi quisq; ad perfectionē sufficiat, atq; aliorū ope et auxilio ad virtutē nō indigeat, qui potius, quod apostolus ait, seipsum exhibeat Deo hostiā nō inanimē, qualis est illa, quæ per bruta fit, quæ postquā cæsa esset, Deo tunc offerebatur, verū hostiā viuētē, ut Martyres, qui seipsos viuos Deo offerebāt, ac deinde pro eo moriē oppetebāt. Talē hostiā vnūquemq; seipsum Deo offerre oportet, & semper & per res omnes sacrificari. Id autē fiet, si mēbra nostra ad peccati perpetratiōē opprimamus ac morificemus. Quod si quis per se ac solus ob mentis inopiā & imbecillitatē intelligēdo Christi mysterio par esse nequeat, socios atq; adiutores sibi asciscet, eos videlicet accipiens, qui eadē fide præditi sunt. Nonnunquā enim mutua opera ad sublimes speculationes assurgimus, socios eos assumētes, qui nobiscū virtute pares ac vicini sunt. Verū hīc merito qui spīa percunctetur, si quidē vnus est Christus, qui per legē et Prophetas, atq; ad eō per creaturas prædicatur, qui fiat ut lex Christi figurā celebrās per domos parentelarū per multos agnos sacrificari iubeat. Ad quem sic respōdeo: quæadmodū vnusquisq; eorū qui Christum fide cōplexi sunt, pro virium suarum modulo spiritaliter Christo crucifigitur, alius nimirū quantum ad actuale peccatū duntaxat seipsum cruci affigens, alius quāsi ad ipsas quoque animi perturbationes, alius etiā quo ad ipsas affectuū imaginationes, alius de-

Cap. 9.

Mat. 21.

Psal. 71.

Mat. 25.

Cap. 53.

Rom. 11.

A

B

C

D

E

nique quantum ad ipsas quoque affectuum cogitationes: sic vnusquisque nostrum in congruenti sibi virtuti gradu atque ordine, quasi in domo quadā agnum immolat, carnisque ipsius particeps fit, ac Domino Iesu ad satietatem expletur. Etenim proprius vnus cuiusque agnus efficitur Iesus Christus, atque totus & toti & omnibus omnia fit. Per vicinum etiā, qui ad agni esum assumitur, gentiles significari possunt. Quoniam enim Iudei propter animi paupertatem mysterium hoc concipere nequiverunt: idcirco ad sacrificij societatem & consortium ethnici insuper assumpti sunt. Porro in vnaquaque domo perfectus erat agnus, nec in diuersas domos diuidebatur. Vnus enim atque indiuiduus Christus est, ac fides vna

Hinc sacra nox, & præsentis vitæ, hoc est suffulæ huius noctis inimica, in qua primigenæ tenebræ depelluntur, atque omnia in lucem & ordinem formamque prodeunt, atque ornatum inornatus antea rerum status accipit.

A NICE T A S. Deinceps, inquit, atque ordine mystica & sacrosancta nox aduenit, inimica & hostis tenebrose huius vitæ, quæ nox etiā ob eam causam vocatur, quod in ea, velut in nocte & virtutes & vitia in obscuro sint, atque etiā propter offusam in ea ignorantiam, & errorem ac peccatum, quod in omnes fufum ac propagatū est, omnesque imperio premit. Quomodo autem diuina illa nox, qua Christo moriendū erat, noctis peccati hostis erat, accipe. Quæadmodū in mundi creatione sensibili luce producta discussæ sunt tenebræ, quæ primigenæ dicuntur, nō quod substantia prædita ac creatæ sint, sed quia cælo ac terræ rebus substantia præditis quasi subsisterent. Neque enim tenebrarū vlla est essentia ac subsistentia: verū per obstructionem atque obstaculū fiunt, atque accidentis rationem habent, nō substantia. Quæadmodū igitur post creatā lucem tenebræque sub mota terra videri cepit, atque elementorū ordo distinctus est, omniāque informata sunt, ac cælum ornatū suum accepit, terræque iidem suū, atque ad hunc modū illa prius informis materia formis adornata est: sic etiā in hac sacrosancta nocte, qua Christus salutis nostræ causa mortē excepit ac sustulit, ignorantia & malitia in nobis hærens, ac noctis rationem habens prostigata & dissoluta est: atque ita mutata sunt rerū vices, ut pro vmbra veritas nobis illuxerit, pro ignorantia cognitio, pro incredulitate fides, pro peccato iustitia. Potest hīc etiam per primigenas tenebras primorū parentium peccatū intelligi, per quod omnia perturbata atque euerfa sunt. Verū in Christo vero lumine hæ peccati tenebræ solutæ prorsusque sublatae sunt, nō autē excefferunt, aut aliō recefferunt, atque omnia collustravit is, qui dixit ut de tenebris lumen splendesceret, atque ea, quæ prius forma carebāt, informarentur, ille in quā veræ pulchritudinis virtutum architectus & fabricator, qui res nostras immoderatē agitata ac fluctuantes intuitus, ex inordinatis eas in ordinem adduxit. Lux enim & ornatu & ordo cognitionem & virtutem significant: tenebræ contrā & confusio, quæ vitā humanam prius obsidebant, vitium atque ignorantiam designant.

Nox sacra.

2. Cor. 4.

Tyrannus inuisibilis.

Hinc Aegyptum, hoc est triste acerbèque persequens peccatum, & Pharaonē inuisibilem tyrannum, & amarulentos operum præfectos fugimus, ad supernum mundum migrantes, atque à luto & lateritio opere liberamur, hoc est ab incerta & lubrica ac periculosa carnis huiusce compactione, atque in plerisque ita imbecilli, ut ne palearibus quidem cogitationibus rationibusque contineatur.

C N I C. Posthæc, inquit, peccatū velut Aegyptū quandā fugimus, quod quidē triste quidē vocandū est, ut tristitiæ causam afferēs, acerbè autē persequens, ut in hominis pernitem excursions facies. Quamquā etiam alioqui Aegyptus, si interpreteris, tenebras sonat: hæc autem tristes sunt. Aegyptij autē Israelitas persequēbātur, ut eos cōprehenderent. Nec verò tristitiæ parētē peccatū solum fugimus, verum etiā caliginosorū demonū principem seruilia opera animā opprimentia imperantē, ac demones etiā ipsos nunquā nō inflates, atque ad peccati opus durè acerbèque impellentes & adurgentes, atque eadem causa operū præfectos appellatos. Quæadmodū autem Israelitæ ad promissionis terrā, sic nos quoque ad supernū mundū migramus. Atque ut illi luto & laterū cōfectione, eodem modo nos etiā lubrica atque infida corporis huius cōpactione liberamur, quod ex terra coagmentatū est, vnde & lateres & lutū. Porro cōpages ipsa corporis, suapte natura ad offensionē & peccatū procliuis, apud permultos homines atq; inertiores et ignauiores ad voluptates ita facile soluitur, atque irretito impetu fertur, ut ne palearibus quidem rationibus, hoc est exiguis & leuibus cōer ceatur & cōstringatur, quæadmodū lateres paleis: verū luti instar ad voluptates laxetur ac diffundatur. Etenim cōueniebat nos densis ac solidis & spiritalibus rationibus constructos à fædis voluptatibus propter Dei amorē restringi. At nunc improbiſſimi quique ne subuentaneis quidem & leuibus rationibus tenentur ac reprimuntur, ut si non propter Deum, saltem ad laudem hominum emerendam à flagitiis abstineant.

Hinc agnus mactatur, atque actio & contemplatio, seu habitus & actus precioso sanguine signantur. nam hi ostiorum nostrorum postes sunt, hoc est mentis agitationum & dogmatum, quæ ex contemplatione rectè aperiuntur atque clauduntur, quandoquidem comprehensionum quoque nodus quidam est.

E N I C E T A S. Cum tripartitam anima nostra rationem habeat (diuiditur enim in rationalem, concupiscibilem & irascibilem), postibus quidem comparari possunt ira & concupiscentia, limini autem conciliatrix & collectrix earum ratio, vtrique coniuncta, atque ab vtraque sustentata. Ad fortitudinem enim ab ira obfirmatur: ad consortium autem summi boni pro concupiscentiam subuehitur. Cæso igitur agno domorum postes, ipsius cruore imbuendos lex præcipit. Quibus significari possunt actio & contemplatio. Quandoquidē duplex quoque nostra philosophia est, actiua & speculatiua, siue habitus & actus. Philosophiā porro nostrā

eam vitæ rationem voco, quæ secundum Christi doctrinam instituitur. Et quidem actiua philosophia ea vita est, in quam nulla reprehensio cadit: speculatiua autem est recta doctrinæ fidei sententia. Rursus habitus est diuturna ad virtutem animi affectio, atque eiusmodi, vt vix excuti possit: actus autem ipsa est actio. Iam verò ostia hoc loco dicuntur mentis agitationes: & dogmata agitationes quidem, cum mens aliquid exquirat ac secum versat: dogmata autem, cum notitias quasdam per se fidem facientes, & ratas firmasque dogmaticè retinet. Aperiuntur porro huiusmodi agitationes, quoties mens quedam inuenerit ad eius cognitionem perceptionemque venientia, eaque exceptura est: clauduntur autem, cum id quod exquiratur ipsius intelligentiæ superat. Quandoquidem comprehensionum quoque animi modus quidam est. Nam & mentis comprehensiones modum suum habent, atque ea percipit mens, quæ ipsi assequi licet. Interdum autem mens portas suas claudens agitationes repellit & à se amolitur. Proinde & actio nostra & cõtemplatio, & habitus & actus regio signo, hoc est Christi sanguine obsignandi sunt, non vt claudantur, ac nihil agant, verum vt insculpatur, atque huiusmodi signum & exemplares notas in seipsis integras seruent. Vt etiam ut hostilibus copiis terrorem afferant, quemadmodum regium signum formidolosum esse solet.

Hinc postrema & persecutoribus grauissima nocteque profecto digna plaga, ac cogitationum suarum actionumque primogenita luget Aegyptus, (quod & semen Chaldaicũ sublatum atque oppressum Scriptura vocat, & puerulos Babylonios ad petrã allifos & solutos) atque clamore & vociferatione apud Aegyptios omnia personant, ac tum à nobis illorum exterminator secedet, vnctionis metu ac reuerentia.

NICETAS. Decem plagas in Hebræorum gratiam Dominus Aegyptiis inflixit. Prima fuit sanguis ille, qui ex aquarum congregatione hauriebatur: secunda rana: tertia ciniphe: quarta cynomya: quinta quadrum pedum interitus: sexta vesica: septima grando triticum exterens: octaua locustæ viridia omnia populant: nona palpabiles tenebræ: decima primogenitorum oppressio. Atque hæc plaga ordine quidè postrema erat, ceterum supplicij grauitate prima. Neque enim eam Aegyptij perferre potuerunt, sed tunc Israëlitis discedendi potestatem fecerunt. Eodem modo demonibus quoque animarum nostrarum persecutoribus grauissima hæc pœna videtur, quãdo in animo ab omni ostentatione alieno, atque humili & abiecto, quasi in nocte quadã, primogenita peccati, hoc est prima vitij origo ac principium, à nobis extinguuntur. Quemadmodum in Euãgelio Christus docet, cum iubet nos cupiditate atque ira cõpresis atque sublatis intrepido animo esse, nec iam vel adulterij scelus, vel cædis piaculum pertimescere. Neutrũ enim horum à seipso consistere posse, nisi cædè iracundiã, adulterium cõcupiscentia protulerit. Quocirca cum is, qui vitiosos fetus edit, ante adulterium concupiscentiam, ante cædem iracundiã pariat, si quidè primogenitũ sustulerit, haud dubiè fetum quoque primogenitum succedentẽ sustulerit. Sed videamus, quæ sint cogitationum primogenita, quæ item actionũ, quæ vt perentia, luctu prosequitur Aegyptus, i. peccatum. Turpes ac sæuæ cogitationes in hæc tria diuiduntur, in intentionẽ, in congressionẽ, quæ & lucta nominatur, & in consensionẽ. Ergo primigena cogitatio dici possit, prima & affectibus perturbata intentio, atque appetitio. Actionũ autem primogenita vitiose ratiocinationes & cogitationes, à quibus peccatum illud, quod animi assensione paramus, ad actũ tandẽ progreditur. Huiusmodi igitur plaga nocte digna est. Noctis enim ac deuecoris & ignominie opera, digna sunt quæ nocte atque obscuritate & obliuione obruantur. Enimverò hæc primogenita Esaias semen Chaldaicũ appellat, Deum inducens Israëlẽ populũ sic alloquentẽ. Diligens te, voluntatẽ tuam explere super Babylonẽ, vt Chaldæorũ semẽ tollerem. Quorũ verborum hæc sententia est, Cupiebas Israël, de medio tolli funditũque deleri Chaldæos & Babylonios, qui te bello laceffebat. Atque ita feci. Quãobrem si ipsi quoque cõfusione eam, qua premimur, id enim Babylon significat, à nobis auferri cupierimus, inueniemus Deum voluntati nostræ satisfaciẽtẽ, ac turpes & impuras cogitationes nondũ adultas, sed teneras adhuc seminisque rationẽ habentes exterminantem. Dauid autẽ huiusmodi peccati principia & radices paruulos Babylonios vocat, dicẽs, Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionẽ tuam, quam retribuisti nobis. Beatus, qui tenebit et allidet paruulos tuos ad petrã. Quoniã enim iuxta historicũ sensum Babylonij Iudæos bello aggressi captiuitate eos presserunt, ac Babylonem abduxerunt, multosque Israëlitarũ puerulos solo allifos obruncarunt, Prophetã beatos eos pronunciat, qui eadẽ crudelitatis exẽpla in Babylonios edere poterunt. Iuxta allegoricũ autem sensum, Babylon cõfusio est. Huius filia peccatum, quam quidẽ etiam miserã vocat Prophetã, vt pote quod nõ sit, nec subsistat, sed incuria nostra ex nihilo cõfletur atque subsistat, ac rursus per virtutẽ nostram & rectè factã intereat, atque in nihilũ redeat. Ad hanc igitur sic loquitur Prophetã. Beatus ille futurus est, qui retribuet tibi retributionem tuã, quam retribuisti nobis. Quid autẽ dedimus? voluntatẽ nostram, hoc est libertatẽ: nec enim seruus voluntatẽ habet, quid porro recepimus? peccatũ. Quare illud reddẽdum est. Reddere autẽ nihil aliud est, quã in posterũ illud nõ admittere. Beatus etiã, inquit ille, qui peruersas cogitationes adhuc teneras & imperfectas, antequã in ipsius perniciẽ nutriãtur & adolescãt, tenebit, atque in potestatẽ redactas interimet, nimirũ ad Christum eiusque auxiliũ confugiẽdo. Ipse enim petrã est, per quam malæ cogitationes soluantur. Is porro nascẽtia ex cogitationibus atque actionibus peccata ad Christum allidit, qui ea cõfretur. Ac quisquis peruersa dogmata, quæ animũ illius, à quo admittuntur, perturbatione afficiunt, veritatis doctrinã cõcurrit, atque in Christo perimit & extinguit, nec ea crescere & adolescere sinit, verum cõfusa ac perturbate mētis factũ sapiẽtia sua superat, ac deinde ad Christũ verã petrã allidit. Hic est qui Babylonios puerulos petræ allidit. Sed ad primogenita rursus oratio cõferenda est, quib⁹ pereuntib⁹ clamore atque euulatu oia apud Aegyptios personant.

Lugent

Lugent enim atque ingemiscunt demones, cum vitiosas cogitationes priusquam creuerint, in nobis extingui cernunt, animique perturbationes adhuc recẽtes euelli atque excindi. Ergo Aegyptiaci peccati fetus antequã in malo maturescant, necantur: Israëliticæ autem ac probæ cogitationes sanguinis profusione muniuntur, vt virtus ad maturitatem perueniat. Atque illic quidem primus peccati impetus frangitur: hic autẽ primus peccati ingressus per verum agnum aueritur. Neque enim ingressum exterminatorem arte & consilio expellimus atque exturbamus, sed ne villo modo in animos nostros irreat, cauemus atque prouidemus. cautio autẽ hæc in vnctione & obsignatione consistit. Hanc enim in nobis exterminator reperies, reueretur atque extimescit & recedit, ac mors vltra profilit. Quoniã autem duplex morti ad nos aditus patet (aut enim iudicio ac ratione peccamus, vt cum nec sana nec recta ratiocinamur, aut affectibus impulsĩ labimur, vt cum temere irascimur & concupiscimus) ob eam causam sanguinis quoque duplex est signum. Et ratio quidem, vt pote princeps, quasi superius limen est: affectus autem velut postis superiori limini subiicitur.

A Hinc fermenti vsus, hoc est veteris & acidæ malitiæ (non enim de eo loquor, quod panis efficiendi, vitæque fouendæ vim habet) ad septem dies interdicitur (hic enim numerus omnium maximè mysticus, atque huic mundo consociatus:) vt ne quod Aegyptiacæ consersionis viaticum, nec vllas Pharisaicæ & impiæ doctrinæ reliquias nobis paremus.

NICETAS. Scriptum est in Exodo, Septem diebus fermentum non inuenietur in domibus vestris. Verum hoc ad Iudæos pertinebat. At nobis vitium septem diebus submouendum est, hoc est per omnem huius vitæ hebdomadam. Numerus enim septem dierũ fluxum hoc tempus significat, quod per hebdomadam reuoluitur. Atque hic numerus mysticus quidẽ est, vt pote virgo, ac virginitatem vitãque designans (solus enim hic numerus, vt Arithmetici docet, ex omnibus numeris, qui denario includuntur, nec gignit, nec gignitur, atque etiã vt quaternariũ & ternariũ in se cõtinent. Quatuor enim sunt mundi elemẽta, ac Trinitas horũ fabricatrix. Consociatus autẽ mundo dicitur & cõcurrent, i. comes & affectator ipsius, tũ quia septem dierũ spatium mundus omnibus suis numeris absolutus est, tum quia expletis septẽ annorum millibus mundi finis futurus est. Quoniã autem fermenti proprietates, si quidẽ vitium spectemus, sunt vetustas & aciditas: sin autẽ virtutem nobis proponamus, panis cõfectio ac vis vitalis. calefacit enim fermentum ac farinã subleuat, atque hoc vitã fouere videtur: ob eam causam submoueri, atque eiici malitiã ait, quæ vitiosas fermenti proprietates habet: non itẽ virtutem, cui meliores fermenti proprietates insunt: cui etiã regnum cælorum cõparatur. De vitioso autẽ fermento in Euãgelio dicitur, Videte & attẽdite à fermento Scribarũ & Pharisaeorum, hoc est à doctrina, quam impiã Theologus dicit, quia plebẽ dehortabatur, ne in Christum crederet, ac per Filij contemptum Patrem quoque ignominia notabant. * Vide August. lib. 11. cap. 31. vbi ait septenariũ numerum quia ex toto impare ternario & toto pare quaternario conficitur, ideo sæpe pro vniuerso accipi.

C Atque illi quidem lugeant, nos autem agnum comedamus, ad vesperã quidẽ, quoniã in sæculorum fine Christi Passio contigit, quandoquidẽ vespere quoque, peccati videlicet caliginem discutens, discipulis sacramentum impertit. Nõ elixum autẽ, sed tostum, vt ne quid speculationis expers atque aquosum nobis fidei doctrinã habeat, nec eiusmodi vt facilẽ dissolui queat, sed tota nobis densa ac solida sit, atque igne purgante explorata, & ab omni crassiore & superflua materia pura & libera, vtque bonis illis carbonibus intellectum nostrum accedentibus & purgantibus ab eo adiuuemur, qui idcirco in terram venit, vt ignẽ mitteret, improbas scilicet animi habitudines absumẽtem, eumque quamprimum excitari fatagit.

D NICETAS. Demones, inquit, lugeant, suis videlicet primogenitis orbat. Nos autem vnctione signati agnum comedemus. Ac meridõ vnctionem manducatio sequitur. Nam ipsi quoque posteaquã Dominum nostrum Iesum Christũ per Baptismum induimus, diuinum ipsius corpus accipimus. Verum ea quæ in Exodo de agno scripta sunt, rursus inspiciamus. Et immolabit eum, inquit, omnis multitudo congregationis filiorum Israël ad vesperam. Et paulõ inferius, Non comedetis ex eo crudum, nec coctum aqua, sed assum igne. Vespere igitur, vt pote diei finis, sæculorum finem adumbrat, quo Christus quoque nostra causa ab omni synagoga mactatus est, atque occubuit sol, creatori suo condolecens. Quin ipse etiam Christus mysticam cœnam vespere discipulis porrexit, vt figuram impleret, (iuxta legem enim ad vesperã agnus cædebatur) ac crassam peccati caliginẽ depelleret, illustri & sanctissimo mysterio patefacto. Enimverò sanctã illã escam crudã accipit, qui fidem inertẽ & frigidã habet, nec eam optimarũ actionum pennis instruit, nec Christianã doctrinã per accuratã indagacionem attenuat, quandoquidem qui crudos cibos comedit, his concoquendis par esse non potest, immò nec dentibus villo modo cedit huiusmodi alimentum. Ille autem sacrosanctam escam elixã edit, qui voluptatibus seruit. Nam quæ elixantur varietatem & cõdimenta desiderant, mollẽmque vitã ac luxuriam diffluentẽ indicant, atque alimentũ diuturnũ in stomacho morã trahẽs. At verò assam hanc accipit, qui animi alacritate & probitate excellit, nec obscenæ voluptatis condimenta virtuti admiscet. Nã quod igne torretur, purè ac frug aliter apparatur. Quod enim elixatur, aquæ opera excoquitur, ac proinde perspicere non potest, vt pote in aqua absconditum, atque etiam aquosum est facilẽque dissoluitur. Id autem quod torretur, immediatè per ignem torretur, atque ob eam causam illuminatur & exsiccatur, atque condensatur.

Lex itaque prohibet ne agnus excoctus aqua comedatur, hoc est aquosa & dissoluta de Christo opinio atque sententia, subindicans huiusmodi cibum fide præditis hominibus minimè salubrem fore. Veluti si quis Christum natura Deum non esse existimet: hoc enim solidæ & constantis ac prouectæ fidei non est: item si eum, ut Deum, omnia que vellet, facere posse neget. Hæc enim opinio per spiritus ignem probata atque explorata non est, nec eam, quam conueniebat, speculationem assecuta. Atque idcirco nec compacta nec compressa ac solida est, verum econtrario improbata, indiffusa & fluida ac solubilis. Nam qui naturali modo Christi conceptionem ac generationem cateraque huius generis inquirat, is præstantius à deteriori minimè distinguit, quemadmodum ignis aurum ab aliis materiis, nec doctrinam ab omni crassa & indigna cogitatione puram ac liberam efficit, sicut ignis similitudo postulat, qui materiam quidem & crassitiam absumit, aurum autem probum & defecatum reddit. Nam qui humanæ naturæ vestigiis hæret, atque eodem modo facta fuisse Christi conceptionem arbitratur, ut & aliorum hominum, ille quod excellentius est à deteriori non secernit. At nos his, qui agnum torrent, adiungamur, spiritu videlicet feruente, quemadmodum Paulus hortatur. Ut bonis illis carbonibus intellectum nostrum accendentibus & purgantibus ab eo adiuuemur: breuem illam quidem sed sententiarum copia refertam Theologi orationem satis admirari ac prædicare nequeo. Papæ, quos Scripturæ loca in hac carbonum commemoratione breui complexus est! Nam quot apud hunc patrem dictiones, totidem quoque Scripturæ testimonia numerabuntur. Ac bonos quidem carbones dixit, ut à malis distingueret, quos desolatorios David appellat, hoc est vindices. Quod autè ait, adiuuemur, huius verbi assam ab Esaiâ accepit, sic loquente, Habes carbones ignis, sede super eos. Hi erunt tibi auxilio. Illud autem intellectum accendentibus ex Solomone sumpsit, atque acutè & eruditè exposuit. Sic enim quodam loco scribit, si esurierit inimicus tuus, cibum illi porrige, & si siti correptus fuerit, aquam ei præbe: hoc enim faciens carbones cogeris in caput eius. Hic autè per hos carbones, diuinas & spirituales cogitationes intellexit, que mentem calore afficiunt atque accendunt. Hanc denique vocem, purgantibus, adiecit, carbonis illius & Seraphim, atque hinc comparatæ Esaiæ purgationis recordatus. Tales carbones nobis auxiliij causâ Christus porrigit dicens, Ignem veni mittere in terram, & quid volo, si iam accensus est? Quo loco ignis spiritus feruorem significat, vel spiritualis vitæ acrimoniam atque euangelica præcepta, à quibus omnis vitiose animæ habitudo in cinerem redigitur atque absumitur, ac proinde eum quamprimùm accendi cupit Dominus, ut beneficium, ac non vindicem & cruciantem.

Rom. 12.

Psal. 119.
Esa. 47.
Prov. 25.

Luc. 12.

spiritualis
concoctio.

Quidquid porro carneum atque esculentum habet doctrina, cum intestinis abditisque mentis comedatur & absumatur, & ad spiritualem concoctionem digeratur, ac ne caput quidem ipsum & pedes relinquatur, hoc est nec primæ de diuinitate contemplationes nec postremæ incarnationis meditationes.

NICETAS. Scriptum rursus est in Exodo, Et comedent carnes hac nocte assas igne, caput cum pedibus & intestinis. Theologus autem ab historia ad allegoriam ascendens, Quidquid est, inquit, in fide ac doctrina nostra carneum, hoc est esculentum, comedetur. Atque ut horum verborum sensum explicemus, huiusmodi quiddam vir doctissimus dicere videtur. Omnis ea diuinitatis atque humanitatis christi doctrina, quæ, ut caro corporeis dentibus, ita spiritualibus cedit, ac si rectè intelligatur, animam alere, eique prodesse potest: hæc inquam omnis doctrina ut in cognitionem nostram cadens mente comedatur, ipsique accommodabitur, atque ad spiritualem concoctionem distribuitur. Ita fiet, ut qui eam percipiunt, in id, quod percipiunt, commutentur, atque vnusquisque ad membri ab eo spiritualiter comesti locum inducatur. Diuini enim agni ac Verbi secundum cuiusque membri conceptionem vnusquisque pro virium suarum atque ordinis, gratiæque spiritus ad se pertinentis ratione fiet particeps. Verbi gratia, caput ille percipiet, qui ex improbatissimis principijs fidem theologice rationis doctrinam prorsus missam facientem consecutus fuerit. Aures autem, qui sermones diuinos scitè accipit, & per eos ad mortem usque Deo subiicitur. Oculos verò, qui res creatas spiritualiter considerat, atque omnes doctrinæ sensus tam literales quam allegoricos omni offendiculo vacantes ad solam Dei gloriam in vnum colligit. Iam verò pectoris particeps fit, qui cor suum theologice speculationibus ac doctrinis impleuit. Manuum autem, qui nullum opus ex his, quæ diuino mandato præscripta sunt, ignauè ac negligenter exequitur, verum totam eam vim animæ, quæ in actione versatur ad diuinarum legum expletionem paratam atque intèsam habet. Alui porro, qui genitalem animæ partem perpetuò scatulentem habet, spiritualibusque contentationibus affluentem, qui que ardentissimo atque inexplebili omnisque vitiosi affectus experti Domini congressus desiderio & amore correptus est. At verò intestina edit, qui abstrusiore mentis conquisitione profunda Dei perscrutatur, atque arcanis mysterijs velut ingurgitatur. Crura autè, qui ratione ei animæ parti, quæ affectibus agitatur, incumbentem habet, ac veluti superiore loco positâ, easque animæ partes, in quibus perturbationes existunt, imperio tenentè, quique omnè crassum & terrenum motum ab ea euellit. Genibus verò pascitur, qui iacètibus & infirma fide præditis cõmiserationis affectu de industria demittitur, ac Verbi ad nos deiectione emulatur. Postremò tibiis & pedibus vescitur, qui in fide & virtute atque cognitione fixos & immobiles animæ gressus habet. Ad hunc modum ille Agnus Dei omnibus edilis ac perceptibilis efficitur, cõsque, à quibus percipitur, spiritus opera in se transfusat. Caterum hoc obseruatu dignum est, quod Theologus noster, si quædò verbu aliquod obscurius, quam ut à rudioribus intelligi queat, extulerit, illud statim lucidiori alio verbo interpretari solet: quemadmodum hic quoque fecit. Etenim cum dixisset, quidquid carneu, adiuxit & esculentum, perspicuum faciens se carneu esculentum nominare. Rursus cum dixisset, ex intestinis, protinus liquidò ostendit, se eo nomine occulta ac recondita vocare. Quod autem per

carneum

carneum & abditâ indicare vult Theologus, hunc, ut opinor, sensum habet. Quemadmodum agni viscera interiorius absconduntur, carnes autem in exteriori parte sunt: sic etiam in fidei nostræ & doctrinæ dogmatis, alia magis arcana atque abstrusa sunt, alia magis obuia & perspicua, non secus atque illic viscera occulta sunt, carnes verò apertæ atque in oculis posita. Quocirca, inquit, non modò id excutere debemus, quod carneum est, id est, intellectu facile: verum insuper & abditâ mentis, hoc est, mystica illa peruestigare conuenit, quæ mens nostra à crassioribus hominibus interim abscondebatur.

Possimus etiam ad hunc modum fortasse exponere. Quandoquidem duplicis nature Christus est, nimirum Deus simul & homo, faciendum nobis est, inquit, ut non modò conspicuam ipsius carnem intueamur, sed & mentis abditâ, hoc est, diuinitatis, speculemur. Ac ne caput & pedes, id est, & eiusmodi de inuncta humanitate meditationes, quæ humanæ nature conueniant. Id verò assequemur, si Christum à capite quidem Deum seculis omnibus antiquiorem cognoscamus, à pedibus autem hominem, postremis temporibus factum, ab intestinis denique, quia diuina potentia carne tecta atque absconsa fuit. Vel etiam fortasse id caput existimandum est, nimirum scire, quod Verbum, utpote Deus, in principio, hoc est, in Patre & cum Spiritu erat. Pedes autem, habere certissimum, quod Deus quoque existens, iudex rursus ad nos rediturus est, humanæ dispensationi atque gubernationi finem impositurus. In fine enim atque extremo totius corporis pedes sunt. Intestina postremò, abscondita illa ac veluti media & intestina humanitatis assumptæ doctrina: ut hinc trium temporum complexione sempiternum Christi esse intelligamus, ac per caput quidem id nobis declaratur, quod erat, per pedes autem quod erit, per intestina denique quod semper est. De quo Ioannes quoque mihi locutus videtur, cum dixit, Qui est, qui erat, qui venturus est, principium videlicet ac medium & finem simul complectens.

PSELLVS. Quandoquidem mihi quoque post Gregorium huius historie enarrandæ, ac decernendi quopacto Verbum edendum sit, potestas facta est, subtiliorem, quam ipse fecerit, diuisionem proferam, sigillatim membrorum agni mentionem faciens, corporisque figmentum & creationem ad spiritualem speculationem transferens. Caput igitur priorem in agno locum habet, cum suis partibus. Deinde collum vertebris interseptum recta protensione in humeros desinit, à quibus anteriores pedes fabricationem sortiti sunt. Post hos in superiori quidem parte dorsum ac dorso spina distenditur, in inferiori autem ventris concuum efficitur est. Sequuntur posteriores pedes in caudam desinentes. Inter has autem partes sublimius est caput, vel, ut aptius loquar, prouectius ac prominentius. Nam altum & sublime de hominis formatione prædicari Aristoteles in lib. de Partibus animalium asserit. Pedes verò inferius ac circa terram gressum figunt. Huiusmodi igitur diuinus quoque agnus est, ex capite & pedibus constans, id est, ex diuinitate & humanitate, quem partim sola cogitatione diuidens, partim vnies atque comedens ad animæ susceptionem aptè transmittit. Susceptio autem animæ vis est spiritualium speculationum susceptrix, quæ quidem doctrinam diuisi faciliem accipiens, spiritusque feruore concalefaciens atque alterans, ad coctionem eam digerit, in suamque essentiam transfundit. Vertex igitur diuini nostri capitis, hoc est, diuini Verbi, Pater est, à quo incorporeo atque inexplicabili modo genitus est. Proinde verticem quoque edere debemus, hoc est, intelligere nequaquam productioni corporum hanc generationem similem esse. Item quod ex illo quidem Verbum est, sed non post illum. Postremò, quod quantum ad causam Pater Filio maior est. Quoniam autem crines etiam verticem circuntegunt (hoc est, caligo illa à speculatione remota, quæ paternam substantiam obtegit) hos quoque quantum res postulat, diuidere necesse habemus, atque ita vim animæ iniicere ad ea attingenda, quæ & sermone superiora sunt & cogitatione. Iam diuinas etiam aures agni diuini comedamus, nempe spiritualiter audiètes, quod incarnatus sit, quod Verbum caro factum sit. Neque enim Verbum in carnem mutatum esse, nec incorpoream ipsius essentiam in carnem concreuisse prædicamus, verum id quidem mansisse, quod erat, ceterum assumptisse id quod non erat. Oculos insuper comedamus, spiritualiter cernentes, nec rerum earum, quæ sub aspectum cadunt, corporibus intersepti, verum intellectuali modo in diuinas illuminationes penetrantes. Ne superciliorum quidem partem intactam relinquamus, perspicacem scilicet animæ vim obtegentes, ne superne alicunde salsa atque amara spirituum aëreorum fluxio infusa oculum ipsum lædat. Quid vero? non etiam nares ipsas attingemus, nimirum diuinum vnguentum redolètes, quo ipse quoque Dominus ante passionem unctus est? Bonus enim odor spiritualis sumus iuxta Apostolum. Omnis igitur speculationum puritas per attractricem animæ facultatem quasi per quasdam nares nobis haurienda est: quidquid autem in iis nebulosi & caliginosi est, foris relinquendum, naresque continendæ, ne crassitiam hanc nebulosam attrahant. Ne ori quidem parcamus, quod quidem est fons ille vitæ, & immortalitatis, ad quem qui labra admouerit, diuinos latices hauriet: verum ad laticem illum nequaquam temerario impetu profiliamus, sed labia prius distingamus, ut sic fonti perspicuitas sua constet. Quod verò ad dentes attinet, eam rationem incamus, ut eos quidem conspiciamus, minimè tamen confringamus. Quoniam autem fieri non potest, ut Patrem ita diuidamus atque intelligamus, quemadmodum diuinus hic agnus (idcirco enim in obscura quoque sede dentes collocati sunt, utraque videlicet mala & labijs obtekti) operimèta quidem parè attingamus, ea autem quæ illis operiuntur, supernis thesauris imperscrutata relinquamus. Ne ceruicis quidem expertes simus, diuinum nimirum iugum irabentes: diuinos in super humeros videlicet iis animum adiacientes quæ ad perferendos aduersos casus hortantur. Corrodendum nobis quoque est cartilagineum illud arteriæ, quæ ad anteriorem partem sita anhelitum ducit. Hæc porro spiritualem ascensum significat, per quem intellectilem aërem haurientes penetrare animæ perflamus ac veluti circumfouemus. Quin totum etiam pectus & thoracem exedamus. Nam hæc pars cor vitale potissimum circuntegit, hoc est, omnem spiritualem specula-

Apo. 1.

2. Cor. 2.

tionem, quæ quidem vel maximè spirituales cibum excalefacit, atque ad fluxionem mirè lubricam & mobilem immutat, talèque reddit, ut in diuinos canales, per quos spiritus irrigatio ad animæ partes transmittitur, facili ductu influat. Ne intestinis quidem ipsis parcamus, verùm cor ipsum primum edamus, nimirum propter eum qui salutis nostræ causa seipsum deiecit, cor nostrum, quoad eius fieri poterit, conterentes ac deicientes, ac principem animæ partem perpurgantes, nec eas ratiocinationes admittentes, quæ à terra in pectus ascendunt. Quoniam autem cor ad vitam nequaquam sufficit, utpote immodico igne redundans, nisi à pulmone perfleret, qui quidem corpus molle atque absumptum facile suapte natura est, pulmonem quoque comedamus, hoc est, rationes animam nostram integram atque incorruptam conseruantes. Ventrem etiam ipsum atque intestina accipiamus, simplicem ipsum custodientes, nec ciborum multitudine prementes, à quibus vapor fuliginosus in cerebrum ascendit, ipsiusque membranam tetra caligine implet, atque ab ea rursus oppleta interanea mētem nostram tumefaciunt, statimque discindunt, ac præsertim propter cæcum intestinum, hoc est, peruersam cogitationem, quæ hinc impuritatem & immunditiam excipit, animæque vitiosam habitudinem affert. Iam hepar quoque cum simis ac gibbis edamus, nunc super alta & sublimia cupiditatem extendentes, nunc ad ea, quæ inferioris cognitionis sunt, hoc est, ad primas & secundas naturas. Lienem insuper modicè ac leniter atrectemus, vim eam, quæ à ratione auersa est, expurgātes, in qua sceleratus demon velut ater quidam humor insidet, atque occultis & pestiferis seminibus inspersis animæ puritatem inficit. Postremò partem etiam rationis expertem ita instituiamus, ut rationis præceptis pareat. Ita fiet ut ne ipse quidem à nobis intactus relinquatur. Atque hæc quantum fieri poterit, esitantes, animam nostram alamus. Illud verò cauendum, ne in ossa dentes iniiciamus. Neque enim ea sine summa difficultate confici possunt, nec in alimentum admittuntur. Quod tamen non ipsorum natura, sed nostræ infirmitati tribuendum est. Ossa porro Verbi, arcana illa diuinitatis doctrina est, atque illa assumptæ humanitatis consilia, ita arcana & obscura, ut nulla oratione explicari queant.

Nec verò quicquam efferemus, nec vsque ad mane relinquemus: quandoquidem ne exteris quidem & prophanis magna nostrorum mysteriorum pars efferenda est, nec vltra hanc noctem purgatio vlla superest, nec in iis, qui verbi participes fiunt, laudem habet procrastinatio. Quemadmodum enim præclarum ac Deo gratum est, iram toto diei curriculo minimè durare, sed ante solem occidere, siue id temporali modo, siue anagogico intelligas, (nec enim nobis irascentibus iustitiæ solem occumbere tutum est:) ita nec huiusmodi escam pernoctare, nec in posterum diem recondi expedit.

NICET. Hæc quoque de agno in Exodo scripta sunt. Non efferetis ex domo quicquam carniū foras, & non relinquetis ex eo vsque ad mane. Ex eo quod quicquam foras exportari lex prohibet, docemur externis, hoc est, fidei nostræ aduersariis ac dogmata nostra suggillantibus impertiendum non esse fidei nostræ mysterium. Ex eo autem quod interdicit, ne quid ad matutinum vsque relinquatur, hoc nobis significatur, post hanc vitam, quæ noctis ac tenebrarum nomine appellatur, nullam in futuro matutino purgationem reliquam fore. Præsens enim hoc tempus actionis & laboris est, futurum per solutionis. Ad hæc prorogandam non esse, nec in aliud tempus reiciendam veram atque perfectam mysterij huius cognitionem, nec us, qui semel illius participes facti sint, committendum esse, ut plenam atque absolutam perceptionem sibi ipsis in nimis serum gratiæ tempus reseruent. Id autem faciunt, qui per rudimentariam quidem institutionem Christianæ pietatis dogmata degustarunt, cæterum splendori illi, quem Baptismus affert, nimum longas moras producunt, hoc est, ad senectutem reiciunt. Quare haudquaquam probanda est his, qui veræ doctrinæ participes sunt, huiusmodi dilatio. Verùm quemadmodum lex Christi vult illa quidem præcipue nos omnino non irasci (hoc enim longè tuissimum est) sin autem in eam animi perturbationem prolapsi fuerimus, ut ante vesperam saltem furorem comprimamus (sol enim, inquit, non occidat super iracundiam vestram, temporaliter quidem hic sol sensum mouens, qui temporis mensura est, allegorico autem sensu sol iustitiæ. Ille enim iis, qui mentis errore afficiuntur, occidit, ut contra optimo ac præstantissimo cuique illucoscit:) ad hunc quoque modum hæc spiritalis esca, id est, Christiana doctrina in posterum diem minimè reseruanda est, verùm illico admittenda. Porro hæc verba, Non relinquetis ex eo vsque mane, excellentissimè Paulus interpretatur dicens, Dominicæ passionis commemorationem à nobis fieri, donec veniat, hoc est, nos baptizari debere ac mortem Domini prædicare, quandiu in hac vita sumus. Mors enim Christi in hac nocte, hoc est, in præsentis sæculo commemoratur, in futura autem vita cernitur, nimirum in secunda ipsius præsentia.

* Commemoratur) In Regiæ codice legitur *μνηστέον*. In meo *ἐπιμνηστέον*, ego tamen lego *μνηστέον*. Id enim sensus postulat.

Quidquid autem osseum est atque eiusmodi, ut nec edi, nec à nobis mentis oculis peruideri queat, id ne confringetur quidem, hoc est, malè diuidetur atque intelligetur. (mitto enim dicere, quod nec quantum ad rei gestæ veritatem os Iesu confractum est, idque cum mortem ipsius carnifices ob Sabbatum adurgerent) nec proiicietur ac raptabitur, ne sancta canibus dentur, sceleratisque Verbi discerptoribus, quemadmodum nec porcis eximius ac margariticus rectoræ doctrinæ

Mysteria nostra exteris efferenda non sunt. Ephes. 4.

Quid per ossa intelligendum. Matth. 7.

Trinæ splendor, verùm igne absumetur, quo & holocausta, à Spiritu omnia scrutante & sciente attenuata atque seruata, non autem in aquis pereuntia, nec dispersa: quemadmodum vituli illius ab Israële tumultuariè confecti caput à Mose in duritiei illius probrum sparsum est.

NICET. Id quoque de agno in Exodi libro habetur. Os non confringetis ex eo, sed quæ residua erunt ex eo, igne comburetis. Quæ verba allegorico sensu ita exponenda sunt. In præceptis diuinis eam rationem inire cōuenit, ut ea quæ promptè ac facile intelligi possunt (hoc enim per Carneum significari diximus) non ignauè ac veluti coactè confectemur, sed quasi famelici summa cum auuiditate propositis cibis animum expleamus: eas autem speculationes, quarum ratio ab hominum cognitione remota est, velut quærere quæ Dei essentia sit, quid ante rerum creationem erat, quid extra ea quæ oculis cernuntur, quæ eorum quæ sunt necessitas, & quæ in eodem genere posita à curiosis hominibus inquiruntur, ea soli Spiritui sancto, qui, ut est apud Paulum, Dei profunda scrutatur, cognoscenda relinquamus. Idem præceptum nobis Sapiētia quoque inculcat dicens, Fortiora te ne scruteris, hoc est, Ossa Verbi ne confringas: neque enim opus est tibi occultis. Ea porro, quantum in ipsis est, confringunt heretici rectoræ dogmata deprauantes ac peruertentes. Atque hic quoque Theologus morem suum seruat. Nam cum dixisset, Quidquid osseum, ad huius Verbi declarationem subiunxit, quod edi nequit, idque etiam rursus interpretatus est subnectens, nec oculis mentis peruideri. Quæcunque igitur, inquit, dogmata mentis captum excedunt, ac solida & occulta sunt, ea non confringentur (confringentur autem, si malè diuidantur, hoc est, intelligantur) atque adeò nec indignis hominibus ad diiudicationem porrigentur, à quibus distrahentur non secus atque os, quod canibus proiicitur, quemadmodum ait Christus, Nolite dare sanctum canibus, nec proiicite margaritas ante porcos, hoc est, Ne fidei mysteria discerptoribus hereticis committatis, nec luculentam ac diuinam doctrinam iis, qui turpium affectuum cæno quasi setis conuestiti sunt: verùm huiusmodi speculationes & dogmata, quorum firmitas mentem nostram superat, igne absumuntur non materiali sed diuino, quo etiam holocausta consumuntur. Quis autem est hic ignis? Spiritus sanctus, qui in forma ignis ad Apostolos accessit, qui omnia scrutatur ac nouit. Quoniam verò modo solidissima illa dogmata à Spiritu sancto consumuntur, id est, intelliguntur? nimirum si attenuentur, hoc est, tenuissima & subtilissima atque accuratissima speculatione digna habeantur, atque apud ipsum attenuantem nempe Spiritum sanctum seruetur ac custodiantur, non autè pereant, nec in aquam spargantur, velut ille vitulus aureus conflatus, qui temere & fortuudè in huiusmodi speciem informatus est, ut uel eorum contumaciam duritiemque coargueret. Ob hanc enim causam bouis, & non alius cuiusdam animalis forma igne conflata est, quoniam hoc animal & dura carne est, & neruis & ossibus, quemadmodum & Hebræi animo duri. Verùm huius vituli historiam breuiter exponamus. Cum Moses ad accipiendas legis tabulas in montem ascendisset, quadraginta dies illic commoratus est. Interea Hebræi conspiratione aduersus Aaronem inuicta Deos sibi petebant, qui in itinere eos præcederent. Qui vim atque audaciam populi pertimescens aurea mulierum ornamenta ad se afferri iussit. Quæ cum allata essent, in ignem ea iniecit, ac statim ex iis vituli forma conflata est. Atque hunc vitulum recordes Hebræi diuinis honoribus prosecuti sunt. Descendens autem Moses, atque ob hanc vituli confectionem inflammatus tabulas illas, quas in monte acceperat, confregit, ac vitulum, quem fecerant, igne combussit, & in minutas partes contriuit, & in aqua disperfit. Atque hæc obiter in mentem Theologo venerunt occasione accepta ex vno hoc attenuandi verbo. Igitur, ut ad rem redeamus, agni ossa propter hanc causam, quam commemorauimus, non confringentur. Dicere enim prætermitto, quod ne historico quidem sensu crura Iesu confracta sunt, etiam si Iudæi ipsius mortem adurgerent. Lex enim dicebat, si fuerit in quodam homine iudicium mortis, ac suspendentis eum in ligno, non pernoctabit corpus eius in ligno, sed eadem die sepeliatis eum. Iudæi itaque ne in cruce corpora remanerent, tum legis edicto permoti, tum quod ea Parasceuæ vespera esset, ac Sabbatum illud, quod ab iis religiosè colebatur, instaret, à Pilato postulauerunt, ut eorum, qui in crucem sublatis fuerant, crura frangerentur, ac tollerentur. Milites autem latronum quidem, quoniam eos spirantes adhuc offenderant, crura fregerunt. Cum autem ad Iosum venissent, ut viderent eum iam mortuum, eius crura non fregerunt, ut Scriptura impleteretur, Os non comminuetis ex eo. Nec verò corporea tantum ratione Christi ossa confracta non sunt, sed ne spiritaliter quidem & allegoricè perfringentur: quoniam robur illud quod in eo erat, inuictum permansit, minimèque ad peccatum celsit: immò nec ipsius caro, quia non carnali, sed diuino modo creata esset, corruptionem vidit.

Ne modus quidem mādicationis prætereundus est, cum nec lex ipsa eum prætermiserit, sed contemplationem in verbis & litera eousque elaborauerit. Victimam enim festinanter absumemus, & azymos panes cum lactucis siluestribus comedentes, & lambis accincti & calceamentis instructi, ac denique senum more baculum gestantes. Festinanter quidem, ne in eam culpam incidamus, à qua diuino interdito Loth auocabatur, ne circumspeciamus, ne stemus in omni circumiacente regione, in montem salutis causa confugiamus, ne Sodomitico illo & inusitato igne simul inuoluamur, nec propter nostram in deterius conuersionem, quæ ex cunctatione nasci solet, in falis statuam concrescamus.

NICET. Ne modum quidem, inquit, mādicationis agni prætereamus: quandoquidem nec lex cum

Cur festinanter mādicationis agni prætereamus: quandoquidem nec lex cum

Cur festinanter mādicationis agni prætereamus: quandoquidem nec lex cum

Cur festinanter mādicationis agni prætereamus: quandoquidem nec lex cum

NICET. Ne modum quidem, inquit, mādicationis agni prætereamus: quandoquidem nec lex cum

Eccl. 3.

Act. 2.

Deut. 12.

Ioan. 19.

Exod. 12.

Psal. 15.

Cur festinanter mādicationis agni prætereamus: quandoquidem nec lex cum

prætermittendum censuit: verum etiam usque ad modum ipsum narrationem, quæ in litera continetur, accuratè & diligenter exposuit, utpote quiddam etiam profundius complectentem, quam ipsius cortex præ se ferat. Hæc enim legis verba sunt, Sic comedetis cum: Sint lumbi vestri succincti, & calceamèta in pedibus, & baculi in manibus vestris. Comedetis eum cum festinatione, & zyma cum lactucis agrestibus comedetis. Pascha Domino est. Atque hæc legis verba sunt, manducationis modum præscribentis. Videamus iam quid unumquodque horum significet. Quod igitur festinanter esse comedendum ait, hoc nobis indicat eum, qui agni particeps futurus sit, seque ac socordem esse non debere, nec in virtutibus remissum ac languidum, verum ita animo affectum, ut promptè & alacriter ad Dei promissâ currat, atque eorum, quæ retro sunt, oblitus, ad ea, quæ à fronte sunt, seipsum extendat, omniâque huius vitæ commoda pro falsis ducens futuram rerum veritatem exquirat: ne id in nobis contingat, quod facere vetitus est Loth à duobus illis angelis, quos hospitio susceperat. Hunc enim ita Sodomis fugere iusserunt, ut retrorsum non respiceret, nec in omni circuniacente regione staret, sed in montem salutis causâ se conferret. Eodem igitur nos modo faciamus. Ne circumspeciamus (curiosus enim ad voluptatem & concupiscentiam aspectus nobis perniciem affert) nec semel ad virtutem currere aggressi in peccati finibus consistamus, verum ad montem, hoc est, ad virtutis cacumen excurramus, ne fortè nos ignis vindex, & à nostro igne alienus, inusitato & admirando impetu ruens arripiat. Nam cum omnis ignis natura sursum feratur, ignis tamen ille, quo Sodomorum vrbs conflagrauit, pluuie instar est cælo deorsum ferebatur. Nec in statuam salis concrescamus, hoc est, salis modo infatuemur, aliisque in statuam, hoc est, in coargutionem & accusationem ac triumphum proponamur. Tunc autem salis statua quispiam efficitur, cum ad deteriora reuertitur, atque ad peccatum, quod pro derelicto habuisse videbatur, perniciosam enim hanc conuersionem cunctatio parit. Nam cum circa virtutem procrastinamus, in vitium nos prolabi, atque ad pristinum nostrum vomitum rursus conuerti necesse est.

Cum lactucis autem agrestibus, quoniam vita ea quæ ad Dei normam exigitur, auspiciantibus præsertim acerba atque acclius est, voluptatibusq; sublimior. Nam quod nouum iugum benignum & suaue est, ut Scriptura loquitur, atque onus leue: id propter spem fit ac mercedem huius vitæ molestiis afflictionibusque longè vberiore. Alioqui enim quis non legalibus præceptis Euangelium multò laboriosius atq; ærumnosius esse dixerit? Nam cum Lex fines tantummodo peccatorum prohibeat, nobis ipsæ etiam causæ propemodum ut actiones crimini vertuntur. Non adulterium committes, inquit Lex: at tu nec concupisces quidem, ex curioso atque anxio contuitu animi affectum incendens. Non occides, ait illa: at tu ne, si feriaris quidem, referies, quin potius percutienti teipsum totum præbebis. Quantò tandem hæc illis altiora ac difficiliora. Non peierabis, inquit illa: at tu nec à principio vlllo modo iurabis: quòd scilicet ex iuramento periurium nascatur. Non iunges domum cum domo, ait illa, nec agrum cum agro, tyrannide pauperem opprimens: at tu libèti animo iustis etiam rationibus quæstias opes excuties, atque in pauperum subsidium spoliaberis, ut leuiter crucem tollas, diuitiasque ab aspectu remotas assequaris.

NICET. Quòd septem diebus panem fermenti expertem edere lex iubet, id nobis documento est, ut omni vitæ nostræ tempore in simplicitate ac puritate viuamus. Per agrestes autem lactucas, vita dura & voluptatum domitrix, atque huiusmodi, ut sensibus difficulter capi possit, nobis significatur. quandoquidem omnis disciplina in præsentem non videtur esse gaudij, sed mæroris. Acerba quoque incipientibus ea vitæ ratio est, quæ ad diuinæ legis amussim exigitur. Quamquam enim Christum dicentem audis, iugum meum dulce est, & onus meum leue: id tamen non eò dicitur, quòd leuis sit hæc sarcina: sed præmij ac mercedis ratione talis efficitur. Nec enim condignæ sunt passionis huius sæculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis ut ait Apostolus. Et alio loco, id quod in præsentem momentaneum est tribulationis nostræ, supramodum æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non spectantibus nobis ea, quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporaria sunt: quæ autem non videntur, æterna. Hac ratione facilia sunt præcepta Euangelica. Alioqui Euangelium legalibus edictis ærumnosius atque laboriosius est. si quidem Lex duntaxat peccatorum fines prohibet: at Christus in Euangelio causas quoque ipsas quasi fines interdicit. Et sanè qui id quod primum est prohibet, secundum non relinquit: qui enim semen tollit atque euellit, prohibet quoque ne seges oriatur: sublatis etenim principiis nihil mali existet. Ac proinde qui ea non permittit, sed causam in eodem ferè criminis gradu, quo finem, constituit, multò vtrique magis earum effectus sustulit. Non adulterium committes, inquit Lex: at tu ne concupisces quidem, nec turpi atque obscæno aspectu mulierem perspicias, nec alienæ formæ elegantiam curiosis oculis intueberis, ut sedulo atque anxio aspectu amoris flammam accendas. Hæc enim adulterij causa est. Rursus, Non cædem perpetrabis, ait Lex: at Christus iram quoque ipsam, ex qua cædes nascitur, interdixit. Ego enim dico vobis, inquit, ut non resistatis malo, homini scilicet: sed si quis in dextram maxillam colaphum tibi impegerit, conuerte illi & alteram. Rursus, Dicitur est antiquis, Non peierabis: Ego autem dico vobis, ne à principio quidem omnino iuretis. Ex crebro enim & familiari iuramenti vsu periurium oritur. Dicitur est rursus per Esaiam, Væ, qui coniungunt domum cum domo, & agrum cum

Col. 3.

Gen. 19.

Matth. 11. Euangelica lex veteri leuior propter spem ac mercedem.

Matth. 19.

Rom. 8. 2. Cor. 4.

Exod. 26. Matth. 5.

Esai. 5.

A

B

C

D

E

eum agro: ut proximo aliquid eripiant. At in diuersum Christus apud Marcum ita loquitur, Vade, vende quæcunque habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, & veni, & sublata cruce me sequere. Quo loco crux carnalis affectus oppressionem, sædæque voluptatis abiectioem, & doloris cum virtute coniuncti sensum, animique à terrenis rebus euectionem significat. Totius autem huius dicti hæc sententia est. Tantum absit, ut alienis rebus manum iniicias, ut ea etiam, quæ honestis rationibus quæsiuisti, pauperibus effundas atque dispergas, ut crucem facile perferas (paupertas enim efficit, ut afflictionis onus leuiter feramus) ac pro rebus caducis & sub aspectum cadentibus incorruptibilia & sempiterna bona consequaris.

Iam lumbi brutis quidem animantibus remissi ac soluti sint: neque enim illis inest ratio, quæ voluptatibus frenum iniiciat (quamquam ea quoque motus naturalis libidinisque modum norunt) tibi autem per zonam ac temperantiam restringatur pars illa quæ libidine æstuat atque hinnit (nam hoc verbo Scriptura ad exagitadum huius affectus turpitudinem vitur) ita fiet, ut mortificatis membris, quæ sunt super terram, Pascha purè comedas, solitarij illius Ioannis & præcursoris, magnique veritatis præconis præcinctioem imitans.

NICET. Nunc illud interpretatur, sint lumbi vestri præcincti, atque, Brutis quidem animantibus lumbi, hoc est, pars ea quæ voluptate alitur, soluti sint, minimeque compressi ac frenati: quoniam rationis, quæ aduersus brutam voluptatem & à ratione auersam imperium habet, expertia sunt, nec iudicio perturbationum animi principe gubernantur. Nec enim arbitrij libertate donata sunt, nisi quis dixerit eorum quoque permulta naturalis ad venereum congressum motus atque impetus modum nosse. Lumbus enim appetitionem cum semina coeundi significat. Tibi autem, qui præter arbitrij libertatem rationis quoque vsu accepisti, faciendum est, ut temperantia veluti Zona quadam turpem & vesanam cupiditatem & libidinem, quæ

per lumbos significatur, constringas. Quam insectans atque proscindens Hieremias hinnitum appellat dicens, Equi in sano feminarum amore exarserunt, vnusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. Etenim ita demum Pascha dignè comederis, si voluptuariam earum rerum, quæ in hac vita studiosè expetuntur, latitudinem quasi vestem quandam ad pedes demissam ac circumfusam per temperantiam contraxeris ac restrinxeris. Nam quòd zona temperantiam designet, locus ille, cui apponitur, satis confirmat. Tum si iuxta

Pauli consilium membra, quæ sunt super terram mortificaueris: non dixit corporis, (huius enim membra sunt caput, manus, pedes, & alia huiusmodi) verum ea, quæ sunt super terram, id est, terreni affectus membra, nimirum scortationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam. Denique si Ioannis Zonam imiteris. Hanc autem imitatur, quisquis continentie ope ac viribus genitale anime facultatem reipsa per cognitionem constringit, atque ita custodit, ut ad terrenarum rerum congressum diffundi nequeat, id est, qui turpium voluptatum cupiditatem extinxit. Hoc genitalem anime vim & facultatem vocat, quam ratio nobis insita, id est, vis rationalis constringit: atque indissolubile, hoc est, ad rerum materia constantium amorem minime pronam & procliuè custodit. Ioannes enim circa lumbos pelliceam Zonam habebat, vellis porro mortua est atque emortua rei designatrix. Iam verò solitarij dici possit, qui animi habitum ab omni turbulento motu purum comparauit. Præcursor autem, qui per veram & sinceram pœnitentiam, iustitiam ipsius assecram, ac per virtutem in omnium oculis lucentem, propinquum scientie aduentum prænunciat. Magnus postremò veritatis præco, qui veritatis doctrinæ quam voce prædicat, vitæ puritate fidem astruit.

Sed & aliam zonam noui, nimirum militarem & strenuam, iuxta quam Euzoni Syriæ & Monozoni quidam nominantur, ac Deus ipse Iobum prophetam alloquens, Ne, inquit, verum accinge ut vir lumbos tuos, & da responsum strenuum, quibus etiam viribus beneficio diuino accinctum se esse Dauid gloriatur, ac Deum quoque ipsum potentia indutum atque accinctum inducit, nempe aduersus impios, nisi tamen malit quispiam potentie exuberantiam ac veluti restrictionem his verbis significari: quo etiam sensu lumine sicut vestimento amictus dicitur. Intolerabilem enim potentie ipsius ac luminis vim quis sustinebit?

NICET. Duplex, inquit, zone genus noui, alterum quo tunica immodicè expansa restringitur: qua significatione qui Pascha comedunt, lumbos accingunt, hoc est, superfluas cupiditates contrahunt. Alterum militare, à quo in libro Regum quosdam milites inuenio Euzonos & monozonos vocatos: Euzonos quidem, quòd leues sint & expediti (tales enim proculdubio sunt milites, qui leuiter accinguntur, atque vnicam vestem substringunt, ac proinde Monozoni frequentius appellantur, ut propter vnam vestem zona vna vtentes. Atque etiam Iobum ipsum Deus alloquens dicebat, Ne, hoc est, ne silentio indulgeas, verum confirmare ac strenuè responde, hoc enim significat quod ait, Accinge ut vir lumbos tuos. Ergo iuxta significationem Zone militaris Dauid quoque ad Deum ait, Accinxisti me virtute ad bellum. Et de Deo verba faciens, Indutus est Dominus fortitudinem, atque accinxit se, aduersus impios scilicet seipsum armans. Nisi forte dicat, his verbis, accinxit virtutem, hoc significari. Deum nequaquam omni potentia sua aduersus impios vsu esse (quis enim eam sustinere queat?) verum ipsius exuberantem ac redundantem copiam compressisse. Eiusdem quoque generis est illud Dauidis, Amictus lumine sicut vestimento, id est, induens ac restringens luminis exuberantem copiam, non secus ac vestem quandam ad talos vsque demissam. Etenim potentia Dei & lumen, nisi contrahantur, æquè omnibus intolerabilia.

Marc. 10.

Lumbi Zona castitatis præcincti.

Cap. 5.

Coloss. 3.

Zona militaris.

Iob 38.

Psal. 17.

92.

Psal. 103.

Lumbos cum
veritate
succingi
quid sit.

Quæro quid lumbis cum veritate commune sit, & quæ Pauli mens fuerit, cum diceret, State igitur succincti lumbos vestros in veritate? Num forte quod speculatio concupiscētiæ coërceat, nec aliorum ferri sinat? Nec enim fieri potest, vt qui rei cuiuspiam amore flagrat, parem ad alias voluptates vim habeat.

NICET. Lumborum explicationem prosequitur Theologus, ac quoniam Paulum audit sic Ephesius scribentem, State igitur succincti lumbos vestros in veritate, quærit quid lumbus cum veritate commune habeat, atque id inuenit. Quoniam enim in lumbis renes sunt, id est, retro lumbos ad spinam dorsi: circa renes autem pars concupiscibilis sita est: idcirco à loco concupiscētiæ lumborum nomine appellauit Apostolus. Rursus quia facultas speculatrix circa veritatem versatur, ea quæ verè sunt, quærens: ideo ab eo quod queritur, speculatrici facultati veritatis nomen imposuit. Hoc cum à Theologo animaduersum esset, sic interpretatur locum hunc succingi lumbos in veritate, hoc est, Christi contemplatio lumbum nostrum & concupiscētiæ confringit, cāmque totam ad rerum diuinarum amorem transfusam ac deriuatam diffundi ac dispergi non sinit. Nec enim qui alicuius rei amore inardescit, erga alia eodem modo affici potest.

Calceamenta
soluēda.

Iam qui terram sanctam ac diuinis vestigiis impressam contacturus est, calceamenta soluat, quemadmodum & Moses ille in monte, vt nihil mortuum ferat, nec inter Deum atque homines intermedium. Consimiliter etiam si quis discipulus ad prædicandum Euangelium mittitur, frugalitati ac simplicitati studeat: quippe quem præter id quod nec æs, nec baculum, nec duplicem tunicā habeat, etiam nudis pedibus iter facere necesse est, vt pulchri pedes euangelizantium pacem atque omne bonū appareant. At verò qui Aegyptum ac res Aegypti fugit, calceos sumat, vt tutus sit cum ab aliis rebus, tum à scorpis & serpētibus, quos permultos nutrit Aegyptus. Sic fiet vt ab iis, qui calcaneum obseruant, & quos calcare iussi sumus, minimè vulneretur.

Concionator
frugalitati
studeat

NICET. Calceamenta nonnunquam pro vitiosa mortificatione accipiuntur (nam ex mortua quoque pelle ea conficiuntur) interdum etiam pro cautione ac tutela. Nam hæc etiam iniuriam à pedibus arcent. Ac Moses quidem in monte audit, Ne huc accesseris, solue calceamenta de pedibus tuis. Locus enim, in quo stas, terra sancta est. Quæ verba hoc nobis significant, eum, qui animum ad contemplationem adiciat (hæc enim terra sancta est, in qua Deus per imaginem apparet) mundanas curas vt mortuas, & infrugiferas, atque aditum ad Deum intersepientes abiicere debere. Consimili modo is quoque, qui ad Euangelium promulgandum mittitur, & æs, & baculū, & duas tunicas, & calceamenta habere prohibetur. In quo per id quidem, quod æris expers esse iubetur, pecuniarum contemptus docetur: per id autem quod baculum gestare vetatur, tranquillo atque ab ira alieno esse animo condiscit. Baculus enim animi commoti atque irati speciem præbet. Vnde & Apostolus ad Corinthios scribens dicebat, Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu lenitatis? Iam per vnicam tunicam vita simplex atque ab omni versutia & improbitate libera designatur. Postremò per id quod nudis pedibus incedere iubentur discipuli, hæc eis doctrina præscribitur, vt nihil mortuum ferant: vt impleatur illud Esaiæ dicentis. Quam formosi sunt pedes annunciantium pacem & bonam, id est, vt gressus eorum, qui pacis Euangelium annunciant puri ab omni reprehensione appareant. Moses igitur diuinam terrā calcans, ac discipulus, qui ad prædicandi prouinciam mittitur, vitiosum ac mortuum calceamentum soluat. At qui Aegyptum atque Aegypti res fugit, id est, peccatum & eius fetus, ne huius vitæ spinis (hoc est peccatis, quæ nudis & immunis atque incautis pedibus spinarum loco esse queant) offendatur, calceamentorum firmitate pedes communiat. Hæc autem calceamenta nihil aliud sunt, quam vita continens & aspera, quæ spinarum cuspidem perfringit ac conterit, atque impedit ne peccatum ex tenui atque obscuro principio ad interiora sensim illabatur. Nec verò propter spinas duntaxat calceis vtatur, sed & propter demones, qui callidè & sceleratè atque occultè insidias struunt, quos magno numero alit peccatum. De quibus in Euangelio ait Dominus, Ecce dedi vobis potestatem calcadi super serpentes & scorpiones. Quo loco serpentes fortasse peccata ea dicuntur, quæ perspicuè grauius atque atrocia sunt, scorpiones autem ea vitia, quæ quanquam hominum opinione parua videantur, mortis tamen aculeo animam conuulserant, atque enecant. Separatim autem in principio Genesios de serpente scriptum est, Ipse obseruabit caput tuum, & tu obseruabis eius calcaneum. Homo etenim primum spiritualis serpentis impetū ac mali principium (hoc enim Scriptura caput vocat) cauere atque obseruare debet: ne forte reliquis corporis tractus caput consequatur: serpens autem actionis hominis finem velut calcaneū obseruat, vel etiam finem profectiois ipsius & vitæ.

Exod. 3.

1. Cor. 4.

Cap. 52.

Luc. 10.

Gen. 2.

Baculus
duplex.

Corpus &
sanguis
Christi.

Iam de baculo atque eius significatione ita sentio. Nam cum alter fulciendi vim habeat, alter pastoris & doctoris proprius sit, atque oues ratione præditas castiget, in viamque reducat, hinc lex fulcientem baculum tibi præscribit, necubi animo titubes, dum sanguinem Dei & Passionem ac mortem audis, ac dum Dei patronus atque defensor vis videri, impiè corruas. Quin potius submoto omni pudore ac dubitatione corpus ede, sanguinem bibe, si modò vitæ desiderio teneris, nec doctrinæ carnis fidem abrogans, nec Passionis sermonibus offensus.

Innixus

Innixus sta, firmus & stabilis atque ita comparatus, vt in nullo concutiaris ab aduersariis, nec verborum lepore atque illecebris abripiaris. In fastigio tuo sta, in atriis Hierusalem pedes tuos firma, in petra suffulci, vt non moueantur tui Deo accepti gressus.

NICET. Duplex quoque est, inquit, baculus: alter pecudes ratione vtentes pastorum ritu castigans, iuxta illud, Pasces eos in virga ferrea: alter infirmos fulciens, iuxta id, quod à Zacharia dictum est, Adhuc sedebunt senes in plateis Hierusalem, vnusquisque baculum habens in manu sua, præ multitudinem dierum. Atque hinc, vt opinor mutatus Theologus superius dixit, Senili more baculum gestates. At tibi nunc agnum comedenti fulciens ac sustinens in manibus sit, vt etiam si Dei sanguinem & passionem ac mortem audieris, nimirum verbo per communicationem idiomatum carnis suæ proprietates sibi vendicante, ne mente vacilles, nec impiè à rectæ fidei doctrina decidat, aded vt vel impatibili diuinitati passionem tribuas, aut dum huius patrocinium suscipis, eum qui patitur, purum hominem esse, nec salutem nobis afferre posse existimes. Quæ enim à puro & simplici homine salus proficisci queat? Nonne audis Saluatorem dicentem, Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis? Quare si vitæ cupiditate afficeris, sublata omni dubitatione veri agni & Dei corpus comede & sanguinem bibe. Omnem enim vitam suapte vi affert Verbum, atque illud ex Virgine editum templum. Verbum verum in seipso habens. Proprium enim ipsius erat corpus, ac non quasi alienum onus & sarcina. Quare si ipsa caro assumpta Dei dicitur, vtique & carnis proprietates Dei quoque dicuntur. Ac proinde nec iis, quæ de carne dicuntur, fidem abroga, cum audieris Filium Dei eam assumpsisse, sibi que vnuiisse, atque in sublime euetam diuinitate donasse: nec rursus iis, quæ de passione dicuntur, offendere, cum dicimus Deum passum esse. Nam eum secundum carnem passum esse affirmamus, verum vt in proprio corpore. Ceterum hic quoque eorum, qui agnum comedebant, habitum serua. Nam quemadmodum illi stantes comedebant: sic tu quoque fixus & stabilis in veritate sta fidei baculo innixus, nec omni vento doctrinæ commouere. In fastigio tuo sta, nec in cogitationes humiles atque abiectas præcipitem te ferri sinas. Dic cū Dauide, Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem, hoc est in Ecclesiæ doctrina ambulamus & commoramur, nec quicquam à nostra caula alienum credimus ac profitemur. In petra pedes firma. Petra autem Christus est, ac nostra in eum fides & confessio: cuius beneficio vtinam id consequaris, vt recti ac Deo grati tui gressus non moueantur.

Quid ais? Itane fixum est atque decretum, vt Aegypto, hoc est fornace ferrea excedas, impiūque deorum multorum cultum illic vigētem relinquant, atque à Mose, eiusque legibus ac militari imperio ducaris? Consilium quoddam tibi porrigam, nequaquam meum, immò admodum quoque meum, si rem spiritualiter expenderis. Vasa aurea atque argentea ab Aegyptiis commodatò pete: cum his te itineri committe: ex alienis facultatibus viaticum tibi para, immò ex tuis potius. seruitutis enim ac lateritij operis merces tibi debetur. callidè aliquid circa mercedis flagitationem comminiscere: præclarè extorque. Esto sanè, grauibus hinc laboribus vexatus es cum luto colluctans, id est, cum ærumnoso & sordido corpore, ac domos alienas atque incertas extruens, quātū memoria cum sonitu perit. Quid? Gratias & absque mercede egredieris? Quid? An Aegyptiis atque aduersariis potestatis, ea relinques, quæ sceleratè quærita sceleratius consumunt? Nullum ius in ea habent, sacrilegio compilarunt, eripuerunt ei, qui dixit, Meum est argentum, & meum est aurum, dabōque ei, cui voluero. Heri illa possidebant, sic enim permittebatur. Hodie ea tibi Dominus offert ac porrigit præclarè & ad salutem vsuro. Amicos nobis de Mammona iniquitatis acquiramus, vt cum defecerimus, in iudicij tempore recipiamus.

NICET. Nunc auditorem Theologus interrogat, atque ad eum, Quid dicis? tu inquam, qui ea, quæ à Iudæis in figura celebrabantur, spirituali modo facere iuberis. Cognosce hæc ita decreta esse, vt iuxta id quod in Deuteronomio habetur, ex fornace ferrea, hoc est ex Aegypto migres. Fornax porro ferrea est acris & vehemens affectuum flamma. Plures autem deos colit, non solum qui à recta fide auersus est, sed etiam qui fœdis voluptatibus seruit. Singulis enim singuli demones præsent, ac per eas coluntur. Iam Moses allegoricè Christus est, cuius Lex Euangelium, & militaris præfectura instructa illa aduersus demones acies. Postremò auditorem quidem ad fallendum inducere vult Gregorius: verum quia fallere Christiano prohibitum est, idcirco præmollit id quod dicturus est, atque: Consilium quoddam tibi porrigam nequaquam meū, nec enim nostrū est cuiquam suadere, vt fallat, si autē spirituali sensu hanc fraudem intellexeris, admodū etiam nos decet ista fallēdi ratio. Nam demones decipere callideque circumuenire valde iustū est, ac laudādum. At verò Exodi historia primū videamus, ac deinde ad allegoriā nos cōferemus. Et dixit Dominus ad Moysen, Loquere clam ad aures populi, & postulet vnusquisque à vicino, & mulier à vicina vasa aurea & argentea & vestimenta. Dominus autem dedit gratiam populo suo coram Aegyptiis, & commodarūt ipsi, hoc est, ad vsum crediderūt. Dixerunt enim, Simulatque in mōte sacrificauerimus, statim reuertemur. Nec verò iniqui iudicij erat,

Xx

ne iuxta historiam quidem imperare iis, qui diuturnis laboribus afflicti fuerant, ut Aegyptios spoliarent, sed admodum etiam integri atque incorrupti iudicis, equum esse pronunciantis, ut operarius alimento fruatur. Allegorico autem sensu per Aegyptios demones intelligi possunt, per vasa autem aurea et argentea divitiae nostrae, quae ex varis materis conflantur, quarum ipsi domini sunt, nobis impostura earum dispensatoribus videntes, easque expendendas committentes, in quos usus imperauerint. Ergo cum a flagitiosa vita excedis (id enim Aegyptium significare existimandum est) eas videntes roga, alienas quidem, ut pote secundum demonum consilium administratas: tuas autem, ut diuino munere tibi concessas, ut eas, quemadmodum oportet, dispenses. Comitabuntur te porro pecunia, cum Deo per pauperum manus offerentur. Exemplum Israelitarum sequere, et quemadmodum illi cum multis annis Aegyptiis seruisissent, nec seruitutis mercedem aperte flagitare possent, arte ac dolo petitionem suam prosecuti sunt, Deo nimirum hoc suadente: eodem modo quoque spirituali Pharaoni seruisisti, circa terram terrenarumque rerum studium te ipsum occupans (quae non abs re lateritia opera nominantur) ac propterea tibi merces debetur. Quocirca Aegyptios demones spolia, recte spargens, quae male accumulasti. Esto sane, ipse quoque fateor, graues aerumnas pertulisti cum hoc luteo corpore colluctans, atque aedes erigens, alienas quidem, quia te extincto alij eas possidebunt, incertas autem, quoniam ex materia caduca et fragili extructae sunt: quibus corruentibus memoria quoque una cum ea fama, quae ex illis excitabatur, perit. Id quod de ciuitatibus scriptura dicit, hoc est de domibus quas quidam extruunt. Sonus enim est extructorum fama et memoria. Nam cum aedes collabuntur, domini quoque nomen una obruitur. Hoc enim opinor significat, cum sonitu. Quandoquidem igitur misera seruitute afflictus es, cur gratis et sine quaestu egredieris? Cur demonibus ea relinquis, in quibus nihil illis iuris est? Dei enim sunt omnia dicentis per Aggeum, Meum est aurum et argentum, ac per Danielelem adiicientis, Et cui volo, do ea. Heri demonum erant, (nimirum cum male administrarentur) Deo ita permittente. Hodierno die ea Dominus tibi porrigit, ut his ad salutem utaris, reconciliata tibi nimirum pauperum amicitia ex mammona iniquitatis. Mammona autem opes sunt iniquis rationibus quaesitae. Quo in numero ea quoque ponenda sunt, quae usum ac necessitatem excedunt. Superflua enim sunt pauperum. Quin per Aegyptias etiam opes moralis et naturalis, et ea, quae in differendo versatur, philosophia designari potest, atque omnes illae disciplinae, in quarum studium incumbunt, qui ab Ecclesia alieni sunt. Eos igitur qui liberam vitam per virtutem consecraverunt, externas quoque doctrinae opes sibi comparare iubet Theologus, atque ab alienigenis, quantum ad fidem attinet, mutui nomine acceptas possidere, ut in tempore profuturas, nempe cum res ita nata fuerit, ut spiritualibus hisce opibus Ecclesiae arca exornanda sit. Iam vero per tres illas ciuitates Phiton, Rhameses, et On, quas Hebraei Pharaoni aedificauerunt, nonnulli tres has cogitationes significari existimauerunt, nimirum libidinis, auaritia, et ambitionis: ex quibus peccatum omne conflatur. Harum ciuitatum memoria euerisionis non in abscondito atque occulto futura est, sed cum sonitu, id est exaudibilis, ac quoque gentium peruagatur.

Psal. 9.

Cap. 2.

Ad imitationem Rachel surripienda idola.

Gen. 31.

Si Rachel quaedam es, aut Lia, hoc est patriarchica et illustris anima, patris quoque tui idola, quaecumque inueneris, surripi, non ut serues, sed ut deleas. si autem sapiens Israelita, ad terram promissionis transfer: eoque nomine discrucietur persecutor, atque ex fraude tibi facta intelligat, frustra se tyrannide atque seruitute meliores oppressisse.

NICET. Rachel a patre suo Laban discedens idola ipsius furata est. Cum autem Laban fugientes persecutus, ac Lian et Iacob et pedisse quas scrutatus, ipsam quoque, quae ea in stramenta cameli iniiecerat, et super ea sedebat, scrutari pararet, dixit Rachel, Ne moleste feras domine, non possum tibi assurgere: quoniam iuxta consuetudinem mulierum est mihi. Theologus autem Lian ut furti consciam cum Rachele collocauit. Verisimile enim est, eam furti sororis expertem atque ignaram non fuisse, id tamen tectum habuisse. Porro Lia Hebraeis laborem aut laborantem sonat, ac proinde ad actionem accipitur, priorque cum Iacob matrimonio iungitur. Rachel autem idem est, quod pascens, aut quae pascitur, ac contemplationem designat, atque hanc Iacob post Lian in uxorem accipit. Actio enim contemplationis est fundamentum. Rachel igitur est, omnis anima contemplationis studiosa, quae lege Dei velut agna pascitur, et secundum legis diuinae praescriptum suos motus regit, carnisque cogitationes et affectus virtutis procreationi primum subicit, atque ita post introitum ad cognitionem omnino aboler. Lia vero omnis anima actionem amplectens, quae virtutis causa laboribus afflicta, quam, quisquis ad diuinam philosophiae studium animum adiicit, primam ferè sibi contubernalem asciscit. At per sapientem Israelitam nobis mens speculatrix indicatur, quae seculi huius cogitationes atque inuentiones ad cognitionis terram transuehit, non secus atque Israelita aurea et argentea Aegyptiorum vasa Hierosolymam transfulerunt. Hierusalem vero, si quis interpretetur, pacis visionem, aut gratiae spiritum significat. Laban itaque mundus hic commodè dici queat, idola autem eius foedae et perturbatae cogitationes, ac terrena rerum imagines. Quare si quis hunc mundum ut patrem amauit, ac deinde per actionem et contemplationem Christo adiunctus mundum propter vitae consuetudinem cum Christo inuitam abiurare velit, ille patris idola surripiat, id est turpes et crassas rerum species, quas mundus obicit, ab anima expellat, ac primum quidem virtutis secunditati eas subiiciat: (quandoquidem et Rachel sella, quae sedebat, idola supposita) postquam autem ex diuturno labore in comprimendis affectibus exhausto, ad animi tranquillitatem, aut cognitionem peruenit, tum demum vitiosas impressiones, hoc est, cogitationes prorsus euellat, ac de medio tollat. Laborem autem hoc loco studium illud atque operam vocat, quae in abolendis carnis affectibus suscipitur, quandoquidem ipsa quoque Rachel Sichimis in Bethel perrecura

A

B

C

D

E

patris

patris idola terra obruit. Sichima porro Hebraeorum lingua humerum sonat, qua dictione labor ille designatur, qui in domandis affectibus exantatur: humerus enim fortitudinis et laboris est symbolum. Bethel domum Dei. Deus enim in tranquillitate affectuumque vacuitate et scientia habitat. Verum ita quisquam crassas et perturbatas huius seculi cogitationes surripit, non ut iis fruatur, sed ut eas perdat ac deleat, quemadmodum et Rachel patris idola furata est, non ut ea coleret, sed ut in terram velut obscena et pudenda atque obliuione digna absconderet. Sapiens etiam Israelites dici possit, qui omnem cogitationem Christo in captiuitatem redigit, ac profanam eruditionem quasi praclarum quoddam viaticum secum effert, eamque ad extructionem Ecclesiae Dei transuehit, maximumque diabolo dolorem ex eo inurit, quod externas disciplinas, quibus alienigenae, hoc est, a recta fide auersi homines mirifice gloriantur, ipse Deo consecrarit, Ecclesiamque decorarit, atque ipsum malitiae artificem arte deluserit, quippe qui in gentilium studiis et disciplinis magno cum labore versatus, cum idcirco impurum illum spiritum in eam opinionem adduxisset, ut per eas ipsum iuris sui mancipiumque factum esse existimaret, non tamen ab iis detrimenti quicquam acceperit, quin potius huiusmodi eruditione tanquam materia ad optimas res usus sit, tyrannique stultitiam atque inanes spes prodiderit, qui homines artibus ipsius ac technis superiores ac sublimiores seruitute oppressurus sibi videbatur. Possunt haec etiam de diuitiis in sensum cadentibus exponi. Nam qui ex Aegypto, id est hoc mundo opes suas per manus pauperum ad terram promissionis, hoc est in caelum, transuenerit, is procul dubio sapiens Israelita est, ac diabolus excruciat, videns, ubi thesaurus conditus est, illic quoque et cor eius esse qui condidit.

A

B

C

D

E

Hoc si feceris, atque ita Aegypto excefferis, ignis, mihi crede, ac nubes columna tibi die ac nocte iter praemonstrabit, asperitas deserti mitescet, mare tibi scindetur, Pharaon aquis obruetur, panis pluuiae instar fluet, petra scaturiet, Amalec opprimetur, non armis tantum, sed etiam ex passis iustorum manibus precationem simul atque insuperabile crucis trophaeum signantibus, fluminis cursus inhibebitur, sol sistetur, luna retinebitur, muri nullis etiam machinis ad motus corruent, crabrones praecurrent, viam Israeliti munientes, atque alienigenas arcetes, reliqua etiam omnia, quae post haec et simul cum his historiae prodita sunt (ne nimis longum sermonem producam) Dei beneficio tibi concedentur.

Trophaeum crucis olim praefiguratum.

NICET. Historia de fluuio, et sole et luna et muris in libris Iosue continetur: reliqua in Exodo. Scriptum est enim, quod posteaquam ex Aegypto egressi fuissent Iudaei, Deus illos praecedebat, interdiu quidem in columna nubis viam ipsis commonstrans, noctu autem in columna ignis, nec destitit columna nubis in die, nec columna ignis in nocte plebi vniuersae praelucere. Desertum autem erat in Anathoth haud longe ab Aegypto, per quod Iudaeorum copia iter fecerunt. Anathoth autem Romana lingua responsum significat. Nam ita propinqua Aegypto castra habuerunt Iudaei, ut ipsorum quoque voces propemodum exaudiri, atque e propinquo responsa dari possent. Rursus aquam diuisit Dominus: et ingressi sunt filij Israel per medium maris rubri: Pharaon autem reuersis aquis cum toto suo exercitu obrutus est. Sequitur historia de manna, et petra percussa, et de rege Amalecitarum, qui dum transitum Hebraeis pracludere nititur, fusus ac profligatus est, Iosue quidem exercitum ducente, Mose autem preces fundente, ac per manuum extensionem, quas Hur et Aaron utrinque suffulciebant, crucem figurante. De fluuio Iordane habes Iosue 3. de muris urbis Hiericho cap. 6. de cursu solis ac lunae inhibito cap. 10. Iam de crabronibus ita scriptum habetur Exod. 23. Mitti crabrones priores te, et c. Et in libro Sapient. Misisti praecursores exercitus tui crabrones, ut impios paulatim exterminaret. Sed iam omnes has historias allegorice exponamus. Columna igitur nubis, ut Paulo quoque placet, spiritus sanctus est, qui homines in turbidis animi motibus comprimendis laborantes inumbrat ac refrigerat, ac solis in malam partem accepti estum atque ardorem a nobis arcet, a quo etiam semina illa petris mandata exsicantur. De quo in Psalmis quoque dicitur, Per diem sol non uret te, neque luna per noctem. Columna ignis rursus vel spiritus sanctus est, qui ad Apostolos in ignis forma accessit, vel etiam ipse Christus, qui columna quidem ob tripartitam corporis dimensionem dicitur: Ignis autem propter diuinitatem. Deus enim noster ignis consumens est. Haec itaque ignis columna in erroris nocte palantes ad veritatem ducit, scientiam nimirum faciem praefrens. Desertum autem mitescens, anima est, quae prius quidem siluestris erat atque inuia, nec fructum illum probi alimentum ferebat, postea vero spiritu lenitatis mansuefacta, ac per diuinum accessum exculsa fructibus protulit. Iam mare, quod scinditur, affectuum tempestas est, ac fluctuantis et procellosae huius vitae amarulentia. Pharaon autem submersus, atque Amalec bello oppressus diabolus est. Arma diuinum auxilium, manus actiones. Panis spiritalis esca. Petra Christus, ex quo aqua vitae manat. Fluuius, qui inhibetur, libidinis profluuium. Sol stans, sol est iustitia. Atque o beatum hominem, qui toto diei, hoc est, praesentis huius vitae spatio eum in seipso nequaquam occidentem retinet, nec vitij atque ignorantiae vespere circumscripsum, ut impuros et sceleratos demones impetum in se facientes legitime frangere, atque in fugam conuertere queat. Luna quae retinetur, mutabilis nostra natura est, quae in sanctis viris fixa atque immota permanet propter virtutis habitum mutationem non admittentem. Muri, qui deiiciuntur, malitiae praesidia sunt, atque omnis altitudo, quae aduersus Deum extollitur. Crabrones praecurrentes, diuinae quaedam potentiae sunt, nobis succurrentes, atque in demones hostes nostros incurstantes. Ac ne longius sermonem protraham, non ea solum, quae commemoravi, ex Aegypto egredientis diuino beneficio consequeris, sed etiam alia, quae post haec, id est, deinceps historiae sacrae prodita sunt, et cum his. Vno enim historiae contextu haec et illa continentur.

Exod. 13. 14. 16. 7.

Cap. 12. I. Cor. 10.

Psal. 120. Act. 2.

Deut. 4.

* Habes Iosue. Has omnes historias interpret Gracus fuisse persecutus est. Nobis loca scripturae adnotasse

satis fuit. Notissima enim sunt hæc historia.

Ac tale est festum quod hodierno die agitas : talibus epulis, tum natalitiis, tum funebribus te pascit, qui tua causa & natus & passus est. Tale Paschatis mysteriū celebras. Hæc lex velut primis lineis deformauit: hæc Christus absoluit, ille inquam legis abrogator, Spiritus perfectior, qui ut ex eo q̄ passus est, ad patiendum nos instruit: ita ex eo q̄ glorificatus est, hoc nobis affert, ut simul glorificemur.

NICET. Huiusmodi, inquit, festum celebras, non secundum corpus, hoc est, fœdis voluptatibus indulgens, ut Gentiles. nec secundum literã & simpliciter, ut Iudæi: sed perfectum ac spirituale Deoque gratum. Talis tibi mensa proponitur antiqua & varia historia referta animamque oblectas. Tale comedis tua causa dispensatum Christi natale, tale etiam epitaphium. Tale à te intelligatur Paschatis mysterium, quale oratio nostra ob oculos posuit, nimirum quod & agnus est Christus, ut innocens, & hircus, ut propter peccata nostra traditus, deinde quod in præsentia Christi mysterium positum, ac velut præsignatum, atque ante sæcula decretum esset. Tum quod idcirco decima die agnus acceptus, atque quod ad vesperam mactatus esse dicatur, quia in sine sæculorum Christi mors contigit: quodque idem nocte vna carnes absumantur, quia mortis Christi tempus vnicum est, ac semel mortuus, non ultra moritur. Item quod eos, qui agni participes fiunt, ab omni vitio & dolo velut fermento quodam alienos esse, ac pro Christi amore afflictionum acerbitates & amaritudines perferre oportet, atque expeditos esse & succinctos, ac morienti Christo velut comites se adiungere, & cum eo ex hac vita mundanisque negotiis excedere, atque vsque ad posteram auroram domi manere, hoc est, à virtute non discedere, quoad futura dies præsentia Christi illucescat. Nox enim tota hæc vita est. Hæc atque huiusmodi Pascha mysticè designat, quæ Lex quidem adumbravit: Christus autem absoluit. Ipse enim is erat, quem hæc ad verorum colorum expressionem desiderabat, ut quæ nihil aliud essent, quam vmbra earum rerum, quæ ab ipso gerenda erant. Quoniam autem modo iis extremam manum addidit? quoniam sublatis atque antiquatis literalibus sacrificiis spiritualia sacrificia numeris omnibus absoluta tradidit, nimirum cum nouæ cænæ mysterio suos initiavit, dixitque, Hoc facite in meam commemorationem. Nec enim iam agnum habemus, nec acerbis lactucas, panemque fermenti expertem, verum pro agno ipsum Christum, illum, inquam, agnum Dei, tollentem peccata mundi, quem Lex utique deformauit, Esaias indicauit, Ioannes demonstrauit, pro azymo autem pane & lactucis acerbis purissimam in Christo vitam, quæ non sine acerbitate afflictionibusque obtinetur. Ob eam enim causam Christus ex passione ad gloriam peruenit, ut ex eo quidem, quod passus est, nos quoque doceat, dolores atque afflictiones pietatis causa subeundas esse: ex eo autem, quod gloriam adeptus est, id nobis afferat, ut in eadem cum eo gloria sumus. Si enim compatimur, inquit Paulus, & conglorificabimur.

Enimvero alienum non fuerit rem ac doctrinã inquirere à multis quidem neglectam, meo autem iudicio studiosè perquirendam. Eccui enim sanguis ille pro nobis exhaustus, & quam ob causam fusus est, ille inquã, magnus & nobilis sanguis Christi & Pontificis & sacrificij? Nos enim à diabolo detinebamur, utpote qui venundati essemus sub peccato, ac vitium cum voluptate commutassimus. Quod si redemptionis precium non cuiquam alij quàm detinenti persoluitur, quæro cui tandem oblatum est, & quam ob causam? Si diabolo, ô indignam contumeliam, si non à Deo solum, sed Deum quoque ipsum pro redemptionis precio latro accipit, adeoque insignè & excellens tyrannidis suæ præmium, cuius causa nobis quoque parci æquum erat: si autem Patri, primùm quo modo id factum est? nec enim ab ipso tenebamur. Deinde quæ ratio afferri potest, ut vnigeniti sanguine Pater oblectetur, qui ne Isaac quidem à patre oblatum acceperit, sed ariete in rationalis victimæ locum substituto sacrificium permutarit. Perspicuum, utique est Patrem quidem precium accepisse, non tamen quod petierit, aut eo opus habuerit, verum quia diuina dispensatio ita ferebat, & quia per humanitatem à Deo assumptam homini sanctitatem afferri oportebat: atque ut tyranno per vim superato nos liberaret, ad seque intermedia filij opera reduceret, hoc ad patris honorem, cui in omnibus rebus perspicuè cedit, dispensante.

NICET. Hoc loco magnum quidpiam inquisiturum se profferretur, idque rem vocat, utpote gestam, doctrinam autem, ut opinabilem, hoc est, opinionem quandam & sententiam de se nobis afferentem. Exhaustus enim, inquit, pro nobis ille sanguis Christi (qui & Pontifex dicitur, ut nos Deo sistens atque concilians, & sacrificium quia oblatum est) cui tandem datus est, & quam ob causam? Neque enim illud dubium est, quin ipsi captiui à diabolo teneremur, venundati sub peccato, quemadmodum ad Rom. scribit Apostolus, ab Esaiã mutuatus. Simul enim atque Deilegem libera voluntate violauimus, atque impetum diaboli admisimus, protinus aditum ipsi aperuimus, peccatum videlicet ex nobis adiacentes, ac vitium cum voluptate permutantes. iucunda enim ipsius perpetratio esse videtur. Quod si is, qui captiuos detinet, redemptionis quoque precium accipere debet, quæro cuius sanguis Christi oblatum sit? Diabolo? Atqui hoc extremæ contumelie

Cui & cur fusus sit sanguis Christi.

Gen. 22.

Rom. 7. Esai. 52.

melie fuerit, si diabolus tale precium talèque mercedem acceperit, nempe Deum ipsum ob quem omnino par erat, ut latro ille nobis quoque parceret. An Patri datus est? Atqui nequaquam ab eo tenebamur. Alioqui etiam quæ est hæc ratio atque explicatio, ut dicamus Patrem Filij sui sanguine delectari, qui ne eadem quidem Isaac patri permiserit, sed pro eo arietem mactandum substituerit? Quæ igitur quæstionis huius solutio? Dicendum earem quidem accepisse, non tamen quod petierit aut opus habuerit, sed propter dispensationem. Constitutum enim fuerat, ut pro nobis Christus moreretur, ut per carnis assumptæ sanguinem (hoc enim humanitatem vocat) generis humani natura sanctitatem consequeretur, atque ut Pater nos redimeret tyranno per vim superato. Vis autem propriè quidem potentie exuberantiam significat: hic tamen iuris præcellentiam. Pater enim diabolum condemnauit, ut qui Filio suo iniuste mortem procurasset. Mors enim peccati pena est: Christus autem nunquam peccauit. Ac proinde ita condemnato tyranno Pater nos liberauit, atque ad eum per Filium subuecti sumus. Nam is medius interpositus viam nobis complanauit & commonstrauit, atque in Patris honorem hoc dispensauit. Homo enim factus est, & passus est, & sanguinem Patri obtulit, ut Pater hostem condemnaret, nostrique generis liberator magis appareret, etsi Filius præclarum hoc facinus patrauit. Passim enim in Euangelio Patrem honorans, egregia sua facta ei ascribit. Illud autem notandum, quod cum hæc dictio, non duas proprietates habeat, alteram quia eos, qui captiui tenentur, in libertatem asserit, alteram quia ei, à quo tenentur, precium persolui necesse est, hoc loco precio huic quod Dominus redimendi nostri causa persoluit, altera proprietate adfuit, (captiuos enim liberauit) altera defuit. Nec enim huiusmodi precium diabolus accepit, absit. Verum Pater, propter Filij concertatione nostræ salutis causa, voluntariè suscepta. Illud quidè peruersus spiritus in spe habuit, sed pro ea spe totius imperij euerionè accepit.

A

B

PSELVS. Rem & doctrinam. Gr. ἀπαρτία & δόξα. Res, est, quæ cum geritur, nullam contradictionem spectatoribus præbet. Nam quod delphinus per aquas labatur, res est in opinionis varietatem minimè cadēs. Neque enim aliis natæ videtur, aliis secus. At quod ita geritur, ut interim variis spectantium aut intelligentium opinionibus diuidatur, hoc præterquam quod geritur, etiam decernitur. Dogmã enim est rei dubiæ & controuersæ post accuratam inquisitionem pronuntiata sententia. Quemadmodum Platonem animam immortalem astruere ac decernere dicimus: quandoquidè simmias & Lebes aliter de ea sentiebant, nimirum harmoniam quandam esse asserentes, vna cum corporibus dilabentem: alij etiam de ea aliter opinati sunt.

Ac de Christo hæc nobis dicta sunt, multoque plura silentij honore prosequemur. At verò serpens æneus aduersus morsum serpentum suspenditur, non tamen vt Christi pro nobis passi typus, verum vt antitypus, atque eos qui ipsum intuentur, saluos facit, dum non eum viuere, sed mortuum esse, simulq; subditas sibi copias enecare persuasum habent, deletum nimirum & extinctum, sicut merebatur. Et quod tandem illi cõgruens epitaphium canemus? Vbi est, mors, stimulus tuus? Vbi tua, inferne, victoria? Crux te prostrauit, vitæ author tibi necem attulit. Exanimis es, mortuus, immobilis, iners, serpētis licet figuram serues, in sublimi loco ignominiosè pendens.

Serpens æneus. Ioan. 3.

1. Cor. 15. Crucis victoria.

D

NIC. Hæc, inquit, de Christo, atque eius præclaris facinoribus dixisse sufficiat, atque iis etiam plura silij honore prosequemur, præteriente videlicet ea oratione, tum ne nimia prolixitate audientibus fastidium pariamus, tum quia temporis angustia premimur, tum etiam propter difficilem ac perobscuram tantorum mysteriorum explicationem. Aenei autem serpentis historia scripta est in libro Numer. Nam cum multi ex filiis Israël ob mururationem à serpentibus icti perirent, tandem Mosis precibus mitigatus Deus ad eum dixit, Fac tibi ipsi serpentem, & pone eum in signo, hoc est in ligno. Et quisquis percussus eum aspexerit, viuet. Illud porrò fac tibi ipsi, hoc ostendit, quod quoniam ex iis quæ fiebant, alia Dei ratione fiebant, alia ratione hominum, hoc loco, Tibi ipsi, ratione Mosis, & totius multitudinis eodem genere oriundæ dictum est. Age, iam quasi ex figura ad nos veniamus. Deum enim ipsi quoque offendimus, atque adeo in spiritualium serpentum morsum incidimus, qui per omne peccati genus nos ferientes morte afficiebant. Quoniam autem modo salutem consecuti sumus? Aspeximus etiam ipsi serpentem in ligno, hoc est Christum, ipsum que intuentes atque in eum credentes salutem nanciscimur. Verum qua ratione Deus, qui natura bonus est, serpens dicitur? Quoniam iuxta nos, libera voluntate malos, per similitudinem carnis peccatum factus est, & cum iniquis reputatus est. Serpens igitur Christus est, velut in similitudine peccati, quia homo factus est. Atque ob eam causam ad eum, qui purum hominem eum esse arbitrabatur, dicebat, Quid me dicis bonum? Enimvero serpens ille æneus verè serpens nõ erat, sed figuram quidem serpētis habebat, venenum autè non habebat. Eodè modo Christus, quatenus peccati venenum non habebat, non erat vnus è nobis, qui serpentis formam subiimus. Omne etenim peccatum serpens verè est, & qui ipsum admittit, serpens quoque ipse efficitur. Quin hac quoque causa serpens, quem in cruce Mosis sustulit, figuram Christi gerit, quoniam quemadmodum corporeus serpens non solum venenum habet, per quod: qui ab eo icti fuerint, extinguuntur, sed etiam vitæ pharmacum,

Num. 21.

2. Cor. 5. Esai. 53.

E

quo accepto qui percussus fuerint, ad vitam reuocantur. Sic ex interempto Adamo homini medicamentum inuentum est, quod est Domini corpus, cuius vi omne peccati virus à credentibus aboletur. At Theologus serpentem æneum Christi typum haudquaquam esse censet (neque enim fas ac pius est peruersum spiritum Christi-typum vocare) verum antitypum, hoc est contrariam figuram. Etenim serpens à principio homini exitium attulit: Christus autè postea salutem. Ille in errorem induxit, hic viã commonstrauit. Illic serpens verus

non erat, hic homo verus. Adhuc ille eadem forma præditos serpentes interemit: at Christus congeneribus hominibus vitam affert. Præterea Christus saluos eos facit, qui credunt ipsum viuere, ac vitam esse credunt: at diabolus salutis causa iis est, qui ipsum intuentur, si modo crediderint, non quod ipse viuat, sed quod per crucem oppressus atque extinctus sit, duntaxat quantum ad tyrannidem; atque etiam subditis sibi defecricibus copios interitum accersuit. Nam Christus obruncato duce, illius quoque exercitum profligauit. Illud igitur notandum, quod serpens hæctenus Christi figuram gerebat, quod in ligno penderet, aliis autem omnibus rationibus figuræ contrarius, hoc est, figuræ non simpliciter, sed cum contrarietate, vt superius declaratum est. Quoniam igitur peruersus spiritus extinctus est, age ei congruum epitaphium contexamus, ac cum Osea dicamus, Vbi est mors, stimulus tuus? Vbi est inferne, victoria tua? Diabolus enim mortis minister est: mors autem orci ministra. Diabolus si quidem per peccatum sauciatos morti tradebat: mors autem interfectum ad orcum transmittibat. At nunc Theologus inferni & mortis nomine diabolum vocat, vt vtriusque causam. **A** Aculeus autem illius peccatum est, ac voluptatis æstrum, victoria fraus: quibus rebus nos sub imperium suum ac potestatem redigere Belial contendeat. Verum vtrunque per Christum deletum est. Peccatum enim non fecit, nec à tentatore delusus ac circumuentus est. Quin potius tentator ipse cruce Christi conuulneratus est atque interfectus: quantum ad tyrannidem attinet, ac per animum & inanimum serpentem ignominia notatur. Ille enim in ligno confixus ac triumphatus tentatorem præsignabat, qui per saluisferum & vitale crucis lignum interemptus est, atque ita serpentis formam retinet, vt tamen nihil eorum, quæ serpentis sunt, agere valeat, saltem in Christo. In eo enim omnis draconis vis & facultas in irritum cecidit.

Iam verò Paschatis participes erimus, nunc quidem adhuc in figura, licet magis perspicua quam in lege veteri (Legale enim Pascha, nec enim docere verebor, figuræ figura erat obscurior) aliquantò post autem perfectius & purius, cum videlicet illud nouum filius Dei nobiscum in regno Patris biliturus est, patefaciens ac docēs, quæ nunc minus plenè declarauit. Nouum enim illud semper est, quod nunc nobis innotescit. Quænam autem illa sit potio atque perceptio, discere nostrum est, illius docere, discipulisque suis hæc doctrinam impartiri. Doctrina enim & institutio, eius quoque, qui alios alit, cibis est & alimentum.

NICET. Triplex Pascha in mediū producit Theologus, Iudaicum, nostrum, & futurum. Ac Iudaicum quidem figuram nostri esse dicit, nostrum autem futuri: Iudaicum porro nostro obscurius esse, nostrum verò, si quidem cum Iudaico conferatur, perfectum esse, si autem cum futuro comparetur, imperfectum. Cuiusmodi autem sit futurum Pascha, sequentibus verbis docet. Quod verò ait, non enim dicere verebor, hoc idè addidit, quia nouum atque absurdum videri poterat, Pascha nostram figuram dicere. Perfectius autem in altera vita Paschæ participes erimus: quia nunc in spe resurrectionis nostræ festum celebramus: tunc autem eam ipsam celebrabimus, cum nimirum ipsius quoque pollicitatio expleta fuerit, quam fecit his verbis. **C** Non bibam posthac ex hoc genimine vitis vsque ad diem illum, cum illud bibam vobiscum in regno Patris mei. Quo loco nonnulli doctores per regnum Christi resurrectionem intellexerunt, per nouam autem potionem, escam illam, quam accepit, cum à mortuis esset reuocatus. Noua enim ea erat, quia non quod cibo opus haberet, comedebat, sed vt corporis naturam confirmaret, resurrectionisque suæ fidem discipulis faceret. At Theologus regnum, futuræ illius vitæ statum interpretatur, nouam autem potionem, absolutiorem erudiendi rationem. Atque hoc est Pascha, nimirum eo tempore arcana tam diuinitatis quam humanitatis ipsius mysteria dignis hominibus impartiri. Ex parte enim nunc cognoscimus, vt a postolus inquit, & ex parte percipimus: tunc autem facie ad faciem, hoc est clarè & manifestè. Hæc quoque ratione Pascha hoc nostrum futuri Paschæ figura dici potest, quia quandiu in hoc mundo versamur, crassius adhuc Christi participes sumus, nempe per sanctam ipsius carnem: illic autem vberius ac perfectius. Alioqui etiam passionis ac mortis Christi commemorationem complectitur carnis ipsius ac sanguinis perceptio. Quotiescunque enim, inquit, **D** manducatis panem hunc, & poculum bibitis, mortem meam annunciat. Quocirca in hoc quidem sæculo per eorum, quæ diximus, perceptionem ipsius mortem annunciamus: cum autem postea in Patris gloria aduenerit, haudquaquam opportunè confessionem illi propter passionem offeremus, sed purè eum, vt Deum agnoscemus facie ad faciem, ac tunc potionem nouam Christus nobiscum bibet: nouam quidem, vt pote recentem, ac tum primum nobis innotescentem. Nobiscum autem Christus bibiturus est, quia non solum is, qui docetur, sed is etiam, qui docendi munere fungitur, disciplinis, quas tradit, nutritur. Potio autem illa est ac non esca, quoniam vt virtus illa, quæ in actione versatur, esca dicitur, quod durior sit, cōfectuque difficilior: ita illa, quæ in contemplatione consistit, potio magis appellari solet. Cum igitur hæc virtus actiua finem acceperit, tum verò speculatrix coletur, atque exercebitur, atque ea sanctis viris clarius detegentur, quæ nunc minus plenè Christus ipsis aperuit.

Age verò, nos quoque Legis participes efficiamur, cæterum Euangelicè non literaliter, perfectè non inchoatè, sempiternè non temperariè. Caput nobis constituiamus, non humilem Hierusalem, sed supernam Metropolim, non eam, inquam, quæ nunc ab exercitibus proculcatur, sed quæ ab angelis honorificè prædicatur. Mactemus non vitulos nouos, nec agnos cornua producetes & vngulas, quæ

Paschale gale figura figura.

Doctrina cibis doctis.

Luc. 22.

1. Cor. 13.

1. Cor. 11.

Legis participes sumus, non literaliter, sed Euangelicè.

quæ magna ex parte mortua sunt ac sensu carent: verum Deo super altari super- no cum cœlestibus choris sacrificium laudis immolemus. Penetremus primum velamen: ad secundum accedamus, in Sancta sanctorum prospiciamus. Atque vt maius aliquid dicam, omnibus horis atque agitationibus nosmetipsos Deo immolemus, omnia pro Christi nomine excipiamus, passionibus passionem imitemur, sanguine sanguinem ornemus, crucem alacres conscendamus. Dulces sunt clau, tamen grauem doloris sensum afferant. Præstat cum Christo & pro Christo pati, quàm deliciis voluptatibusque cum aliis indulgere.

NICETAS. Legis participes nos vult esse Gregorius cum aliam Pascha etiam sancientis, & quidè participes esse, non vt Iudæi nuda literæ adhaerentes, hoc est agnum sensibili modo comedentes (illi enim imperfectè percipiebant, figuratè ac non verè festum celebrantes) verum vt præscribit Euangelium, hoc est corpus ac sanguinem Domini percipientes. Euangelium autem perfectionem tradit. Quocirca pro capite ac Metropoli cælum constituamus, vt Hebræi Hierusalem: ad quam solam vndique confluentes festa celebrabant. Quod autem terrena Hierusalem ab exercitibus esset calcada, Christus apud Lucam his verbis prædixerat, **Luc. 21.** Et Hierusalem calcabitur à gentibus (hoc enim nomine exercitum illum significat, qui sub Vespasiano & Tito Hierusalem infestis signis oppugnauit atque peruastauit) donec impleantur tempora nationum. Sacrificemus Deo non ea, quæ ex legis præscripto offerri solebant, vt pote vitulos, agnosque teneros cornua producentes & vngulas, quæ duo, cornua videlicet & vngula, res mortuæ sunt ac sensu carentes, ac proinde haudquaquam congruæ atque idoneæ, quæ Deo viuo in sacrificium offerantur: verum cum angelis incrementam victimam, hoc est laudis & canticorum, & rationalem illum cultum sacrificij loco offeramus. Et quemadmodum in veteri tabernaculo primum erat ingressuro velū, quo distinguebatur locus ille, qui sancta dicebatur: post hoc rursus alterum velum erat interius, quo locus ille dirimebatur, quem sancta sanctorum appellabant: sic nos quoque res omnes corporeas & in sensum cadentes, velut primum quoddam ac vicinum nobis velum penetremus ac diuidamus, atque ad secundum, hoc est ad cælum, quod res sensibiles dirimit ab intellectualibus, accedamus. Propinqui autem cælo facti per actiue virtutis pennas à rebus terrenis sursum euecti in ipsum quoque cælum prospiciamus, ac speculatiuis oculis mysticas, nec in oculorum sensum cadentes pulchritudines contemplerur, ad ipsam Trinitatem scilicet spiritualiter appropinquantes, atque agni sacrificium offerentes, hoc est sacrosanctum illud sacrificium, quod celebrare docemur, vel etiam maius: nimirum vt nos ipsos Deo totos offeramus & consecremus, omnibus diebus atque agitationibus (quæ quidem vel in cogitatione, vel in sermone, vel in opere considerantur,) atque omnia pro Christo, vel etiã pro pietatis doctrina (vtrunque enim nō potest significat) sustineamus, ad martyrium videlicet nos accingentes, si ita tempus tulerit, & crucis supplicium subeuntes, si ita necesse fuerit. Dulces enim sunt clau propter dominicorū clauorum imitationem & delectationem in spe positam, licet propter corporis dolorem sensu acerbi sint. Porro passionibus Christi passionem ille imitatur, qui spontaneos labores atque inuoluntarios casus firmo & robusto animo perfert. Ille autem sanguine Dominicum sanguinem ornat, non modò qui sanguine suum per martyrium profudit, sed etiam qui pro Christi amore per continentiam ipsum substraxit atque imminuit. Quoniam autem modo non solum corporeo, sed etiam spirituali modo quispiam crucem conscendit? nimirum cum per erumnas & afflictiones supra res terrenas assurgit, ac tentationes carni dolorem inurentes velut quosdã clauos lubenter excipit, vt beate vitæ dulcedinem afferentes.

Si Simon Cyrenæus sis, crucem tolle ac sequere. **Matt. 27.**
NICETAS. Simon, si quis interpretetur, obedientiam significat, Cyrene autem animi promptitudinem. Quisquis igitur ad obediendum Euangelio paratus est, ac prompto animo per membrorum, quæ super terram sunt, mortificationem, philosophiæ in actione positæ erumnas & afflictiones pro virtute subit, ille Simon fit Cyrenæus, vltro nimirum virtutem colens, atque humeris crucem gestans, ac Christum sequens, hoc est disrictam prorsus à terra piæ vitæ rationem ostendens. Eodem modo tu quoque si animi obedientia præditus es alacri animo ad gestandam carnalis voluntatis oppressionem accingere. Nam interemptrix quoque corporis, crux erat. Ita fiet, vt Christi manda a sequaris.

Si vt latro simul cruci affixus fueris, probo & candido animo Deum agnosce, cumque ille propter te tuumque peccatum cum iniquis reputatus fuerit, tu propter illum iustus efficere. Adora tua causa pendentem, pendens etiam ipse lucri aliquid ex ipso quoque scelere collige: morte salutem eme: cum Iesu paradysum ingredi, vt intelligas, quibus bonis excideras. Bona illa contuere: murmuratorem cum sua blasphemiam foris mori sine.

NICETAS. Ille in crucem tollitur vt latro, qui scelerum pœnas luit. Qui si tamen persuasum habeat se merito cruciari, ac Deum esse, qui mundum gubernet, atque omnibus rebus provideat, probus & candidus est, vt pote veritatem agnosens. Quamobrem & vt perpetuens, & vt a quo animo cruciatus ferens in paradiso est. At si impatienter vicem suam ferat, prouidentiamque accuset, aut neget, iniquus ille est, & murmurator: ac proinde nec in paradysum introibit, quemadmodum nec Hebræi, qui in deserto murmurauerant, in terram promissionis. Proinde ipse quoque, si propter tua peccata supplicio afficeris, probum illum & can-

Psal. 68.

Nos ipsos Deo immolare decet.

Luc. 21.

Matt. 27.

Luc. 23. Adoradus Crucifixus.

didum latronem imitare, ac dum cruciarius Deum eiusque providentiam agnosce, nimirum qui te per huius vite dolores purgari velit. Si Christus, ut est apud Esaiam, inter sceleratos reputatus est (cu latronibus enim velut facinorosus in crucem sublatu est) idque ut peccatum tuum lueret, tu enim pœnae obnoxius eras, ipse autem, ut qui peccatum nullum admisisset, immerito passus est ut te a peccato et pœna liberaret. Propter illius iustus efficere legis Evangelicæ vestigis hærens, ac per animi gratitudinem adora, id est cede ac procumbe, agnoscens te meritis pœnis affici, atque à Deo res humanas inspici atque administrari: hoc enim per adorationem significari potest. Ipse quoque pendens, id est dum à Deo puniris, vtilitatis lucrif; aliquid ex ipso scelerè collige. gr. xaias, quæ vox vel pro afflictione, vel pro peccato et scelere accipi potest. Quoniam autem modo tibi vtilitati erit peccatum: nempe ut intelligas te propter ipsum puniri, ac Deum tibi placatum reddas, ac salutem emas. Nam si ita feceris ad sempiternorum bonorum perceptionem ingredieris, simulque cum Christo regnabis atque hereditatis ipsius eris particeps. Ac vide quam proprie et accuratè loquatur Theologus. Non dixit, Christus iniquus factus est, sed existimatus. Rursus non dixit, Tu iustus reputare, sed efficere. Neque enim existimatio, sed ipsa rei veritas aut iustum hominem reddit aut condemnat. Iam hæc quoque quæ sequuntur, altius perpende. Adora, inquit, tua causa pendentem, quoniam ipse sceleratus habitus cruci affixus est, ac propter te mortem pertulit, ut intelligas te, ut verè sceleratum, per dolores et afflictiones iustitiam consequi debere. Quod cum perspectum habeas, suspendere, hoc est à terreno carnis affectu sustollere, eoque extincto salutem elucrare, ac mente paradysum ingredi, cœlestem illam vitam, à qua excideras, cogitatione tibi fingens. Ceterum cum Iesu ingredi, ducem tui ad contemplationem introitus Filium Dei faciens, et cum ipso pulchritudines illas inspectans.

Si Ioseph Arimathæus sis, ab eo qui in crucem sustulit, corpus pete, tuum fiat mundi piaculum.

NICETAS. Ioseph idem est quod adiectio et incrementum, Arimathæus idem quod tollens. Quisquis igitur actioni simul et contemplationi incumbit, Ioseph Arimathæus dici potest, nimirum per actionem à seipso crassum omnem et terrenum affectum tollens atque euellens, per contemplationem autem ad spiritualem cognitionem increfcens. Proinde si tu quoque adiectionem habes, id est, incrementum amoris diuini, tolle ac porta religiosè corpus Iesu, mysticum scilicet, dignè ipsum percipiens, atque illud pete, id est, rape à crucifigente, hoc est eo, qui indignè percipit, ac propterea contumelia afficit, quique reus est corporis et sanguinis Christi. Tuumque fiat id quod omnes, à quibus digne accipitur, purgat et sanctificat. Alio modo etiam corpus Christi est, quisquis in eum credit: huius membra secundum naturam actionem suam exercere. At qui additamentum fidei habet, Ioseph spiritualis est, qui corpus accipere potest, honestèque sepelire, atque in pectore suo ex fide, quasi è petra exciso imponere, ac spiritualibus circa hoc sæculum sermonibus velut sindone quodam Dei filium inuoluere.

Si Nicodemus sis nocturnus ille Dei cultor, funebribus vnguētis ipsum vnge.

NICETAS. Nicodemus ille est, qui ad Christi agnitionem animo quidem firmus est ac solidus, ceterum dum carni gratificatur, in mandatorum obseruationem acri animi contentione incumbere, velut meticulosus renuit, propter metum Iudæorum, hoc est perturbationum animi vel dæmonum impetus. Huiusmodi autem viro ad laudem et commendationem præclarum videtur rectè saltè de Christo sentire, nec contumeliosa verba proferre. Vnguētis autem dominicum corpus ad sepulturam perfundit, qui sermones et disputationes, quas de eo habet, pie tractat, easque fundit suaui odore stillantes aut etiam redolentes.

Si Maria quædam sis, si alia Maria, si Salome, si Ioāna, diluculo lachrymas profunde. Fac prima sublatum lapidem, angelos etiam fortasse, atque adè Iesum ipsum videas. Nonnihil loquere: vocem ausculta. Si audieris, Noli me tangere, eminus sta, Verbum venerare, non autem mœrore afficere. Nouit enim à quibus primùm conspiciendus sit. Resurrectionis encœnium celebra, Eux succutit primæ lapsæ, prima Christum salutans, ac discipulis indicans.

NICETAS. Quoniam Christus à Maria Magdalena septem demonia eiecit, anima illa Maria Magdalena dici potest, quæ impuris spiritibus, qui septem bonis spiritibus ab Esaiâ enumeratis oppositi sunt, miserè vexatur, quam postea Evangelij doctrina purgavit. Ut autem exactius loquamur, Maria Magdalena est omnis anima actione gaudens, à septenarij huius sæculi terrore velut dæmonibus quibusdam per Evangelicorum præceptorum doctrinam purgata: à quo animas liberat verbum Dei supra ea, quæ in tempore sunt, illas euehens. Alia autem Maria, cuius hoc loco meminit Gregorius, propriè quidem est mater Domini, vel potius Iacobi minoris. Nam mater Domini in prima illa profectione cum sola Magdalena ad monumentum, perrexerat, ac resurrectionis Christi certior facta, quietem agebat. Allegoricè autem altera Maria anima est contemplationis studiosa, quæ non naturæ, sed gratiæ cognitionem cum Filio Dei per veram scientiam adeptæ est. Atque ut vno verbo absoluam, per duas Marias designatur anima contemplationem simul et actionem amplexa. Salome autem (quæ vox lingua nostra pacem significat) anima illa esse potest, quæ sublati atque expulsi animi perturbationibus tranquilla pace fruatur, atque affectu carnis spiritui legi subiecto per spiritualium animi conceptionum speculationem sempiternarum rerum scientiam pro viribus affecta est. Ioanna autem ad verbum columbam sonat, ac per eam anima illa significatur, quæ turbidos motus leniter abiecit, ac spiritualem scientiæ prouentum et fecunditatem ardentem habet, hoc est virio vacat, et numerosos

rosos virtutis factus profert. Quamobrem si quæ es anima ex his, quas commemorauimus, diluculo plora, lachrymas adipiscendæ scientiæ vim habentes fundens, hoc est de orthodoxæ fidei cognitione cum magna alacritate et studio inquirens, et quidem veram mysterij fidei nostræ cognitionem à Deo tibi dari postula. Diluculum enim celeritatem indicat. Nam si excellentissimam omnis virtutis et scientiæ doctrinam ita quaesieris, primùm illam obscuritatis doctrinæ cæcitatem cordi tuo incumbentem sublatam videbis. Hac autem submotæ duos angelos profectò cernes, alterum ad caput, hoc est diuinitatis doctrinam, alterum ad pedes, nimirum humanitatis et incarnationis. Aut si mauis, per angelos scientiæ motus intellige, extincti aliquando in te per vitium, filij Dei resurrectionem proclamantes. Neque enim in obsceni et execrandi hominis anima Christus vim suam exerit, sed per flagitiosas et sceleratas actiones quodammodo extinctus est. Postremò ipsum etiam Christum intueberis perspicuè apparentem, ac sine vllis signis et figuris, atque tuas intellectuales conceptiones spiritali voluptate explentem. Nonnihil loquere de Christo piæque doctrinæ percunctans. Vocem ausculta, hoc est doctrinam et reuelationem captum tuum non excedentem. Quod si altiore doctrinam et speculationem audieris, propemodum tibi dicentem, Noli me tangere, eminus sta, nec propterea mœrore afficere, ut cui nondum sublimioris doctrinæ attingendæ potestas fiat. Nouit enim huiusmodi doctrinam, quibus primùm aspicienda sit, iis nimirum, qui maiores ad contemplationem progressus fecerunt, ut Ioāni et Petro. Resurrectionis encœnium celebra, id est, festum diem celebra, atque ob animæ tuæ ab affectibus resurrectionem gaude ac triumphat. Eux succutit. Quenam autem erit opis ferendæ ratio? Illa per peccatum primæ lapsæ est: tu per iustitiam resurge, ac primus Christi doctrinam cognitam atque illustrem redde. à quibus enim hoc loco salutationem et allocutionem significat. Nam cum Maria vocem Iesu agnouisset, dixit illi, Rabboni, quod dicitur magister. Eux igitur succutit, nimirum ipsius culpam contraria virtute corrigens. Illa enim viro fraudem renunciauit, Maria autem Apostolis salutem. Idem tu quoque factururus es, si ignorantes doceas.

Petrum vel Ioannem imitare, ad sepulchrum propera, simul ac certatim currens, atque honesta æmulatione contendens. Quod si celeritate anteuertaris, studio vince, non circumflexo corpore, in monumentum prospiciēs, sed in ipsum ingrediens.

NICETAS. Scriptum est apud Ioannem, Exiit Petrus et alius ille discipulus. Currebant autem duo simul: et ille alius discipulus cucurrit citius Petro, et venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit linteamina posita, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, et introiuit in monumentum. Petrus igitur is est, qui fide firma ac solida præditus est, quique ea etiam virtute, quæ in agendo versatur, ornatus est. Ioannes autem, qui propter lenitatem et insignem cordis puritatem à Christo amatur, ob eamque causam sapientiæ et scientiæ thesauros consequitur, ac per id quod supra pectus recubuit, Theologia vim ac facultatem accepit. Sepulchrum autem ad quod properat, tam qui cõtèmplationi quam qui actioni studet, profundum illud est, in quo doctrina ea, quæ cœlestium ac terrenarum rerum peritiam habet, absconsa est. Verum alter secundum virtutem in actione positam, alter secundum contemplationem in intelligentia sitam, certatim currunt. Hac autem ratione Petrus cum Ioanne certatim currere dicitur, quoniam ille actiuam virtutem amplectebatur, hic speculatiuam, quæ quidem inter se pugnare videntur. Vterque tamen concordia cursu properat, quoniam vnus idemque in vtroque laudandus scopus perspiciebatur: id enim agebant, ut scirent an verè Dominus reuixisset. Concurrunt igitur hi duo animi proposito et intentione, ad suum vterque proprium bonum pari successu cõtendentes. Atque ut apertius dicā, propter laudabilè æmulationem certatim currunt, dum vterque alterum superare conatur, ille actione, hic contemplatione. Concorribus autem animis currunt, quoniam ad vnum scientiæ scopum tendunt et qui in actione, et qui in speculatione versatur. ac celeritate quidē is qui contemplationi sese addixit, actionis studio anteuertit, utpote crassa materia minus grauatus: studio autem speculationis alumnus is superat, qui actiuam virtute instructus est, utpote laboriosior. Ad hæc qui contemplatione delectatur, solum intelligit: at qui actione gaudet, experimento scientiam capit: quemadmodum Ioannes in monumentum solum se inclinauit, Petrus verò introiuit.

Quod si Thomæ instar à cœtu discipulorū, quibus apparuit Christus, abfueris, posteaquā videris, ne rei fidem abroges: quod si id tibi fidem non facit, narrantis saltem crede: si ne his quidem, at certè clauorum impressionibus fidem habe.

NICETAS. Quisquis in fidei doctrina dubitat, Thomas est, ac eodem modo Didymus, qui ægrè adducitur, ut virtutis et scientiæ ipsi insit, ac per admissum peccatum mortuæ resurrectionem fore credat. Discipuli autem sunt, qui certa fide sibi persuadēt Christum hoc est emortuā prius virtutem, per diuinā potentiam in ipsis reuixisse: quique ut christi discipuli loco, sic ipsi concordia sententiæque firmitate et constantia cõtuncti sunt, ad quos etiam christi gratia immeat. Si igitur tibi contigerit, ut ab eorum cœtu abfueris, hoc est ut per te minus credas, saltem his, qui huiusmodi resurrectionis periculum fecerunt, ac rem ita se habere confirmant fidem arroga. Si ne his quidem, at certè veterum peccatorum memoria in mente circa passionem impressa tibi fidem faciat. Passionis autem expertæ memoria nihil est aliud, quam præteritarum rerum absque voluptate et mœrore impressio, nullas habens vulnerum perforationes propter eam, quæ postea secuta est, tranquillissimam animi constitutionem, quam qui non senserit, ne alij quidem crediderit, quemadmodū Thomæ accidit. Memoria itaque peccatorum vestigium atque impressio est: clauis autem ipsa peccata prolabentes homines transfigentia. Quocirca cum eam vim habueris, ut ea sine vlllo animi affectu, memoria recolere

queas, tum demum tibi huiusmodi virtutem resurrexisse persuasum habe.

Descensus Christi ad inferos. Si in infernum descendat, simul descende. Ea quoque mysteria cognosce, quæ Christus illic delignauit: quod duplicis descensus cõsilium, quæ ratio fuerit: vtrũ omnes sine vlla exceptione aduentu suo saluos fecerit, an illic quoque eos duntaxat, qui crediderunt.

NICETAS. Descendente Christo in infernum, ipsum quoque per contemplationem sequere, non ob malum, sed vt excellentem eorum, quæ illic peraguntur, rationem addiscas. Ac quære, quæ duplicis Christi descensus causa fuerit, alterius nimirum à cælo in terram, alterius à terra in infernum: an fortasse, vt in terra quidem per fidem, ac puram & innocentem vitæ degendæ rationem animas cum corporibus saluas faceret: in inferno autem animas sine corporibus per fidem solam? Proinde quisquis de animæ interitu à peccato promanante, ac rursus de resurrectione per Christum contingente disputationem habet, ille etiam in infernum descendit, vt vitij habitus & actus, qui in aliquo fuit, reditum ad virtutem ac scientiam Verbi beneficio consequatur. Enimvero Christus in infernum descendens non omnes, verum eos solos, qui crediderunt, saluos fecit. Chrysostronus ipse affirmat neminem in inferno à Christo salutem accepisse, nisi qui salute dignus esset, cum ex hac vita discessisset. Ac fortasse qui tum crediderunt, salute digni habitus sunt. Cuiusmodi quiddam de ethnico Platone in Patrum historiis circumfertur. Nam cum diu antea vita sanctus à quodam Christiano maledictis conuictusque vt sceleratus & impius laceratus esset, noctu ad conuictorem suum venit, hominẽque accusauit, vt frustra ipsum maledictis insectantem. Ego enim, inquit, me peccatorem esse haudquaquam inficias iuero: verum cum Christus in infernum descendit, nemo ante me ad fidem accessit. Hoc de Platone commemoratur, quod credendum sit, necne, auditoribus iudicandum relinquo.

* Videtur hic alludere ad id quod ait Petrus priore epistola sua, cap. 3. nempe Christum his qui in carcere erant predicasse: ex quo loco suspicatur Nazianzenus, Christum ita cum ipsis egisse, vt eos quidẽ, qui ad ipsius aduentum fidem amplexi sunt, in cælum duxerit: eos autem, qui fidem ipsi habere noluerunt, in penis reliquerit. Billius.

Si in cælos ascēdat, simul ascende, atque vel comitantibus vel excipientibus angelis te adiunge. Portis vt attollantur, ac sublimiores fiant, impera, quò Christum à passione sublimiorem capiant. His qui propter corpus & passionis signa, quæ, in descensu non allata, secum ascendens tulit, mente perplexi atque ancipites sunt, atque idẽ percunctantur: Quis est iste rex gloriæ. responde, Dominus fortis & potens, cum in iis omnibus, quæ semper fecit, & facit, tum in præsentibus bello ac trophæo pro humani generis salute erecto, ac duplici interrogationi responsum duplex repende. Quòd si secundum dramaticam illam apud Esaiam personarum loquentium introductionem admirantes dixerint, Quis est iste, qui venit de Edom, rebũque terrenis, aut quomodo rubra sunt eius, qui sanguinis ac corporis experts est, vestimenta, nõ secus ac vinitoris, qui torcular plenum calcauerit: stola corporis passi pulchritudinem ex aduerso profer, quod per passionem exornatum, ac per diuinitatẽ, qua nec amabilius quidquam, nec pulchrius, illustratum est.

NICETAS. Dauid psal. 23. angelos introducit partim comitantes Christum, ac superioribus angelis dicentes, Attollite portas principes nostri, & eleuamini porte aeternales, & introibit rex gloriæ: partim etiam interrogantes, Quis est iste rex gloriæ? atque illos rursus respondentes, Dominus fortis & potens, Dominus fortis in prælio. Ac rursus eadem interrogatio, ac responsum huic congruens angelorum ad alios angelos inducitur. Hortatur itaque Theologus auditorem, vt Christum in cælos ascendentem comiretur, mente scilicet & cogitatione, seque vel cum deducẽtibus eum angelis, vel cum accipientibus iungat. Is autem seipsum illis adiungit, qui sermones vtrinq; habitos expendit, atque interrogationes eorum & responsa, eorumque causas examinat. Idem portis quoque imperat, sedulo nempe inquirens, quid sit causa, quare angeli dicant, Attollite portas. Cuiusmodi huius sublationis Theologus ipse affert, nimirum idcirco portas attolli, vt Christum sublimiorem ex passione factum suscipiant. Non enim dicunt, Aperite, sed, Attollite, hoc est erigite. Atque hoc loco illud explicat, quod ab Apostolo ad Philippenses de Christo dictum est, Humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit eum, & c. Ac proinde in summam sublimitatem euectus, sublimiores quoque portas fieri postulat ad ipsius exceptionem. Quòd si angeli suscipiẽtes mente hæreant videntes Christum cum corpore ascendentem, ac passionis signa ferentem, quæ quidem cum de cælo descenderet, non habebat, atque idẽ sciscitentur, Quisnam hic est? Is qui de Christo ita vt aquum est, sentit, illis respondebit. Hic est ille potens cum in cæteris omnibus rebus, tum etiam in bello, quod nunc pro generis humani salute aduersus diabolum gessit: ac duplex responsum dabit, velut constanter in his, quæ decreuit, permanens, atque eiusdem sermonis repetitione sententiã suam confirmans, iuxta illud, In conspectu duorum vel trium testium stabit omne verbum. Atque ita hæc humiliori sensu intelligi poterunt. Aliter etiam per angelos prosequentes diuinæ providentiæ doctrina significari potest, per suscipiẽtes autem, doctrina diuinitatis, per ascensum autem à terra in cælum, mentis à cogitatione

Psal. 23.

Cap. 63.

Cap. 2.

Mat. 18.

A

B

C

D

E

tione humanitatis Christi ad eiusdem diuinitatem erectio, atque ab actione ad speculationem euectio. Quisquis igitur per spiritalem scientiam ad providentiæ doctrinam, quantum ipsius vires ferunt, traiecit, ab ea ad diuinitatis doctrinam euehitur, gradatimque conscendendo sublimiores animæ portas ad supremi ac diuini Verbi exceptionem facit, atque ab humanitate Christi ad diuinitatẽ, velut à terra in cælum migrat, & ab actione ad contemplationem ascendit, ac cum diuino Verbo sursum trahente simul attollitur. Atque ad hunc modum explicata sint hæc Dauidis verba, consimilia autem quedam & apud Esaiam leguntur. Nã apud ipsum quoque Christus in cælum cum passionis notis ascendens nouum planẽ & inusitatum ac stupendum supernis angelis spectaculum exhibuit. Strupore enim correpti sunt ascendentem eum intuentes, atque idcirco dicebant, Quis est hic, qui venit de Edom, hoc est à terrenis rebus, rubor vestimentum eius ex Bosforo? Bosfor autem carnem sonat, ac proinde per stolam eius est vestimentum humanitas designatur. Rubor autem, quia caro dominica sanguine ex latere profluente tincta est, ac per passionem exornata. Vnde & subiungit propheta, Hic formosus in stola. Deinde Salvatore ipse respondentem inducit, Ego loquor iustitiam & iudicium salutis. Iustitiam autem Euangelij promulgationem vocat, quæ terra iustificata est. Quæ postea quã locutus est Christus, angeli eum rursus interrogant ac dicunt, Quare sunt rubra vestimenta tua & indumentata, non secus ac torcularis calcati? Caro enim cruore suffusa cernebatur, ac velut ex musto ad rubrum colorem tincta. Christus autem secundo respondet, Torcular calcavi solus, & ex gentibus vir nullus mecum fuit, id est, nemo mihi patienti adfuit, sociũque certaminis se præbuit: verum solus totam diaboli potentiam, quasi torculari vnas expressi, ac diuos & contumaces Iudeos contriui. Hæc apud Esaiam interrogationes & responsiones Theologus ὁμοίως τὸν πρῶτον vocauit, non falsam compositionem intelligens (quales sunt actus fabulosi) sed genus scribendi ita institutum, vt personas loquentes habeat. Angelorum enim alij velut interrogantes inducuntur, alij velut respondentes, secundum eam verborum rationem, quam propheta constituit. Si igitur (ait Theologus) percunctentur, Quis est hic, qui à terra ascendit, aut, quomodo incorporei ac sanguine carentis, quatenus Deus est, rubicundum est corporis integumentum? si hæc, inquam, percunctentur, ex aduerso profer, id est responde, formosa est ipsius stola, hoc est perpassum ipsius corpus, partim ob passionẽ, per quam glorificata est, partim ob diuinitatem, per quam illustrata est, quippe qua nihil pulchrius.

Quid ad hæc nobis sycophantæ dicunt, acerbi inquam isti diuinitatis expensores, rerum laudandarum reprehensores, circa lucem tenebrofi, circa sapientiã incisci & ineruditi, pro quibus Christus frustra mortuus est, ingrati creaturæ, diaboli figmenta? Siccine beneficium crimini tribuis? Eõne paruus quia propter te humilis, quia ad ouem oberrantem venit pastor ille bonus animam suã pro ouibus ponens, venit inquam ad montes & colles, in quibus sacrificabas, & palantẽ inuenit, & inuẽtam iisdem humeris, quibus & crucis lignum, sustulit, acceptamque ad supernam vitam reduxit, eõque subiectam eodem numero atque ordine collocauit, quo eas, quæ nunquam ab ouili aberrarunt.

NICETAS. Absoluta narratione Gregorius orationem ad hereticos conuertit, eõsque primũ sycophantæ vocat, vt Filium calumniantes, quasi non verè ac propriè Deum: acerbos autem expensores, vt præcipientes diuinitatis arbitros, personarum scilicet differentiis eam diuidentes: reprehensores vero rerum laudandarum, vt pote incarnati Filij, actiones humanæ naturæ congruentes, ad eius imminutionem arripientes, cum tamen laudem potius mereantur, atque etiam vt ipsius diuinitatem metientes ac circumscribentes, propterea quòd passibilem carnem suscepit, vt nostris passionibus morderetur. Tenebrosos insuper circa lucem appellat, velut ad veritatem sole clariorem oculos claudentes, vel etiam ad ipsum Christum, qui est lux vera. Ineruditos autem circa sapientiã, hoc est circa Christum ipsum, qui est sapientiã Patris, reuera subsistens, vel etiã vt Seruatoris opera sapientiæ plena nequaquam intelligentes. Pro his enim frustra Christus mortuus est. Porum enim duntaxat salutem lucratus est. Et etiam ingrati creaturæ sunt: nam pro eo quòd par erat creatori gratias agere, quòd eorum causa ipse quoque creatura factus esset, ipsi contra huiusmodi beneficium in blasphemiam occasionem traherant, diuinitatem eius creatam esse blaterantes, non autem humanitatem. Hi etiam diaboli figmenta merito dici possunt, non vt ab eo creati, sed vt ab eo malitiam etiam edocti. Fictor enim diabolus est non subsistentiũ rerum, sed morũ: iuxta id quòd Iudæis Christus dicebat, Vos ex patre diabolo estis. Hæc locutus Theologus, atque his nominibus hereticos insectatus velut aperta fronte atque in faciem ipsis occurrat, atque argumentis & interrogationibus fretus eos vrget atque confundit, aitque: Siccine ob beneficium in te collatum Christum meum criminatus? Incarnatio enim ipsius beneficium nostrum factum est. At ipsi in scripturis inuenientes, quòd creatus fuerit, iuxta illud, Dominus creauit me, item, quòd seruus vocatus sit, Bene seruiens multis, ceteraque id genus, quæ de humanitate dicuntur, eaque ad vnigeniti diuinitatem referentes, ignominia eum notabãt, à Patris natura separãtes, atque in creaturarum ordinem redigentes, sicque beneficium in crimen conuertebãt. Hocine igitur, inquit, Deo extenuationis causa obicitur? Postea beneficium in species suas diuidit, atque interim Euangelicam illam centum ouium parabolam exponit. Ac per ouẽ quidẽ, quæ à centenario grege abscessit, & aberrauit, naturam nostram intelligit: per pastorem autem ipsum Christum: sic enim se ipse nominat, Ego sum pastor bonus. Is ad nos, hoc est ad oberrantem ouem venit, atque in montibus & collibus inuenit, in quibus sacrificabam, iuxta Oseam & Esaiam. Nam apud idolorum cultores in more positum erat, sacrificia in montibus, ymbrosisque arboribus conficere. Inuentam igitur palantẽ

pro hereticis frustra mortuus est Christus.

Ioan. 1.

Ioan. 8.

Eccl. 2.4. Phil. 2.

Ioan. 10. Ose. 4. Esa. 65.

Ioan. 19. nostram naturam minimè neglexit, sed per insigni honore complexus est. Iisdem enim humeris eam suscepit, quibus & crucis lignum tulit. Baiulans enim crucem suam egressus est, priusquam ad eam gestandam adactus fuisset Simon, quemadmodum & Esaias de ipso vaticinatus fuerat dicens, Cuius principatus super humerum eius. Accepit autem nostram naturam ad supernam vitam, à qua excideramus, rediit, atque angelis aggregavit, qui in bono constantes manent. Illi enim per nonaginta nouem oues designantur, quibus relictis pastor ad vnam errantem venit, vt eam inueniret, ac cum his, quæ à grege non aberrant, coniungeret, quod etiam fecit.

Luc. 15. Quia lucernam, hoc est carnem suam accendit, & domum euertit, mundum scilicet à peccato repurgans, & drachmam, regiam videlicet imaginem fœdis affectibus obrutam conquisiuit, atque angelos amicos suos ob repertam drachmâ conuocat, lætitiæque participes facit, quos incarnationis quoque mysteriis initiauerat.

NICETAS. Centum ouium parabolam proximè apud Lucam sequitur drachmæ parabola. Hæc autè ipsius verba sunt: si qua mulier habens drachmas decem vnam drachmam perdidit, nonne accendit lucernam, & euertit domum, & quærît diligenter, donec inuenerit drachmam, quam perdidit? Hæc igitur mulier, vel eius potius loco Christus est: lucerna ipsius caro, pura inquam illa & à peccati sordibus libera, diuinitatisque lumine mundum collustrans, eumque à peccati tenebris repurgans, non secus ac domum quædam multas sordes & quisquilias habentem. Drachma autè anima, vt regia imagine signata, quæ quidem fœdis affectibus obruta & defossa erat, ac postea à Christo quærente inuenta. Atque hominum simul ac Dei amantes angeli ob eius inuentionem, ac salutem lætitiâ diffunduntur, quibus etiam primis incarnationis mysterium traditum est, ac nos deinde ab eis eiusdem cognitione imbuti sumus.

Quia lucernam præuiam lux illa clarissima sequitur, & vocem Verbû, & pronubum sponsus, Domino populum eximium comparantem, atque ad spiritum per aquam præpurgantem.

Luc. 1. NICETAS. Præuius siue præcursor erat Ioannes Baptista, vt ex patris ipsius propheta patet, Præbit enim, inquit, ante faciem Domini. Lucerna autem à Domino ipso appellatus est, his verbis, Ille erat lucerna ardens. Lucernam porro ipsum vocauit, vt doctrinæ lumen à se non habentem, sed à spiritus sancti gratia, & quia præfulgenti solis iustitiæ lumine obscurandus erat, Vox rursus dicitur non modò propter exaudibilem ipsius predicationem. Ipse enim est iuxta Esaiæ vaticinium, Vox clamantis in deserto: verum etiam vt Christo seruatore, quantum ad humanitatem, prior, non secus ac vox sermonem antecedit. Pronubus autem vocatur, vt Christo ad sponsam, hoc est Ecclesiam viam sternens (Parate enim, inquit, viam Domini) tum etiâ vt comparans, id est, concilians ac desponsans Domino Christo populum eximium, hoc est copiosum & excellentem, atque omnibus aliis ipsius substantiis creaturisque præstantiorem. Christus enim Ecclesiæ sponsus est, per fidem ipsi adiunctus. Sic enim Ioannes Baptista loquitur. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autè sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Amicum autem seipsum vocat præcursor. Iam verò ad accipiendum spiritum homines per aquam præpurgabat Ioannes. Ego enim, inquit, baptizo vos in aqua: ipse autem baptizabit vos in spiritu sancto. Præpurgator itaque Ioannis baptismus erat, ad spi ritualem Christi baptismum ducens, qui & purgandi & perficiendi vim habet.

Humilitas via exaltationis. Hæcine obiciis Deo? atque idcirco inferiorem esse censet, quia linteo præcingitur, ac discipulorum pedes abluit, optimamque exaltationis viam ostendit, nimirum humilitatem: quia propter humi depressam animam se deicit, vt peccati mole deorsum vergentem secum attollat. Quin illud quoque obiciis ac reprehendis, quòd cum publicanis, & apud publicanos comedit, & publicanos in discipulos conuertit, vt ipse quoque aliquid lucretur, quid tandem? peccatorum salutem. Nisi quis fortè eo nomine medicum accuset, quòd ad corporis morbos se demittat, fœtorèque perferat, vt sanitatem ægrotis restituat, atque eum etiam, qui humanitatis & commiserationis affectu permotus in foueâ seipsum inclinat, vt prolapsum iumentum secundum legis præscriptum seruet.

Ioan. 13. Luc. 9. 14. 13. Luc. 7. 5. NICETAS. Suprà numero singulari dicebat, Idne obiciis Deo? de beneficio loquens: illic enim generalis erat oratio. Nunc illud in plures species diuidens, ait, Hæcine obiciis Deo, atque idcirco eum vatre inferiorem ac minorem existimas, quia discipulorum pedes abluit, vt tu per humilitatem extolli discas? Qui enim inquit, omnium primus esse cupit, sit omnium extremus. Et, Qui se humiliat, exaltabitur. De inclinata autè muliere apud Lucam scriptum est, quòd Christus mulierem spiritum infirmitatis habentem, ac deorsum contractam & inclinatam, nec caput erigere valentem, curauerit. Hanc mulierem per allegoriam Theologus humanam animam esse dicit præ grauitate peccati deorsum vergentem ac depressam. Quin tu illud quoque, inquit, reprehendis, quemadmodum Pharisei, quòd conuictores habere publicanos non recusat, quòd apud publicanos diuersatur, nec eorum exceptionem mensamque fastidit, quòd præterea ab exigendorum vectigalium munere ad discipulatum quosdam traducit, veluti Matthæum: vt quoniam lucris studiosi sunt publicani, seruator quoque ipse salutem eorum obiter elucet, ab eius videlicet doctrina vtilitatem captiuium: quemad-

quæadmodum & medicus ad fœtidos morbos se deicit, nullisq; ipse doloribus, qui medicinâ exposcât, affectus ægrotis sanitatè affert, atq; ille etiâ, qui iuxta Legis præceptum in foueâ incubit, lapsusq; animal, nequaquam lapsus ipse, extrahit. Quòd si illi miracula ob hæc causam laudè consequuntur, quid tandè afferrî potest, quin multò maiore nobis admirationè Dominus excitare debeat, qui fœdâ nostrâ corruptionè sustinuit, atq; ad infimû ipsum lacû descendit, vt hominè affectuû vlcibus scateniè incolumitati redderet, sursumq; pertraheret, qui tanta calamitate oppressus erat, vt sensum omnè ac rationè pecudis instar amisisset, aded vt nec sibi ipsi auxilium ferre, nec medici opem implorare posset, sed rationali quodâ, hoc est Christo, opus haberet, qui pro suo erga genus humanum amore & misericordia suo pte nutu impelleretur.

Missus quidè est, verum vt homo (nâ duplex in eo natura erat) siquidè & fatigatus est, & fame ac siti laborauit, & vehementi angore correptus est, & lachrymas fudit, vt lex naturæ fert. Quòd si etiâ vt Deus, quid propterea: missionè, Patris beneplacitû interpretare, cui sua quoq; ascribit, tû vt principiû tēporis expers honoret, tû ne Deo aduersari videatur. Quâdoquidè vt traditus fuisse dicitur, ita se ipsû tradidisse scribitur: atq; vt à Patre ad vitâ reuocatus, & susceptus fuisse, ita se ipsû quoq; à morte excitasse, rursusq; in cœlû ascēdisse p̄dicatur. Illa beneplaciti hæc potestatis. At tu ea quidè, quæ minuunt, atq; extenuant, p̄fers: quæ autè efferunt, præteris: atque id quidè expendis, q̄ passus sit, q̄ autem voluntariè, non adiungis.

NIC. Hæretici Christû audientes dicentè, Pater misit me, subdolè ac perversè colligebat, ex eo quòd missus esset Filius, atque incarnationis cōsilio paruisset, eû vt Patre inferiorè missum esse atque paruisset. Missio enim subiecti atq; inferioris esse videtur. Hoc igitur, quod blasphemie illis erat argumētū, ita breuiter soluit Theologus. Quoniâ duplicè naturâ Christus habebat, nimirû diuinâ & humanâ, omnes eas voces, quas de eo sublimiter & magnificè prolatus reperies, diuinitatis esse intellige: omnes autè humiles & abiectas, humanitati ascribe. Quòd si de humanitate hæc missionè interpretaris, nullus erit obiectioni locus. Etenim vt homo missus est, & fame & siti afflictus, & fatigatus, & angore correptus est, & lachrymas profudit: sin ad diuinitatè huiusmodi missionè detorseris, sic quoq; nihilominus pius scopus cōstabit. Patris enim voluntatè missionè esse interpretamur. Volè enim Patre descendit Filius in terrâ, qui autè ex cuiuspiâ cōsilio & sententiâ aliquid facit, ab eo permotus esse videtur. Quod enim quispiâ comprobat, hoc suadere quoq; & hortari censetur. Duplicè autè ob causam sua rectè facta Patri Filii ascribit: alterâ, quia Pater Filij principiu est (principiu autè quantum ad causam, nō quantum ad tēpus): alterâ, ne Deo aduersari videatur. Demissa enim illa Filij verba nō eò tendit, vt Patre inferior esse videatur, sed vt ipse cū Patre cōcordia volutatisq; cōsensu declaratur, perinde ac si amicus ab amico missus esse dicatur, nō vt inferior, sed vt æqualis, atq; eandè volutatè habes: aut, si manus, quæadmodû solè radiû misisse dicimus, qui nequaquâ diuersa, sed eiusdè cū eo est substantia. Quòd autè de vno atq; eodem Christo alia vt de Deo, alia vt de homine dicatur, hinc liquido patet. Testatur enim scriptura, quòd Pater eum tradidit, & à mortuis reuocauit, ac suscepit: quæ quidem beneplaciti sue humanitatis significationem habent. At qui etiam reperimus ipsum quoq; seipsum tradidisse, & à mortuis excitasse atque in cœlû ascēdisse. Quibus verbis diuina ipsius potètia declaratur. Verum hæreticus humiles quidè de Christo voces atq; humanitati soli cōuenientes ineptè profert, ac sursum, deorsumq; iactat: sublimes autè diuinamque ipsius naturam exprimentes silentio præterit, atque illud quidè excutit, quod passus sit, non tamèn addit, quòd passus sit voluntariè. Age verò testimonia illa producamus, in quibus partim à Patre, partim à seipso & resurrectionem & traditionem & ascensionè Filius habere dicatur. Paulus ad Rom. de Patre scribit, quòd proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Ad Titum autem de Filio ita loquitur, Qui tradidit seipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni peccato. Et in Epist. ad Galatas, Qui dedit seipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos à presenti seculo nequam. Rursus ad Corinth. de Patre loquens ait: Deus autè & Dominû suscitauit. Et ad Galat. scribens, Per Iesum Christû & Patrè, qui suscitauit eû à mortuis. At in Euagelio ipse Filius de seipso dicit, Soluite tēplû hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Et rursus, potestatè habeo ponendi animâ meâ, & potestatè habeo iterû accipiendi eam. Iâ verò de ascensione in cœlû in Actibus scriptû est: Videntibus discipulis assumptus est, & nubes suscepit eû. At in libro Psalmorû, Ascendēs in altum captiuam duxit captiuitatem. Et in Euangelio, Nemo ascendit in cœlû, nisi is, qui de cœlo descendit.

Proh quàm grauiâ nunc quoque patitur Christus! Ab aliis vt Deus honoratur & confunditur: ab aliis vt caro contemptui habetur ac separatur. Vtris grauius irascetur? vel potius vtris plus condonabit, iisnè qui nefariè contrahunt, an qui scindunt? Nam & illos diuidere, & hos coniungere oportebat: illos inquam numero, hos diuinitate. Impingis ad carnem? & Iudæi quoque ad eam impegerunt. Num Samaritanum etiam vocabis: nam quod sequitur, tacebo. Diuinitati fidem abrogas? hoc ne dæmones quidem ipsi fecerunt. Ita & Iudæos ingratitude, & dæmones incredulitate superas. Illi enim filij appellatio nem æqualitatis vocem esse censuerunt: hi autem eum, à quo fugabantur, Deû agnouerunt: doloribus nimirum, quos sentiebant, fidem ipsis facientibus. At tu

nec æqualitatem admittis, nec diuinitatem confiteris. Satius hercle tibi fuerat circuncisum esse, ac dæmonis intemperis agitari, vt faceret & ridiculè aliquid dicam, quàm in præputio & incolumi valetudine tā sceleratè atque impiè sentire.

NICETAS. Hæc verba, Proh quàm grauiam nunc quoque patitur Christus, quiritantis sunt, ac proinde cum admiratione legenda. Indignatur enim atque egrè fert Theologus, Filium Dei etiam nunc contumelia affici. Sabelliani enim vt Deum honorantes cum Patre confundunt ac contrahunt, vnam atque eandem esse Patris & Filij & Spiritus sancti personam asserentes. Ariani contra, eum, quia caro factus est, ignominia afficiunt, Patre minorem esse affirmantes, atque à Patris natura separates. Vtrius igitur grauius irascetur ille, cui ab iis contumelia infertur, vt grauius peccantibus? Vel potius, vtrius plus condonabit? Nam cum alij diuinitatem contrahant, alij eandem scindant (quæ opinionès inter se contrariæ sunt) videri fortasse nonnullis posset, alteros tantum peccare, atque ira dignos esse: alteros autè nullo modo errare, ac propterea indignos esse, quibus irascetur Dominus, ac pœnas irrogaret. Verùm aliter se res habet. Malum enim in vtriusque æquale est, tametsi in contrariis sententiis reperiat. Nam & sceleratè Sabelliani contrahunt, & Ariani disungunt. Nã & illos numero diuidere, ac tres Personas statuere oportebat, & Arianos diuinitate connectere, vnamque tantum naturam asserere Patris & Filij & Spiritus sancti. Enimuerò dic mihi, tu qui Arii dogma profiteris, Impingis ad carnem? hoc est offendis, ac scandalizaris ob incarnationem, ac propter eam Filium Patre minorem existimas? Hoc tibi cum Iudæis commune est. An etiam Samaritanum Christum vocas? nam illi quoque hoc nomine eum appellarunt, velut sabbatum, ac Iudaicas quasdam ceremonias soluentem. Samaritani enim dimidia ex parte Iudæorum religionem tenent. Nam quod sequitur tacebo. Quidnam hoc? quod à dæmone obsideretur. Dicebant enim Iudæi, Samaritanus es tu, & dæmonium habes: quod nunc ob blasphemiam magnitudinem atrocitatemque reticet Gregorius. At vnigeniti diuinitati fidem non habes, nec eum Deum esse Patri æqualem admittis? Ne dæmones quidem eò audacia proruperunt, vt hoc dicerent. Ita videris & dæmones infidelitate, & Iudæos ingratitude, vel potius in sciria atque hebetudine (vtrumque enim significat ἀνομοσύνη) superare. Iudæi enim, posteaquam dixisset Christus, Pater meus vsque modò operatur, & ego operor: quærebant ipsum interficere, quia patrem suum dicebat Deum, æqualem se Deo faciens. Filij enim appellationem æqualis honoris vocem esse arbitrati sunt, hoc est existimabant, si Christum Dei filium esse fateretur, sibi quoque necessariò futendum esse eum honore illi parem atque æqualem esse. Itaque Filij nomen Christo non concedebant: ne æqualitatem quoque cum Patre eidem concedere necesse haberent. At dæmones Christum Deum nouerunt, cum ab eo inuisibiliter fugarentur & cruciarentur. Vnde etiam dicebant. Noui quis tu sis. Et rursus, Quid tibi & nobis Fili Dei? Vnisti huc ante tempus torquere nos. Atque hæc quidem & Iudæi & dæmones. At tu nec æqualitatem admittis, vt Iudæi: creatum enim eum asseris: nec diuinitatem confiteris, vt dæmones. Quamobrem tibi satiùs fuerat Iudæorum ritu circuncisam præputij carnem habere, atque à dæmonibus diuexari, vt falsè aliquid dicam, quem admodum illi in Euangelio, quorum ore dæmones loquebantur, Christum que Deum confitebantur, quàm cum præputium habeas, hoc est nõ circuncisus sis, nec à dæmone obsidearis, sed incolumi mète fruaris, ita sceleratè atque impiè sentire, Filijque, à Patris diuinitate separare.

Ioã. 8.

Ioã. 5.

Mar. 5.

Dimicanti pro Deo nil timendum.

Cur Adamo dedit Deus mandatum in paradiso.

Sed bellum hoc quod cum illis gerimus, vel comprimatur, ti serius quidè, sed tamen aliquando meliorem mentem induere velint, vel si id facere recusent, atque in sententia maneant, in tempus aliud differatur. Nec enim profectò quicquã extimescemus pro Trinitate & cū Trinitate dimicantes. Nunc autè nobis faciendum est, vt orationem in summã ita colligamus. Creati sumus, vt beneficio afficeremur: beneficium accepimus, postquã creati sumus. Paradisus fidei nostræ commissus est, vt deliciis frueremur. Mandatum accepimus, vt eo seruato gloriam assequeremur: non quod Deus id, quod futurum erat, ignoraret, sed quod arbitrij libertatem lege sanciret. Decepti sumus, quoniam felicitati nostræ inuisum est. Excidimus, quoniam mandatum infregimus. Ieiunauimus, quoniam non ieiunauimus, ligni nimirum scientiæ suauitate deliniti ac superati. Vetus enim hoc mandatum erat, generisque nostri originè tẽpore æquans, ac disciplina quædã anime, deliciarumque frenatio: quod non abs re nobis indictum est, vt quod eo non seruato perdidimus, seruato recuperemus. Opus habuimus Deo, qui carnem acciperet ac moretetur, vt viuamus. Cõmortui sumus, vt purgemur. simul resurreximus, quoniam simul mortui sumus: simul glorificati sumus, quoniam simul resurreximus.

NIC. Bellū, inquit, quod cū hereticis gerimus, siquidè aliquãdo saltè ad meliorem mentè redire voluerint, comprimatur: sin autè noluerint, in præsentia cõquiescat, atq; in aliud tẽp^o reiciatur. Nec enim profectò nobis hoc certamè terrori erit pro Deo & cū Deo bellū gerẽtib. Nunc verò in summã redigẽda est oratio, ac contractim ita dicẽdū. Ob hanc causam à Deo creati sum⁹, vt beneficio afficeremur, atq; ad eò beneficio affecti sum⁹: beneficium autè illud fuit, quod paradisi nobis commissus est, vt diuinis deliciis frueremur. Mandatum accepimus, vt hoc seruato gloria assequeremur. Homine eni primū probari, atq; experimẽto per mādari obseruatione perfici oportebat, atq; ita deinde pro virtutis premio immortalitè cõsequi. Homo eni, cuius virtus nullo argumẽto explorata est, nec laude vlla, nec precio dignus est. Mandatum porro accepimus, nõ quod ignoraret

DEUS

Deus fore, vt illud transgredere, sed vt arbitrij libertatem nobis quasi lata lege promulgaret. Nam quod per vim & coactè sit, virtutis nomen obtinere non potest. Quid igitur? Diaboli inuidia pressi sumus, dolo circumuenti sumus, legem violauimus, paradiso excidimus, ac propterea ieiunamus, quoniam tunc non ieiunauimus cum arboris scientiæ voluptati cesimus, à qua nobis Deus vt abstinere præscripserat. Vetus enim est præceptum ieiunij, simulque cum humano genere natum. Primum enim illud mandatum, quod Adamus accepit, De ligno scientiæ boni & mali ne comedatis, ieiunij atque temperantiæ lex erat. Quod si Eva ab huius ligni esu abstinuisset, nequaquam hoc ieiunio nunc opus haberemus. Nec enim opus est valentibus medico, sed male habentibus. Quoniam igitur tunc non ieiunauimus, meritò nunc nobis ieiunium est præscriptum, vt quod non seruato ieiunio amisimus, id eo seruato recipiamus. Quid autem illud est, quod ob ieiunium nõ seruatum amisimus? paradisi, ad quem nobis per ieiunium reditus patebit. Atque idcirco Deus carnem induit, ac mortem subiit, vt nos per peccatum mortui reuiuiscamus. Quin ipsi quoque ante salutiferæ passionis tempus ieiunantes Christo commortui sumus, turbidis nimirum animi motibus oppressis atque extinctis, vt purgemur, ac simul mortificati, simul resurreximus, præclara videlicet & salutari resurrectione, ac proinde simul quoque glorificati sumus.

A

B

C

D

E

Quãquam autem permulta eo tempore miracula designata sunt, Deus in cruce pendens, sol obscuratus ac rursus inflammatus (nam creaturas quoque creatori condolecere oportebat) velum scissum, sanguis & aqua ex latere profluentes, alterum vt hominis, alterum vt humana conditione maioris, terra tremore concussa, petreæ petruptæ, mortui ad fidem postremæ & communi resurrectioni afferendam resurgentes, signa partim ad sepulchrum, partim post sepulchrum edita, quæ quis est, qui pro dignitate laudare queat? Quamquam inquam plurima miracula tum extiterunt, nullum tamen cum salutis meæ miraculo conferendum est: in quo exiguæ cruoris guttæ orbem vniuersum instaurarunt, atque idem, quod lacti coagulū, hominibus præstiterunt, in vnū nos coniungentes & constringentes.

sol obscuratus patienti Domino condolecebat.

NIC. Permulta sunt ea miracula, quæ circa passionem ac crucem edita sunt: quænam illa? Deus in cruce suffixus, non quatenus Deus, sed quatenus ipse quoque homo est. Et hæc communicationis figura est, qua vtraque natura propter hypostaticam idètitatem, mutuūque alterius in alteram transitum proprietates suas cum altera communicat. Tenebræ ab hora sexta vsque ad nonam, sole videlicet patientem Dominum lugente, ac quodammodo illi condolente. Velum scissum ob luctum, atque vt perspicuum fieret diuinam potentiam, quæ templo inerat, recepisse, domūque desertam, ac gentilibus excidendam atque euertendam reliquisse. Vel id eò scissum est velum, vt Ethnici sancta viderent, quæ Iudæi impediẽte literæ crastinè nequaquam videbant. Nam cum sanctificatio nondum data esset, sed in Domini præsentiam seruaretur, ipse perfractò velo, ac sanctorum arcibus, quæ ingratis & pernicacibus Iudæis operata erant, patefactis ad cœlestem cognationem nobis viam aperuit. Sanguis & aqua ex latere profluentes, alterum ad delendum seruitutis nostræ chirographum: alterum ad subscribendam regio more nostram libertatem. Porro per duplex illud profluuium duplex Baptismus designabatur, alter, qui per aquam conficitur: alter, qui per martyrium, cum videlicet persecutionis tempus nos in periculum adduxerit. Rursus sanguis profluens hominem arguebat, aqua autem supra humanam conditionem esse ostendebat. Terra tremore concussa atque in meliorem statum mutationem declarans, vel etiam quod aduersus eos qui petulanter & furiosè Christum acerbissimis contumeliis vexatum interfecerant, ira excandesceret. Petreæ pro petreâ petruptæ, hoc est pro Christo, ac Iudæorum amentiam coarguentes: quoniam cum ipsæ etiam anima carentes timore confringerentur, illi contra in lapidum naturam degenerabant, atque & ad timorem stupidi, & ad beneficium ingrati permanebat. Mortui resurgentes atque in ciuitatem introeuntes ad communis resurrectionis confirmationem, ac mortuorum ad supernam vitam restitutionem. Signa partim ad sepulchrum, partim post sepulchrum edita, velut quod Christus ob signato monumento resurrexerit, velut tremotus, lapidis reuolutio, angelorum visiones, linteamina, & sudarium. Multa quidè m ac præclara sunt hæc miracula, sed nullum cum salutis meæ miraculo conferendum est. Exigua enim cruoris guttæ orbem vniuersum instaurarunt, hoc est, ita innouarunt, vt nouum vitæ iter sectaretur, ac nos in vnum coniunxerunt & constrinxerunt, non secus ac coagulū, si in lac iniiciatur id quod in eo dispersum ac fluidum est condensat, atque in vnum solidum corpus compingit & colligit. Coagulū autem est lacteum illud, quod in ficu est, quò que nonnulli ad condensandum lac vtuntur. * Lacteum illud, quod in ficu est) Ne tibi mirum videatur, Lector, huiusmodi coaguli genus à Niceta describi, quandoquidem ipse quoque Plinius cap. 35. lib. 16. Ficui ad figurandos caseos vim esse scribit.

At ô Pascha, magnum inquam & sacrosanctum Pascha, totiusque mundi piaculum: te enim quasi vita præditum alloquor, ô Verbum Dei, & lux, & vita, & sapientia, & potentia (omnibus enim nominibus tuis oblector) O magnæ illius mētis soboles & progressio ac signaculum! O verbum intellectile, & homo aspectabilis, qui omnia potentia tuæ, verbo portas, hanc quæso orationem non vt primitias, sed vt extremam fortasse oblationem nostram accipe, quam tibi duplici no-

mine offero, tum pro acceptis beneficiis tibi gratias agā, tum vt te supplex rogē ne ad sacras & necessarias curas, in quibus ætatem contriuimus, quicquam afflictionis adiicias, ac corporis in nos tyrannidē (quæ quāta sit vides, Domine, quāmq̃ me contrahat) vel sententiam tuam, si quidem à te purgemur, sistas atque cō primas. Quod si qualem expetimus, vitæ finem habuerimus, atque in cœlestia tabernacula recepti fuerimus, illic quoq; tibi fortasse super altari tuo sancto grata sacrificia offeremus ô Pater, & Verbum, & Spiritus sancte : quia tibi debetur omnis gloria honor & imperium in sæcula sæculorum Amen.

NICETAS. Hæc verba, O Pascha magnum ad festum ipsum perinde ac vita præditum refert. Illa autē, O Verbum Dei, & quæ deinceps sequuntur, ad Christum spirituale Pascha per acclamationem dirigit. Christus porrò Verbum dicitur, propter generationem passionis expertem, & quia nobis Patrem enunciat. Lux autem, vt splendor animarum, quæ & vita & sermone purgantur. Nam si ignorantia & peccatum tenebræ sunt, scientia certè ac iusta & diuina vita lucis nomen habituræ sunt. Vita insuper vocatur, quia nature omnis rationalis coagmentatio, atque, (vt hoc verbo vtar) essentialio. In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus. Sapientia autem, vt omnia cognita habens, tam diuina quàm humana. Nam qui res condidit, earum quoque causas & rationes perspectas habet. Potètia verò, vt conseruator eorum, quæ ab eo creata sunt, eamque illis vim præbens, vt conseruentur ac cohereant. Rursus mentis soboles vt Verbum connexum cum genitore suo, ac citra passionem generatum, perinde ac sermo ex mente. Signaculum autem, vt totum Patrem in seipso expressum habens, atque in seipso ostendens, non secus ac signum exemplar suum refert. Iam verò vnus atque idem Christus vt Verbum ac Deus, ratione intelligitur, non autem cernitur. Natura enim diuina sensum omnem oculorū effugit: vt autem homo, etiam cernitur. Qui iuxta Apostolum omnia portat & continet alligata & constricta verbo ac præcepto potentie suæ. Nam vt dixit, ita facta sunt: vt dixit, ita manēt. Huic orationem suam offert Theologus, quam vult quidem primitias nominare, velut alias quoque post eam oblaturus: verum addubitat atque ait hanc orationem primitias fortasse non esse, sed finem & complementum. Nam propter senectutem, inquit, haud scio, longiorne mihi vita suppeditura sit, vt alias quoque offerre queam, sicque earum ratione hæc oratio primitialis nominetur. Enimuerò hanc orationem offero, partim de beneficiis in me collatis gratias agens, partim supplicans, ne præter sacras & necessarias curas quicquā arūne patiar. Nam pro illis laborare atque affligi necesse est: nec eas recuso ac detrecto. Tyrannidem autem corporis Gregorius morbum appellat (podagra fortasse erat) quam etiam solui precatur, vt eum vehemēter contrahentem, vel potius nō morbum, sed Dei sententiam, qua hic morbus ad ipsius purgationem decretus fuerat. Pollicetur autē Theologus, si extremo vitæ die, ita vt expetit, functus fuerit, atque in aeterna tabernacula receptus fuerit, illic quoq; se super altare Dei sacrificia grata oblaturum. Quæ verba ab Esaiā mutuatus est, apud quem Deus ita loquitur: Et afferent dona grata ad altare meum. Finis.

Act. 17.

Hebr. 1. Ps. 32. 148.

Cap. 60.

GREG. NAZIANZENI IN NOVAM Dominicam Oratio.

ARGUMENTVM.

Demonstratiui quoque generis est hæc oratio: in qua tamen suasorium quodammodo admixtum est. Admonitionem enim habet, partimque ad virtutem amplectendam auditorem hortatur, partim à vitio reuocat. Noua porrò Dominica dies hæc vocatur, vel quia resurrectionis nostræ Encænia in ea peraguntur, vel etiam quia octaua illius diei figuram gerit, in quo noua omnia futura sunt. Hanc autem orationem in vrbe quidem Nazianzena scripsit Gregorius, verum in sancti martyris Mamantis templo vrbi vicino pronunciauit. In quo & tunc & in hunc vsque diem Dominica à Paschate proxima mira incolarum frequentia conuentus celebrantur. Atque hac de causa hæc oratio, vt ad promiscuam plebeiāque multitudinem habita, magis ad perspicuitatem & facilitatem attemperata est, plusque suasorij generis habet, quàm demonstratiui.

Encænia honorada.

Encænia honoranda. Encæniis honorandis, lex vetus est, eaque præclarè constituta, vel potius de rebus nouis per Encænia honorificè celebrandis, idque non semel, verum sæpius, nimirum qualibet anni conuersione eundem diem aduehente: ne alioqui res egregiæ progressu temporis euanescant, atque obliuionis gurgite obscuratæ atque obrutæ dilabuntur.

NICET.

NICETAS. Encænia, cum de templo agitur, prima ipsius consecratio est, paulò post quàm ipsius structura manus extrema est imposita. Cum autem de domo, prima est ipsius inhabitatio. At hoc loco Encænia regeneratio ea est, quam per resurrectionem consequimur, atque ad immortalitatem transmutatio. Veterem porrò legem consuetudinem appellat Theologus. Consuetudo enim lex est non scripta. Legemque hæc laudat, qua Encænia honorantur, & quidem laudat calculum suum sententiāque adiiciens, quod hæc lex præclarè constituta sit, quæ Encæniis honorè haberi iubet. Quæquam non ipsa Encænia honoratur, sed potius res nouæ, propter quas Encænia celebramus, per Encænia festaque anniuersaria honorètur. Idque non semel duntaxat, sed quotannis fit, nimirum cum ex temporis conuersione, hoc est reuolutione dies hæc, qua res ea gesta est, redierit. Hæc verò de causa sæpius Encænia celebramus, vt præclaræ res memoria condita seruentur, nec temporis iniuria obliuerentur, obliuionisque gurgite obscurata atque obducta & obruta dilabuntur. Quæ autem ea dicuntur propriè, quæ florem amiserunt, & vt nominis erymon indicat, & ἄλω ἐν δόξῃ, id est, quæ effloruerunt.

A

Innouantur quidem ad Deum insulæ, quemadmodum apud Esaiam legitur, quæcunque tandem illæ insulæ existimandæ sunt, vt quidem ipse opinor, Gentiū Ecclesiæ recens constitutæ, atque ex falsa & amara infidelitate emergentes, fixamque sedem accipientes Deo calcabilem.

Insula gentium Ecclē fias designant.

NICETAS. A Scriptura sacra Encæniorum testimonia producit. Ac primùm Esaiam profert, per quem Deus ita loquitur, Innouamini ad me insule. Quo loco per insulas Gentiū assumptio significatur, quæ ex falsa & amara infidelitate emergentes calcabilem & stabilem in Christo sedem accipiunt. Innouamini igitur insulæ, inquit, hoc est vetustatem ex errore & peccato contractam à cordibus vestris profligatè, ac per penitentiam & fidem innouamini.

Cap. 41.

B

Innouatur etiam apud alium Prophetam murus æneus, hoc est, ni fallor, anima firma & aurea, recensque ad pietatem fixa atque compacta.

Murus æneus.

NICETAS. Murus quidem æneus apud Hieremiam reperitur. Ecce enim, inquit, posui te vt ciuitatem munitam, & vt murum æneum. Murus autem innouatus simpliciter, ac non æneus apud Esaiā legitur, cum ait, Venter meus super Moab, vt cithara sonabit, & præcordia mea quasi murus, quem innouasti. Videtur itaque Theologus æneum quidem à Hieremia, innouationem autē ab Esaiā sumpsisse. Ac fortasse minus aduertisse videtur Theologus, cum muri innouationem ad alium Prophetam retulerit, ac nō ad Esaiam, apud quem ea reperitur. Enimuerò Prophetæ dictum explicans per murum animam significari dicit, quæ dura quidem & firma est (nam huiusmodi murus est) aurea autem, quia ærus quoque forma auri colorem refert, recens autem ad pietatem compacta, propter innouationem. Dedicantur enim quæ noua sunt, ac recens fixa & constituta. Fortasse etiam dici potest, hac ratione adductum fuisse Gregorium, vt murum æneum intelligeret, etiā si hoc ad verbum expressum apud Prophetā non inuenit, quoniā dixit Esaias, Sonabūt præcordia mea quasi murus, & ἄλω autem de ære dicitur. Porro Esaias se Moabitaram clades & calamitates expositurum profiteatur, cithara videlicet atque organum sp. sancti factus, ab eoque innouatus & afflatus, atque & ventrem & intestina, hoc est cogitationes & intelligendi facultatem instar muri cuiusdam inexpugnabilis habere se dicit, ne videlicet ad eam cogitationes male vilo modo irrepere possint. Apud aliū prophetā. Duplici de causa Prophetæ nomen silentio pressum esse arbitror, vel vt lectum quidem à scriptore, cæterum prudenti consilio tacitum, vt animus noster ad eorum, quæ commemorata sunt, indagacionem extimularetur, vel potius vt prorsus incognitum, qualia & alia verba, quæ similiter vt prophetica circumferuntur, atque scribuntur, nec tamen vsquam eorum nomina extant, aut contra extantibus authorum nominibus, scripta ipsa intercederūt. Neque enim verisimile est, eū, si propheticum hoc nomen cognitum habuisset, illud nos celaturū fuisse.

Hæc in recē tiori Nice tæ codice desunt.

Canticum nouum.

C

Adhæc canticum nouum Domino canere iubemur, tam qui in Babylonem flagitiosamque confusionem à peccato pertracti, ac deinde Hierusalem incolu- mes reuersi sumus, atque illic quidem vt in terra aliena, canticum diuinum canere nequibamus, hîc autem nouam cantionem, vitæq; rationē auspicamur: quāmi qui in virtute perstamus, nouosque subinde in ea progressus facimus, innotatorisque Spiritus ope atque auxilio, laudabilibus rebus vitæq; officiis, partim iam perfuncti sumus, partim perfungimur.

D

NICETAS. David 149. psal. ait, Cantate Domino canticum nouum. Est autem canticum nouum, si historiam spectes, præclarus ille & insignis catus, qui ob prosperum quendam successum ac victoriam canitur: si autē allegoricū sensum quæras, noui testamēti cantio. Tū enim noua omnia facta sunt, & creatura noua, & nouus homo, & vita noua, & noua mandata, & noua gratia, & nouæ pollicitationes, & noua sacramēta, & noua præcepta. Atque eo nomine nouum Testamentum dicitur, non solum à tempore, sed etiam à natura earum rerum, quæ in eo contigerunt, quadoquidem omnia innouata sunt, atque in primis homo, propter quem omnia extiterūt. Et quidem iuxta historiā, quoniā ex Hebræis alij captiui Babylonem abducti sunt, ac rursus salui & incolumes Hierosolymā redierūt, alij Hierosolymis manserunt: vtrosque David ad nouū canticū decantādū cohortatur, alios quod in patrii sedib; manserint, alios quod in patriā reuersi sint. At iuxta analogicū sensum, Babylō est cōfusio, & mētis obscuratio à turbidis animi motibus ac perturbationibus iniecta. Babylō enim cōfusionē sonat. Hierusalē autē est tranquillus et pacatus animæ status, atq; ab affectuū tumultu.

E

NICETAS. David 149. psal. ait, Cantate Domino canticum nouum. Est autem canticum nouum, si historiam spectes, præclarus ille & insignis catus, qui ob prosperum quendam successum ac victoriam canitur: si autē allegoricū sensum quæras, noui testamēti cantio. Tū enim noua omnia facta sunt, & creatura noua, & nouus homo, & vita noua, & noua mandata, & noua gratia, & nouæ pollicitationes, & noua sacramēta, & noua præcepta. Atque eo nomine nouum Testamentum dicitur, non solum à tempore, sed etiam à natura earum rerum, quæ in eo contigerunt, quadoquidem omnia innouata sunt, atque in primis homo, propter quem omnia extiterūt. Et quidem iuxta historiā, quoniā ex Hebræis alij captiui Babylonem abducti sunt, ac rursus salui & incolumes Hierosolymā redierūt, alij Hierosolymis manserunt: vtrosque David ad nouū canticū decantādū cohortatur, alios quod in patrii sedib; manserint, alios quod in patriā reuersi sint. At iuxta analogicū sensum, Babylō est cōfusio, & mētis obscuratio à turbidis animi motibus ac perturbationibus iniecta. Babylō enim cōfusionē sonat. Hierusalē autē est tranquillus et pacatus animæ status, atq; ab affectuū tumultu.

ac strepitu liber. Hierusalem enim, si interpreteris, pacis visionē significat. Quemadmodū igitur tunc fas non erat Iudæis diuinos cantus in barbara terra cantare, tamen si illis instrumenta non deessent, verum dicebant, *Psalm. 136.* Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? sic nec nobis, etiam si os ac linguam, quæ sermonis organa sunt, habeamus, fas est libertate loquendi vti, id est, fidenter ac liberè ipsius auxilium querere atque implorare, quandiu peccato quo nulli barbari acerbiores tyranni sunt, seruierimus, atque in alia republica fuerimus. Os enim nobis Propheta obstruit dicens, Peccatori autē dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testimonium meum per os tuum? Posteaquam autem ex spiritali captiuitate per penitentiam quasi postliminio redierimus, nouamque rursus vitæ rationem & administrationem inierimus, tum demū ob hanc nouam vitam, nouum quoque canticum cōcinemus. Quinetiam illi, qui spiritalē captiuitatem nequaquam pertulerunt, sed in virtute tanquam in patria manserunt, ac proficiendo novos subinde virtutis progressus faciunt, nouum quoque canticum Deo concinunt.

Tabernaculum. Tum etiam testimonij tabernaculum innouatur, & quidem magnificis sumptibus, illud inquam, quod Deus ostendit, & Moses fixit, & Beseleel absoluit.

Cap. 7. NICETAS. Scriptum est in libro Numerorum: Postquam Moses arcā erexit, obtulerunt duodecim principes, hoc est tribuū præfecti ad altaris dedicationem munera sua, attulerunt acetabula argentea, & phialas argenteas, & thuribula aurea, & animalia ad holocaustum. Hanc porrò testimonij arcam Mosi compigendam mandauit Deus: Facies enim, inquit, iuxta omnia quæcunque tibi in monte ostendo, hoc est iuxta exemplar arcæ, quod tibi ego ostendo & c. Beseleel autem ex tribu Iuda ortus, quem Deus spiritu sapientiæ impletis architecti munere fungi iussit, eam absoluit, Moise eius formam præscribente iuxta exemplar ipsi à Deo in monte ostensum. At Moyses ipse eam statuit, quemadmodum de his omnibus in Exodi libro fusiſsimè scriptum est. Testimonij porrò arca dicta est, vel quia capsam, in qua & Testamenti tabulæ, & amphora ipsius mæna continebantur, ad eorum, quæ tum gesta ac lege sancita fuerant, testimonij confirmationemque clausam haberet: vel quia in ipsa Dominus conspiciendum se præbens, Mosi rerum agendarum vel non agendarū oracula & contestationes edebat, à quibus nomen accepit. Cōtestare, inquit, id est, præcipe populo huic. Vel etiā à lege ita nūcupabatur, quæ etiam ipsa testimonium dicitur iuxta illud, Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Huius arcæ Encænia primūq; usum, ad quem magnificè & multis sumptibus extructa fuerat, Moyses celebravit. Ceterum arca quoque testimonij dici possit illud mysticum Dei consilium de Verbi incarnatione, quod Deus Pater bona voluntate comprobans ostendit, & sp. sanctus, cuius figuram gerit sapiens Beseleel, operatione sua perfecit, ac spiritalis Moyses Christus opificis ritu per se effecit, humanam videlicet naturā in seipso compingens per hypostaticam vñionem. Arca postremò rerum omnium creationē designare queat, quam Pater vt mens cogitauit, Filius vt Verbum condidit, ac denique sp. sanctus omnibus numeris absoluit.

Exod. 26. *Cap. 31. 35. 36.* Iam regnum quoque Dauidi innouatum est, neque id semel, sed prius cūm vngeretur, posterius cūm rex salutaretur.

Exod. 19. *Psalm. 92.* NICETAS. Prius Dauid à Samuele in Bethleem vnctus est, vt habetur I. Reg. Deinde extincto Saule in Hebron rex salutatus est, vt testatur secundus liber. Tertio post interitum Memphiboseth ab vniuersis tribubus. Ergo & cūm post vnctionem regnum ipsi nouaretur, festum celebravit: & rursus cūm per vniuersæ plebis salutationem ipsi principatus innouaretur, diem illum letitia & solennitate prosecutus est, regni administrationem capeffens. Iuxta allegoriam autem spiritalis Dauid Christus est, verus inquam ille rex noui Israelis ac videntis Deum, vt ex genere Dauid secundum carnem oriundus. Hic in primo suo aduentu quantum ad humanitatem vnctus est, at in secundo & illustri aduentu vt Deus & Dominus omnisque creaturæ rex & creator proclamabitur, vel etiam proclamatus est, data scilicet, ei vt homini, omni potestate in celo & in terra. Porrò ipsius regnum, si quidem priorem vnctionem spectemus, in conceptionis ipsius vel natiuitatis festo innouatur: si autem secundam proclamationem, in festo celebri Resurrectionis.

Cap. 5. Facta sunt etiam Encænia Hierosolymis, & hęc erat, nimirum infidelitatis, Iesusque aderat, Deus & templum, Deus inquam tempore omni antiquior, & templum nouum vno eodēque die solutum, ac tertio post die excitatum, atq; in sæcula manēs, vt ipse salutem consequar, atque à veteri lapsu erigar, ac per huiusmodi beneficium instauratus noua creatura efficiar.

Matt. 18. *Hyems infidelitatis.* NICETAS. Encænia hoc loco intelligit, non prioris structuræ templi, quæ regnante Solomone facta est, sed posterioris illius, quæ reditum Iudæorū ex Babylonica captiuitate secuta est. Cūm igitur Encænia illa celebraretur Israëlita, non modò hęc erat naturalis ac sensibilis, quemadmodum commemorat Ioānes, sed etiam spiritalis, nempe perfidiæ & incredulitatis, vt Gregorius noster exponit. Aderat autem & Iesus, qui tempus quidem omne præcedit vt Deus, recens autem & nouus est, vt templum & homo: templum inquam, de quo seruator ipse dixit, soluite templum hoc, & in tribus diebus illud excitabo. Corporis enim templum vno eodēque die (passionis scilicet) solutum est, ac tertio post die excitatum: nec iam moritur, sed, vt Danielis verbis vtar, manet in sæcula. Et quidem mortem subiit Christus, vt mihi, hoc est omnibus salutem afferat. Surrexit autem, vt me à veteri lapsu erigar, atque ex veteri nouum instaurando faciat.

Ioan. 10. *Ioan. 2.* *Psalm. 50.* Quin egregius quoque Dauid cor mundum in se creari ac Spiritum rectū in visceribus innouari postulat, non quod non habeat (quis enim habere possit, si tantus vir eo careat) sed quod pro nouo id ducat, quod nunc quotidie accrescit.

NICETAS.

NICETAS. Intelligendi vis & facultas à Davide cor vocatur: intellectus autem agitationes viscerum nomine appellantur. Ac facultatis intellecticis puritatem & spiritus innouationem in cogitationibus petit, non vt non habens, sed vt exoptans recentius quiddam quodidie sibi accedere. Innouatio quippe nouum profectum quotidie nascentem accessionemque significat.

Sed quid mihi plura Encænia colligere necesse est, cūm præsentia declarare promptum sit, eaque quæ hodierno die, vitæ post mortem adiuncti celebramus? Encænia, Encænia, solennitas nostra est, fratres. Identidem enim hoc verbum præ voluptate repeto. Quænam autem hæc sint, qui scitis, docete: qui nescitis, solennitas Encæniorū afferte.

A NICETAS. Quid, inquit, plura Encænia commemorare necesse est, cūm possim Encænia hæc docere, quæ nunc propter salutem nostram celebramus, vt qui non solum duplicem mortem fugerimus, alteram nimirum corruptionis & interitus, alteram peccati in Christo sublatam & extinctam: sed etiam duplici vitæ nobis in Christo partæ adiuncti fuerimus, nempe & immortalitati illi atque in spe posita, & ei, quæ in peccati oppressione sita est. Christus enim mortuus est & resurrexit, vt nos peccato moriamur, atque in nouitate vitæ ambulemus. Quod autem Encæniorum nomen secūdo repetitum est, causam ab ipso Theologo adnexam habet. Nam ea quæ voluptatis sensu animos nostros afficiunt, identidem præ gaudio repetimus: nondum tamen quidquid volumus, expressisse nobis videmur. Innouatas aures afferte. Innouatur enim auris, in quam noui aliquid insonat, & quæ ea audit, quæ nunquam antea audierat.

B Lumen vnum, & inaccessum, successioni que minimè obnoxium Deus, nec principium habens, nec finem habiturum, nec in dimensionem cadens, perpetuo fulgore rutilans, trino splendore micans, atque eiusmodi, vt paucis, immò ne paucis quidem, perspiciua sit ipsius magnitudo. Secunda autem lumina primique luminis velut radij copiar illæ ipsum circumstantes, atque administri Spiritus: At nostrum lumen non modò posterius ortum habuit, sed etiam nocte scinditur, noctemq; vicissim æquis partibus secat, oculis commissum, ac per aërem fufum, atque id quod dat, accipiens. Nam oculis cernēdi facultatem præbet, & primum ab oculis cernitur, rebúsque iis, quæ aspectu sentiuntur, circūfufum libertatē affert.

C NICETAS. Professus Theologus se nobis traditurum, quidnam sint Encænia, quæ à nobis celebrantur, non statim promissi fidem explet, sed alius à Theologia & naturali philosophia orsus, ac deinde ad humanitatis à Christo assumptæ consilium descendens ita demum de Encæniis pertractat. Ac de diuinitate quidem verba faciens lumen Deum nominat, & lumen vnum, vna enim, quamuis in tribus personis est diuinitas) atque id inaccessible, quod quidem plus est quàm imperceptibile. Inaccessibile enim hoc dicitur, ad quod ne accedere quidem quisquam potest, nedum comprehendere. Atque etiam successionis expers esse diuinitatis lumen affirmat, ad solaris luminis differentiā, cui nox succedit. Iam nec principium nec finem habere, sed omni mensura ac circumscriptione sublimius esse docet. Adhæc perpetuo fulgidum vocat, vt successioni minimè obnoxium semperque lucens, atque adeo trifulgidum, vt pote in tribus personis rutilans. Cūmque dixisset, lumen illud quantum est, à paucis peruideri & spectari posse, confessum hoc dictum vt veritati absolum arripuit, seque corrigens exactè apertèque dixit, immò ne paucis quidem, atque ita huiusmodi lumen nullo modo percipi comprehendique posse declarauit. Deus igitur princeps lumen est, sōnsque luminum. Secunda autem lumina ab eo lumen accipientia, cælicæ copiar sunt Deum circumstantes, & vt Hebræis Paulus scribens ait, administri spiritus in ministerium missi, propter eos qui salutem hereditate accepturi sunt. At nostrum hoc lumen nec principio nec successione caret, vt diuinum, sed & angelico lumine posterius creatum ac temporarium est, hoc inquam materia constans & mundanum lumen in aspectumque cadens. Nanque & à nocte interscinditur, & noctem rursus æquis portionibus intersecat, nonnunquam enim eam magnitudine superans, nonnunquam ab ea superatur, quantumque ipsi aufert, tantum vicissim ab eo extorquetur, nunc quidem maximo die breuissimæ nocti, nunc contra maxima nocte breuissimo diei succedente: adeo vt nec horarum numero nec spatio & interuallo alterū ab altero superetur, sed pacata & trāquilla æmulatione inter se certent, ac maximus dies maxime nocti, breuissimus breuissimæ respōdeat. Hoc itaq; lumen in aëre fufum & expāsum est, quem natura sua caliginosum ac totum in se compactum atque commixtum illustrauit. Aspectui autem oculis que commissum ac donatum est. Si quidem aspectu remoto inane ac superuacaneum luminis donum futurum est. Id quod dat accipit. Oculis enim vim cernendi affert, primūque ab oculis conspiciuntur quemadmodum Dion Prusensis eruditè scripsit. Neque enim res oculis subiectas sublato lumine aspectus solus intuetur, sed lumen oculos circumlustrat, primūque in oculos incurrit, ac deinde ipsius opera alia quoque res in conspectum cadunt. Circūfufum enim iis rebus, quæ aspectu sentiuntur, libertatem illis perspiciuitatemque donat, id est, efficit, vt appareant atque cernantur. Vel etiam libertatem affert, vt vnusquisque proprio operi munerique incumbat. Nocte enim ac tenebris dominantibus omnes ab actione conqueſcunt, nec pedem domo efferre liberè audent.

D Nam cūm Deus hunc mundū, hunc ex visibilibus & inuisibilibus rebus constantem mundum, hunc, inquam, magnum & admirabilem maiestatis suæ præ-

cōnem fingere ac construere voluisset, æternis quidē nullum aliud lumen quān seipsum præbuit. (Quid enim secundo lumine opus iis erat, qui maximum habebant?) inferioribus autem atque humanis primam huius luminis vim protulit: (Conueniebat quippe magno lumini, opificium suū à lumine auspiciari) quo tenebras soluit ac depulit, vastāque illam rerum congeriem & confusionem omnia occupantem. Nec verò id organicum à principio, nec, mea quidem sententia, solare protulit, verū incorporeum & solis expers: sed postea ad orbem terrarum illustrandū soli traditum est. Nam cum in cæteris rebus hanc creandi rationem tenuisset, ut materiā prius conderet, ac deinde eam forma cōuestreret, ordine videlicet ac figura magnitudinēque unicuique rei impositis: hinc, ut maioris cuiusdā miraculi specimen ederet, formā materiā priorem protulit: (forma enim solis lumen est) ac postea materiā induxit, solem hunc nimirum, diei oculum, fabricatus. Ita procreato lumine primum quiddam inter dies numeratur, & secundum, & tertium, ac sic deinceps vsque ad septimum diem, cessationemque ab operibus afferentem, quibus ea quæ creata sunt, diuiduntur ac distinguuntur, arcanis rationibus ordinata atque constituta, nec confertim in rerum naturam ab omnipotenti illo Verbo producta, cuius sola cogitatio vel solus sermo confectum opus repræsentat. Quod si postremus homo creatus est, idque Dei manu atque imagine ornatus, nemini mirū videri debet. Construenda enim prius aula regia erat, atque ita rex introducendus, omni iam suo satellitio stipatus.

N I C. Adhuc in sermone de lumine commoratur, atque, *Mundus intellectibilis ac spiritualis à Deo creatus, ipsum Deum lumen maximum habebat, ac proinde nihil erat, cur secundum lumen requireret. At rebus inferioribus & circa nos positis ante alia luminis huius sensibilis vim facultatemque produxit. Conueniebat enim magno lumini, hoc est Deo, inferiora ista efficere paranti, non aliunde opificij sui principium quān à lumine ducere, quo & tenebras soluit, ac vastam congeriem confusionemque omnia prius occupantem. Luce enim nondum creata inconditum erat vniuersum atque inordinatum. Ordine autem post cæli & terre creationem statim animaduertere queas. Fiat enim, inquit, firmamentum. Deinde, Germinet terra, & cætera eodem modo. Vbi autem primum quiddam est ac secundum, quis illic ordinem esse inficias iuerit? Hæc autem à Platone mutuatus est, cuius hæc verba sunt, Cum quidquid in cernendi sensum caderet, assumpsisset Deus, non tranquillum & quietum, sed immoderate agitatam & fluctuantem, ex inordinato in ordinem adduxit. Verum fortasse quispiam addubitauerit, cum Moses dicat, In principio creauit Deus cælum & terram, ac postea subiungat, Et dixit Deus, Fiat lux: quid cause sit, cur Theologus Deum opus suum à lumine auspicatum esse dicat. Quod etiam non hoc tantum loco dicit, sed in poësi quoque sua, in qua ita cecinit.*

Principio lumen summus moderator Olympi

Fecit, ut accessu lucis iucundior esset

Tota operis magni facies, at postea cælum

Sidereum, facinus mirabile, duxit in orbem.

& quæ sequuntur.

Sed multis modis hanc dubitationem soluere licet, atque ostendere Theologi verba cum Mosis verbis nequaquam pugnare. Primum quia Moses quoque ipse post primi cæli creationem lumen factum, deinde firmamentum, in quo & solem & sidera collocata esse asserit. Eodem enim modo Theologus quoque lucem primum conditam fuisse ait, deinde cælum hoc stellis distinctum, quod etiam firmamentum nominatum est, ac primo hoc cælo inferius est. quod prophanis quoque scriptoribus Mosis doctrinam suffragantibus ac sibi vendicantibus, cælum sideribus carens dicitur. Secundo iuxta Gregorij Nysseni sententiam ita hunc nodum explicare possumus. Deus vniuersam materiā simul creauit, ex qua omnia producta sunt. Hæc porro creati, prima lux, ut pote magis efficax, discreta ac separata est, atque exiit. post alia materia ad cæli creationem, alia ad terræ constructionem assumpta est, atque ita vniuersum perfectum est. Tertia difficultatis solutio eaque exactissima hæc esse possit. Inter effectum & fabricationem discrimen constituunt cum alij multi eruditi viri, tum sanctus & philosophus & martyrij laude clarus & celebris Iustinus. Nam factor nulla alia re indigens sua ipsius vi & potestate opus efficit. At fabricator vim opificij sui à materiā accipiēs opus fabricatur. Quoniam igitur hoc prius assumptum est, & pro certo ac confesso habetur, nimirum factorem ex nihilo facere, opificem autem ex subiecta materia, videndum iam atque animaduertendum restat, quā ex actū ac verè hæc Theologus dixerit. Non enim dixit, Conueniebat Deo creationem à lumine exordiri: nam id à veritate abhorruisset, sed opificium, quod quidem verum est. Cælum enim & terra cæteraque elementa ex nulla materia præiacente facta sunt, idque creatio dicitur: at animantes, & stirpes, & semina ex his facta sunt, hoc est, ex quatuor elementis, terra, aqua, aëre, & igne, atque id opificium nominatur. Itaque Deus non creationem, sed opificium suum à lumine orsus est. Nam cum ex elementis iam à se productis animantes & plantas ac semina efficere voluit, tum primum dixit, Fiat lux. Deinde, Germinet terra, Et, Producant aquæ reptilia ac volatilia. Et, producat terra animam viuentem, quadrupedia & reptilia & bestias.

stias. Atque hoc sensibile lumen Deus organicum à principio nequaquam ostēdit, id est, quasi in organo quodam & corpore (velut in vase) circumscriptum atque conclusum, quale nunc cernitur, cum solis orbe continetur, verum incorporeum ac solis expers. Nam cum nondum solari orbe circumscriptum esset, incorporeum erat, hoc enim significat *ἀνύλον*. postea ipsum soli ac sideribus dedit, hoc est primigenium lumen illis luminaribus summus architectus imposuit: non quod luminis alius inopia premeretur, sed ne lumen illud iners ac torpidum maneret. Neque enim luminare lumen ipsum est, sed luminis conceptaculum. Quid autem cause fuit, cur prius lumen, deinde luminis conceptaculum, hoc est solarem orbem crearet? Nimirum ut magnum quoddam & insigne miraculum ederet. Nam cum in reliquis creaturis materiā prius condidisset (Est autem materia id, quod unicuique rei ad essentiam subiacet, velut quatuor elementa) ac deinde formam indidisset: hic tamen formam prius creauit, hoc est lumen (solis enim forma lumen est, sol autem luminis materia) postea autem materiā effinxit, hoc est solare corpus, ac solem diei parentem fabricatus est. Ita producto lumine primus dies, ac secundus numeratur, ac sic deinceps vsque ad septimum, quo Deus requieuit ab omnibus operibus, quæ fecerat, quemadmodum testatur Scriptura. Diebus enim opificium Dei diuiditur. Primo etenim lux facta est, quæ & diffusa & collecta tres dies ante solis creationem fecit: Secundo firmamentum. Tertio aquarum collectio, terræque germinatio: Quarto luminaria: Quinto animalia ex aquis producta: Sexto animalia terrestria, & homo. Quod autem hæc opera eo ordine constituta sint, ut aliud sit primum, aliud secundum, ac sic deinceps, non temerè ac frustra factum est, sed propter rationes quasdam arcanas & ineffabiles. Rebus enim creatis ordine opus erat. Ordini porro familiaris & accommodus est numerus, ut Philo Hebræus scripsit. Proinde nequaquam subito atque confertim opifex Verbum, Deique Filius omnia in rerum naturam exulit, licet alioqui omnia facere possit non modò iussu atque imperio, sed sola etiam cogitatione. Ipse enim dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Quid autem dico, Dixit & facta sunt, cum cogitatio sola perfectum opus Deo sistat, ac repræsentet? Horum autem verborum sententiam Theologus à libro Iudith accepit, Deum his verbis alloquentis: Cogitasti, ac prelo fuerunt tibi omnia, quæ fecisti. Quod si postremus homo editus est, idque cum ad imaginem Dei factus, manūque diuina efficitus fuerit, minime mirandum est. Nam cum eorum, quæ terre amplexu continentur, regnum ac principatum habiturus esset, adornandum prius erat palatium, atque ea animantia, quibus præesse debebat, procreanda, atque ita demum ipse omnibus iam suis satellitibus stipatus, introducendus erat, ut mundum ingressus paupertate atque inopia minime laboraret, sed diuitiis statim & copiis afflueret.

Quod si quales eramus permansissemus, præceptoque paruissimus, effecti utique fuissimus, quales nō eramus, atque ad lignum vitæ post scientiæ lignum accessissemus immortalitatemque: accepta Deo propius adiuncti fuissimus. Quoniam autem inuidia diaboli mors in mundum intrauit, hominemque per fraudem illerxit ac circumuenit, idcirco passione nostra patitur Deus, nimirum homo factus, eoque paupertatis sese deiicit, ut in carnem crassescat, ut nos eius paupertate ditescamus. Hinc mors & sepultura & resurrectio. Hinc noua creatura & solennitas solennitatem sequens atque excipiens, ac rursus ego festi causa declamaturus prodeò, salutis meæ Encæniam celebrans.

N I C E T. Homo nec actu mortalis nec immortalis creatus est, verum medius inter Deum & materiā factus in ea causa erat, ut si præcepto diuino paruisset, Deo vniretur, atque in immortalitatem assereretur: si autem legem infregisset, morti obnoxius efficeretur, ac pro impassibili passibilis, pro immortalis mortalis fieret. Quod etiam hoc loco Theologus indicat, cum ait, Si quales eramus, permansissemus, hoc est puri fuissimus id quod non eramus, hoc est immortales, nimirum ad immortalis vitæ lignum præterito scientiæ ligno accedentes. Quenam autem plantæ ista fuerint, satis copiose in superioris orationis commentario à nobis explicatum est. Postquam autem iuxta id, quod in libro Sapientie habetur, Inuidia diaboli mors in mundum intrauit, ac per fraudem hominem surripuit, idcirco Deus homo fit, eoque paupertatis venit, ut in carnem compingatur atque crassescat, ut nos, iuxta Apostolum, eius paupertate ditescamus. Ac patitur, non quatenus Deus, sed nostra passione, id est, quatenus homo. Nostrum enim est atque humanum sic pati. porro quemadmodum ab incarnatione passio, ita à passione mors fluxit: tum resurrectio, à qua noua creatura, id est naturæ nostræ recreatio atque instauratio primæ generationis lapsam & confectionem sanans & erigens. Atque ob hanc causam post festum Paschæ festum etiam Encæniorum omnes celebramus: ac rursus ego declamaturus prodeò Encæniorum modo & ratione, salutis meæ festum agens.

Quid igitur, dixerit quispiam, nōne prima Dominica Encænium erat, ea inquam, quæ sacrosanctam illam noctem facularumque lumen excepit? Quid igitur hodiernæ dominicæ hoc tribuis, o festorum amator, & permultas oblectationes comminisceris? Respondeo. Illa salutifera erat, hæc salutis natale: illa sepulture & resurrectionis confinium erat: hæc secundæ omnino regenerationis est: ut quemadmodum prima creatio principium à Dominica die accepit (id quod ex eo perspicue liquet, quod septimus ab ea dies sabbatum efficitur, nimirum cessationem ab operibus afferēs) sic etiam rursus secūda ab eadē dominica incipiat,

Lux primo die procreata.

Solis forma præcepit materiam.

Solis oculus diei.

Cur homo creatus est postremus.

Gen. 1.

Gen. 1.

Psal. 148.

Cap. 9.

Qualis fuisset homo si non peccasset.

Dominica prima.

NOVA DOMINICA
SUBLIMIOR
SUBLIMI.

Psal. 87.

ut que prima sit earum, quæ ipsam sequuntur, atque octava ab iis diebus, qui ante fluxerunt, sublimi utiq; sublimior, & admirabili admirabilior. Ad supernæ siquidē vitæ statum spectat. Quam etiam mihi præclarus Solomon designasse videtur, cum præscriberet, ut partem septem daremus, id est huic vitæ, atque etiam octo, hoc est futuro ævo. Id porro fiet, si & hic præclaris actionibus incubuerimus, & in altero sæculo velut in integrum restituti fuerimus. Quin magnus etiam ille David eidem diei Psalmos de octonario accinere videtur, quemadmodum & huic Encæniorum diei Psalmum alium nuncupat, Innouationem quandam dedicationemque domus nominans. Quæquidem domus ipsi sumus, qui Dei templum & esse & dici atque adeo fieri digni habiti sumus.

A NICET. Cum Dominicam hanc Encænium vocasset, per anthyphoram quempiam inducit sciscitantem, Quid ais? An Dominica prima Encænium non erat, illa inquam, quæ magni Sabbati noctem, illamque luminum gestationem, quæ tum celebratur, excepit? Quid igitur hic secundæ Dominicæ Encæniorum nomen tribuit? Hanc obiectionem ita solvit, quod illa Resurrectionis Dominica salutifera erat. In ipsa enim salutem consecuti sumus, nimirum eius beneficio ex morte & corruptione ad vitam immortalem & incorruptionem æternam immutati: hæc autem noua Dominica natale est illius & commemoratio. Illa enim resurrectio erat: hæc autem resurrectionis illius festum & Encænium. Et quemadmodum nataliū dies cum celebrantur, eorum qui progignuntur, commemoratiōnem habent, annuo videlicet circulo procreationis ipsorum diem reuehente: sic etiam noua hæc Dominica, quam septenarius dierum circuitus efficit siue restituit, primæ Dominicæ natale dicitur, quod illius sit festum & commemoratio. Atque adeo prima illa Dominica velut interliminium quoddam est funeris ac sepulture, quæ in magno Sabbato celebratur, & resurrectionis, quæ eadem ipsa Dominica contigit, sepulture quidem finem, resurrectionis autem principium habens. Ac proinde, ut in medio posita mæsitiæ ac voluptatis utrinque particeps est: at hæc noua Dominica non iam confinium est, ut eriste aliquid secum afferat, sed planè regenerationis & resurrectionis est, ut quemadmodum prima creatio à Dominico die cepit, id autem ex eo liquidissimè constat, quod in mundi creatione à Dominico die septimus dies Sabbatum numeratur, quo Deus ab operibus suis conqueiuit) sic etiam secunda creatio ab eodem die principium accipiat. Atque illud etiam tibi animaduertendum est, nouam hanc Dominicam præterquam quod eandem prærogatiuas habet, quas prima Dominica, alia privilegia insuper habere, quibus illa caret. Nam ut illa prioris creationis prima est: ita hæc quoque secundæ, hoc est nouæ. Ad hæc utraque prima est earum, quæ postea sequuntur: at hoc eximium habet noua Dominica, quod etiam octava dies est ab iis, quæ eam præcesserunt. Quare si quis nouam Dominicam cum Resurrectionis Dominica conferre voluerit, sublimiorem hanc admirabilioremque esse affirmabit, ut quæ spiritalis materiaque expertus Dominicæ quasi præludium sit, beatæque vitæ primitiæ, hoc est secundæ creationis, quæ resurrectionem consequetur, vel nouæ conuersationis rationisque vitæ, quæ in octauo nullique successioni obnoxio seculo futura est. Hoc loco nonnulli obiectionem mouent dicentes, Quid tandem Theologus, cum Resurrectionis Dominicam festum omnibus superiore esse dixerit, nunc rursus diei Resurrectionis Encæniorum diem anteponit, ac quodammodo secum pugnat? Ad huius obiectionis dilutionem ea afferre licet, quæ in hac eadem oratione paulò inferius ait, Nec vero hæc eo à me dicuntur, quod te eodem semper statu manere velim, sed ut perpetuo ac laudabili motu ac noua omnino creatura sis. Quemadmodum igitur eum, qui innouatur, seipso sublimiorem ac diuiniorem fieri perspicimus, virtutis nimirum progressibus, incrementisque fulgescens: sic etiam omnes nostra causa excogitatos solennes dies scriptis sublimiores in nobis fieri credendum est, cum mysterium quod per eos designatur, vim suam facultatemque numeris omnibus absolutam in nobis edit. Quocirca non abs re nouam Dominicam sublimi sublimiorem Theologus dixit, quod semper eadem dies nobiscum sit, seseque superet. Prima enim Dominica mysterio suo hoc solum nobis affert, ut vitam ab omni crassa & terrestri imaginatione purget: at nouæ Dominicæ beneficio hoc consequimur, ut bonis omnibus, quorum prior Dominica velut primitias quasdam attulerat, perfuamur. Ad hæc prima Dominica resurrectionis illius, qua certo animi proposito & voluntate ad virtutum excitamur figuram gerit: secunda autem voluntarij habitus ad perfectionis scientiam figura est. Adde, quod illa futuram resurrectionem designat: hæc ipsam diuinitatis acceptionem. Quare optimo iure sublimi primæ Dominicæ sublimior noua dicta est: quandoquidem & deificatio incorruptione & bonorum perceptio habitudine à malis liberata, & celestis atque sempiternus status presentis vitæ statu & conditione sublimior est ac præstantior. Quod etiam ipsum Solomon innuit, cum ait, Da partem septem atque etiam octo, septem quidem hanc vitam nominans, ut quæ eadem cum septenario numero mensura finitur: octo autem futuram. Is porro suam utrique vitæ partem dat, qui hic quidem bonis actionibus atque operibus incubuit. In altero autem sæculo restitutus est, hoc est in celestium bonorum perceptione constitutus. Atque etiam David huic duos Psalmos accinere videtur, sextum & undecimum, quibus titulum indidit, De octaua, quemadmodum & huic Encæniorum diei centesimum nonum dicat, Innouationem domus inscribens. Nos autem huiusmodi domus sumus, quibus id honoris habitum est, ut templum Dei & simus, & nominemur, & efficiamur. Deus enim per Hieremiam quodam loco ita loquitur, Inhabitabo in illis & inambulabo. Paulus quoque ad Corinthios ad hunc modum scribit, Templum Dei viuens estis. Et rursus, An nescitis, quod templum Dei estis, & spiritus Dei inhabitat in vobis? Si quis templum Dei violauerit,

Ecclesi. 11.

1. Cor. 6.

1. Cor. 13.

lauert, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. En quomodo apud Hieremiam domus Dei, apud Apostolum templum Dei nominamur. Is porro templum Dei violare dicitur, qui obscænis ac meretricibus congressibus carnem inquinat, ac cæno inuoluit.

* Crassa & terrestri imaginatio mentis circa vanas huiusce vitæ iucunditates miserè palantis distractionem significat, à qua resurrectionis Christi beneficio nos prima Dominica vindicat. Billius.

Encæniorum rationem habetis. Restat ut ipsi innouemini, atque abiecto veteri homine in nouitate vitæ rationes vestras instituatis, omnibus rebus, ex quibus mors oritur, frenum iniicientes, omnia membra coercentes, omnem flagitiosam ligni manducationem exhorrescentes aut etiam euomentes, atque ob id solum vetera memoria recolentes, ut ea fugiatis.

A NICET. Encæniorum rationem atque explicationem didicistis. Reliquum est, ut innouemini, atque, ut Apostolus loquitur, veterem hominem, hoc est peccatum, quod senium nobis & vetustatem importauit, abiciatis, atque, ut idem Apostolus admonet, in nouitate vitæ ambuletis ac versemini, hoc est cum virtute, quæ alumnos suos innouat, ac iuuenes efficit, viuatis. Id autem assequemini, si continentiam velut frenum omnibus sensuum instrumentis inieceritis (ex quibus anima mors oritur, iuxta id quod ait Hieremias, Ascendit mors per fenestras: si non hoc aut illud membrum, sed omnia ita rexeritis, ut vnumquodque regi atque in officio contineri castigarique natura comparatum est: si denique vitiosam omnem ligni vitii manducationem execremini (per lignum enim voluptas interdicta significatur) ac vetera illa, ex quibus transgressio nobis orta est, contrarijque sensuum usus, in hoc solum recordemini, ut ea fugiatis, ne per horum obliuionem in eadem rursus incidatis. Alioqui enim, nec ea memoria recolenda sunt, nisi ob hanc vnā causam, ut ea vitemus, quæ nobis condemnationem attulerunt.

B Pulcher erat ad aspectum, & bonus ad esum fructus ille qui mihi mortem intulit: proinde colorum nitorem fugiamus, ad nos ipsos oculos conuertamus. Cæue ne te pulchræ atque eximiæ formæ cupiditas superet, ac ne ad leuem quidem, si fieri potest, fortuitumque aspectum palpebræ te transuersum agant, quod quidem assequeris, si Euā tibi animo proposueris, dulcem illam illecebram, charum venenum. Quonam enim modo aliena atque externa huic salutis erit, quem sua perdidit? Ne dulcescant fauces tuæ, in quas pertrahitur quidquid porrigitur: & quod antequam accipiatur, in precio est, idem acceptum vilescit & cõtemnitur. Odoratus te emolliuit atque effæminauit? odorum suauitates fuge. Tactus ignauium te & languidum reddidit? læuitati omni ac mollitiei nuntium remitte. Auditus in fraudem te induxit? fraudulentis & curiosis ac superuacaneis sermonibus ostium claude. Verbo Dei os tuum aperi, ut spiritum attrahas, non autem mortem haurias.

C NICET. Hic sensus instruit, à quibus morti aditus patefactus est. Scriptum enim est in lib. Genesis, Et vidit mulier, quod lignum bonum erat ad esum, & pulchrum ad intelligendum. Quoniam igitur fructus ille tum visu pulcherrimus, tum perceptu suauissimus nos per primos parentes inescavit atque interemit, colorum nitores posthac fugiamus, visum, qui principem inter sensus locum tenet castigantes, nec ad externa, sed ad nos ipsos oculos spectamus, iuxta illud Deuteronomij præceptum, Attende tibi ipsi, atque Prouerbiorum auctorem Solomonem audiamus dicentem, Ne te superet eximiæ formæ cupiditas, nec vnā cum palpebris intransuersum abripiaris, non solum ex vano & curioso aspectu, sed, si fieri potest, ne ex fortuito quidem atque obiter sese obiciente, verum teipsum vel ad leuem usque ac neglectum prospectum communi, atque oculos comprime. Ceterum propter rei difficultatē additū est, si fieri potest. Videre porro, nihil aliud est quam simpliciter inspicere. Huic utrinque opponuntur curiosè intueri, & neglectim atque obiter aspicere, velut excessus & defectus. Videndum itaque tibi ne cum palpebris abripiaris, atque Eua tibi animo proponenda, quæ quidem dulcis impostura erat ob conspicuam ipsius formam, & incatatio chara, propter illicentem & delinientem voluptatem. Fæmina enim velut esca marem ad se trahit ac veneno insicit, voluptuariisque gestibus & sermonibus ac rebus quasi quibusdam præstigijs ludificatur, quibus ad acerbissimum animæ interitum & exitium illectus pertrahitur. Nam si illa, quæ propria erat, sociæque & auxiliatrix data fuerat, virum perdidit, quo pacto meretrix & aliena salutis futura est? Oculi igitur sic coercantur in palpebris, non secus atque in nuptiali thalamo virgineo more versantes, nec procacibus & impudicis motibus aculeis excitantes. Atque etiam insuper voluptatem usque ad gustus sensum & fauces auersare, ad quas cibus omnis deuoluitur: & quod ante perceptionem charum habebatur, idem perceptum vanescit & cõtemnitur. Quin illud tibi quoque cauendum est, ne te olfactus effæminet. Turpe enim est & muliebre atque à viro alienum vnguētis & odorum suauitatibus vti: alioqui atque etiam immodicus huiusmodi rerum vsus salaciore mare atque ad venereum congressum propensiores reddit. Ferunt enim Commodum imperatorem, cum grassante aliquando peste vnguētis vsus esset, ex ea re ad libidinem maiores flammæ concepisse. Proinde nec per olfactum effæmineris, nec per tactum enerueris atque emolliaris, verum læuitates omnes & mollities fuge. Tactum autem dicit, non eum tantum qui manu fit, sed etiam qui in toto corpore seruatur. Vis enim &

Encæniam
celebrantes
nouum hominem
induant.

Venenum
charum.

Instructio
sensuum.

Gen. 3.

Cap. 27.

fac ultas tangēdi per totam carnem sparsa ac diffusa est, exceptis pilis, ossibus, vnguibus, ac nervis. Hæc enim sola sensu carent. Quid præterea? Auditus te in fraudem iniecit ac circumuentum rursus à veritate abduxit, quemadmodum olim primos parentes? Ne ipse quidem in posterum solutus sit, sed bonis sermonibus pateat: ad turpia autem verba atque ad fraudem & curiositatem composita obstruatur. Audi Solomonem, atque os tuum aperi verbo Dei, hoc est cum vtilem quendam & frugiferum sermonem habiturus es, tum demum os tuum aperi, vt cum Dauide ipse quoque dicas. Os meum aperui, & attraxi spiritum. Quod si ad sordida & obscæna verba proferenda os tuum aperueris, tum spiritum minimè attrahes, sed mortem potius. Nam os nostrum vna ex fenestris illis est, per quas, cum nequaquã rectè aperiuntur, mortè ascendere Hieremias testatur.

Prou. 31.

Psal. 118.

Cap. 9.

A recta doctrina aberrans, statim ad se redeat.

Si qua res interdita te sollicitet ac titillet, in mentem tibi veniat, quinam primum fueris, & vnde prolapsus perieris. Si vel tantillum à recta doctrina digressus aberraueris, ad teipsum redi, priusquã penitus ab ea excidas, & in mortem prolabar, atque ex veteri nouus efficere, animæque Encænium celebra.

NICET. Docuit Theologus quo modo quinque sensibus vti debeamus: ex quibus visus ad rectas lineas cernit, olfactus autem & auditus non solum ad rectam lineam, sed vndecunque propria sibi sensilia arripiunt, nimirum ille odores, hic voces. Porro tactus, qui omnium animantium communis est & gustus, nec secundum rectam lineam, nec vndecunque subiecta sibi sensilia cognoscunt: verum tum solum, cum propinquã ipsis fuerint. Postquam igitur de his pertractauit, nunc de recordatrice quoque facultate disserit, quæ memoriæ & reminiscentiæ causa & promptuarium est. Organum autem ac sedes illius est posterior tunica cerebri. Meminisse autem anima dicitur, cum formas atque impressiones earum rerum, quas opinacione concepit, retinet. Igitur de vi memoratrice eiusque actu tractans ait, Si quid eorum, quæ non concessa, sed interdita fuerunt, illecebra quadam animum tuum tētet, ac iam iamque in fraudem impulsurum sit, in memoria habere quisnam fueris ante violatum Dei præceptum, nempe paradisi cuius, & rex eorum, quæ terræ complexu tenentur, atque in beate vitæ ratione positus, à qua prolapsus periisti. Si paulum à vera & recta doctrina aberraueris, rectum iter rursus arripe, atque ab errore & digressione ad teipsum redi, priusquam omnino à ratione excidas, atque in brutorum naturam degeneres, præceptisque ad exitium animæque interitum ruas. Atque ex veteri nouus efficere, id est, bonus ex improbo, sordes videlicet peccati abiiciens, atque innouatoris spiritus opera ad virtutem migrans: teque ita compara, vt innouatio ac vitæ in melius immutata ratio animæ festum tibi sit.

Aduersus quem sit irascendum. Matt. 5.

Ira aduersus serpentem solum vtere, ob quem excidisti. Cupiditas omnis ad Deum contendatur non ad aliud quicquam insidiosum ac periculosum. Ratio omnibus præsit, neque id quod excellentius est ab inferiore deorsum trahatur. Fratrem tuum odio ne insecteris, idque immerito, pro cuius salute Christus mortem obiit, fratèrque tuus, cum Deus ac Dominus esset, effectus est. Rectè & ex virtute aliquid gerenti ne inuideas, qui inuidia pressus es, atque animum induxisti, vt tibi inuideri crederes, eamque ob causam corruisti. Lachrymam ne asperneris, qui multis lachrymis digna passus es, ac postea misericordiam consecutus. Pauperè ne submoueas, qui diuinitatis opes accepisti: sin minus, at certè in pauperis perniciem ne ditescas. Nam id quoque ab hominibus inexplibili cupiditate correptis impetrare magni beneficij loco habendum est. Peregrinum ne contempnas, pro quo Christus, cuius nos omnes hospites sumus & aduenæ, peregrè egit: ne paradiso, vt prius, exturberis. Egèti tectum, cibum, vestem suppedita, qui his ad luxum & vltra necessarium vsum oblectaris. Diuitiarum amor ne te afficiat, nisi pauperibus opem ferant. Remitte, cum tibi remissum sit: miserere, cum tibi misericordia impertita sit: clementiã, dum licet, clementiam acquire: cura, vt omnis vita tua, omnes vitæ rationes innouentur.

Nec pauperes nec peregrini contemnendi.

Vita innouanda.

Postquam sensus satis accuratè instruxit, nunc etiam de tribus animæ partibus præcepta tradit. Facultates enim animæ in partem rationalem, & rationis expertem diuiduntur. Partis deinde à ratione aliena partes sunt duæ, altera quæ rationem nullo modo audit, sed naturæ imperio gubernatur, cuiusmodi est ea quæ alendi ac gignēdi vim habet, ac facultas ea, qua pulsantur arteriæ: altera quæ rationi obtemperat, quæ etiam in iram & cupiditatem diuiditur. Est autem ira, quasi miles quidam, rationis satellites, cupiditatis vindex. Nam cum alicuius rei cupiditate corripimur, atque à quopiam nobis impedimentum affertur, ira aduersus eum inflammamur, velut iniuria affecti, nimirum ratione eam rem ira & indignatione dignam iudicante. Quandoquidem igitur nulla nobis iniuria tanta à quopiam illata est, quanta à serpente, & eo, qui per ipsum & in ipso loquebatur, diabolo (ipsius enim fraude & scelere tum paradiso tum immortalitate excidimus) idcirco dicit Theologus, ira tibi iuste, & secundum naturam aduersus serpentem excitetur, à quo grauissimè læsus es, cum quo etiam inimicitias gerere tibi imperatum est. Inimicitias enim, inquit, ponam inter te & inter serpentem. Concupiscentia autem ad nullam rem noxiam & periculosam, sed ad Deum omnis intendatur, quem ex toto corde amare tibi lege præscriptum est, vt cum Dauide verè dicere possis, Domine, coram te

Gen. 3.

Psal. 37.

om ne

omne desiderium meum. Ratio præstantissima pars animæ, maximeque diuina, velut auriga quidam, omnibus præsit, hoc est, & iræ & cupiditati & sensibus, nec quod præstantius est, id est, mens ab inferiori deprimatur, hoc est, ab ea parte, quæ affectibus agitatur atque à ratione auersa est. Illud etiam cauendum, ne pro serpente fratrem odio insecteris, idque frustra. Quidni enim frustra, cum alio agente & impellente alij ipse succenseas, idemque tibi accidat, quod canibus, qui lapides mordent, eos qui proiecerunt non attingunt? Ad homicidam illum indignationis tuæ flammam conuerte, ad illum peccati architectum & opificem: fratrem autem, qui illius impulsu peccat, miserare, pro quo, sicut à apostolo ad Romanos scribit, Christus mortuus est, & cum Deus ac Dominus esset, frater tuus effectus est. Ipse enim, vt Paulus testatur, est primogenitus in multis fratribus. Atque adeo ipse apud Dauidem ad patrem ita loquitur, Narrabo nomen tuum fratribus meis. Ac præterea ipsemet in Evangelio ad mulieres dicebat: Ite, annunciate fratribus meis. Ei, qui virtutum splendore & gloria floret, ne inuideas, illud cogitans, quod tu quoque inuidiam diaboli sensisti, ab eoque ita inflexus es, vt Deum, cum cognitionis ligno interdixisset, tibi inuidere persuaderes: quæ tibi prolapsionis causa fuit. Lachrymã hominis in te intuentis & plorantis ac misericordia indigentis ne crudeliter contempnas, illud reputans, te multis quoque lachrymis digna passum esse, nimirum paradiso exturbatũ, morti & corruptioni addictum, sexcentis peccatorum generibus inuolutum atque conspurcatum. Et tamen misericordiam consecutus es, paradysum, quem veteris Adami culpa perdideras, noui Adami beneficio rursus affectus. Pauperem vacuum ne à te abire iubeas: quoniam cum tu quoque extrema omnium bonorum egestate premereris, eò diuitiarum per baptismum euasisti, vt Deus effectus sis. Diuinus enim baptismus diuinitatis est arrabo. Quod si pauperis inopiã liberalitate tua subleuare non vis, at illud saltem à te impetretur, ne ad pauperis oppressiõnem diuitiarum auxilio abutaris. Nam id quoque non parui beneficij loco ducendum est, cum auari ab iniuria sibi temperat. Peregrinum ne contempnas, ne rursus paradiso exulare cogaris, verum ipsum suscipe, quoniam ipse etiam Christus propter eum peregrè apud nos versatus est. Etenim quasi alienus ad propria venit, vt peregrinum ornaret atque illustraret. Cuius quidem Christi omnes aduenæ & hospites sumus: tum quia nihil propriũ habemus: ipsius enim sunt omnia, iuxta illud Dauidis, Domini est terra & plenitudo eius: tum quia hic firmam ac stabilem sedem nõ habemus, verum ad supernam patriam properamus. Id quod nec Dauidem fugit, ac proinde ad Deum dicebat, Aduenã ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. Egenti tectum, vestem, cibum suppedita, hoc est, paruũ diuersorium, & indumentum, & panem, & res necessarias, quibus ipse, vltra quam vsus postulet, deliciosè affluis. Neque enim domum simpliciter habes, sed amplam & magnificam, nec indumentũ vnum, sed multa & vario opere confecta, nec panem ad corporis necessitatem demensum, sed horrea omni fructuum genere referta. Diuitias ne expetas, nisi indigentis inopiæ solatiũ allaturus sis. Remitte debet, si quid debet, siue pecunias, siue iniuriam, siue denique simplicem quandam expostulationem: quandoquidem tibi quoque Christus peccata aduersus ipsum commissa condonauit. Miserare misericordia dignum: quoniam tibi quoque misericordiam impertit Christus. Humanitate erga indigentes Dei benignitatem humanitatemque tibi concilia (iustus enim ille iudex misericordiam suam nostra misericordia expendit) quãdiu vitæ tempus suppetit. Per laudabilem præclarãque immutationem omnem tuam vitam vitæque rationem innoua, hoc est, siue calibatũ, siue matrimonium, siue aliud quoddam vitæ genus & institutum delegeris, da operam, vt in eo nouos quotidie progressus facias.

Quæ sub iugo estis, Deo quoque nõ nihil date: præoccupatæ enim estis. Virgines oĩa vestra Deo offerite: solutæ quippe estis. Seruã voluptatè ne suffuremini, libertatem fugiētes: id quod futurũ est, si contubernales habueritis viros quidẽ neutiquam, sed viros tamẽ. Nequaquã mihi probandũ videtur, assiduis voluptatis submonitionib⁹ premi ac vexari. eã quoque familiaritatẽ odi, quæ per aërẽ cõtrahitur.

Virgines omnia sua offerant Deo.

NIC. Leges constituit Theologus tam cõiugatis mulieribus, quàm à matrimonij iugo liberis, occasionẽ ab apostolo nactus, qui ad Cor. scribēs nuptias vinculu nominat, virginitatem autẽ solutionem & libertatem. Ait enim, Alligatus es uxori? noli querere solutionẽ. Solutus es ab uxore? noli quærere uxore. Et rursus, Quæ non nupsit, curat, quæ sunt Domini, vt sit sancta corpore & spiritu. Quæ in matrimonio est, curat, quæ matrimonij sunt, quo modo placitura sit viro. Videamus igitur quàm pulchrè Theologi consiliũ cum apostolicis verbis consonet. Quæ, inquit, sub iugo estis. i. matrimonij iugo copulate: quandoquidẽ præoccupatæ estis, hoc est, præcepta atque præstricte matrimonij vinculis, facite vt nonnullam quoque vestri partem Deo detis, nec mundo prorsus astringamini. Vos autem virgines, quæ nullis vinculis mundo astrictæ estis, sed ea tantum, quæ Dei sunt, curatis, omnia in vniuersum date. Neque enim sub iugo estis, vt pars solum aliqua à vobis postulada sit: verum solutæ, atque à mudi curis liberæ. Ac proinde quod pars coniugatis, hoc vobis virginibus totũ est. Illud autem his, quæ dicta sunt, necessariò adiungendum est, quod, etiam si quis quantum ad corpus virginitatem colere videatur, si tamen in anima paruam quandam vitiosæ concupiscentiæ radicem excipiat, is iam nec libertatem nec virginitatem retinet: sed ex turpi ac fœda voluptate quam surripuit, in seruitutem incidit, virginitatis libertatem fuga deserens. Quod cum exploratum habeatis, o Virgines, eò studiosius vobis prospiciendum est, ne turpiter & sordidè ac furbit impuram & adulteram voluptatem rapiatis, nec virgineam libertatem fugiatis, nimirum cum iis habitantes, quos σωσάτους, hoc est, introductitios dicunt, qui quidem & si matrimonij lege nequaquam viri vestri sunt, natura tamen viri sunt. Porro quemadmodum periculosus est ignis stipulæ admotus: eodem modo parum tutum est virginibus curæ atque officij fraterni pretextu introductitios viros habere contubernales. Nam etiam si fortasse pudicitia latet

1. Cor. 7.

Lz

dem habeant, fieri non potest, quin cum eos intuentur, voluptatis cogitatione tangantur, ac perpetuis amoris incitamentis crucietur, flammæque suscitabulum atque igniculum habeant. Ego verò non huiusmodi tantam contubernij necessitudinem interdicitã volo, sed eam quoque execror consuetudinem quæ prospiciendis trans fenestras prætereuntibus per medium aërem contrahitur. Sæpe enim accidit, ut per importunum aspectum aculei mortis in pectus irrepant. Nonnulli autem ignorantes, ut videtur, quinam sint ij, qui introductij dicuntur, eos, quos hîc non viros quidem, sed viros tamen appellat Gregorius, eunuchos esse haudquaquam rectè interpretatur, aiuntque multas mulieres, ut virginitatis opinionem apud vulgus colligant, eunuchis corpus suum substernere solere, quod semine careant: qui quidem nec viri dicendi sint, utpote progignendi vim non habentes, et tamen viri sint, quoniam cum mulieribus stupri commercium inire possunt.

Principes Deum timeant.

Principes potentiorum, sublimibus foliis insidentes sublimiorem time.

NIC. Principes ac præfectos congruis utilibusque præceptis instruit Theologus. Principes, inquit, Deum, qui vos potentia superat, time, nec potestate vestra ad avaritiam abutimini. Et qui in sublimibus thronis vobis placetis, et supercilium attollitis, altissimum extimescite, nec adversus inferiores superbe atque arroganter efferamini, nec iniquis iudiciis subditos vestros opprimatis.

Præcepta communia omni hominum generi.

Ne quid admireris, quod non perpetuo manet: ne contempnas, quod certum & stabile est: ne quicquam arctius constringas, quod cum manibus tenetur, effluit. ne quid ex iis, quæ non invidiæ, sed odio obnoxia sunt, suspicias: ne altius efferaris, ne profundius corruas, ne magnificè & arroganter idcirco de te sentias, quod malis præstantior appareas: quin potius id tibi molestum sit, si pro bis viris & honestis virtute cedas. Proximi tui lapsum ne risu insecteris: verum tu, quæ poteris tutissimè transi, atque interim humi iaceti manum porrige. Mœrore afflictus secundioris fortunæ spem ne abiicias, nec rebus feliciter atque ex animi sententia fluentibus tristiorum rerum metum pellas. Annus unus quatuor partes vehit, ac momentum unum temporis multiplices rerum mutationes. Facito, ut & sollicitudo voluptatè, & spes melior tristitiâ coercet. Sic innovatur homo: sic Enceniorum dies celebratur, huiusmodi deliciis, huiusmodi epulis.

Encenia quomodo celebranda.

NIC. Postquam separatim et coniungatis et virginitatis cultoribus, et rursus principibus ac præfectis præcepta dedit, congruèque cuique ordini consilium porrexit, nunc communiter universum piorum cœtum alloquitur, his verbis ad unumquemque utens, Ne admireris, o homo, quæ admirationem sui excitare non debent, qualia sunt, quæ non constanter manent, sed nos deserunt: nec admiratione digna contemptim transmittas, cuiusmodi sunt res certæ et stabiles: neque ea, quæ cum tenentur, perfluunt, constringe, quasi ea retenturus. Quænam enim fieri non potest, ut qui aquam manu ceperit, eam constringendo retineat (per medios enim digitos elabatur) eodem modo divitiæ fluxæ si retinere tentes, effluent. Ac propterea David dicebat, Divitiæ si affluant, nolite cor apponere. Ardenti studio ea, quæ invidiæ obnoxia sunt, in præclara et laudabilia consecrare. Quæ autem non invidiosos, sed invidiosos reddunt: hoc est, vitia ne cupidè expetas. Ne altius efferaris, ne profundius corruas. Ut enim iuxta sensum et aspectum qui paulum à terra distat, ne si sepius quidè ceciderit, diripiatur: qui autem magnopere elatus est atque in summam altitudinem subuectus, si inde prolapsus fuerit, haud dubie opprimetur: sic etiã iuxta spiritualem sensum quod quis altius seipsum per arrogantiam extulerit, eò magis deprimitur et cadit: ac prolapsio illa altitudini superbiæ proportionem respondet. Ne inani gloria afficiaris, ac magnum quiddam te consequi existimes, si malos superes: verum animo discernere, quod à bonis vincaris. Lapsus est ac peccavit fraterne illi insultes, verum provide ne ipse quoque cadas, atque ipsi etiã iaceti auxilium affer, ut ex illo casu resurgat. Gravis quiddam animi mœror ob infelicè cuiuspiam rei successum animum tuum obsedit? ne secundioris fortunæ spem et cupiditatem abiicias. Secunda omnia experiris, ac propterea animo es hilari et tranquillo: mœstitiâ quoque expecta ex adversitate nascentem. Quatuor sunt anni tempora, Ver, Æstas, Autumnus, Hyems. Vno autem temporis articulo multe rerum mutationes oriuntur. Atque hoc loco illud Demosthenis paraphrasi expressit, Futurum omnibus mortalibus obscurum est, ac parva tempora magnarum rerum causas sunt. Quocirca

Psal. 61.

in prosperis rebus moderato animo esse debemus, ac futura prospicere. Eiusdem generis est illud Sirach dicentis, A mane usque ad vespertinam commutatur tempus. Quæ cum explorata habeas, id tibi sedulo curandum est, ut si voluptate animique, alacritate et letitia fruieris, eam cura et cogitatione sinistrae mutationis cõpescas. Sin autem angore et molestia afficeris, eam rursus spe meliori cõprimas, illud tecum reputas, non eodè semper statu res tuas fore, sed gaudium mœrori successurum. Hac ratione homo innovari potest. Hic Enceniorum verus est honor, qui non in corporalibus deliciis, sed spiritualibus, non in insensibilibus cibis, sed in intellectibus peragitur.

Eccl. 18.

Non apparebis, inquit, in conspectu meo vacuus: verum siquid egregij habes, tecum feres. At nunc diverso modo novus appare, totus nimirum immutatus. Vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova. Huic festo muneris loco præclaram mutationem offer, ac ne sic quidem animo intumesce, verum dic cum Davide, Hæc mutatio dexteræ Excelsi, à quo promanat quicquid ab hominibus rectè & cum laude geritur. Nec verò hæc à me eò dicuntur, quod te eodè semper statu manere velim, sed ut perpetuo ac laudabili motu agiteris, ac nova profus creatura sis, quod quidè assequeris, si vel cum in peccatū laboris, ad bonam frugem redeas,

Quid offerendum in festo Enceniorum: Quo modo fiat quis nova creatura.

Non apparebis, inquit, in conspectu meo vacuus: verum siquid egregij habes, tecum feres. At nunc diverso modo novus appare, totus nimirum immutatus. Vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova. Huic festo muneris loco præclaram mutationem offer, ac ne sic quidem animo intumesce, verum dic cum Davide, Hæc mutatio dexteræ Excelsi, à quo promanat quicquid ab hominibus rectè & cum laude geritur. Nec verò hæc à me eò dicuntur, quod te eodè semper statu manere velim, sed ut perpetuo ac laudabili motu agiteris, ac nova profus creatura sis, quod quidè assequeris, si vel cum in peccatū laboris, ad bonam frugem redeas,

redeas, vel cum egregiè atque ex virtutis præscripto vitam instituis, cursum adurgeas.

NICET. In Exodo et Deuteronomio per Moysen ait Deus, Non apparebis in conspectu meo vacuus, in nulla videlicet trium festorum celebritate, hoc est, Azymorum, Pentecostes, et Scenopægiæ: verum præstantissima quæque tecum afferes. At nunc novus appare non secundum hanc scripturam, sed id est, vacui ac nihil habentis, sed iuxta alteram significationem, id est, novi, ac per virtutis progressum et incrementum innovati penitusque immutati vel à vitio ad virtutem, vel à minori virtute ad maiorem. Vetera transierunt, ait Apostolus, ecce omnia nova facta sunt. Vetera autem intelligimus non solum legalia et ymbratica, quæ ad veritatis ingressum præterierunt, sed ea etiam, quæ cum vitio sunt coniuncta. Nam cum spiritualis vita fulgorem suum exerere cœperit, carnali iam vita nulla opera datur. Hoc igitur tu quoque velui donum et oblationem Enceniorum festo affer, ut laudabiliter immuteris. Ac si id assecutus fueris, ne animo efferaris: verum dic cum Davide, Hæc mutatio, qua ego immutatus sum, dexteræ Excelsi, non autem meæ industria vel potentia. Nam quod ad eum referendum sit, quicquid homines præclarè gerunt, ipse pronunciat, Quia sine me nihil potestis facere. Enimvero cum audis, Novus efficere, hoc tibi intelligendum est, his verbis abs te exigis, ut non in eodem rerum statu perseveres, sed laudabili motu semper agiteris, atque novam omnino te creaturam præstes. Apostolicum enim præceptum hoc à te postulat, ut siquidem pecces, in vitio non hæreas, sed ad virtutem refilias: si autem rectè atque ex officio viuas, virtutem ignavam non habeas, nullisque incrementis atque accessionibus auctam, sed cursum acceleres, atque ad ea, quæ à fronte sunt, extendaris.

Exod. 23. Deut. 6.

1. Cor. 5.

Psal. 76.

10an. 15.

A

potentia. Nam quod ad eum referendum sit, quicquid homines præclarè gerunt, ipse pronunciat, Quia sine me nihil potestis facere. Enimvero cum audis, Novus efficere, hoc tibi intelligendum est, his verbis abs te exigis, ut non in eodem rerum statu perseveres, sed laudabili motu semper agiteris, atque novam omnino te creaturam præstes. Apostolicum enim præceptum hoc à te postulat, ut siquidem pecces, in vitio non hæreas, sed ad virtutem refilias: si autem rectè atque ex officio viuas, virtutem ignavam non habeas, nullisque incrementis atque accessionibus auctam, sed cursum acceleres, atque ad ea, quæ à fronte sunt, extendaris.

B

Hæc ad temporis arbitrium nutumque fidem tuam accommodabas: hodie Dei fidem cognosce. Quousque utroque poplite claudicabis? quousque dispensatione uteris: aliquando tandem ædificare in animum inducito. Hæc magni cuiusdam ac præstantis viri opinione florere, amplum atque expetendum ducebas: hodie reipsa esse, pluris facito. Quem ad finem insomnia sectaberis: sit quoque tibi aliquando curæ veritas. Hæc spectaculorum studio flagrabas: hodie contemplationis studium amplectere. Hæc conciliator et petulans eras: hodie benedicentiæ et lenitati stude. Hæc comestator eras: hodie gravitatis et temperantiæ magister. hodie temulētus: cras abstemius. hodie deliciosè in lectis eburneis decumbens, ac primariis vnguentis delibutus: cras terram pro strato habens, ac noctem per vigilias traducens: pro scurra et faceto cogitabundus, pro ornato et vestitu elegantiam nimium ambitiosè confectate sordidus, pro superbo et arrogante vilis: quantum ad ea, quæ oculis cernuntur, pro laquearibus aureis, angustè habitas, pro sublimi ac cervicem attollente, humi vultum demittens. Hoc si animo fueris, atque ita feceris, cœlum tibi novum erit, et terra nova, nimirum ut alia, ita horum etiam rationem intelligenti.

In fide non est claudicandum, nec dispensatione utendum.

C

NIC. Quoniam dixerat, si rectè viuas, cursum contende: si autem peccas, respice: docet nunc, qua ratione converti quis possit, atque, Hæc temporis conformabaris, fidemque tuam ad tempus, quo hæretici rerum portebatur, accommodabas: hodie Dei fidem adde. Quousque utroque poplite claudicabis: id est, in utraque parte, in neutra fide recto pede incedens, sed et secundum Dei doctrinam, et secundum temporum fidem ægrotans. Nam nisi ægrotares, haudquaquam tam facile immutareris. Hæc porro hæc verba sunt ad prophetas ignominiosos ita loquentis, Quousque utroque poplite claudicabitis, nunc Baal, nunc Deo adherentes? Nam israelitæ qui imperio Achab tenebantur, simul et idolorum cultui addicti erant, et Deum adorabant. Vnde subiunxit, Si Deus est Dominus, sequimini eum: si autem Baal est, sequimini eum. Nā nec Deus, inquit, commentitiis diis honorem haberi vult, nec hi verum Deum adorari volunt. Vos autem tum hæc, tum illa facientes neutri benevolentiam certam et constantem servatis. Claudicat autem ambobus poplitibus, qui utroque pede claudus est. Iuxta enim dicuntur posteriores genuum partes, à verbo ἀνυδω, quod significat infringi atque insecti. Ne semper consilio quodam scilicet ac non ex animo ea dicas aut facias, quæ non conveniunt: quin potius, quoniam huiusmodi dispensatio ad perniciem et eversionem abs te excogitata est, hæc missa facito, atque aliquando tandem vel tua ipsius, qui pestifera doctrina labefactatus et corruptus es, vel aliorum, quibus huiusmodi tua dispensatio parit offendiculum, saluti consule. Hæc honorificum existimabas, si vel sapiens vel iustus vel pius videreris, cum ab his virtutibus alienus esses, ac frustra et insolenter eas tibi arrogares: hodie hac existimatione relicta non videri, sed esse optimus stude. Opinio enim fallax est insomnium. Videmur enim nobis inter somnandum ac dormiendum aliquid habere, nec tamen habemus. At ipsum esse, rerum veritatem habet. Porro divitiæ, quæ manibus tenentur, præstantiores sunt illis, quæ per somnium finguntur. Proinde certæ ac subsistentis veritatis quam vanæ opinionis antiquius tibi sit studium. Hæc vanis spectaculis animum adiciebas, ac visum reliquosque omnes sensus obscænarum rerum aspectu sædabas: hodie à rebus sensum mouentibus abducta mente intellectualiter operare in sempiternarum rerum speculatione studium et operam ponens. Hæc conciliator eras et petulans, id est, crudelis et impudens: hodie fastis verbis unumquemque prosequere, atque ex feritate et truculentia ad humanitatem excolere. Hæc comestationibus et crapulæ deditus eras: hodie gravitatem ac temperantiam cole, et alios temperantes redde. Hoc enim est σωμασθησιον proprium est. Hodie mero ingurgitatus es: cras aqua potione sitim sedas. Hodie ab Amos propheta miser pronunciaris, ut in lectis eburneis lascivè decumbens, ac primariis et exquisiti precij un-

3. Reg. 18.

D

ne studium et operam ponens. Hæc conciliator eras et petulans, id est, crudelis et impudens: hodie fastis verbis unumquemque prosequere, atque ex feritate et truculentia ad humanitatem excolere. Hæc comestationibus et crapulæ deditus eras: hodie gravitatem ac temperantiam cole, et alios temperantes redde. Hoc enim est σωμασθησιον proprium est. Hodie mero ingurgitatus es: cras aqua potione sitim sedas. Hodie ab Amos propheta miser pronunciaris, ut in lectis eburneis lascivè decumbens, ac primariis et exquisiti precij un-

E

ne studium et operam ponens. Hæc conciliator eras et petulans, id est, crudelis et impudens: hodie fastis verbis unumquemque prosequere, atque ex feritate et truculentia ad humanitatem excolere. Hæc comestationibus et crapulæ deditus eras: hodie gravitatem ac temperantiam cole, et alios temperantes redde. Hoc enim est σωμασθησιον proprium est. Hodie mero ingurgitatus es: cras aqua potione sitim sedas. Hodie ab Amos propheta miser pronunciaris, ut in lectis eburneis lascivè decumbens, ac primariis et exquisiti precij un-

Cap. 6.

guentis delibutus: fac crastino die beatus prædiceris, nimirum humili strato ac perwigilio hesternâ molliem curas. Atque, ut rem vno verbo absoluam, pulcherrima quæque pro turpissimis quibusque substitue, pro risu grauitatem & tristitiam, pro ambitioso circa vestitum studio cultum simplicem minimeque accuratum, pro superbia atque animi tumore vilitatem in externis rebus & in aspectum cadentibus, pro magnificis adibus ac laquearibus aureis fulgentibus angustam domum, pro sublimi vultu atque erecta in altum ceruice demissum vultu & abiectum. Hoc si feceris, erit tibi, ut cum Esaiâ loquar, cælum nouum & terra noua. Nam cum hæc ante Seruatoris incarnationem alia viderentur, alia postea cognita sunt. Prius siquidem dii habebantur, postea autem creaturæ. Tibi autem alio modo hæc noua erunt, cum alia percipiendi atque intelligenti, veluti situm, figuram, elegantiâ, magnitudinem, vilitatem, tum insuper causam & rationem, propter quam ad hunc modum horum vnumquodque factum est. Sic enim, ut dictum est, cogitanti cognitio quoque ipsa in melius immutabitur. Possimus etiam alio modo hunc locum explicare, ut cum Gregorio Nysseno per cælum nouum firmamentum fidei in Christum intelligamus, per terram autem nouam cor purum & integrum, illabentem in se pluuiam bibens.

Cap. 65.

Veris descriptio.

Horatius Hebrum niuali cõpede vincitum dicit.

Sed iam ad temporis quoque laudes prædicandas solennique lætitia celebrandas, nos, ut par est, conferamus. Commodum enim omnia ad solenne hoc festum concurrunt, simulque lætantur. Vide enim qualia sint, quæ oculis offeruntur: princeps anni pars principi dierum pompam peragit, ac quicquid pulcherrimum & suauissimum habet, dono dat. Nunc cælum splendidius, nunc sol sublimior, magisque aureus, nunc lunæ orbis illustrior, & siderum chorus purior, nunc & fluctus cum littoribus, & nubes cum sole, & venti cum vere, & terra cum stirpibus, & stirpes cum oculis in gratiam redeunt. Nunc fontes limpidius fluunt, nunc flumina vberius, nimirum hybernis vinculis soluta. Nunc & pratum suauiter olet, & planta viret, & herba detondetur, & in virentibus aruis agni lasciuè saltitant.

NICET. Quoniam, inquit, nouam Dominicam laudibus prosecuti sumus, abeamus iam, ut & vernum tempus congrua festiuitate celebremus. Concurrunt enim hoc tempus cum Encæniarum festo, ac videntur omnia Christi resurrectioni gratulari. Atque ut iucundi temporis iucundissimam descriptionem afferamus, picturicem orationem quasi spectatores sequamur, ac videamus, quænam describat, ac velut ob oculos ponat. Inter anni tempora principatum ver tenet propter oblectationes, quas affert. Principatum itidem tenet inter dies Dominica illa, in qua Christus resurrexit. Itaque rex temporum, hoc est, verna constitutio, huic dierum reginæ, id est Dominicæ pompam lætam peragit, id est, ministerium quoddam ipsi obit: ac pars anni imperium diei huius agnoscens, quasi famula dominæ quicquid pulcherrimum ac sensibus gratissimum habet, offert. Ac, si libet, verni temporis amenitates recenscamus. Nunc cælum splendidius, nimirum tenebricosis & caliginosis nubibus quasi veste quadâ atra exutum. Nunc sol sublimior: iam enim ab humilioribus & Australibus partibus ad Boreales, & ut dici consuevit, currum Arcticum progreditur, tametsi interim ab Æquinoctiali non longè absit. Nunc lunæ orbis illustrior. Hyeme enim tristior erat & obscurior propter aëris crassitatem. Et siderum chorus purior veris tempore: quoniam non iam propter immodicâ humiditatem crassi vapores excitantur. Nunc fluctus, nubes, venti, terra, & plantæ pacatæ sunt & tranquillæ, etiamsi per hyemem grauissimis disidiis & bellis inter se conflarentur. Priusquam enim iucundum & blandum ver nobis illuxisset, fluctus impetu vehementi littora verberabant, & nubes solem obducebant, & vèti aërem commouebant. Terra insuper plantas consueto alimento priuabat: illæ itidem voluptatem oculis denegabant. At nunc postquam veris aduentus hæc disidia compressit, fluctus iam tranquillitate fruuntur, littora salutantes ac leniter complectentes, nubes solis luminibus crassitie sua non officient: aër quiete perfruatur: stirpes geminabunt, terra ipsas parentis instar nutriente, atque ad producendorum fructuum principia eas impellente: ac deinceps harum rerum oblectatione oculi nostri exhilarabuntur. Nunc fontes quoque limpidius scaturiunt, ut qui non amplius à vehementibus imbris turbentur, sed puros latices emittant. Nunc amnes vberiores fluunt, colliquofacta nimirum niue, glaciæque resoluta: quibus rebus hyemis tempore profluuium eorû impediatur atque, inhibebatur. Quin etiâ prata & horti suaves odores reddunt, ac plantæ virescunt, ornamentumque suum proferunt, ac recens exorta herba tondetur, atque agni teneris pedibus in virentibus aruis lasciuè saltitant.

Delphinus.

Nunc naus cum celeusmatis, iisque ut plurimum religiosis pietatisque plenis, è portu soluit, ac velo tanquã pennis cingitur, ac per gyrum affultat delphinus iucundissimū quiddâ insufflans seseque; in altum euehens, ac vectores lætos & hilares prosequitur. Nunc aratrum agricola compingit sursum aspiciens frugumque datorè inuocans, ac boui aratori iugum innectit, dulcemque sulcū percindit, ac spes lætas fouet.

NICET. Qui de rebus naturalibus pertractarunt, cum alia elementa, tum aquam sphericam habere figuram affirmant. Idcirco cum naus è portu in altum fertur, a vobis dicitur, velut ab humiliori loco ad sublimiorem ascendens: cum autem à mari in portum appellit, tunc κατὰ γῆναι, id est descendit, nimirum ab alta & conuexa parte in humiliorem. Quod perspectum habens Theologus ait, Nunc naus cum celeusmatis è portu soluit. Celeusmata autem cantiones illæ sunt, quas nautæ cum vela sursum tendunt, cantillare solent. Deo autem grata vocat, ut Dei memoriam complectentia, atque ipsius auxilium inuocantia, κατὰ θεὸν autem, hoc est

hoc est pennis instrui nauem adhibito velo dicit, fortasse ab Homero hæc vocem mutuatus, qui vela pennas nauis appellauit, vel etiam fortasse ab Esaiâ de quibusdam ita loquente, Volabunt in nauibus. Quo verbo nauigandi & remigandi celeritatem expressit, cum huiusmodi agitationem cum volatu comparauit, quando plenis velis ac vento ad puppim commodè & congruenter flante in mari feruntur. Ac delphinus etiam, inquit, cum iucundissimo sufflatu è profundo ad aquæ superficiem ἀναπνεύσας, id est effertur & ascendit, ac vectores lætos & hilares prosequitur. Nam huiusmodi piscium saltitationes tranquillitatem indicant. Iam etiam aratrum agricola compingit & componit, ac boues aratores iugo stringit, ac sursum oculos ad Deum tendit, ipsumque ut fructuum auctorem ac porrectorem inuocat, ac sulcum profcindens laborem præsentem nequaquam supputat, sed spe futuræ mensis recreatur atque oblectatur.

Nunc & opilio & bubulcus fistulas aptant, ac pastorale carmen inspirant, atque in arboribus & petris veris amœnitate fruuntur. Nunc plantarum cultor plantam curat, & auceps calamos constringit, ac ramos suspectat, & penam auium studiosè explorat. Nunc piscator profundum aquæ perspicit, ac rete suum repurgat, & petris insidet.

NICET. Nunc & pastor & bubulcus incisus calamis pastorales fistulas conficiunt ac componunt, in easque inspirantes & insufflantes pastorale carmen modulantur, verisque voluptate perfruuntur, in petris vel vmbrosis arboribus propter auram & moderatum solis calorem sedentes. Nunc & plantarum cultor plantas circumfodit & perpurgat, atque omni ratione colit. Et auceps calamos quosdam accipiens ex iis auiculis caueas extruit, ac viscosos ramos inspectat, num rectè se habeant, ac pennas & volatam auium curiosè explorat, hoc est vtrum ad ramos visco oblitos volent, an aliò ferantur. Atque etiam piscator in profundum aspicit, ac rete suum apparat, & in sublimi quadam petra sedens piscatur.

Nunc sedulæ apes solutis pennis ac relictis aluearibus sapientiæ suæ documentum præbent atque ad prata conuolant, floresque populantur: ac partim cellulas elaborant sexangulas & inter se oppositas fistulas attextentes, rectasque angularibus alternantes, non minus ad operis elegantiam quàm ad securitatem: partim mel in horrea recondunt atque hospiti suo dulcem fructum & inaratum proferunt, quemadmodum vtinâ nos quoque, qui Christi apiarium sumus, ac tale partim sapientiæ, partim industriæ & laboris exemplum accepimus.

Apum sapientia.

NICET. Veris etiam tempore sapiens & industria apis, ut est apud Solomonem, pennam suam ab hyberno frigore quasi à vinculo quodam torpescètem velutque constrictam soluit, atque ab aluearibus, in quibus habitat, ac mel tanquam in horreis recondit, egreditur, atque in hortos, & floribus amœna loca conuolat, & ceram quidem ex floribus aperit colligit: mel autem, hoc est, inspersum floribus humorè ore attractum fauorum cavitatibus immittit. Quæ etiam causa est, cur circa principium acerbum atque amarum sit, ceterum temporis progressu concoctum ad propriam cõstitutionem suauitatemque redit. ob hoc porro dicuntur concaua illa & oblonga duo mellis promptuaria. Diuerso autem atque opposito modo sibi inuicem respondent, quoniam alia ad rectâ lineam posita sunt, alia superiacentibus fundamenti loco sunt, mellisque adminicula, non minus ad operis elegantiam quàm ad securitatem. Adeo scitè & solerter apis horrea mellis fabricatur! Etenim ceram in tenuem membranam distendens densas & continuas inter se cavitates porrigit, ita ut densa illa rerum minimarum inter se compositio vniuersum opificium sustentet ac fulciat. Vnaquæque enim cellula cum altera coheret tenui septo ab ea dirempta simul & cõiuncta. Deinde hæc fistulæ ita extructæ sunt, ut duas atque adeo tres contignationes habeant. Verita est enim vnam per vniuersam cavitatem facere, ne grauitate depressus humor ad externam partem laberetur. Iam verò omnes fauorum fistulæ sexangulæ & æquilateræ sunt, non autem in rectum alia aliis incumbentes, ne imæ partes inanibus adiunctæ nimium premantur, verum anguli inferiorum hexagonorum superioribus basis & sustentaculi vicem præbent, ut super eos tuto pondera attollantur, ac priuatim ad vnamquaque cavitatem humor demittatur. Ad hunc modum apis opus suum constituens, ac rectas lineas angulis alternans, id est constringens (nam cum duæ rectæ lineæ inter se inseruntur, hoc est vincuntur, seque intersecant, angulus gignitur) apum curatori dulcem fructum, nec labore villo & aratione quæsitum, sed omni ærumna & corporis vexatione carentem profert: quemadmodum vtinam nos quoque, qui Christi apiarium sumus, spiritualem & nobis dignum fructum ipsi porrigamus, qui tale partim sapientiæ, partim industriæ & sedulitatis exemplum ab ape accepimus. Nam vtrunque laudem Solomon in Prouerbiis api tribuit, dicens, Perge ad formicam, ac discce, quantum industria sit, quàmque honestam & præclarum quæstum faciat: cuius labores & principes & priuati bonæ valetudinis ergò percipiunt, & quanquam viribus imbecilla, apud omnes tamen amabilis est & illustris, sapientiæque laude instructa à Deo procreata est.

Iam & nidum aues construunt, & alia quidem redit, alia immigrat, alia circumuolat, ac nemus cantu suo implet, hominèque garritu demulcet. Omnia Deum laudant, ac vocibus mutis concelebrant. Propter omnia enim gratiæ Deo per me habentur: atque ita illorum laudatio mea efficitur, nimirum à quibus ego laudis argumentum capio. Nunc omne animantium genus ridet, nunc omnibus sensi-

bus pascimur atque oblectamur. Nunc superbus equus ac iubam arrigens stabulum fastidit ac perfractis vinculis per campos lascivius fertur, atque in fluminibus gestit seseque ostentat.

NICET. Nunc etiam aves partim festucis quibusdam aut quisquiliis acceptis nidos edificant, partim e longinquo ad nidum se conferunt aut referunt, partim iam in eum immigrant atque ingrediuntur, partim supra nidum volant, ac circa nativum locum stridorem edunt & garrunt, atque hominem velut alloquio quodam excipiunt. Ac proinde non caeli duntaxat, & si vocem non edentes, Dei gloriam enarrant, sed alia etiam omnia, atque adeo ipsi passeres vocibus mutis Dei laudes praedicant. Nam propter haec omnia, quae ratione & sermonis usu carent, per me, cui ratio & loquendi facultas tributa est, creatori gratiae aguntur, atque hac ratione illorum laudatio mea efficitur, utpote a quibus ego laudandi Dei materiam & argumenta capio. Enimvero ridere non est cuiuslibet animantis, sed hominis solius proprium. Quare hoc loco abusive dictum est, omne animantium genus ridere, hoc est gaudere atque oblectari. Quinetiam sensus omnes nostri, ut cuique congruit, pascuntur. Nam est sensibilibus, in quae unusquisque sensus agit, suavitatum fructus percipimus. Quae autem de equo hic dicuntur, ab Homero accepta paraphrasticè extulit Theologus. Sic enim poeta loquitur,

Quos versus alii versibus Latinis supra sumus interpretati in Scholiis in Orationem de laudibus Basilij magni.

Quid caetera commemorem? Nunc Martyres subdiale populum retinent ac pompam agunt, splendidisque sedibus piam plebem Christique cultricem conuocant, ac certamina sua in publicum proponunt. Quo est numero vnus quoque est meus ille laureatus (meus enim, etli non apud me, faceffat inuidia, scientibus loquor) Mamas ille insignis & pastor & martyr, qui prius quidam ceruas mulgebat, ad sanctum virum nouo & inusitato lacte alendum certatim properantes, nunc autem Metropolis plebem pascit, hodieque multis hominum millibus vndecunque accurrentibus ver innouat, varium & virtutis ornamentis & pastoribus dignum, & sermonibus triumphalibus. Atque ut paucioribus adhuc verbis rem complectar, nunc ver mundanum, ver spiritale, ver animis, ver corporibus, ver visibile, ver inuisibile, quo vtinam in altero saeculo participes efficiamur, praecclare in hac vita mutati, ac noui ad nouam vitam transmittamur in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria, imperium, honor cum Sp. sancto ad gloriam Dei Patris. Amen.

S. Mamas martyr.

Ver multiplex.

NICET. Quid, inquit, caeteras veris commoditates recensere attinet? Nunc Martyres subdiale populum retinent atque extra tectum, partim propter tempus hyemalis tristitiae nihil habens, partim ob concurrentium multitudinem, quae tanta est, ut domus eos tegere ac suscipere nequeant. Ac pompam agunt, hoc est insigni celebritate prodeunt ac triumphu obeunt, pioque viros & Christi amates ad hoc festu conuocant, certaminumque suorum narrationes publica cuiusque historiae ac dimicationis pro Christo susceptae lectione promulgant. Quorum martyrum numerum auget Mamas, meus quidem, quoniam ipse quoque Cappadox est, non autem apud me, utpote in aliena terra conditus, nempe Horiae. Diui enim Mamantis corpus Caesarea situm est: qui autem haec dicebat, Arianzo ortus erat. Caeterum quia praesente Basilio Magno hanc orationem habebat Gregorius, propterea scite adiunxit, Faceffat inuidia: quasi diceret, Ne mihi succenseas, diuine Basilij, si quod tuum est benevolentiae affectu mihi vendico, meumque nomino. Bonum enim illud, quod mihi assero, eiusmodi est, ut detrimentum nesciat, ac perennis & inexhaustus thesaurus est Mamas: Qui prius quidem in monte ceruas mulgebat, vnaquaque mira contentione & studio accurren- te, ac mammam ante alias omnes martyri submittere gestiente, ut per eam sanctus admirando & inusitato lacte aleretur: nunc autem Caesareae plebem pascit. Vno enim circiter ab vrbe stadio templum martyri constructum est, quod illa ipsa Ammia, quae cum aluerat, singulari magnificentia eo loco edificasse fertur, quod post martyricam illam & postremam lanceam e theatro praecordia iam erumpentia retinens vix tandem praecordi desiderio peruenire atque animam efflare potuit. In hoc igitur templo commodè Encaniorum festum totius ciuitatis concursu celebrabatur. Ac martyr, inquit, in hoc Encaniorum festo spirituale ver innouat vndecunque confluentibus. Quemadmodum autem ver mundanum & naturale multiplicia & variorum genera profert: sic hoc quoque diuinum ver varium quidem ac diuersum est virtutis ornamentis, quatenus ex iis, qui conueniunt, alius aliam virtutem secum affert: varium etiam sermonibus triumphalibus, quia alij alio modo martyris certamina narrant laudibusque prosequuntur, alij nimirum eloquentius, alij inelegantius, ac pro ingenij facultate. Atque ut in summa dicam, ver illud probitatis atque virtutis, quod a populo fit, praecclaris populi pastoribus dignum est, optimèque respondet. Denique, ut vno verbo rem complectar, duplex ver nobis est, alterum mundanum & in aspectum cadens corporibusque conueniens, alterum spirituale & ab oculorum aspectu remotum, animisque congruentissimum. Quo vtinam in altero saeculo nobis perfui contingat, verfruemur autem, si in hac vita honestè & laudabiliter versemur, atque ita ad nouam illam vitam discedamus.

A

B

D

E

ARGUMENTVM

Generis demonstratiui speciem quoque praese fert haec oratio. Non tamen magis demonstratiua est, quam iudicialis, propter incurrentes ex aduerso oppositiones, ac necessario sequentes solutiones. Principium ab ipsa re sumitur: propositiois autem confirmatio a causa.

A



E hoc festo pauca differamus, ut spirituali modo festum diem agitemus. Alius nanque alia festi celebrandi ratione oblectatur: at cultor Verbi sermone gaudet, eoque praefertim, qui tempori maxime congruit. Nec quicquam elegantem & honestum hominem perinde delectat, ut festi amantem spiritualis festorum celebratio. Quod ut

Festa celebranda, sed non Iudaeorum aut Gentilium more.

B

perspicuum fiat, ita rem consideremus. Festos dies Iudaeus etiam agit, verum iuxta literam. Legem enim corpoream consecretans ad spiritualem legem non peruenit. Festos quoque dies Gentilis agit, verum iuxta corpus, deosque suos & daemones: quorum alij obscenarum rerum effectores atque architecti sunt, quemadmodum ipsimet asserunt, alij ex obscenis rebus honorem consecuti sunt, ac proinde foeda quoque & obscena est eorum festi celebrandi ratio, ut hoc ipsum quod peccant, in Dei honorem cedat, ad quem vitium quasi res quaedam honesta & praedicanda confugit. Feriamur ipsi quoque, verum ut Spiritui gratum est. Gratum est porro eam a nobis feriandi rationem iniri, ut eorum, quae in rem sunt, vel aliquid dicamus vel agamus. Nec feriari nostrum quicquam est aliud, quam animae thesaurum aliquem earum rerum condere, quae firmatae sunt ac stabiles, & manibus tenentur, non autem suffugiunt & dilabuntur, leuiterque duntaxat sensum demulcent: magna autem ex parte, meo quidem iudicio, labefactant, noxamque inferunt. Sufficit enim corpori malitia sua. Quid flammae materia vberiore opus est, aut belluae copiosiore alimento, ut insolentius, effrenatiusque feratur, rationemque viribus superet?

Ferari nostrum quid sit.

C

NICETAS. Theologus per animi modestiam sua extenuans, ut plerumque facere solet, parua ea nominat, quae de festo dicturus est, quamuis magna sint: siue quia omnia, quae de Spiritu sancto quisquam dicere ac philosophari possit, admodum parua sunt, quantum ad Spiritus dignitatem (Tremenda enim res est, de diuinitate tractatio, maiorque, quam ut pro dignitate explicari possit. Atque omnis, quae de Deo habetur oratio, breuis est humique prouoluta, nec diuinam magnitudinem assequi villo modo potest.) siue etiam, ut nonnulli existimant, quia de hoc festo, hoc est de Pentecoste pauca verba facit, ac reliqua omni oratione de Sp. sancto disputat. Deinde huius disputationis rationem reddit. Ut, inquit, spirituali modo festum diem agitemus, id est de festo loquamur ac philosophemur ad gloriam Dei. Postea huic confirmationi, quod de Pentecoste sit differendum, confirmationem aliam subnectit. Alij nanque alia festi celebrandi ratione oblectantur, ut molli & delicatis diliciis, intemperans libidine, atque unusquisque ea re quam amat. At Verbi subsistentis scilicet, & Filij Dei cultor, vel etiam doctrinae studiosus sermonem pro festo habet, & quidem eum qui huic temporari conueniat. Nec quisquam honestatus studiosus pari affectu honestum quicquam & elegans amplectitur, ut festi amans spiritualem festorum celebrationem. Ac, si placet, ita rem discutiamus. Festos dies Iudaei quoque agunt, sed iuxta literam, hoc est iuxta externam legis speciem & corporalem sensum, atque intelligentiam. Nam, ut ait Paulus ad Rom. scribens, Israel sectando legem iustitiae ad legem iustitiae non peruenit, hoc est corpoream legem quarentes & implentes, ad spiritualem, quae sub litera delitescit, atque externam literae speciem sensuumque superabat, sublimemque speculationem poscebat, minime perueniunt. Quamquam enim ex Dei praescripto sacrificia, victimarum sanguis, & cibi, & potiones religiose obseruabatur, crassius tamen ea gerebantur. Festos etiam, dies agunt gentiles, sed iuxta corpus, hoc est secundum corporeos animi motus & voluptates, ac secundum obscenos affectus eorum, qui ab ipsis quidem pro diis coluntur, a nobis autem pro daemones habentur. Quorum alij obscenarum rerum sunt effectores, quemadmodum ipsimet gentiles asserunt. Nam & Martem asserunt in praesidem antistitemque esse, & cadum architectum, & Venerem concupiscentiae & libidinis, Mercurium item artis furandi, Bacchum temulentiae, atque

Cap. 9.

D

alios aliorum vitiorum. Alij ex obscenis rebus honorem consecuti sunt, ut Hercules, quonia vna nocte quinquaginta Thyestis filias constuprauit, alijque similiter ob aliam spurcitiā & obscenitatem in deorum album ascripti sunt. Hinc fit, ut apud Graecae superstitionis sectatores vitiosa quoque sit festi peragendi ratio. Etenim vnumquemque deorum suorum congruenti vitio colunt: ut illud ipsum quod peccant, in Dei honorem cedat, ad quem vitium ipsum quasi res quaedam honesta & praedicanda confugit. Nam cum sceleris cuiusdam,

E

alios aliorum vitiorum. Alij ex obscenis rebus honorem consecuti sunt, ut Hercules, quonia vna nocte quinquaginta Thyestis filias constuprauit, alijque similiter ob aliam spurcitiā & obscenitatem in deorum album ascripti sunt. Hinc fit, ut apud Graecae superstitionis sectatores vitiosa quoque sit festi peragendi ratio. Etenim vnumquemque deorum suorum congruenti vitio colunt: ut illud ipsum quod peccant, in Dei honorem cedat, ad quem vitium ipsum quasi res quaedam honesta & praedicanda confugit. Nam cum sceleris cuiusdam,

conuicti essent gentiles, non modo non erubescerent, sed quasi præclaro aliquo facinore patrato gloriabatur, ac Deum illum, quem colebant, pro defensionis atque purgationis perfugio habebant, dicentes huiusmodi vitij inuentorem Deum esse, atque ob eam causam in illius honorem ac cultum id facere quod facerent. Feriamur ipsi quoque, id est nos Christiani: verum ut sp. sancto gratum est. Gratum est porro ita demum à nobis festa celebrari, ut eorum quæ in rem sunt, vel aliquid dicamus, vel agamus, atque animæ virtutum thesaurum recondamus, quæ & cum ea permanent, & discedentem comitantur: non autem ea, quæ sese subducunt atque dilabuntur, cuius generis sunt diuitiæ, principatus, gloria, cæteraque eius generis, quæ quidem sensus leuiter mulcent, iisque lenocinantur, magna autem ex parte atque ut plurimum offendunt, quemadmodum ipse sentio atque affirmo. Satis enim superque est corpori domestica & intestina ipsius rabies & malitia, hoc est ad res terrenas propensio & improbitas. Corpus si quidem, ut pote ex materia creatum, ad res materia constantes & cognatas atque corporeas procliuè est, maximeque ad ea quæ voluptatem afferunt, ad quæ naturali impetu fertur. Atque, ut planè dicam, corpus flamma est, & bellua. Quid igitur opus est huic nostræ flammæ fomites plures ingerere per externam crassarum & corporearum rerum suppeditationem? Quid indomitæ & truculentæ belluæ plures cibos porrigere ac profusè largiri, nimirum per vitæ delicias & voluptates: eum ne internum quidem corporis ardorem feritatemque facile sedare ac comprimere possimus? forsasse autem per flammam ac belluam, eam animæ partem Theologus intelligit, quæ perturbationibus concitatur, per flammam quidem libidinem designans, per belluam autem iracundiam. Quocirca rationis quoque meminit, quæ partem illam affectibus obnoxiam imperio tenet. Et quemadmodum equus aurigæ, sic ipsi quoque concupiscentiæ & ira subiectæ sunt. Proinde si inflammatrix materias atque alimenta iracundiæ & libidini porrexerimus, horrendam feritatem hi affectus contrahent, ac ratione duce violentiores erunt, haud quaquam iam ipsi auriganti obtemperantes, verum ipsam potius abripientes ac transfuersam agentes.

Quocirca nobis spiritualiter feriandū est. Orationis porro principium erit huiusmodi. Liceat enim hinc auspicari (& si ab instituto argumento disputatio hæc non nihil digredi videatur) atque in studiosorum gratiā elaborare, ut velut condimentum quoddam huius diei solennitati admisceamus. Septenarium numerum ex legis Mosaicæ præscripto in honore habent Hebræi, quemadmodum postea Pythagorei quaternarium, per quem iusiurandum concipiunt, atque octonarium & tricenarium, qui Simonis ac Marcionis doctrinam profitentur, quibus etiam & parem AEonum numerum assignant.

NIC. Quocirca, inquit, ut à Iudæis & gentilibus differamus, ac ne commotiones animi rationem viribus superent, faciendum nobis est, ut spiritualiter feriemur. Disputatio porro de Septenario primum orationis locum occupabit. De eo enim prius agendum est, etiam si paulum ab instituta materia egredi videri possumus, quoniam cum principio de Pentecoste verba facere proposuissimus, nunc de septenario differimus. Atque in numerorum speculationem elaborandum est, ut eam veluti condimentum quoddam sermoni in festi laudem instituto admisceamus. Etenim cibi minimè necessarii, verum esculentis quibusdam extrinsecus ad oblectandum sensum iniecti ἀδύσματα dicuntur: Eoque nomine septenarij quoque explicationem condimentum vocauit, atque eam quidem orationi minimè necessariam esse significauit, verum condimento non abstermibile esse, nec ab argumento suscepto alienam. Igitur quemadmodum polliciti sumus, orationis principium hoc sit. Septenarium numerum ex legis Mosaicæ præscripto in honore habent Hebræi: multis enim legum suarum locis septimum hunc numerum assumit Moses. Ex quo eximiam quandam vim ac mysticam eum habere constat: præsertim verò cum cessatione & quiete sabbatum honorari præcipit, qui dierum septimus est, quem & honorificè obseruant Hebræi. Quemadmodum postea Pythagorei quaternarium. Samius enim Pythagoras post Mosem vixit. Sic autem iurabant ipsius discipuli, quemadmodum in aureis eius, ut vocantur, carminibus scriptum est.

Ναὶ μὰ τὸ ἡμετέριον ἄστρον ὁδοῦ δὲ τὰ πέντε ἀκτῶν
Πηγαὶ ἀενάων φύσεως, &c. Quæ verba sic vicinque verti possunt.

* Testor eum, numeri nobis arcana quaterni

Qui tribuit, rerum causæ fontisque perennis.

Fontem porro rerum hunc numerum illi vocabat propter quatuor elementa, ex quibus omnis natura mundanarum rerum coagmentatur: & quia ex ipsis cum animates & stirpes per successionem, tum reliqua omnia per eorundem elementorum participationem perpetuò scaturiant atque consentur. At verò, Theologe, dicet quispiam, non per quaternarium, sed per Pythagoram iurabant discipuli. Ita sanè, inquit, verum Pythagoram propter quaternarium diuinis honoribus afficientes, hac iusiurandi formula utebantur, ut qui ipsi arcanam & mysticam illius numeri vim tradidisset. Quare secundus à quaternario ab illis honorabatur Pythagoras, ac per eum planè in hanc formam iurabant. Iam verò Simon & Marcion heresiarchæ fuerunt. Ac Simoniani quidem octonarium propter octo illos magistri sui AEones honori habebant. Etenim ex Bythi cum Sige congressu Mentè ac Veritatè procreatas esse fabulatus est, atque iia primos parètes, ut iam dictum est, Bythum & Sigen cõsuxit: ab his secundos Mentem & Veritatem, tertios rursus Sermonem & Vitam, atque ab his postremò quartos Hominem & Ecclesiam. At Marcionistæ morbum augentes, tricenarium colebant propter triginta AEones, quos inducebant. Nugabantur enim ex Simonianorum AEonibus Sermonem & Vitam decens:

decem rursus AEones produxisse: Hominem item & Ecclesiam alios duodecim AEones. Qui si supradictis octo AEonibus adiiciantur, tricenarium efficiunt. Superuacaneum autem fuerit eorum nomina proferre propter vilem & deridendam atque conspuendam ipsorum ineptiam. Hoc tamen sciendum, quòd his numeris parem AEonum numerum assignant, nimirum Simoniani octo, & Marcionistæ triginta.

* Testor eum) De hoc Pythagoreorum iusiurando, & vi quaternarij numeri, vide Plutarchum in lib. de plac. philos. cap. 3. ubi de principiis tractat.

Et quidè qua proportionis ratione, aut propter quã huius numeri vim ac potèntiam eū honorèt, haud scio, sed honore tamè cõplectitur. Quanquã ea perspicua causa afferri potest, quòd cum Deus sex dierū spatio materiam produxisset & informasset, atque omnigenis speciebus commixtionibusque decorasset, mūdumque hunc, quem nunc cernimus, condidisset, septimo die ab operibus conqueuit, velut ipsum quoque sabbati nomen indicat, quietem Hebræa lingua significans. Quòd si circa hæc sublimior quædam est ratio, alij eam explicant.

Cur sit in honore numerus sept.

NICETA S. Et quidem honorant, inquit, Hebræi septenarium (huc enim rursus se recipit oratio) haud scio qua proportionis ratione. Ignorare se simulat præ morum probitate. Id enim ingenui animi ac moderatè de se sentientis est. Et rationem quidem causam vocat, proportionem autem similitudinem eam & congruentiam, quam cum intellectibus habet. Nam & apud Mathematicos est rationis & proportionis definitio, ut ratio sit ea relatio, quæ est inter duos terminos: Exempli causa, octonarij ad quaternarium, aut quaternarij ad binarium. Habet enim dupli rationem octonarius quidem ad quaternarium, quaternarius autem ad binarium: atque è conuerso subdupli rationem habet binarius ad quaternarium, & quaternarius ad octonarium. Ac ratio quidem talis est. Proportio autem huiusmodi rationum similitudo est atque in vñ idemq; collectio.

Verbi gratia, Quam rationem habet octonarius ad quaternarium, eandem quaternarius ad binarium, nimirum dupli. Et conuerso modo, Quam rationem habet binarius ad quaternarium, eandem quaternarius ad octonarium, nempe subdupli. Haud scio igitur, inquit, secundum quam proportionis rationem apud Hebræos honori est septenarius, aut propter quam huius numeri vim, hoc est, vtrum quoniam solus hic numerus ex omnibus, qui denario minores sunt, nec ab alio gignitur, nec alium gignit, quam etiam ob causam Arithmetici originem hunc numerum appellant, & ἑπτάημερον, ἡμερον, id est, venerationem atque excellentiam ipsi tribuunt) an verò alia quapiam ratione ducantur. Sed tamen ea perspicua causa afferri potest, cur eum honorent, quòd cum Deus materiam produxisset & informasset, atque omnigenis speciebus, hoc est discretis operibus commixtionibusque, hoc est iis quæ tēperata atque coniuncta sunt, cuiusmodi sunt elementa & qualitates, eam adornasset, atque hunc visibilem mundum creasset, se primo tandem die, ut Scriptura testatur, ab operibus suis conqueuit. Quemadmodum ipsum quoque sabbati nomen indicat, quòd si interpreteris, quietem sonat. Atque hæc quidem prompta & obuia est ratio, propter quam dies septimus honori habetur. Quòd si & alia quædam est ratio sublimior, magisque mystica, alij rursus eam in medium proferant.

* Macrobius lib. 1. cap. 6. de septenario verba faciens, Hic numerus, inquit, Heptas nunc vocatur, antiquato vsu primæ literæ. Apud veteres enim Septas vocitabatur, quod Græco nomine testatur venerationè debitam numero. * Hæc ut in meo Niceta leguntur, transuli. In Regiæ codice quædam verba hoc loco interiecta sunt, sed ita inuoluta, ut nulla mihi causa visa sit, cur iis chartam onerarem. Quanquam hoc innuere videtur, Theologum per ἑπτά, elementa sola & separata intelligere, per ἑπτάημερον autem eorūdem inter se cõnexiones, vel etiam qualitatum coniunctiones, ut cum ait frigidum & siccum inter se cõiuncta terram perfecisse. Billius.

Porro hic honor apud eos non in diebus tantum est, sed ad annos quoque porrigitur. Ac dierum quidem honor sabbatum est, hoc inquam, quòd apud illos assiduè celebratur, cui etiam fermenti sublatio atque submotio pari dierum numero responderet. Annorum autem honor septenarius ille remissionis annus. Nec verò in hebdomadis solum, sed etiam in hebdomadarum hebdomadis in diebus iuxtà atque annis. Enimverò dierum hebdomades Pentecosten pariunt, nobilem apud illos & sanctum diem: annorum autem septimanæ Iubilæum annum, sicut ipsi nominant, eam vim habentem, ut simul & terræ remissionem, & seruis libertatem afferat, & prædiorum emptores possessione sua excedere cogat. Nam hæc natio non modo frugum & primogenitorum, sed dierum etiam & annorum primitias Deo consecrat. Hic eximius septenarius Pentecostes honorem inuexit. Septenarius enim in seipsum ductus quinquagenarium progignit vno die excepto, quem ex futuro sæculo assumpsimus, * Octauum eundem & primum, vel ut rectius loquar, vnum & sempiternum. Illic enim sabbatimus, qui animis nostris in hac vita contingit, desinat necessè est, ut detur pars septem atque ad octo, quemadmodum iam nonnulli maiorum nostrorum hunc Solomonis locum exposuerunt.

Iubilæus annus.

Annorum autem honor septenarius ille remissionis annus. Nec verò in hebdomadis solum, sed etiam in hebdomadarum hebdomadis in diebus iuxtà atque annis. Enimverò dierum hebdomades Pentecosten pariunt, nobilem apud illos & sanctum diem: annorum autem septimanæ Iubilæum annum, sicut ipsi nominant, eam vim habentem, ut simul & terræ remissionem, & seruis libertatem afferat, & prædiorum emptores possessione sua excedere cogat. Nam hæc natio non modo frugum & primogenitorum, sed dierum etiam & annorum primitias Deo consecrat. Hic eximius septenarius Pentecostes honorem inuexit. Septenarius enim in seipsum ductus quinquagenarium progignit vno die excepto, quem ex futuro sæculo assumpsimus, * Octauum eundem & primum, vel ut rectius loquar, vnum & sempiternum. Illic enim sabbatimus, qui animis nostris in hac vita contingit, desinat necessè est, ut detur pars septem atque ad octo, quemadmodum iam nonnulli maiorum nostrorum hunc Solomonis locum exposuerunt.

Pentecoste.

Annorum autem honor septenarius ille remissionis annus. Nec verò in hebdomadis solum, sed etiam in hebdomadarum hebdomadis in diebus iuxtà atque annis. Enimverò dierum hebdomades Pentecosten pariunt, nobilem apud illos & sanctum diem: annorum autem septimanæ Iubilæum annum, sicut ipsi nominant, eam vim habentem, ut simul & terræ remissionem, & seruis libertatem afferat, & prædiorum emptores possessione sua excedere cogat. Nam hæc natio non modo frugum & primogenitorum, sed dierum etiam & annorum primitias Deo consecrat. Hic eximius septenarius Pentecostes honorem inuexit. Septenarius enim in seipsum ductus quinquagenarium progignit vno die excepto, quem ex futuro sæculo assumpsimus, * Octauum eundem & primum, vel ut rectius loquar, vnum & sempiternum. Illic enim sabbatimus, qui animis nostris in hac vita contingit, desinat necessè est, ut detur pars septem atque ad octo, quemadmodum iam nonnulli maiorum nostrorum hunc Solomonis locum exposuerunt.

NICETAS. Honor septenarij numeri apud Hebræos nō in diebus tantum est, sed ad annos quoque pertingit. Ac septenarij quidem honor in diebus sabbatum est, quod perpetuo & per omnes hebdomadas Iudæi honorifice observant, quemadmodum & fermenti usus septem diebus interdicitur. Honor autem huius numeri in annis septimus est annus, de quo in Deuteron. ita loquitur Scriptura, Septimo quoque anno remissionē facies. Remittes omne priuatum debitum, quo tibi obstrictus est proximus tuus, nec à fratre tuo exiges, sed ab alieno. Quod si frater tuus tibi venditus fuerit, sex annis tibi seruiet, & septimo liberum à te ipsum emittes, ac viatico instrues. Propterea annum hunc remissionem Theologus vocauit. Nec verò in hebdomadis solum septenario suus honor constat, sed etiam in hebdomadarum hebdomadis. Hebdomadas autem dicimus non modo dierum, sed & annorum. Ac dierum quidem hebdomada Pentecosten faciunt insignem & nobilem apud Hebræos diem, ac diuinitus nomen consecutum. Annorum autem septimanæ Iubilæum consuevit, qui nostra lingua remissionem significat. De quo in Leuit. ita scriptum habetur, Numerabis tibi ipsi septem requies annorum, septem annos septies. Et erunt tibi septem hebdomades annorum nouē & quadraginta anni. Et sanctificabis annum quinquagesimum. Et proclamabis remissionem in terra. Septimo igitur anno terram incultam & inaratam requies ipsius causa relinquere iubebantur, sponteque nascentibus acquiescere, debitumque omne remittere, atque Hebræos, qui seruitute astricti erant, libertate donare. Quinquagesimo autem anno non modo eadem hæc facere, sed etiam seruos ethnicos manumittere, atque prædiorum emptorum possessione veteribus dominis cedere. Nam hæc Hebræorum natio non torcularis solum & areæ ac primogenitorum primitias Deo dicare & consecrare solet, sed etiam dierum atque annorum. Sic igitur, ut dictū est, Eximius Septenarius Pentecosten honorem inuexit. Septenarius enim in seipsum ductus quinquagesimum procreat, vno die ad summam explendam desiderato. Hunc porro vnum, ab eo qui proprie vnus est, ex futuro sæculo velut imaginem ac figuram adiecimus, Octauum eundem & primum, octauum quidem præcedentium numerorum ratione & adiunctione, & quia septimum sequitur (septimus enim præsens est sæculum, ut pote quod per hebdomadas numeretur) primum autē ut diuinæ ac cælestis reip. atque immortalis vitæ principium, vel ut eximium & excellentem, vel, ut rectius loquar, quoniam primus dies ratione secundi, & tertij & aliorum deinceps sequentium dicitur: dies autem futuri sæculi nullos alios dies sibi succedentes habet, nec solis occubitu extinguitur, idcirco solus ille vnus nominandus est, ut successore carens, finisque nefcius, nec iam nocte intercisus, verum sempiterno fulgore coruscantem, nec vnquam occumbentem solem habens. Merito autem vnum hunc diem, qui ad quinquagenarium explendum desideratur, ex futuro sæculo accepimus. Neesse est enim in illius sæculi statum desinere sabbatismum illum, qui animis nostris in hac vita contingit, hoc est cessationem illam à mundanis operibus quam mors affert, quemadmodum septenarius in octonarium desinit, ut hac ratione curæ nostræ partem septem impertiamus, hoc est huic vitæ, atque ita demum octo, id est, futuræ nimirum ut non huius tantum vitæ cura & sollicitudine tangamur, sed etiam futuræ. Sic enim nonnulli illum Solomonis locum intellexerunt, Da partem septem atque adeo octo, per septem videlicet præsentem vitam accipientes, per octo autem futuram. Quidam autem per sabbatismum animarum illum animæ statum intellexerunt, quo in hac vita mediocribus tantum affectuum procellis agitatur, qui quidem in veram tandem futuri sæculi tranquillitatem perturbationumque vacuitatem desinit. Alij rursus per sabbatismum animarum hoc significari pronunciarunt, res eas omnes, quæ motu cientur, in futuro æuo finem mouendi facturas, ac iam ne animarum quidem procreationem vllam fore. At magnus & diuinus Maximus huiusmodi quidpiam affert, Quandoquidem Dominus octauo die conspicuus proditurus est, hoc est ad iudicij aduentusque ipsius diem, atque iis quidem qui sanctè & honestè vitam egerint, eternitatem & beatitudinem tribuet, eos autem qui sceleratè vixerint, sempiternis pœnis afficiet: sciendum est per sabbatismum animarum mortem intelligi, hoc est eam ab operibus mundanis cessationem, quam homini vitæ sancto mors affert. Tum enim animæ sabbatum agunt, quietem ab omni motu noctæ, nec vllam omnino agitationem habentes post summi illius boni, quod antè exquirebatur, manifestationem, qua quærentibus perspicuum fit id quod quæsitum est. Nam cum id quod quærebatur, apparuit, motus omnium eorum, quæ mouebantur, conuiescit.

* Eodem spectat quod ait August. cap. vltimo lib. vltimi de Ciuit. Dei, post hanc ætatem tanquam in die septimo requiescet Deus: cuius diei finis non erit vespæra, sed Dominicus dies velut octauus æternus, qui Christi resurrectione sanatus est æternam non solum spiritus, sed etiam corporis resurrectionem præfigurans.

Quamquam autem de septenarij honore multa sint Scripturæ testimonia: nobis tamē pauca è multis producere satis erit. Septem itaque præclari spiritus nominantur. Spiritus enim actiones, ut opinor, Esaiæ spiritu nomine appellare visum est. Eloquia item Domini iuxta Dauidem septuplo purgata sunt. Atque iustus de necessitatibus sexies liberatur, in septimo autem ne leuiter quidem percutitur. Peccator autem non septies tantum, sed septuagies etiam septies noxa liberatur. Ac rursus ex aduersa parte (nam scelerum quoque pœna laudanda est) facinus Cain septies vindicatur, hoc est fraternæ cædis ab eo pœnæ repetuntur, scelus autem Lamech septuagesies septies: nempe quia lege iam & condemnatione promulgata cædem perpetravit. Eodem pertinet, quod de sceleratis vicinis scriptum est, eos septuplum in sinum suum recipere, quod etiam de septem columnis,

Exod. 12.

Cap. 15.

Cap. 25.

Ecc. 11.

Psal. 11.

Pœna scelerum laudanda.

A

B

C

D

E

columnis, quibus sapientiæ domus nititur, quod de totidem oculis, quibus Zorobabelis lapis ornatur. Quinetiam septies in die laudatur Deus. Atque adeo sterilis septem filios, qui perfectus est numerus, parit, illa inquam imperfectæ & solis parenti ex aduerso opposita.

NICETAS. Quod eximij precij sit septenarius numerus, & si multis testimoniis comprobare possumus, ex multis tamen pauca ex Scriptura sacra proferemus. Primum Esaias de Christo inquit, Requieverunt super ipsum spiritus septem, non quod septem spiritus sint, vnus enim est sp. sanctus: sed diuinas omnes actiones, quæ ipsi insunt, spiritus, ut opinor, appellat propheta. Hæc autem sunt, spiritus sapientiæ, spiritus prudentiæ, spiritus cognitionis, pietatis, consilij, fortitudinis, timoris Dei. Dauid autem Psal. 10. ait, Eloquia Domini eloquia casta, argentum igni exploratum, probatum, terra purgatum septuplum, id est multipliciter. Quemadmodum enim argentum sæpius conflatum probatum ac purum reperitur, sic etiam verba Dei omnia ab omni mendacio aut vitio sunt libera. Tob. præterea de iusto ita scribit, Sexies de necessitatibus extrahet te: in septimo autem non tanget te malum. Quæ verba quasi ex personâ Dei ad iustum proferuntur. Sexies, hoc est in præsentem vitam, in qua tentationes, atque operum labores existunt, tætaberis quidem atque in necessitatibus rerum difficultatibus versaberis: verum iis superior futurus es: manus enim mea tibi opem feret. At in septimo, in quo beatus iustorum sabbatismus est & requies, nullius molestiæ recordatio animum tuum anget. Atque ob hanc causam sapiens quidam dixit, In die festi atque lætitiæ tristitiam rerum memoria effluit. Mors enim profectò iustus ad sempiternum festum est transitus. Vide quanto desiderij ardore dissolui cupiat Paulus & cum Christo esse. Sic igitur accipiendum est illud, Nec leuiter quidem percutitur, hoc est ne simplicem quidem vllius molestiæ cogitationem accipit. Nam exuberantia voluptatis illius, qua tum beati perfruatur, acerbis omnis memoriam procul pellit. Quemadmodum enim in septimo die Deus ab aspectabilis creaturæ officio requieuit: sic in septimo sæculo requies iustus erit, posteaquam cum multis afflictionibus cõsistat fuerint, Deo illos liberante. Iam verò in Euangelio percunctanti vetro, Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? Respondet Dominus, Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagesies septies, hoc est respicienti in infinitum offensam condonabis. En quomodo scriptura remissionis peccatorum numerum septenario desinat. Nam cum Petrus dixisset, vsque septies? non ad alium numerum transit Dominus, verum septenarium multiplicans in ipso remissionis terminum constituit. Porro septuagesies septem 490. efficiunt. Nec tamen hoc numero venia circumscribitur: verum per eum semper condonandam esse noxam proximo, & quoties peccatum confessus fuerit ac respuerit, ignoscendum ei esse docemur. Quoniam autem scelerum quoque pœna laudanda est, audi iam è contrario, quid in Genesis libro habeatur. Septies animadverteretur in Cain, hoc est septuplo cruciabitur, pro eo quod fraternæ cædis crimine seipsum cõstrinxit. * Tota hæc Chrysostomi expositio in meo Niceta desideratur. Operæ precium est autem septemplici pœnæ, quæ multatus est Cain, Ioannus Chrysostomi enarrationem adiungere, quæ hoc modo se habet, Primum septenarius numerus pro multitudine in Scriptura sancta accipitur: atque in hac significatione permultis locis positum esse reperies. Ut illud, Sterilis peperit septem, & quæcumque huius sunt generis. Hæc autem scelus admisi magnitudo significatur, & quod non vnum ac simplex erat scelus ab eo designatum, verum septem peccata & quidem talia, ut vnumquodque eorum grauissima pœna expiandum esset. Atque ut ea enumeremus, ita à nobis ratio ineatur. Primum fratri inuidit, quia eum à Deo amari perspiciebat: quod quidem crimen ceteris etiam remotis ad exitium ipsi inferendum satis graue erat. Alterum, quia hoc in fratrem admisit. Tertium, quia dolum struxit. Quartum, quia cædem perpetravit. Quintum, quia fratrem interemit. Sextum, quia primus cædem admisit. Septimum, quia Deo mentitus est. Intellectu affecui estis ea, quæ diximus? an vultis me eorum enumerationem altius repetere, ut intelligatis vnumquodque horum, vel solum, grauissima pœna vindicadum fuisse? Quis enim venia dignum eum iudicauerit, qui eo nomine cuiquam inuideat, quod Dei benevolentia atque amore fruatur? Hoc iam vnum & inexpiabile peccatum est. Rursus hoc atrocius ostenditur, cum fratri inuidetur, idque immerentis. En hoc quoque rursus non vulgare peccatum. Ad hæc dolum machinatus est, fratrem circumuentum in campum pertrahens, ac ne naturam quidem ipsam veritus. Quartum crimen, cædes ipsa est, quam admisit. Quintum, quod fratri necem intulit, fratri inquam ex eodē vtero edito. Sextum, quia primus cædis genus inuexit. Septimum, quia interrogatus à Deo mentiri non dubitauit. Itaque ob id quod fratri manus afferre ausus est, septem supplicia sibi accersit. Scelus autem Lamech septuagesies septies vindicabitur, hoc est multipliciter. Quoniam Lamech virum & iuuenem interemit, idque post legem, id est, post sententiam aduersus Cain à Deo pronunciatam: Nam lex scripta nondum data erat. Septem autem peccatis Cain septem respondent supplicia. Primo peccauit, quia inuidia affectus est: secundo, quia dolum struxit: tertio, cædem admisit: quarto, quia fratrem obruncavit: quinto, quia primus cædem parauit: sexto, quia parentibus luctus causam attulit: septimo, quia Deo mentitus est. Sequitur iam, ut pœnarum numerum subducamus. Maledicta terra à te, prima hæc pœna est. Operaberis terram, hoc est sine vlla intermissione ac relaxatione agriculturæ laboribus vexaberis, secunda. Et non addet virtutem suam dare tibi, hæc tertia pœna est, nempe laborum sterilitas. Gemens & tremens eris super terram, tribus pœnis duas adiecit gemitum perpetuum & corporis tremorem, ita ut ipse moueretur & concuteretur, ac ne panem quidem & potum facile ori admouere possit. Sequitur aliud supplicium, quod Cain ipse patefecit sic loquens: Si nunc à terra me eiicis, hoc est, si à terræ commoditatibus me disjungis, & à facie tua abscondar. Atrocius supplicium apud eos qui mentis sunt compores, separatio à Deo. Et posuit Deus signum super eum, septima hæc pœna est,

Psal. 118.

Cap. 11.

Cap. 5.

Phil. 1.

Matt. 18.

Cap. 4.

nimirum ne pœnam quidem ipsam obscuram esse, verum perspicuo signo quasi præconis voce omnibus declarari hunc esse nefarii facinoris architectum, ac rectè iudicanti gravissima omnium pœna est hæc infamia. At Lamech post condemnationem Caini duplici cæde constrictus merito dicit, Si de Cain septentia vindicatum est, de me Lamech septuagesies septies vindicabitur: hoc est, si iusta adversus Cain Dei sententia extitit, ut septem suppliciiis afficeretur, ipse quidem dignus sum, qui trecentis nonaginta pœnis excrucietur. Quoniam ille, quemadmodum ab alio quid, quamque graue crimine esset, eadem committere, minime didicerat: sic nec homicidam vllum viderat meritis pœnas exoluentem. Ego autem gementem ac trementem cernens, iræque diuinæ magnitudinem ob oculos habens, huiusmodi exemplo nec melior factus, nec à facinore deterritus sum. vnde iure optimo multo maiora mihi tormenta inferentur. Quidam autem hunc locum hæc ratione explicarunt. A Cain vsque ad diluuium septem fluxerunt generationes, ac tum terræ supplicium inductum est, quod longè lateque fufum esset peccatum. At peccatum Lamech non iam diluuium ad curationem opus habebat: verum illo ipso, qui mundi peccatum tollit. Supputa itaque omnes ab Adamo vsque ad Christum generationes, ac iuxta eam generis recensentem, quam Lucas profert, septuagesima & septima ætate Dominum natum fuisse reperies. Verum hæc de Cain & Lamech per digressionem commemorata sint. Redundum est ad testimonia, quibus honori habitus fuisse septenarius demonstratur, idque non modo in remittenda offensa, verum etiam in animaduertendis atque vlciscendis flagitiis. David igitur quasi ex Iudeorum persona ad Deum ait, Redde vicinis nostris septuplum in sinum eorum. Reuersos enim Iudeos ex secunda captiuitate Babylonica, ac templum instaurare cupientes, vicini Iudæi prohibebant. Atque idcirco illis imprecatur, ut septuplicem afflictionem habeant in sinu suo, hoc est, in se parabilem. Rursus in prouerbiis ad hunc modum loquitur Solomon, Sapientia edificauit sibi domum, supposuit columnas septem. Quo loco per sapientiam subsistentem Dei Sapientiam intelligit, vni genitum inquam Verbum: per domum autem edificatam, templum corporis quod ex sancta Virgine assumptum induit: per septem autem columnas, Spiritus gratias que omnes in Christo cluceant. Quin etiam per Zachariam Prophetam Deus & Pater de Christo ita loquitur, Ecce ego duco seruum meum, Oriens nomen ipsi. Quia lapis quem dedi ante faciem Iesu, super lapidem vnum septem oculi sunt. Et paulo post, Et videbunt lapidem stanneum in manibus Zorobabel. Septem hi oculi Domini sunt, qui terram vniuersam inspicunt. Contigit autem hæc historia post reditum ex captiuitate. Quo tempore sacerdotis munere fungebatur Iesus filius Iosedech: regnum autem tenebat Zorobabel filius Salathiel, qui cum in superhumerali splendidum lapidem attexisset, ac deinde foramina sex, ut ferret, in eo effecisset, sex alios diuersi coloris lapides imposuit, qui quidem coloris varietate oculi instar lucebant. Enumerò prophetia seruum Christum vocat, quia in forma serui ad nos venit: Orietem autem, quia ipse lux vera est. Quin eundem quoque lapidem appellat septem oculos habentem ante faciem Iesu datum. Oportebat enim legale sacerdotium, cuius Iesus figuram gerit, præ oculis semper habere lapidem illum electum, hoc est Christum qui multis oculis vniuersa collustrat atque inspicit. Septenarius enim semper ferè vel id quod sine habet, vel quod perfectum est, designat. Rursus Christus hac de causa lapis stanneus dicitur. Aium stannum ex are & plumbo comixtum ac temperatum esse. Quamobrè nec duritiei omnino est expers, nec rursus molliem omnem respuit: eodem ferè modo Emmanuel quoque ex firmissima nullique perfractiōni obnoxia diuinitate, & ex molli, atque, ut ita dicam, affectibus agitata humanitate compositus est. Ad hæc stannum siue plumbum ad purgationem alterius materiae, que igne indiget, necessariò assumitur, ac præsertim ab eis, qui ex argento opus aliquod efficere solent. Stanno itaque siue plumbo Christus comparatur, ut pote sordes spiritaliter colliques faciens ac purgans. Insuper stannum res inter se distractas connectit, ut pote quod glutinandam vim habet. Huiusmodi autem quiddam in nobis Christus præstitit: si quidem illud verum est, quod in vnum nouum hominem duos populos creat. Ac præterea per eum ad nos inspectionis modus contigit, nimirum per uigilibus oculis omnia circumlustrantem. Nec verò absurdum fuerit sanctos antistites & sacrorum arbitros oculorum loco positos esse affirmare, ut pote aliis superiores, ac propterea Episcoporum nomen consecutos. Per eos enim Christus plebem in se credentem inuisit. Iam verò Christi quoque figuram gerit Zorobabel. Quæ admōdum enim Zorobabel captiuus abductus non est, verum ex captiuus in Babilone natus, ipsorum redemptor extitit: ad eundem modum Christus nulla periculi labe inquinatus ab exitiali & pernicioso imperio nos in libertatem vindicauit. Huius lapis fides ea est, qua in ipsum credimus. Quocirca lapidem in manu ferens Dominus nos docet, fidem qua eum amplectimur, nequaquam ociosam & inertem esse debere, verum septem Domini oculis exornatam, hoc est, septem sp. sancti actionibus. Stanneus quoque lapis ob hanc rationem inducitur, quia sicut stannum primum nigrescit, ac deinde splendidum colorem induit: sic eodem modo qui fidei pietate præditi sunt, etsi peccando nigrorem contrahunt, rursus tamen respiciendo splendescunt. Atque hæc de Zorobabelis lapide à nobis dicta sint. Nunc septenarij honorem oratione prosequamur. David ergo ad Deum his verbis utitur, Septies in die laudem dixi tibi, hoc est, sæpenumero. Quin etiam i. Reg. Anna Samuelis mater in suo Cantico ita loquens inducitur, Quia sterilis peperit septem, & quæ multos habebat filios infirmata est. Historia porro talis est Anna & Pheenna: cum Elcan. matrimonio iunctæ erant, ac Pheenna quidem liberos edebat: Anna autem haudquaquam pariebat. Verum solutis tandem per orationem sterilitatis vinculis, prophetam illum eximium Samuel procreauit, qui quidem matri suæ instar septem, hoc est, numerosa sobolis loco fuit. Imperfecta autem in liberis Pheenna dicitur, quæ multos filios habebat. Hæc enim vox, Multum, indefinita est: quod autem indefinitum est, utique & imperfectum. Vel etiã imperfecta dici potest, quia nullum exulit omnibus virtutum numeris, Samuel instar, absolutum. Atque hunc etiam septem vocauit, ut pote perfectum atque omnibus virtutibus expolitum. Perfectum porro hunc numerum dixi, non quod

Cap. 3.

Psal. 78.

Cap. 9.

Cap. 3.

Ephes. 2.

Cap. 2.

A

B

C

D

E

quod suis partibus constituitur, quemadmodum qui apud Arithmeticos perfecti numeri appellantur, cuiusmodi est senarius. Verum quemadmodum alio loco denarium perfectum vocat, ut numerorum finem: sic nunc quoque septenarium, quia septimus dies eos perficit & claudit, in quibus Deus mundum condidit. Opposita est autem Anna Pheenna, id est, ex aduerso locata, tum quia Pheenna multos liberos habebat, Anna autem Samuel solum pepererat: tum quia illa in liberis imperfecta erat, hæc perfecta. Dicit etiam idcirco potest septenarius perfectus, quod per successionis seriem & compositionem vicesimum octauum gignat, qui perfectus est numerus.

* His verbis Ecclesie vniuersa significata est perfectio. August. cap. 4. lib. 17. de Ciuit. Dei.

Quod si veteres etiam historiae expendendæ sunt, animaduerto septimum inter primæuos homines Enoch translationis honore affectum. Perspicuo item vicesimum primum Abraham Patriarchatu ornatum mysterij maioris accessione. Septenarius enim ter in se ductus numerum hunc efficit. Ausit autem fortasse quispiam iuuenili animi impetu feruens ad nouum quoque Adamum venire, Deum inquam meum, & Dominum Iesum Christum, qui iuxta Lucæ descriptionem à veteri & sub peccato constituto Adamo septuagesimus septimus numeratur. Tum septem illas Iosue filij Naue buccinas mecum reputo, totidemque circucuitus, & dies & sacerdotes à quibus muri Hiericho labefactantur ac deiiciuntur. Consimili modo septenam Helix Prophetae conuersionem, mysticamque illam triplicem insufflationem, qua Sarephtanæ viduæ filio vita inspirata est, eiusdemque numero parem lignorum prolutionem, tum cum igni diuinitus immisso sacrificium absumpsit, ignominiaque prophetas, qui ab eo prouocati idem facere nequiverant, obtruncavit. Quo etiam in genere ponenda est septenaria illa nubis speculatio puerulo imperata, & æqualis Elizæi circum Sunamitidis filium inflexio, qua vitalis halitus fuscitatus est. Ad eandem quoque ni fallor, doctrinam pertinet (ut septem hastilibus & lucernis instructum templi candelabrum præteream) quod & sacerdos septem diebus consecratur, & septem diebus leprosus purgatur, ac totidem diebus templum dedicatur. Eodem denique referendum, quod septuagesimo anno populus ex captiuitate reducitur, ut quam vim in vnitatibus habet hic numerus, eandem quoque in decadibus habeat, ac perfectiori numero septenarij mysterium honoretur.

Gen. 5.

Ios. 6.

Insufflatio mystica.

4. Reg. 4.

Cap. 3.

Cap. 6.

Cap. 17. 18.

NICETAS Age, iam veteres quoque historias recensemus, in quibus septenarius numerus verbis quidem disertis non exprimitur, sed re ipsa inuenitur. Septimus quantum ad generationem fuit ab Adam Enoch, qui mortis fato nequaquam perfunctus est, verum translatus est, ne mortem videret. Vicesimus primus Abraham tum septenarium præfigurans, tum sanctam Trinitatem. Nam qui ter septenarium composuerit, vnum & vicesimum procreabit. Ac præterea Abraham primus est inter Patriarchas mysterij maioris accessione. Quamquam enim septenarius ob supradictas eius vires & facultates mysticus est, magis tamen mysticus intelligitur ternarius ut pote sanctæ Trinitatis imaginem ferens. Quocirca sublimius quoque ipseus est mysterium. Quin septuagesimus quoque septimus Dominus reperietur, si quis conuerso ordine generationem Christi apud Lucam proditam excutiat. Lucas enim à Christo exorsus in Adamum desinit. Quod si quis retroactò ordine atque inuerso modo apud Lucam ab Adamo vsque ad Christum numerare cæperit, septuagesimum septimum ipsum reperiet. Atque hæc historiae ex rebus ipsis septenarium præclarum & honorabilem esse ostendunt: quæ autem sequuntur, idem verbis demonstrant. Scriptum est in libro Iosue filij Naue, quod urbem Hiericho septem sacerdotes cum totidem buccinis per septem dies cingebant, clangentes, semel quidem reliquis diebus eam ambientes, septimo autem die septies, ac tunc mœnia nullius impulsione labefactata corruerunt. Quæ autem de Helix commemorantur, tertio quidem Regum libro scripta sunt, verum septenaria ipsius conuersionis nihil historiae monumentis mandatum est. Quid igitur de hac inuersione dicendum? An præter historiae veritatem Theologum hæc prolocutum esse? Minime: Verum hic inuersionis verbum descriptoris errore obrepisse. Atque etiam quidam codices minime deprauati hanc dictionem non habent. Mysticamque illam triplicem insufflationem Elia Prophetae, qua Sarephtanæ viduæ filio vita inspirata est. Hoc quoque refert historia Heliam in Sarephtanæ filium ter inhalasse, sicque eum ad vitam renouasse. Ad hanc autem triplicem insufflationem æqualis hoc est ternaria intelligitur fragmentorum ligni prolutio. Nam id quoque sacra docet historia. Cum enim Helias ex tempore altare construxisset, ac lignorum fragmenta super ipsum struxisset, ac postea holocausta super ligna imposuisset, dixit. Accipite mihi hydrias aquarum, & infundite super holocaustum & super ligna. Atque ita fecerunt. Et dixit, secundo hoc facite: & secundo hoc fecerunt. Tertio hoc facite: & tertio hoc fecerunt. Quibus peractis ad ipsius preces cecidit ignis Domini de caelo, & deuorauit holocaustum & ligna & altare & aqua & puluere. Quomniã

AA

autem nonnulli ut septenariam hanc prolucem numerant, & nos quoque sententiam nostram explicabimus. Arithmetici numerorum pronuntiationes ad modum rerum subiectarum non ad quantitatem accipiunt. At igitur Helias primum, Infundite, deinde, iterum infundite, post, Tertio id facite. Duo itaque vni adiecta tria efficiunt: quibus tria insuper adiuncta sex conficiunt. Senario autem prima vnitas addita perfectum numerum absoluit. Aut si maior, sex prolutionibus septimam adiungit, nimirum eam, quae per ignem diuinitus misum contingit. Postquam Helias ignominia dignos sacerdotes, ut pote faedo & obscuro idolo Baal seruientes quadringentos & quinquaginta interfecit. Nam cum eos ad nouum sacrificij holocaustum prouocasset, nec ipsi in nomine Baal ignem ad propositi sacrificij consumptionem caelitus demittere potuissent, quem admodum inter ipsum & eos conuenerat: ipse autem in Dei nomine hoc fecisset, condemnatos eos extremo supplicio affecit. Idem caelo tribus annis & sex mensibus clauso, cum iam siccitatis vinculum soluendum esset, puerulo illi, quo ministro utebatur, imperauit, ut specularctur ac videret an nubes aliqua cooriretur. Et quoniam nondum orta erat, eum septies hoc facer. iussit. Septima autem inspectione nubem paruum vidit, quasi vestigium viri aquam aduehentem, a qua magnopere aucta caelum obductum est, ac confestim pluuia in terram fusa. Haecenus de Helia Theophrastus. In eodem libro Reg. Helisei quoque inflexio continetur. Nam cum Sunamitidis filius extremum vitae spiritum edidisset, propheta de monte descendens ingressus domum ipsius in caenaculum ascendit, ac super puerum septies se incuruauit, id est, contraxit atque inflexit super eum: adeo ut os ori, & oculos oculis, & manus manibus adiungeret. Inflexionem autem Theologus huiusmodi iactationem & conflexionem appellauit, qua Spiritus suscitatus est, id est, Spiritus vitalis recreatus. Haec locutus Gregorius candelabri historiam praetermittere quidem videtur: sed tamen hanc quoque sermone completitur, ac praeteritionis figura vsus simul & auditoris satietati studioque occurrit, & variam orationem efficit. Candelabri autem huius descriptio in Exodi libro sita est. Et quidem historia vnum duntaxat hastile candelabri commemorat, sex autem calamos circum hastile & septem lucernas, hastili & calamos adiacentes. Verum Theologus cum hastili calamos etiam statuens ac numerans, hos quoque hastilium nomine appellauit. Atque ita vnuersum quidem hoc candelabrum erat, ceterum *ἑξάκαυτος ἔστιν*, *ἡξίον*, nimirum propter hastilia & lucernas is superpositus. Vt igitur, inquit, templi candelabrum septem lucernas protedens praeterea, eiusdem est doctrinae ac speculationis, de numero septenario scilicet, quod is qui ad sacerdotij dignitatem electus est, templo asidet, ac septem dierum spatio manus eius consecrantur, quemadmodum in Exodo praescribitur. Eiusdem item doctrina, quod is qui lepra infectus est, septem diebus purgatur, ut in Leuitico editum atque imperatum est. Eodem quoque referendum, quod templum a Solomone ipsius extructore septem diebus dedicatur, quemadmodum habetur 3. Reg. Huc accedit, quod populus ex Babylonica captiuitate septuagesimo anno rediit sicut Hieremias praedixerat, & rerum euentus confirmauit: ut septenarius qui in vnitatibus honore insignis est, idem quoque in decadibus fiat, hoc est praclarus & maxime mysticus decadicus septenarij numerus ob populi redemptionem, ac mysterij quoque nonnihil habeat, nimirum liberati populi proclamationem. Monadici autem numeri dicuntur, qui ab vnitatis ad decadem vsque progrediuntur. Decadici vero, qui a denario ad centesimum. Ex quo numero est septuagenarius ex septenarij in denarium multiplicatione constatus. Denarium porro septenario perfectiorem dixi, ut numeros claudentem ac terminantem. Post denarium enim numerus nullus est, sed reuolutio. septenarij autem mysterium, mystica est ipsius speculatio.

3. Reg. 8.

Exo. 25.

Deut. 17.

Cap. 14. Cap. 8.

Ioan. 6. Luc. 9.

Differentia Pentecostes Iudeorum & nostrae.

Quid autem longinqua colligo? Iesus ipse qui pura perfectio est, quinque panibus in deserto quinque hominum millia aluit, ac rursus septem panibus quatuor millia. Atque expleta populi fame reliquiae collectae sunt, illic duodecim cophini, hic septem sportae: neutrum opinor temere, nec aliter quam Spiritu dignum erat. Quin per te quoque ipse Scripturas peruoluens, multos numeros obseruaueris, qui profundius aliquid habeant, quam quod prima fronte obicitur. Quod autem praesenti tempore commodissimum est, ob has fortasse rationes vel his proximas, vel etiam sublimiores quaedam magisque diuinas, Pentecostes diem Hebraeorum more colimus: quemadmodum & alios nonnullos Hebraicos ritus obseruamus, apud illos quidem figura tenus celebratos, a nobis autem mystice restitutos atque perfectos.

NICETAS. Quid inquit, mihi vetera & longinqua commemorare opus est? Ipse Christus qui pura & vera perfectio est, ut pote totus perfectus, ac non ut supra dicti numeri, qui ex parte tantum perfecti nominantur, non solum quinque panibus quinque hominum millia nutrit, sed etiam septem quatuor millia. Et quidem ex quinque panibus superfuere duodecim cophini propter Apostolos, ut Iudas quoque ipse suum gestaret: ex septem autem panibus sportae septem, propter honorem septenarij. Sunt autem allegorico sensu quinque panes, naturalis illa de Deo doctrina, quae ex quinque sensibus innascitur: qua nutriuntur, qui sensuale duntaxat vitam agunt, nec mentis alis ad sublimiorem speculationem euchi possunt. Vnde etiam per hordeaceos panes illud significatur, hanc doctrinam propterea atque obuia esse, naturalisque speculationem imperfectam habere: quadoquidem nec hordeaceo pane quicquam est vilius. Quod autem cum mulieribus & pueris comedunt, id significat eos a voluntate

A

B

C

D

E

ptatum cupiditatibus atque imperfecta rationis infantia non plane liberos atque alienos esse. Denique cophini duodecim, qui multitudine satiata supersunt, naturalem & moralem & theologiam doctrinam significant. Haec enim superfuerunt, quia nullam harum subierunt, hoc est peruoluerunt aut intellexerunt, nimirum ex solis sensibus, velut crassi & stupidi, Creatoris cognitionem assecuti. Quod si *ἡσθησαν* legas, superarunt atque supergressi sunt, non autem *ἔσθησαν*, id est, subierunt, sic erit accipiendum. Licet secundum sensus praescriptum viuerent quinarij illi (uocati enim vocat) sensuumque opera & adiumento cognitio nem Dei expiscarentur: tamen in eo redundarunt, quod nec naturalem nec moralem nec theologiam doctrinam transiuerint, id est, missam fecerint. Nam his, qui per naturalem speculationem ad inquirendam Dei cognitionem mouentur, Dei verbum spirituales naturae panes frangens omnem honorum affluentiam satietatemque largitur: quemadmodum indicant duodecim cophini, ex his quae superfuere. Ac ternaria quidem est theologica doctrina, propter sanctam vnus diuinitatis Trinitatem. Quadruplex autem moralis propter quatuor primarias & generales virtutes, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, & iustitiam: quinaria autem naturalis, propter materiam, quae ex quatuor elementis conlata formam quintam adiunctam habet. Neque enim aliud quicquam est natura in sensum cadens, quam materia forma conserua fuisse uestigia. At tales quidem sunt eorum epulae, qui simpliciter ad Deum tendunt, nec ab inueterata & in habitum perducta animi affectione erga eam animae partem, quae perturbationibus agitur, atque a ratione auersa est, plene adhuc expurgati sunt. At perfectiorum epulae multo praestantiores & sublimiores sunt (Nam hi quoque quatuor mille sunt) tunc quia pauciores sunt quinque millibus (mali enim numero superiores sunt) tum quia perfectionis generalium virtutum rationem ac doctrinam habent. Ac spiritualis etiam eorum cibum septem panes sunt propter puritatem ac mysticam vim huius numeri. Septenarius etenim castus est & virgo. Atque id etiam quod ex conuiuio superest purum & incorruptum esse per septenarium designatur. Huiusmodi enim sunt diuinae & arcanae spiritualesque speculationes. Nam septem quoque sunt spirituales gratiae. Quae circa qui in triplici philosophia quasi tribus diebus constanter persistunt, illi demum & naturali, & scripta, & spiritali lege a diuino verbo nutriuntur. Ea porro ratione primum quinque millia pascuntur, quoniam in sensuum curam prius incumbendum est, atque ita ad perfectiora progrediendum. Nam vero cophini qui ex textili materia, hoc est, ex viminibus, laboriosam atque aerumnosam eam vitam designant, quae in actione versatur, qua opus habent, qui alicuius magisterio & disciplina reguntur. Sportae autem, quae ex palmarum ramis fiunt, victoriam eam significant, quam perfectiores homines turbulentis animi motibus profligatis consequuntur. Nam in victoriae signum huiusmodi ramus accipi solet. Nec vero quicquam horum miraculorum temere, hoc est sine causa edebatur (hoc enim spiritu indignum est) verum haud dubie miraculorum diuersitas, ac diuersae satiata plebis reliquiae optima quadam ratione & mystica speculatione a Domini diuinitate nequaquam aliena, contigerunt. Quin tu quoque multos numeros inuenies, qui profundius aliquid habeant, quam quod prima fronte ostendunt, id est, aliud quiddam significantes praeter id quod primo statim obtutu cernitur, atque unicuique obuium est. Hoc quidem dicendum est, quod praesenti instituto conuenit, quod propter superius commemoratas de quinquagenario vel etiam septenario numero rationes, aut propter alias quasdam his admodum propinquas, aut propter nonnullas diuiniore causas, atque his quas adduximus reconditiores magisque mysticas. Quinquagesimum diem Hebraeorum more colimus: Illud tamen interest, quod illi propter septenarium hunc diem in precio habent, nos autem propter spiritum aduentum. Quemadmodum & alia quaedam sunt in lege Hebraica, quae apud illos quidem per figuram & adumbrationem peraguntur ac celebrantur: a nobis autem mystice & vere restituuntur ac perficiuntur. Quo in genere est illorum Circumcisio, & noster Baptismus: illorum Pascha, agnus sensibilis: nostrum Pascha, Christus: ac pleraque alia, quae nunc sigillatim recensere non facile fuerit.

Haec omnia ut in Regi- nae exelari habentur trāstulim^o. In meo ta- men Niceta no legatur. Et cerē ab aliquo in- ferta fuisse suspicor.

A

B

C

D

E

Pentecostes mysterium magnū & venerandū.

Nūc quoq; patitur Christus ab impiis.

ea quæ cum honore coniuncta sunt. Atque vt illis iram, eodem modo nobis quoque benignitatem differt: hoc fortasse consilio, vt & illis pœnitentiæ tempus concedat, & nostrum amorem cupiditatemque probet, atque exploret, an afflictionibus frangemur certaminibusque pietatis causa susceptis, quemadmodum iam olim diuinæ dispensationis & imperuestigabilium ipsius iudiciorum, quibus res nostras sapienter moderatur, est ratio. Atque huiusmodi quidem sunt, quæ ad Christum pertinent, & quæ postea sequentur, gloriosiora spectabimus, vtinamque & ipsi spectemur. Ad Spiritus autem mysteria explicanda Spiritus ipse mihi adfit, tantamque mihi dicendi facultatem suppeditet, quantam cupio: aut si non tantam, at certè quæ huic festi celebritati par sit. Ac profectò aderit heriliter, nõ feruuliter, nec iustum atque imperium, vt quibusdam videtur, expectans. Spirat enim vbi vult, & super quos vult, & quando, & quantum. Sic nos Spiritu afflati & cogitamus & loquimur.

Inuocatio
sp. sancti.

NICETAS. Ac disputatio nostra de die hinc finem habeat: nos autem ea quæ deinceps sequuntur, dicendo persequamur. Id autem quod sequebatur, & vnde per digressionem eò processimus, vt de diei ratione verba faceremus, hoc erat, nempe spiritualiter nobis festum esse celebrandum. Ad ea igitur accommodanda sunt, quæ in præsentia à nobis dicuntur: atque ita quodammodo agendum est. Pentecosten celebramus, non simpliciter numerum, sed Spiritus etiam aduentum: nam tum ille ad discipulos accessit: atque hic dies erat, quæ Christus pollicitationi suæ explendæ præstituerat, cum Apostolis diceret, Vos autem baptizabimini in sp. sancto non multis abhinc diebus. Etenim pollicitatio quidem in eo sita erat, quod ipsi sancti Spiritus aduentum promiserat: terminus autem erat, tēporis ac loci declaratio. Sedete enim, inquit, in ciuitate Hierusalem, quousque induamini virtute ex alto. Iam horū expectatio spei erat, quam tandem euentus expleuit. Ac Deus bone, quantum est hoc mysterium. Illud, quantum, cum admiratione effrendum est, id quæ perspicuum est ex eo quod subiungitur, quam magnum & venerandum. Nam cum ait, quantum, festi magnitudinem quantitatemque requirit. Id quæ explicans Theologus ait, quàm magnum, hoc est valde magnum. Cum autem dixisset, Corporea Christi finem habent, commune quoddam nomen se accepisse sentiens, quod non modo ea quæ ad corpoream ipsius præsentiam cum hominibusque habitum commercium, de quo deinceps sermonem habiturus est, significare posset, sed etiam naturales corporis proprietates, velut triplicem dimensionem, formam, & quantitatem & qualitatem, aliisque huius generis: ne ansam hæreticis præberet existimandi Christum cum in cælum receptus esset, corpus quoque ipsum abiicisse, ac sola diuinitate in cælum ascendisse: quemadmodum existimauerunt Manichei, qui ad dogmatis sui patrocinium hunc Davidis locum produxerunt, in sole posuit tabernaculum suum, acuta præmunitione huic suspicioni medetur subiciens: Vereor dicere res ad corpus pertinentes, id est, refugio ac formido dicere res corporis, hoc est ipsum corpus, quoad mihi cuiusquam oratio persuaserit (nunquam autem persuadebit) melius ac præstabilius esse corpori, atque ad gloriam & honorem præclarior, proiectum esse, non secus ac vas quoddam superuacaneum, aut vile & infame vestimentum, atque in solis corpore repositum esse, iuxta Manichæorum delirium. Est etiam horum verborum alia ratio. Quoniam enim nonnulli vnitam quidem semper esse assumptam humanitatem cum diuinitate assererant, ceterum proprietates suas post resurrectionem abiicisse: quod fieri non posse dicerent, vt quod quantitatem & qualitatem formamque haberet, cum eo iungeretur, quod his omnibus rebus careret, huiusmodi dogma euertit dicens: Vereor enim dicere proprietates corporis defluxisse ac dilapsas esse. His enim sublati ipsum quoque simul tollitur & euanescit, vt pote à quo nullo modo separari ac ne cogitatione quidem distrahi possint. *ἀπορροή* autem, id est, excussisse dixit, metaphora ducta ab his, qui vasa quædam comportant, atque ea velut sarcinam grauem deponunt. Idcirco non dixit corporea Christi finem habere, sed ea quæ ad corpoream & terrenam ipsius præsentiam pertinent. Spiritus autem actiones principium capiunt. Postquam enim Christus omni corporeo munere expleto in cælum receptus est, Spiritus sanctus descendit, suamque in Apostolos vim & actionem exerece cepit in diuisione ignearum linguarum, quo nomine festum diem celebramus. vorrò ne quis addubitet ac sciscitetur, quænam illa sint, quæ ad corpoream Christi præsentiam spectant, expressè ac disertis verbis ea exponamus. Quænam ergo sunt ea? Virgo pro muliere, natiuitas pro creatione, præsepe propter paradysum, fasciatio propter nuditatem, angeli cælestem illum deinde terrenum celebrantes, magnique consilij patris angelum, pastores accurrentes ad agnum & pastorem, stella præcurrans, creatura enim Creatorem adorat, Magi ad pedes accedentes ac dona offerentes, gentium primitiæ atque ingressus, idololatriæ que interitus & oppressio, ab Herode patrata puerorum cædes, hoc est tenerarum & puerilium legis figurarum (vetus enim Testamentum noui figura erat) sublatio atque extinctio. Iesus in Ægyptum fugiens, vt nos quoque persecutionibus vexati, ex ciuitate in ciuitatem migremus, rursus ex Ægypto rediens postquam eius simulacra concussit atque deiecit. Circuncisus, Baptismi aqua perfusus. Atqui, dicit quispiam priusquam in Ægyptum fugisset, octauo vitæ die circuncisus fuerat. Ita profectò est: verum quia circuncisio Baptismi figuram gerebat, ideo eam Baptismo proximam Theologus collocauit. Erat autem huiusmodi lauacrum peccatorum nostrorum purgatio. Testimonium cælitus missò cõprobatus: illinc enim ipse progressus erat, atque eiusdem cū restificatæ substantiæ. Tētatus in deserto à diabolo.

Theodori-
tus in Epi-
tom. Hæref.
lib. 1. huius
hæresis au-
thorem fa-
cit Hermo-
genem.

tētatio autem erat perscrutatio diuinitatis humanitate testæ. Lapidibus propter nos impetitus: sustulerunt enim, inquit, lapides, vt iacerent in eum. Atque hæc propter nos perpetens, id est, eruditionis nostræ causa. nobis enim afflictionis pro prædicatione & fide perferendæ formam atque exemplum dari oportebat. vt dicitur ad discipulo panem ipsius edente. Clauis transfixus, vt peccatum meum cõfigat, hoc est enecet & absumat: Morte sanctus, vt mortem meam tollat. Hūmo conditus vt nostræ in terram reuersioni medeat: Vitæ restitutus, vt nos ex inferno liberet vitæque restituat. Ascendens, vt me quoque subuehat. Quorum nunc etiam plurima patitur tam eorum quæ contemptus atque ignominia sunt, quàm quæ honoris. Nam eorum quæ à nobis sunt commemorata, alia quædam ad eius honorem facta sunt, alia ad contemptum & ignominiam. Pati enim dicimus non tantum de malo, sed etiam de bono. Christus siquidem ab impiis ea quæ ignominiam habent, patitur, ac pro sua lenitate perferit: à piis autem ipsiusque amore præditis ea quæ cum honore coniuncta sunt. Ac neque illis iram infert, quam sibi thesauri instar colligunt: nec eos rursus à quibus colitur, statim suis bonis remuneratur: verum & illis supplicium, & nobis præmiorum benignitatem differt, vt & illis tempus pœnitentiæ det, & nos exploret, atque experiatur, num pro pietate decertates animis frangemur. Hæc enim iam olim & à principio ratio & causa est diuinæ dispensationis, & imperceptibilium ipsius iudiciorum, quibus sapienter res nostras gubernat & administrat. Quod autè abstrusiora sint Dei consilia, quàm vt ea quisquam assequi possit, hinc clamat Dauid, dicēs, iudicia tua abyssus multa: hinc etiam Paulus eum admiratione magna & stupore, Quàm inscrutabilia sunt iudicia ipsius, & inuestigabiles viæ eius! Verum dixerit aliquis, si percipi non possunt Dei iudicia, quis sit, vt Theologus velut eorum cognitionem affectus procrastinationis Dei causam proferat: Responderi potest, quod per coniecturam eam protulit: ob id enim addidit, fortasse. Tum quia communiores rerum causas & rationes, & si non omnes, se penumero nobis patefacit Filius Dei, particulares autem & singulares imperceptibiles seruat. Atque huiusmodi quidem sunt, quæ ad Christum pertinent, siue passiones, siue actiones, & quæ postea sequentur, hoc est quæ ad secundam præsentiam atinent, tunc gloriosius spectabimus, vtinamque ipsi à Christo potissimum spectemur. Quod autem perfectius tum spectabimus ac spectabimur; Dauidi fides habenda est sic loquenti, Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor cum apparuerit mihi gloria tua. Nunc enim Deus viris integritate & sanctitate vitæ præditis velut gustum quandam & arrabonem præbuit: plenam autem & cumulatam beatitudinem, qua ad satietatem vsque perfruentur, tum demum percipient. Mihi verò de Spiritu loqui instituenti vtinam Spiritus ipse adfit, atque ipsius beneficio tanta mihi oratio detur, quantam cupio: aut si nõ tanta (quod intempestiuum hoc sit minusque vrile, huiusmodi saltem orationem concedat, quæ huius festi celebritati par sit, immodicamque humanæ naturæ cupiditatem mediocritate velut incidat. Ac profectò aderit heriliter & suomet iussu: quemadmodum nos Spiritu afflatu & sentimus & profitemur) non autem alterius iussum atque imperium seruiliter exequens, vt creatura, quemadmodum Macedoniani Spiritu sancto bellum inferentes existimant, nimirum contrario spiritu afflati. Spiritus enim vbi vult spirat, vt apud Ioannem loquitur Christus, id est, in quo loco orbis terrarum vult: & super quos homines vult. Vult autem, si inuenerit quales ipse vult, & quando vult, id est congruo tempore. Verbi gratia, alium ex matris ventre præscientiam sanctitate perfundit, alium greges ouium pascentem, alium aliud quiddam facientem. Et quantum vult: modus enim certus est & diuersitas gratiarum atque inspirationis. Atque illud obserua, vbi, locum significare, super quos, personas eas quæ inspirantur, quædo, tempus: quatum, modum. Enimuerò Christus hoc loco per spiritum non spiritum sanctum intelligit, sed æreum & vento conflatum, per obscuriorem nimirum cognitionem hoc exemplo perfectiorem illis afferens: Nam cum dixisset Nicodemus, Quo modo potest homo nasci denuo? velut ignorans eam natiuitatem, de qua Dominus loquebatur: Christus exempli gratia, ventum ipsi proposuit. Si ventus, quem vides, & cuius vocem audis, vnde prodeat, & quò vadat, nescis, qua tandem ratione spiritali natiuitatem intelligere poteris, cum præter ea quæ in sensum atque oculos incurruunt, nondum quicquam cognoscas? Theologus autem hoc loco ostendens spiritum sanctum dominationem atque imperium à se habere, non autem creaturam esse aut seruum iussa cape sentem, ait, sp. sanctus spirat vbi vult, & in quos vult, & quo tempore, & quantum vult.

Ioan. 8.

Mat. 24.

Psal. 35.

Rom. 11.

Psal. 16.

Ioan. 3.

Macedo-

niani serui

sceleratissi-

mi.

Coram qui-

bus de sp.

sancto par-

te loquen-

dum.

Qui sp. sanctum in creaturarum ordinem deiiciunt, contumeliosi sunt & scelerati serui, atque adeo sceleratorum sceleratissimi. Sceleratorum enim seruorum est imperium aspernari, & aduersus dominationem insurgere, atque id quod liberum est, in eandem secum seruitutis classem redigere. Qui autem Deum eum censent, diuini profectò viri sunt, atque illustri mente præditi. Qui verò non modò existimant, sed etiam asserunt ac profitentur, si quidem apud æquos & probos auditores, sublimes & excelsi sunt: sin autem apud abiectos & humi prouolutos, haud satis prudentes, vt pote qui luto margaritam, & imbecillæ auri tonitruum sonum, & solem infirmis oculis, & lacte adhuc ventibus solidum cibum committat: cum eòs paulatim ad vteriora promouere, atque ad sublimiora prouehere conueniat, lumini lumen impertiendo, ac veritati veritatem conciliando. Quocirca nos quoque perfectiori interim sermone missò factò, nondum enim tempus id postulat, ad hunc modum cum ipsis differemus.

NICETAS. Spiritum sanctum alij vim tantum & facultatem esse dicebant, alij creaturam, alij Deum, alij medio quodam modo affecti erant, nec videlicet eum colentes, nec contemptui habentes. Porro qui Deum ipsum esse existimabant, partim inclusam animo pietatem habebant, partim labijs quoque ipsis Deum confitebantur. Theologus igitur eos, qui Spiritum creaturam esse, atque à Filio factum asserebant, contumeliosos vocat, imperiumque repudiantes ac reiicientes, aduersus dominum suum perfide insurgentes: eos autem, qui Spiritum in animis suis Deum existimabant, illustri mente präditos esse dicit: eos vero qui non modò eum Deum credebant, sed etiam prædicabant, si quidem apud æquos ac probos auditores fideique pietate præditos hoc dicerent, sublimes eos, & mirificis laudibus dignos appellat. Sin autem apud humiles & imperfectos mentemque habentes humi depressam, eamque ob causam Spiritui sancto Dei nomen tribui nequaquam ferentes, huiusmodi homines minus prudentes & consultos esse ait. Quemadmodum enim infirmæ aures tonitruum sonum ferre nequeunt, nec infirmi oculi lucem solisque splendorem obtueri, nec iis qui lactis alimonia ad huc videntur solidum cibum porrigere expedit: ita nec iis, qui primis adhuc fidei rudimentis imbuuntur, perfectæ doctrina committenda est. Temporis enim & personarum rationem habere cõuenit, sermones in iudicio disponere, nec repente, sed sensim & pedetẽtim eos ad sublimiora prouehere, minori que lumine paulatim illustratis, atque obscuriore veritate instructis, maius tandem lumen, illustriorẽque veritatẽ impertiri. Quandoquidem & Spiritum Christus paulatim patefecit. Primùm enim ne aduersarius quispiam Dei esse videatur, dixit, Rogabo Patrem, & alium Paracletum mittet vobis. Postea autẽ inquit, Mittet in nomine meo, (hoc est non vt seruum aut subditum, sed in nomine meo, id est vt Deum consubstantialẽ, quẽadmodum & ipse eiusdem cum Patre sum substantiæ. Hoc enim significant hæc verba in nomine meo) hoc autem verbum, Rogabo, nõ iam adiecit. Deinde dixit, Ego mittam, suam videlicet dignitatẽ & autoritatẽque perspicuam faciens. Ac postremò ita locutus est, Veniet Spiritus, vt liberam Spiritus potentiam ostenderet. Vides quo pacto splendores nobis certo ordine affulgeant. Sic in lumine lumen inuenitur. Hunc Theologi ordinem si nos quoque tenuerimus, rectè fecerimus, nimirum vt nec confertim ac repẽtè cœlestem doctrinam patefaciamus, ne alienos à fide vulneremus grauitèrque lædamus (quemadmodum qui obscuros & infirmos oculos immodica luce subito explere conantur, fontem lucis debilitant:) nec rursus perpetuò abditam abstrusamque teneamus, ne nostros ab orthodoxa fide auertamus atque perdamus: verum prudenter & sensim ac leniter alienos ad veritatem adducamus: quia nondum tempus sit perfectioris doctrine fundendæ, quæ promiscuæ plebis auditum captumque superat.

Psal. III.

Ioan. 14.

Quo spiritu afflicti heretici.

Heretici solent ad voces impingere.

De vocibus non est cõtendendũ sed de re.

Si quidem, ò viri, nec increatum, nec temporis expertem Sp. sanctum creditis, spiritu aduersario haud dubiè afflamini: dabitur enim veniam si zelo permotus asperius aliquod verbum extulero: quod si hætenus saltem rectè sentitis, ac bellè valetis, quia à manifesta impietate abhorretis, atque eum, qui nos quoque liberos efficit, à seruili ordine eximitis, quod sequitur, vnà cum Sp. sancto ac nobis expẽdite. Vos quippe aliquatenus ipsius participes esse confido, ac iam velut cum iis qui à nostris partibus stant, simul rem considerabo. Aut mihi aliquid, quod inter seruitutem & dominationem interiectum sit proferte, vt illic Spiritus dignitatẽ constituam: aut cum seruitutis nomen fugiatis, non obscurum erit, quo loco atque ordine id quod exquiratur, collocetis. At syllabas auersamini, atque ad vocẽ impingitis, lapisque offensionis & petra scandali hoc vobis efficitur, (nec mirum cum Christus quoque ipse nonnullis scandalo fuerit.) Humanus is quidem affectus. Verum spiritualiter inter nos hanc controuersiam transigamus: fraternè potius charitatis studium, quàm perditum nostri amorem præ nobis feramus. Vim diuinitatis ac potentiam nobis date, & nos vicissim diuinitatis vocem vobis concedemus. Naturam aliis vocibus, quibus plus tribuitis, confiteamini: ac vos vt infirmos curabimus, nonnulla vobis grata atque iucunda furtim elargientes. Quamquam enim vobis turpe est, turpe inquam, & perabsurdũ, cum animo optimè valeatis, sordidè circa vocis sonũ litè creare, ac thesaurũ abditũ habere, quasi aliis eum inuidentes, aut metuentes, ne linguam quoque vestra sanctificetis: turpius tamẽ est nobis eodẽ vitio teneri, quod vobis obiicimus, & cum anxia & sordidã de paruis rebus contentionẽ damnemus, circa literas tamen inepta cõtentione immorari.

NIC. Aduersus contrarias de Sp. sancto sententias accuratius exactiusque in oratione de Sp. sancto Theologus disputauit. Hæc igitur diuisione vitur, Sp. sanctus aut ex se subsistit, atque est essentia: aut in altero cõsideratur, ac tum accidens nominabitur. Si accidens est, vtiq; Dei actus erit. Porro si actus est, agetur profectò, non autem aget: ac simul atque actus fuerit, finem habebit. huiusmodi enim est actus natura. Atqui Spiritus agit, & quædam dicit, & segregat, & morore afficiunt, & irritatur, & cetera eius generis, quæ non motui, sed ei quod motũ habeat, conueniunt, hoc est agenti, ac nõ actui. Actus itaque nõ est Sp. sanctus. Itã si substantia quædam est, vel creatura existimãdus erit, vel Deus: neque enim quicquã intermediũ est. Si creatura, quo modo vobis credimus? Si Deus, cur nõ simul cũ Patre & Filio adorabitur? Hæc sunt Theologi verba in Oratione de Sp. sancto

A

B

C

D

E

Sp. sancto. Hoc autẽ loco ad hunc rursus modũ cũ hereticis congregitur. O viri optimi, si Sp. sanctũ increatum esse, ac temporis expertem non admittitis, sed eum in rerum creaturarum numerum ascribitis, ac propterea temporis subiicitis (quicquid enim creatum est, tempore subest: etiam si non omne, quod motus mensura circumscribitur eandem rationem habeat) si hoc inquam dixeritis, haudquaquam boni spiritus est hic afflatus, verum peruersi demonis & veritatis aduersarij, impuri inquam illius & serui ac creati, ad eundem secum creaturarum ordinem id quod creationem nescit, contumeliosè deprimentis. Dabitur enim veniam si vos pio ac diuino zelo permotus aliquantũ acrioribus verbis incessam, atque eò audaciæ progrediar, vt vos in tantam blasphemiam prorumpentes contrario spiritu afflari dicam. Si autem eatenus sani estis, vt manifestam impietatem fugiatis, nec Spiritum seruum dicatis, qui nos quoque liberos efficit. Lex enim Spiritus, hoc est, potestas Spiritus vitæ, inquit Paulus, liberauit me à lege peccati & mortis. Atque etiam idem Apostolus sic Galatis scribit, Misit Deus Sp. filij sui in corda nostra clamãtẽ: Abba pater. Itaque non iam es seruus, sed filius. Porro Spiritus Filij dicitur Sp. sanctus, vt pote eiusdem cum Filio substantiæ ac potestatis. Proinde si Sp. sanctum seruum dicere non audeatis, quod sequitur, atque hinc colligitur, nobiscum, & cum Spiritu sancto expendite. Aliquatenus enim ipsius participes estis: eamque ob causam vos non omnino à cœtu & colloquio nostro eiicio, quemadmodum illos prorsus alienos, qui demonum intemperis agitantur, ac Spiritum creaturam esse affirmant: quin potius vos admitto, ac vobiscum velut cum iis, qui iam ad nostras partes adiuncti sunt, aut, vt spero, adiungentur, doctrinam de Sp. sancto simul discutere ac perpendere volo. Quenam autem est hæc discussio? Contrarium alia medio carèt, vt integrum & superfluum, lux & tenebræ: eorum enim medium nullum est: alia medium habent. Rursus eorum, quæ medium habent, alia medium habent, vt iustum & iniustum (horum enim medium est, quod neutrum est) alia autem plura media, vt album & nigrum: horum enim media multa sunt, fuscum, pallidum, rubrum, flauum, cœruleum. Eodem igitur modo dominium & seruitus, cum de rebus fortuitis agitur, medium habent: (inter ea enim libertas interiecta est:) cum autem de naturalibus sermo habetur, prorsus medio carent. Quòd si mediũ quiddam inter dominium & seruitutem esse contenditis, medium illud proferte, atque exponite quodnam id sit, vt illic Spiritum collocem. Atqui nihil medium inter seruitutem & dominium afferri potest. A veritate igitur prestis atque coacti eò adigemini, vt Sp. sanctum Deum ac Dominum fateamini. Nam si ipsum, vt par est, seruum dicere reformidatis, Dominum eum ac Deum fateri vobis necesse erit. Etenim qui de immediatis contrariis interrogatur, duorum alterum respondere necesse habet: non item in mediatis. Hæc autem idcirco à Gregorio dicuntur, quoniam quidam ex iis, qui Sp. sancto bellum indixerant, nec Dominum ac Deum eum dicere sustinebant, quod aperte id in Scriptura expressum non esset: nec rursus seruum vocare audebant. Ab iis igitur extorquet, ne vtrumque inficiantur, nempe quòd nec seruus, nec dominus sit Sp. sanctus: quoniam nihil sit tertium, quod respondendo proferte queant, verum quoniam seruum eum dicere refugiunt, persuadere eis nititur, vt quod reliquum est, fateantur, Spiritum Dominum esse: quandoquidem inter dominum & seruum nullum sit medium. At syllabas auersamini, id est, nomen hoc, Deus, quia expressò nomine Sp. sanctus in Scriptura Deus non dicitur: ac propterea ad hanc vocem impingitis tanquam ad lapidẽ quendam, atque id vobis offensionis ac diuisionis causa est: nec mirum, cum ipse etiam Christus ob carnem quibusdam fuerit scandalo, quemadmodum & prædixerat Esaias, & Paulus ad Rom. scribens interpretatus est. Offendit enim, inquit, ad lapidẽ offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in Sion lapidẽ offensionis, & petram scandali. Quamobrem si hoc vos offendit, quod nusquã scripturæ verbis expressum sit, quòd Spiritus sit Deus, humano errore lapsi estis, ac vobis ignoscimus. Agedum igitur controuersiam transigamus, id est, amicè & pacificè inter nos afficiamur: idque non simpliciter sed spiritualiter faciamus, hoc est, vt spiritui gratum est. Gratum est autem, vt priuatis contentionibus opinionibusque relictis aliorum vtilitates cum omni tranquillitate procuremus: quod quidem faciunt, qui non sui, sed fratrum ac proximorum amore correpti sunt. Is autem sui amore tenetur, qui querit quæ sua sunt. Quis autem is est, qui aliorum commodis seruit. Verum quæ laudabilis concordie incunde ratio erit? Date vos vim diuinitatis ac potentiam, hoc est, omnia quæ potest diuinitas, omnia quæ ipsius propria sunt, omnia quæ certis notis diuinitatem expriment, ac vobis vicissim hanc vocem, Deus, aliquantisper concedemus, nequaquam à vobis eam exigentes. Modò enim vim confiteamini, de voce contentionem non mouebimus. Naturam & diuinitatem Sp. sancti confiteamini in aliis dictionibus eandem vim habentibus ac Deo conuenientibus, quibus plus tribuitis, quas magis honoratis ac veneramini, vt probatas & in Scriptura expressas. Quoniam enim vnicam hanc vocem, Deus, nobis dare grauamini, alias saltem date, verbi gratia, quòd increatus sit Sp. sanctus, quod omnipotens, & reliquas huiusmodi, ex quibus compendioso artificio ipsum quoque Deum esse colligamus. Nos autem nequaquam vt sceleratos vos execrabimur, sed vt infirmos medicorum more curabimus, ignorantia, potius quàm amentia circa fidei doctrinam offendentes, ac propter mentis langorem & imbecillitatem huiusmodi vocem proferre non audentes. Eam autem in curando rationem tenebimus, vt nequaquam puram de Spiritu sancti diuinitate doctrinam vobis propinemus, sed nonnulla quoque verba, quæ vobis magis arrident, admisceamus: non secus ac medici iucunda quædam agentibus indulgent, quòd facilius medicinam admittant. Turpe enim est & perabsurdum vos animo sanos ac rectè valentes, quatenus Sp. sanctum rectissimè Deum existimatis, sordidè circa vocis sonum litẽ creare, ac tenaciter immorari, dicere nolentes, id quod animo creditis, nimirum quòd Sp. sanctus Deus sit: verum thesaurum, quem in pectore habetis, abscondentes, vt suspicionem moueatis, id ea de causa à vobis fieri, vel quòd aliis inuideatis, ac solè hac cognitione & sciencia frui velitis, vel quòd metuatis, ne linguæ quoque vestre sanctitas ipsa pronuntiatione comparetur, quemadmodum anima per rectam de Sp. sancto fidem san-

Cap. 4.

Esai. 8. Rom. 9.

Etificata est. Turpius autem nobis est, si idem admittere comperiamur, quod vobis obiiciamus, hoc est, cum vos accusamus, ut circa vocis sonum sordidè & prae parè affectos, nec eam intèdètes, iidem quatuor literas (quae sunt Deus) nimium anxie persequamur, nec aliter vos admittamus, quam si eas pronùcietis: perinde ac si pietas in nominibus posita sit, non in rebus.

Trinitatem viri boni, vnius diuinitatis esse fateamini, atque, si magis placet, vnius naturæ: atque hanc vocem, Deus, à Spiritu vobis postulabimus. Dabit enim perfectò secundum, qui primum dedit, idque potissimum, si conflictatio hæc vestra non à diabolica contradicendi libidine, sed à spiritali timiditate proficiatur. Atque, ut apertius & compendiosius loquar, sic inter nos agamus, ut nec vos sublimioris vocis ergò nos in crimen vocetis (nec enim inuidia & reprehensione premi debet huiusmodi ascensus) nec nos vicissim eam vocem, cuius adhuc capaces estis, vobis obiiciamus: quandiu alio itinere ad idem diuersorium ferimini. Non enim victoriam ambimus, sed ut fratres, quorum secessione distorquemur, ad nos redeant laboramus.

Modus disputandi cum hereticis.

NICET. Fateamini, inquit, o amici, sanctam Trinitatem vnius esse diuinitatis ac naturæ: atque ego Spiritum precabor, ut vox hæc, Deus, vobis inspiretur. Hæc autem idcirco Theologus dicit, quoniam illis lenius videbatur dicere, Trinitatem vnius esse naturæ, quam hæc tria vnum Deum esse. quanquam eadè verborum vis esset. Deinde subiungit, Qui primum dedit, nempe ut Trinitatem vnius esse naturæ fateamini, dabit etiam secundum, nimirum ut Spiritum Deum aperte confiteamini. Nam si vnius naturæ & diuinitatis est Trinitas, perfectò cum eam expleat Sp. sanctus, ipse quoque Deus est. Dabit autem vobis huiusmodi vocem ac confessionem, si modò conflictatio vestra à timiditate spiritali proficiatur (quòd fortasse timeatis dicere, quæ apertis verbis scriptura non expressit) non autem à diabolica contradicendi libidine, cupientibus scilicet vobis proprium dogma conscribere, quamuis infirmum sit & vanitatis plenum. Atque, ut compendiosius loquar, sic inter nos agamus, ut nec vos sublimioris vocis ergò nos accusetis, hoc est, quia magna quædam de Sp. sancto proloquimur, atque ad perfectæ Theologie verticem ascendimus, Deum ipsum esse pronunciantes (nec enim inuidiam & reprehensionem meretur huiusmodi theologicus ascensus: nec nos vicissim vobis infirmis & rudibus eam vocem, cuius solum capaces adhuc estis, criminis causa proferemus. Quamuis enim Sp. sanctum nominatim Deum non dixeritis, modò aliam quandam vocem eandem vim habentem in altero verborum sono extuleritis, haudquaquam eo nomine vos accusabimus ac reprehendemus: quoad velut quidam viatores per alia nomina & verba quasi per aliam quandam orbitam ad idem diuersorium atque hospitium huius vocis, Deus, veniat. Neque enim de vobis victoriã referre affectamus, ut ij solènt, quos amor sui præcipites agit: verum ut charitate præditi fratres assumere cupimus fidei vnitatem nobiscum coniunctos, quorum secessione non minus acerbè discruciamur, quam si à propriis membris diuelleremur.

Atque hæc ad vos dicta sint: apud quos vitale quidpiam reperimus, quippe qui sanè atque integrè de Filio sentiatis, quorum cum vitam mirificè probemus, doctrinam tamen non omni ex parte laudamus: qui cum ea, quæ sunt Spiritus, habeatis, Spiritum quoque insuper assumite, ut non solum certetis, sed etiam legitime: nam hinc coronæ decus comparatur.) Hoc vobis præclaræ vitæ præmium detur, ut Spiritum plenè perfectèque confiteamini, ac nobiscum, immò etiã ante nos, quantum æquum est, prædicetis. Atque etiam maius quiddam vestra causa dicere, illudque Apostoli proloqui non dubitabo. Adeò vos amplector atque exosculor, adeò concinnam hanc vestram & compositam vestem reuereor, & colorem eum, quem vobis vitæ frugalitas affert, & sacros hos cœtus, & augustam virginitatem ac purgationem, & in psalmodiarum cantillatione permutationem, & propensum in pauperes, & fratres, & hospites studium atque amorem, ut anathema etiam à Christo esse, ac non nihil ut damnatus perpeti non recusem: modò nobiscum adiungamini, communibusque animis Trinitatem concelebremus. Nam quid de aliis dicam perspicuè mortuis & extinctis (quos ad vitam reuocare Christi solius est, qui sua potentia mortuos viuificat) qui locorum spatii sceleratè distrahuntur, cum doctrinæ vinculo constricti sint, tantumque inter se contèdunt, quantum distorti oculi vnam eandemque rem cernentes, ac non obtutu, sed situ duntaxat inter se dissidentes: si tamen illis distortio ac peruersitas potius quam cæcitas obiicienda est.

Pro fratrum salute anathema esse cupit Gregorius.

NICET. Atque hæc, inquit, vobis differimus, apud quos vitale quidpiam reperimus. Quid hoc? sanam de Filio doctrinam & fidem. Macedoniani enim dimidia ex parte rectè sentiebant, atque etiam Semiariani nominabantur, ut qui in Sp. sanctum solum blasphemarent, non item in Filium. Quorum præclaram & pietatis colendæ studio deuotam vitæ rationem suspicientes, doctrinã tamen nequaquam comprobamus, ut pote

A

B

C

D

E

non rectè sectam. Quocirca cum Spiritus fructum habeatis, id est, spirituales actiones, Spiritum quoque insuper assumite, de ipsius diuinitate, ut digni est, differentes: ut (quoniam iuxta Apostolum, etiam si quis certet, non tamen corona donabitur, nisi legitime certet) vos non solum certetis, sed etiam legitime. Nam hinc coronæ decus comparatur, nempe ex legitimo certamine. Stulti enim ac vœcordis est animi, in spiritalibus elaborare, laboris autem coronam ideo non accipere, quia huiusmodi labor non ut oportet suscipiatur. Is porro legitime certat, qui non modò ad certamen accinctus est, atque in arenam prodiit, sed etiam certaminis legibus satisfecit, atque aduersarium superauit. Ipse enim vobis hanc laudabilis vitæ mercedem dari opto, ut Spiritum egregiè confiteamini. Ac cum cætera vestra rectè facta, tum pallorem istum ex vitæ continentia & frugalitate affusum amplector & exosculor, ut pro vobis illud Apostoli proferre non dubitem, Optabam anathema esse à Christo, id est, distinctus & separatus. Paulus enim Mosè imitatur cognatorum ac contributorum suorum vicem dolentem, Deumque his verbis alloquentem, Si peccatum ipsis dimiseris, dimitte: sin minus, de libro, quem scripsisti, me quoque oblittera. Atque multorum salutem sua vnius salutem fructuosam præstabiliorèque ducebat: id quod est hominis tum proximum ut seipsum diligentis, tum maximè Christum amantis, ac duo prima & magna præcepta simul explentis. Eodem igitur modo ipse quoque non nihil ut damnatus perpeti non recuso hac conditione ut nobiscum stetis, ut communibus animis Trinitatem concelebremus. Nam quid de aliis dicam, de Arianis scilicet & Eunomianis, qui non solum in Spiritum blasphemos sermones euomunt, verum etiam in Filium: ac propterea quatum ad animam attinet, prorsus mortui atque extincti sunt. Anima quippe mors, separatio est à Deo: quem admodum corporis mors, est ipsius ab anima disunctio. Hos enim, per incredulitatem & perfidiam mortuos, ad vitam reuocare Christi solius est, (qui, ut est apud Paulum, viuificat mortuos secundum ineffabilem diuinitatis suæ potentiam.) Qui quidem Ariani pietatem simulantes loco quidem à reliquis eiusdem doctrinæ assertoribus, nimirum ab Eunomianis callidè atque astutè separantur, nequaquam cum illis, velut ab eorum dogmate abhorrentibus, versantes: ceterum quantum ad doctrinam ac sectam attinet, inseparabili nexu cum illis coherent, ac tametsi de fidei doctrina inter se dissidere videantur, quia locorum intervallis distincti sunt, non tamen dissident, quandoquidem ad vnam eandemque rem concordibus animis feruntur. Et quemadmodum duo oculi distorti, tametsi ob peruersum & inæqualem situm sibi inuicem aduersari videantur, minimè tamen aduersantur, quoniam rem eandem intuentur (neque enim aspectu, sed situ dissident: nec quantum ad actum inter se contrarij sunt.) sic etiam Ariani haudquaquam inter se quantum ad fidei doctrinam pugnant: ad eandem etenim impietatem collinant: verum quantum ad locum, quo inter se disiunguntur. Quin etiam hoc in ista comparatione discriminis est, quòd pravi ac distorti oculi vtrunque cernunt: hi autem, ut aptius loquar, animi operibus prorsus caligant. Atque ut alio exemplo vtamur, quod in viis & fluuiis reperire est, ut à se inuicem secentur, ac rursus in vnu cœant: idem hereticis vsu venit. Nam in quibusdam dissentientes, in quibusdam rursus consentiunt: adeò ut planè perspicere nequeat, in quo vel differant, vel doctrinæ communionem iungantur. Hæc verba, atque hæc vobis differimus ad Macedonij sectatores referuntur. Ariani enim & Eunomiani tanta animorum contentione inter se pugnant, ut ne mutuum quidem aspectum & congressum ferre possent. Quos etiam haud dubiè mortuos esse dicit, ut pote eò impudentiæ prorumpentes, ut & Filium & Sp. sanctum impiis conuitiis insectarentur. Optat autem Gregorius hanc probatissimæ vitæ mercedem Macedonianis dari, ut Sp. sanctum Deum confiteantur, eumque cum Christianis Deum prædicent. Immo etiam ante nos, id est, seorsum à nobis: vel etiam hoc vult, ut priusquam ad hanc confessionem veniant, quæ Sp. sanctum perspicuè Deum prædicat, per alias dictiones idem significantes confiteantur. Nam hæc verba, Quantum ipsius dignitas postulat, exprimendæ diuinitatis mihi vim habere videntur. Vel etiam, Ante nos dixit, id est, in omnium conspectu & propalam ac libere.

Gal. 3. Rom. 9. Exod. 32. Rom. 4.

C

D

E

Postquam autem ad vos vtrunque differui, agedum ad Spiritum iam ipsum redeamus: ac vos iam, ut opinor, dicentem sequemini. Sp. sanctus & semper erat, & est, & erit, nec villo ortu generatus, nec finem habiturus, sed semper cum Patre & Filio coniunctus atque connumeratus: nec enim conueniebat, ut vel Pater Filium, vel Filius Sp. sanctum aliquando desideraret. Maximam enim alioqui ignominiam perferret diuinitas, ut quæ ad perfectionis cumulum velut ex pœnitentiã venisset. Erat igitur semper, participans non particeps: perficiens non ab alio perfectus: expletus non expletus: sanctificatus: diuinitatem afferens non accipiens: ipse semper, & secum, & cum iis, quibus adiunctus est, idem & æqualis: & inuisibilis, temporis expers, nullo spatio circumscriptus, immutabilis, qualitate, quantitate, forma & tactu carès, suo pte & sempiterno motu agitabilis, arbitrij libertatem & potestatem à se habens, omnipotens (tametsi ad primariam causam, omnia quæ spiritus sancti sunt, quem admodum & quæ vnigeniti, referuntur) vita & vitæ parens, lumè & luminis suppeditor, bonitas ipsa & fons bonitatis, Spiritus rectus, principalis dominus, mittens, segregans, templum sibi extruens, viam præmonstrans, arbitrato suo afflans, gratiãque diuidens, Spiritus adoptionis, veritatis, sapientiæ,

Hæc i meo Niceta non habentur, & alius cuiuspiam esse videntur.

Sp. sancti æterni.

* Ορθοτομουσιν, hac dictione vtitur Paul. 2. Timoth. 2. cap. ορθοτομουσιν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, rectè secantem. Vulgata versio, tractantem.

prudentiæ, scientiæ, pietatis, consilij, fortitudinis, timoris, quemadmodum superius commemorauimus. per quem Pater cognoscitur, & Filius celebratur, & à quib⁹ solis ipse cognoscitur, vna classis, vna adoratio, potētia, perfectio, sanctitas.

NICET. Postquam, inquit, ad vos utcumque differui, qui Macedonij dogma profitentes circa Filij diuinitatem recto iudicio ducimini, agedum ad sermonem de Sp. sancto se referat oratio. Ac vos quoque, ut opinor, his, quæ attulimus, persuasi contentione abiecta dicentem, sequemini, ac benigne & candidè verba nostra audietis. Hinc autem ordiemur. Sp. sanctus nec cæpit esse (semper enim erat) nec esse desinet: verum est & erit, & cum Patre ac Filio coniungitur & connumeratur, non autem subiungitur, aut subnumeratur: quemadmodum hæreticis placet ipsius dignitatem imminuere cupientibus. Aiunt enim equalibus & eandem substantiam habentibus connumerationis verbum conuenire: inferioribus autem diuersamque substantiam habētibus, subnumerationis nomen quadrare, vel singularis declarationis. A c connumerationem quidem vocant contractionem eam, quæ in vnum numerum fit, ut cum dicimus tres deos aut tres homines: non autem connumerationem, sed singularem enunciationem, cum dicimus, vnum & vnum: subnumerationem denique postremum in enumeratione gradum, ut, Pater, Filius, & Sp. sanctus. En, inquit, postremus recensetur ac pronunciat Spiritus, ac Patri & Filio subnumeratur. Atque hæc ipsi dicunt, doctrinam suam quasi lata lege promulgantes, ceterum à veritate recedentes. Nam re vera Sp. sanctus in Scriptura non semper postremo loco ponitur, sed interdum etiam priori loco numeratur, Pater autem posteriori, ut cum ait Apostolus, Diuisiones gratiarum sunt: idem autem Spiritus, qui operatur diuisiones gratiarum (pro ratione, ut opinor, & merito eorum qui eas suscipiunt) & diuisiones ministrarum sunt, idem autem Dominus, & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus. Hic enim primum Sp. sancti meminit, deinde Filij, postremò Dei & Patris. Iam nec ea sola connumerantur, quæ substantia eadem sunt, sed ea etiam, quæ diuersam habent substantiam. Ait enim Ioannes: Tres sunt qui testimonium dant, Spiritus, aqua, & sanguis. Hæc porro substantia eadem non sunt. Vides quo modo corruat hæreticis illa connumerationis disputatio. Spiritus igitur eodem ordine cum Patre & Filio censetur ac glorificatur, utpote per quem ipsa quoque diuina operatio expleatur. Gratia enim Domini nostri Iesu Christi, inquit Apostolus, & charitas Dei & Patris, & participatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Et nostræ salutis caput, ac perfecta de diuinitate traditio hæc est, ut qui Baptismi aqua tinguntur, ad consequendam sanctificationem in nomine Patris & Filij & Sp. sancti baptizentur. Nam quod in iisdem diuinis operibus sancta Trinitas glorificatur, certissimum diuinitatis vnus argumentum est. Ac rursus Apostolus in hunc modum loquitur, Vnus Deus, ex quo omnia: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & vnus Sp. sanctus, in quo omnia. En hoc quoque loco Sp. sanctus eodem ordine ac numero cum Patre & Filio ponitur. Neque enim alioqui Trinitas fuerit, nisi Spiritus quoque connumeretur. Et quemadmodum tradidit magnus ille, & à miraculis editis Thaumaturgi cognometum adeptus Gregorius, nunquam vel Patri Filius defuit, vel Filio Sp. sanctus, ut Spiritus hostes astruunt. Id enim in maximam ignominiam Dei cederet. Inc enim conficeretur Deum à principio perfectum nõ fuisse, verum postea à quasi pœnitentia motum, Personam, quæ desiderabatur, hoc est, Sp. sanctum assumpsisse, atque ita ad modis omnibus cumulata perfectamque diuinitatem peruenisse. Erat igitur in principio Spiritus, ac percipitur quidem ab omni creatura ad sui coagmentationem conseruationemque eo opus habente. Ceterum ipse nullius rei particeps efficitur. Nullius enim indiget, seque ipso contentus est. Perficit omnia, atque ipsos etiam angelos per sanctificationem: ipse autem non perficitur, quippe natura perfectus atque incrementum nesciens. Implet omnia sua essentia. Spiritus enim Domini repleuit orbem terrarum, inquit Solomon. Et Dauid, Quo ibo à Spiritu tuo? Ipse autem non impletur, utpote plenus ac plus quàm plenus: & de plenitudine eius nos omnes accepimus, & accipimus, atque implemur. At ipse nec rei vllius indiget, nec minuitur: non secus ac sol corporibus affulgens varièque ab illis perceptus haudquaquam à percipientibus imminuit. Sanctificat, ut natura sanctus. Abluti enim estis, inquit, & sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri: Ipse autem Spiritus minime sanctificatur. Neque enim quod essentia sanctum est, sanctificationem requirit. Hominibus diuinitatem affert per adoptionem & gratiam: ipse autem Deus non efficitur. Nam quod aliis diuinitatem largitur, natura Deus est. Adhæc ille sibi ipsi semper æqualis & idem est, nullam conuersionem ac mutationem admittens, quemadmodum nec Pater nec Filius, cum quibus Spiritus coniunctus est. Inuisibilis Sic enim ait Christus, Spiritum mundus accipere non potest, quia non videt eum. Temporis expers, quoniam & increatus. Creati enim sunt, quæ in tempore sunt. Incomprehensibilis mundo quantum ad potentiam & magnitudinem, propter bonitatem ac beneficentiam capaces sui homines facit. Immutabilis, quia & ingenuus. Quæ enim orta ac generata sunt, alterationi obnoxia sunt. Qualitate, quantitate, forma, & tactu carens, quia simplex & incorporeus. Accidentium enim rationem habent qualitas, quantitas, tactus, & forma seu figura, quæ quidem in compositis considerantur. At Deo qualitas nulla tribuenda est, ne compositum ipsum statuamus, nimirum ex substantia & qualitate, nec vllum omnino accidens. Nihil enim in ipso nascitur atque extinguitur: verum immutabilis est & inalterabilis, sempèrque, ut diximus, eodem modo se habet. Iam verò cetera omnia aliunde motu habent, hoc est, à Deo, à quo facta sunt: at Sp. sanctus, qui Deus est, nec à quoquã productus est, nec mouetur, verum suoapte motu cietur, ac proinde perpetuum motum habet. Insuper arbitrij quoque liberi est Sp. sanctus. Diuersa autem significatione arbitrij libertas capitur, aliter cum de Deo sermo habetur, aliter cum de angelis, aliter denique cum de hominibus. In Deo est superessentialiter: in angelis, quia conatus operisque expromptio cum habitu concurrat, nec vllam temporis

1. Cor. 12.

1. Ioan. 5.

2. Cor. 12.

1. Cor. 8.

S. p. 1.

Psal. 138.

Ioan. 1.

1. Cor. 6.

Ioan. 14.

poris interapedinem admittit. Nam cum angelus arbitrij libertatem naturã habeat, sine vlllo impedimento ea vitur, quandoquidem nec corporis v. luctationem patitur, nec cuiusquam oppugnatione premitur. Simul enim cum natura & creatione sua liberam arbitrij facultatem accepit angelus nequaquam postea ipsi accedentem, aut intermedium tempus habentem. Id autem proposito exemplo clarius erit. Puer enim etsi naturã liberum arbitrium habet, tamen ob imbecillitatem in multis rebus ea libertate vii prohibetur. At in hominibus habitus ante aggressionem temporali modo prior cogitatur. Tameñ enim ipse quoque arbitrij libertate præditus est, eamque natura habet: tamen ob diaboli impetum & oppugnationem, & propter corporis grauitatem vsus ipsius & executio habitu posteriores sunt. Iam Spiritus quoque ad v. dicitur esse, id est, naturã & à seipso potentiam habet, ac propterea omnia, quæ vult, potest: non autem omnia vult, quæ potest. Mundum enim delere ac perdere potest, non tamen vult. Quod si quid humiliter & abiectius de eo dictum inuenias, exempli causã, quod à Patre mittitur, aut datur, aut diuiditur, aut intercedit, aut aliud quidpiam huius generis, scito hæc omnia ad primam causam referri, hoc est, ad Patrem, quemadmodum & ad eundem sua Filius refert. Sic enim vita ipsa loquitur, Ego vivo propter Patrem. Et ipsa potentia, Non potest Filius facere à seipso quicquam. Et perfecta Sapientia, Mandatum accepi, quid dicam, aut quid loquar. Ac rursus, A meipso non sum locutus: sed quemadmodum dixit mihi Pater, sic facio. His autem verbis non eò vitur, quod voluntate ac motu careat, ac veluti imperialem tesseram expectet: sed ut sententiam suam coniunctim & inseparabiliter à Patre pendente ostendat, ac per hæc omnia ad Patris cognitionem nobis præcitat: ad quem rerum earum, quæ ab eo eduntur, miraculum refert, ut per eum ad Patris cognitionem euehamur. Quinetiam Spiritus vita est, & viuificans. Sic enim ait Apostolus, Spiritus vita est per iustitiam. Eueha occidit, Spiritus autem viuificat. Et Dominus ipse hoc testimonio suo confirmat, Spiritus, inquit, est, qui viuificat: caro non prodest quicquam. Viuificat porro cum Deo Patre omnia viuificat, & cum Filio vitam dante. Sic enim ait Apostolus, Qui suscitauit Christum à mortuis, viuificabit & corpora nostra mortalia per inhabitantem Spiritum suum in nobis. Et Christus, Oues meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do eis. Et, ut vno verbo absolua: quemadmodum nec ab igne calor, nec à luce splendor separari potest, sic nec à Spiritu sanctificatio, viuificatio, bonitas, rectitudo. Nec quicquã horum aduentitium ipsi est, aut posterius accedens. Lumen est & luminis porrector. In lumine enim tuo, inquit, videbimus lumen, id est, in Spiritu Filium. Hoc porro Davidis oraculum cum baptizato Iesu, ut est apud Ioannem, Sp. sanctus Filio diuinitatis testimonium præbuit, in columbe forma descendens. Nam tum in Spiritu tuo Filium cognouimus. Lumen autem Sp. sanctus appellatur, quia omnem ignorantiam & errorem ex animis, quibus infusus est, dispellit: tum etiam quia omnia, quæ ipsius splendore continentur, ad seipsum colligit. Bonitas ipsa & fons bonitatis, id est, essentialia bonum, à quo & alia ut ex fonte bonitatem hauriunt. Dauid enim Sp. bonum ipsum nominat: Theologus autem laudem amplificans atque ostendens eum non participatione bonum esse, bonitatem ipsam eum nuncupauit, cuius beneficio alia quoque bonitatem consequuntur. Spiritus rectus, principalis. Hæc quoque Davidis sunt. Spiritum enim, inquit, rectum inuocaui in visceribus meis. Et, Spiritu principali confirma me. Ac rectus quidem dicitur, ut flexuoso & obliquo serpenti contrarius. Nam, ut ait Scriptura, Spiritus sanctus effugiet dolum. Rectus etiam dicitur, quia ipse iustitia est & veritas, digressiones ac deflexiones in vtranque partem non habens. Principalis autem, ut princeps & dominator, tum etiam ut principem mentem dirigens. Ita dominum eum vocat Apostolus dicens, Dominus autem dirigat corda vestra ad dilectionem Dei, & ad patriam Christi. Et alio loco, Vos autem Dominus multiplicet & abundare faciat per charitatem mutua, & ad confirmanda corda vestra sine reprehensione in sanctitate coram Deo & Patre in aduentu Domini nostri Iesu Christi. Et alibi expressè eum Dominum vocat his verbis, Dominus autem Spiritus est. Et rursus, Tanquam à Domino Spiritu. Atque etiam mittit & segregat sp. sanctus. Ait enim Esaias, Dominus misit me, & Spiritus ipsius. Scriptum etiam habetur in Actib. Apost. Et illi quidem emissi à Spiritu descenderunt in Seleuciam. Et in eodem libro, Dixit sp. sanctus, Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus, ad quod eos accepi. Templum sibi extruens. Hoc quoque ab Apostolo sumptum est, Nescitis, quod templum Dei estis, & Spiritus Dei habitet in vobis. Et rursus, Corpora vestra templum sunt sp. sancti, qui in vobis est. Atque etiam iter commonstrat sp. sanctus. Descendit enim, inquit, Spiritus à Domino, & præiuit eis. Et Dauid, Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam. Et Dominus, Cum venerit paracletus Spiritus veritatis, ille vos commonfaciet, ac deducet in omnem veritatem. Ac ne mihi hanc prætionem in abiectiorem sensum interpreteris, hoc quoque opus Deo attribuit Scriptura. Deduxisti enim, inquit, quasi oues populũ tuum. Et, Qui deducit velut ouem Ioseph. Et, Deduxisti eos in spe, & non timuerunt. Præterea Spiritus prout vult, operatur, ac diuidit gratias, quemadmodum & Paulus testatur dicens, Hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens priuatim vniciusque sicut vult. Spiritus adoptionis. Sic rursus Paulus ipsum vocat sic loquens, Non enim accepistis spiritum seruitutis ad timorem, sed spiritum adoptionis accepistis. Spiritum autem veritatis Dominus ipse eum nominatur, dicens, Cum venerit paracletus Spiritus veritatis. Nomina autem, quæ deinceps sequuntur, Esaias enumerat, de Christo ad hunc modum vaticinans. Et requiescent super eum Spiritus septem, Spiritus sapientiæ & prudentiæ, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis, Spiritus timoris Dei implebit eum. Sic autem vocatur sp. sanctus, ut eorum author & supplicator. Atque etiam per Spiritum Pater cognoscitur. Spiritus enim, ut ait Apostolus, omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Et alio loco, Quis enim ea scit, quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est? sic etiam ea, quæ Dei sunt, nemo scit, nisi Spiritus Dei. Per Spiritum Filius celebratur. Ipse enim Vnigenitus in Ioannis Euangelio de Paracleto sic loquitur, Ille me glorificabit. Spiritus enim Dominum dignè glorificat,

Ioan. 5.

12.

14.

2. Cor. 3.

Ioan. 6.

Rom. 4.

Ioan. 10.

Psal. 35.

Psal. 50.

2. Thess. 3.

1. Thess. 3.

Ioan. 4.

Est. 48.

Act. 13.

1. Cor. 3.

1. Cor. 6.

Psal. 142.

Ioan. 16.

Psal. 76.

79.

77.

1. Cor. 12.

Rom. 8.

Ioan. 16.

Esai. 11.

1. Cor. 2.

16.

Ioan. 17.

non ut creatura, sed ut spiritus veritatis dilucidè ac perspicuè in seipso veritatem ostendens, atque etiam ut spiritus sapientie Christum, qui Dei sapientia est, in sua magnitudine patefaciens. Tum etiam duplex est gloria, alia naturalis, ut gloria solus lux est, alia externa, qua ex animi proposito & voluntate ac iudicio, qui ea digni sunt, afficiuntur. Cuius duo quoque sunt genera. Filius enim, inquit ille, glorificat Patrem suum, & servus dominum suum. Quocirca gloria servilis à creaturis præstatur: at familiaris & propria à spiritu tribuitur. Sic igitur & Pater per spiritum cognoscitur, & Filius glorificatur. Rursus autem spiritus ab his solus cognoscitur, hoc est, à Patre solo & Filio. Atque una sancte Trinitatis classis est, id est, unio & adoratio eadem. Nec enim aliter Patrem ac Filium, aliter sp. sanctum colimus & adoramus, sed eodem prorsus modo. Una adoratio, & unus honor secundum cultum, non secundum relationem. Una potentia trium Personarum immensa & infinita. Potest enim sancta Trinitas, quidquid vult. Una perfectio & sanctificatio, qua à tribus Personis affertur.

* Hoc loco in Regine codice quadam inserta erant, quæ nihil ad rem faciebant nec in nostro Niceta legantur. Quare ea loco movimus, atque in sua sede collocavimus, nimirum ubi locus ille Davidis profertur. In lumine tuo videbimus lumen.

Omnia que Pater habet sunt Filij.

Quid pluribus verbis opus est? Omnia quæcunque Pater habet, sunt Filij, præterquam quòd ingenuus non est. Omnia quæcunque Filius, Sp. sancti sunt, si generationem exceperis. Hæc porro nequaquam substantiam fecernunt, ut quidem ipse sentio, verum circa substantiam fecernuntur.

NICET. Pater, Filius, sp. sanctus, ingenuus, generatio, processio, fac proprietates has memoria teneas. Quid, inquit, cætera commemorare attinet? Omnia quæcunque pater habet, sunt Filij, præterquam quòd ingenuus non est, iuxta Domini ipsius vocem dicentis, Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt. Nam profecto quæcunque principi formæ adsunt, eadem imaginis quoque sunt. Et omnia quæ Filius habet, sp. sancti sunt, excepta generatione. Neque enim genitus est spiritus, sed procedens. Spiritus rursus Filij imago est. Hæc autem nomina nimirum ingenuus, generatio, & processio, licet pronuntiatione diversi sint, haudquaquam tamen diversas substantias inducunt, aut eas dividunt, quasi essentialis quædam differentia, sicut Ariani atque Eunomiani blaterant: verum, ut ipse censeo, circa unam eandemque substantiam dividuntur, velut proprietates distinctarum personarum indistincte substantiæ & naturæ ac divinitatis. Quemadmodum enim propria nomina, verbi gratia Petrus Paulus & Ioannes non naturas dividunt, sed circa naturam eandem dividuntur, ac personas distingunt: (quævis enim diversa sint nomina: natura tamen ipsorum una est, nimirum humanitas) eodem modo & ingenuus, generatio & processio, tria nomina inter se quidem eadem non sunt, verum ea, quibus insunt, eadem sunt: nec substantiam scindunt, sed circa eandem substantiam scinduntur, ac personas fecernunt. Nam proprietates istæ velut notæ quædam in substantia consideratæ propriis quidem ac peculiaribus notis rem communem dividunt, substantiæ verò identitatem minimè disjungunt. Exempli causâ, Communis quidem est divinitas: proprietates autè, Paternitas & filiatio, ex utriusque porro connexionione veritatis cognitio atque comprehensio nobis ingeneratur.

Honorandus dies sacer spir. sancto.

Parturis obiectiones? at ego orationis cursum. Diem Spiritui sacrum honori habe: linguâ paululum, si fieri potest, comprime. De aliis linguis oratio nobis instituta est: has reuerere vel extimesce, videlicet cum igne conspicuas. Hodie fidei dogmâ proponamus: cras argutè & artificiosè differemus. Hodie festum agamus: cras ab honesto & decoro recedemus: Hæc mysticè, illa theatricè: hæc Ecclesiis conueniunt, illa foro: hæc sobriis, illa temulentis: hæc seriò agentibus, illa aduersus Spiritum ludentibus.

Psal. 33. Deut. 4.

NICET. Orationem ad spiritus hostes conuertit, atque, parturis obiectiones, ac rursus in contentiosas disputationes erumpit? Paras querere, Quo modo sp. sanctus cum à patre sit non generationis modo, sed processio, Deus sit. At ego instituta orationis cursum serièque parturio. Tempus enim hoc festiue celebritatis est, non contentionis. Prohibe linguam tuam à malo: paululum eam comprime. De aliis linguis nobis agendum est. Has cum igne conspicuas venerare, quia diuinitatem indicant. Deus enim noster ignis consumens est: vel extimesce propter vim adustiuam, quam diuinitas habet. Hodie fidei dogmâ proponamus, id est, fideliter & simpliciter doctrinâ de sp. sancto, quam scriptura nobis offert, utamur: cras autem artificiosè differemus, & ab honesto ac decoro recedemus, id est, argutè & sophisticè & ex Dialecticæ artis legibus & methodo disputationem instituemus. Enimverò hæc verba, fidei dogmâ proponamus, & festum agamus, consulèdi animo dicuntur. Hæc autem, artificiosè differemus, & ab honesto & decoro recedemus, sunt ironicè loquentis, atque huiusmodi res auersantis. Vnde & turpitudinem & tumulentiam eas vocat, atque ad forum & theatra reicit.

A quo habent angeli ut sint ad malum immobiles.

Posteaquam autem alienos submouimus, age nostros instauremus. Primum igitur sp. sanctus in angelicis & cælestibus copiis, iisque quæ post Deum primæ sunt, eumque circumstant, vim suam exercebat. neque enim aliunde perfectionem atque splendorem habent, eamque status præstantiam, ut ad malum non facile, vel nullo prorsus modo moueri queant, quam à sp. sancto. Deinde in Prophetis,

phetis, qui partim Deum per imaginem conspexerunt aut cognouerunt, partim etiam res futuras præsciuerunt, impressam nimirum per Spiritum sanctum principem animi partem habentes, & futura quasi præsentia cernentes. Huiusmodi quippe Spiritus vis est ac potentia.

NICETAS. Posteaquam alienos & hereticos submouimus atque extrusimus, age iam nostros & eadem fide præditos meliores faciamus. Hic igitur Spiritus sanctus prius, id est, antequam sensibilis natura procreata esset, in angelis vim suam exercebat. Ipsius enim beneficio perfectionem illi habent: perfectio autem angelorum sanctificatio est, constansque in ea permanens. Ac rursus illuminationem habent, eamque præstantiam, ut cum prius ad malum ægrè impellerentur, nunc ne villo quidem modo impelli queant, idque non natura, sed gratia qua summo bono indiuisè assident. Quoniam enim modo angeli dicere queant, Gloria in altissimis Deo, nisi vim eam à spiritu acceperint? Nemo enim potest dicere Dominum Iesum, nisi in sancto spiritu. Quoniam item modo primæ illæ post Deum potestates beata vita fruenterent, nisi faciem Patris, qui in cælis est, semper viderent? Atqui visio hæc sine spiritus gratia non contingit. Quemadmodum enim si noctu lumen à domo sustuleris, nec oculis aspectus constabit, nec materiarum præcia & dignitates agnoscere poterunt: (tum enim per ignorantiam æquè aurum ac terra calcabitur:) sic etiam in spirituali angelorum ordine diuina vita sine spiritu permanere non potest, nihilo certè magis quam exercitus ordo & disciplina, nisi ordinum præfectus adsit, aut chori concentus, nisi chori magister cantorum voces componat atque concinet. Quoniam rursus modo dicere possent Seraphim, sanctus, sanctus, sanctus, nisi à spiritu didicissent, quoties huiusmodi laus pie repetatur. Ita fit, ut spiritualis ille concet nisi spiritus magisterio & disciplina retineri nequeat. Postea autem spiritus in patribus & in prophetis operabatur. Patriarcharum enim benedictiones & figuræ, ac vaticinia per spiritus gratiam conscribentur. Etenim ex iustis alij Deum per imaginem conspexerunt aut cognouerunt. Per imaginem, obscuram Dei perceptionem intellige: per cognitionem autem eam que illustrior est magisque perspicua. Vel etiam, quoniam phantasia sæpe imposturam animo facit, idcirco adiecit Theologus, cognouerunt, ut visionem hanc veram esse credas. Ergo Patriarchæ Deum per imaginem conspexerunt: Prophete autem futura quoque antè cognita habuerunt, impressam instar cere mentem à sancto spiritu habentes, ac futura quasi præsentia cernentes atque audientes. Quocirca prophetiam quoque visionem appellabant, atque ipsi videntes nominabantur. Huiusmodi quippe spiritus vis est: illuminatrix scilicet, ad summi boni cognitionem omnia collustrans. Etenim omnibus quæ ratione & intelligentia prædita sunt, ad veritatis inuentionem spiritualis lux est, iisque velut perspicuitatem quandam per se affert.

Luc. 2.

Matth. 18.

Esa. 6.

Tum in Christi discipulis (Christum enim prætermitto, cui non ut afflator aderat, sed ut honore æqualem comitans) iisque trifariam (prout ipsorum captus ferebat) tribusque temporibus, nempe antequam Christus per passionem glorificatus esset, postquam per resurrectionem glorificatus fuit, ac denique post eius ad cælos ascensionem siue restitutionem, siue quocunque alio nomine res ea fit appellanda. Hoc autem perspicuè ostendit tum prima illa morborum spirituumque depulsio, quæ certè non absque Spiritus numine fiebat: tum illa post expletum salutis nostræ negotium inhalatio, quæ diuini proculdubio inspirationis specimen habebat, tum postremò præsens hæc ignearum linguarum diuisio, quam solenni festo celebramus. Verum obscurius primum in eis efficax erat, secundò expressius, nunc verò pleniùs, utpote qui non iam actu præsens sit ut prius, sed essentiâ, ut sic loquar, adsit, simulque versetur. Nam cum Filius corpoream nobiscum consuetudinem habuisset, Spiritum quoque corporeo modo cerni conueniebat, & cum Christus ad sese reuersus esset, Spiritum quoque ad nos descendere, & quidem ita, ut & tanquam Dominus veniret, & tanquam Deo nequaquam repositus mitteretur. Etenim huiusmodi voces non minus concordiam declarant, quàm naturam distrahunt.

In Apostolis trifariam sp. sanctus vim suam exercuit.

In sufflatio Christi quid significabat.

Sp. sanctus corporeo modo cerni conueniebat.

NICETAS. Tum, inquit, Spiritus sanctus in Christi discipulis efficax erat. Nec enim dicere possum, quòd in Christo quoque operabatur. Christo siquidem aderat, non ut afflans, quemadmodum in aliis hominibus, qui spir. sancto afflantur, sed ut cum equali simul incedens atque existens, propter inseparabilem sancte Trinitatis coniunctionem. De qua re in hæc verba loquitur Basilius: ubi propria & conaturalis atque inseparabilis est societas, illic aptior & significantior vox est συνπαρῆσαι, id est, simul existere, quòd hoc verbum inseparabilem consortij cogitationem animo offerat: at ubi res vnite separari possunt, illic commodior & congruentior vox est ἐνπαρῆσαι, hoc est, inesse. Quemadmodum vitæ animæ συνπαρῆσαι dicimus, i. coesse, corpori autè ἐνπαρῆσαι, inesse. Ab eo enim separari potest. Eodè igitur modo sp. sanctus vnigenito filio coesse dicitur: aliis autè sanctis inesse. Spiritus itaq; triplici modo in Apostolis vim suam edebat, prout nimirum & ipsi capaces erant, & trium temporum ratio ferebat. Primum, i. ante Christi passionem, obscure, cum eos prædicatis

Matth. 10. *miser, & pellendorum morborum, demonumque prostigandorum potestatem ipsis dedit. Quae omnia nequaquam sine Spiritu numine fiebant. secundo post resurrectionem expressius & clarius. Christus enim cum insufflasset, dixit, Accipite Sp. sanctum, nequaquam alius existens, quam qui à prima rerum creatione insufflauerat. sed idē ipse per quem insufflatio data fuerat, * tunc quidem cum anima, nunc autē in animam. Tertio autem perfectius, cum Christus in caelum ascendit, vel diuinae gloriae restitutus est; vel quo nomine id appellandum sit, nescio. Addubito enim quod nomen ineffabili illi ad priorem statum ascensionis tribuendum sit. sed quo modo Spiritus discipulis perfectius in linguarum diuisione vim suam exeruit? nimirum quia non iam, vt prius, actu Sp. sanctus aderat, sed, vt sic loquar, essentialiter cum ipsis erat ac versabatur. Quod autem prolatae propter aptioris dictionis penuriam. Neque enim essentialiter cum Filio Sp. sanctus in Apostolis habitauit: verum per diuinam in habitationem igneasque linguas atque afflatum illum, per quem nihil non poterant sanctique Spiritus expletionem dicere quispiam posset eum essentialiter cum ipsis esse ac versari. Nam cum Filius corpore sensibili atque conspicuo nobiscum consuetudinem habuisset, par erat, vt Spiritus quoque corporaliter appareret, quemadmodum etiam apparuit, primum in forma columbae, nunc in forma linguarum ignearum. Et cum Christus ab iis, quae humanitati assumptae conueniebant, post resurrectionem ad ea, quae Deo conueniebant, reuersus esset, suaque gloriae, quam ante susceptum salutis nostrae negotium habebat, restitutus esset (nam ea in breue tempus propter nos exinanitus fuerat. Dicebat enim, Glorifica me pater, apud temetipsum gloria, quam habebam apud te, priusquam mundus esset) Spiritum ad nos post Christum descendere oportebat. Quod si audieris Christum in Euangelio dicentem, Cum venerit Paracletus, quem ego mittam: atque illud, nisi abiero, Paracletus non veniet ad vos, ita tibi hoc accipiendum est, vt venire quidem Sp. sanctum intelligas heriliter, atque vt dominum: mitti autem certo consilio ac dispensatione, & vt Deo minime aduersantem. Nam si quidem voces, πνευμα & πνευμα, id est mihi, ac ceterae eiusmodi, nequaquam omnino naturas diuidunt, quemadmodum opinantur heretici: verum concordiam etiam ostendunt. Vt si quis dicat, Missus est amicus ab amico, aut, Literae ab eo, qui scripsit, aut lapis ab eo qui proiecit. Quamobrem non semper naturas distrahunt, sed interdum etiam concordiam certo confirmant, atque aequae nunc hoc, nunc illud efficiunt. proinde quod Spiritus mitti dicitur, concordiam ipsius cum eo, à quo missus est, indicat, non autem seruilem gradum & subiectionem.*

* Tunc quidem hoc est, in Adami creatione insufflatio facta est cum anima, hoc est, cooperans animae, non quod idem cum anima esset: at post resurrectionem discipulis in animam insufflatio data est, hoc est, viuentibus ipsis, vna cum potestate ligandi & soluendi. Itaque insufflatio cum anima, sicut antè dictum est, haec duo significat, nempe quod non vt à terra corpus hominis à Deo acceptum atque creatum est, sic etiam anima, verum ex nihilo ab eo producta: tum etiam ligandorum atque soluendorum peccatorum potestatem ostendit, quam Apostoli à Domino post resurrectionem acceperunt. Ac tertio etiam indicat, quod non minus facile anima homini producta est, quam velut si quis flatum emittere queat. Haec quia Nicetae commentario in Reginae codice temere & perturbate inserta erant, nec in nostro habentur, huc reuocanda putauimus. Billius.

Idcirco post Christum quidem accedit, ne Paracletus nobis desit: alius autem, vt tu honoris aequalitatem cogites. Haec enim dictio, Alius, alium mihi aequalem constituit. Hoc porro nomen parem imperij gradum indicat, non ignominiam. Vox enim, Alius, non de alienis, sed de iis, quorum eadem est substantia, praedicatur. Iam verò in linguis apparet propter cognationem eam, quam cum Verbo habet. Cur autem in linguis igneis: vtrum propter purgationem (Ignis enim purgantis Scriptura meminit, quemadmodum cuius volenti discere promptum est) an verò propter essentiam? Deus enim noster ignis est, & quidem ignis improbitatem absumens, discrucieris rursus licet, in eas angustias adductus, vt eum eiusdem cum Patre substantiae esse tibi sit confitendum. Atque in dispersitis quidem linguis apparet ob gratiarum diuersitatem: sedentibus autem, propter regiae dignitatis excellentiam, eiusque super sanctos quietem. quandoquidem Deus quoque pro throno Cherubinos habet. In caenaculo verò (nisi forte curiosius quam par sit, ista persequi videor) propter eorum, qui accepturi sunt, ascensionem atque à terra subiectionem: nam & caenacula quaedam diuinis aquis, à quibus Dei quoque laudes celebrantur, regi audiimus. Atque ipse Iesus cum sublimioribus mysteriis discipulos initiaret, sacramentum ipsis in caenaculo impertit, vt illud ostendatur, partim Deum ad nos descendere, quemadmodum olim in Mose contigisse scimus, partim nos ad eum subuehi, sicque inter Deum & homines consortium iniri, vtriusque videlicet dignitate inter se commixta. Quandiu autem & ille in sua specula, & homo in humilitate & depresso-

Cur in linguis igneis apparuit Sp. sanctus.

Cur in dispersitis.

Cur in caenaculo sacramentum corporis sui Christus instituerit.

non

non modò diuitem à Lazaro & expetendo illo Abrahæ sinu dirimens, verum etiam procreatam & fluxam atque caducam naturam ab increata & stabili.

NICET. *Causam explicat Theologus, quare Spiritus post Christi ascensum descendit: atque ait, ne Paracletus nobis desit. Nam etiam Christus in prima Ioannis epistola Paracletus dicitur, si quis, inquit, peccauerit, Paraclatum habemus ad Patrem Iesum Christum iustum. Abeunte igitur Christo Paraclato, Paraclatum rursus ad nos accedere conueniebat, nempe Spiritum sanctum. Quin ipse quoque Dominus apud Ioannem ita loquitur, Ego rogabo Patrem, & alium Paraclatum dabit vobis, id est, alium mihi aequalem. Quocirca haec dictio, Alius, aequalitatis ac non imminutionis causa posita est, ac per eam dominationis consortium non contemptus indicatur. Haec enim vox, Alius, ita intelligenda est, vt alium mihi aequalem significet. Etenim in iis, quae eiusdem naturae sunt, alium atque alium dicimus, velut alius Petrus & alius Paulus: at cum de iis, quae diuersa naturae sunt, sermo habetur, aliud atque aliud dicimus, vt, aliud est bos & aliud equus. Quoniam autem in Actibus Apostolorum habetur, quod cum in caenaculo sederent, apparuerunt ipsis dispersitae linguae quasi ignis, seditque super singulis eorum, haec quoque discernenda sunt, ac primum cur in linguis. Cuius rei fortasse ea est ratio, quia sicut lingua proprium est sermonis organum: ita etiam Apostoli ad Euangelij verbum proprii & accommodati erant, non secus atque organa, ipsum resonantes, ac per linguas congruentia eorum, & aptitudo ad Christianae doctrinae promulgationem significabatur. Aut, si magis arridet, per Verbum, hoc loco Christum intellige. Itaque cum huiusmodi Verbo Sp. sanctus, perinde ac lingua quaedam, cognatione necessitudinemque, habet. Tanta est enim Sp. sancti cum Christo coniunctio, vt Christi quoque Spiritus dicatur. Si quis enim, inquit, Spiritum non habet, hic non est eius. Cur autem in igneis linguis? Fortasse quia purgandi vim Spiritus habet, velut ignis ille de quo Christus loquebatur, Ignem veni mittere in terram. Hic autem absumenda materiae, vitiosaeque actionis & habitudinis facultatem habet. Quem etiam quamprimum accendi cupit, hoc est, Euangelicam praedicationem, quae ignis more credentium peccata purgat atque abolet, fortasse etiam propter essentiam. Scriptum enim habetur in Deuteronomio: Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus amulator. Ignis igitur nomine essentia Dei intelligitur, non quod ipsa ignis sit, verum allegorica ratione, quia visua consumit atque abolet, ac mira vehementia agit. Deus enim vt iustis lux est, ita peccatoribus est ignis. Eodem igitur modo Spiritus quoque ignis dicitur, vt pote Deus, ad exprimendam, ni fallor, eius cum Patre & Filio substantiae aequalitatem, dirumpatur licet haereticus, atque in angustum prematur, quia Spiritum sanctum Patri & Filio consubstantialem esse concludimus aperteque probamus. Nam cum Deus ignis sit, ignis autem Spiritus quoque sit, profecto cum eiusdem sit substantiae cum Deo, Deum quoque ipsum esse perpicue constat. Cur autem linguae diuidebantur? Quia diuersae & multiplices sunt Spiritus gratiae. Atque alij quidem datur Spiritus sapientiae, alij autem Spiritus scientiae, alij autem prophetiae, alij genera linguarum, alijs aliud quoddam gratiae genus. Quamquam enim Spiritus ipse simplex est & partibus carens, atque indiuisibilis: ipsius tamen gratiae diuiduntur, ac pro cuiusque merito & dignitate distribuuntur. Quam autem ob causam sedentes linguae super Apostolos vise sunt? Quoniam regius thronus ipsi facti sunt regis ac Dei, hoc est, Sp. sancti, ac requieuit super eos Paracletus. Sic enim loquitur Dauid, Qui sedes super cherubim, manifestare. Et rursus, Ascendit super Cherubim & volauit. Et Ezechiel huiusmodi quandam visionem habuit, nempe Cherubim, & similitudinem thronorum & supra eum similitudinem, quasi formae hominis. Ac praeterea his verbis viuitur, Egressa est gloria Domini ab aprico domus, & ascendit super Cherubim. Quod sic cui curiosior, quam par sit, non videor, vt qui omnibus locis allegoriam captem, hoc quoque excutiam, quam ob causam cum Apostoli in caenaculo essent, Spiritus ad eos accessit. Fortasse vt perspicuum fiat, eos, qui spiritualia dona accepturi sunt, supra res terrenas attoniti debere: quandoquidem etiam diuinis aquis caenacula quaedam teguntur, ait enim Dauid, Qui tegis aquis caenacula eius. Quo loco per caenacula, homines sublimi & excelsa mente praediti significari possint, per aquas autem eos tegentes, angelicae potestates. Per quas aquas Deus quoque laudibus celebratur. Laudate enim eum, inquit, caeli caelorum, & aquae quae super caelos sunt. Atque ipse etiam Christus in caenaculo mysticam caenam discipulis impertit, cum iam diuiniorem ac perfectiorem imbuerentur atque instituerentur. Et, vt vno verbo dicam, per illum discipulorum in caenaculum ascensum hoc docemur, necesse esse partim vt Deus descendat, nimirum per benignitatem fastigiique sui submissionem, partim vt ipsi ascendamus, per terrenarum rerum contemtionem, permixta nimirum diuina amplitudine cum vilitate nostra: quemadmodum in Mose quoque antea vsu venit. Nam & ipse in montem Sina ascendit: & Deus descendit: atque ita consortium in initum est, ac Decalogum accepit. Alioqui si Deus in fastigio suo maneat, ac nos in humilitate nostra, nullo modo nobis misceri ac communicari poterit Dei bonitas. Neque ita diues à Lazaro & ab expetendo illo Abrahæ sinu interiecto hiati dirimebatur, vt procreata nostra natura ac proinde corruptioni obnoxia dirempta atque dispersa videbitur ab increata natura, ac propterea incorruptibili.*

Hic à Prophetis promulgatus est, quemadmodum ex his Scripturae locis patet, Spiritus Domini super me, propterea vnxit me. Et, Requiescent super eum Spiritus septem. Item, Descendit Spiritus Domini, & deduxit eos. Ad haec, Spiritus scientiae, à quo Beseleel tabernaculi architectus impletus est. Ac praeterea, Spiritus ad iracundiam prouocatus. Insuper, Spiritus qui Heliam in curru extulit, ac duplex ab Elisæo postulatus est. Adde Spiritum bonum & principalem, quo Dauid ducitur atque confirmatur.

Sp. sanctus à Prophetis promulgatus.

BB 2

NICET. Hic Sp. sanctus à Prophetis predicatus est, ut cum Esaias in Christi persona ait, Spiritus Domini super me, Et rursus de eodem loquens, Requiescent super eum septem Spiritus, hoc est, gratia & vires & actiones, quas septem oculos Zacharias nominavit. Dicitur est in super de Iudæis, Descendit Spiritus Domini, & deduxit eos. Ac rursus in Exodi libro scriptum est, Implevit Spiritus diuinus Beseleel sapientia & industria & scientia. Erat autem Beseleel tabernaculi Mosi in monte ostensi architectus. Esaias rursus Iudæos accusans ait, Ipsi contumaces fuerunt, ac Sp. sanctum ipsius ad iram prouocauerunt. Et conuersus est ipsis in inimicitiam. Porro historia Helie libro tertio Regum prodita est: ubi disertis verbis habetur, Spiritus eum extulit. Ex quo id datur intelligi, quod diuinus Spiritus hominum opinione maiora in eo patrabat. Eodem libro Helisæi quoque postulatio continetur. Dixit enim, inquit, Helisæus ad Heliam. Fiat Spiritus qui in te est, duplex in me. Quæ autem sequuntur, è Psalmis petita sunt. Ait enim Dauid, Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam. Et alio loco, Et Spiritu principali confirma me.

A Promissus autem est, prius quidem à Ioële in hæc verba loquente, Et erit in nouissimis diebus, Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, scilicet fide præditam, & super filios vestros & super filias vestras, & quæ sequuntur. Postea autem ab ipso quoque Iesu, qui ut à Spiritu glorificatur, ita vicissim quoque ipsum glorificat: quemadmodum & Patrem glorificat, & à Patre glorificatur. Et quidem quàm larga & effusa promissio! fore ut in æternum permaneat, siue nunc cum his qui ad tempus digni erunt, siue in posterum cum his, qui alterius sæculi bonis digni habebuntur, posteaquam videlicet ipsum per honestam & præclaram vitæ rationem integrum seruauerimus, ac non hactenus amiserimus, quatenus in peccatum prolapsi fuerimus.

B **NICET.** Sic à Prophetis Spiritus predicatus est, promissus quidem antea à Ioële. Per ipsum enim Deus pollicitus est fore, ut seipsum effunderet super omnem carnem. At Theologus dictionem hanc exponens non simpliciter intelligendam censet hanc effusionem super omnem carnem, verum in credentem. Nam qui pia fide ad Christum accesserunt, Spiritum percipiunt, non autem increduli. Posterius autem à Christo promissus est. Rogabo enim, inquit, Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in seculum. Glorificatur porrò Christus à Spiritu, eumque vicissim glorificat. Ac glorificatur quidem iuxta id quod ait Christus, Ille me glorificabit: vicissim autem Spiritum glorificat, cum eum promulgat, atque hoc de eo profert testimonium, Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: at blasphemia in Sp. sanctum admissa non remittetur. Quemadmodum & Patrem Christus glorificat his verbis, Ego te glorificauit in terra: ac rursus ab ipso Patre glorificatur dicente, Et glorificauit te, & iterum glorificabo. Ac vide, quàm opulenta quàm profusa & copiosa sit seruatoris pollicitatio. Promisit enim fore ut Sp. sanctus in æternum cum ipsis maneret, ut maneat, inquit, vobiscum in seculum. Permanebit autem siue in presenti vita cum iis, qui ad tempus digni inueniuntur, siue in futuro seculo cum iustis: si quidem in hac vita integrum ipsum seruauerint, ac non hactenus perdididerint, quatenus in vitium lapsi fuerint. Quamuis enim Sp. sanctus iis, utpote indignis, nequaquam admixtus sit, tamen in hoc seculo Baptismi aqua perfusus quodammodo adesse videtur. salutem ipsorum per respicientiam expectans. At in futuro æuo ab omni anima, quæ ipsius gratiam profanauerit, abscindetur. Illa enim sectio, de qua in Euangelio fit mentio, nihil aliud significat, quàm omnimodam à Spiritu auersionem ac separationem. Atque idcirco in inferno nemo est, qui Deo confiteatur, laudemque contexat. Neque enim præsens illis affulget spiritus auxilium.

C Hic Spiritus & cum Filio rerum creationem ac resurrectionem fabricatur, quemadmodum his Scripturæ locis comprobatur: Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et, Spiritus diuinus, qui fecit me, flatus omnipotentis, qui docet me. Et rursus, Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Atque spiritualis regenerationis author est, Huius rei tibi fidem faciat, quod Christus ait, Neminem regnum videre aut accipere posse, nisi qui supernè per Spiritum progenitus fuerit, ac per diurnam & luculentam creationem, qua per sese quisque fingitur, à priori generatione, quæ noctis arcanum est, purificatus fuerit.

D **NICET.** Hic Spir. sanctus in principio rerum creationem cum Filio fabricatus est, quemadmodum ait Dauid, Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quocirca hoc loco nec per Verbum ea aeris impressio significatur, quæ per vocalia organa effertur, nec per Spiritum oris vapor quia iis partibus, quibus respiramus, extruditur: verum hoc Verbum viuum est & subsistens, illud nimirum quod in principio erat apud Deum, & Deus erat. Atque itidem Spiritus oris Dei, Spiritus veritatis est, qui à Patre procedit. Tria itaque animaduerte imperatè Dominum, fabricantem Filiū, & firmatè fulcientemq; spiritū. Nihil porrò aliud est firmatio, quàm perfectio ea, quæ sanctificatione comparatur, & firmitas ac constàtia in bono. Sanctificatio verò sine spiritu nulla est. Neque enim naturâ cælestes illæ & beatæ mētēs sanctæ sunt: verum essentia ipsarū æreus fortasse spiritus est, aut ignis materiæ expers: sanctificatio autè quæ ab essentia externa

externa est, perfectionem ipsis per Sp. sancti communicationem inducit: Ignem autem materia carètem dicit, quasi ætherum, qui ad differentiam nostri ignis immaterialis dicitur. Hic enim inferior absque materia nec manere potest nec subsistere. Viuum ergo verbum illud est, in quo cæli creati sunt: vita autem spiritus ille est, à quo cælestes virtutes absolute ac perfectæ sunt. Neque enim verbi pronuntiatione creat Deus: nec Spiritus ærei profusione cæli ornantur: verum Spiritus vna potentia & diuina natura simul cum viuo Verbo creaturas effecit, quemadmodum ex Dauide didicimus. Quin etiam Iob quodam loco sic loquitur, Spiritus diuinus, qui fecit me: atque ita procreationem sui Sp. sancto adscribit. Nec eo contentus siæ quoque sapientiæ gratiam eidem assignat, ac magistrum eum agnoscit dicens, Flatus autem omnipotētis, qui docet me. Quod huic Euangelico dicto respondet, Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Adhæc communem omnium nostrum resurrectionem Spiritus simul cum Christo molitur atque efficit: quemadmodum confirmat Dauid his verbis, Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Renouator est enim creaturarum ad immortalitatem Sp. sanctus. Per emissionem autem spiritus, demissionem eius ad agendum Dauid intelligit, non è loco ad locum migrationem. Spiritus enim Domini repleuit orbem terrarum. Quinetiam spiritualem per Baptismum regenerationem efficit Sp. sanctus. Huius rei minimè mendax ille testis est, qui minaci hoc sermone vsus est, nisi quis supernè natus fuerit, non potest videre regnum Dei. Neque enim quisquam cæleste regnum accepturus est, nisi à priori & carnali procreatione, quæ noctu atque in tenebris principium accipit, purificatus fuerit. (Noctu enim ut plurimum venereus congressus & seminis eiectio contingit) & quidem ab hac sordida & obscæna atque caliginosa creatione lucidæ diurnæque illius generationis opera lustratus fuerit, cuius mentionem facit Dauid de iustis loquens, Die formabuntur, id est, in lumine sancti spiritus. Porro diurna fictio & creatio non modò regeneratione eam, quam Baptismus affert, significat, sed etiam purgationem illam, quæ virtutibus comparatur. Atque vtranque harum creationum sibipsum quisque fingit, hoc est, suo ipse proposito animique voluntate. Nam & Baptismi regeneratio libera eius, qui baptizatur, voluntate ac citra vim peragitur (ac propterea patres aut alioqui affines & necessarij infantium vice interrogantur) & morum instructio in eadem voluntaria est. Fortasse etiam quod ait, per sese, non solum hoc significat, vtranque rem à libera voluntate proficisci: sed etiam quod neutra harum congressu villo & corporum coniunctione indigeat: quemadmodum in corporali procreatione contingit.

E Hic Spiritus utpote sapientissimus atque hominum amantissimus, si pastorem nactus fuerit, citharcedum facit peruersos Spiritus excantantem, atque Israëlis regem designat: si caprarium moros vellicantem, Prophetam efficit. Dauidem & Amos cogita. si adolescentem elegantem acceperit, presbyterorum iudicem cõstituit, idque supra quàm ætatis ratio ferre videatur. Testis est Daniel, qui leones in lacu superauit. Si piscatore inuenerit, è verriculo eos ad Christum trahit orbem vniuersum sermonis retibus complectentes. Exemplo tibi sint Petrus & Andreas tonitruique filij, qui spiritualia intonuerunt. Si publicanos, ad discipulatum elucratur, animarumque negotiatores efficit. Testis Matthæus heri publicanus, hodie Euangelista. Si feroces persecutores, zelum commutat, ac Paulos pro Saulis facit, nec minus pios reddit, quàm impios offenderat. Hic & lenitatis est Spiritus: & tamen in eos qui peccant, incitatur. Proinde si eum lenem & clementem, ac non iracundum, experiri volumus, dignitatem ipsius confiteamur, caueamusque ne quid in illum conuitij blasphemiamque dicamus, nec nobis in mentem veniat, velle eum implacabiliter irascentem videre. Hic me hodierno die fortem & intrepidum concionatorem reddit. Quæ res siue quid grauius mihi allatura est, Deo sit gratia, siue nihil mali allatura, sic quoque Deo gratia: alterum quod hac ratione eos, qui nobis infesti sunt, à maleficio reprimat: alterum quod nos sanctificare ita velit, hunc videlicet sacræ Euangelicæ functionis fructum ferentes, ut vitam cum cruenta morte commutemus, martyrioque perfungamur.

NICET. Ait quodam loco Solomon, Hominum amans Spiritus, sapientia. Hoc igitur paraphrasi explicans Theologus, Spiritum non modò sapientissimum, sed etiam ad beneficia danda promptissimum esse dicit. Atque ut ipsius sapientiæ benignitatemque deprædicet, ostendit quo modo pastorem & caprarium, & adolescentem, & piscatore, & publicanos, & persecutores, atque, ut vno verbo dicam, eos qui propter vilitatem, aut etiam morum improbitatem indigni videri poterant, gratis suis ornauerit. Cæterum Sp. sancto huiusmodi priuilegia priuatiim attribuit, quia Spiritus dona sunt. Ac Dauidem quidem pastorem vocauit, quoniam Deus ex ouium gregibus & armentis eum accepit, Iudæorumque regno præfecit: citharcedum autem, ut cithara psallentem, prauumque spiritum & daemone, qui Saulem præfocabat, incantantem: quemadmodum primo libro Regum consignatum habetur. Amos autem caprarius erat, ut ipse quoque de se testatur. Non eram, inquit, Propheta ego, nec filius Prophetæ, sed caprarius eram ego, moros velleus, & suscepit me Dominus. *ἄλλοτε* autè (quod carpere vertimus) idem est quod. mororū folia abscindere ad caprarū alimoniam.

Sunt etiam qui putent hoc verbum idem esse, quod perpurpare, & curare huiusmodi arbores cibum gregibus sup-
 peditates. Cyrillus autem exponit abscindere moros, id est, fructum mori, & comedere. * Quae autem de Presby-
 teris commemorat, in Danielis libro scripta sunt: ad quem lectorem remittendum duximus. Atque adole-
 scentem & animo & corpore elegantem Theologus Daniele nominat, qui ante adultam aetatem (nam tum
 duodecimum aetatis annum agebat) iudex Presbyterorum sedit. Bis autem in lacum septem leonum iniectus est
 Daniel, prius quidem sub Dario, quoniae cenaculi fenestris e regione Hierusalem apertis orationes ad Deum
 fundens inuentus fuerat: cum edicto publico promulgatum esset, quisquis intra trigesimalium diem vel ab ho-
 mine, vel a Deo, praterquam a rege quicquam postulasset, eum in lacum septem leonum iniectum iri. Poste-
 rius sub Cyro, cum statuam Bel euertit, & draconem, qui summa religione a Babyloniis colebatur, interemit:
 quo etiam tempore Abacuc capitis vertice ab Angelo arrepto sublimis per aerem a Iudaea in Babylonem pran-
 dium Danieli portauit, statimque Iudaea restitutus est. Haec de Daniele. Nunc ad textum redeamus. **A**
 Sp. sanctus, inquit, si piscatores inuenerit, Domino ipsos expiscatur, ut rursus ipsi sermonis retibus, id est,
 Evangelicae praedicatione, quae retis instar ex veteri ac nouo Testamento contexta est, mundum vniuersum
 piscentur. Iam vero Iacobum & Ioannem Christus Boanerges nominauit, id est, filios tonitruum. Porro nequa-
 quam a seipso Dei sapientiam norat Ioannes, sed eam virtute Spiritus est affectus, qui ipsius pectus ingressus
 Theologum eum reddidit. Verba enim ita gratia prolocutus est, ut ad eam nulla sapientia aspirare queat. Hic Sp.
 sanctus etiam si publicanum acceperit, modo fide praeditum, qualis erat Matthaeus, Euangelistam creat, nec
 iam pecuniarum sed animarum negotiatorem facit. Si persecutorem inuenerit respicientem, gentium Aposto-
 lum reddit, fidei praedicationem, vas electionis, ac denique Paulum pro Saulo, hoc est, pro eo quod Ecclesiam agi-
 tare & commouere solebat, requiem ipsi tranquillitatemque procurantem, tamque ad pietatem acrem &
 feruentem, quam ad vitium inuenerat, atque acceperat. Zelum enim, quo ad persecutionem ferebatur, ad
 pietatem transtulit. Hic & lenitatis est Spiritus. Ait enim Paulus de eo, qui praecipuus est in aliquo de-
 licto. Vos qui spirituales estis, instaurate huiusmodi hominem in spiritu lenitatis. Et rursus, Quid vultis? in **B**
 virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu lenitatis? Et tamen in eos qui peccant incitatur. Ipsi enim,
 inquit Esaias, contumaces fuerunt, & Sp. sanctum ipsius ad iracundiam prouocarunt. Non quod reuera Spi-
 ritus ira commoueatur (nec enim in Deum affectus cadunt) sed quia scripturae familiare est, humano more in
 diuina natura res huiusmodi informare atque figurare. Confiteamur ergo Sp. sancti dignitatem, id est, quod
 eiusdem sit cum Patre & Filio substantia, quodque sit Deus, nec implacabiliter irascentem videre velimus.
 Nam qui in Sp. sanctum blasphemauerit, huic noxa non remittetur. Hic me quoque fortem & intrepidum
 concionatorem reddit. Atque utroque nomine Deo sit gratia, siue quid ab haereticorum insidiis patiar, siue
 nullis iniuriis afficiar. Nam si nihil passus fuero, gratias Deo ago, quod Deus iis, qui me odio insectantur,
 pepercit, nec eos sanguine commaculati permiserit: si autem passus fuero, sic quoque gratias ago, quod hoc
 mihi institutionis & doctrinae praemium datur, ut per sanguinis profusionem vita defungar.

* Hoc loco Nicetas Susannae historiam fusissimè prosequitur, quam nos ut omnibus notissimam trans-
 liendam duximus.

Apostoli linguas ex-
 ternis lo-
 cuti. **C**
 At vero linguis externis ac non vernaculis Apostoli loquebantur, singularique
 miraculo fermo ab his, qui non didicerant, proferebatur: signumque illud infi-
 delibus erat, non fidelibus, ut infidelium accusator esset: sicut scriptum est, Quo-
 niam in aliis linguis, & in labiis aliis loquar populo huic, ac ne sic quidem exau-
 dient me, dicit Dominus.

Cap. 2. **NICET.** In Actibus Apostolorum scriptum est, Caeperunt loqui aliis linguis, id est, auditorum, ac non pa-
 triis. Neque enim audientium lingua eorum qui loquebantur, patriae erant. Ac miraculum ea res habebat,
 quod Apostoli sermonem quem minime didicerant, loquebantur, & ut Apostolus ait, Linguae in signum erant
 non fidelibus, sed infidelibus, ut signum hoc ipsis in accusationem cederet, quoniam ne hoc quidem signo vi-
 so, fidem amplexi sunt, sicut scriptum est, Quoniam in aliis linguis loquar, &c. * Vbi autem hic locus habetur? **D**
 Chrysostomus quidem verba haec Esaiæ tribuit: ceterum apud Esaiam non reperiuntur. Itaque vel malitiosè
 submota sunt, vel per obliuionem transmissa.

Audiebant autem. Verum hic paulum conside, atque addubita quo modo di-
 stinguenda sit oratio. Textus enim nonnullam ambiguitatem habet, puncto di-
 rimendam. Vtrum enim audiebant sua quisque dialecto, ita ut, verbi gratia, vox
 quidem vna resonaret, ceterum multae audirentur, sic videlicet pulsato ac per-
 strepente aere, pluribusque vocibus, ut magis perspicue dicam, ex vna voce ef-
 fectis: an potius in hoc verbo, Audiebant, punctum statuendum est, atque haec
 verba, Loquentes suis linguis, cum his quae sequuntur, iungenda sunt: ut sic lega-
 tur, Loquentes linguis, propriis scilicet audientium, hoc est, externis: qui sensus
 mihi magis arridet. Nam si priorem modum sequamur, eorum potius qui audie-
 bant, quam qui verba faciebant, hoc miraculum fuerit: at iuxta posteriorem sen-
 sum, eorum qui loquebantur: qui etiam temulentiae infirmulantur, haud dubie
 quia ipsi Spiritus afflatu noui miraculi aliquid circa voces designabant. **E**

NICETAS.

NICETAS. Hoc quoque ex Actibus sumptum est, Audiebant sua quisque lingua eos loquentes. At Theo-
 logus addubitat, quo pacto ambiguitas hoc loco occurrens distinguenda ac soluenda sit, quae puncto diuidi-
 tur, id est, discernitur atque dissoluitur. Propositis itaque quasi per interrogationem duabus solutionibus, se-
 cundae calculum suum addit. Vtrum enim, inquit, vna quidem eademque lingua loquebantur Apostoli, ve-
 rum audientibus multae fiebant, tum propter aeris strepitum, tum quod quilibet auditorum linguam suam se-
 cerneret? An vero punctum statuemus in verbo Audiebant, haec autem, Loquentes eos, cum his quae sequun-
 tur, connectemus, ut sit hic sensus, quod gentes Apostolos audiebant loquentes linguis auditorum, hoc est ex-
 ternis, quantum ad eos, qui loquebantur. Cui etiam sententiae magis accedo, quandoquidem priori modo, hoc
 est si vna lingua Apostoli locuti essent, atque vnusquisque auditorum dialectum suam ab aliis separasset, au-
 dientium fuisset hoc miraculum. Contra si in verbo, audiebant, punctum apposueris, ac deinde haec verba sub-
 iunxeris, Loquentes eos propriis audientium linguis, miraculum Apostolorum erit. Quod etiam ex eo perspi-
 cuè constat, quod temulentiae quoque accusantur, ut pote ipsi Spiritus afflatu audientium linguis loquentes:
 vnusquisque enim linguam suam audiens, ac videns Apostolos non modo ad se, sed etiam ad alios, qui ex-
 terne linguae erant, verba facientes, animi vertiginem ipsis ac furorem obiciebat, quoniam ab iis, qui exter-
 nae regionis erant, Apostolorum orationem minime audiri existimabant.

Quamquam autem praecleara quoque ac laudabilis fuit vetus illa linguarum di-
 uisio (cum scilicet nefarie impieque inter se concordantes erant qui turrim extrue-
 bant, quemadmodum nunc quoque quidam facere non verentur) animorum e-
 nim & voluntatum consensio cum linguarum distinctione soluta susceptum ne-
 gocium abruptit. praeclearior tamen laudabiliorque est ea, quae nunc insigni mira-
 culo patrat. Ab vno enim Spiritu in multos diffusa ad vnum concentum rur-
 sus contrahitur. Atque gratiarum diuersitas est alia gratia opus habens ad discer-
 nendum quanam sit praestantior: quandoquidem nulla est, quae laude careat.
 Quin praecleara quoque illa diuisio dici possit, de qua loquitur Dauid, Praecipita **D**
 Domine, & diuide linguas eorum. Quid ita? Quoniam dilexerunt omnia verba
 praecipitationis, linguam dolosam: modo non apertis verbis huiusce loci ac tem-
 pestatis linguas accusans, quae diuinitatem scindunt.

NIC. Ea quoque linguarum diuisionem laudat Gregorius, quae in Babylonicae turris extruptione facta est,
 cum vna lingua in multas dissecta est, atque impia concordia & consensio dissoluta negocium stultè susce-
 ptum simul dissoluit. Huic enim scopum sibi proponebant turris aedificatores, ut si quando noua aquarum
 illuue terra obrueretur, hanc turrim ascenderent, iramque diuinam contemnerent. Quorum vesaniam nunc
 quoque imitari quidam non verentur, aduersus Sp. sanctum scelerate concordantes, turrimque impietatis ex-
 truentes. Ceterum vehementius laudat atque admiratur Theologus diuisionis huiusce miraculum. Ab vno
 enim spiritu in multos Apostolos diffusa in vnam rursus pietatis harmoniam contrahitur, ac restituitur.
 Quamuis enim diuersis linguis loquerentur, omnibus tamen linguis eadem loquebatur, nimirum ea quae ad
 Christum & ad praedicationem Euangelicam spectabant, non secus ac cithara diuersis fidibus pulsibusque
 concordem sonum emittit. Enimvero illa gratiarum diuersitas, quae ad diiudicationem alia gratia opus ha-
 bet, prophetia est, ac donum linguarum. Nam & prophetia eo dono & gratia opus habet qua spiritus discer-
 nuntur, & linguarum donum interpretationis dono indiget. Porro prophetiae & linguarum dona iis ante-
 cellunt donis, quorum ope ad diiudicationem & explicationem indigent, hoc est discretionem spirituum &
 interpretatione: horum enim causae ac radices sunt. Quod quidem perspicuum habens Theologus ait, ad dis-
 cernendum quenam sit gratia praestantior. Nam quod Apostoli peregrinis linguis loquuntur, diuersitas est
 gratiae alia gratia opus habens, nimirum discretionis dono ad discernendum quodnam sit melius ac praestan-
 tius donum, id est, vtrum hoc linguarum donum ceteris, quibus diuino beneficio ornatifuerant, praeferendum
 sit, an aliud quoddam ex reliquis: quandoquidem in tam diuersis donorum generibus nullum est, quod non
 laudem mereatur. Quin etiam praecleara illa est diuisio, pro qua Dauid Deum obsecrat his verbis, Diuide lin-
 guas eorum, qui praecipitationis verba dilexerunt: aperte sane Macedonianorum linguas accusans, quae Spi-
 ritus diuinitatem scindunt, ipsamque a Patre & Filio diuidunt. Praecipitij autem verba, voces illae sunt, quae
 Sp. sancto diuinitatem abrogant, ut pote, quae eos a quibus proferuntur demergunt, atque in perditionis pro-
 fundum transmittunt ac deuiciunt. Diuidatur, igitur, inquit, haereticorum loquacitas lingua quae prauitatis, at-
 que aduersus Sp. sanctum conspiratio. Nam huiusmodi quoque diuisio his qui in malum consentiunt utilis est.

* Per gratiarum diuersitatem, linguarum donum intelligit: quod quidem alio dono indiget, nimirum in-
 terpretationis atque interpretis. Quid enim quaeso, ille qui discendi studio sese ad prophetas confert, adiu-
 menti percipiet, si Arabs eos Attice loquentes audiat: vel Atticae linguae peritus Phoenicum lingua differentes?
E Et quoniam ceteri, qui spiritualibus gratis ornabantur, siue opitulatores animarum, siue gubernatores, siue
 interpretes minus ob gratiarum donum efferebantur: ij autem qui variis linguis loquebantur, velut in lin-
 gua Spiritus afflatum habentes eo nomine gloriabantur, ac donum suum arrogantius iactabant, seque iis,
 qui aliud quoddam Spiritus donum acceperant, superiores esse existimabant, hos comescit ac contrahit A-
 postolus, ut pote minus utilitatis Ecclesiae afferentes. Quod etiam magnus noster Gregorius significans, Mi-

Cap. 2.

Gen. 9.
Impia heret-
icorum con-
cordia.

Psal. 54

BB 4

hi, inquit, utinam potius contingat quinque verba prudenter in Ecclesia loqui, quam decem millia in lingua & voce tubæ incerta atque obscura. Quo loco per quinque verba eos qui in Ecclesia docent atque interpretantur, intelligit, per decem autem millia & obscura eos, qui omnibus quidem linguis loquuntur, ceterum militem diuinum ad spirituale bellum nequaquam excitant.

* per gratiarum) Hæc verba alius cuiuspiam interpretis esse videntur, nec in meo Niceta habentur.

Iudeorum
multiplex
captiuitas.

Ac de his quidem hætenus. Quoniam autem habitantibus Hierusalem religiosissimis Iudæis, Parthis, Medis & Elamitis, Aegyptiis & Libycis, Cretensibus & Arabibus, Mesopotamitis & Cappadocibus meis linguæ loquebantur, atque ex omni gente quæ sub cælo est, Iudæis, illic (si cui intellectus hic placet) congregatis, operæ præcium fuerit videre, tum quinam hi erant, tum cuius captiuitatis. Nam illa Aegyptiaca & Babylonica præter quàm quòd circumscripta ac certo loco definita erat, iam etiam olim per captiuorum reditum soluta fuerat. Illa autem Romana, qua sceleris ac vesanæ aduersus salutis authorem audaciæ poena ab ipsis expetebatur, nondum acciderat, sed imminebat. Relinquitur igitur, ut hanc captiuitatem Antiochenam esse censeamus, iis temporibus non multò antiquiorem. Quòd si cui hæc expositio minus probatur, ut curiosius alieniusque petita (neque enim captiuitatem hanc veterem esse, neque in multas orbis partes diffusam) ac probabiliorē quærit, illud fortasse rectius fuerit existimare, quòd cum sæpe atque à multis hæc natio exilij causa solum vertere coacta sit, quemadmodum Esdras historiæ monumentis prodidit, aliæ quidem tribus in patriam restituta fuerint, aliæ verò in exilio relicte: quibus, ut verisimile est, in multas nationes dispersis, tum temporis quidam adfuerint, Apostolicique miraculi participes extiterint. Atque hæc à nobis perpensa & considerata sint, quæ etiam eiusmodi esse arbitramur, ut literarum studiosi, ea pro superfluis superuacaneisque nequaquam habituri sint. Quòd si quis aliud quidpiam ad huius diei solennitatem contulerit, nobis quoque id collegerit. Sed iam concio quidem soluenda est (satis enim longè se porrexit oratio) festi autem celebratio nunquam abrumpenda. Quin potius festum agendum est, nunc quidem corporaliter quoque, paulò post autem prorsus spiritualiter. Illic nimirum, ubi rationes harum rerum purius apertiusque cognoscemus in ipso Verbo & Deo & Domino nostro Iesu Christo, vero eorum, qui salutem consequuntur, festo & exultatione, cum quo gloria & veneratio Patri cum sancto Spiritu nunc & in sæcula sæculorum, Amen.

Cap. 2.

NICETAS. In Actis Apostolorum scribit Lucas, Erant autem in Hierusalem habitantes Iudæi viri religiosi ex omni gente, quæ sub cælo est. At Theologus de hac dictione, habitantes, ait, Si cui intellectus hic placet. Neque enim perpetuò habitabant, sed tum celebrandi festi causa conuenerant. In omnes etenim nationes dispersi, gentium quidem linguis utebantur, patriam autem religionem, ut Iudæi, retinebant, ac iuxta legis præscriptum undecunque ad festum in Hierosolymitanam urbem confluerant. Quæro igitur, quinam hi erant, & à qua captiuitate dispersi tunc temporis festo intererant. Nam Aegyptiaca & Babylonica captiuitas certo locorum & temporum spatio circumscripta & finita erat. In Aegypto enim sola & Babylone captiui versati sunt, atque in Aegypto quidem quadringentos annos vsque ad reditum in Palestinam exegerunt, septuaginta autem in Babylone: quæ etiam captiuitas Iudæis Hierosolymam reuersis soluta est. Illa porò quam à Romanis Vespasiano & Tito imperantibus passi sunt, nondum eo tempore contigerat, sed quadraginta post Christum in cælos receptum annis futura erat vindex furoris atque amentie, qua Iudæi Christo seruatori necem attulerunt. Quamobrem reliquum est, ut ab ea captiuitate, qua Iudæos afflixit Antiochus, qui etiam Machabeos exquisitis tormentis affecit, hos rediisse censeamus. Nam hæc non multis antè annis contigit, sed paruo temporis intervallo Christi incarnationem antecessit. Quòd si quis hanc expositionem velut coactam atque à vero aberrantem repudiat: quoniam Antiochena captiuitas nequaquam vetus erat, nec in multas orbis regiones fusa, fortasse rectius fuerit ita exponere, Quòd iuxta Esdras sapiens in captiuitatem abducti fuerint Iudæi. Dispersi igitur sapiens in diuersas gentes tribubus, verisimile est tum quosdam eorum ad diem festum adfuisse, ac linguarum miraculo stupefactos fuisse. Atque hæc studiosis viris nequaquam, ut spero, superuacaneè à nobis exposita videbuntur. Quòd si quis aliud quiddam ad hanc solennitatem contulerit, eius laudes deprecans, nobis quoque id collegerit, ut nequaquam pleno laudis officio persun-ctis. Ac nos hic concionem soluemus, multitudinemque nostri audiendi causa collectam missam faciemus. Orationem enim integram atque absolutam habuimus ac si non festi dignitati, instituto certe nostro parem. Orationis enim initio facturos nos professi sumus, ut de hoc festo breuiter ageremus. At verò Spiritus festum nunquam agere desinamus: verum illud celebremus, in præfenti quidem vita corporeo simul ac spirituali modo

modo, post nostrum autem ex hac vita discessum prorsus spiritali. Quo etiam tempore causas festorum & explicationes earum rerum, quas nunc quærimus, clarius apertiusque cognoscemus in Christo, qui iustorum verum festum est & exultatio, cum quo gloria & veneratio Patri & sancto Spiritui, & nunc & in sæcula sæculorum. Amen.

GREG. NAZIANZENI AD NECTARIVM
Constantinopolitanum Episcopum:

ARGVMENTVM.

A

Hic Nectarius Gregorio nostro in Episcopatu Constantinop. subrogatus fuerat. Ab eo nunc petit Theologus, ut Apollinistarum furorem per Cappadociam longè latèque grassantem sistendum & comprimendum curet.



B

DEI cura & prouidentia, quæ ante tempora nostra Ecclesias tueri solebat, vitam hanc deseruisse in vniuersum videtur. Ac mihi calamitatibus ita demersa atque obruta est anima: ut priuatas vitæ meæ molestias ne in malorum quidem numero habeam (tot alio qui tamq; graues & acerbæ, ut si cui alij accidissent, intolerabiles existimarentur) verum ad solas Ecclesiæ afflictiones respiciam: quibus sanandis nisi hoc tempore cura aliqua adhibeatur, in omnimodam desperationem sensim res prouoluentur. Qui Arii siue Eudoxij hæresim profitentur, haud scio à quo in hanc amentiam audaciamq; perpulsi atque incitati, velut libertate quadam arrepta morbum suum insolenter ostentant, Ecclesias colligentes, quasi ex permisso hoc facientes. Macedoniani autem factiosè contendentes eò temeritatis & vesanæ proruperunt, ut Episcoporum nomen sibi ipsis asciscant, atq; in his locis appareant caputq; exerant, Eleusium suæ electionis authorem garrientes. At verò intestinum nostrum malum Eunomius parum iam habet quoquo numero esse: verum nisi

C

omnes in perniciem suam exitiumque pertraxerit, detrimenti loco ducit. Atque hæc tamen ferenda. Quod autem ex omnibus Ecclesiasticis calamitatibus acerbissimum, Apollinistarum licentia est: quos haud scio quonam modo pietas tua conuentuum æquè ac nos habendorum auctoritatem sibi arrogasse atque vsurpasse passa fuerit. Quamquam autem omnino Dei beneficio mysterijs diuinis instructus & eruditus non modò rectæ doctrinæ patrociniū nosti, verum ea etiam omnia quæ aduersus sanam & orthodoxam fidem ab hæreticis excogitata sunt: honorificentiam tamen tuam à tenuitate nostra certiore fieri haudquamquam intemptiuum fuerit, mihi in manibus esse libellum Apollinarij, in quo ea quæ altruuntur, hæreticam omnem peruersitatem excedunt. Affirmat enim nequaquam aduentitiam esse carnem illam ob naturæ nostræ transformationem ab vnigenito Filio secundum dispensationem assumptam: verum carnalem illam naturam in Filio iam inde à principio esse. Atque Euagelicum quoddam dictum perperam acceptum ad huiusmodi absurditatis testimonium præterdit, quod ita habet: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis: tanquam prius etiam quàm ipse descendisset, filius hominis esset, ac descendens carnem suam secum aduexerit, quam in cælis habebat, ante sæcularem quædam videlicet, essentiaq; suæ in vitam. Profert enim rursus Apostolicum quoddam dictum, à toto constructionis corpore auulsum. Secundus homo de cælo. Deinde hominem illum cælitus venientem mentis expertem esse asserit: diuinitatem autem Vnigeniti, naturam mentis explentem, tertiam humanæ coagmentationis & coniunctionis partem extitisse: quòd nimirum anima & corpus iuxta humanitatem in eo sint, mens autem minimè: verum eius locum Verbi diuinitas suppleat. Nec hoc adhuc graue est: sed quod omnium indignissimum atque atrocif-

D

ferendum est, hæreticorum conuentus haberi pati non debet. Apollinarij hæresis. Hæretici sacris libris ad impietatis confirmationem abutuntur. Truncatos locos proferrunt hæretici.

E

Magna A-
pollinarij
impietas.

simum, ipsum vnigenitum Deum omnium iudicem, vitæ authorem, mortis ex-
tinctorem, mortalem esse docet ac probare nititur, propriâq; sua diuinitate pas-
sum esse, atque in triduana illa corporis morte, diuinitatem quoque simul cum
corpore mortuam fuisse, sicq; rursus Patris opera à morte ad vitam reuocatum.
Alia autem omnia, quæ huiusmodi absurditatibus adiicit, lōgum fuerit comme-
morare. Proinde si iis qui talia sentiunt, cœtus habere licet: illud velim cogitet at-
que expendat tua in Christo illustris prudentia, quòd cùm nobis cum eorum
dogmatibus non conueniat, cœtus habendi potestatem illis factam esse, nihil aliud
est, quàm eorum doctrinam nostraveriorem existimare. Nam si illis, vt pijs &
Orthodoxis, ea quæ sentiunt, docere, liberèq; promulgare permittitur: quis non
videt Ecclesiæ doctrinam condemnari, perinde ac veritate ab illorum partibus
stante? Neque enim rerum natura fert, duas de eadem re cōtrarias doctrinas ve-
ras esse. Quo modo igitur excelsus & præstans animus tuus ad tanti mali depul-
sionem & correctionem consueta libertate non vti sustinuit? Verùm etiam si nō-
dum hoc factum est: nunc saltem inimitabilis tua, numerisq; omnibus absoluta
virtus excitetur, pietissimūque Imperatorem doceat, nihil ex reliquo ipsius
erga Ecclesias studio rediturum esse vtilitatis, si tale malum ad fidei sanæ euerfio-
nem per eorum libertatem licentiãque præualeat.

Quid con-
sequatur
ex eo, quòd
hereticorū
conuentus
ferilicet.
Sentent.

Episcoporū
consilio &
Imperato-
rum manu
coercendi
heretici.

SCHOLIA.

1 Sive Eudoxij) Eudoxius Ariana heresis acerrimus propugnator fuit. Elenfius Macedonij errorem artifi-
simè complexus est. Eunomius autem acceptum à magistro Aëtio dogma de naturarum inaequalitate tanta
animi acrimonia & contentione propagauit, vt tota Anomœorum secta extincto Aëtij nomine Eunomiana
fuerit appellata. De A pollinario, quoniam hic eius errores recensentur, nihil dico: ne bis crambem, vt est in
proverbio.

2 Quasi ex permissu) Gr. ὡς ἐκ ἐπιτρέψεως. Permissionem enim hoc loco trāstuli à verbo ἐπιτρέπω, etiam si no-
men in hoc significato vix vnquam reperitur. Absurdum enim fuisset vertere, Ex mandato & delegato.
Neque enim verisimile est Theodosium insigni pietate præditum hereticis mandasse, vt errores suos sparge-
rent ac diffunderent: verùm illos potius optimi principis clementia abutentes, atque Ecclesias congregantes,
hoc audaciæ suæ prætexuisse, quòd se permissu Imperatoris facere dicerent, quæ facerent. Potest tamen etiam
hic locus in hunc sensum explicari, vt intelligamus tātam fuisse Arianorum sive Eudoxianorum audaciam,
vt non minus liberè & audacter Ecclesias cogere, quàm si id Orthodoxorum more ex mandato & dele-
gato facerent. Et tum ἐπιτρέψεως vocabulum, curam & commissionem, vt solet, significabit. Billius.

GREGORII NAZIANZENI SIGNIFICATIO
in Ezechielem.

CENSURA IN HVNC TRACTATVM.

Debitant Græci an hæc lucubratiuncula Gregorio tribuenda sit. Et sanè hic ita inuoluta &
intricata sunt omnia, immò ita inuersa atque confusa, atq; adeò stilus ipse ita salebrosus &
perturbatus, vt mihi hoc opusculum tanti A authori nomē nullo modo sustinere posse videat-
tur. Plane scopas dissolutas esse dixeris. Titulus præfert significationē sive annotationem in
Ezechielem: hic multa alia loca diuersorum scriptorum exponuntur, ab hoc argumento
prorsus aliena, & vt Græci dicunt, ἀνεξαρτήτως. Fortasse quispiam (vt ex Græca censura
vertit Germanus interpres) illas annotationes sicut reperit, coniunctim scripsit: propterea quòd Gregorium
eas ad hunc modum in libello suo, cui huiusmodi annotationes inserere consuevit, inscripsisse inuenit, ac prin-
cipiò quidem in Ezechielem nonnulla annotasse: subinde tamen & alias sacrarum scripturarum expositi-
ones eodem congestisse.

Quid 4. il-
la anima-
lia Ezc. I.
significent.
1. Cor. 2.



Existimamus per hominem, vim rationalem intelligi, per leo-
nem irascibilem, per vitulum concupiscibilem, per aquilam
conscientiam reliquis 1 incumbentem, quæ à Paulo Spiritus
hominis dicitur: 2 per eum qui infidet, Patrem, per spiritum,
Sp. sanctum, per nubem Filium. Ab aquilone i. ab 3 elementaria
institutione ad excellentiora progredientem. Iam splendor
dicitur, quia homo illuminatur: Ignis 4 propter correptionem.
fulgurans,

fulgurans, quia per interualla pœnæ infliguntur: 1 Electrum animæ à vitis repur-
gatæ statum significat. Illud autem notandum, 6 hominis similitudinem præce-
dere. Porrò natura omnis rationis particeps spiritualibus pœnis instructa est. Mu-
tuò autem se constringunt propter societatem & concordiam. Manus verò ho-
minis sub pennis propter ordinis rationem & disciplinam. Firmamentum addi-
tur propter soliditatem ac firmitatem: Iris autem, propter pacem & fœdus à Deo
nobiscum inicum. Sapphirus autem arcana designat: crysallum puritatem & cā-
dorem ab omni fraude alienum. Ad hæc recti pedes dicuntur, propter inceden-
di facultatem & constantiam. 7 Ignis in medio conuolutus, non autem segnis ac
remissus & diffluens. Splendor autem propter quietis finem. Iam pedum vesti-
gium, vt quidem Symmachus reddidit, vituli, propter agriculturæ laborem: vt
autem Aquila exposuit, rotundum, propter figurarum elegantiam. Præterea
forma rotarum, vt explicat Symmachus, 8 hyacinthina. 9 Reuertuntur autem in-
star formæ Bezec, velut iter agrè facientes: quoniam totam lucem non habent,
sed instar formæ Bezec i: fulguris. Ac siquidem 10 omnibus suis numeris parti-
busque absoluatur hominis similitudo, aliis hominibus dominatur: in secus, con-
trarium contingit. Iam verò leo aliquid habet, 11 alacritatem: nempe & acrimo-
niam, vt eo rectè commodeque vtamur. Accedit vitulus, vt rectè atque honestè
concupiscamus. Ait Esaias, Sanctificabis eum in igne ardenti à lumbis, & supra e-
lectrum. Superiores etenim partes coerceri nihil necesse est: 12 à lumbis & infe-
rioribus partibus ignis æstuat, nimirum gignendi actus. Atque hæc coercitione &
castigatione opus habent. Cæterum Spiritus primū 13 extollit, dum purgat: ac
deinde eos, qui ab hoc purgati non fuerint, ignis purgat. Tum splendor faustum
ac iucundum finem significat. Huiusmodi enim sunt supplicia, in quibus inferen-
dis id vnum sibi summus rerum opifex proponit, vt subiacentem materiam, ar-
bitratu suo, atque vt per artem licet, fabricetur, velut Deus bonus & sapiens. Ve-
rùm non vt nos, ita etiam Creator: quandoquidem ille simplex est, & com-
positionis expers: nos autem, qui compositi sumus, haud quaquam ita sumus. Iu-
stificata est sapientia à filiis suis: sapientes videlicet filios dicens. Ac rursus idem
Seruator ipsis dicit, sic loquens, Sapientiores sunt filij huius sæculi filiis lucis in ge-
neratione sua: per filios lucis eos intelligens, qui scientiæ luce collustrati sunt. A-
postolus quoque his verbis vtitur, Eramus natura filij iræ, non quò ad naturam
dicens: sed quia in veritate, rei atque obnoxij sunt iræ, qui peccant. Quin etiam
de Iuda scriptum est, quòd perditionis filius sit: quo loco perditionis filius idcirco
dicitur: quòd pestiferū facinus admiserit. Esaias tribus annis nudus & sine 14 cal-
ceamentis vitam transegit. Mosem ferunt post audita Dei miracula, nunquam
cum vxore consuetudinem habuisse, nec liberos procreasse. Quod autem ad
hunc locum attinet, Abominatio desolationis stans in loco sancto, aiunt fore, vt
Hierosolymitanum templum rursus extruatur, atque Antichristus à Iudæis Chri-
stus credatur, in eoque 15 sedeat, totiusque orbis terrarum rex esse videatur. Por-
rò ad mundi desolationem & vastitatem veniet. Abominatio si quidem desola-
tionis est. Feruntur tres illi pueri in Babylone in fornacem coniecti Ezechia filij
fuisse, atque Ezechielem 16 Hieremiæ seruum prius extitisse.

Iudas cur
filius perdi-
tionis.

Esaias.

Moses.

Matt. 24.

Antichri-
stus.

Dan. 3.

SCHOLIA.

1 Incumbentem) Gr. ἐπιπέσει, imminentem, superiacentem. VVolfangus verterat, impositam.
2 Per eum qui infidet) est enim Græcè τὸν ἐπιπέσει τὸν ἐπίδοτον, non τὸν ἐπίδοτον τὸν ἐπίδοτον, quod præidentem significat.
3 Ab elementaria institutione) Gr. ἀπὸ τῆς ἐπιπέσει τῆς ἐπίδοτον. Verterat VVolfangus ab inductionis principio, nimis
obscurè. ἡ ἐπίδοτον. excellentiora & sublimiora, non, vt ille, meliora.
4 Propter correptionem) Gr. ἀπὸ τῆς ἐπιπέσει τῆς ἐπίδοτον enim hoc loco correptionem significat, non erudi-
tionem, vt VVolf. reddidit. Quid enim conuenit igni cum eruditione? Idque ex eo perspicuum est, quòd se-
quitur, ἡ ἐπίδοτον. ἡ ἐπίδοτον, ignis fulgurans: quæ verba Ezechielis sic proposito accommodat hic author. Ideo,
inquit, apud Prophetam inducitur ignis, fulguris more coruscās, quòd quemadmodum fulgetra nequaquam
continuant

continuu splendorē, sed interuallis quibusdā distinctū atq; interruptū emittit: ita etiā Deus haudquaquā cōtinuas pœnas peccantibus infligit: sed per interualla eos punit. VVolf. vertit. fulgor ignis. Ex quibus verbis absurdum esset hunc sensum colligere, quem author noster expressit. Quoniam enim modo per fulgorē ignis castigatio ea commodē significari queat, quæ per interualla fit: Ignis igitur, propter castigationem & pœnæ inflictionem: fulgurans autem, quia per interualla immittitur.

5 Id quod in anima repurgatum est electrum dicitur) Gr. τὸ καθαρισθέν πῦρ ἐστὶν χρυσός. VVolfangus, animæ purgatio: non satis rectè. Non enim actus ille purgationis electri similitudinem refert, sed id quod iam repurgatum est.

6 Hominis similitudinem præcedere) Gr. ὁμοιωμα εὐθραπίου προηγούμενον ἐστὶν ἐπὶ τῆς ἀρετῆς. VVolfangus, animæ purgatio: non præponi, vt VVolfangus. ὁμοιωμα autem similitudinem. Nam imago ambigua est dictio.

7 Ignis in medio conuolutus) πῦρ ἐν μέσῳ συνεστραφέν. i. conuersus, in orbem uolutus, non conuersatus, vt VVolf.

8 Hyacinthina) Perspicuum est quedam verba hic desiderari. Nam particula ἄνδρ. indicat alteram clausulæ partem deesse. Hinc enim apparet eum duplicem interpretationem afferre voluisse, alteram Symmachi, alteram Aquilæ, quæadmodum in clausula proximè præcedente. Immò, nec cur rotarum forma hyacinthina, secundum Symmachum dicatur, exponit.

9 Reuertebantur autem) Gr. ἀπέστρεψαν. VVolf. hæc omnia malè transtulit, quia Ezechielis verba non expendit. Reuertebantur animalia, inquit Propheta, velut ægrè iter facientia, difficiliq; & aspera via gradientia. Instar formæ Bezec. hoc est, vt author hic exponit, totam vim splendoris, totamque lucem non habentia: sed fulget & instar interruptam. Ille ἀπέστρεψαν vertit recurua, δυσδοῦντα inuia, τὸ ὄλον τὸ φωτὸς μὴ ἔχοντα quæcumque luce in vniuersum carent, ἀστραπὴς fulgoris: an rectè, lingua Græca periti iudicent.

10 Numeris omnibus absoluitur) Gr. ἀπὸ πάντων. Sensus ratio me coegit, vt passim significatione hoc verbum redderem. VVolf. occurrerit, quasi idem sit ἀπὸ πάντων, quod ἀπὸ πάντων.

11 Alacritatem) τὸ γαῖρον enim hic non tam superbiam significat, vt vertit VVolf. quàm elati animi alacritatem. Alioqui quo modo quadraret cum eo quod sequitur, vt eo commodè vitamur. Quoniam enim modo superbia commodè vitari possumus?

12 A lumbis) Hic distinctio faciendâ, posteaque adiungendum, supra autem electrum. Per lumbos enim Propheta partem eam designat, in qua libidinis ardor existit. superiores autem partes puras esse puritatēque electro persimiles.

13 Extollit dum purgat) Verbum enim ὑψαίνει hoc significat apud Prophetam. VVolf. eximit, dum purgatur.

14 Sine calceamentis) Gr. ἀποδεδεμένος. VVolf. sine indumento, sed malè.

15 Sedeat) καθέσθαι enim sedere significat, non constitui, vt VVolf. Atque id satis ostendit locus Euangelij Matth. 24.

16 Hieremie seruum) Hoc scholion ex Græcis transtulisse se ait VVolf. Incredible videtur Ezechielem fuisse seruum, propterea quòd de familia sacerdotali descendit. Gregorius verò id quod à quibusdam dicebatur, non quòd omnino verum esset, annotauit. Hæc Billius.

METAPHRASIS SEU TRANSLATIO IN Ecclesiasten.

Hoc quoque opus, an sit huius Gregorij apud Græcos in controuersa est. Certè in eo libro, qui à permultorum veterum opusculorum collectione & confarcinatione μικροπρεσβυτην dicitur, non Gregorij Nazianzenis, sed Neocæsariensis nomen præfert, quem ex Euseb. Hist. Eccles. lib. 7. cap. 25. & ex Hieronymo in libro de scriptoribus Ecclesiast. & ex Haymone Episcopo Halberstatense lib. 7. cap. 8. de Christianarum rerum memoria, luculentam metaphrasim in Ecclesiasten scripsisse constat. Quantum etiam ex stilo coniecturam facere licet, tametsi negari non possit, quin sit hominis apprime eruditi & copiosi, tamen non vsquequaque refert elaboratum illud & ἀπελομενόν dicendi genus, quod passim in huius authoris scriptis lucet. Connexiones sententiarum aliquanto duriores, transitusque abruptiores. Quòd si quedam verba quandoque intertextâ fuissent, multò mollior esset tota contextus facies, minisque inuicè inter se coirent sententiæ. Verum hoc idcirco fortasse non facit, quia minimè libero campo decurrit oratio: sed translationis quasi cancellis quibusdam circumscripta est. In Regine tamen codice, literis capitalibus scripto, ac Gregorij nostri antiquitatem propemodum æquante, inter germana ipsius opera numeratur. Id quod tanti apud me momenti est, vt, quanquam reclamâte stilo, vix tamen hanc lucubrationem inter ἁγιωγράφα numerare auderem: nisi Hieronymus omnè dubitationis ansam nobis eximeret, atque hunc factum vero suo parenti assereret. Explicans enim huc locum Ecclesiastæ cap. 4. Melior est puer pauper &c. Vir sanctus, inquit, Gregorius Ponti Episcopus Origenis auditor In Metaphrasæ Ecclesiastæ ita hunc locum intellexit: Ego verò intelligo adolescentulum pauperem & sapientem rege se meliorem & stulto: cui nunquam venit in mentem, quod possibile sit quenkam de his, quos vincerat ad regnum exire de carcere: & seipsum de iniqua deinceps potestate sua corruere. Euenit enim interdum vt hi qui sub adolescentulo sapiente fuerint, absque mœnore sint: ita tamè vt sub sene rege ante versati sint. Qui enim postea nati sunt, quia mala præterita nescierunt, nec adolescentulum laudare possunt, qui postea consurrexerit

rexit, abducti opinione peruersa & impetu spiritus aduersantis. Hæc ille ex Gregorio Ponti episcopo (quæ & Neocæsariensem, & ab editione miraculorum Σαουαποργων vocant) transtulit. Atqui hæc verba habentur 4. cap. huius Metaphrasæ. Non est itaque dubium quin verus illius author sit Neocæsariensis. Quod autem huic quoque nostro ascripta fuerit, commune nomen in causa fuit. Nec verò hoc cuiquam mirū videri debet. Frequens est enim in scriptis Ecclesiasticis, vt idè liber duobus atque etiā pluribus attribuatur: sed diuersa de causa. Multi enim ex neotericis, vel ipsi partus suos, parū alioqui felices, classicis authoribus supposuerunt, in eorū q; nomē & familiā inuaserunt: in aliorū videlicet nomine apparere præoptates, quàm in suo cōculcari, & in tenebris iacere: vel hominū ignoratiā & stupore clarissimis viris indignissimè attributi sunt. At in veterū monumētis præsertim facundis & eruditis, quoties idè accidere videmus, tēporū quæ postea secuta sunt infelicitati & librorum incuriæ id assignandum est. Nec enim verisimile est, doctissimos viros ab aliorū laboribus laudem sibi libare, atque alienis, vt dicitur, pennis sese impudenter ornare voluisse. Huius rei duo exempla à nobis inter legendum annotata proferemus. Basilij Præfatio Græca in Psalmos cum Latina Augustini Præfatione prorsus eadem est. Id quod tamen fortasse Notariis, à quibus ille Augustini in Psalmos tractatus exceptus fuisse dicitur, tribuendū videri possit. Est & alia Basilij, siue, vt alij malunt, Eustathij Sebastienensis, in Asceticis Homilia de spiritali militia, quæ in Chrysoctomi operibus extat, Tomo quinto. Plurā huiusmodi deprehendet, qui antiquos scriptores sedula manu versabit.

His verbis Solomō, Dauidis regis & Prophetæ filius, rex mortaliū omninū clarissimus, & Propheta sapiētissimus vniuersam Dei Ecclesiā affatur: Quàm vana & inutilia sūt omnia ea hominū negocia & studia, quæ in humanis rebus suscipiuntur. Nemo enim est, quæ utilitatē vllā iis adnexā dicere possit, quæ homines humi reptates & corporibus & animis pñcere cōtendunt, rebus caducis & tēporariis addicti: supra sidera autē generoso animæ oculo ne tātillū quidē aspicere volētes. Ac mortaliū vita cōteritur die diei succedēte, anniq; partibus & cōuersionibus, soliq; cursibus certis ac definitis, nūc antecedētibus, nūc sensim recedētib⁹. Nec dissimilis est hæc res torrētū trāsitu, cū magno strepitu ac tumultu in immensū maris, p̄fundū illabentiū. Et quidē ea quæ hominū causa à Deo creata sunt, eadē manēt, velut, q; à terra gignātur, q; in terrā abeāt, q; terra ipsa firma & stabilis sit, q; Sol ea tota decursa ad eudē rursus terminū pūctūq; circūuoluetur, flumiūq; itidē tāto numero in mare influēt, & vēti incurrētes, nec ipsum fines suos excedere cogāt, nec ipsi rur⁹ legē sibi cōstitutā infringāt. Atq; hæc sanè, quæ nobis ad hanc vitā vsum & adiuuētū afferūt, ita decreta sunt & cōstituta. At quæ ab hominib⁹ excogitātur, tā res q; verba, modū finēq; nō habēt. Ac verborū magna quidē est copia: cæterū fructus nullus à seducta & errore circūfusa loquacitate & nugacitate. Verū ita à natura cōparata est hominū ratio, vt inexplēbilis sit eorū & loquēdi & audiēdi fitis: ac præterea vanis oculis ea omnia, quæ accidūt, intuēdi cupiditas. Quid autē in posterū fieri queat, quod nō iā cōfectū fuerit, aut geratur ab hominibus: quid nouū, quod nōdū experimēto cōpertū fuerit, dūmodo insigne sit & memorabile: Vt quidē mea opinio fert, quisquis secū reputabit atq; cōsiderabit, nihil nouū aut recēs inueniet, prisicūq; incognitū. Quæadmodū autē præterita obliuione tecta sunt: sic præsentia quoq; p̄gressu tēporis ad posteros in obscuritatē ibunt. Nec verò temere hæc nūc dico, Ecclesiastē agēs: verū mihi Hebræorum regnū Hierosolymis fidei meæ cōmissum habēti, diligētè & accuratè omnia cogitata & pp̄fesa sunt. Porrò totā rerū terrenarū naturā perscrutatus, atq; ingeniosè & sapienter in ea cogitatione versatus, eā maximè variam cōperi. Homini etenim in terra laboribus vexari datum est, aliàs alia ærumnæ occasione frustra inuoluto. Spiritu autem prodigioso & execrādo omnia hæc inferiora plena sunt: adè vt ea recolligere nemo queat, immò ne omnino quidē cogitare, quanta res humanas absurditas inuaserit. Nam cū mecū ipse aliquando reputassem, atq; existimassem me omninū, qui ante me fuissent, hac in re sapientiorē esse: in animum induxi tum parabolas intelligere, tum rerum naturas. Cæterū incassum mihi ad eam rem animum conferre visus sum: quòd, vt sapientiam scientia sequitur, ita scientiæ comites sint labores.

CAP. 2

Hæc igitur ad hunc modum se habere arbitratus, alterum vitæ genus capefferè proposui, deliciisq; memet tradere, variisque voluptates experiri. Verum

Vita hominū qualis.

Incertæ hominum cogitationes.

Nihil nouum.

Omnium obliuio.

Solomonis sapientia & studium.

Voluptates vanæ.

nunc omnia hæc vana esse intellexi: atque hinc risum solutū, temerēque vagantem cōpescui, hinc voluptatē ad temperantiā coercui, acerbēque ei succēsi. Ad hæc cum eā vim esse animæ cogitarem, vt temulentā corporis naturā atque instar vini, diffluentē, sistere possit, rursūque continentia cupiditatē domari: perspicuendū mihi esse cōstitui, quidnā tandē hominibus propositū sit seriū, verēque bonū & honestū, quod in hac vita cōficiant. Nā reliqua omnia, quę præclara & expetenda cēsentur percurri, velut excelssimarū ædium substructiones, & vitium cōfitiones, atque insuper hortorū structuras, frugiferarūque omnis generis arborū collectiones, studiosasque excultiones: vbi etiā ingētes lacus ad aquarū exceptiones cōfecti sunt, ad vberē & copiosam arborū rigationē distributi. Iā verò domesticorū quoque agmine septus fui, tū famulis tū ancillis: eosque partim externē cōparavi, partim apud me natos possedi. Quinetiā plures quadrupedū animantiū greges, tū boum tum pecudum in meā, quā in cuiusquā eorū, qui olim exiterunt potestātē venerunt. Sed & auri & argēti thesauri mihi affluebāt, vt pote qui reges omnes eō adduxissē, vt mihi & munera afferrent, & tributa p̄soluerēt. Præterea chori cōplures ad meā oblectationē agitabātur, virorū simul & fœminarū, cōcinissimū cantū & modulatissimū efficientiū. Cōiunia porro & pocillatores (nā ea in hac voluptatis partē retulerā) ex vtroque hominū sexu delectos, & eximios nec numero quidē cōplecti possim. Ad eō his omnes, qui ante me Hierosolymis regnarūt, antecellui: Hinc autē cōtingebat, vt mihi & sapiētia imminueretur, & vitiosa cupiditas cresceret. Nā cū omnibus oculorū illecebris & impotētibus petulātibusque cordis desiderijs vndique incurstantibus totas habenās permisisse, ac voluptatū spei meipsum dedidisse: miseris omnibus deliciis animi volūtātē astrinxi. Meæ nāque cogitationes eō infelicitatis prolapsæ sunt, vt hæc honesta & egregia, dignaque quæ facerē, arbitrarer. Tandē verò expergēfactus, atque oculis restitutus, ea quę in manibus habebā, flagitiosa simul acerbitatibusque plena esse p̄spexi, spiritusque nō boni opificia. Neque enim vllū hominū studiū vitæque institutū cōprobandū mihi nūc videtur, nec recto iudicio expetēdū. Proinde collectis & sapiētia bonis & stultitię malis, magna hūc virū admiratione p̄secutus fuerim, qui cūm p̄ceps ferretur temerēque vagaretur, postea mēte recepta ad virtutē officiūque rediit. Prudētia enim & demētia magno interstitio disiunctę sunt, nec minus inter vtrāque est discriminis, quā inter diē & noctē. Quocirca qui virtutē amplexus est, haud mihi ab eo differre videtur, qui rē vnāquāque p̄spicue cernit, sursumque p̄spectat, clarissimæque lucis tēpore iter facit. Cōtrā qui se vitio implicuit, omnique generis erroribus, haud absimilis est homini in p̄funda caligine oberrati, quippe qui cæcitate affectus sit, atque à negociorū tenebris exoculatus. Denique vtriusque harū vitarū differētiā animo assecutus, nihil postea reperi: quin illud potius fore, vt si me ad stultorū societātē & sodalitiū cōtulissem, stultitię præmia perciperē. Quid enim ex argutiis illis cōmodi referri, aut quid fructus ex p̄lixis sermonibus colligi potest, cū quidē loquacitatis importunæ flumina ab insipiētia velut à fonte oriātur? Sapiētī porro & v̄cordi nihil cōmune est, nec quātū ad hominū memoriā, nec quātū ad Dei remunerationē. Res autē humanas, cū adhuc oriri vidētur, iā finis arripit. Sapiēs eiusdē cū stolido finis nūquā est particeps. Quare vitā omnē meā execrari cœpi, quā in rebus vanis traduxerā atque cōsumpserā, terrenis laboribus intabescēs. Etenim, vt vno verbo cōplectar, omnia mihi magna cū molestia elaborata sunt, p̄cipiti animi impetu ita me p̄trahēte: atque ea aliū exceptur⁹ est, sapiēs an excors & stolidus nescio, frigidus inquā laborū meorū fructus. His autē excussis atque p̄iectis, mihi vera bona hominibus proposita apparuerūt, hoc est sapiētia cognitio, & fortitudinis adeptio. Quod si quis harum cura neglecta, alius cuiuspiam rei cupiditate incitatur, hic & mala bonis anteponit, & vitium pro benignitate & virtute cōsecatur, & æumnā pro quiete, variis tumultibus distractus, noctu atque interdū diuexatus, tum vrgētibus corporis laboribus, tum perpetuis animæ curis pectore illi ob absurda negocia ingemiscēte & palpitāte. Neque

Solomonis delicia & opulentiæ.

Ex deliciis sapiētia imminuitur.

Qui vir dignus admiratione.

Vita duplex.

Vera hominum bona.

quę enim summū & p̄fectū bonū in esculentis & poculētis cōsistit: & si alioqui maxime Dei beneficio alimēta mortalibus cōtingūt. Nihil enim eorū, quę nobis ad salutē data sunt, citra ipsius prouidentia existit. Verūm p̄bitate p̄ditus vir, sapiētia que Dei dono cōsecutus, cœlesti voluptate fruitur: scelerat⁹ autē malis diuinitus immixtis stimulatus, auaritięque morbo correptus multa cōgerere studet, atque eum que Deus honore affecit, in omniū Domini conspectu probris incessere festinat, dona inutilia porrigens, insidiosa simul & vana animæ suæ miseræ studia faciens.

SCHOLION.

1 Quippe qui cecitate) In Græco erat, πολλός τι αὐτὸ τὸ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ σκοπὸν ἔχει πρὸς μάλιστα ἀφρηδύος. sed nihil dubium est, quin legendum sit, πολλός τι ἄν, καὶ τὸ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ σκοπὸν ἔχει. Αφρηδύος enim in præteritis semper iungitur accusatiuo.

CAP. 3.

Enimuerò hoc tēpus rebus inter se maximē cōtrariis plenū est, partus & mortis, ortus stispiū & euersionis atque interit⁹, curationū & cēdiū, extructionis cēdiū & disturbationis, gemitus & risus, plāctus & saltationū. Nūc terrę fructus aliquis colligit, nūc rursus eiicit: nūc mulierē deperit, atque infano amore cōplectitur, nūc eā infensē odit & auersatur: nunc aliquid quærīt, nunc amittit: nunc diligenter asseruat, nunc proiicit, nunc interficit, nunc obtruncatur: nunc loquitur, nunc silētio acquiescit: nunc amat, nunc odio infectatur. Res enim humanæ nūc bello afflictātur, nunc trāquillæ & pacatæ sunt: itaque est earū incōstātia, vt quę modò secundæ esse videbātur, celeri momēto in certissima mala delabātur. Ac proinde vanis laboribus exerceri desinam⁹. Hæc enim omnia, vt mihi quidē videtur, ad homines vitulētis aculeis cōcitādos posita sunt, atque peruersus quidē explorator occasio nisque captator huic sæculo inhiat, Dei figmentū delere ac p̄dere omni cōtētione adnitēs, vt qui à principio ad extremū vsque cū eo cōfligere instituerit. Persuasum itaque habeo animi trāquillitatē & beneficentiā maxima homini bona esse, atque adeo tēporariā hanc solā voluptatē diuinitus obuenire, si rebus gerēdis iustitia præeat. At verò æternarū rerū corruptionisque expertiū, quas Deus firmissimē constituit, nec aliquid detrahēre, nec addere quisquā potest. Verūm formidolosę simul & admirabiles illę sunt: atque eę quidē, quæ iā fuerunt, stabiles manent: quæ autē futuræ sunt, iā secundū præsciētiā extiterūt. Cæterū is, qui iniuste læsus est, Deo auxiliatore vititur. Porro in inferis partibus supplicij barathrū vidi, impios excipiens: piis cōtrā sedē alteram patefactā. Illud quoque cogitavi, apud Deū æqualia omnia esse, existimari & iudicari, idē esse iustos & iniustos, idē animalia ratione vtentia & bruta. Tempus enim omnibus æquē ad mensum esse, & mortem impendere, idemque apud Deū esse hominū & iumētorū genus, sola tantū articulata vocis prolacione inter se differre, reliqua autē omnia ipsis eodē modo cōtingere, nec mortē magis in cætera animalia, quā in homines grassari. Omnibus enim æqualem spiritū esse, nec quicquā omnino amplius homines habere, sed cūcta, vt vno verbo dicā, vana esse, ab eadē terra coagmētationē habētia, atque in eandē terram dilapsura. Incertū enim esse, tū de humanis animabus, an sursum cōuolaturę sint, tū de reliquis, quas animalia ratione carētia acceperūt, an deorsum diffluxuræ sint. Ac mihi nullū aliud bonum esse videbatur, quā delicia, & præsentium commodorū perceptio. Neque enim fieri posse putavi, vt quisquam rursus ad percipiendas voluptates accedat, posteaquam mortem semel degūstarit.

Prouidentia Del.

Temporis varietas, & rerum humanarū incōstātia.

Animi trāquillitas.

Res æternæ certæ.

Præsciētia. Impiorum supplicij, & piorum sedes.

1 Nec magis mortem in cætera animalia) Hoc dicit, inquit Hieronymus, non quod animam putet perire cū corpore: vel vnum bestiis & hominibus præparari locum: sed quod ante aduentum Christi omnia ad inferos pariter ducentur. Quod ne putemus dici etiam de anima, intulit: Omnia facta sunt de terra, & reuertentur in terram. De terra autem nihil nisi corpus factum est.

CAP. 4.

Ab his omnibus cogitationibus animum reuocans, cōsideravi, atque auersatus sum omnia sycophantiarū genera inter homines errantia, quibus nōnulli iniquē circunuecti ac per vim deiecti lachrymas fundunt atque ingemiscunt, vndique ab amicis prorsus inopes, qui eorū causam tueātur, aut certē afflictos cōsolētur. qui

autem legiones vim faciunt, tyrānidīq; suā iura substernunt, in sublime vehūtur, ob eamq; causam corruēt. Enimuerō ex cōsceleratis & audacibus ij, qui ex hac vita migrarūt, meliori cōditiōe sunt, quā qui etiānum viuunt. Vtrisq; autē p̄ferendus, qui similis eorum futurus est, nec creatus adhuc est, quoniam hominū improbitatem nondum attingit. Perspicuum mihi quoque factum est, quāta proximorū inuidia egregiū virum sequatur, cēstrum impuri spiritus: quodq; is qui hanc suscepit, ac velut pectore cōplexus fuerit, nihil aliud habet q̄ quod animam suā exest & dissecat, simulq; cū corpore absūmit, m̄cerorē acerbissimum nec solatio vllō mitigabilem aliorum prosperitatē existimās. Atqui p̄optarit vir sapiēs & cordatus alterā manū cum facilitate & lenitate implere, quā vtrāque cum ærūna & fraudulēti spiritus calliditate & versutia. Est & quiddā aliud, quod p̄ter fas & æquum homini ob improbā voluntatē cōtingere scio, qui vndique solus relictus, nec fratrem nec filiū habens, facultatibus & copiis affluens, inexplēbili cupiditate ardet, nec beneficētiæ atque humanitati seipsum vllō modo tradere cupit. Ex eo igitur lubēs quæsiuerim, quam ob causam laboribus se cōficiat, boni quidē aliquid facere summopere fugiēs, multiplicibus autē quæstus alicūde faciēdi cupiditatibus distractus. Quantō tandē hoc meliores, qui vitæ societatem inierūt, ex qua optimos fructus decerpere queāt? Duobus enim viris rebus iisdē rectē incumbētibus, etiā si alteri quidpiā aduersi accidat, tamen haud leue subsidium in sodali & cōtubernali suo positum habet. Grauiissima autē est calamitas homini aduersa fortuna vtēti, carere amico, qui iacentē luctuq; afflictum excitet ac recreet. At qui contubernij necessitudine iuncti sunt, & prosperi successus voluptatē sibi inuicē cōduplicāt, & rerum p̄ter voluntatē fluentium tēpestatē leniunt: adēd vt & diu mutua libertate splēdescāt, & noctu honestate & grauitate fulgeāt. Cōtrā qui vitam ab omni hominum societate semotā ducit, horrendā quandā vitā traducit, non intelligens eum temere ac periculosē sibi cōsulere, qui multos homines mutuo p̄sidio circūseptos adortus fuerit, ac p̄terea funem triplici nexu cōtextum haudquaquā facilē p̄fringi solere. Ego verō iuuenē pauperē modō prudētia ornatū seni regi stolido antepono, cui in mētē nō venit, fieri posse, vt quispiā ex ergastulo ad regni gubernacula cōstituatur: ipse autem postea iniquo principatu iuste exturbetur. Nōn quā enim euenit, vt qui iuueni quidē cæterū cordato subsunt, m̄cēstia vacēt, saltē maiores natu. Nam qui postea in lucē prodierunt, quoniam alterius periculum non fecerunt, ne hunc quidem laudare possunt, abducti videlicet inconsulto consilio, aduersariiq; spiritus impetu p̄cipites acti. Quisquis autem Ecclesiastæ munere fungeris, illud ob oculos habeto, vt & rectum vitæ iter teneas, & pro stultis preceris, vt accepta prudentia malorum actiones vitare sciant.

Egregios sequitur invidia.

Avarus.

Sodalitij et amicitia fructus.

Rex stolidus.

Duo Ecclesiastæ præstanda.

SCHOLIION.

2. Ac per vim deiecti) Gr. βία κατὰ ἐκλήρωσιν ἢ ἐπαμύοντων, ἢ ὁλως ἀποστρωθῆναι ἀπὸ τοῦ πόνου κατὰ τὴν φύσιν. Post participiū κατὰ ἐκλήρωσιν, collocāda est virgula, vt genitiuus sequens ἐπαμύοντων regatur à genitiuo ἀπορίας, non autem à datiuo βία. Neque enim vi deiciimur ab iis, qui nobis succurrunt. ἐπαμύοντων autem ἀπὸ τοῦ ἐπαμύειν ὀφειλόντων accipere, vt Volfangus facit, nimis violentum mihi videtur.
3. Saltem maiores natu) Gr. ὅσοι πλεονέστεροι, subodoror aliquid deesse in græco. Neque enim his verbis perfecta est sentētia. Hieronymus hunc locum vertens in commentario quem scripsit in Eccles. ad hunc modum transtulit, ita tamen vt sub sene rege ante versati sint. Quare aut in meliorem codicē incidit, aut ad explendā sententiam quædam de suo addere non dubitauit.

Lingua moderanda.

Sermones nostri à Deo audiuntur. Simil. Votum præstandum. Deuter. 3.

B

C

D

E

id relinquere. Omni autem ratione fugiendum est turpium verborum profluuii: nec enim Deo inaudita erūt. Nam ad eū qui hæc cogitat, nulla alia vtilitas redit, quā vt sentiat opera sua à Deo labefactari atq; corruipi. Vt enim plerunq; in somnia vana: sic etiā pleraq; verba. Timor autē Dei hominibus quidē salutaris, cæterū rarus. Quocirca nihil est, cur mireris si & pauperes calūniis opprimi, & iudices legibus imposturā facere videris. Cauendū porrō est, ne iis, qui potētia p̄stāt, maiores esse videamur. Nā etiā si hoc acciderit, tamē ex horrēdis cruciatibus, in quos incidem⁹, nequaquā nos improbitas ipsa liberabit. Quēadmōdū autē facultates raptu collectæ ac p vim extortē p̄nciosissimæ & sceleratissimæ sunt: sic etiā homini pecuniarū cupiditate flagranti nunquā satietas, nec proximorū beneuolentia prouenit: quālibet maximā vim argenti quæsiuerit. Hoc enim vanū est & inane. At probitas familiares suos maiorē in modū oblectat, fortesq; efficit, rē vnamquāq; perspiciendi facultatē p̄bens: sed & huiusmodi curis minimē inhæsisse, animūq; defixisse magnū cēsendū est. Enimuerō pauper licet senectute prematur, ventremq; suum nequaquā largitus impleuerit: tamen suauis somni requie fruitur: opū autem cupiditas indiuisas comites habet vigilias & animæ labores. Quid porrō absurdius esse queat, quā cū magno studio & cura reconditas opes cōseruare, ac sexcentorū malorū occasiones sibi ipsi custodire? Ac diuitias quidē illas labefactari ac perire necesse est, siue ei qui has adeptus est, liberi sint, siue nulli: ipsum autē vel inuitū ac repugantē talē in terrā cadere atq; discedere oportet, qualis erat, cū in hanc lucē prodiret. Itā vacuis manibus abscessurus peccatū suū augebit, perinde atq; hoc nōn cogitās, natiuitati similē vitæ finem sibi imminere, seq; inani labore torqueri, atque in quendā potiū v̄ti impetum q̄ suo ipsius studio inferuiens, totam vitam suā in impurissimis cupiditatibus, temerariisq; appetitionibus, ac p̄terea in m̄ceroribus morbisq; cōsumit. Atque, vt cōpendio dicā, huiusmodi homini dies tenebræ sunt, ac vita luctus. Quāquā illud minimē reiiciendū est. Dei enim beneficio homini contingit, vt laboribus suis cum animi oblectatione perfruatur, diuinitus acceptas ac nō vi extortas opes possidēs. Neq; enim ille m̄ceroribus affligitur, nec, vt plurimum, malis & perditis cogitationibus feruit: quin potius beneficentiis & largitionibus vitam suam metitur, in omnibus rebus animi tranquillitate fruēns, atque ob Dei donum lætitia gestiens.

Verba turpia fugienda.

Simil. Timor Dei.

Alia simil.

Avaritia insatiabilis.

Pauper.

Job. 20. Sentent.

Job 1.

CAP. 6.

Iam verō infelicitatē apud homines maximē frequentē atq; grassantē oratione persequar: cū nimirū Deus cuipiā omnia, quæ ipsi cordi erāt, abundē suppedita uerit, nec vlla omnino re ex omnibus, quæ animū cupiditate tentant, eū spoliauerit, nō opibus & facultatibus, nō gloria & splēdore, nō reliquis aliis omnibus, quæ mortales ad stuporē vsq; admirantur. Ille autē omnibus rebus circūfluens (quasi hac vna calamitate diuinitus inflicta implicitus teneatur, q̄ earū fructu careat) alij sua asseruat, inutilis plapsus & sibi & proximis. Hoc sanē argumētū magnū, signumq; perspicuū extremæ cuiusdā improbitatis esse cēleo. Quin illū quoq; hominē, qui plurimorū liberorū pater sine vlla offensione nominatus, vitæq; in lōgū producta, benignitate tamē ac deliciis animū tanto tēpore nō expleuerit, mortis interim periculo haudquaquā factō, hunc equidē nec numerosæ prolis, nec diuturnitatis vitæ nomine beatū duxerim: immō verō foetū ē materno ventre p̄matūrē excidentē atque abortu egestū ipsi p̄ferendū puto. Illud enim vt incassū venit, ita clanculū etiā & cū obliuione discedit, nō degustatis huius vitæ malis, nec Sole prospecto. Quod quidem leuius est, quā quod peruerso illi & profligato accidit, qui licet in mille annos vitam suam propagarit, vitæ tamen cōmoda non agnouit. Vtriusque porrō finis mors. Cæterū hic maximē stultus contuincitur, quod nulla cupiditate satietur & expleatur. At prudens & moderatus his affectibus minimē retinetur. Fere fit autem, vt vitæ rectitudo & integritas hominem ad paupertatem ducat. Multos verō de mentis gradu deiiciunt procacium oculorum aspectus, animam incitantes, ac per inanem videndi cupiditatem ad

Frequens apud homines infelicitas.

Duo quæ hominē ad paupertatē ducunt.

inutile studium pertrahentes. Enimvero ea, quæ nunc facta sunt, iam cognita sunt, perspicuumque est hominem iis, quæ supra se sunt, reluctari atque obistere non posse. Cæterum nugæ & ineptiæ inter homines versantur, eorum, qui iis utuntur, amentiam augentes.

C A P. 7.

Nam cum nihilo maiorem utilitatem is percipiat, qui ea quæ ex animi sententia sibi in vita euentura sunt, perspecta habet (singamus id enim:) tamen hoc quoque hominum curiositas comminiscitur, ut ea etiã quæ post mortem alicuius futura sunt, anxie inquirere ac scire videantur. Porro fama bona suavior est anime, quàm o-

Curiositas hominum.
Fama bona.
Prou. 22.
Mors.
Luctus.
Ira prudens.

leum corpori, & vitæ exitus melior natiuitate: atque optabilius & præstabilius lugere quàm comessari, ac mœrentibus adesse, quàm vino se obruentibus. Sic enim se res habet, quod si quis hunc vitæ finem nactus fuerit, de his quæ circa se sunt, nec timore nec sollicitudine afficiatur. Consimili modo prudens ira risui præferenda est. Seuera enim vultus habitudine anima ad rectum honestumque cõponitur. Ac sapientum quidem animæ tristitia contrahuntur: Stultorum autem animæ lætitia elata diffunduntur. Atqui multò magis optandù sapientis vnus obiurgationem excipere, quàm totius chori improborum & miserorum hominum castitium auditorem fieri. Stolidorum etenim hominum risus spinarum multarum vehementi igni ardētium sonitui haud ab similibus est. Sed profectò grauissimum malum est calumnia: hæc enim sapientum animabus insidias struit, ac generosam bonorum virorum constantiam obluetationemque labefactare molitur. Porro autem hunc laudibus efferre conuenit, non qui initium, sed qui dicēdi finem facit. Morum etiam moderatio laudibus complectenda, non elatio & arrogantia. Insuper animi furorem summo studio frenare & coercere necesse est, nec promptè & temere in iram ruere, cui stulti seruiunt. Errant autem, qui meliorem vitam maioribus nostris datam esse affirmant: nec intelligunt sapientiam opū copia longè præstantiorem esse, tantoque clariorem, quanto argentum vmbra sua splendidius apparet. Vita enim hominis non ex caducarum & fragilium opum collectione & possessione, verum ex sapientia prouenit. Quis enim, oro te, tantam tamque benignam Dei prouidentiam verbis consequi poterit? aut quis ea, quæ summa cum ratione à Deo neglecta esse videntur, reuocare? Ego verò minus rectè id quidē faciens, omnia consideravi, & iustum in iustitia constanter perstantē, nec ab ea toto vitæ curriculo desciscientem, immò etiã propter eam insidiis petitem: & iniustum simul cum scelere suo morientem. Illud tamen homini iustitia prædico videndum est, ne admodum talis esse videatur, nec supra modum sapiens: ne si qua in re offenderit, multis partibus copiosius peccet. Illud etiam tibi cauendum, ne audax & temerarius sis: ne alioqui te intempestiua & præmatura mors abripiat. Maximum autem bonum, Deum complecti & apprehendere, atque in eo manentem ab omni peccato abstinere. Res etenim maculæ omnis expertes impura manu contrectare nefarium & execrabile est. Qui autem cum Dei timore cedit, seque submittit, aduersa omnia effugit. Sapientia auxiliij in ciuitate plus potest, quàm potentissimorum hominum acies. Quæ etiã plerunque iis, qui ab officio aberrarunt, iustè ignoscit. Nemo enim est, qui non interdum labatur. Est autē tibi prouidendū, ne ad impiorum sermones vilo modo accedas: ne maledicta in te iacta tuismet auribus hauriens, quemadmodum improbi serui loquacitatem, atque ex ea re animo commorsus, in multis postea actionibus ad regerenda conuicia ipse quoque abducaris. Hæc omnia ego noram, sapientiã à Deo consecutus, qua deinde amissa, iam mei similis esse nequibam. Sapientia enim à me in infinitam longitudinē fugit, & in immensam profunditatē: ut mihi eam arripere vltra non liceret. Quare ab ea quoque inquirenda omnino abstinui. iamque nec in animo habebam impiorum amentias & vana consilia, vitamque miserè palantem considerare. Sic autē animo constitutus, in hæc deuolutus sum: ac mortifera cupiditate correptus mulierem cognoui, hoc est terram quandam, aut si quid aliud est huiusmodi. Cor et-

Calumnia.
Modestia.
Temperantia.
Non plus sapere quàm oportet.
Temeritas.
Maximum bonum.
Sapientia.

A
B
C
D
E

enim

enim eius pertranseuntē irretit, ac si vel manum tantum manui connexuerit, non minus strictè retinet, quàm si vinculis cinctos traheret. Nec verò ab ea aliter liberari queas, quàm Deum propitium ac benigno oculo intuētē nactus. Nam qui peccati seruitute premitur, haudquaquam effugerit. Porro cum per omnes mulieres pudicitiam earum quæsiuissem, in nulla reperi. Ac virum quidem pudicitia ornatum inter mille fortasse perspexeris: mulierem autem minimè. Illud verò maximè animaduerti, quod homines animis simplices à Deo creati varias cogitationes rationisque discursus sibiipsis attrahunt, atque infinitas quæstiones, sapientiæque inquisitionem profitentes circa dictiunculas tempus terunt.

C A P. 8.

Sapientia, cum in homine exploratur, domini quoque vultum splendore perfundere cernitur: quemadmodum impudentia eum, in quo domicilium habet, statim ut visus est, odio dignum esse coarguit. Regis sermonibus diligēter aduertere conuenit, ac iusiurandū omni ratione fugere, idque præsertim, quod in Dei nomen concipitur: interim tamē æquum fuerit sermoni malo imminere: verum cauere, ne blasphemiam vllam in Dominum effundamus. Non enim de eo pœnam aliquam infligēte queri licebit, nec vnus illius Domini & regis placitis obistere. Melius autem & conducibilius fuerit sacrosanctis mandatis acquiescentem ab improbis sermonibus remoueri. Cordatus enim vir tempestiuum illud iudicium iustum fore scit atque prænoscit. Omnes enim vitæ humanæ res supernam pœnam manēt: verum sceleratus haud admodum scire videtur, quod, cum multa super se Dei prouidentia sit, nihil prorsus in posterum latebit. Non enim scit, quæ postea futura sunt. Neque quisquam est, qui aliquid eorum pro dignitate exponere queat: quoniam nemo tantis viribus futurus est, ut angelum animam ipsius extorquentem arcere ac prohibere possit, nec ars omnino vlla & astutia inuenietur, quæ mortis tempus repellat, ac velut exceptione submoueat, verum quemadmodum in medio bello captis fuga omnis vndique præclusa perspicitur, atque omnis hominis impietas simul perit. Enimvero quoties contemplor, quæ & quanta mortales in proximorum perniciem studiosè excogitarunt, totus obstupesco. Illud quidem compertum habeo prius quoque ex hac vita abripi impios, ac de medio tolli: eo quod vanitati seipso dediderunt. Quoniam enim Dei prouidentia propter summam æquanimitatem & clementiam, haudquaquam omnes confestim persequitur, nec malus statim post admissa flagitia pœnis afficitur, ob eam causam sibi fas esse putat vir sceleratus diutius peccare, quasi innocuus discessurus: illud videlicet non intelligens, quod etiam post longum à perpetrato scelere tempus Dei scientiam non fugiet. Illud verò præstantissimum bonum, pio Dei timore præditū esse, à quo cum impius exciderit, haud diu stultitia sua abuteretur. Pessima autem & falsi opinio per homines plerunque grassatur, tum de iustis, tum de sceleratis. De vtrisque enim contraria existimant. Nam

Cor mulieris.
Pudicitia.
Sapientia.
Iusiurandum fugiendum.
Mors nulla arte expellitur.
Dei prouidentia & clementia.
Ac multi ita hodie sentire videntur.

A
B
C
D
E

& qui iustitia præditus est, non talis habitus est: & rursus impius cordati viri opinionem tulit. Quem quidem errorem in primis grauem & perniciosum esse statuo. Quin etiam aliquando summum bonum in cibo & potu situm esse iudicavi: eumque Deo charissimum, qui toto vitæ spatio his, quàm maximè fieri potest, frueretur, atque huiusmodi cupiditatem vnicum vitæ solatium arbitratus sum. Ac proinde in nullam aliam rem, quàm in hanc opinionem incumbere, ut nec noctu nec interdiu quicquam eorum, quæ ad luxum à mortalibus inuenta sunt, mihi interdicerem, ab eoque me abducerem. Cæterum hoc cognoui, quod quisquis se his rebus inquinauerit, ne quamlibet quidem lōgo labore verum bonum vnquam reperiet.

C A P. 9.

Tum enim homines omnes iisdem rebus dignos habitos esse putabam. Ac si quis sapiens iustitiam studiosè coluisset, atque ab iniustitia recessisset, animique dexteritate & facilitate omnium odium fugisset, quod quidem Deo gratum est:

*Impiorum
& atheo-
rum errores.*

hic mihi inanem laborem haurire videbatur. Denique vnum etndemque finem esse arbitrabar iusti & iniusti, boni & mali, puri & impuri, Deo supplicantis minimeque supplicantis. Nam cum iniustus & probus, peierator & iusiurandum omne fugiens ad eundem finem spe atque opinione mea contēderent: subibat animum sinistra quædam cogitatio, omnes in eadem desinere. Nunc verò perspectum habeo stultorum esse has cogitationes, ac fraudes & imposturas. Ac multis verbis illud occinunt, eum qui mortem obiit, penitus interire: ac viuentem, etiamsi tenebris obitus iaceat, mortuo præferendum esse. Etenim eos, qui vita fruuntur, hoc saltem scire, quòd morituri sint: eos autem qui vita functi sunt, nihil prorsus cognoscere. Præmia porò pœnâsq; nullas post expletum vitæ cursum proponi. **A** Odium insuper & benevolentiam erga eos, qui vitam cum morte commutarunt, finem habere. Eorum enim tum inuidiam atque æmulationem defecisse, tum vitam obscuratâ atque extinctam esse. Postremò nullius rei participem esse, qui semel ex hac vita migrarit. Hæc error accinens huiusmodi quoque consilium porrigit. Heus tu, quid facis, ac non deliciis indulges, nec omnis generis eduliis ingurgitaris, vinòque te immodicè exples? An non intelligis tibi hæc diuino mūnere concedi, vt arbitrio tuo ac sine impedimēto fruaris? Quin tu vestem recens fordibus deterfam induis, capitèque vnguētis delibuto hanc atque illam mulierem cernis, vanamque vitâ vanè transfigis? Nihil enim præter hæc tibi reliquum est, nec in hac vita, nec post mortem. Facito igitur, quæ temere & vltro occurrunt. Neque enim rationem horum quisquam à te exiget: nec hominum facta, nisi apud homines vlllo modo cognoscuntur. Orcus autem, quicumque tandem ille est, ad quem abire dicimur, sapientiæ & sensus est expers. Atque hæc vani homines loquuntur. Ego verò certum habeo, nec eos qui pedum leuitate præstare videntur, magnum illum cursum peracturos: nec eos qui potentes & formidabiles apud homines habiti fuerint, bellum illud formidabile cōfecturos. Nec verò **B** prudentia in ciborum copia exploratur, nec sagacitas quicquam commune habere cum opibus consuevit. Nec iis gratulandum puto, qui omnes ad eadem peruenturos esse arbitrantur. Graui enim sopore oppressi mihi videntur, qui res huiusmodi cogitant, nec secum reputant fore, vt piscium instar atque auium abrepti in malis versentur, ac subitò pro scelerum merito pœnas luan. At enimverò **C** sapientiam tanti facio atque æstimo, vt paruam etiam ciuitatem à paucis habitatam, atque aded à magno rege cum exercitu circumsessam magnam & frequentem existimem: si vel pauperem vnum sapientem virum ciuem habeat. Hic enim tum ab hostium impetu, tum à circunuallationibus & oppugnationibus ciuitatem suam incolumem tueri possit. Et quanuis alij pauperem illum sapientem non agnoscant, ego tamen sapiētiae vires populari hac potentia longè antepono. Verùm hîc quidem iacet & contemnitur sapiētia, quæ cum paupertate coniuncta est: cæterum postea audietur, altiorem vocem edens, quàm principes & tyranni malorum cupiditate flagrant. Sapiētia enim ferro etiam ipso fortior est: **D** stultitia autem vnus multis periculum accersit: etiamsi multis leuis & contemptibilis sit.

C A P. 10.

Nam muscæ in vnguentum prolapsæ & suffocatæ, indecorum suavis illius liquoris aspectum & vnctionem reddunt: sapientiæ autem & stultitiæ simul meminisse nihil conuenit. Sapiēs quippe ad res dexterâ & honestas sibi ipsi dux est: stultus autem ad læuas propendet, nec vnquam ad res præclaras duce stultitia vretur. Quin ipsius quoque cogitationes vanæ sunt, stultitia oppletæ. Quòd si te, ô amice, Spiritus hostilis aliquâdo adortus fuerit, forti animo resiste, sciēs Deum vel ingentem peccatorum multitudinem benignitate sua condonare posse. Tyranni autem patrisque malitiæ hæc opera fuerint, stultum quidem in sublime at-
E tolli, prudentiæ autem opibus affluentem deprimi: & peccatorum quidem seruos equis vectos, sacrosanctos verò homines pedibus iter inhonestè facientes conspici,

*Sapiens &
stultus.*

*Sapientie
robur.*

*Vt Archi-
medes Sy-
racusæ.*

Sapientia.

Prudentia.

Infernus.

spici, improbis exultantibus. Quòd si quis alteri insidias moliatur, imprudens sibi ipsi primo & soli insidias struit. Qui autem alterius securitatem euertit, in serpentis morsum prolabetur. Quin is etiam, qui lapides extrahit, laborem haud paruum sufferet, & qui ligna conscindit, in suinet armis periculum feret. Quòd si fortè securis è manubrio exilierit, tumultuabitur qui huic operi incumbit, haud quaquam faustè comportans, suasque iniustas & breui perituras vires ipse adaugens. Est verò morsus serpentis furtiuus & clandestinus: nihil solatij afferent incantatores: vani enim sunt. Enimverò bonus vir tum sibi, tum proximis bona operatur: contrà stultus inepta sua loquacitate in perniciem incidet. Cum semel **A** os aperuerit, stultè orditur, & statim dicendi finem facit, stoliditatem suam vbiuis ostendens. Fieri autem minimè potest, vt homo ea, quæ à principio fuerunt, aut postea futura sunt, cognoscat, & ab homine discat. Quis enim erit, qui aperiat? Homo, qui in bonam ciuitatem proficisci nescit, & oculis & toto vultu afficitur. Huic autè ciuitati mala prænuncio, cuius & rex adolescens est, & principes helluones. Contrà bonam illam terram beatam prædico, cuius filius liberi regnum tenet: vbi tempestiuè bonis fruuntur, qui illic præfecturis & dignitatibus ornati sunt. Piger & ignauus domum minuunt, derisores & scurræ facti, atque ad ingluuiem suam rebus omnibus abutentes, argento ductiles, exigui precij causa turpiter & abiectè quiduis facere sustinentes. Regi autem & præfectis **B** aut principibus audiētem esse conuenit, ac non ipsis in offensam venire, nec molestum vllum verbum in eos proicere. Periculum enim est, ne id etiam quod per solitudinem dictum fuerit, in lucem fortè veniat. Etenim soli & diuiti & magno regi nuncij celeres & pennati omnia perferunt, spirituali simul & rationali ministerio fungentes.

C A P. 11.

Iustum est autem egenti panem & ea, quæ ad vitam tuendam necessaria sunt, impertiri. Quamuis enim id statim perdidisse quibusdâ videaris, quemadmodum si panem in aquam coniecisses: tamen progressu temporis nequaquam infrugifera tibi apparebit beneficentia. Quin liberaliter quoque porrige, pluribusque **C** tuas facultates diuide. Non enim tibi notum est, quid tandem postera dies efficiet. Nam neque nubes copiosam suam pluuiam retinent, sed imbrem in terram fundunt: nec arbor perpetuò stat, verùm etiam si homines ei pepercerint, à vento certè conuelletur. Iam multi quæ à cælo euentura sint, præscire gestiunt, nec deest, qui in nubes intuens ventumque expectans, à messe aut ventilatione abstinuerit, re inani confusus & persuasus, nec eorum, quæ diuinitus futura sunt, quicquam cognoscens: quemadmodum nec quid mulier prægnans paritura sit. Cum autem sementem tempestiuè feceris, fructus collige atque comporta, cum huius rei tempus aduenerit. Incertum est enim, quænam ex his quæ consita sunt, meliora futura sint. Vtinam autem omnia bene succedant. At enimverò cum quispiam animo reputat, quòd & Sol pulcher, & suavis hæc vita, & bonū longa tempora in perpetuis voluptatibus explere, & res formidolosa mors, malumq; sempiternum, atque in nihilum ducens, faciendum sibi censet, vt præsentibus vitæ commodis speciēmque iucunditatis habentibus perfruatur. Atque etiam iuuenes admonet, vt ætatis flore abutatur, animas suas in omnem voluptatem laxantes, cupiditatibusque suis obsequantur, atque & quæ ipsis visa fuerint, faciant, & quæ oblectationem afferunt, spectent, & quæ aliter se habent, auersentur. Ad quem hoc tantum dixerim: Parum sanæ mentis es, ô homo, qui Dei iudicium hæc omnia vindicaturū non expectas. Sed & flagitiosa est comessatio, & libido, & impura corporum nostrorum contumelia perniciofa. Iuuentutis enim assecla **E** est stultitia: stultitia autem ad exitium ducit.

C A P. 12.

Operæ precium autem est, dum iuuenili adhuc ætate flores, Dei timore affici, priusquam malis te ipsum tradas, priusquam veniat dies Domini magnus & for-

*Ciuitas in-
felix, &
beata.*

*Piger &
derisor.*

*Regi &
magistro
obediētii.*

*An nescis
longas re-
gibus esse
manus?*

*Eleemosy-
na.*

*In Astrolo-
gos.*

*Expectan-
dum Dei
iudicium.
Iuuentutis
assecla stul-
titia.*

*Dies Do-
mini for-
midolosus.*

midolosus, cum iam nec Sol splendorem edet, nec Luna, nec reliqua sidera, verum supernae virtutes in illa rerum omnium tempestate atque tumultu mouebuntur, hoc est, angeli orbis custodes, ut & viri praepotentes conuiescant, & mulieres operandi finem faciant, in obscuras & caliginosas aedium partes fugientes, ianuis omnibus clausis, ac mulier quaedam molae operam dare ob metum desinens perexili voce, instar tenuissimae auiculae, utetur, atque omnes nefariae mulieres in terram corruent, & vrbes, & earum magistratus immanes & sanguinarij supernum supplicium expectantes, ingruente acerbissimo & cruento tempore, quasi florente amygdala, continuisque poenis incumbentibus, velut numerofo quodam volantium locustarum agmine, ac de medio ciectis & sublatis flagitiosis hominibus, haud secus ac nigra quadam & despicabili capparide. Ac vir quidem probitate clarus in domum suam sempiternam laetus proficiscetur: improbi autem sua omnia planctibus implebunt, nec iam argutum reconditum, nec aurum probum vtilitatis quicquam habiturum est. Magna etiam plaga omnia occupabit, ad hydriam etiam vsque ad fontem aliquem statem, & rotam vehiculi, quam in cisternae concauitate relicta esse contigerit, hoc nimirum ablutionem ferente saeculo, & circunuolutionis & eius vitae, quae per aquam comparatur, tempus praetergresso. Hominibus porro in terra iacentibus haec vna salutis ratio est, ut eorum animae eum agnoscant, atque ad eum conuolent, a quo creatae sunt. Itaque ut ea, quae prius dixi, repetam, admodum vanae mortales affecti sunt, tantaeque est rerum, quae ab illis excogitantur, vanitas, ut ad earum magnitudinem accedere nihil omnino possit. Ac mihi quoque inanis & superuacaneus labor suscipitur, sapienter & erudite concionanti: quippe qui populum hunc docere aggrediar, ita misere perditaeque affectum, ut nec doctrinam nec curationem admittat. Opus est autem viro forti & generoso, ad hoc ut sapientiae sermones intellectu assequi queat. Ego vero iam grandis natu, longumque vitae spatium emensus, in iis, quae Deo grata & accepta sunt, per veritatis mysteria exquirendis animum defatigavi. Illud autem exploratum habeo, animos non minus extimulari sapientum praecipis, quam solent corpora, stimulo, aut clauo confixa & perforata. Nonnulli autem sapientissima illa documenta a bono vno pastore & magistro accepta, quasi ex vno ore omnes atque inter se concordantes dabunt, creditam sibi doctrinam copiosius & ornatius exponentes. Caterum verborum multorum nulla est utilitas, nec tibi, vir amice, author fuero, ut ea, quae minus conuenit, inutili opera conscribas, ex quibus praeter inanem laborem nihil commodi percipiatur. Reliquum iam est, ut huiusmodi quodam epilogo utar: O homines, en vobis aperte breuiterque denuncio, ut Deum omnium Dominum & inspectorem timeatis, eiusque praecipia seruetis, vobisque persuadentis, omnia postea iudicium subitura, atque vnumquenque operum suorum tam bonorum quam malorum mercedem pro dignitate accepturum.

SCHOLION.

4. Ablutionem ferente saeculo.) *Ἡ ἀβλύσιμος αἰώνος.* Sic hoc nostrum saeculum vocat, quod quoad in hac vita sumus, nulla est tam foeda peccati labes, quae cum Dei ope & misericordia detergi atque abluere non possit. Vel etiam fortasse *ἡ ἀβλύσιμος αἰώνος* vocat hoc saeculum propter mystici lauacri ablutionem.

GREG.

GREGORII NAZIANZENI ADVERSUS
Iulianum Imperatorem, Inuectiua prima.

ARGUMENTVM.

HAS duas in Iulianum Orationes conscripsisse videtur Theologus Ioviniano imperante, hoc est, aliquot annis, antequam ad Episcopatum prouectus esset. Quod etiam stilus ipse satis arguit, altissime se offerens, atque ut in illa aetate, acer in primis & vehemens, ἡ τὴν ἀπὸ τοῦ πρῶτου, ut Homeri verbis utar. Sed hoc luculenter ostendit infinita illa externa & prophanae disciplinae copia, quam hic utpote liberalium artium studio ac professione non ita pridem defunctus, ubique profudit, atque oblata occasione non illibenter ostentat. Quid enim iucundius, quam adulterinae sapientiae larvam profanis hominibus detrudere, & ut ait magnus Dionysius, τὴν ἐν τῷ κόσμῳ ἐπιπέτασαν, blasphemumque Philistaeum gladio suo contrucidare? Series autem huius orationis ita se habet. Primum sublimes illo exordiendi genere attentionem sibi conciliat, cum velut ad rem magnam & memorabilem posterisque documento futuram omnes undecunque vocat. Deinde benevolentiam sibi parat, cum ostendit se officio ductum ad hoc dicendi argumentum accessisse. Nec enim quicquam esse, quod τὸ νόημα, hoc est, Filio Dei, pro beneficio accepto congruentius offerri possit, quam orationem. Nec rursus ullam esse commodiorem vlciscendi Iuliani rationem, quippe qui eloquentiae atque humanarum artium studia Christianis pracludere statuisset. Mox compluribus Dei beneficiis & Scriptura collectis, oppressi tyranni beneficium subnecht: atque ita ad institutam materiam delabitur. Porro in accusando ac profcindendo Iuliano etatis ordinem sequitur. Nos praecipua tantum accusationis capita breuiter perstringemus. Primum quod eam templi partem, cui extruenda studiosissime incumberebat, terra subinde dehiscente, ac collabente aedificio, nunquam absolueri potuerit, id non temere ac fortuito accidisse dicit: sed quod sacrosancti martyres munus atque operam ab impuriss. & sceleratiss. animo proficiscentem repudiarent, nec ab eo ad eum sibi construi sustinerent, qui multos Martyres ignominia affecturus erat. Atque id loco communi exornat. Deinde exposita ipsius pueritia, quo modo ad imperij societatem a Constantio ascitus fuerit, explicat. Quo nomine quia Constantius in multorum reprehensionem incurrerat, eum purgare nititur: atque etiam inde grauius accusandi Iuliani occasionem arripit. Si enim, inquit, in culpa est, qui eum maximo beneficio ornavit, quid eo sceleratius, qui principis optime de se meriti vitam ferro atque insidiis appetiuit? Atque hic philosophos gentiles infectatur, a quibus tanquam a malis coruis malum hoc ouum prodierit. Postea ad rem rediens, quo modo aduersus Constantium cum exercitu processerit, eoque fato perfuncto, immo ipsius fraude sublato atque exiuncto ad imperium peruenerit, narrat. Quaedam etiam miracula diuinique prodigia adiungit, quae illi aperte iam & desperatae impietatis tirocinium facienti acciderunt. Tum subdola illius & versuta consilia profert, doctissimaeque refutat. Nam quod idcirco perspicuum bellum Christianis minime inferebat, quoniam ipsis Martyrum nomine & gloria inuidebat, stultitiam eius irridet, qui vel rei veritatem caliditate obrui posse, vel Christianos laudis & gloriae studio, non verae pietatis amore sese periculis offerre iudicaret. Obiter etiam crudelitatem ipsius notat, qui plebis aduersus Christianos incitate temeritatem & audaciam dissimulatione sua tanquam imperatoria quadam autoritate armaret. Subiungit quo modo aulae assedes magnamque exercitus partem vel muneribus vel honoribus & dignitatibus, vel denique fraudibus atque imposturis a vera fide auerterit, nobileque illud Labarum, in quo salutare crucis signum pictum erat, sustulerit. veterisque & exoletum Rom. vexillum reduxerit. Hinc vacordiam illius exagitat, qui oppugnandi Dei, ac delenda & extinguenda Christianae doctrinae consilium ceperit. Vbi etiam sugillatis Gentilium superstitionis deliramentis sanctissimam verorum Monachorum vitam orationis penicillo depingit, ac subiecta veterum Philosophorum vanitate clariorem reddit. Atque ita vnde digressus fuerat, rediens, summa eum stultitiae damnat, qui Christianorum nationem tam longe lateque patentem incolumi imperio sese euertere posse speraret. Illud vero quanta stoliditatis & amentiae, quod Christianorum nomen immutauit, & Galileos pro Christianis vocari iussit? Ex quo aperte declarauit, Christiani nomen praclarissimum & honorificentissimum esse, quando quidem illud Christianis eripere conatus est: nisi forte vim nominis pertimuit, ut daemones. Proinde Gregorius hic commode multa falsorum demonum nomina profert, ita pudenda & ridicula, ut nulla turpiora & obsceniora consingi possint: atque a Christi patientia & humilitate ostendit, non eo esse animo Christianos, ut verbis potius & contumelias, quam salutis suae cura moueatur. Tu duo maxime scelesti ipsius facinora exponit, quibus permultos Christianos partim ad summum nefas impulit, partim iniquissimis suppliciis maculauit. Vbi etiam egregia quorundam militum virtus animique magnitudo emicuit, qui ob liberinam Christi confessionem solum vertere iussi sunt. Hinc iam de Alexandrinorum, Gazeorum, Heliopolitarum & Aethiolorum crudelitibus in Christianos horrendisque immanitatibus satis longam narrationem texit: easque omnes conuienti Iuliano, immo comprobanti fermeque promulganti adscribit. Tantum enim in illius animo Christianorum odium iniustum erat, ut Praefectum quendam, quod ob ingentem Christianorum caedem a Gentilibus perpetrata, in nonnullos eorum animaduertent, exilio mulctarit. Ita ille, quauis persecutionis edictum aperte non proposuisset, Christianorum tamen infestissimus erat hostis & persecutor. Iam illud quam tyrannicum & ab omni humanitate alienum, quod Christianis caesus omnes publicosque conuentus, quod iura ipsa atque omnia legum praesidia intercludere cogitabat, ut cuius impune in eorum fortunas impetum facere liceret. Verare enim legem nostram, ne cui ob ullam iniuriam litem in ten-

Quae hominibus salutis ratio.

Sapientum praecipia pro stimulo.

Epilogus Eccles.

damus, aut vltionem expetamus. Sic ea, quæ consilij erant, cum iis quæ præcepti, veteratoriè confundebat. His itaque confutatus iam ad edictum illud refellendum accingitur, quo ab omnibus liberalioribus studiis Christianos arcebat. In quo nominis ambiguitate fallere conabatur. Nam cum Hellenismus & Gentilium errorem superstitionemque significet, & linguæ Græcæ vsus: ille vtranque significationem captiosè permiscebat, ac græcari eorū tantum esse contendebat, qui Græcismum, hoc est, deorum cultum profiterentur, Christianosque, vt qui solam fidei sapientiam haberent, ab omni linguæ & doctrinæ Græcæ commercio excludebat. Hunc sophista paralogismum copiosissimè refutat Gregorius, atque ostendit linguarum atque artium vsū mortalibus omnibus communem esse. Vbi etiam de artium inuentoribus fusè disserit. Et quia Iulianus fidem & credulitatem Christianis obieciat, eandem obiectionem in eum retorquet, Pythagoreos proferēs, apud quos tanta erat magistri auctoritas, vt nullam ab eo dictorum rationem sibi requirendam putarent: simulque quid apud nos credendi vocabulum significet, declarat. Postea consilium illius ridet, quo ad Christianismum euertendum, Christianorum ritus ac mores in paganismum inducere constituebat, ac scholas publicas extruere, dogmatumque profanorum lectiones & interpretationes institueret, tum hospitia & cœnobiaz edificare, multaque alia ad Christianorum imitationem facere, vt Christianismi similitudine Christianismum profligaret. Demum omni eloquentiæ impetu in Ethnicismum fertur, illiusque sæditatem detegit, omnibusque deridendam propinat. Et cum salutis doctrina in duabus potissimum rebus, nimirum in diuinarum rerum pertractatione & morum institutione versetur, vtraque parte Ethnicos vrget. Primum enim quàm impiè de rebus diuinis sentiant, productis eorum turpissimis erroribus commonstrat, totamque ipsorum superstitionem omnibus artis coloribus depictam velut in tabula spectandam proponit. Deinde ab iis morum doctrinam nequaquam rectè tradi posse ostendit, qui deos habeant vitiorum omnium auctores & patronos. Postremò vt hoc etiam concedatur, eorum præceptis vitia vtcunque reprimi: tamen eos à Christianorum perfectione virtutisque præstantia longissimè remotos esse ait: sicque huic Orationi coronidem imponit.

Psil. 48.



A Vdite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis terram. Omnes enim, quasi ex edita quadam & mediterranea specula, magno ac sublimi præconio appello. Audite populi, tribus, linguæ, homines omnes cuiusuis generis & ætatis, quicunque & nunc estis, & existetis: atque, vt mihi latius præconium pateat, omnis cœlorum virtus, omnes Angeli, quorum opera tyrānus extinctus atque oppressus est, non Seon ille rex

Amorrhæorum, neque Og rex Basan, principes exigui, atque Israëlēm, hoc est, paruam orbis partem vexantes, verum draco ille, apostata ille, magna illa mens, Assyrius ille, ille communis omnium inimicus atque hostis, cum multo furore in terra debacchatus & comminatus, tum multam iniquitatem in Excelsum locutus atque meditatus. Audi cœlum, & auribus percipe terra. Iam enim commodè

iisdem verbis vtar, quibus Esaias sublimi dicendi genere prophetis superior. Quanquam ille propter Israëlēm, qui Dei imperium reiecerat, ea vocat atque obtestatur: ego autem propter tyrannum, qui & Deum reiecit, & miserè, sicut ipsius impietas merebatur, corruit. Quin hæc quoque audiat Constantij magni anima, si quis mortuis sensus est, omnesque eorum, qui ante eum imperium tenuerunt, piæ Christi que amātes animæ: verum illa præ cæteris, quoniam cum simul cum Christi hæreditate corruisset, eamque pro viribus auxisset, temporisque diuturnitate ita fixisset atque confirmasset, vt eo nomine omnes, qui vnquam imperio potiti fuerant, splendore & gloria superarit (ô grauem insectationem!) ignorantia lapsus est, indigna ipsius pietate, Christianis Christi hostem

insciens aluit, in eoque vno humanitate sua & beneficentia parum egregiè vsus est, quod eum & seruauit, & Imperatorem creauit, qui & perniciosè seruatus est, & imperium administravit. Ac proinde crediderim eum vt ex impietatis euerfione rerumque Christianarum statu ad pristinum splendorem redeunte, sic etiam ex hac oratione maximā voluptatem percepturum. Orationem enim Deo gratitudinis ergò consecrabo, omni irrationali victima puriorem & sanctiorem, non secundum impuras & sceleratas illius orationes & deliramenta & scelestiora sacrificia, quorum vis & præstantia impietatis vis erat, & stulta, vt sic loquar, sapientia. Nam omnis quoque huius sæculi potentia atque eruditio in tenebris ambulat, atque à veritatis luce procul collabitur. Atque illa quidem talis est, & apud tales, taliæque operæprecia habet, quasi scœnum velociter arefcens, & quemad-

modum

Iuliani nomina.

Esai. Esaias omnibus prophetis superior.

Imperatores Rom. mortuos

vult etiam audire Theologus.

Constantij in Iulianū beneficia.

Sacrificia Iuliani.

modum olera herbarum citò decidens, atque vnà cum parentibus suis abscedens, cum fonitu pereuntibus, ac ruina & calamitate quàm impietate clarioribus. Mihi autem sacrificium laudis hodierno die offerenti, atque incruentum verborum honorem Deo consecranti, quis tantæ magnitudinis theatrum exhibebit, vt accepto beneficio respondeat? aut quæ lingua mecum, quantum expetit animus, insonabit? quæ auris sermonis alacritatem consequetur? Et enim gratiarum actio verbis concepta non Verbo solùm maximè congruit, vt pote præter alia nomina, quibus vocari solet, hac quoque appellatione, nominisque vi & facultate in primis gaudenti: sed isti quoque hæc pœna pulchrè

A conuenit, vt sermone crucietur, pro eo scelere, quod in sermones admisit, qui cum omnium ratione præditorum communes sint, iis tamen, tanquam propriè ad se pertinerent, Christianis per inuidiam interdixit, stultissimè sanè de sermonibus cogitans, homo omnium, vt sibi videbatur, facundissimus. Primum quia subdolè & veteratoriè nomen ad opinionem traduxit, quasi sermo Græcus, non linguæ, sed religionis sit: atque ob eam causam velut alieni boni surreptores, à sermonibus nos arcere instituit: perinde verò ac si nos quoque artibus illis, quæ apud Græcos inuentæ sunt, vti prohibuisset, easque propter eiusdem nominis appellationem suas esse duxisset, ac vendicasset. Tum quia nobis obscurum esse putauit, id se nequaquam eo consilio facere, vt insigni quodam & primario bono nos spoliaret, quippe qui hos sermones admodum etiam aspernemur: verum quia impietatis confutationes extimescebat, velut in dictionis elegantia verborumque lenocinio robur habentes, ac non in veritatis cognitione & argumentis. A quibus minùs compefci ac reprimi possumus, quàm inhiberi, ne Deum confiteamur, cum linguam habeamus. Quandoquidem vt alia, ita sermonem etiam pro sacrificio offerimus, quemadmodum & corpora: quando res ita nata fuerit, vt his quoque pro veritatis defensione concertare necesse sit. Quare qui hoc edictum promulgauit, Atticè quidem & concinnè loqui nos prohibuit: cæterum, ne vera diceremus, haudquaquam impedire potuit, simulque & imbecillitatem suam prodidit, nec confutationes effugit, immò verò imprudens seipsum his magis subiecit atque irretiuit. Neque enim hominis erat vel religionis suæ iuri, vel ipsis etiam sermonibus confidentis, sermones nostros comprimere: perinde ac si quis athletarum fortissimus sibi videatur, ac publico præconio omnibus præferri postulet, qui edixerit, ne quisquam magni ac strenui animi vir certamen ineat, atque in arenam descendat. Id quod ignauitæ potius quàm fortitudinis argumentum est. Coronæ quippe aduersus eos comparantur, qui certamine congregiuntur, non qui sursum sedent: atque aduersus eos, qui toto robore contendunt, non qui magna virium parte truncati sunt. Quod si omnino signa conferre, manusque conferere veritus es, hoc ipso te victum esse declarasti, mihi que sine vlla dimicatione victoriam adipisci licuit, dum tantopere ab te dimicatum est, ne dimicationem subires. Atque hæc sapiens noster Imperator & legislator, qui, vt ne tyrannidis suæ quicquam expers esset, atque amentia væcordiæque edictum proponeret, in imperij sui primordio ante res omnes alias sermones liberalisque disciplinas tyrannide oppressit. Nobis autem honestum & præclarum fuerit pro ipsis quoque sermonibus, quibus libertas restituta est, Deo gratias agere, eumque tum aliis donariis & honoribus prosequi, nec pecuniis vllis parcendo, nec facultatibus & prædiis, quæ temporis turbini ac tyrannidi exposita obuiæque facta Deus misericordia sua & beneficentia conseruauit, tum præsertim sermonibus honorare, hoc est, iusta oblatione omnibusque, qui beneficij participes fuerunt, communi. Atque hinc sanè oratio pro sermonibus habita finem habeat, ne si longius eam protraxerimus, mediocritatis fines excedamus, atque aliud quiddam potius agere videamur, quàm id, cuius causa conuenimus. Enimuerò mihi iam exilit, atque ad panegyrisimum

Sacrificiū laudis.

Gratiarum actio.

Iul. Christianos à sermonibus arcere voluit.

Edictum Iul.

simil.

Quibus debentur coronæ.

Qualis gratiarum actio.

B quodam & primario bono nos spoliaret, quippe qui hos sermones admodum etiam aspernemur: verum quia impietatis confutationes extimescebat, velut in dictionis elegantia verborumque lenocinio robur habentes, ac non in veritatis cognitione & argumentis. A quibus minùs compefci ac reprimi possumus, quàm inhiberi, ne Deum confiteamur, cum linguam habeamus. Quandoquidem vt alia, ita sermonem etiam pro sacrificio offerimus, quemadmodum & corpora: quando res ita nata fuerit, vt his quoque pro veritatis defensione concertare necesse sit. Quare qui hoc edictum promulgauit, Atticè quidem & concinnè loqui nos prohibuit: cæterum, ne vera diceremus, haudquaquam impedire potuit, simulque & imbecillitatem suam prodidit, nec confutationes effugit, immò verò imprudens seipsum his magis subiecit atque irretiuit. Neque enim hominis erat vel religionis suæ iuri, vel ipsis etiam sermonibus confidentis, sermones nostros comprimere: perinde ac si quis athletarum fortissimus sibi videatur, ac publico præconio omnibus præferri postulet, qui edixerit, ne quisquam magni ac strenui animi vir certamen ineat, atque in arenam descendat. Id quod ignauitæ potius quàm fortitudinis argumentum est. Coronæ quippe aduersus eos comparantur, qui certamine congregiuntur, non qui sursum sedent: atque aduersus eos, qui toto robore contendunt, non qui magna virium parte truncati sunt. Quod si omnino signa conferre, manusque conferere veritus es, hoc ipso te victum esse declarasti, mihi que sine vlla dimicatione victoriam adipisci licuit, dum tantopere ab te dimicatum est, ne dimicationem subires. Atque hæc sapiens noster Imperator & legislator, qui, vt ne tyrannidis suæ quicquam expers esset, atque amentia væcordiæque edictum proponeret, in imperij sui primordio ante res omnes alias sermones liberalisque disciplinas tyrannide oppressit. Nobis autem honestum & præclarum fuerit pro ipsis quoque sermonibus, quibus libertas restituta est, Deo gratias agere, eumque tum aliis donariis & honoribus prosequi, nec pecuniis vllis parcendo, nec facultatibus & prædiis, quæ temporis turbini ac tyrannidi exposita obuiæque facta Deus misericordia sua & beneficentia conseruauit, tum præsertim sermonibus honorare, hoc est, iusta oblatione omnibusque, qui beneficij participes fuerunt, communi. Atque hinc sanè oratio pro sermonibus habita finem habeat, ne si longius eam protraxerimus, mediocritatis fines excedamus, atque aliud quiddam potius agere videamur, quàm id, cuius causa conuenimus. Enimuerò mihi iam exilit, atque ad panegyrisimum

C quaquam impedire potuit, simulque & imbecillitatem suam prodidit, nec confutationes effugit, immò verò imprudens seipsum his magis subiecit atque irretiuit. Neque enim hominis erat vel religionis suæ iuri, vel ipsis etiam sermonibus confidentis, sermones nostros comprimere: perinde ac si quis athletarum fortissimus sibi videatur, ac publico præconio omnibus præferri postulet, qui edixerit, ne quisquam magni ac strenui animi vir certamen ineat, atque in arenam descendat. Id quod ignauitæ potius quàm fortitudinis argumentum est. Coronæ quippe aduersus eos comparantur, qui certamine congregiuntur, non qui sursum sedent: atque aduersus eos, qui toto robore contendunt, non qui magna virium parte truncati sunt. Quod si omnino signa conferre, manusque conferere veritus es, hoc ipso te victum esse declarasti, mihi que sine vlla dimicatione victoriam adipisci licuit, dum tantopere ab te dimicatum est, ne dimicationem subires. Atque hæc sapiens noster Imperator & legislator, qui, vt ne tyrannidis suæ quicquam expers esset, atque amentia væcordiæque edictum proponeret, in imperij sui primordio ante res omnes alias sermones liberalisque disciplinas tyrannide oppressit. Nobis autem honestum & præclarum fuerit pro ipsis quoque sermonibus, quibus libertas restituta est, Deo gratias agere, eumque tum aliis donariis & honoribus prosequi, nec pecuniis vllis parcendo, nec facultatibus & prædiis, quæ temporis turbini ac tyrannidi exposita obuiæque facta Deus misericordia sua & beneficentia conseruauit, tum præsertim sermonibus honorare, hoc est, iusta oblatione omnibusque, qui beneficij participes fuerunt, communi. Atque hinc sanè oratio pro sermonibus habita finem habeat, ne si longius eam protraxerimus, mediocritatis fines excedamus, atque aliud quiddam potius agere videamur, quàm id, cuius causa conuenimus. Enimuerò mihi iam exilit, atque ad panegyrisimum

D conferre, manusque conferere veritus es, hoc ipso te victum esse declarasti, mihi que sine vlla dimicatione victoriam adipisci licuit, dum tantopere ab te dimicatum est, ne dimicationem subires. Atque hæc sapiens noster Imperator & legislator, qui, vt ne tyrannidis suæ quicquam expers esset, atque amentia væcordiæque edictum proponeret, in imperij sui primordio ante res omnes alias sermones liberalisque disciplinas tyrannide oppressit. Nobis autem honestum & præclarum fuerit pro ipsis quoque sermonibus, quibus libertas restituta est, Deo gratias agere, eumque tum aliis donariis & honoribus prosequi, nec pecuniis vllis parcendo, nec facultatibus & prædiis, quæ temporis turbini ac tyrannidi exposita obuiæque facta Deus misericordia sua & beneficentia conseruauit, tum præsertim sermonibus honorare, hoc est, iusta oblatione omnibusque, qui beneficij participes fuerunt, communi. Atque hinc sanè oratio pro sermonibus habita finem habeat, ne si longius eam protraxerimus, mediocritatis fines excedamus, atque aliud quiddam potius agere videamur, quàm id, cuius causa conuenimus. Enimuerò mihi iam exilit, atque ad panegyrisimum

E id, cuius causa conuenimus. Enimuerò mihi iam exilit, atque ad panegyrisimum

alacris fertur oratio, simulque cum his rebus quæ in oculos occurrunt, hilarescit, atque ad spiritualem choream omnes vocat, tum qui ieiuniis & lachymis & orationi addicti erant, prementium molestiarum depulsionem finemque noctu diuque postulantibus, ac spem minimè pudefacientem commodum in calamitatibus medicamentum statuentes, tum qui magnis certaminibus & præliis exantlatis, multisque & grauibus iniquæ tempestatis assultibus iactati atque afflicti, mundo & Angelis & hominibus, ut Apostoli verbis utar, spectatulum facti sunt, ac corporibus fathiscentes, animis inuicti permanerunt, omniæque in Christo se confortante & corroborante potuerunt, tum qui mundanam vitij materiam atque principatum abiecerunt, vel direptionem bonorum cum gaudio susceperunt, **A** vel patria, ut dicitur, per iniuriam pulsi sunt, vel à viris aut vxoribus aut parentibus aut liberis aut quibuscunque tandem aliis parua necessitudinis nominibus retinemur, ad breue tempus disiuncti sunt, Christi que cruori passiones pro Christo exhaustas obtulerunt, ac proinde nunc commodè illud dicere & cantare queunt, Imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per ignem & aqua: & eduxisti nos in refrigerium. **Q**uin alteram quoque partem ad concionem festique celebritatem voco, eos nimirum, qui cum vniuersarum quidem rerum Deum confiteantur atque hactenus animo & ratione sani atque integri sint, cæterum in prouidentia causas haudquaquam altiùs penetrent (quæ plerunque ex contrariis meliora procurat, ac benignitate ad resipiscentiam inuitat & exhortatur) verum præ animi paupertate & leuitate, dum superbit impius, animi cogitationibus incenduntur, atque inflammentur, pacemque peccatorum (ut cum Dauide loquar) indignissimè ferant, nec Dei consilium sustineant, atque ad extremum vsque æquanimitè expectent, verum presentibus rebus & in aspectum cadentibus perpetuò seruiant, huiusmodi miraculis in veritate confirmantur. **I**am eas quoque animas accerso, quæ erga huius mundi scenam & magnum hoc theatrum incredibili quodam amoris cæstro concitantur: & quidem Esaiæ verbis accerso. Mulieres à spectaculo venientes huc adeste, animique oculo ab externa oberratione reducto atque collecto vacate & cognoscite, quoniã ipse est Deus, qui exaltatur in gentibus, & exaltatur in terra, semper ille quidem in omnibus miraculis & prodigijs, quæ fecit, cæterum autem nunc multò clarius & illustrius. **C** Atque ⁴ vtinam ille quoque cætus chori nostri partem faceret, qui, cum prius cantionem haudquaquam adulterinam atque improbatam nobiscum Deo accineret, ac dextro quodam ordine dignus haberetur, atque etiam, ut confido, breui habebitur, haud scio qua re permotus repente cantum in diuersum componit aliòque gradu atque ordine constituitur, ac ne à communi quidem lætitia & oblectatione, quod mihi magis mirum videtur, adduci potest, ut nobiscum coniungatur: quin potius priuatim choream quandam parum numerosam atque concinnam instituit (hoc enim mihi bona eorum venia dicere liceat) quamnam autem & qualem, dicere quidem zelus suadet atque incitat, fides autem retinet: ac sermonis molestiam comprimam, quòd meliorem mihi aliquando de vobis spem proponam. Adhuc membra mea foueo atque complector, adhuc maiorem pristinae charitatis quam presentis contemptus rationem habeo: atque idcirco leniorem placidiorè que me præbeo, ut acrius postea exprobrem. **V**nam classem, vnum animarum genus ab huius festi celebritate ab dico atque propello, dolens quidem & ingemiscens, ac ne audientes quidem fortasse lugens, nec exitium suum sentientes deflens (hoc enim in eorum plaga maximè est miserandum) sed tamen ab dico, qui non supra firmam & inconcussam petram, sed in siccam & sterilem seminari (hi autem sunt, qui leuiter frigidè que ad pietatis doctrinam accedunt, fidè que exigua præditi sunt) quia altas in terra radices non egerunt, **E** confestim exorti sunt, atque huc prospicientes, ut hominibus placeant, eorumque gratiã sibi concilient, postmodum exigua diaboli incurfione paruò que tentationum æstu exaruerunt & interiorunt. Atque his etiã deteriores magis que ab hoc celebri

conuentu

conuentu proscribendi sunt, qui tyrannidis procellæ, iisque, qui nos ab eo, qui in altum ascendit, nosque præclare captiuos egit, abstractos in perniciosam captiuitatem abducebant, ne tantillum quidem obluclati sunt: verum, nulla necessitate urgente, scelerati, præciò que adeò vili comparabiles inuenti sunt, ut ne aliquantisper quidem restiterint, nullaque ipsis ob verbum oborta calamitate aut tentatione offendiculum passi sint, ac cum temporario quodam emolumento aut obsequio aut exigua potentia salutem suam miseri commutarint. Postquam autem chori supplementum oratione repurgauimus, age corporibus atque animis, quoad eius fieri poterit, purificatis, vocè que vna assumpta, atque vno eodemque **A** Spiritu compositi & concinnati triumphalem illum hymnum canamus, quem olim Israëlitæ propter Aegyptios mari Rubro coopertos atque obrutos, auspicante Maria tympanumque pulsante, cecinerunt: Cantemus Domino, gloriosè enim celebratus est: Equum & ascensorem proiecit non in mare (hoc enim ex oda illa immuto) verum vbi ipsi visum est, & quemadmodum ipse iustum censuit, qui omnia facit atque transmutat, ut quodam prophetiæ suæ loco Amos diuinissimè philosophans dixit, qui mortis umbram in diluculum vertit, & diem noctis tenebris obscurat, ac velut per orbem quendam mundum hunc vniuersum gubernat ac moderatur, resque omnes nostras, fluctuantes simul minimè que fluctuantes, mutationibus nimirum fluctuantes & sursum deorsumque agitaras, aliàsque aliter se habentes, diuinæ autè prouidentia constitutione fixas & stables, etiamsi per contraria gradientur, Verbo quidem manifesta & perspicua, nobis autem incognita atque obscura: ille, inquam, qui potentes sedibus deiicit, & insuspicabilem diademate exornat (nam id quoque à Scriptura accipio) qui fractis & inualidis genibus fortitudinem imponit, ac peccatoris & flagitiosi brachia confringit (etenim hæc quoque ab alio Scripturæ loco desumo, prout quodque memoriæ occurrit, multis videlicet cantionem mihi conficientibus, atque ad contexendam gratiarum actionem aliquid simul erogantibus) qui dat, ut impium nunc supra cedros elatum cernamus: nunc ita oppressum atque deletum, ut iam esse desinat, si quidè ipsius impietatem pede cauto ac celeri præterire quiuerimus. **E**cquis eorum, qui diuina mysteria exponunt, hæc pro dignitate decantabit atque narrabit: **Q**uis loquetur potètijs Domini, exaudibiles faciet omnes laudes eius? **Q**uam vocem, aut quam orationis vim & facultatem huic miraculo parem afferet? **Q**uis arma & gladium & bellum confregit? **Q**uis capita draconum in aqua contriuit? **Q**uis eum populis escam dedit, quibuscunque tandem dedit: **Q**uis procellam in auram statuit atque compressit? **Q**uis dixit mari, Tace & obmutesce? **E**t, In te confringentur fluctus tui: atque adeò confregit, nequaquam diu multumque sublatos & æstuantibus: **Q**uis hoc nobis beneficium dedit, ut supra serpentes & scorpiones ambulemus, non iam calcaneum furtim obseruantes, quemadmodum fert condemnatio: verum perspicuè insurgentes caputque attollentes, cuius calcationi Dei condemnatione obnoxij sunt? **Q**uis iudicium & iustitiam præter hominum opinionem expectationemque fecit? **Q**uis virgam peccatorum non profus emisit, audacterne dicam in sortem iustorum, aut quod eo moderatius est, in sortem eum cognoscentium? **N**on enim ut iusti traditi atque afflicti sumus (hoc enim paucis & raro accidit, ut velut strenui ac generosi tentatorem ignominia afficiant:) verum ut peccatores condemnati sumus, ac deinde paterna cura & beneuolentia misericordiam consecuti sumus, hactenus cæsi, ut prudentiores efficeremur: hactenus castigati, ut ad eum animos conuerteremus. **A**rguit enim, sed non in furore: & corripuit, sed non in ira, per vtrunque nimirum humanitatis benignitatisque suæ specimen edens, nempe & per submonitionem atque animaduersionem, & per indulgentiam. **Q**uis ille est, qui vindictam fecit in nationibus, increpationes & redargutiones in populis? **D**ominus fortis & potens, Dominus potens in bello. **V**nam equidem vocem reperio, vnum carmen presentibus beneficijs vtunque par, quod Esaias ante nos prolocutus est, huic tempori

DD 2

Triplex hominum genus vocat. Rom. 5.

I. Cor. 4.

Philip. 4.

Hebr. 10.

Psal. 65. Secundum genus hominum quale.

Dei prouidentia sepe ex contrariis meliora procurat.

Psal. 72.

Tertium genus hominum.

Esa. 32.

Psal. 46.

45.

Triplex aliud hominum genus repellit.

Hereticos intelligit.

Eos intelligit, qui leuiter exortatione ad gentilissimum defecerunt.

Matth. 13.

Eos dicit, qui vltro ad paganismum recesserunt. Ephes. 6.

Hymnus triumphalis. Exod. 15.

Amos 5.

Luc. 2. Eccl. 11. Psa. 35. Psal. 36.

Psal. cod.

Psal. 105.

Psal. 73. 106.

Luc. 10. Gen. 3.

Psal. 124.

Psal. 6. 37.

Psal. 149. 23.

Es. 45. mirificè congruens, & cum beneficij magnitudine paria faciens. Latetur cœlum desuper, & nubes stillent iustitiam: proiciant montes lætitiã, & colles exultationem. quando quidem creatura omnis, & cœlestes copiã mea quidem sententia huiusmodi rerum sensu afficiuntur. Neque enim simul tantum ingemiscit & parturit, corruptioni seruiens, hoc est iis, qui in terra nascuntur & intereunt, finem eorum expectans & reuelationem, vt ipsa quoque tunc sperata libertate potiantur, velut nunc his inuita propter Creatoris potentiam astricta: sed simul etiam cum Dei filiis lætitia gestientibus eum concelebrat atque exultat. Quocirca (neque enim à diuinis vocibus abstinere, diuinam potētiam prædicans) exulter deferta, & floreat instar lilij, hoc est, Ecclesia heri & nudius tertius, vt quidem videbatur, vidua, & viri expers, atque omnes, quos inuida & inamœna impietatis hyems antea contraxerat: quoniam Deus plebem suam miseratus est, & hæreditatem suam non dereliquit, quoniam res mirabiles fecit, cõsiliũ antiquum verum, hoc est, vt sibi complaceret in iis, qui ipsius timore præditi sunt, & in iis, qui sperant in misericordiis eius: quoniam contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit, quoniam propter iniquitates nostras humiliati sumus, sed per Dei gratiam, qui nos vocauit, & humiles corde consolatur, erecti tandem, laqueoque contrito liberati sumus. Videtis quo pacto diuinis verbis ac sententiis canticum texam: atque haud scio, quo modo alienis me efferam, atque ostentem, ac præ voluptate velut numine corripiar, humiliãque omnia & humana contemnam, alia aliis compingens atque concinnans, eãque quæ eiusdẽ sunt Spiritus, in vnum colligēs. Ac prius quidem Dei miracula demonstrabant Enoch translatus, Helias assumptus, Noë in periculo seruatus, ipseque in exiguo ligno mundum seruans, nationumque semina, orbis terrarũ diluuium fugientiũ, vt terra rursus sanctioribus habitatoribus ornaretur, Abrahã vocatus, ac filio præter ætatis conditionem donatus, ad fidem faciendam alterius seminis promissi, atque vnigenitum offerens, sacrificium promptum & alacre, victimãque alienam filij loco accipiens. Noua etiam & admiranda impiorum internecio, igni & sulphure obrutorum: mirabilius etiam piorum furtum, & salis columna conuersionem ad vitium damnans, de eãque triumphum agens. Ioseph etiam diuenditus, & amatus, & pudicitiam colens, sapientiãque diuinitus ornatus, & liberatus, & imperium gerens, atque ob maiorem dispensationem dispensatoris munere fungens. Moses Dei visione dignus habitus, legibusque instructus legesque ipse ferens, & Pharaonis Deus effectus, & dux Israël ad promissionis terram contendenti, quin etiam Aegyptiorum memorabiles & numerosã plagã, atque eorum, qui laboribus conficiebantur, conseruatio inter medios Aegyptios. Mare præterea tum virgæ cedens, tum sermone rursus coiens, atque illos terræ ritu transmittens, hos, vt ipsius natura ferebat, fluctibus suis absorbens. Adde ea, quæ his successerunt, columnam nubis diurno tempore obumbrãtem, columnam ignis noctu lucẽtem, atque vtranque populo præeuntem, panem insuper in deserto pluiiã more labentem, obsonium è cœlo missum, alterum necessario vsui æquatum, alterũ supra necessitatem impartitum, aquam è petra partim expressam, partim edulcatam, Amalec precibus, manuũque arcana & mystica figura fufum & profligatum, Solem repressum, Lunam retentam, Iordanis fluxum retro inhibitum, muros sacerdotum circuitione tubarũque clãgore, ac⁶ numeri viribus labefactatos atque deiectos: Terram & vellus alternatim compluta, ac sicca permanentia, crinium vires vniuerso exercitui pares, paucos delectos viros lambentes, victoriẽque adipiscẽde prouinciã suscipientes, ac iuxta spem vincẽtes, exiguus, inquam, numerus multa hominum millia. Quid autẽ mihi omnia sigillatim enumerare necesse est, quæ per Christum ipsum salutiferã præsentia sue & incarnationis tẽpore, quæ etiã post illũ illiusque beneficio à sacrosanctis ipsius Apostolis verbiq; ministris admirabiliter gesta sunt? Quot ea libri & memoriẽ circumferũt? At quæ hoc tẽpore designata sunt, venite, audite, & narrabo omnes qui timetis Deum, vt diuinã potentia miracula generatio

rãtio altera, & generationum posteritas intelligat. Quoniam autẽ ea, nisi periculi magnitudine vobis ob oculos posita declarari nequeunt: hoc verò fieri non potest, nisi morum istius peruersitatem ostenderimus, quibusque ex principiis vitii que feminibus in perditam hanc amentiam prolapsus fuerit, paulatim impietatem augens & amplificans, quemadmodum venenum solent reptilia animantia belluãque acerbissimã atque immanissimã: omnia quidem illius flagitia tragicis verbis commemoranda atque exaggeranda ad libros historiasque remittimus (neque enim nobis vacat plura contexere, longiusque sermonem producere, quã præsentis instituti ratio postulet) ipsi autẽ pauca è multis oratione profecti, quasi in columna insculptam inuectiuã posteris relinquemus, ad præcipua illius nobilissimãque flagitia sermonem conferentes. Vnum igitur & primum illius est facinus, quod à magno Constantio, qui patri in imperio successerat, salutem consecutus (quo tempore exercitus rerum nouarum metu res nouas moliens, aduersus eos, qui dignitatibus florebat, arma cepit, ac per novos Præfectos aula imperatoria constituebatur) & quidem salutem inopinatam & incredibilem cum fratre consecutus, nec Deo ob salutem gratiam habuit, nec Imperatori, per quem salutem acceperat: verum vtrique malum & ingratum se præbuit, illi defectionem parturiens, huic rebellionem. Quod autẽ mihi prius necessariò exponendum est, victu & cultu imperatorio in imperatorio quodã loco ab humanissimo Imperatore digni habebantur, ac velut generis reliquiã ad imperium seruabãtur. Id autẽ eo consilio faciebat, primum vt se de iis rebus, quæ imperij sui auspiciis temere & inconsideratẽ perpetratã fuerãt, purgaret, velut ex eius animi sententia minimè admissis: deinde vt iis ad imperij societatem asciscendis magnitudinis animi præstantiaque argumentum ederet: postremò, vt principatum his incrementis firmitus stabiliret: quod quidem hominis erat benignè magis quã sapienter cogitantis. Cũ autẽ ab omnibus rebus otiantur, tum quod imperium eos adhuc moraretur, atque in cogitatione & meditatione esset, tum quod ætas & spes nondum eos secundis dignitatibus admoueret: vtebantur illi quidem aliarum quoque artium præceptoribus, nimirum auunculo Imperatore in omni liberalium disciplinarum genere eos instituente, verum nostrati philosophiã impensius operam dabant, non huic solum, quæ in verbis & doctrina versatur, sed illi etiam, quæ pietatem in moribus positam habet. Atque & cum optimis quibusque viris commercium habebant: & elegantissimis actionibus, ac luculentum virtutis specimen præ se ferentibus incumbebant. Quin etiam in cleri ordinem seipos cooptarunt, adeò vt diuinos quoque libros plebi lectitarent, non minus id sibi amplum & honorificum esse existimantes, quã aliud quiduis, immò omnium ornamentorum maximũ præstantissimũque pietatem esse censentes. Iam sumptuosissimis quoque Martyrum monumētis & donariorum munificentis omnibusque aliis rebus, quibus diuinus timor velut nota quadam exprimitur, sapientiã studium Christi; amorem indicabant: alter quidem verè & seriò pietatẽ profitẽs (tametsi enim natura acriori ac feruētiori esset: verus tamen ac syncerus pietatis cultor erat: hic autẽ occasionem captas & redimēs, fictãque pietatis specie animi prauitatem occultans. Quod quidẽ ex eo conii cere licebit. (neque enim miraculum, quod tum accidit, silẽtio præterire queam, vt pote illustre & memorandum, atque eiusmodi, vt multis impiis documentum afferre possit.) Martyribus, vt diximus, ambo laborabãt, munificentiãque & liberalitate præclarè inter se contendebãt, tum multarum manuũ opera, tum multis impensis ædem extruẽtes. Verum quoniam nõ eadem voluntate animiq; proposito in hoc opus incumbebant: idcirco nec in eundẽ finẽ labor vtriq; progrediebatur. Etenim alterius, hoc est, fratris natu maioris opus perficiebatur, ac ritè procedebat, Deo videlicet munus illud libetẽr admittente, vt olim Abelis sacrificiũ, tum rectè oblatũ tum diuisum: atq; hæc oblatio veluti quædã primogeniti cõsecratio erat. Alterius autẽ (heu tristẽ in hac quoque vita impiorũ contemptum, futuræ

Gallus verè pius. Iuliani hypocrisis.

Gen. 4.

ignominia testem, paruisque indiciis magna prænunciâtem) non secus ac Caini sacrificium, Deus Martyrum repudiabat. Itaque ille quidem laborabat: sed terra, quod elaboratum fuerat, excutiebat. Ille enixius contendebat: hæc imbecillis in pietate hominis fundamenta capere detrectabat, velut terræ motum ob ipsius scelus euenturum clamans, atque impiissimi hominis dedecore Martyres exornans. Hoc opus infecutæ ipsius contumaciæ & amentia, ignominiaque in Martyres, scelerisque in ædes sanctas vaticinium quoddam extitit: alios quidem fallens, cæterum persecutorem longè antè insectans, atque impietatis pœnas antè significâs. O sapiëntem animâ ad malefaciendum: proprium autè examen minimè fugientem! O singularem Dei prouidentiam futura proclamantem, vt vel impietatem inhiberet, vel præscientiam suam ostenderet! O miraculum nouum illud quidem & mirandum, sed tamen verius quàm mirabilius! O insignem Martyrum inter se charitatem! Honorem illius, qui multos Martyres contemptui habiturus erat, recusarunt: donum illius, qui multos athletas effecturus erat, vel potius palæstram illis & concertationem per inuidiam præclusurus erat, non admiserunt: immò vt veriùs loquar, non tulerunt se solos ex omnibus Martyribus contumelia affici, cum aliæ ædes sacræ piis manibus construendæ atque colendæ essent, nec malitiæ artificis ansam præbere de contumeliis sibi iniustis gloriandi: ne ab eadem manu Martyrum monumenta partim erigerentur, partim euerterentur, Martyrum alij honorarentur, alij contemptui haberentur, (ficto nimirum illo ac simulato honore veram ignominiam exiguo tempore anteuertente) néve præter contumeliæ magnitudinem & atrocitatem sibi quoque ipsi sapiens videretur, vt homines ita Deum etiam qui omnibus acumine & sapientia præstat, sapientésque in sua versutia apprehendit, externa virtutis specie fallens: verùm consilia sua patere atque intelligi sentiret, minimèque animo efferretur, fraudem suam teneri ac percipi sentiés. Quamuis enim ille Martyrum Deus impietatem nõ repressit, nec scelus quod meditabatur, atque animo premebat, velut malum quoddam profluuium statim exsiccauit atque inhiuit (ob causas quas ipse pro ineffabili sua potentia gubernandiq; ratione cognitas habet, iuxta quam Amorrhæorum quoque iniquitates cumulari atque expleri certo consilio permittit:) vt tamen promiscuæ multitudini consuleretur, peruersitatem illam odio atque execrationi esse conueniebat, honorémque hunc reici, Deique erga omnia, quæ sibi offeruntur, æquabilitatem puritatemque demonstrari. Nam qui Israëlî impiè agenti dixit, Si obtuleris siliqum, vanum est suffimentum, abominatio mihi est: quique etiam eorum Neomenias & Sabbata & diem magnum repudiât, (neque enim se, cum plenus sit, vlla re humana & parua opus habere, vt existimari possit eum muneribus indignè oblati delectari) & flagitiosi hominis sacrificium, quamuis etiam vitulum mactet, quasi canis victimâ execratur, & thus quasi blasphemiam, ac meretricis precium atque mercedem à templo exterminat atque abiicit, vnúmque illud sacrificium charum habet, quod puræ manus & mens excelsa atque ab omni labe expiata purissimo numini offerunt: quid mirum, si idem ne huius quidem honorem accepit, sceleratè & scelerato animo oblatum, ille inquam, qui nõ humano more aspicit, nec id, quod oculorum sensu percipitur, sed occultum hominem, atque internam vitij vel virtutis officinam intuetur? Atque hoc quidem tale est. Quòd si quis mihi minus credendû putat, eos ipsos, qui spectaculo interfuere, testes producam: nam multos habeo, qui & nobis hoc miraculum transmiserunt, & ad posteros transmittent. Posteaquam autem ad virilem ætatem iam progressi philosophiæ placita attigerunt (quod vtinam nunquam fecissent) dicendique facultatem, quæ vt probis & honestis virtutis instrumentum atque armatura est: ita improbis & flagitiosis vitij stimulus efficitur, insuper collegerunt: nequaquam iam totum morbum premere atque cõtinere, nec omnino impietatis fraudem secum ipse solus meditari poterat. Quin potius quemadmodum ignem in materia latitantem, etiam si nondum in luculentam flammâ attol-

latur,

latur, tamen scintillæ quædam exilientes, aut fumus è profundo subindicant: aut, si mauis, quemadmodum fontes illi, qui per specus quosdã cum flatu voluntur, ac postea in angustum pressi, nec liberum exitum habentes, multis terræ locis in sublime efflant, tacitumque ab ima parte sonum edunt, à flatu quidem sursum impulsî, cæterum à superna violentia retenti & cohibiti: eodem quoque modo ipse, tametsi ob temporis incommoditatem, eiusque, qui rerum potiebatur, auctoritatem atque disciplinâ, maiorem impietatis partem animo clausam haberet (nõdum enim satis tutum erat impietatem apertè profiteri) interdum tamen iis, qui impietate quàm prudentia acutiores erant, mentis arcanum detegebat, tum in disputationibus, quas cum fratre habebat, plus quàm æquum erat, pro Ethnicis contendens (hoc quidem prætextu⁹ quasi inferiorem doctrinam exercitationis causa tueretur: cæterum re vera aduersus veritatem seipsum exercens) tum omnibus rebus gaudens, quibus morum impietas quasi certissimis quibusdam notis exprimitur. At verò postquam fratre ab humanissimo principe ad imperij societatem ascito, partèque orbis terrarum haud parua in administrationem accepta, pro animi libidine ac sine vllò metu perniciosissimis studiis & præceptoribus operam dare licuit (ipsi porrò Asia impietatis schola erat, tam quæ circa siderum scientiam & natiuitates inanemque præscientiæ imaginationem vanissimè occupatur, quàm quæ circa præstigiæ artem earum asseclam versatur) vnúm hoc iam restabat, vt ad impietatem vis & potestas accederet. Non multum temporis interfluxit, cum hanc quoque illi aduersus nos concedit exundans multorum iniquitas, Christianorumque, vt sic loquar ad summam proeecta bona valetudo, contrariamque mutationem quærens, licentiæque & honor & satietas, ob quam ad insolentiam contumeliæque prolapsi sumus. Etenim maioris difficultatis esse videtur, præsentia bona tueri ac retinere, quàm absentia adipisci: minorisque negocij esse sublatam ex oculis felicitatem studio & cura recuperare, quàm præsentem conseruare: Atque, vt præclarè habetur in Prouerbiis, quemadmodum insolentia calamitatem, ita humilitas atque abiectio gloriam antecedit. Aut, vt dilucidius loquar, quemadmodum calamitas insolentiâ, ita splendor & gloria humilitatè comitatur. Dominus enim superbis resistit: humilibus autem dat gratiam, atque contrariis contraria in oppositum inducit, qui omnia iuste admetitur. Quod cum ipse quoque Dauid perspectum atque exploratum haberet, hoc in bonorum numero collocat, quòd animo contractus & depressus fuerit, gratiamque habet ei, à quo depressus est, tanquam hinc diuinarum iustificationum cognitio ipsi accesserit. Priusquam, inquit, humiliarer, ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui. Ita humilitatem mediam inter delictum & resipiscenciam statuit, vt pote ab illo quidem ortam, huius autem procreatricem. Peccatum enim humiliationis mater est: resipiscencia autem humilitatis. Nos quippe in altum sublari cum probi & moderati essemus, eoque paulatim proeucti, vt in hanc rerum speciem hominumque multitudinem Dei ope, ac favore peruenerimus: posteaquam saginati fuimus, saltitauimus: & posteaquam dilatati fuimus, in arctum redacti sumus: quamque in persecutionibus & calamitatibus gloriam potentiamque collegeramus, eam in secundis rebus deleuimus, quemadmodum deinceps oratio perspicuum faciet. Ac Cæsari quidem & imperium & vita finem accipit. (quæ enim interea acciderunt, silentio premeam, tam eius gratia qui fecit, quàm qui passus est: quorum vtriusque pietatem honore ac reuerentia prosequens, temeritatem haudquaquam laudo. Quoniam enim fieri aliter non poterat, quin cum homines essent, peccati aliquid admitterent, hoc illud est quod fortasse quispiam in vtroque reprehenderit: nisi tamen hic quoque, dum alterum accusamus, alterum crimine liberemus. Iulianus autem statim fratri in imperio, sed non in pietate, paulò autem post et quoque, à quo Imperator creatus fuerat, succedit, partim volenti, partim communis fati violentia coacto, atque ita superato, vt ea clades orbi vniuerso funesta atque exitiosa fuerit. Quid tibi

DD 4

1. Cor. 3.

Esa. 1.

Psal. 49.

Psa. 66.

Deut. 23.

1. Reg. 16.

Dicendi facultas.

Simil.

Prou. 16.

Difficile bona præsentia tueri.

Prou. 16.

Iacob. 4. 1. Pet. 5.

Psal. 118.

Humilitas media inter peccatum & resipiscenciam.

Vt mors Galli.

Humanum est peccare. Iul. fratri succedit.

Ad Constantium apostrophe.

Constantij laus.

Accusatio et purgatio Constantij.

Constantij desiderium.

accidit, ô Imperatorum præstantissime ac diuinissime Christi que amantissime (eò enim prouehor, vt tecum velut cum præfente atque audiente expoſtulem: etſi multò excellentiorem te eſſe non dubitem, quàm vt expoſtulatione noſtra & reprehensio in te hæreat, vt pote qui Deo adiunctus ſis, cœleſtisque gloriæ hereditatem acceperis, atque hætenus à nobis migraris, vt imperium cum meliore commutares.) Quodnam hoc conſilium iniſti, qui omnes, non tui ſolùm temporis Imperatores, ſed etiam ætate tua superiores animi ſolertia atque acumine longè antecellebas? qui barbaras nationes per gyrum repurgabas, tyrannòſque interſinos ditioni tuæ partim ſermonibus, partim armis ſubuciebas, & quidem vtrūque ita dextrè & egregiè, quaſi ab altero nihil moleſtiæ tibi exhiberetur: cuius cum magna & eximia trophæa armis & prælio quaſita, tum maiora & illuſtiora ſine vlla cruoris profuſione parata: ad quem legationes & ſupplicationes vndecūque conſuebant: cui nationes omnes partim obediebant, partim iamiam obediuræ erant, vt in eadem cauſa eſſent omnes ij, quorum expugnatio in ſpe poſita erat, ac ſi iam domiti atque in poteſtatem redacti eſſent: qui Dei manu ad omnia conſilia reſq; omnes gerendas vtebaris: cuius denique & prudentia maiorem admirationem ſui mouebat, quàm manuum vires, & rursus vires maiori admirationi erant quàm prudentia, atque vtroque præclarior illuſtiorque erat pietatis gloria. Quomam igitur modo hîc ſolùm rudis & imperitus parumque circunſpectus apparuiſti? Quæ hæc inhumanæ humanitatis & clementiæ celeritas? Quis dæmonum ad hanc deliberationem ſimul irrepiſit? Quo modo magnâ illam hæreditatem & patrium decus atque ornamentum (Christianos intelligo) gentem illam toto paſſim orbe lucentem, regale ſacerdotium, multo labore multiſque ſudoribus auctum, tam breui atque exiguo temporis puncto communi huic peſti & furie tradidiſti: Sed fortasſe vobis, fratres, impiè facere videor, atque in hoc ſermone iniqui & ingrati animi ſpecimen exhibere: quòd non ſtatim accuſationis verbis veritatis verba ſubnectam. Quamquam per ea quoque, quæ obieci, ſatis ipſius cauſam egi, eumque purgavi, ſi modò accuſationi noſtræ animum aduertitiſtis: atque hîc duntaxat accuſationi abſolutio coniuncta eſt. Nam cum benignitatem facilitatemque dixi, deſenſionem ipſius purgationemque declaravi. Cui enim, vel ex iis, quibus non ira cognitus erat, dubium eſt, quin ipſe pietatis cauſa flagrantisq; erga nos amoris ſingularisq; ſtudij & beneuolentiæ, non modò illum aut totius generis honorem, imperijque incrementum neglexiſſet, verum imperio quoque ipſi bonisq; omnibus & facultatibus atque ipſi denique vitæ, qua nemini quicquam eſt charius, tranquillitatem noſtram ſalutemque libenti animo prætuliffet? Neque enim quiſquam vnquam vllius rei tam acri & vehementi amore & cupiditate correptus eſt, quàm ille Christianos crefcere, atque in ſummam gloriæ potentiamque amplitudinem peruenire cupiebat. Ac neque ſubactæ nationes, nec Reſpubl. præclaris legibus conſtituta atque gubernata, nec pecuniarum copia, nec ampliffima gloria, nec quòd rex regum & eſſet & diceretur, nec quibuſcunque aliis rebus hominum felicitas declaratur, nec quicquam ex omnibus rebus humanis tantopere ipſius animum oblectabat, quàm vt & nos per ipſum, & per nos ipſe tum apud Deum tum apud homines florere, ac perpetua & in omne tempus indelebilis potentia permaneret. Illud enim probè perſpiciebat, altiùs videlicet magisq; regiè, quàm plerique ſoleant, de his rebus cogitans, quòd cum Christianorum rebus Romanorum res ſimul increuerunt, ſimulque cum aduentu Chriſti imperium ingreſſum eſt, cum nõdum priùs hoc euiciſſet, vt in vnus principatum planè deueniret. Atque ea de cauſa cauſam noſtram, vt par erat, ſtudioſius mihi fouere videbatur. Qui quidem & ſi quid nobis negocij faceſſiuit, non eò faceſſiuit, q; nos cõtemneret, contumeliãq; opprimeret, aut quòd aliis quibuſdam potiùs quàm nobis gratificari cuperet: ſed vt omnes in vnum coiremus, conſenſionemque animorum iungeremur, nec diſſeſſi ſchiſmatifque & diſſidiis inter nos dirempti atque diſiuncti eſſemus. Sed, vt dicebam,

dicebam, parum cauta eſt ſimplicitas, clementiæque adiuncta eſt imbecillitas, minimèque is malitiam fraudemque ſuſpicatur, cuius animus à malitia liber eſt & immunis. Ac proinde ab optimo principe, quid futurum erat, ignoratum eſt, nec fucus & ſimulatio deprehensa, ſenſimque obrepiſit impietas, ac duæ benignitates ſimul occurrerunt, altera erga pium genus, altera erga omnium hominum impiiffimum, maximūque diuini numinis contemptorem. Qui cum nihil haberet, quòd de Christianis quereretur, nihil quòd doctrinam noſtram improbareret, nihil rursus quòd ex prophanis Græcorum dogmatibus eximium atque excellens, argumentifque vix labefactabile arbitrari poſſet, nec vllius maiorum fuorum exemplum ſequeretur: nobiliſſimum ſe ex impietate reddidit, nouòque modo cum eo, à quo Imperator creatus fuerat, certauit. Nam cum illum virtute rebuſque præclaris ſuperare non poſſet: contrario modo ſibi nominis ſplendorem conciliare obnixus eſt, nimirum per profuſam & effrenatam impietatem, peruicacemque vitij ſtudium. Ac pro Christianis quidem & ad Christianos talis eſt Constantij purgatio, tamque iuſta & æquitate nixa, his quidem certè, qui mente præditi ſunt. Verum quia nonnulli ſunt, qui quamuis nos hoc crimine liberent, altera tamen culpa non ſoluunt, verum ſtultitiã nobis hoc nomine impingunt, quòd inimiciſſimo homini hoſtique acerrimo imperiũ commiſit, atque eundem primò hoſtem effecit, deinde viribus communiuit, nimirum per fratris cædem inimicitia fundamenta iaciens, poſt autem per imperium vires addens: de hac quoque re paucis neceſſariò diſputandum eſt, illudque oſtendendum, nequaquam omnino inconſultam & temerariam hanc clementiam extiſſe, nec ab imperatoria animi præſtantia prouidentiamque alienam. Etenim pudore ſuffunderer, ſi huiusmodi honorem ab eo conſecuti, eumque tanta pietatis laude excelluiſſe perſuaſum habentes, iuſtum illi patrociniũ nequaquam aſſerremus. Id quòd iis quoque qui nihil beneficij in nos contulerint, à nobis, qui Verbi & veritatis cultum profiteremur, præſtari debet: idque præſertim poſt illius è vita diſceſſum, cum iã verendum non eſt, ne in aſſentationis opinionem incidamus, ac iam omni mala ſuſpicionem vacat oratio. Quis enim non ſpem habuiſſet fore, vt, ſi nihil aliud, honoribus certè ipſum mitiorem efficeret? Quis non ex fide, quæ illi, etiam præter æquum, habita eſt, iuſtiorẽ: tanquam iuſto & imperatorio iudicio alter pœnam luiffet, alter ad imperium aſcitus fuiſſet? Nam qui iuniorẽ iis honoribus cumulafſet, quos nemo vnquam ſibi ſpe finxiſſet, ne ipſe quidem, qui honorem acceperat: perſpicuum vtiq; eſt eum, ne in priorem quidem, niſi iuſta ira inflammatum, animaduertiſſe: alterumque eius qui ſupplicio affectus eſt temeritati aſſignandum eſſe, alterum autem illius, à quo iſte imperio ornatus fuerat, humanitati. Adhæc, vt quòd maioris momenti eſt, dicam, non tam iſtius fide nitebatur atque confidebat Constantius, quàm propria potètia: cuius fiducia mihi inſignis etiam ille Alexander videtur ſuperato Poro non modò vitam didiſſe, (idque cum pro regno adeò ſtrenuè dimicaſſet) ſed Indorum quoque regnum rursus donafſe: perinde atque non alia ratione magnanimitatis ſpecimen editurus, qua vinci, cum Alexander eſſet, turpius exiſtimabat, quàm armis ſuperari: præſertim cum in ſua poteſtate eſſet eum, ſi malum beneficiũque immemorem comperiret, rursus ſubigere. Ita liberalitas ea ab exuberanti quadam animi præſidentia manabat. Sed quid in hac re tantopere laboro atque contendo, cum mihi cauſam facile obtinere liceat, etiam ſuperato? Etenim ſi is malus cenſendus eſt, qui credidit: quid tandem ille præ eo exiſtimandus ſit, cui fides habita eſt? Et, ſi mores illius non præuidiſſe, in crimine ponendum eſt: vitium ipſum vbi tandem collocabimus? Sed proſectò res quædam conſiderationis expers eſt malitia: nec vlla ratio iniri poteſt, qua homines nequam & flagitioſos quiſquam meliores efficiat: quippe cum iſte, qui maiore erga Constantium beneuolentiã eſſe, ac ſi quos malitiæ igniculos habebat, eos extinguere debebat: tanta peruerſitate fuerit, vt his beneficiis ad maius odium incenderetur, atque id ſpectaret, vt beneficij au-

Iul. ab impietate nobilitatem quaſiuit.

Aliud Constantij crimen, et purgatio.

Alexander in Porum beneficus.

ſent.

Notat Philosophos, quorum lectione Iulianus melior non euaserit.

thorem uisceretur. Hæc eum uidelicet Platonem & Chrysippi, & graues Peripatetici & Stoici, & scita illa & lepida sonoro gutture fundentes edocuerunt. Hæc Geometriæ æqualitas & disputationes de iustitia, illudque, Optandum potius esse iniuriæ accipere, quàm admittere. Hæc egregij magistri, imperijque adiutores & legislatores, quos ex triuuis & barathris sibi collegerat, quorum non vitæ rationem laudauerat, sed facundiam suspexerat, ac ne hanc quidem fortasse, sed impietatem solam, ut satis idoneam consiliariam, rerumque gerendarum vel non gerendarum magistram. An non autem hos suspicere atque admirari æquum est, qui ciuitates etiam sermone fingunt, quæ re ipsa construi ac coagmentari nequeunt, quique splendorum tyrannides modò non adorant, & cum suo fastu & supercilio supra deos obolum efferunt, partimque ne Deum quidem omnino esse, partim rerum humanarum cura non tangi decernunt, verum temere & fortuitò omnia ferri, partim sideribus duci fatalisq; necessitatis figurationibus, haud scio unde & à quo ductis, partim omnia voluptatem appetere, eamque vitæ humanæ finem arbitrantur? Virtus porrò ipsis inanis elegantiae nomen est, nec ultra hanc vitam porrigitur, nec vlla postea rerum in hac vita gestarum censura & examen iniustitiam coercens. Aut enim quispiam eorum, qui apud illos Sapientum numero habentur, hæc non intellexit, sed in alto cœno, ut dici solet, atque obscura erroris & ignorantiae caligine adobrutus est, ut pote nequaquam ita purgatus, ut veritatis radios intueri posset, verum circa terrena atque in sensum cadentia prouolutus, nec supra dæmones quicquam animo concipere valens, sublimiùsq; ut Creatore dignum est, ferri: aut si quis vel leuiter prospexit, quia non Deum sed humanam rationem ducem sequeretur, ab eo quod probabilius erat, pertractus est, quòdque promiscuam multitudinem ob propinquitatem magis alliciebat. Quid mirum igitur, si is, qui ab huiusmodi placitis prodibat, atque ab huiusmodi gubernatoribus regebatur, erga eum, qui sibi fidem habuerat, honoremque mandauerat, tam infidè sceleratèque se gesserit? Nam si per accusationem quoque ipsius causa defendenda est, non tam eò mihi ad rerum statum perturbandum quarendamque perditæ amentiae suæ libertatem adductus viderur, quòd fratris cæde discrucietur, quippe quem pro hoste quoque propter religionem haberet, quàm quòd res Christianorum augeri permolestè ferret, atque aduersus pietatem fureret.¹⁷ Oportere enim philosophiam atque imperium, iuxta illorum sententiam, in vnum coire: non ut miseræ esse desinant ciuitates, sed ut malis impleantur. Ac primùm quidem illius contumaciæ profligatæque vœcordiæ facinus fuit, quòd sibi ipse diadema imposuit,¹⁸ magnique illius nominis honorem arrogauit (quod non fortunæ violentia, sed pro virtutis præmio vel tempus vel Imperatoris calculus affert, vel, ut moris antiqui fuit, Senatus iudicium) nec honoris modum eius arbitrio permisit, quem imperij arbitrum dominumque habuerat. Deinde (tam enim ob ea que perpetrarat, necessitatem sibi in omne flagitium ruendi impositam esse perspiciebat) quid cogitat, & quò tum impietatis tum furoris progreditur? O miram illius animæ vefaniam! Aduersus eum expeditionem suscipit, atque ab Occidente pedem mouet: in speciem quidem, quasi se de suscepto diademate purgare vellet (adhuc enim amentiam suam occultare videbatur): re vera autem ut totum imperium ad se transferret, ac perfidia sua & ingratitude in hominum admirationem veniret. In eoque spe sua minimè falsus est. Nec tamen hoc mirentur, qui Dei rationum & consiliorum, quibus omnia reguntur, obscuram altitudinem omnique coniectura superiorem non assequuntur, nec opifici ipsi gubernatione cedere sustinent, nobis quidem certè sapientiori, suæque & quò, & qua vult ratione ducenti, proculdubio autem ad id quod melius est, atque ad medicinam: vtrunque ij qui curantur, indigne ferant. A quibus consiliis non ille quidem ad malum excitatus est (Deus enim nullo modo causa est mali, quippe natura bonus: vitiumque eius est, qui elegit) haud tamen ab impetu suo animique proposito repressus est. Itaque mira celeritate

Proh.

Vnde impietas Iul.

Galli.

Vt Platonis.

Iul. facin.

Iul. in Cōstantiū expeditionem suscepit.

Dei sapientia.

Deus non est causa mali.

leritate tum regionem suam tum nonnullam barbaricæ oræ partem emensus, transitūque, fallendo potius, quàm vincendo, sibi furtim patefacto, aulæ imminere incipit, ut quidem narrant, qui partes eius tuentur,²⁰ futuri præscientia ad hæc expeditionem incundam elatus, dæmonumque impulsione atque hortatu prosperum euentum pollicentium, rebûsque mutationem decernentium: ut autem aiunt, qui vera loquuntur, ad tempus arcano atque occulto facinori præfinitum adueniens, atque ad mortem, cuius ipse architectus erat, properans, conatum interim suum per domesticorum quendam celans. Ita facinus illud non præscientia sed scientia erat, scelerisque opus non dæmonum beneficium: qui quidem quantum in his rebus coniectura & diuinatione valeant,²¹ Persis luculenter ostendit. Ac finem tandem faciant, qui illius celeritatem dæmonibus ascribunt: nisi hoc quoque ipsum, sceleratum esse, his adiungamus. Quòd nisi tyranni aduentum atque incursionem mors Imperatoris anteuertisset, atque obscurum bellum plus potuisset, quàm aperta manus: intellexisset fortasse homo nefarius se in perniciem suam hac celeritate usum fuisse, ac priusquam vefaniae suæ Persas castigatores habuisset, amentiae pœnas in Romanorum finibus, in quos scelerata audacia irruerat, persoluisset. Quòd vel hinc cōiectura colligi potest. Nam adhuc etiam progrediens, atque obscuram & incognitam esse expeditionem suam existimans, à præstantissimo Imperatore exercitu circumuenitur, atque vndique cingitur, hoc agente, ut fugam quoque omnem ipsi præcideret, quemadmodum ex his, quæ deinde secuta sunt, liquidò declaratum est. Neque enim paruum & leue facinus erat, ei qui imperium tenebat, exitum fugæ præcidisse. Verum ille aduersus istius amentiam atque impietatem iracundia ardens, sapiētissimumque illum laqueis irretitum tenēs (ò graue nostrum vitium!) in medio itinere diem vitæ extremum claudit,²² cum de sua beneficentia & Deo & hominibus multis verbis se excusasset atque purgasset, conatūque suo animique impetu testatum Christianis reliquisset, quanto pietatis tuendæ studio impelleretur. Atque hinc mihi ob ea, quæ deinceps sequuntur, lachrymæ gaudio temperatæ subeunt, ac velut fluminis & maris pugna & commixtio atque dissidium, inter se contententium ac coeuntium. Quemadmodum enim ex postremis voluptas, ita ex iis quæ præcesserunt, lachrymæ nascuntur, non Christianorum tantum causa, vexationisque ipsis obortæ, vel à diabolo inuectæ, vel à Deo permixtæ ob eas causas, quas ipse nouit, fortasse propter superbiam insolentiamque nostram purgatione indigentem: verum etiam propter illius animam, eorumque, qui ad eandem perniciem atque exitium ab eo simul abrepti sunt. Quidam enim extremas eorum plagas pœnasque in hoc sæculo persolutas gemunt, nimirum ij, qui huius tantum vitæ rationem habent, nec ad futura supplicia animo penetrant, nec vllam rerum in hac vita gestarum censuram atque mercedem fore arbitrantur, sed brutorum animantium ritu in diem atque in præsens semper viuunt, ac sola huius vitæ prosperitate & tranquillitate beatitudinem meriuntur, contraque rerum aduersarum incursionibus infelicitatem definiunt. Mihi verò grauius eos lugere subit ob sequentis vitæ tormenta pœnasque sceleratis reconditas. Nōdum enim quod maximum est, colligo, nimirum à Deo eiici atque exturbari, quàm dura & acerba illis pœna sit. Quo modo teneri queā, ne miserū illū lachrymis prosequar? quo modo inhiberi, ne & eos vberius lugeā, qui sua sponte ad impietatem accurrerunt, quàm eos qui persecutionibus oppressi sunt: & rursus eum effusius defleam, qui alios secum in perniciem abstraxit, quàm eos qui ad vitium transfugarum more defecerunt? Quin potius Christianis quidem haudquaquam triste & calamitosum est, quòd pro Christi nomine passi sunt, immò omnium beatissimū, nō propter futura tantum præmia, sed propter huius etiam vitæ splendorem & libertatem, quam sibi ipsi per exhausta pericula pepererunt: his contra reconditorum atque denunciatorum tormentorum quasi præludium quoddam sunt ea, quæ iam perpeffi sunt: præstitissetque ipsis, diuturnioribus in hac vita doloribus excruciaci, quàm ad illa

Constantij mors.

Cur vexamur.

Beatissimū pro Christi nomine passi.

Pro. 17. 28.
Eccl. 8.
Iob 31.
Hostibus nō
insultādū.

Iul. statim
post impe-
rium sit im-
pius.

Incructum
Missæ sacri-
ficium.

Miraculū
crucis coro-
natæ in ex-
tis anima-
lium.

Num. 22.
1. Reg. 28.

Multas sa-
lutas vias
De⁹ aperit.

Aliud mira-
culum.

Dæmones
subterranei

tribunalia referuari. Atque hæc mihi propter²⁴ eam legem dicta sint, quæ hosti prolapsio insultare nos vetat, atque ab iis qui stant, commiserationem exposcit. Nunc ad ipsum rursus orationē referamus. Quod nā hoc pertinax mali studium? Qui tātus impietatis amor? quis tā effusus ad exitiū cursus? Vnde tā infestus Christi hostis, qui se Christi discipulum professus fuerat, qui tot tantisque veritatis sermonibus & doctrinis assueverat, multaque ad salutem spectantia partim dixerat, partim audiuerat? Vix enim imperij hæreditatē adire cœperat, cum impietatem palam liberēque profiteretur, perinde atque hoc quoque nomine erubescens, quod Christianus aliquando fuisset: aut ea de causa Christianis succensens, quibus nominis societate iunctus fuerat. Atque hinc quidem facinora sua auspicatur, quæ admodum narrant, qui ipsius arcanis gloriatur. Proh superi in quos sermones incurrere cogor:²⁵ impuro & nefario sanguine lauacrum extergit, initiationi nostræ execrabilem initiationem opponens, sus videlicet in cœno prouoluta, sicut est in proverbio: manusque suas profanat, ut nimirum eas ab incruento illo sacrificio, per quod nos Christo ipsiusque passionibus & diuinitati communicamus, elueret ac repurgaret.²⁶ Haruspicianis autem & sacrificiis imperialem aulam constituit, malis mali imperij cōsiliariis vtens. Ac quoniam haruspiciarum mentionem feci, superstitionisque, aut, ut commodius loquar, diabolicæ vāsanæ, qua ad res huiusmodi ferebatur: nōdum satis constitutum habeo, literisne hoc miraculum, quod omnium sermone celebratur, mandare, an narrantibus fidem abrogare debeam. Etenim ipse ancipitis ac perplexi sum animi, nec vtram in partē propendeam, habeo, ut pote mixtis iis, quæ fidem mereri queant, cum iis, quæ fide carere videntur. Nam quod tam nouæ atque inauditæ sceleris perpetratiōni & impietati signum aliquod & portentum accesserit, hoc non modò à vero non abhorret,²⁷ sed persæpe iam in maximis mutationibus accidit: quod autem hoc modo indicatio illa facta fuerit, id verè est, quod mihi quidem admiratione cum primis dignum videtur, atque omnibus qui res puras purè declarari volunt ac declarandas existimant. Ferunt igitur, cum ipse sacris operam daret, extra animalium coronatam crucem edidisse. Quæ res alios quidem horrore summæque sollicitudine & anxietate affecit, eoque adduxit, ut potentiam nostram persentiscerent: at impietatis magistro animum videlicet addidit, tanquam circumscripti atque vndique conclusi essemus. Sic enim crucem & circulum ex tempore interpretatus est. Atque hoc sanè est, quod miraculi instar habeo: quod si falsum est, in auras abeat: si autem verum, rursus Balaam vaticinatur, & Samuel per Ventriloquam trahitur aut trahi videtur, & dæmones Iesum inuiti confitentur, ac per cōtraria, quò plus fidei atque authoritatis habeat, veritas demonstratur. Ac fortassè his rebus id agebat prouidentia, ut illius impietatem compesceret. Multas enim & mirabiles salutis vias Deus inusitato modo aperire nouit, ad humanitatem & misericordiam propendens. Quod autem à pluribus commemoratur, nec ab illius moribus abhorret, oratione persequar. Descendebat in quoddam adytum plerisque inaccessum & horrendum (quemadmodum vtiā in infernum quoque, priusquam in huiusmodi scelera prorumperet) comitem eum habens, qui multis adytis dignus erat, hoc est hominem huiusmodi rerum sapientia siue sophistica instructum. Nam hoc quoque apud ipsos diuinationis genus est, ut caligine quadam cum subterraneis dæmonibus de rebus futuris colloquium ineant, siue quia tenebris magis oblectantur (quippe ipsi quoque tenebræ, & tenebrarum peccati artifices) siue quia piorum hominum, qui in terra sunt, societatem & congressum fugiunt, ex illisque infirmiores redduntur. Ut autem egregium virū progredientem terrores adoriri cœperunt, ac subinde plures & formidolosiores (sonos quosdam insuetos aiunt tetròsque odores atque ignea spectra ac nescio quas nugas & deliramenta) re inopinata percussus (harum enim rerum studium serò amplexus fuerat.)²⁸ ad crucem vetusque remedium confugit, eoque se aduersus terrores consignat, eumque, quem persequebatur, in auxilium asciscit. Ac quæ sequuntur,

quintur, magis tremenda. Valuit signaculum, cedunt dæmones, pelluntur terrores. Quid deinde? Reuiscit malum, rursus ad audaciam redit, rursus aggreditur, rursus iudem terrores vrgent: rursus obiecto signaculo dæmones conuiescunt, perplexusque hæret discipulus. Ac sacrorum antistes & magister ipsius lateri hærrere peruersè veritatem exponit.²⁹ Abominationi illis fuimus, inquit, non terrori: vincit quod peius est. Hæc enim loquitur, & locutus persuadet, persuasumque discipulū ad perditionis barathrum ducit. Nec mirum videri hoc debet. Improbis enim promptius ac libentius malum sequitur, quàm à bono cohibetur. Quæ porrò dixerit aut fecerit, aut quibus imposturis elusus fuerit, priusquam sursum remitteretur, norunt ij, qui mysteriis huiusce partim initiant, partim initiantur. Cæterum ascendit, tum animo insanus & dæmonum intemperis agitatus, tum rebus ipsis ac furioso oculorum prospectu satis significans, quos coluisset: nisi tamen ab eo quidem die dæmonibus refertus est, quo tam nefaria apud se proposuit, verum id apertius tunc patuerit, credo, ne frustra descendisse dæmonumque participes factus esse videretur, quem illi³⁰ Enthusiasmum, id est, numinis afflatum appellant, in honestiorem significationem nomina commutantes. Hæc prima ipsius facinora extiterunt. Cum autem iam quod parturiebat, tenere non posset, persecutiōque erumperet: quiddam animaduertere cœpit, siue sapienti in vitio atque impietate excellenti viro dignum, siue ab iis, qui eum athletarum more ad eam vnebant, hanc doctrinam hausisset. Sic enim secum reputauit, si bellum apertè susciperet, seque impietatis ducem ipse profiteretur, præterquam quòd id nimis sæuum atque insolens futurum esset, huic insuper scopo, ad què collimabat, omnino contrarium fore. Nos enim, si vis inferretur, acriores obstinioresque futuros, ac tyrannidi obnixum pietatis tuendæ studium obiecturos cogitauit. Solent enim fortes & generosi animi, ei, qui vim afferre parat, contumaciter obistere, non secus ac flamma, quæ à vento excitatur, quò vehementius perflatur, eò vehementius accenditur. Idque non cogitatione solum reperiebat: sed etiam ex præcedentibus persecutionibus cognoscere poterat, quæ illustriorem potius & nobiliorem Christianam religionem reddiderant, quàm infirmiore, animas nimirum ad pietatem roborantes, ac periculis, velut calidum ferrum aqua, obdurantes.³¹ At si callidè & veteratoricè bellum gereret, ac vim persuasionis verborumque blanditiis illineret, aut tyrannidi clementiam tanquam æri escam imponeret, ita demum non solum prudētē, sed validam quoque sibi concertationem fore. Etenim ut alia, ita Martyrum quoque honorem athletis inuidebat. Ac proinde id molitur, ut ipse quidem & vim afferat, & interim afferre non videatur: nos contra & supplicia perferamus, & eo interim honore, qui pro Christi nomine patientibus haberi solet, careamus. O singularē hominis stultitiā! Primum si, cuiusnā causa periculū susciperetur, obscurū esse arbitrabatur, facturumque se putabat, ut artibus suis callidisque consiliis veritatem obrueret, ac non potius, quòd plura aduersus honores cōminiscebatur, hoc maiores eos clarioresque redderet. Deinde, si gloriæ cupiditate ac non veritatis studio & amore nos periculū adire existimabat. Hæc sanè apud illos velut animi causa faciant³² Empedocles,³³ & Aristæi, &³⁴ Empedotimi quidā, ac Trophonij, atque huiusmodi infeliciū hominum chorus. Ex quibus ille cum Siculis A Etnæ foraminibus diuinitatem, ut sibi opinione fingeat, comparasset, seque ad meliorem sedem transmisisset, sandalio ignis æstu eiecto, proditus est, atque ita non Deus post hominem ostensus est, verum inanis gloriæ studiosus, philosophiæque expers, ac ne communi quidem sensu præditus. Hi autem cum eodem morbo gloriæque amore inflammati in penitissimos quosdam terre recessus sese abdidissent, deprehensa postea fraude, non plus honoris ex hac sui subductione acceperunt, quàm contumeliæ ob cognitam eorum imposturā. At Christianis iucundius est pietatis causa supplicio affici, etiam si nemo id resciturus sit, quàm aliis cum impietate clare gloriæque florere. Hominibus quippe placere parum admodum curamus: id

Signaculū
crucis vit-
tus.

sent.

Enthusias-
mus.

Iul. quare
occultè
Christianis
bellum in-
dixerit.

simil.

Iul. Marty-
rum hono-
rem Chri-
stianis inui-
debat.

Empedoc.
Aristæus,
Empedot.
Trophonij.

Quid in
martyrio
expetant
Christiani.
Triplex ho-
minum ge-
nus.

vnun expetentes, vt honorem à Deo consequamur: immò sublimiùs etiã assur-
gimus: de iis loquor qui verè philosophi sunt, Dei que amore inflammati, quip-
pe qui cum summo bono coniungi³⁵ propter summum ipsum bonum exop-
tant, non autem propter honores in altero æuo reconditos secundus enim hic
laudabilium virorum gradus est, pretio ac mercede aliquid facere: quemad-
modum in tertia classe collocandi sunt, qui pœnæ metu à scelere & maleficio
deterrentur. Ac nostræ quidem res ad hunc modum se habent: idque prom-
ptum & proclive est pluribus argumentis ostendere, si cui ita collibuerit. Hic
verò perinde ac si Christianos insigni quodam honore spoliaturus esset (plerique
enim homines alios affectibus suis metiuntur) ante alia gloriam nostram
nominisque celebritatem insectatur. Nec verò strenuè ac generoso animo,
vt aliis persecutoribus moris erat, impietatem profitetur, nec, si non im-
peratorie, tyrannicè saltem de nobis consilium inquit: vt insigne atque honorifi-
cum ipsius scelus sit, orbis populo vim intulisse, doctrinamque omnibus
doctrinis superiorem tyrannide oppressisse. Verùm turpiter admodum & ignauè
pietatem vexat, animique fraudes & versutias persecutioni, quam ad-
uersus nos excitabat, inducit. Quocirca cum potentia in persuasionem &
coactionem diuisa sit, ita se comparauit, vt quod inhumanius erat, nimirum
vim & tyrannidem, populari turbæ ciuitatibusque permitteret (vt quarum
væfana audacia intolerabilior sit propter temerarios animi motus atque
præcipientes ad omnia impetus) idque nequaquam publico edicto, verùm ex
eo quòd impetum audaciamque minimè reprimebat, velut proposita qua-
dam³⁶ lege non scripta, id se velle promulgans. Quod autem lenius atque
humanius erat magisque Imperatorem decebat, id sibi videlicet assumit,
nempe suadendi atque illiciendi partes: nec tamen id quidem vsquequa-
que retinuit. Non enim natura ferebat, vt vel pardus distinctas macularum
notas, vel Aethiops nigrorem, vel ignis ardorem, vel diabolus, homici-
dij crimine iam inde ab ipsa mundi origine constrictus, hominis odium, vel
iste improbitatem, qua aduersum nos impellebatur, abiiceret. Verùm quem-
admodum³⁷ Chamæleontem aiunt in quiduis facile mutari, atque omnes
subinde colores, candore vno excepto suscipere (Fabulosum enim illum³⁸
Proteum Aegyptium Sophistam prætereo.) Sic etiam ille Christianis, præter
clementiam, in quiduis se vertebat, ac perquam crudelis erat ipsius lenitas,
& violenta persuasio, atque huiusmodi benignitate acerbitati crudelitateque
suarum excusationem quærebat: vt non sine causa vim afferre videretur,
cum blandiendo & alliciendo nihil profecisset. Idque ex eo perspicuum
est, quòd non multum suasionem utebatur, sed plus violentiæ confestim
sequebatur: vt, quemadmodum in venatione, aut laqueis, aut persecutionibus
caperemur, atque alterutro omnino modo nos in potestatem redigeret.
Quod cum in animum induxisset, negociumque ita partitus esset, alterum
ipsius strategema hoc fuit, solumque ex omnibus cautum & circumspectum,
etiam si valde impium, vt à domesticis & satellitum manu (quod omnibus
persecutoribus familiare est) scelus auspiceretur. Neque enim fieri posse,
vt externos aggrediretur, nisi his sibi conciliatis atque adiunctis, quemad-
modum nec exercitum aduersus hostes ducere, cum Imperatore contendente
& diffidente. Atque ob hanc causam aulam totam commutat, aliis morte
prius subductis ac de medio sublatis, aliis submotis & expulsis, non tam quia
erga magnum Imperatorem beneuolo animo fuerant, quam quòd maiori erga
maiorum Imperatorum beneuolentia afficerentur, ac proinde utroque nomine ipsi
incommodi essent. Militès etiã partim per se ipse, partim per eos qui magistratibus
fungebantur, allicit, quippe quos leuiore magisque credulos arbitrabatur, alios
honoribus capiens, alios animi simplicitate distrahens, nimirum eos qui nullam
aliam legem, quam principis voluntatem agnoscebant. Immo si rectius loquendum
est, militum partem non
minimam

Iul. consili-
um in op-
primenda
pietate.

Hierem. 13.
Ioan. 8.

Chamæleō.

Proteus.

Iul. aulicū
comitatum
mutat.
Cōstantiū.
Christum.

minimam ad se pertraxit, & quotquot ex iis ægros & labascentes inuenit, tem-
porisque & tum & iam antea seruos, quos partim subegerat, partim subacturum
se sperabat. Non enim omnes pertraxit, nec tantum illi aduersum nos dedit, qui
per eum persecutionem excitabat: verum plures septem hominum millibus reli-
qui fuerant, qui non flexerunt genu coram Baal, nec auream imaginem adora-
runt, nec à serpentibus icti & vulnerati sunt, quòd Serpentem illum suspensum
Christique passionibus oppressum atque confectum intuerentur, multi scilicet
præfecturis altissimisque dignitatibus ornati (quos minus etiam mirum fuisset
tum periculorum metu tum honorum spe cedere ac manus dare) multi etiam
A plebeij ordinis, ac numero solo cogniti, quos cum adortus esset, non aliter repul-
sus est, quam leuis quædam machina tormentaria à firmissimo muro. Cæterum
eo animo erat, vt non magis angeretur propter eos qui ipsi elabebantur, quam
(vt pote furore percitus) ob eos, qui capiebantur, præfideret: voluntasque ipsa id
quod spe conceptum erat, quasi iam manibus teneretur, repræsentabat. Quin ed
quoque audaciæ prorupit vt aduersus³⁹ magnum illud vexillum præceps ferre-
tur, quod simul cum cruce magnificè & eum insigni pompa exercitum ducit, in
sublime euectum, quod laborum soluendorum vim habet, ab eoque apud Lati-
nos nomen trahit, principatumque, vt ita dicam, in reliqua omnia vexilla tenet,
tam quæ Imperatorum imaginibus, atque expansis texturis in variis tinctionibus
literarumque picturis illustrantur quasi que gestiant, quam quæ horrendis dra-
conum hiatibus super summas hastas elatis inuolantia, ac per tractus contextis
squamis distinctos ventilata iucundissimum simul & formidolosum spectaculum
oculis præbent. Posteaquam autem res domesticas ex animi sententia con-
fecit, ac periculum illud quod præ manibus erat, vt existimabat, depulit:
ita demum ea, quæ deinceps sequebantur, aggreditur. Homo stultissime &
impiissime & in magnis rebus imperitissime, tu ne aduersus tantam sortem &
portionem, orbisque vniuersi fructificationem, quæ per sermonis tenuitatem
& vilitatem, prædicationisque, vt ipsi fortasse dixeritis, stultitiam, omnes
C terræ fines complexa est, quæ sapientes vicit, & dæmones profligauit ac fu-
stulit, & tempus superauit, eadem vetus simul & noua (vt vos⁴⁰ Deorum
quendam portentose confingitis) illa paucis, hæc promiscuæ multitudini, illa
adumbratione, hæc perfectione mysterij ad sua tempora reseruati? Tu ne (quem
autem dico & quantum, & vnde profectum?) aduersus magnam Christi hæ-
reditatem, magnam inquam illam, nec etiam si quidam maiori, quam tu,
furore debacchentur, finem habituram: verum longius progressuram, alti-
usque assurrectionem (mihi enim vaticinationes, & ea quæ cernimus, fidem
faciunt) quam vt Deus creauit, & vt homo hæreditate consecutus est: quam
lex figurauit, & gratia expleuit: quam Prophetæ coagmentarunt, & A-
postoli quasi vinculis constrinxerunt, & Euangelistæ numeris omnibus ab-
soluerunt? Tu ne aduersus Christi sacrificium cum tuis piaculis & execratio-
nibus? Tu ne aduersus eum cruorem, quo mundus purgatus est, cum tuis
cruoribus? Tu ne bellum aduersus pacem suscipere? Tu ne manum aduersus
eam tollere, quæ & pro te, & propter te clavis transfixa est? Tu ne aduersus
fel gustum tuum? aduersus crucem trophæum? aduersus mortem oppres-
sionem? aduersus resurrectionem, insurrectionem & rebellionem? aduersus
martyrem ne martyres quidem? post Herodem persecutor, & post Iu-
dam proditor (nisi quòd nequaquam laqueo, vt ille, pœnitentis animi signum
edidisti) & post Pilatum Christicida, & post Iudæos Dei hostis? Non victimas pro
Christo cæsas reueritus es? nec magnos pugiles extimuiisti, Ioannem illum, Petrum,
Paulum, Iacobum, Stephanum, Lucam, Andream, Teclam, eos qui & post illos, & ante
illos capitis sui periculo veritatem protexerunt? qui cum igni & ferro & belluis &
tyrannis, & presentibus malis & denūciatis, alacri animo, velut in alienis corpori-
bus, immò quasi corporum expertes dimicarunt (cur? ne pietatem rectaque doctrinam,
EE 2

3. Reg. 19.
Rom. 11.
Dan. 3.
Num. 20.
Christus ser-
pens.

Labarum.
vnde di-
ctum.

Vexilla va-
rid.

Iul. obiur-
gat.

I. Cor. 1.

Christiane
fidei nullus
fnis.

Sanctorum
reuerentia.
Tecla.

Sanctorum
honores &
festa.
Reliquiarum
virtus.
Nota.
Hercules
Pelops.

Phrygum
executio.

Mithrae sa-
cra.

Iphigenia
Menecæus.

Scedasi fi-
lia.

Spartani iu-
venes.

Diana.
Socratis ci-
cuta.

Epictetus.
Anaxar-
chus.

Cleombro-
tus.

Pyth. de fa-
bis.

Theano.
Epaminon-
das. Scipio.

Monacho-
rum abstinē-
tia & ma-
ceratio.

Duplex mo-
nachorum
vita.

etiam verbo tenus proderent) quibus præclari honores & festa constituta, à qui-
bus dæmones propelluntur, & morbi curantur, quorum apparitiones & prædi-
ctiones, quorum vel sola corpora idem possunt quod animæ sanctæ, siue mani-
bus contrectentur, siue honorentur, quorum vel solæ sanguinis guttæ atque exi-
gua passionis signa idem possunt, quod corpora? Hæc non colis, sed contemnis
& aspernaris, qui ⁴¹ Herculis rogum ex calamitate, iniuriisque mulieribus illa-
tis excitatum, admiraris, ⁴² & Pelopis excarnificationem, illam inquam vel hos-
pitum vel deorum amore perpetrata, ex qua Pelopidæ ab humeris & ebore
nobilitati sunt: qui etiam Phrygum executiones tubæ suauitate delinitorum, &
cum tibæ cantu contumelia affectorum, ⁴³ cruciatus quoque in Mithræ sacris A
adhibitos, & iustas illas mysticas vstiones, & crudelem apud Tauros hospi-
tum cædem, illudque Troiani belli tempore puellæ regiæ sacrificium, ⁴⁴ & Me-
necæi sanguinem pro Thebanorum salutē fufum, posteaque ⁴⁵ filiarum Sce-
dasi in Leuctris: qui ⁴⁶ adolescentes Spartanos laudas virgis se mutuò lace-
rantes, & aram cruore respersam, Deam castam & virginem oblectantem:
qui ⁴⁷ Socratis cicutam laudibus vehis, & crus Epicteti, & ⁴⁸ Anaxarchi v-
trem, quorum coacta potius ac necessitate expressa, quàm libera & volun-
taria erat patientia: qui ⁴⁹ Cleombroti Ambraciotæ præcipitium, disputa-
tionis de anima lectione permoti: qui ⁵⁰ Pythagoricam illam de fabis con-
tentionem, & mortis contemplationem ⁵¹ Theanus, aut nescio cuius ex iis, B
qui Pythagoræ mysteriis initiati placitisque addicti fuerant? Quod si tu super-
iora illa nostra non miraris, at certè præsentia mirare, ô omnium sapien-
tissime & præstantissime, atque Epaminondas illos & Scipiones tolerantia
laude imirandos tibi proponas, qui simul cum exercitu iter facis, & victu fa-
cili & frugali vteris, & eos Imperatores bellique præfectos laudibus effers,
qui per se ipsi bellum administrant. Est quippe generosi & sapientis animi,
ne hostium quidem virtutem contemnere: verum hostium strenuitati plus
tribuere, quàm suorum etiam familiarissimorum ignaviae atque langori. Vi-
desne hos pauperes, victu & tecto carentes, carnisque ferme & sanguinis
expertes, obidque ad Deum accedentes? hos inquam pedibus illotos & C
humum pro strato habentes (quod ait tuus Homerus, vt hoc figmento dæ-
monum quendam ornet) hos humiles & terrenos, & supra terrena, hos in-
ter homines versantes, & rebus humanis superiores, hos vinculis pressos, &
liberos, qui retenti sunt, & teneri non possunt, quorum nihil in mundo,
& quorum omnia, quæ mundo superiora sunt, quorum duplex vita est, al-
tera contempta, altera studiosè culta & expetita, hos inquam propter mor-
tificationem immortales, propter solutionem Deo coniunctos, ab amore a-
lienos, & diuino libidineque vacuo amore correptos, quorum fons lucis,
& quorum iam radij splendorisque traiectiones, quorum angelici psalmo-
rum cantus, & pernox statio, & mentis ad Deum excessio, ante mor- D
tem in cælum se rapientis, quorum purgatio, & tamen purgantur, quip-
pe nullum ascensus & deificationis modum sibi constituentes, quorum rupes &
quorum cæli, quorum abiici ac proteri, & quorum thronis insidere, quorum nu-
ditas, & quorum incorruptibilitatis indumentum, quorum solitudo, & quorum
sæculi alterius frequentia & celebritas, quorum voluptates compressæ atque
constrictæ, & quorum perpetua atque inexplicabilis animorum oblectatio, quo-
rum lachrymæ, peccati diluuium, & mundi expiamentum, quorum exten-
tio manuum flammam extinguit, feras mulcet, gladiorum aciem retundit
atque hebetat, instructas acies in fugam vertit, tuamque etiam impietatem, E
mihi crede, compressura est, etiam si ad aliquod tempus extollaris, impie-
tatisque fabulam cum tuis dæmonibus ludas. Quomodo ne hæc quidem
tibi terrori sunt, homo audacissime, mortisque, si quis alius, appetentissime?
Quomodo te veneratione non commouent? Quanto tandem hæc præstantiora
sunt,

sunt, quàm sapientis illius & legislatoris ⁵² Solonis inexplibilis cupiditas, quàm
Cræsus auro Lydio conuicit atque coarguit, ⁵³ & Socraticus pulchritudinis &
elegantia amor (vereor enim puerorum amorem dicere, etiam si artificiosè
coornetur) ⁵⁴ & Platonis Sicula liguritio, propter quam etiam venditur ac ne ab
villo discipulorū, immò nec ab homine Græco emitur, & Xenocratis cupedia, &
Diogenis illius, dolium pro domicilio habentis, facetia, qua hospites tyrannis ex
Tragœdia, & viles panes placentis submouet, & Epicuri philosophia, nullum
bonum voluptate maius constituentis. In magna laude apud vos est Crates: ete-
nim sanè philosophicum est, vastas reliquisse facultates, nostratibusque philoso-
phis consimile. verum arroganti præconio ⁵⁵ libertatem proclamat, perinde ac
quispiam, non sapientia magis quàm gloria studiosus. Magnum illius quoque Zeno
nomen est, ⁵⁶ qui cum naui tempestate iactaretur, atque omnia in mare proiice-
rentur, Gratiam, inquit, fortunæ habeo, ad philosophicum pallium me redigenti.
Ampla etiam laus Antistheni tribuitur, quod cum ab petulanti quodam atque Antisthe-
nès.
audaci homine toto ore contusus atque comminutus fuisset, in fronte duntaxat
quasi in statua, percussoris nomē inscripsit, fortasse vt acerbis accusaret ⁵⁷ Lau-
das præterea aliquem eorum, qui non multis sæculis ante nos fuerunt, quod to-
to diei curriculo Solem stans precatus est: fortasse id tempus obseruarat, quo
propinquior terris esse solet, vt orationem contraheret, eamque simul cum ipsius
occafus finiret. Quin illum etiam laudibus prosequeris, qui hyemis tempore tota
nocte in speculatione quadam defixus stetit, ita vt ne vim quidem frigoris pro-
pter mentis abstractionem sentiret? Laudas insuper ⁵⁸ in Homero discendi amo-
rem circa Arcadicam quæstionem, & in Aristotele philosophiam & diutinam
moram ⁵⁹ ad Euripi fluxus & refluxus seu reciprocationes, quibus vterque oc-
cubuit. Effers ⁶⁰ & Cleanthis puteum & Anaxagoræ cingulum, & Heracliti mœ-
stiriam. Quot verò homines his virtutibus excelluerunt, & quandiu? In finitam
autem illam apud nos hominum multitudinem non miraris ac suspicis, qui &
hæc & his sublimiora philosophantur, in omni vitæ genere & instituto, atque in
C toto, vt sic loquar, orbe terrarum, viri iuxta ac mulieres (virtutis æmulatione cum
viris certantes, atque hinc solum naturæ obliuiscetes, vbi Deus per castitatem &
patientiam conciliandus est) nec obscuri solum & ignobiles, & propter pristina
conditionis tenuitatem laboribus assueti, sed etiam valde clari & excelsi, tum o-
pibus, tum nobilitate, & potentia, Christi imitandi studio sese præter morem af-
flictales: qui & si sermonis elegantia careant (quod ne in sermone quidem pie-
tatem constituent, paruusque, vt cuidam etiam poetarum vestrorum placuit, sa-
pientia ab ore manantis fructus sit) maiore tamen sunt ratione & prudentia, at-
que doctrina in actione posita. Sed tamen hæc omnia negligens, atque id vnum
sibi proponens, vt dæmonibus, à quibus sæpe non immeritò prostratus fuerat,
D obsequeretur: prius quàm negociorum publicorum aliud quicquam constituif-
set, in Christianos impetu fertur. Quanquam enim duæ res eum sollicitum habe-
rent, Galilæi scilicet, (sic enim ipsè contumelia causa nos appellabat) & Per-
sæ mira tolerantia & constantia bellum gerentes: tamen vsqueadè maiori
cura animique studio & contentione in perniciem nostram incumbere, vt
Persicum bellum instar nugarum & ludi cuiusdam haberet. Quod quanquam
non apertè declararet: non tamen obscurè ferebat. Tanta enim in eo vis &
redundantia furoris erat, vt omnibus id confiteri nunquam desineret. Ac
ne hoc quidem perspiciebat vir omnium prudentissimus, optimusque Reip.
antistes, quod prioribus quidem persecutionibus idcirco parua perturbatio
& labefactatio sequebatur, quod nondum dogma nostrum ad multos propa-
E pagatum esset, sed in paucis adhuc hominibus veritas consisteret, splendo-
remque desideraret: nunc autem salutifera doctrina longè latèque fusa, ac
circa nos maximè vigente, religionem Christianam inuertere & labefacta-
re conari, nihil aliud fuerit, quàm Romanorum imperium conuellere om-

Solonis illi-
piditas.
Cræsus
Socr. amor.
Plat. ligu-
ritio.
Xenocrates
Diogenes
Epicurus.
Crates.

Zeno

Antisthe-
nes.

Homerus.
Arcadica
quæstio.
Aristoteles.
Euripus.
Cleanthes,
Anaxago-
ras.
Heraclitus.

Pietas nõ in
sermone si-
ta.

Christianos
Iulianus
Galilæos
vocabat.

Ironia.

nibusque reipub. partibus periclitari, eaque, quibus ne hostes quidem grauius quicquam nobis imprecari possint, à nobismetipsis accipere, atque ab hac noua & admiranda philosophia & principatu: propter quem nos scilicet fortunati, atque ad auream illam ætatem reipublicæque administrationem rediimus, illam inquam diffidorum expertem atque pacatã.⁶² An verò tolerabilis populi gubernatio, & tributorum relaxatio, & magistratuum electio, & furtorum castigatio, aliãque omnia, quæ breuis & momẽtanæ felicitatis ostentationisque sunt, magnam reip. vtilitatem allaturæ erant, atque harum rerum laudibus aures nostras personare atque obtundi oportebat: populorum autem atque vrbium dissidia, & concertationes, & familiarum diuulsiõ, & domorum dissensio, & matrimoniorum diuisio (quæ omnia ex hoc scelere secutura esse verisimile erat, atque etiam secuta sunt) vel illi insignem quandam gloriam, vel reip. tranquillitatem afferebant? Quis tam vel ad impietatem procliuis, vel communi sensu captus, qui hoc assentiatur? Quemadmodum enim in corporibus, cum vnum aut alterum membrum condoluit, reliqua membra haud difficulter emergunt, partique maiori sanitatis bonum conseruatur, interdum etiam accidit, vt partes agræ conualescant, atque ad cæteras redeant: at cum plura membra inter se dissident, acerbèque laborant, fieri iam non potest, quin totum corpus ægrotet, atque in perspicuo periculo sit. Ad hũc modum in subditis quoque singulares morbos commodiori totius reip. valetudine occultari contingit: pluribus autem exulceratis & morbo affectis atq; oppressis tota iam resp. in periculo versatur. Quod meo quidem iudicio alius, etiã nobis infestissimus hostis animaduertisset, præsertim hoc tempore atque in tanta Christianorum amplitudine & incremento. Verum istius improbitas rationi & consilio tenebras offudit, ob eamq; causam paruis iuxta ac magnis persecutionem molitur. Atque illud sanè perquam puerile stultæque leuitatis, ac ne vllò quidem alio homine vel mediocri animi grauitate prædito, nedum Imperatore dignum, quod simul cum nominis commutatione animorũ quoque nostrorum mutationem secuturũ esse arbitratus, aut certè nobis id pudori fore, quasi turpissimi cuiusdam criminis accusatis, nouandum nobis cognomentum censuit, Galilæos pro Christianis nominans, atque ita vocari publica lege decernens. Ex quo perspicuè ostendit Christi appellationem honorificentissimam esse maximèque ad gloriam ponderis: quoniam eam nobis extorquere cogitauit. Nisi fortasse hoc ea ratione fecit, quòd huiusce nominis vim & potestatem instar dæmonum reformidaret: ac proinde ad alterum nomen minus notum & vulgare transierit. Nos verò nomina ipsis haudquaquam inuertemus (nec enim quicquam excogitari potest magis ridiculum in quod ea commutare queamus)⁶³ Phallos & Ithyphallos & Melampygos & Hircopedes, &⁶⁴ venerandũ Pana, illũ ex omnibus procis vnũ Deum, atq; à contumelia nomen, vt par erat, assectum.⁶⁵ Apud illos enim vel multos ab vno & fortissimo viro iniuria affici necesse est, vel ex multis deformissimum procreari. Quocirca nec res ipsis, nec nomina inuidebimus. Per nos sanè illis stultitia sua frui, atque ex rebus obscenissimis gloriari liceat. Quin etiam ipsis, si velint,⁶⁶ Buthænam relinquemus & Triuesperum (vt maiorem apud eos gratiam ineamus) eum, inquam, & ita progenitum, & adedò magnificè progignentem, ac⁶⁷ pro decimo tertio certamine vnus noctis spatio quinquaginta Thestij filias comprimentem, vt ex iis rebus dei nomen adipiscatur. Etenim, si huiusmodi nominibus innouandis animum adiicere liberet, multa profectò nomina aduersus eũ ab eius vita petita Christianis suppetent, tum turpiora tum magis apposita & congruentia. Quid enim prohiberet, quominus nos quoque Romanorum, atque adedò orbis vniuersi (quemadmodum ipse dæmonum fraude circumuentus existimabat) Imperatorem eodem ludo vlciscentes⁶⁸ Idolianum vocemus & Pisæum⁶⁹ & Adonæum & Tauricremum, vt iam nonnulli quoque nostrũ lepidi & festiui homines appellarunt (quandoquidem mira est huius rei facilitas) aliisque omnibus nomi-

Leuibus quibusdã, quæ in Iul. apparebãt, virtutibus, vitia grauius opponit.

simil. apta.

Iul. leuitas.

Christianos vocari Galilæos Iul. voluit.

Christi nomen venter dæmones.

Phalli, Ithyphalli, Melampygi, Hircopedes, Pan. Buthænas, Triuesperum, Herculis ceruicem 13. Thestij filia.

Iul. nominata Idolianus, Pisæus, Adonæus, Tauricremus.

nibus, quæ vel inflectenda & commutanda vel creanda ac verè ipsi obiicienda nobis hystoria porrigit? Hoc verò omnium absurdissimum, quòd cum Seruator ipse omniumque rerum Dominus, & mundi huius opifex & gubernator, ille magni Patris filius & Verbum & Conciliator & Pontifex, & eodem throno sedens, qui pro nobis ipsius imaginem aspernatis atque in terram proiectis, eoque prouolutis, vt magnum huiusce coniunctionis mysterium ignoraremus, non solum ad seruilem vsque formam se deiecit, sed etiam crucem conscendit, peccatumque meũ secum duxit, illic moriturum, cum hic, inquam, Iudæis eum Samaritanum vocantibus, & quod multò sceleratius est, quali dæmonis intemperis agitatũ accusantibus, nec erubescat, nec de conuiciatoribus suis queratur: (idque cum ipsi per angelorum exercitum, vel sermone solo nefarios homines vlcisci promptum sit) verum leniter admodum & placidè cõtumeliosos homines amander, ac pro eorum, à quibus in crucem agebatur, salute lachrymas fundat: cum hæc, inquam, se ita habeant, nonne absurdissimum est existimare, nobis Galilæorum nomen vel dolori, vel pudori fore, nõsque ob eam causam obnixum virtutis studium relicturos, maiorẽmque rationem habituros harum contumeliarum, quàm animarum & corporum, quæ pro veritatis patrocinio contemnere solemus ac pro nihilo putare? Cæterum hoc, vt dixi, ridiculum potiùs quàm graue & molestum:⁷⁰ atque ad scenã & theatra relegamus. Neque enim profectò iis vnquam superiores fuerimus, qui facilè illic cum puella res huiusmodi ludunt, simulque luduntur. Illud autem admodum peruersum ac veteratoriæ cuiusdam malignitatis, quòd cum nec apertè nos allicere posset, nec tyrannicè cogere præ pudore sustineret, leoninæ pelli vulpinam, aut, si mauis,⁷¹ Minois laruam summæ iniustitiæ prætexens (quibus verbis propriè id exprimam?) leniter vim afferebat. Atque alia quidem memoriæ prodenda literisque mandanda volentibus relinquamus, festinante iam videlicet nostra oratione. Multos enim summo studio elaboraturos existimo in condenda illius temporis, ⁷² siue tragœdia illa dicenda est siue comœdia (quibus pietatis pars esse videbitur, sacrilegum illum oratione infectari) vt ad posteros quoque restanta, minimèque obliuione atque obscuritate digna transmittatur. Ipse autem ex omnibus eius facinoribus vnum aut alterum speciminis causa iis, qui vitam illius tantopere admirantur, exponam, vt se eum virum laudare velle intelligant, cuius nulla satis digna vituperatio excogitari potest. Est hoc in imperatorio more positum, haud quidem scio an apud omnes quoque alios homines, qui imperio subsunt, ceterum apud Romanos studiosissimè obseruatum, vt publicis statuis Imperatores ornentur. Nec enim coronæ & diademata, & purpuræ nitor, & memorabiles leges & tributa, & subditorum multitudo ad approbandum gratulandũque ipsis imperium sufficiunt: sed adorationem quoque accedere necesse est, vt augustiores appareant: parũque habent ipsi adorari, nisi idem quoque sibi in imaginibus picturisque præstetur, quòd cumulatior sit ipsis perfectiorque veneratio. His porrò imaginibus alij Imperatores aliud quiddam præterea appingi gaudent, quidam clarissimas vrbes dona offerentes, alij victorias caput corona cingentes, nonnulli magistratus adornantes, & præfecturarum reseris exornatos: sunt qui ferarum iugulationes & eiaculationes, alij Barbarorum domitorũ atque ad pedes prouolutorum vel trucidatorum varias multiplicisque figuras. Neque enim rerum, quibus magnopere gloriantur, veritates solum amant: sed earum quoque simulachra. Quid autem comminiscitur Iulianus? & quam firmioribus Christianis fraudè nectit? Nimirum quemadmodum qui cibis toxicum admiscet, ita hic vsitatis Imperatorum honoribus impietatem admiscere instituit, legesque Romanorum cum idolorum adoratione coniungere. Ac proinde, cum dæmones velut alias quasdam consuetas picturas imaginibus adiunxisset, tum demum populis & ciuitatibus, ac præsertim gentium præfectis imagines illas proponebat, vt nulla omnino ratione vitari malum posset: verum aut cum Imperatorum honore dæmonum honor con-

Christus Seruator.

Luc. 11.

Luc. 23.

Minois.

Mos, Rom. Imperatores statuis ornari.

Statuarum illarum varietas.

Quales sibi erigi voluit statuas Iul. Eiusdẽ frans.

iungeretur, aut horum fuga & repudiatione Imperatores contumelia afficerentur, mixta scilicet adoratione. Hanc fraudem, atque hunc ita callidè excogitatum impietatis laqueum pauci ex iis, qui pietate & prudentia maiori erant, effugerunt, qui etiam prudentiæ pœnas luerunt, hoc quidem prætextu, quasi Imperatoris honorem perfidè violassent, cæterum re vera pro vero Imperatore ac proprietate in periculum adducti. Permulti autem ex simplicioribus & imperitioribus capti sunt: quibus etiam fortasse ignorantia venia tribui queat, utpote arte & fraude ad impietatem abreptis. Atque hoc sanè tale est, ut etiam ad perpetua infamia notandam Imperatoris istius voluntatem abundè sufficiat. Neque enim res easdem principibus ac priuatis conuenire existimo: quandoquidem nec eiudem vtrique dignitatis. Priuato enim homini astutè aliquid facere, concedi fortasse possit. Nam qui aperta vi grassari nequit, hic si vafre & callidè aliquid faciat, veniam meretur. Imperatori autem cum vi & potentia superari admodum turpe sit: tum turpius, ut opinor, & sordidius atque indignius, conatus suos animique intentiones arte occultare. Alterum iam superioribus adiciam, quod ut eiusdem animi & intentionis est, ita magnitudine longè atrocius magisque impium, nimirum malo ad plures permeante. Imperatoriæ largitionis dies aderat, siue anniuersarius, siue tunc ab Imperatore pro sua animi malitia ex tempore ita institutus: atque adesse milites oportebat, ut pro suo quisque gradu & dignitate donatiuum acciperent. Rursus illiberalis imposturæ scena: rursus impietatis fabula. Humanitate quadam & beneficentia crudelitatem temperare constituit, militumque vœcordiam & inexplebilem auaritiam, quas ut plurimum vitæ comites habent, pecuniis allicere atque inescare. Ille igitur magnificus præsidebat, magnificè aduersus pietatem declamans, mirificèque ob alturâ sua consilia animo elatus. ⁷³ Melampum quendam aut Proteum suspicari posses: ita in omnia vertebatur, facilèque seipsum in diuersas formas immutabat. Quæ autem circa ipsum erant, qualia tandem quantisque luctibus & querelis apud cordatos homines digna, non iis solum, qui tum affuere, sed his etiam qui nunc spectaculum illud auribus excipiunt? Proponeretur aurum, proponeretur thus: propinquus ignis, hortatores ad latus. Porro quàm argutus & speciosus prætextus, ut imperatoriæ largitionis hic mos esse videretur, antiquioris vtrique & præstantioris! Quid deinde? Thus igni adolere oportebat, atque ita exitij mercedè ab Imperatore accipere, tantillam tantæ rei, totarum videlicet animarum, impietatisque aduersus Deum perpetratæ. O miserum quæstum! ô miseram remunerationem! Exercitus totus vnus actus & commenti precio addicebatur, & qui vniuersum orbem terrarum armis subegerant, paruo igne & auro ac per exiguum suffitum corruebant, magna ex parte ne eadem quidem sui cognoscentes, quod omnium erat grauissimum. Aderat quispiam, ut lucrum facturus: ac post lucrum ne seipsum quidem habebat. Dextram Imperatoris adorabat: nec se cædis suæ authorem adorare sciebat. Ne in meliore quidem causa erant, qui fraudem persentiebant; quippe semel malo præoccupati, ac primam stoliditatem pro inuolabili lege ducentes. Quæ Persarum myriades, qui sagittarij, qui fundibularij hæc efficere potuerunt? quis ferreus exercitus, atque vndeunque inuulnerabilis: quæ machinæ & tormenta diruendis muris admota? qualia manus vna & tempus vnum & nefarium consiliū perfecit: Hic narratiunculam quandam admiscebo superioribus tristiorum & miserabiliorem. Ferunt quosdam eorum, qui ad hoc nefas errore atque ignorantia prolapsi fuerant, postquam eo admissio domum se recepissent, sodales conuictoresque suos mensæ participes habuisse: deinde conuiuio ad consuetam frigidæ potationem progresso, non secus ac si nihil grauius ipsis accidisset, ad aquæ poculū sublatis oculis Christum ⁷⁴ cum crucis signo appellasse. Ibi tum quendam conuictorum admiratione correptū dixisse, Quid hoc rei est? Christū post abiurationem inuocatis? Illos verò his verbis exanimatos respondisse, Quo tandem modo abiurauimus? & quinam hic nouus sermo aures nostras ferit? Quo subiungente,

Nō eadem principi & priuato conueniunt.

Alterū Iul. facinus in congruio militib. donando.

Melampus et Proteus.

Idolis thus milites adolere iubet Iulian.

Dextram Imperatoris adorare.

Crucis signaculum, in mensa.

gente, Quoniam ad ignem thus adoleuistis: quod idem omnino est, ac Christum inficiari. Protinus illos à conuiuio exilientes, velut lymphatos & furiosos, ac zelo & iracundia inflammatos per forum cucurrisse, atque in hæc verba exclamasse: Christiani, Christiani animo sumus, audiāt omnes mortales, & ante omnes Deus, cur & viuimus & moriemur. Fidem tibi datam, Christe Seruator non fregimus: beatam confessionem non abiurauimus. ⁷⁵ Si quid manus peccauit: mens certè minimè secuta est. Imperatoris fraude circumuenti sumus, cuius auro sauciati sumus. Impietatem exuimus, per cruorem purgamur. Posteaque ad Imperatorem celeriter profectos, atque aurum generoso & strenuo animo proiciētes ad hunc modum exclamasse: Nō dona accepimus, Imperator: sed morte damnati sumus: **A** Non honoris causa vocati: sed ignominia notati sumus. Da hoc beneficium militibus tuis: Christo nos macta atque obrunca, cuius vnus imperio subiicimur. Ignem igni repende: pro cinere illo in cinerem nos redige. Manus amputa, quas sceleratè porreximus: pedes, quibus perniciosè cucurrimus. Alios auro dona, quos accepisse postea non pœniteat. Nobis satis superque est Christus, quem instar omnium habemus. Quam cum orationem habuissent, simulque alios hortarentur, ut fraudem intelligerent, ab hac temulentia se colligerent, mentemque reciperent, Christoque sanguine suo satisfacerēt, tum verò Imperatorem ira succensum, apertè quidem illos interficere noluisse, ne Martyres efficerentur, qui **B** quantum in ipsis erat, Martyres erant: exilio tamen multasse, eaque pœna contemptum sui vindicasse, maximoque eos beneficio affecisse, quos à piaculis suis versutisque consiliis procul remouisset. Sed quanquam eo esset propositio, morumque peruersitate ad multa vteretur: tamen (ut qui nullam animi firmitatem & constantiam haberet, nec sua potius ratione & mente quàm dæmonis intemperis ageretur) nequaquam ad extremum vsque in sententia mansit, malitiæque arcanū retinuit. Verum quemadmodum ⁷⁶ Aetnæum ignem narrant Aetnæ radicibus abscondi, infernè exundantem, violentèrque reentrum atque compressum (siue hoc aliud quidpiam est, siue anhelitus excruciatu gygantis) de more quidem horrèdum quendam sonum ex ima parte edere, fumumque propinqui mali **C** indicem vertice suo euomere: quòd si forte exuberantior fuerit, nec iam vi vlla retineri queat, tum verò sinibus suis æstu vehementi extrusum, sursumque tendentem, ac supra fotamina sua sese effundentem, nonnullas quoque subiacentis terræ partes incredibili illo & horribili fluxu peruastare: eodem quoque modo illum reperire licet, aliquantisper quidem sibi ipsi imperantem, ac sophistici edicti impostura res nostras grauibus incommodis afficientem: cæterum si quando iræ impotentia exuberantior esset, tum ne animi quidem peruersitatem premere tectamque habere posse, verum aduersus pium diuinumque ordinem nostrum nuda atq; aperta persecutione grassari. ⁷⁷ Vt enim edicta aduersus ædes sacras tum publicè proposita, tum priuatim expleta, & donatorum ac pecuniarum deprædationem non magis ab impietate quàm ab auaritia manantem, & supellectilis sacre direptionem prophanis manibus indignè & contumeliosè tractatæ præteream, ut etiam & præfules & subditos qui pro his rebus abstrahebantur, grauissimeque torquebantur, ut præterea columnas cruoris plenas, horum manibus atque complexu, dum virgis conciderētur, per orbem cinctas, ut etiam sagittarios per regiones & vrbes ditcurrentes, atque ipso etiam edictorum authore acriores & immaniores, (quòd nos videlicet pro Persis & Scythis aliisque Barbaris subiugarent) ut hæc omnia prætermittā, Eccui ignota est ⁷⁸ Alexandrinorū crudelitas, qui præter multa alia, quæ aduersus nos designarūt, licetia tēporis immodicè vli, plebs etiam alioqui turbulenta & furiosa, hoc quoque impietatibus suis adiecisse referuntur, ut sacrosanctum templum nostrum duplici cruore implerent, victimarum & hominum, idque Imperatorij cuiusdam philosophi ductu atque auspiciis perpetrasse, (Pythiodorus is erat) ab his tantum facinoribus nominis famam consecuti: Eccui seditiosa ⁷⁹ Helopolitarū coitio incognita est? eccui Gazæorum

Militum quorundā respiscētia.

Militū ad Iulianum verba.

Nobis satis est Christus.

Multatur exilio.

Aetnæus ignis.

Iul. edicta cōtra Christianos. Templorū pecuniæ, donaria, & sacra supellex.

Alexandrīnorū in Christianos crudelitas. Pythiodorus. Helipolitarū.

Gazæi.

immanis audacia: qui apud eum in admiratione & honore erant: si quidem ipsius magnificentiam luculenter experti sunt. Eccui Arethusiorum furor, prius quidem obfcurorum, ceterum ab eo tempore admodum etiam clarorum atque insignium? Nec enim res duntaxat præclare gesta nobilitatem hominibus affert: sed etiam vitium, gloriam improborum vincens. Illi enim (vt vnum ex multis commemorem, adeo graue, vt etiam Dei contemptoribus horrorem incutere queat) virgines castas & mundo sublimiores, vix etiam virorum oculis contrectabiles, in medium propositas, & veste spoliatas (vt spectaculo ipso prius contumeliam ipsis inferrent) ac postea detonsas atque dissectas (ô Christe, quomodo tuam illius temporis lenitatem & patientiam feram!) partim suis etiam dentibus nefarie comminutas pro epulo comedisse, atque, vt eorum execrandum furorem decebat, crudis se hepatibus ingurgitasse feruntur, ac cibo illo perfunctos, communem & vilitatum admisisse: partim palpitantibus adhuc præcordiis suillum pabulum inferuisse, ferocissimisque porcis immisis hoc spectaculum obiecisse, vt simul cum hordeo carnes laniari atque exedi perspicerent, mixtum alimentum, ac tum primum aspectum & auditum: quo sanè is solùm dæmones suos alere merebatur, qui horum scelerum architectus erat. Quemadmodum etiam, vt par erat, & sanguine illo & vulnere aluit, quod in præcordiis accepit: etiam si miseri homines ad res huiusmodi obstupescant, ac præ impietate ne mentis quidem sint compotes. **A** **Iam verò id quod eximio viro Marco Arethusio accidit, quis tam ab orbe nostro remotus, vt ignoret, ac commemorantem narratione non anteuertat? Hic cum, egregio illo Constantio imperante, pro ea licentia, quæ tum Christianis concessa fuerat, domicilium quoddam dæmonum euertisset, ac multos Christianos à Gentili errore ad salutem non minus vitæ splendore quàm dicendi facultate traduxisset, iam pridem odio atque indignationi Arethusii erat, vel potius Arethusiorum impiissimo cuique, dæmonumque amantissimo. Posteaquam autem mutatis Christianorum rebus Gentilium res timere cœperunt, temporis potentiam & tyrannidem non effugit. Multitudo quippe, etiam si in præsens iras cupiditatemque suas coëreat (quemadmodum ignis in materia latitans, aut amnis violentè inhibitus) occasionem nata succendi atque erumpere consuevit. **C** Quocirca cum populum aduersum se incitatum, nec moderati quicquam vel cogitantem vel comminantem cerneret, primum consciscendæ fugæ consilium inuit, non tam ignauia fractus, quàm præcepto illo permotus, quo è ciuitate in ciuitate fugere, & persecutoribus cedere iubemur. Neque enim Christianos, quatumuis fortes, ac singulari tolerantia præditos suæ tantum salutis rationem habere oportet: sed persecutoribus quoque consulere, vt ne quantum in ipsis est, ad hostile periculum ex seipsis aliquid conferant. At postquam multos propter se duci atque abstrahi, multos etiã propter persequentium crudelitatem in animæ periculo versari intellexisset, non sustinuit vir eximius alios ob suam fugam cautionemque periclitantes negligere: ac proinde præstantissimum maximèque philosophicum consilium capit. Ex fuga enim redit, seseque vltro plebis arbitrio tradit, atque aduersus temporis difficultatem instruitur. Hic verò quid acerbatis aberat? quid non etiam atrocius excogitabatur? aliis aliud quidpiam ad vnus mali concetum afferentibus, nec tortoribus, si nihil aliud, at illius certè patientiam veneratione prosequentibus, immò magis etiã excandescentibus: quod illius reditum ac præsentiam non tam fortitudinem aduersus pericula, quàm contemptum sui interpretabantur. Ducebatur sacrosanctus senex, athleta spontaneus per mediam ciuitatem, omnibus præter persecutores & carnifices, tum ætate venerandus, tum vitæ probitate venerabilior. Ducebatur porrò ab omnibus, cuiuslibet ætatis & conditionis ac fortunæ, omnibus æquè vrgētibus, viris & mulieribus, adolescentibus & senibus, hisque etiam qui vel publica vrbis negotia administrabāt, vel dignitate aliqua insignes erant. Atque hoc vnū certamen cunctis propositum erat, vt furoris aduersus senem immanitate sese mutuo superarent, omnibusque pietatis**

*Arethusij.**senten.**In sacras virgines crudelitas.**Mira crudelitas.**Marci Arethusij martyrii.**simil.**In persecutione fugiendum. Matth. 10.**Cur Marcus ex fuga redierit.*

tatis pars existimabatur, quàm plurimis eum cruciatibus afficere, pugilè que senem vincere, aduersus totam ciuitatem decertantem. Raptabatur per plateas, protrudebatur per cloacas, crinibus, & quauis corporis parte (admixta nempe tormentis contumelia) ab iis trahebatur, qui in Mithræ sacris huiusmodi suppliciiis iuste diuexantur. A pueris ad pueros pendulus remittebatur, cultris pennariis generosum illud corpus suscipientes, atque hanc tragœdiam pro ludicro habentes. Quibusdam etiam tormentorum instrumentis tibiæ illius ad ipsa vsque ossa comprimebantur: lineis filis aures abscindebantur, & quidem tenuissimis & firmissimis ipso interim sporta in altum sublato. Melle & iusculo vndique perfusus apibus & vespis meridie pungebatur, ardentissimo sole lucente, atque huic quidem carnes colliquante. Illis autem beatarum illarum carniarum (non enim dixerim miserarum) esum acriorem efficiente. Hic enim verò, vt hoc quoque literis mandem, senex ille idemque ad certamina iuuenis, (nam ne in tormētis quidem frontis animique lætitiarum reliquerat, verum supplicia etiam ipsa irridebat) celebratum illud & memorabile dixisse fertur, Omen illud sibi placere, quod sublimem se perspiceret, illos contra abiectos humique depressos. Vsque ad eò superior iis erat, à quibus tenebatur, adeoque à doloribus & molestiis remotus, non aliter ac si alienis periculis interesset, suppliciumque suum pompam non calamitatem existimaret! Et quidem cui non hæc virtutis præstantia religionem & reuerentiam iniecisset, etiam mediocri lenitate atque humanitate præditorum? Sed illis hoc non licuit per tyrannidis turbinem, Imperatorisque cupiditatem tum à populis tum ab vrbibus & præfectis crudelitatem exposcentis, etiam si plerisque secus videretur, malignitatis illius & peruersitatis arcanum ignorantibus. Hæc firmus senex & constans pertulit. Si causam quæris, vt ne numinum vnū aureum tortoribus suis proiiceret. Ex quo perspicuè intelligi potest, eum pietatis causa cruciatus tolerasse. Nam quandiu Arethusij æstimate euerfi fani precio totam auri summam petebant, aut ipsum certè delubrum instaurare iubebāt, videri poterat idcirco potius obistere, atque in contrarium obniti, quod iussa exequi atque explere non posset, quàm quod pietatis studio flagraret. Posteaquam autem tolerantia sua eos paulatim vincens, atque ex æstimatione aliquid semper detrahens, eò tandem rem adduxit, vt perquam exiguum esset id, quod à se postulabatur, idque persolvere facillimè posset, parique certamine inter se contenderent, illi vt vincerent, hic ne vinceretur, hoc est illi, vt vel tantillum pecuniæ acciperent, hic ne quid omnino numeraret (quamuis alioqui multi essent, qui partim pietate adducti, partim inuicta & inexpugnabili eius fortitudine moti ampliore etiam summam erogare pararent) tum verò liquidò declaratum est, eum non pro pecuniis, sed pro pietate certamen iniisse. An verò hæc lenitatis & clementiæ argumenta, an contra furoris & crudelitatis argumenta sint, nobis exponant, qui philosophum Imperatorem suspiciunt atque admirantur. Ipse equidem **D** neminem fore existimo, cui iusta & vera sit defutura responsio. Nec dum illud adieci, hunc ex iis vnum fuisse, qui impurum illum & nefarium, tum cum genus ipsius totum periclitaretur, seruarat, furtimque subdlexerant: quo etiam solo nomine meritò fortasse hæc perpetiebatur, ac plura perpeti merebatur, quod tantum malum vniuerso terrarum orbi imprudens seruasset. Quocirca is, qui tum præfecti munere fungebatur, his rebus commotus (quanquam enim religione Gentilis, moribus tamen Gentili sublimior erat, ac præclarissimis & laudatissimis tam veteris quàm nostræ memoriæ viris comparandus) multiplicem hominis excruciationem tolerantiamque non ferens, illud ad Imperatorem magna cum animi libertate dixisse memoratur, An non pudet nos, Imperator, vsque ad **E** Christianis omnibus inferiores esse, vt ne seniculū quidem vnum superare queamus, idque per omnia tormentorum genera grassatum? Et quem vincere haud magnum & honorificum, an non extreme calamitatis est, ab eo victos discedere? Ita iisdem rebus, vt apparet, hinc præfecti erubescabant, hinc Imperatores glo-

*Mithræ sacra.**Varia tormenta.**Marci in tormentis constantia.**Arethusij à Marco pro templi restoratione petunt aurum at ille denegat.**Marcus in periculis Iul. seruauit.**Præfecti ad Iul. verba.*

riabantur. His porrò quidnam miserius, non tam patientibus quàm facientibus contingere potuit? Atque Arethufiorum quidem facinus ad hunc modum se habuit, vt iam parua sit⁸⁰ Echeti & Phalaridis crudelitas, si cum illorù immani sauitia conferatur, vel eius potius, quo authore & impulsore hæc committebantur: si quidem feminis sunt germina, & venti naufragia. Alia autem scelera qualia, quàmque graua! Quis mihi Herodoti & Thucydides ocium linguamque suppedabit, vt istius improbitatem ætati futuræ transmittam, atque huius temporis historiã quasi in columna insculptam posteris relinquam? ⁸¹ Tacebo Orótem, & nocturnos mortuos, quos hic cum Imperatore occultabat, cadauerum aceruis compressus, atque obscure contrucidans. Hoc enim loco Poëtæ verbis vti commodius est. Prætermittam etiam concauas femotissimásque & abditissimas aulae partes, quæque etiam, in lacubus & puteis & fossis, malis thesauris mysteriisque scatebant, non modò dissectorum puerorum & virginum, ad animarum euocationem & diuinationem sacrificiãque; minimè legitima, sed eorum etiam, qui pro pietatis recteq; doctrinæ defensione periclitabantur. Condonemus hæc quoque, si ita placet, vt pote quorù ipsum etiam pudebat, in hoc certè moderatum: quod ex eo liquidò cõstat, quia hoc nefas, vt inhonestum & indecorum, occultum habere conabatur, ac ne peruulgaretur, laborabat. Nã quæ⁸² in Cæsarienses nostros admisit, hos, inquam, animi magnitudine flagrantique erga pietatem studio præstantes, ita ab eo iactatos contumelioseque vexatos, fortasse ne obiicere quidem æquù fuerit. Etenim iusta indignatione succensus ob⁸³ Fortunam, melioris fortunæ tempore infortunatam, calamitatēque oppressam ad hanc vltionem progressus esse videbatur: quando quidem iniustitiæ dominant non nihil concedendum est. At verò quis est nescius, cum promiscua plebs furenter in Christianos impetum fecisset, multaque cæde perpetrata, plura etiam comminaretur, gentis præfectum, quoniam media via inter temporis tyrannidem & leges incedens (vt enim tempori seruiendum putabat, ita etiam leges quoque mediocriter verebatur) multis Christianorum abductis, de nonnullis etiam Gentilibus supplicium sumpsisset, orta postea accusatione ad Imperatorem ductum esse, ac præfectura ignominiosè abdicatum huius rei iudiciũ subiisse: cumque se legibus, iuxta quas sibi iudicandi prouincia commissã fuerat, tueretur, nihil propius factũ esse, quàm vt ad mortem raperetur: ad extremum autem Imperatoris clemẽtia exilio duntaxat mulctatum esse. Porrò quàm præclara & humana sententia! Quid enim graue, (inquit iustus Iudex, minimeque Christianos persequens) si decem Galilæos manus vna Græcanica sustulit? Hæc verò annon perspicua crudelitas? annon persecutionis edictum, & quidem iis, quæ publicè proponuntur, multò expressius & formidolosius? Quid enim interest periculũ Christianis edicas atque promulges, an præ te feras, te Christianorum persecutoribus delectari, magnique criminis loco ducas, moderatione quadam vti? Velle etenim Imperatoris, lex est non scripta, imperij & potentia patrociniõ subnixã, & quidem scriptis legibus, quæ potentia non fulciuntur, longè firmior atque valẽtiõ. Non ita est, inquit, qui res illius veneratur,⁸⁴ nouumque Deum illũ nobis effingunt, suauem, inquam, illum & humanitatis plenum. Verum quia nequaquam apertè promulgauit, vt Christiani vexarentur, atque ea omnia paterentur, quæ persecutoribus collibitum esset: idcirco eum à persecutionis crimine vindicant. Atqui⁸⁵ Hydrã nemo vnquam lenem & mansuetam dixit, quòd nouem capita pro vno proferebat, si quid fidei poëtis habendum est: nec⁸⁶ Pataricã Chimæram, quòd tria ac diuersa, vt formidabilior esset: aut illum apud inferos Cerberum, quòd totidem & similia: aut⁸⁷ Scyllam, æquoreã pestem, quòd sex in orbem maximèque horrenda: & tamen superiores ipsius partes suauis & humanas fuisse narrant, nec aspectu iniucundas: (Virgo enim erat cognationis cuiusdam necessitudine nobiscum deuincta:) at reliqua capita canina erant, & beluina, atque omnino perniciofa, classes totas arripientia, nec, quãtum ad periculum, ab opposita Charybdi quicquam

differentia.

differentia. An tu etiam sagittariorum & fundibulariorum sagittas & lapides aculeabis, non autem funditores ipsos & sagittarios? An venatorum canes & veneficorum toxica & cornupetarum boum & ferarum dilaniantium cornua & vngues: qui autem his vtuntur, extra culpam ponentur, nec criminis earum rerum quas perpetrarint, participes erunt? Magnæ profectò hæc stultitiæ fuerint, ac sophista proculdubio opus habuerint, qui vitiorum suorum patrociniũ fuscipiat, viribusque eloquentiæ veritatem obruat. Sed nulla vnquam ratione seipsum occultabit, ne si in omnem quidem partem se verset, atque in omnes formas consiliorum calliditate atque artificio mutet, atque⁸⁸ Orci galeam, vt dici solet, induat, aut Gygis annulo & palæ conuersione sese suffuretur. Immò contrã, quò magis elabi atque effugere tentat: hoc magis deprehenditur & conuincitur apud veritatis tribunal, ac prudentissimos quosque earum rerum iudices, vt pote hæc faciens atque committens, quæ ne ipse quidem vt iusta defendere queat. Aded expugnata facilis res est improbitas, atque vndecunque in seipsam recidit: Ac ne illud quidem dici potest, quòd quamuis ea quæ iam faciebat, talia essent, tamque ab Imperatoria nobilitate & magnificentia aliena: ramen ea quæ in animo habebat facere, humaniora erant atque Imperatore digniora. Bene profectò ageretur, si non multò iis, quæ commemorauimus, tetriora essent.

B Quemadmodum enim cum draco moueri incipit, squamæ eius partim iam erectæ sunt, partim eriguntur, partim mox erigentur, fieri denique non potest, quin reliquæ partes moueantur, etiam si quietæ adhuc atque tranquillæ sint: aut si mauis, quemadmodum fulmine aliæ partes iam occupantur, aliæ nigrore prius inficiuntur, quò ad eas quoque malo dominante peruaserit: sic etiã à Iuliano alia iam flagitiosè patrabantur, alia spe & minis, quas nobis intendebat, velut delineabantur, eaque ita absurda atque ab omni consuetudine abhorrẽtia, vt illius solius animi esset hæc & cogitare & efficere velle, tametsi alioqui multi Christianis persecutores atque hostes extiterint. Nã nec⁸⁹ Diocletianus, qui primus Christianos contumeliosè vexauit, nec Maximianus, qui illum excepit & superauit, nec denique Maximinus, qui vtroque posterior ac superior fuit persecutor, cuius signa plagæ ob eam rem acceptæ imagines & statuæ ferunt, publicè adhuc prostantes, fœdamque corporis mutilationem sempiterna infamia notantes, in animum vnquam induerunt: hæc ille quidem cogitabat, vt narrat, qui arcanorum illius participes & conscij ac testes erant, ceterum Dei clemẽtia inhibitus atque repressus est, Christianorumque lachrymis, quas multas multi profuderunt, hoc vnum aduersus persecutorem medicamentum habentes. Constituebat enim Christianos omni libertate & fiducia spoliare, eosque ab omnibus rebus arcere, conciliis, foro, publicis cœtibus, ipsisque aded tribunalibus. Neque enim fas esse quẽquam his vti, qui aris antè positis thura non adoleuerit, tantamque tantæ rei mercedem pependerit. O leges & legislatores & principes, qui quemadmodum cœli pulchritudo & solis lumen, & aëris profusio communi & perenni beneficentia omnibus patent, sic legum quoque vsum & perceptionem liberis omnibus hominibus ex equo proposuistis: quam tamen ille Christianis extorquere in animo habebat: vt nec per vim oppressis iniurias suas iudicio persequi liceret, nec pecuniario detrimento affectis, aut quoquo modo præter ius fasque lætis quicquam opis leges afferrent, sed pellerentur & trucidarentur, respirationesque etiam ipse penè interdicerentur. Quæ, vt iis qui patiebantur maiorem cupiditatem animique contentionem fiduciamque apud Deum & libertatem habebant: ita iis qui faciebant, iniustitiæ maiori atque ignominia erant. Porrò quàm scita & acuta ratio⁹⁰ carnificis illius & patroni, legum violatoris & legislatoris, aut, vt aptioribus verbis vtar, inimici & vltoris, quemadmodum ait Scriptura!⁹¹ Legem enim nostram præscribere, ne iniuriam acceptam vliscamur, nec litem intendamus, nec quicquã omnino possideamus, propriumque existimemus: verum alibi viuamus ac præsentia vt vana & inania contemnamus & pro nihilo putemus. Hoc etiam vetare, ne malum pro

FF

Echetus & Phalaris.

Herodotus & Thucydides. Orontes fluuius.

Iul. crudelitas.

Cæsarienses.

Fortuna.

Præfectus medius inter leges & tyrannidem ex auctoratur, & exulat.

Iul. crudelitate dictum.

Voluntas Imperatoris pro lege. Iul. Libanio nouus Deus.

Hydra pro vno capite nouem proferebat. Chimæra Patarica. Cerberus. Scylla.

Orci galea. Gygis annulus.

Facile expugnatur improbitas.

Simil. à dracone & fulmine.

Diocletianus. Maximia.

Imaginum & statuarum vsum.

Iul. contra Christianos consilium.

Math. 5. Rom 12. I. Cor. 6. Math. 10. Marc. 6. Luc. 9. 10.

Luc. 6.

malo regeramus: aut, si quis nobis colaphum in genam vnā impegerit, alteri parcamus, verum eam quoque percutienti offeramus, ac præter pallium tunicam etiam exuamus. Adiciet fortasse eam quoque hoc ferre, vt pro iis, à quibus iniuriam accipimus, preces fundamus, ac persequentibus optima quæque exoptemus. Quidni autem hæc apprimè cognosceret, qui diuina oracula quondam pro Lectore recitaret, atque inter magni sacrarij ministros ascriptus fuerat, Martyrè que templis & delubris ornauerat? Cuius hoc primùm demiror, quo modo in his libris accuratè versatus, illud non legerit, aut consultò præterierit, Malus malè perderetur, quisquis videlicet diuinum numen eiurauit, quòdque grauius est, eos, qui in veræ fidei confessione perstant, exagitat, atque huiusmodi calamitatibus inuoluit, in quas ipse incidere merebatur. Quòd si, quemadmodum nos tales esse, ac præscriptis & constitutis acquiescere iubet atque decernit, ita hoc etiam probare potest, sibi, vt sceleratissimus sit, iniunctū atque imperatum esse, aut diis suis id honestum & præclarum esse, & cum habitus in virtutem & vitium diuisi sint, nobis quidem meliorem partem secretam & attributam, deteriore autem ipsis proiectam: hoc dicat, & ita, vel hostibus nostris rerumque nostrarum insectatoribus testibus vicerimus. sin autem ipsi quoque probitatis aliquid & lenitatis, si non rebus ipsis, oratione saltem sibi vendicant, nec tamen mira peruerfitate sint, perniciosisque diis gaudeant, ea tamen impudentia sunt, vt vitium perinde atque aliam quandam hæreditatem ad se pertinere contendat: ostendant tandem, quæ ratio atque æquitas sit, nos iniuriis etiam & cruciatibus affectos tolerare, se autem ne parcentibus quidem parcere. Sic enim rem expendamus: cum quibusdam temporibus ipsi potentia floruerimus, vos etiam quibusdam, his nimirum aliis aliter incidentibus, atque in diuersum labentibus, quid tandem simile à Christianis vestri perpeffi sunt, qualia sæpenumero à vobis Christiani pertulerunt? Quam libertatem vobis eripuimus? in quos plebem furentem concitauimus? quibus præfectos immisimus, plura etiam, quàm ipsis imperatum esset, exequentes? quibus periculum vitæ creauimus? immò quosnam à magistratibus dignitatibusque submouimus, aliisque honoribus, qui præstantissimis quibusque viris debentur? & vt compendiò dicam, eccui aliquid simile intulimus, qualia multa à vobis partim admissa, partim denunciata sunt? Sed ne ipsi quidem hoc dixeritis, qui nobis animorum facilitatem & clementiam criminari vertere soletis. Adhæc quo modo illud non animaduertis, omnium sapientissime & ingeniosissime, atque ad virtutis arcem & verticem Christianos coarctans, quòd in legibus nostris aliaparendi necessitatem imponunt, nec sine periculo prætermitti possunt: alia non necessitate constringunt, sed in electione & voluntate posita sunt: ac proinde hanc rationem habent, vt qui ea custodierint, honore & præmiis exornentur: qui autem minùs ea expleuerint, nihil periculi pertimescant. Etenim si fieri posset, vt omnes optimi essent, atque ad summum virtutis fastigium prouerentur, hoc quidem præclarissimum & perfectissimum esset. Quoniam autem diuina ab humanis dirempta sunt, atque alij quidem nullo non virtutis genere excellunt, alij autem bene secum agi putant, si vel mediocritatem assequantur: quæ hæc tua est ratio, dum ea indicis & præscribis, quæ non omnium sunt: aut eos pro damnatis habes, qui non custodiant? Quemadmodum enim quisquis nequaquam supplicio dignus est, non idem statim palmam quoque & præconium meretur: eodem modo nec quisquis palma & proclamatione haudquaquam dignus, idem confestim pœnam quoque commeretur: sed philosophiæ nostræ viriumque humanarum finibus nosmetipsos continere debemus, atque ita recta & præclara vitæ officia exigere. Verum mihi rursum faciendum est, vt sermonem ad sermones reuocem (neque enim mihi temperare possum, quin hoc idē idē repetam) enitendumque: vt ipsis pro virili mea opem feram. Nam cum multa & graua flagitia sint, quæ odium illi meritò conflare debeant: nullū tamen vnquā hoc sceleratius ab eo designatū esse opinor. Ac mecū, velim, incandescat,

Julianus
quondam
in Christi
Ecclesia
Lector.
Matth. 21.

Habitus in
virtutem
& vitium
diuisio.

Ethnicos
insectatur.

Ethnici
Christianis
mansuetu-
dinem da-
bant vitio.
In sacris li-
teris quæ-
dam sunt
precepti,
quædam
consilij.

incandescat, quisquis sermonibus doctrinæque studiis delectatur, huicque parti additus est: quo in numero me quoque esse non inficior. Nam cætera quidem omnia cupientibus reliqui, opes, generis nobilitatem, gloriam, potentiam, ceteraque quæ terrenæ huius iactationis sunt, & vanæ somniisque similis oblectationis. At literarum studium solum elegantioremq; doctrinam amplector: nec habeo, quòd labores tum terra tum mari exhaustos incusem, quibus ea mihi comparata est. Atque vtinam mihi amicisq; meis politioris literaturæ robur adsit, quòd primum, post id quòd principem locum tenet, amplexatus sum, atque amplexor, hoc est, post diuina, & spes ab oculorum sensibus remotas. Quare si sua quemque premunt, vt est apud Pindarum, mihi quidē certè de his orationem habere necesse est: maximèque, vt haud scio an quicquam aliud, æquum est, sermone pro sermonibus & doctrina gratiam sermonibus referre. Vnde igitur hoc tibi in mentem venit, homo omnium leuissime & inexplabilissime, vt sermones & doctrinæ humanioris studia Christianis auferres? Hoc enim ex eorum numero erat, quæ non in minis posita, sed iam decreta & promulgata erant. Vnde, & qua ex causa? Quis Mercurius Logius, vt ipse dixeris, hoc tibi in mentem induxit? qui Corybantes peruersi, & inuidi dæmones? Quòd si ita placet, huius quoque rei causam in medium afferemus: Te enim oportebat, cum multa & nefaria flagitia tētales, huc tandē impelli, atque in teipsum perspicuè incurrere atque deuolui: vt qua re tibi maximè gloriandum existimabas, in eadem imprudens maximè ineptires; stoliditatisque & væcordiæ notam subires. Quæro enim ex te, quid tibi hoc dogmate velis, quæque te ratio moueat, vt literarum & eloquentiæ studiis nullo exemplo nobis interdicas? Quòd si iustam aliquam causam proferre visus fueris, dolebimus quidē: cæterum non conqueremur. Quemadmodum enim cum ratione vincere, sic etiam rectè vinci ac cedere didicimus. Nostri sunt sermones, inquit, & nostrū Græcari: quippe qui deos quoque colamus. Vestra est autem infantia & barbaries: nec quicquā aliud, quàm Crede, sapientiæ vestræ est. Atqui hoc, vt opinor, non irriserint, qui apud vos Pythagoræ philosophiam consecantur, quibus illud, Ipse dixit, dogmatum omnium primum est & maximum, aureisque immò plumbeis carminibus præstabilius. Etenim post primam illam, atque apud eos, qui illius placitis initiabantur, celebratissimam silentij philosophiam (vt sermonis moderationem tacendo condiscerent) solenne & vlitatum erat, de quocunque dogmate interrogarentur, rationemque poscerentur, nihil aliud pronunciare ac respondere, quàm quòd Pythagoræ ita visum esset, rationemque dogmatis esse, id quòd illi in mentem venisset, ab omni examine ac censura liberum atque immune. Ita, licet in aliis syllabis & verbis, eodem tamen significationis recidit illud, Ipse dixit, quòd nostrū hoc Crede: quamlibet id fugillare atque insectari non desinat. Hoc enim sermone id intelligimus, non licere iis, quæ ab hominibus diuino Spiritu affatis dicta sunt, fidem abrogare: verum pro sermonis & doctrinæ confirmatione illorum auctoritatem esse, omni rationali ac disputatrice & contradictoria facultate validiorem. Sed sit hoc sanè eiusmodi, vt calumniæ atque obrectationi pateat. Illud autem quo tandem modo probabis, sermones ad te pertinere? Quòd si tuos quoque esse ostēdes, quo modo nos eorum minimè participes, iuxta legem tuam stolidumque interdictum? Cuius enim Græcismi sermones sunt, quo modo dicti atque intellecti? Libet enim, quādo te ambigua vocis significatione libenter ludere video, nominis vim distinguere, atque ea, quæ vel vna appellatione diuersa significant, vel diuersis eadem, vel diuersis diuersa. Aut enim religionis esse dices, aut vtique gentis, & eorum qui vim linguæ primi inuenērūt. Si religionis, ostende quonam loco, & apud quos sacerdotes Græcari lege præscriptum sit, quemadmodum & certas victimas immolare, & certis dæmonibus. Neque enim omnibus eisdem, neque vni omnes, neque eodem modo, quemadmodum vestris hierophantis placet, sacrificiorumque pertractatoribus. Vbinā autem, sicut Lindus Herculem diris deuouere piū habetur, ac Deum

Solum lite-
rarum stu-
dium sibi
referuauit
Gregorius.

Nūc inue-
hitur in Iu-
lian. quòd
Christia-
nos à lite-
ris huma-
nioribus
arceret.
Mercurius
Logius.
Corybates.

Crede.
Pyth. ipse
dixit.

Pyth. de-
scipuli.

Vtriusque
Testamenti
auctoritas
omni ra-
tione supe-
rior.

Iul. lude-
bat in no-
minis am-
biguitate.

Lindij Her-
culem diris
deuoue-
bant.

Tauri.
Lacones.
Phryges.

illum non alio, q̄ conuiciorum & maledictorū honore afficere, ¹⁰¹ sicut etiā Tauris hospites necare, ¹⁰² aut Laconibus ad Dianæ arā virgis lacerari, aut Phrygibus castrari, tibi arū suauitate demulsis, atq; in saltitatione euiratis, aut aliis ¹⁰³ pueros adamare, ¹⁰⁴ aut aliis scortari, aut, ne singula percenseam, omnia quæ in aliis mysteriis peragi solent: sic etiā græcari deorum aut demonū cuiuspiā propriū atq; selectum est? Quāquam, vt hoc etiam ita se haberet, nondum tamē hinc perspicuē hoc gentilitiū esse constaret, si id quod commune est, cuiuspiā deorum aut demonum vestrorum priuatim attributū esset: quemadmodum pleraque etiā alia, quæ communia sunt, macltare legibus sancitum est. Quod si hoc non dices, verū linguam hanc tanquam vestram vendicabis: atque idcirco nos ab ea quasi à paterna hereditate nihilq; ad nos pertinēte procul submouebis: primū non video, qua ratione id facere possis, aut quo modo hoc ad demones referre queas. Non enim si eosdem & lingua & religione Græcari contigit, protinus sermones quoque religionis esse consequetur, eaque de causa ab ea iure depellemur. Nam ne hoc quidem ita colligi posse censent, qui apud vos de arte differendi scripserunt. Non enim si duo circa idem versantur, statim quoque hæc duo inter se eadem sunt: alioqui eadem ratione si aurificem eundem & pictorem fingeremus, auri fusio in picturā, aut pictura in auri fusionem recideret. Quæ profectō nimium friuola & inepta sunt. Ad hæc sciscitabor ex te, o Græcismi & sermonū amans, ab omnine Græcismo nos arcebis, hoc est, à permulgatis his verbis & abiectis atque in multitudinis vsu positis, an ab elegantiore duntaxat & sublimiore, vtpote ad quem nemo nisi excellenti doctrina præditus aspirare queat? Si à posteriori hoc Græcismi genere, quæ tadē hæc partitio est, vt hæc verba ¹⁰⁵ *συστάσεις, καταλήψεις*, ¹⁰⁶ *ἄνθη, δένδρα*, ¹⁰⁷ *πυρ, ἄνεμος, ἄστρα, πνοή*, solius linguæ sint, reliqua autē ¹⁰⁷ in Cynosarges, vt olim spurij, relegētur? Si autem viles etiā dictiones & inornatæ atque inelegātes æquē Græcismi sunt: quin has quoque nobis extorquetis, atque ab omnibus in vniuersum Græcis vocibus, quæcunque tandem illæ & qualescunque sint: hoc enim humanius scilicet esset, planēq; inscitæ vestræ & insultatis. Etenim, vt de his rebus altius absolutiusque tecum agam, sic se res habet. ¹⁰⁸ Si quædā etiam diuinæ voces sunt, vocalibus organis exeuntes ac per aërem fusæ, auribusq; influentes, vocibus nostris præstātiores & significātiores (rideo enim hominū grauium, quales haberi vultis, hæc verba, Moly & Xanthum & Chalcidem) quæ per nudas cogitationes & formas atq; impressiones commercium inter se habēt, haudquaquā nostrum est pronūciare. Quod autē ad nos attinet, ita se, vt dicturus sum, res habet. Nam nec vox tantummodō eorum est, qui eam inuenerūt, sed omnium qui eius sunt participes: nec ars vlla, aut vitæ studium atque institutum, quodcunque cogitare vuleris. Quin potius, quemadmodū in concentu artificioso & musico, alia quidem fides aliū sonum edit, prout videlicet vel contēditur vel remittitur, ceterū omnia vnus eiusdemq; sunt concinnatoris & artificis, atque ad vnā quandam concentus elegātiā referuntur: ad eundem modū in his quoque rebus, licet artifex illud atque opifex Verbū alium alius cuiuspiā instituti vel artis inuentorem elegerit: omnia tamen quibuslibet in mediū proposuit, communicatione nimirū & benignitate vitam nostrā constringēs, mansuetioremq; efficiens. Quid ais? tuum est Græcari? quid? ¹⁰⁹ nōne Phœnicū sunt literæ, aut, vt nonnullis placet, Aegyptiorum, vel eorū etiam, qui hos sapiētia antecellunt, nimirum Hebræorum, qui tabulis diuinitus exculptis legem à Deo inscriptā esse persuasum habent? Tuum Atticē loqui? calculis autē ludere, & numerare, & digitis supputare, mēsuræ item & pōdera, atque ante hæc etiā ordinum instructio & res militaris, quorū sunt? ¹¹⁰ nōne Eubæorum? si modō Eubæus erat Palamedes ille multarū rerum inuētor, ob eamq; causam inuidia impetus, atque adeò in iudiciū ob sapiētiam vocatus sententiaq; eorum, qui aduersus Troiā expeditionē susceperāt, morte mulctatus. Quid igitur? Si Aegyptij & Phœnices & Hebræi, quibus ad eruditionem nostram vtimur, si Eubææ insulæ habitatores hæc tanquam sua, iuxta id quod pro fundamento

Dialectices
vsus.

Verba antiquata.
Cynosarg.

Diuinas
voces irridet.

Vox omnium est, qui eius sunt participes.
Simil.

Phœnices.
Aegyptij.
Hebræi.
Exod. 31.

Eubæi.
Palamedes rerum multarum inuentor.

damento posuisti, vendicarint, quid faciemus? aut quid tandem cum ipsis discerprabimus ac proferemus, legibus propriis capti atque constricti? Nōne omnino his rebus spoliari necesse erit, nobisque idem quod ¹¹¹ graculo accidet, vt alienis plumis detractis nudi & turpes appareamus? Tua sunt poëmata? quid? annō illius auiculæ potius, quæ humero concussa à quodam incitatius ex aduerso prætereunte (sic enim narrant) ac deinde conuiciis eum insectans, impetus vehementia carmen effudit: quod cum iuueni arrisisset, modisque ac numeris accuratius deuinxisset, egregiam hæc tuam & admirabilem poësin creauit? Quid alia enumerem? Quod si armorum gloria insolescis, à quibus tandem arma habes, vir fortissime? nōne à Cyclopibus, à quibus ars ferraria profecta est? Quod si magnum, immò rerum omnium maximum, tibi purpura videtur, ex qua tu sapiens existis, atque huiusmodi legum promulgator, Quid? annon eam Tyriis abiicies, à quibus pastoralis ille canis prodiit, qui exesa concha, labiisque cruore perfusus, ¹¹² pastori florem indicauit, ac per eos vobis Imperatoribus luētiosum illum improbis pannum superbūque porrexit? Iam verò quid dicturi sumus, si à nauium quoque extructione ¹¹³ Athenienses nos arceant, Cereres & Triptolemos & dracones commemorantes, ac præterea Celeos & Icarios totāque huiusmodi confictionem, quæ etiam vobis res istas turpi & obsceno mysterio noctēque sanè digno celebrandas dedit? Atque vt aliis prætermisissis ad ipsum vœcordiæ tuæ & impietatis caput ascendam, hoc ipsum initiari atque initiare, & deos colere, vnde ad te promanauit? ¹¹⁴ nōne à Thracibus, vt ipsum quoque nomen ostēdit? Sacrificare autem nōne à Chaldæis siue Cypriis? Quid? ¹¹⁵ nōne Astronomiā à Babyloniis, vt Geometriam ab Aegyptiis? nōne Magiam à Persis? nōne eam diuinationē, quæ in somniorum coniectione atque interpretatione versatur, ¹¹⁶ à Telmeseñsibus? nōne augurandi disciplinam à Phrygibus, qui primi auium volatum ac motum curiosius obseruarunt? Ac, ne sim prolixior, vnde singula habes? nōne vnum ex singulis: quibus omnibus simul coniunctis superstitionis mysterium conflatum est? ¹¹⁷ Quid igitur: an fateberis, omnibus rebus ad primos authores & inuētores recedentibus, te nihil habere, quod tuum sit, præter vitium, atque hanc circa diuinum cultum nouationem? Primus enim Christianorū aduersus Dominum rebellionem, quemadmodū ¹¹⁸ Scytharū serui aduersus heros suos fecisse dicuntur, excogitasti. ¹¹⁹ Valde verò mirabile atque præclarum id fuisset, si sceleratū hunc, iuxta leges tuas & regulas, ordinem cœtumq; sustulisses: vt, quemadmodum iniquiebas, negotiorum molestiis liberaremur, prorsusq; in antiqua felicitate Romanum imperiū cernere liceret, omni ciuili & domestico dissidio solutum, quod quidem externo bello multò horribilius est & execrabilius, nō secus ac proprias carnes commordere atq; absumere detestabilius est, quàm alienas. Quod si hæc vobis fraudis ac versutiæ esse videntur, lenitate & placiditate tectæ & ab imperatoria magnificentia procul remotæ: age, his adhuc callidiora & versutiora proferemus. Nam cum doctrinam nostrā dogmatibus quidem, & supernis testimoniis magnam esse perspiceret, eandemque veterem & nouam, veterem vaticiniis ac subluentibus diuinitatis motionibus, nouā posteriori Dei aduentu ac præsentia, iisque miraculis, quæ tum ex ea, tum circa eam designata sunt: ceterū maiorem atq; insigniorē ob eas Ecclesiæ figuras, quas traditione acceptas in hūc vsq; diem seruauius: vt ne hoc quidē ipsius malitiæ expers maneret, quid comminiscitur? quid facit? Rapfacem illū Assyrium imitatur, qui pro Sennacherib Assyriorū rege bellum administrabat. Nam cum ille in Iudæā cum exercitu profectus maximis copiis & viribus Hierosolymam circumfessam teneret, urbemq; infesta obsidione cingeret, nec vi atq; armis eam expugnari posse, nec sibi quicquā rerum vrbicarū per peditores patere vidisset, lenibus verbis eademq; lingua pronunciatis oppidanos pellicere atq; ad se pertrahere conabatur. Quod cum obsessi intellexissent, hoc primū deprecari esse dicuntur, iubētes eum Syriaca lingua non Hebraica ad se verba facere: ne fortē orationis suauitate in seruitutē furtim inducerentur.

Graculus.
Æsopicus.
Poëmatum inuentio.

Variarum rerum inuentio.
Cyclopes.

Tyrii.

Athenienses.
Ceres.
Triptolemus.

Celeus.
Icarius.
Thracæ.
Chaldæi.

Cyprii.
Babyloniij.
Aegyptij.
Persæ.

Telmeseñs.
Phryges.

Scytharum serui.
Hæc perironiam dici videtur.

Christianorum doctrina duplex.
veteris & noua.

Traditio Eccles.
Rapfacæ.
Aß.
Esa. 36.
4. Reg. 18.

*Iul. cum
Rapsace
collatio.
Preces al-
ternatim
cantate.*

*Iul. Chri-
stianos in
morib. vult
imitari.*

*Iul. Chri-
stianorum
simia.
Simia.*

*Equa Thef-
salonica.
Mulier La-
cæna.
Siculi.
Arethusa.
Christia-
norum ce-
remonie
laudandæ.
Platonis
ciuitas in
verbis.
Philoso-
phiai par-
tes duas di-
uisa.*

*In Beatam
iacere pro-
uerb.
Rom. 12.*

*Theatrum
Ethnicorū
templum.*

*Quod com-
mune est, in
contemptū
venit.*

¹²⁰ Idē igitur hic quoque cogitās scholas in omnibus ciuitatibus extruere para-
bat, & sacraria sedesque partim altiores, partim depressiores, prophanorum etiam
dogmatum lectiones & explicationes instituere, tam quæ mores componerent,
quàm quæ in rerum abstrusiorum tractatione versarentur: tum ¹²¹ precationū al-
ternatim canendarum formam, & rationis, qua in eos qui peccarent pro delicti
modo animaduertetur, atque omnia, quæ nostræ planè disciplinæ sunt. Con-
stituebat etiā diuersoria ædificare, ac domos excipiendis hospitibus dicatas, nec-
non monasteria, & virginum cœnobia, simulque humanitatem erga pauperes be-
neficientiamque adiungere, cum cæteram, tum eam quæ in epistolaribus tesseriis
consistit, quibus eos, qui inopia premuntur, ex gente ad gentem transmittimus: A
quæ videlicet in nostris rebus vel in primis suspexerat. Atque hæc quidem in a-
nimo habebat nouus iste dogmatum author & sophista. Quod autem illius co-
natus inanis & imperfectus fuerit, minimèque in opus prodierit, constituere ne-
queo, ¹²² idne nobis lucro atque vtilitati deputandū sit, quippe qui & illo & illius
sceleribus citiùs defuncti fuerimus: an verò illi, cuius consilium non vltra vanam
animi conceptionem progressum est. Liquidò enim patuisset, quinam hominum
motus, & quænam simiarum imitationes sint. Nam hæc quoque humanas quas-
dam illecebras vafre propositas æmulari dicuntur: cæterum his quoque ipsis pro-
duntur & coarguuntur, quòd sapientiam nostram atque solertiam imitatio asse-
qui nō possit. ¹²³ Neque enim magis equa Theffalonica, & mulier Lacæna, & viri B
Arethusæ aquam bibentes, hoc est, Siculi, oraculi responsō de ipsis edito princi-
pem inter eos, qui eiusdem generis sunt, laudem habent: quàm huiusmodi ritus
& præscriptiones ac cæremonie Christianis bellissimè congruunt: talisque sunt,
vt nullus eorum, qui vestigiis nostris insistere cupiunt, eas æmulari possit. quando
quidem non tam humanis ingeniis atque inuentionibus, quàm vi diuina tempor-
isque firmitate vigorem obtinuerunt. Nec verò quicquam commodius fuerit,
quàm egregiam hanc eorum fictionem vel potius transfictionem, quasi in profes-
sione spectare, atque cognoscere, tum quæ ipsorum in docendo ratio, tum quis coi-
tionū finis extitisset: vt, quod ¹²⁴ de ciuitate illa in verbis sita Plato dicit, motu in-
citatum eorū inuentionem aspiciamus. Nam cum tota philosophia in partes duas, C
ita perceptu difficilior, altera humilior illa quidem atque abiectior, cæterum fru-
ctuosior: apud nos vtraque alterius ope atque adiumento floret. Vt enim specu-
lationem ad cœlestiū rerum studium comitem asciscimus: ita vicissim actionem
pro speculationis fundamento habemus. Neque enim fieri potest, vt sapientiæ
sint participes, qui vitam non sapienter instituerint. Apud illos autem haud scio,
vtra res magis ridicula atque infirma videbitur, vt qui à numinis afflatu coag-
mentationis compactiōisque vim & facultatem non habeāt, radicibus illis non
abfimiles, quæ quòd nulli rei solidæ innitātur, aquis vehūtur. Ergo ¹²⁵ in Beatam
eorum iaciamus, (vt non nihil ipsi quoque ludentibus illis & fabulantibus, quem-
admodum in plerisque fabularum actibus fieri solet, colludamus: atque ad illud D
Scripturæ, quo gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus admonemur,
hoc quoque accedat, vt cum nugātibus nugari atque ineptire sustineamus. Nam
& poëtæ ¹²⁶ risum in lachrymis nonnunquā agnoscunt. Sit igitur theatrum para-
tum. Nam quo alio nomine templum suum vocari iubeant, nescio. Præcones cla-
ment: populus confluat: sublimioribus locis sedeant, vel qui ætate & canicie exi-
miæque functionis dignitate præcellunt, vel qui generis splendore & gloria con-
spicui sunt, ac sapientia humi texta, plūsque voluptatis habent, quàm veræ pieta-
tis. Hoc enim propter eos faciemus. Quid deinde agent? Ipsi suos antistites de-
scribant: purpura eos ornabit, & vittæ, & florida atque egregia coronæ: quando E
quidem plerisque in rebus grauitatem splendorēque ab iis affectari sensi, idque
studiosè curari, vt supra priuatos emineāt: tanquam videlicet id quod commune
& plebeium est, facilè in contemptum veniat, quod autem elatum est fastūsque
plenum.

plenum atque affectu difficile, fidem & auctoritatem habeat. An hic quoque
ad nos vsque se deiicient, sublimitatēque non tam in gestu ac rerum specie,
quàm in moribus sibi conuenire, nostri instar existimabunt? Nos etenim quid
externè appareat, ac depingatur, parum nostra referre arbitramur: verum circa
internum hominem enixius laboramus, spectatoremque ad ea quæ animo & in-
tellectu percipiuntur, retrahere conamur, ex eoque vulgus magis erudimus. Ac
de his satis. Quid postea sequetur? Præbebis ipsis scilicet diuinorum, vt ipsi dice-
re soletis, oraculorum interpretes, ac libros tum Theologicos, tum de moribus
conscriptos euolues & explicabis. Quosnam tandem, dic sodes, & quorum? Præ-
clarum erit, ¹²⁷ Hesiōdi Thegoniam ipsis accini, & bella illic descripta, & tumul-
tus & strepitus, Titanes, Gygantes nominibus ac rebus horrendos. Proferetur ¹²⁸
Cottus, Bryareus, Gyges, Enceladus, dij vestri anguipedes & fulminiferi, & insule
in eos iniectæ, ¹²⁹ quæ tela simul & sepulchra ad prælium occurrentibus extite-
runt: tum acerbi, atque immanes eorum fœtus ac soboles, Hydre, Chimere, Cer-
beri, Gorgones, profundissima omnis mali colluuiēs. Hæc sint egregia illa, quæ au-
ditoribus ex Hesiōdo proponuntur. ¹³⁰ Orpheus iam cum cithara, & cantu, om-
nia trahente prodeat: Iouique magna illa atque excellentia Theologiæ verba &
fensa infremat:

Iuppiter ô diuūm rex maxime, stercore tectē,

B Siue ouium, siue equorum, siue mularum, vt videlicet hinc vis dei vitalis & fœ-
cunda declaretur: neque enim aliter poterat. Quin alia quoque huiusmodi gran-
diloquentia vtatur,

Hæc ubi fata dea est, coxam detexit vtramque,

vt mysteriis suis amasios suos initiaret, quemadmodum nunc quoque gestibus ac
signis iniciat. Ad hæc omnia ¹³¹ Phanes accedat & ¹³² Ericapæus, & is ¹³³ qui om-
nes alios deos deuorat, ac postea egerit, vt deorum atque hominum pater effi-
ciatur. Hæc præclaris & eximiis diuinitatis auditoribus adiiciantur, ¹³⁴ posteaque
his allegoriæ & prodigiosa vanitatis plenæ interpretationes excogitentur, atque
à propositis rebus aberrans oratio in speculationis barathra & præcipitia feratur,
nihil stabile ac solidum habentis. At verò Homerum, quo tandem loco pones,
magnum illum deorum ¹³⁵ comædiographum dicam an tragœdiographum? v-
trumque enim in mirificis illius versibus reperies, atque alia tristia & calamitosa,
alia risu digna. Neque enim profectò lenis illud curæ est, videre ¹³⁶ quemadmo-
dum Oceanus Iunonis opera, meretriciè ornata atque instructa, in gratiam cum
Thetide rediturus sit: quandoquidem rerum vniuersitati periculum imminebat,
ipsis aliquantisper à re vxoria abstinentibus: siue his verbis hoc intelligas, natu-
ram siccam cum humida in concordiam reduci oportere, ne alterutrus redun-
dantia mundus perturbetur: siue aliud quiddā his absurdus comminisci malis. Iā
quis admirandus hic Iouis illius ¹³⁷ nubiu congregatoris & honestæ ac venerandæ
Iunonis congressus: quando ei persuadet, vt medio die indecorè atque obscenè
eam amplexetur: vt vt poëtæ carminibus suis ipsi assententur, locū roscidum sub-
sternentes, & crocum atque hyacinthum è terra producentes? vnde hæc, & quæ
horum est ratio: Quo modo etiam vestra Iuno, illa magni iouis soror & coniunx,
illa vlnarum candore, roseisque digitis insignis, ¹³⁸ nunc in æthere & nubibus pē-
det, ferreisque incudibus deprimitur, aureisque manicis vincitur: aded vt ne diis
quidem veniam ei à Ioue impetrare contendentibus, periculi expers huiusmodi
misericordia esset: nūc autem vniuersum ¹³⁹ amorum cestum assumit, lasciuoque
ornatu Iouem ita allicit, vt ipse quoque omnes suos omnium ¹⁴⁰ mulierum amo-
res hoc vno multis partibus inferiores esse confiteatur? Quis præterea hic pauor,
ne diis ¹⁴¹ pro Lacæno scorto concitatis cœloque intonante, terra sedibus suis e-
uulsa perrumpatur, & mare inuertatur, & Orci regia patefcatur, atque ea quæ diu-
turno tempore contacta fuerant, in apertum veniant? Quis porro ille ¹⁴² nigro-
rum superciliorum nutus, & diuinorum crinium commotio, Olympum totum

*Christiani
magis labo-
rant de in-
terno quàm
externo.*

*Hesiōdi
Thegonia
Titanes.
Cottus,
Bryareus,
Gyges, En-
celadus.
Hydrae,
Chimære,
Cerberi,
Gorgones.
Orpheus
Theologia
ridicula.
Ceres.*

*Phanes.
Ericapæus
Saturnus.*

*Homerus
irridetur.*

*Oceanus
Thetis
Iuno.*

*Iouis &
Iunonis cō-
gressus.*

Iuno.

*Cestus amo-
rum.*

*Helena scō-
rū Lacæni.
Orci regia.*

Mars vul-
neratus &
Veneris a-
mator.
Vulcanus.

concutiens: Quis etiam ¹⁴³ Mars ille vulneratus, ¹⁴⁴ aut æneo dolio conclusus? ille inquam aureæ Veneris illepidus amator, ¹⁴⁵ improvidusque adulter, atque à loripede VVlcano retentus, deorumque theatrum ob turpitudinem suam & ob-scœnitatem colligens, paucisque nummis dimissus? Hæc omnia atque his plura ita eruditè & variè composita, atque à consuetudine prorsus abhorrentia, quis apud vos adeò magnus & excelsus, ¹⁴⁶ ac verè Ioui consilio par, vt sublimissimè cuiusdam nubibusque altioris speculationis, nostræque intelligentiæ modulos captumque superantis rationibus ea decorare atque honestare possit? Atqui si hæc vera sunt, quid erubescunt? quin potius gloriantur, aut ea turpitudine carere probant? Quid enim necesse est eos ad fabulam tanquam ad infamiæ atque ob-scœnitatis integumentum perferere? Neque enim præsentium, sed cedentium fugientiumque est fabula. Si autem falsa, primum nudos Theologos nobis ostendant, vt cum his disputationem ineamus: deinde dicant, an non stultum sit, quibus vt fictis & fabulosis erubescunt, iisdem vt firmis sese venditare, & quæ multitudini obscura, atque incognita esse potuissent (non enim omnium est eruditio) hæc tam figmentis quàm figuris ob omnium oculos ponere, quòdque grauissimum est, non sine maximo pecuniarum detrimento in templis, aris, statuis, donariis, multorumque nûmorum sacrificiis: cumque citra rei familiaris dispendium pietatem colere liceat, impium esse malle cum detrimento? Quòd si hæc quidem poëtarum figmenta & deliramenta esse, pedum videlicet mensuram ac fabulas ad poëseos oblectamentum adhibentium, iisque aures delinientium, ceterum altiorem magisque arcanum in iis sensum reconditum esse dicent, paucisque sapientiorum penetrabile: videte quàm simpliciter & æquè de his rebus differam. Primum cur numinum suorum conuitiatores laudant, diuinisque prope modum honoribus afficiunt, quibus impietatis pœnam non persolvere, satis amplum lucrum erat? Nam cum in eos qui vnum quempiam deorum priuatim etiam ac leui maledicto infectati fuerint, capitalis pœna legibus constituta sit: quas tandem eos pœnas pendere oportebat, qui in omnes simul & publicè & ob-scœdissima flagitia poësis suæ aculeos strinxerunt, atque hanc comœdiam & sugillationem posteris in longum tempus tradiderunt? Tum hoc quoque considerare operæ precium fuerit. Etenim apud nos quoque ¹⁴⁷ abditi quidè & abstrusi sermones sunt (nec enim inficias iuero) verum quænam duplicis eorum sensus est ratio, & quæ vis ac facultas? nec externa species quicquam parùm decorum habet: & quod intus conditur, admirandum est, iisque qui in penetralia ipsa inducuntur, mire splendidum, formosissimique cuiusdam corporis instar, haud aspernanda veste contegitur. Rerum enim diuinarum, mea quidem sententia, nè demonstrationes quidem ipsas externasque species inhonestas esse conuenit, rebûsque significatis indignas, ac denique tales, vt homines quoque ipsi eas de se prædicari permolestè laturi sunt: verum aut maximam omnino pulchritudinem habere, aut certè à summa turpitudine abesse: vt partim eruditiores oblectent, partim vulgi animos minimè labefactent. Apud vos contra nec quod intelligendum proponitur, fides meretur: & quòd externè oculis obiicitur, perniciosum est. Quæ porrò prudentia est ¹⁴⁸ per cœnum ad urbem ducere, aut per saxa & scopulos ad littus contendere? Quid enim ex eo accidet, & quis verborum finis futurus est? Tu quidem nugaberis, tuasque calamitates aut imaginationes allegorico sensu explicabis: qui autem tibi fidem habeat, non erit. Nam quod oculis cernitur, maiorem ad persuadendum vim habet. Ita nec auditorio vtilitatè attuleris: & spectatorem perdidideris, nimirum ei, quod oculis oblatum cernit, assensum præbentem. Ac speculationis quidem locus apud eos talis est, ¹⁴⁹ tamque ab hypothesebus eorum fundamentisque remotus: prius vt omnia inter se copulare quis possit, atque ea, quæ longo interuallo disiuncta sunt, in vnũ adducere, quàm vt hæc componat atque conciliet, eiusdemque viri esse affirmet, figmèta nimirum & eorum inuolucra. Quid autem dixeris de ea ipsorum disciplinæ parte, quæ circa mores

versatur?

Theologi
nudi.

Apud nos
abstrusi qui-
dam sermo-
nes, at non
indecorie
turpes, vt
Ethnicorũ.

versatur? Vnde & à quibus principiis ordientes, quibusque rationibus vtentes ad virtutem eos informare, consiliisque suis & hortationibus præstantissimos efficere poterunt? Verbi gratia, Optima res est concordia, optimum animorum consensu inter se ciuitates, & populos, & familias, & singulos homines iungi, legem videlicet ordinemque naturæ sequentes, quæ omnia distinxit simul atque constrinxit, ac totam hanc rerum molem, mundum vnum ex pluribus rebus effecit. Quibus autem exemplis hoc illi docebunt? An deorum bella cõmemorantes, & diuidia & rebelliones, malorumque multitudinem, quæ priuatim ipsi publicèque partim aliis inferunt, partim ab aliis perpetiuntur: quibus omnes fere historiæ & poëmata plena sunt? Citius profectò ex pacatis bellaces, & ex sapientibus excordes & phanaticos, quàm contra ex audacibus & stolidis moderatos atque prudentes huiusmodi exemplis effecerint. Etenim quos remotis etiam vitiorum illecebris à malo auertere, atque à deteriori parte ad meliorem traducere difficile est: quis tandem his persuaserit, vt placidi & moderati sint, ¹⁵⁰ cum deos perturbacionum duces & patronos habeant? vbi vitium non modò non turpe sed honorificum etiam existimatur (¹⁵¹ vt pote deorum aliquem prætendens, cuius ista perturbatio sit) atque aris & sacrificiis ornatur, legitimamque libertatem nactum est. Hoc enim omnium indignissimum est, quòd quæ legibus vindicantur, ea illi vt diuina venerantur. Tanta est apud ipsos iniustitiæ vbertas! Secundo ipsis parentum honor & reuerentia proponatur, illudque, eos à quibus primam vituendi causam accepimus, statim post primam colendos & venerandos esse. hoc & ratio doceat, & Theologia persuadeat. Quidni autem hoc persuaserit ¹⁵² Saturnus, Celo genitales partes amputans, vt ad deorum procreationem sit sterilis, ¹⁵³ detorque hoc fluctibus, vt deum spumæ fœtum conficiant, & ¹⁵⁴ Iupiter aduersus Saturnum paterna imitatione insurgens, dulcis inquam ille lapis & sæuus tyrannicida, aut si quid aliud huiusmodi ad parentum honorem voluminibus eorum continetur. Tertium ipsis sit pecunias despiciere atque aspernari, nec vnde cūque lucrum captandum esse, nec facultatibus iniusta ratione quærendis, calamitatis arrabonem accipere. Quomodo igitur ¹⁵⁵ Luciferi ipsis Mercurius constituetur, ¹⁵⁶ & Marsupium proferetur, & furax dei vis atque facultas honorabitur, illudque etiam, ¹⁵⁷ Sine ære Phœbum nequaquam vaticinari, nec obolo quicquam esse præstantius? Hæc enim graues sunt eorum ac venerandæ sententiæ. Quid præterea? Temperantiam doceant, continentiam suadeant: in propinquo est, qui persuadeat, Iupiter nimirum propter mulierum amorem ¹⁵⁸ in quamuis formam sese immutans, & Phrygibus adolescentulis amatrix aquila factus, vt dij Iouis cinædis pocillatoribus quàm suauissimè compotarent: ac Triuesperus ille Hercules in quinquaginta Thestij filiabus vna nocte constuprandis elaborans, ¹⁵⁹ ac decimum tertium hoc certamen conficiens, quòd haud scio quare in certaminum ipsius numero prætermisum. ¹⁶⁰ Iram Mars reprimat, temulentiam Bacchus, ¹⁶¹ hospitum odium Diana, ¹⁶² fraudem obliquus Apollo eorum vates, risus petulantiam deus ille mœrentibus aliis diis ¹⁶³ claudicans, rarisque & infirmis tibiis innitens, ingluuiem Iupiter pinguis conuiuij causa simul cum reliquis demonibus ¹⁶⁴ irreprehensos ad Aethiopes currens, Hercules etiam, ¹⁶⁵ qui agricolæ vim attulit, & bouem aratorem deuorauit, atque ex eo facinore nomen accepit: dij denique omnes, ad nidores & libamina summa festinatione properantes. An verò hæc ad nostram religionem & doctrinam accedunt, apud quos lex & norma amicitia quisque ipse est, atque eadem proximis velle, quæ & sibi ipsis: ¹⁶⁶ crimen autem, non modò malum esse, sed etiam à malo parum abfuisse, nimirum appetitione quoque ipsa non minus ferè vindicata quàm adione: apud quos adeò studiosè temperantia colitur, vt oculus quoque frenetur & restringatur, & manus sanguinaria adeò longinquè arcetur, vt ira etiam ipsa coërceatur: periurium autem adeò atrox & nefarium censetur, vt iusurandum quoque ipsum nobis solis interdictum sit? Iam verò pecuniæ multis quidem nullæ vnquam fuerunt:

Nunc mō-
ralem disci-
plinam ex-
agitat.
Concordia
optima.

Multum ad
docendum
valent ex-
empla. quæ
à diis sumi
nō possunt.

Dij pertur-
bat. duces.

Ethnicorũ
injuria.
Honor pa-
rentum.

Saturnus.

Iupiter ad-
uersus Sa-
turnum p-
trem insur-
gens.

Mercurius
Lucifer.

Iouis inten-
perantia.
Ganymed.
Ere Tri-
uesperi i.
certamin.

Mars iracu-
dus. Bac-
chus iumul.
Diana hos-
pitib. inim.

Ap. illo frau-
dul. Vulcanus
ridiculus. Iupiter
gulosus vt
& Hercu-
les.

Concupiscē-
tia etiam
apud Chri-
stianos pec-
catum.

Rom. 12.
Matt. 5.

Christiano
rum absti-
nentia &
patientia.

multi rursus hoc vno nomine libenter multa habebant, vt multa contemnerent, extremam paupertatem instar omnium opum amplectentes. Ventrīs porrò voluptatē crassis & terrenis hominibus non secus atque acerbam quandam & despicabilem dominari, malorūque omnium parentem abiicientes, ita corpus premunt & extenuant, vt penē eos carnis quoque omnis expertes esse dicam, immortalī partem mortalem exhaurientes. Adhęc virtutis ipsis lex vna est, ne leuissimis quidem vitis atque ab omnibus neglectis cedere. Nihil enim præclarior ac præstantius, quàm quòd, aliis scelerū fines iuxta leges vindicantibus, nos principia quoque ipsa punimus, ac velut perniciosum quoddam ac violentum profluuium multò antè coërcemus. Vbinam autem, quæso, & apud quos homines sanctum est, vt qui conuitiis proscinduntur, benedicta referant, qui maledictis incessuntur, obsecrent, (quòd non tam obiectum crimen nos lædat, quàm veritas) qui persecutionibus opprimuntur, sustineant, qui vestibus spoliantur, insuper se exuant, qui diris omnibus deuouentur, pro deuouentibus precentur, atque, vt vno verbo dicam, audaciam benignitate vincant, eosque, à quibus iniuste vexantur, patientia sua meliores efficiant? Atque vt hoc demus, eos fucatis suis personarūque consiliis atque præceptis vitium reprimere, quo tandem modo ad virtutem progressus facere, nec vetustate posita iuuenescere, sed eodem statu manere pro vitio ducimus? Ita enim nobis idem quod trochis accideret, quos in orbem volui, non progredi videmus, atque immotè, vt sic loquar, scuticæ violentia versari. Quocirca nos ita constitutam habere vitæ rationem oportet, vt virtutes partim iam impleuerimus, partim in eas toto pectore incumbamus, partim cupidè appetamus, quousque ad finem tandem & deificationem illam peruentum fuerit, ob quam creati sumus, & ad quam properamus, si modò animo excelsò atque humana transgrediente sumus, non nihilque Dei magnificentia dignum speramus.

Matt. 5.
1. Cor. 4.

Simil. à tro-
chis.
Christianos
in bono pro-
ficere sem-
per oportet.

SCHOLIA. IN PRÆCEDENTEM ORATIONEM.

1. Mentem illam magnam) Esaiæ 10. cap. vbi habet vulgata translatio, In Hierusalem visitabo super fructū magnifici cordis regis Assur &c. iuxta. 70. interp. legitur, Et inducam super eos mentem magnam, principem Assyriorum. Interpres Origenis, quisquis ille est, Hom. 14. in Iesum filium Naue vertit sensum magnum.
2. Constantij magni anima) Ex codice enim Reginae, atque etiam ex Eusebio & Nicephoro hunc locum restituo, ac pro Constantino Constantium lego. Neque enim Constantinus de augenda Iuliani fortuna, eoque ad Cæsaris dignitatem prouehendo vnquam cogitauit, quippe qui tribus filiis relictis vitam cum morte commutarit, Iuliano vix tertium ætatis annum agente.
3. Consultationes extimescebat) Iulianus Christianis lege interdixit studiis bonarum artium, ita μὲν φησίν, (ἀμαρτωλοὶ τῶν γλωσσῶν ἐπιμαρτυροῦντες τῆς ἀσεβείας καὶ ἀπειθείας τῶν ἑλλήνων ἀπαντῶν. Ne, inquit, linguam acuentes Gentilium dialecticis promptè disputando occurrant. Τὸς οὐκ οὐκ οὐκ γὰρ (vt est apud Theodor. in hist. tripart. lib. 6. cap. 17.) τῆς ἐπιμαρτυρίας τῶν παρομιμασθῆναι καὶ τῆς ἡμετέρας συζητήσεως τῶν κατὰ τὴν ἡμῶν ἀσεβείας πλεονεξίας. Proprius enim, inquit, armis, vt dici solet, impetitur. Ex nostris etenim libris armati nobis belum inferunt. Recte itaque veteratorum hoc Iuliani edictum Gregorius perspicuum argumētum esse ait imbecillitatis doctrinæ ac religionis Ethnicorum. Ita enim se gerere, non est Deos defendere, sed veritatis testificationem timere, vt grauisimè loquitur Arnobius lib. 1. aduersus Gent.
4. Atque vti nam ille) Tria hîc hominum genera notat, primum hæreticorum, alterum eorum qui coortentatione statim manus dederunt, fidemque abiurarunt, postremum eorum qui vltro nec villo impiorum impetu perterrefacti ad Gentilium idolomaniam sese contulerunt, Christianique cultores oppugnarunt. Eleganter itaque eos ἐν ἀπειθείᾳ πηροῦς vocat, quod nos pari elegantia dicimus, de gayeté de cœur.
5. Quis dixit mari.) Per mare Iulianum intelligit: per fluctus autem furiosos, illius in Christianam religionem assultus atque impetus: quos etiam quamprimum debilitatos fractosque fuisse ait. Vnde Hieronymus explicans illud Habac. 3. cap. Diuisti in stupore capita potentium (sic enim verterunt. 70. interpretes) hoc est, inquit, in stupore credentium: vel in stupore cunctarum nationum, quæ eos non putabant tam citò posse concidere. Subiungitque hæc verba de Apostata Iuliano. Dum adhuc essem puer, & in grammaticæ ludo exercerer, omnēsque vrbes victimarum sanguine polluerentur, ac subito in ipso persecutionis ardore Iuliani nuntiatus esset interitus, eleganter vnus de Ethnicis: Quomodo, inquit, Christiani dicunt Deum suum esse patientem & ἀεὶ ἔικασον? Nihil iracundius, nihil hoc furore præsentius: ne modico quidem spatio indignationem

- tionem suam differre potuit. Hoc ille ludens dixerit: ceterum Ecclesia Christi cum exultatione cantauit, Diuisti capita potentium in stupore.
6. Ac numeri viribus.) In manu scripto enim codice est, ἀριθμῶν, non vt in Heruagiano, ῥυθμῶν. Septenarium autem intelligit, de quo fusissimè tractat Nicetas in Comment. in Orat. de Pentec. Atque August. cap. 3. epist. 119. ad Ianuarium, dicit Septenarium numerum in scriptura solere ad perfectionem quandam mysticam apparere.
7. Quæ imperij sui auspiciis.) Dalmatij cædem intelligit qui à militibus interemptus est, Constantio fratre conuiente. Vide Socratem cap. 3. lib. 1.
8. Christianorumque bona valetudo) Quod Hippocrates lib. 1. Aphorismorum ait, corporum valetudinem ad summum bonitatis peruectam, periculosam esse: hoc eleganter ad Christianorum prosperitatem Theologus accommodat, quæ pietatem ipsorum animorumque vigorem debilitauit atque infregit: vt illud de Romanis olim dictum optime in eos quadret, Melius ipsis negocium quàm ocium committi. In crassatus est dilectus & recalcitrauit.
9. Quasi inferiorem doctrinam exercit.) ἡ τῶν λόγων γυμνάσιον, est deteriore causam exercitationis causa defendendâ suscipere: vt cum Synesius caluitium laudat, Phauorinus febrem quartanam, Glauco apud Platonem iniustitiam, Pfellus pulicem, Lucianus muscam. Ita Cicero cum ei crimini daretur, quòd Vatinius laudibus extulisset, respondit se hoc ea ratione fecisse vt in mala materia dicendi facultatem exerceret. Aristophanes in Nebulis inter alia hoc Socrati obiicit, quòd doceret ἡ τῶν λόγων μείζονα ποιῆν, inferiorem causam superiore facere. Τρεῖς historia 383. ἡ τῶν λόγων καὶ θετικῶν ὁ πῶς ἀδυναστεύων, πολλὰ καὶ δὲ ὁ ψευδῆς μῦθος ἀληθεύων λόγους, ἡ τῶν λόγων, inquit, est firmior ac deterior oratio. Plerumque etiam falsâ & commentitia.
10. Non iam omnino poterat Iulianus) Τὸν ἀσεβῆτα δόλον ἐν ἑαυτῷ μόνον φιλοσοφεῖ. Vbi verbum Philosophari in malam partem accipitur pro occultare ac premere. De hoc verbo plura pag. 29 sch. 10.
11. Quæ enim interea) cædem Galli intelligit, qui quòd constantio in affectu imperij suspicionem venisset, eius iussu interfectus est. Socr. lib. 2. cap. 34.
12. Neque enim quisquam) Eandem laudem historici omnes vno ore constantio tribuunt, excepto vno Põponio Lato, qui christianissimo principi Hellenismi notam inurere non dubitauit. Sic enim in Rom. historiarum compendio scribit, Prope finem vitæ se palam accusare solebat, quòd occisor suorum fuisset, quòd Iulianum cæsarem fecisset, & quòd in noua credulitate numinum esset. O impudens mendacium! aut insignem certè errorem! Quis vnquam christianam doctrinam archicus complexus est, ardentius amauit, latius propagauit? Quis falsam religionem magis execratus est? Pari fide in eodem compendio ita nobis Iulianum describit, quasi de optimo quodam principe ac non de impio fidei desertore & teterrima christianismi peste verba faciat, Am. Marcellinum scilicet Græcæ superstitionis cultorem sequi mallens, quàm tot clarissimos scriptores, qui eius vitam literis mandarunt. Existimari fortasse posset eun. id. quod de Constantio scribit temere ex Nazianzeno collegisse, qui in Oratione de Athanasio tria hæc fuisse testatur, quæ constantij animum sub vitæ finem malè habuerint, πῶς τὸ θύοις φόνον, καὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν ἰσχυρῶν τῶν πῆσως. Quasi verò eo loco ἀνομιμία τῆς πίστεως idem sit quòd ἀνομιλία & Gentilismi professio, ac non potius in nouatio quædam in fide orthodoxa, & receptorum in Ecclesia dogmatum euulsio quædam & labefactatio. Sed id de eo homine conici non potest, qui Græcam linguam nunquam attingere ausus est, ne qua peregrinitas Latinam contaminaret, vt scribit Io. Lod. Viues libro 2. de Veritate fidei christianæ, titulo de Veteri Testamento: quæ quisquis legerit, minimè mihi vitio vertet, si aliquatò acerbius Pomponium leuissimū hominē perstrinxerim.
13. Superato Poro) Quo modo Alexander Porum vicerit, eique regnum restituerit, vide Plutarchum in Vita Alexandri, & Qu. curtiū, & Iustinum lib. 12.
14. Qui ciuitates etiam) Perstringit Platonem, cum sua ficticia ciuitate, de qua videre est eius Dialogos de Rep. Quin etiam hoc nomine malè audiit, quòd relictis Athenis ad Dionysium tyrannum se contulisset, quæ admodum & quidam alij, qui tamen si superciliorum contractione grauitatis laudem aucupabantur, pecuniarum tamen siti flagrabant. Quòd autem ad Deos attinet, Nicanor cyprius, Diagoras, Hippon Melius, & Theodoros cyrenæus (teste Clemente Alex. in Adhort. ad Gent.) & Euemerus Tegadates apud Plutarchum eos prorsus sustulerunt. Democritus autem, & qui eum secutus est, Epicurus eos à rerum humanarum procuratione remouerunt. Alij fat. ali. quædam necessitate omnia fieri docuerunt. Epicurum porrò summum bonū in voluptate constituisse notissimum est.
15. Rerum humanarum cura) Theodoritus libr. 1. de Prouidentia Gentilium errores recensens inter cætera ait. Quidam ne deum quidem villo modo esse dixerunt. Nonnulli esse quidem, ceterum nullius omnino rei cura tangi. Alij non quidem omnino prouidentiam sustulerunt, sed nimis parcam illam & angustam constituerunt, Luna illam sinibus circumscribentes, reliquas autem orbis partes fortunæ temeritati ac fatali cuidam necessitati subiicientes. Aduersus quos totis decem libris dimicat Theodoritus. Huius sectæ mentionem facit Gregorius noster Orat. de Pauperum amore: eiusque erroris insimulare videtur Aristotelem in disputatione aduersus Eunomianus. Illic enim eum hoc nomine notat, quòd μικρολόγησεν ὅτιαι. i. nimis parcam prouidentiam constituit. Quod tamen ex quonam Aristotelis loco collegit diuinare nequeo. Contrariū enim plerisque locis affirmat.
16. Ob propinquitatem magis) Vulgus enim ea dogmata libentius complectitur in quæ cupidius fertur. Hinc factum est, vt Epicurus, qui primas felicitatis partes voluptati tribuebat, plures sectatores haberet, quàm omnes alij, qui summum bonum in virtute statuebant. Hinc & August. cap. 16. lib. 6. confess. Epicurū

accepturum fuisse palmam in animo suo fatetur, nisi credidisset post mortem restare animam vitam, & tractus meritorum.

17. Oportere enim philosophiam) Salsissimè hic ridet celebratum illud Platonis dictum, quo tum beatas fore Resp. dicebat, cum vel philosophi imperarent, vel qui imperarent, studium omne suum in philosophia ponerent. Hoc igitur exemplo Iuliani falsissimum esse ostendit, qui tamen si mirum philosophiæ studium præ se ferret, innumeris tamen calamitatibus omnes imperij partes afflixit.

18. Magnique illius nominis) Olim Imperatores, cum aliquem ad imperij societatem asciscerant, non protinus eum Imperatoris, aut Augusti nomine, & diademate donabant, sed Cæsarem vocabant, imperijque partem administrandam eius fidei committebant. Quales nostris temporibus ferè sunt, quos Romanorum reges appellamus. Ut autem intelligas quæ inter Augustum & Cæsarem fuerit differentia, ex sine lib. 10. Athanasij de Trinit. colligitur, Cæsarem purpuram quidem cum Augusto communem habuisse, at non item diadema. Terrenus Imperator, inquit, si deposuerit diadema à capite suo, Cæsar est & non Imperator. Quod si deposuerit purpuram, præfectus est iam vir solus.

19. Ab Occidente recedit) Iulianus in Galliis rem præclare gesserat, prosperoque certamine cū Barbaris conflixerat, multis eorum millibus trucidatis: ac propterea à militibus Imperator & Augustus appellatus fuerat. Vide Socratem lib. 2. cap. vlt. & Eutropium, qui sub eo se in Galliis meruisse scribit.

20. Futuri præscientia) Hoc idcirco dicit, quia iactabat Iulianus, sibi oraculo diuino Constantij mortem prædictam fuisse, quemadmodum colligere est ex Marcellino lib. 20. Vbi his verbis dicitur: Cum Iulianus apud Viennam quiesceret sobrius, hora media noctis imago quædam visa splendidior, hos ei versus heroes modò non vigilianti aperitè dixit eadem sapius replicando, quibus fretus nihil asperum superesse existimabat.

Zδύς ὅταν ἐς πᾶσι πέρμα κλύθῃ ὑδροχόου,
Παρθερικῆς δὲ κρόνος κούρη βασιλῆς ἐπὶ πύργῳ
Ἐκαστῆ βραπλίδις κωνσταντῆος ἀσίδος ἀγῆς
Τέρμα φίλοι βιοπῶν συζαρὸν ἔξ ἐπὶ δάσωσι δῆσει

Quos versus ita utcumque vertimus:

Iuppiter ad finem cum venerit undisfluentis,
Vicenumque gradum (si partes quinque rescindas)
Virginis attigerit Saturni inamabile sidus:
Tunc Asia in lata princeps Constantius æuum
Finiet, atque leues Erebi migrabit ad umbras.

21. Persis luculenter) Nam si demones ita coniciendi & diuinandi arte valent, ut impij homines nugabantur, quin impendentem Persicam cladem Iuliano prænucciabant?

22. Cum de sua beneficentia.) Vide orationem de laudibus Athanasij.

23. Splendorem & libertatem) Gr. παρρησιᾶ. Alludit autem ad illud Pauli ad Timotheum. Hoc enim faciens bonum gradum acquirit & multam libertatem quæ est in Christo Iesu.

24. Eodem modo Philo Iudeus lib. aduersus Flaccum, οὐκ ἐφειδόμεθα, inquit, πρὸς εἰς ἑσπερὸν δὲ δειδωμένους αὐτῶν ἅπλῃ ἰερῶν νόμων ἀφ' ἑρῶν παρῆν. i. Non voluptatem nobis fingimus ex hostis nostri supplicis, quippe quos sacra leges doceant humano animo esse miserisque condolare. Sacra autem hæc lex habetur Prouerb. 24. de qua ita loquitur Cyrillus in comment. in Esa. tom. 3. sup. 16. cap. Vtile & necessarium est præceptum illud, Si ceciderit inimicus tuus, propterea ne gaudeas, quia videbit Dominus & non placebit ei, & auertet furorem suum. Non autem conuenit alienis letari calamitatibus, neque ei quod vicino accidit, nostræ voluptatis occasionem ansamque facere. At si quis forte sit mærore confectus, condolare ei poteris, & ad nostra peccata oculo intento multum reformidare, ne & in nos cedentis ira deficiat. Hæc ille. Vnde Iob. cap. 30. Si gauisus sum ad ruinam eius qui oderat me, & exultavi quòd inuenisset eum malum subiciunt 70. interpretes ἀκούσαι αὐτῶν τὸ εἶναι ἡμῶν πᾶσι κατὰ ἐστὶν μῶν. Non recuso, inquit, quin hisce auribus audiam maledictionem meam.

25. Impuro & nefario sanguine.) It. inquit, pristinā christianismi professionem execrari cæpit Iulianus, ut quicquid sanctitatis ante contraxerat, omnibus modis eluere atque extergere conaretur. Et quemadmodum qui nefario aliquo scelere sese deuinxerunt, contractam noxam omni ratione expiare contendunt: sic contra ipse id omne commercium quod cum pietate habuerat, abrumpere laborabat. Vt itaque sanctitatem quam ipsi baptismus compararat, eraderet, nefario victimarum cruore sese commaculat. Rursus ne quid sanctitatis manibus ex eucharistiæ contactu superesset (olim enim eam laicis in manu porrigi solitam testatur Tertullianus) eas omni studio inquinat ac profanat. Vide Soroz. in hist. Trip. lib. 6. cap. 1.

26. Haruspiciis & sacrificiis regiam.) ἑρπύλλης καὶ θυσιᾶς & c. Cyrillus lib. 2. tom. 3. comment. in Esa. exponens hæc verba. 16. cap. Erunt omnia brachia excisa, plangendo, inquit, & lamentando: vel quòd idolorum cultoribus solenne fuerit ἐπιμύδαε quas vocant & incisiones tum genis tum brachii inferre. Hæc ille: qui hūc morem foras collegit ex eo quod scribitur. 18. cap. 3. Reg. de sacerdotibus Baal. Atque ipse Gregorius infra hac eadem oratione, moris fuisse Iuliano scribit euocandarum animarum causa pueros ac virgines incidere.

27. Sed persæbe iam) Sic apud Augustinum cap. 2. lib. 2. de ciuit. Sylla cum venisset Tarentum, atque ibi sacrificasset, vidit in capite virulini iecoris similitudinem coronæ aureæ & Historia est apud Valerium libr. 1. de Prodig.

28. Ad crucem confugit) Vbi sunt, qui pios homines hoc nomine insectantur, quòd salutifero crucis signo quasi amulero quodam sese aduersus quotidianos demonum incursum communiunt, eosque, ut in impietate mirè

mirè faciei esse solent, muscas abigere dicunt: Videat miseros, pudeat inquam hoc signum execrari, quòd demones quoque ipsos perterrefacit, atque in fugam vertit. De quo tam multa tamque præclara sunt præcæ Ecclesiæ testimonia, ut ea in medium proferre nihil aliud fuerit, quam λόγους ἐν μαμυελία, ut est in proverbio. Quòd si cui non vacat ea omnia euoluere, legat saltem Tertullianum in titulo de Corona militis: & videbit, quid de eo Ecclesia iam inde ab incunabulis senserit. Sufficit enim mihi locum indicasse. Quæ autem hic de Iuliano virtute crucis demones fugante narratur historia, eadem commemoratur à Erculpho, qui ante annos 700 vixit Lexouienfis Episcopus, cap. 9. lib. 4. tom. 2. & Nicephoro cap. 3. lib. 10.

29. Abominationi illis suimus) Hic locus illustrabitur ex Theodorit. qui lib. 3. cap. 3. hoc Iuliani facinus execrabilemque initiationem narrans, præstigiatorum Iuliani magistrum his verbis ei metum omnem eximere conatum esse scribit. Caue, inquit, optime vir, hanc fuisse causam suspicere fugæ demonum: non enim

formidine, ut tu ais, sed odio facti tui fugerunt. Nec verò primus ille insignia huiusmodi miracula his caulationibus eleuare atque obscurare adnixus est. Vetus enim erat hæc perditissimorum hominum cantilena. Vnde Arnobius lib. 10. aduers. gentes de Christo verba faciens cuius, inquit, nomen auditum fugat noxios spiritus, imponit silentium vatis, haruspices inconsultos reddit, arrogantium magorum frustrari effecit actiones, non horrore, ut dicitis, nominis, sed maioris licentia potestatis. Sed minus mirabile videri debet, homines apertissimos Christi hostes, has blasphemias euomuisse: illud multò magis mirandum, quendam ex his qui nihil aliud quam Christi gloriam crepare se dicunt, eo blasphemiam ameticque prorupisse, ut signo crucis non serio demonem fugari, sed timorem ac fugam, quo errorem confirmet, simulare scripserit. O sacrilegum! ficcine Christi virtutem, ac crucis triumphum impuro Beelzebud principi demoniorum assignas? Itane te furor præcipitem agit, ut non videas eodem modo fidem eorum omnium miraculorum, quæ in profligandis demonibus & Christus & Christi serui ediderunt, conuelli ac labefactari posse? Vides, Lector, vnde hic μισόσωπος blasphemum dictum (quod tamen lepidum atque argutum videri vult) hauscrit, nimirum ab Ethnicis & Christiane fidei hostibus accerrimis.

30. Quem illi Euthusiasmum) Euthusiasmus ferè pro eo numine accipitur, cuius afflatu poète carmina sua fundunt: vnde etiam diuini dicuntur. Vide Ciceronem in Orat. pro Archia poëta. Celebrisque est versus ille Nafonis, Est Deus in nobis, agitante calefcimus illo, & c. Ceterum quem illi diuinum afflatum dicunt, Theologus demonum instinctum esse ait.

31. At si callide) Eodem ferè modo de Constantio loquitur Hilarius lib. contra Constantium iam vita functum: Pugnamus inquit, contra persecutorem fallentem, contra hostem blandientem, contra Constantium antichristum, qui non dorsa cedit, sed ventrem palpat, non proscribit ad vitam, sed ditat in mortem, non trudit carcere in libertatem, sed intra palatium honorat ad seruitutem, nõ latera vexat, sed cor occupat, non caput gladio defecat, sed animam auro occidit, non ignes publicè minatur, sed gehennam priuatim accendit, non contendit ne vincatur, sed adulatur ut dominetur. Et eodem lib. scelestissime mortalium, inquit, omnia persecutionis mala ita temperas ut excludas & in peccato veniam, & in confessione martyrrium. Hæc ille pater tuus artifex humanarum mortium docuit, vincere sine contumacia, iugulare sine gladio, persequi sine infamia, odire sine suspitione, mentiri sine intelligentia, profiteri sine fide, blandiri sine bonitate, agere quod velis, nec manifestare quæ velis.

32. Empedocles & Aristæi) Empedocles Acragantinus Pythagoræ discipulus inanis gloriæ studio flagrans, ut diuinitatis opinionem sibi apud mortales colligeret, quasi in cælum raptus, in ardentem Aetnam se præcipitem dedit vnde Horatius in Arte.

-Deus immortalis haberi

Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam Insiluit, & c.

Idem propemodum narrat Lucianus in titulo de morte Peregr. & Marcellinus lib. 29. de Peregrino illo philosopho, qui Protheus dicebatur, cuiusque, licet honorificam, mentionem facit Gellius, qui ut sibi nominis celebritatem pararet, in Olympiæ se concremauit.

33. Aristæi.) Hæc de Aristæo à Diodoro Siculo sumpta refert Gyraldus Syntagm. 2. de diis Gent. Cum Cyrene, inquit, Hipsæi filia apud Peleum virgo educaretur, Apollo eius forma captus raptam virginem in Libyam detulit, hic vbi edita post est vrbs Cyrene: & ex ea natum Aristæum nymphis nutriendum tradidit. A quibus triplici nomine vocatus, Nomiis, Aristæus, Agræus, ab eisdem nymphis didicit lactis mellis & olei confectionem. Et quoniam hæc primus in mortalium vsu exhibuit, ut deus cultus fuit. Mox in Bæotiam decueniens Autoeem uxorem duxit: Ex quibus natus est Actæon, qui laceratus à canibus miser interiit. Deinde in Cæam Aristæus profectus pestilentiam sedauit. Postea in Sardiniam profectus, insulam eam aliquandiu incoluit & ibi filios, Carinum & Callicarpum genuit. In Sicilia quoque aliquo tempore moratus, cum multa hominum vite vtilia docuisset, pro Deo habitus in Thraciam ad Dionysium transgressus est: vbi orgia edoctus, diu ibi versatus tandem non comparuit, Deorumque honores ab omnibus est affectus.

34. Empedotimi & Trophonij) De Empedotimo hoc tantum habetur apud Suidam quòd de Physica scripserit. In Adhortatorio autem ad Gentes eum inter vates numerat Clemens Alexandrinus, ut & Aristæum Cyrenæum, Abaridem Hyperboræum: ibique Empedotimum patria Syracusium fuisse

dicit. De Trophonio vide Lucianum in Dialog. mortu. & Erasmus in proverbio. E specu Trophonij redire.
 35. Propter summum ipsum) In codice enim Regina est $\omega\pi\omega\tau\omega$, non ut in impresso $\omega\pi\omega\tau\omega$. Hoc enim vult Gregorius, virtutem à Christiano non tam premiorum spe expectandam esse, quam propter suam ipsius honestatem, Deique amorem. 36. Lege non scripta) Principis enim voluntas lex est non scripta, ut infra dicturus est. Et quemadmodum aiunt iuriconsulti, Quicquid principi placuit, legis habet vigorem.

37. Chamæleontē) Chamæleon animalis & herbae nomē est, quorū utrunq; subinde varias formas assumit. De animali complures authores tractant. Vide Erasmus in proverb. Chamæleonte mutabilior. De herba lege Theophr. lib. 6. cap. 3. hist. Plant. Plinius tamen lib. 28. cap. 8. cum de animali loquitur, non solum album colorem sed etiam rubrum excipit. 38. Proteum Aegyptium) Protei fabula extat apud Homerum Odyss. lib. 4. & Virgilium 4. Georg. Vide Erasmus in proverbio, Proteo mutabilior. Aegyptium autem ideo videtur illum Gregorius vocare, quod in Pharo insula, Aegypto proxima, immo & ferè continua habitasse credatur, ut ex Homero scribit Marcellinus ad finem lib. 22. Unde etiam aliquando Pharius cognominatus est. Quin Valerius Probus illum Aegyptium fuisse scribit, propter crudelitatem Busirin dictum. Herodotus etiam in Euterpe Memphitem eum fuisse narrat, Alexandrumque & Helenam ab Aegypto, quod adulteri essent, illius iussu regno deiectos. Sed & Diod. Siculus lib. 2. illum in Aegypto tempore belli Troiani narrat regnasse, atque cur eum in varias se formas transmutare solitū finxerint antiqui, causam in variam artium & disciplinarum cognitionem reuocit. Nec verò omittendū quod Tzetzes hist. 4.4. postquam eum ex Homero descripsit, hæc addit: Lucianus autem (libro de saltatione) saltatorem eum fuisse narrat, omnium que vellet naturas saltatione imitantem. Ego vero $\lambda\epsilon\alpha\iota\delta\omega\alpha\rho\tau\iota\eta$ (hoc est è pelui vaticinantiem) eum fuisse dico, hoc diuinandi genere omnia præmonstrare solitum, que vel dicere quispiam vellet, vel quibus opus haberet, arboribus, hominibus, igne, aqua, feris &c. Vel physicum philosophum de rerum omnium natura pertractantē. Vel eloquentissimum oratorem, qui de lapidibus, feris, reliquisque decenter conscripserit. In eam tamen opinionem magis propendo, ut eum hoc vaticinandi genere, quod è pelui exquiritur, præfuisse existimem. Hæc nos ex Tzete Latine protulimus, ne Græca sæpius producta nauisam lectoribus pariant.

39. Magnum illud vexillum) Constantinus nobile illud vexillum, quod à Romanis Labarum vocabatur, in symbolum crucis transtulit. Vnde Prudentius de illo loquens contra Symmachum:

A *Christus purpureum gemmato textus in auro*

Signabat labarum: clypeorum insignia Christus

Scripserat, ardebat summis crux addita cristis, &c.

Vide Eusebium lib. 1. de vita Constantini, Socr. lib. 1. cap. 4. & Niceph. lib. 8. cap. 23. Atque hoc rursus impius Iulianus Christianismi odio in pristinam formam reduxit. 40. Ut vos deorum quendam) Ianū veteres puerum & senem pingebant: Mercurium Aegyptij: Tres etiam ætates Baccho tribuebant.

41. Qui Hercules rogum) Deianira Hercules vxor propter pellicatus suspicionem marito vestem centauri sanguine tinctam misit, quam cum ille induisset, totus repente conflagrauit, miserrimèque periit. Vide Ovidium lib. 9. Metamorph. & Ciceronem 2. Tuscul.

42. Et Pelopis excarnificationem) Vide comment. Nicetæ in Orat. in sanct. Lum. & Ouid. 6. Metamor. Quod autem hic ait, $\epsilon\iota\lambda\omicron\delta\epsilon\upsilon\omicron\nu\eta\ \eta\ \phi\iota\lambda\omicron\delta\epsilon\iota\omicron\nu\eta$, hoc dicit, quia illa Tantalii humanitas propriè $\epsilon\iota\lambda\omicron\delta\epsilon\iota\omicron\nu\eta$. i. hospitalitas dici non poterat, cum deos conuiuio exciperet, sed $\phi\iota\lambda\omicron\delta\epsilon\iota\omicron\nu\eta$, immò potius $\kappa\alpha\lambda\omicron\delta\epsilon\iota\omicron\nu\eta$. De Phrygum etiam hoc est Cybeles sacerdotum exectione, & Taurorum in hospites crudelitate, vide eundem Nicetam, & Lactantium lib. 10. cap. 16. Vbi tractat de Gallis sacerdotibus, & 1. cap. vbi de Dianæ sacrificijs agit.

43. Cruciatu quoque in Mithræ sacris) Mithram existimant Persæ solcm esse, cui & multas consecrant hostias: nec quisquam eius sacris initiari potest, nisi per quosdam gradus conuicij & contumeliæ: quibus ostendat se & sanctum esse, nec perturbationibus vinci. Hæc Suidas. Vide Tertullianum in libro de Corona militis, Nicetæ Comm. in Orat. in sanct. Lum. & Origenem contra Celsum. Quod autem postea subdit de regie puellæ sacrificio, Iphigeniam gamemnonis filiam significat, de qua elegatē scripsit tragædiam Euripides.

44. Et Menæcei sanguinem) Menæceus Argiuis Thebas obsidentibus pro salute patriæ se è muro præcipitè dedit gladio iam perfossū. Vide Statium lib. 10. Thebaid.

45. Posteaque filiarum Scedasi) Historiam duarū filiarum Scedasi Leuctrici, quæ à duobus Spartanis iuuenibus violatæ sunt, & occisæ, vide apud Plutarchum in Pelopida, & fusi in Amatoriis narrationibus. Hugo Bituricensis scribit illas sibi manus intulisse, nò autem à iuuenibus trucidatas fuisse, in libro exèplorū.

46. Qui adolescentes spartanos) Spartani adolescentes ad aram Dianæ Orthiæ verberibus sese mutuo condebant, interdum ad mortem vsque, quemadmodū testatur Cic. 2. Tuscul. Plutarch. in Lacon. Apophth. & Luc. in Anachars. eamque crudelitatē deæ virgini mirificè gratam esse censebant. Atque hæc solennitas Diamastigosis appellatur. Tertul. in lib. ad martyres, Nam, inquit, hodie apud Lacedæmonios solēnitas maxima est Diamastigosis, id est flagellatio, in quo sacro ante aram nobiles quoque adolescentes flagellis affliguntur, astantibus parentibus & propinquis, & vii perseverent adhortantibus.

47. Qui Socratis cicutam) Socrates à 30. tyrannis morte damnatus epota cicuta interit, ut narrat Plato in Phædone. De Epicteto autem vulgatissimum est hoc distichon, quod est & apud Gellium & Macrobiū:

$\Delta\omicron\upsilon\lambda\omicron\varsigma\ \text{E}\pi\iota\kappa\tau\eta\tau\omicron\varsigma\ \text{A}\rho\omicron\mu\epsilon\lambda\upsilon\ \kappa\alpha\iota\ \sigma\omega\mu\acute{\alpha}\tau\omicron\upsilon\ \delta\upsilon\alpha\pi\tau\eta\sigma\omicron\varsigma,$

$\text{K}\alpha\iota\ \pi\epsilon\iota\lambda\omega\ \text{I}\epsilon\sigma\varsigma,\ \kappa\alpha\iota\ \phi\iota\lambda\omicron\varsigma\ \alpha\theta\eta\alpha\nu\alpha\tau\omicron\iota\varsigma.$

48. Et Anaxarchi vxorem) Cicero 2. Tuscul. De Anaxarcho Democrito cogitetur, qui cum in manus Nicocreonis Cyprij regis incidisset, nullum genus supplicij deprecatus est, nec recusauit. Hæc ille. Tanta autem animi magnitudine fuisse hic Anaxarchus traditur, ut cum pistillis ferreis tunderetur, adeo non ingemisceret; ut tyranni etiam furorem his verbis inflammaret: Tunde Anaxarchi vxorem (corpus videlicet significans) Anaxarchum enim non tundis. Tertul. ad finem Apolog. Aliud summæ illius patientiæ videre est exemplū apud Plinium cap. 23. lib. 7.

49. Qui Cleombroti Ambraciote) Cleombrotus lecto Platonis libro de animorū immortalitate tanto eius amore exarsit, ut statim præcipitio vitam finiret. Cic. 1. Tuscul. & August. cap. 22. lib. 1. de Ciuit.

50. Qui Pythagoricam illam) Inter Pythagoræ symbola hoc vnum erat, A fabis abstinere. Tullius de Diuin. causam hanc affert cur Pythagoras sectatoribus suis vsu fabarum interdixit, quod magnam inflationem hic cibis habeat, tranquillitatem mentis querenti verè contrariam. Laërtius quod vento plene sint, atque animato maximè conueniant. Vnde Horatius lib. 2. sermonium Saty. 6.

Seruus Epictetus vixi, qui corpore manens

Irus pauperie, charus eram superis.

48. Et Anaxarchi vxorem) Cicero 2. Tuscul. De Anaxarcho Democrito cogitetur, qui cum in manus Nicocreonis Cyprij regis incidisset, nullum genus supplicij deprecatus est, nec recusauit. Hæc ille. Tanta autem animi magnitudine fuisse hic Anaxarchus traditur, ut cum pistillis ferreis tunderetur, adeo non ingemisceret; ut tyranni etiam furorem his verbis inflammaret: Tunde Anaxarchi vxorem (corpus videlicet significans) Anaxarchum enim non tundis. Tertul. ad finem Apolog. Aliud summæ illius patientiæ videre est exemplū apud Plinium cap. 23. lib. 7.

49. Qui Cleombroti Ambraciote) Cleombrotus lecto Platonis libro de animorū immortalitate tanto eius amore exarsit, ut statim præcipitio vitam finiret. Cic. 1. Tuscul. & August. cap. 22. lib. 1. de Ciuit.

50. Qui Pythagoricam illam) Inter Pythagoræ symbola hoc vnum erat, A fabis abstinere. Tullius de Diuin. causam hanc affert cur Pythagoras sectatoribus suis vsu fabarum interdixit, quod magnam inflationem hic cibis habeat, tranquillitatem mentis querenti verè contrariam. Laërtius quod vento plene sint, atque animato maximè conueniant. Vnde Horatius lib. 2. sermonium Saty. 6.

O quando faba Pythagoræ cognata simūlque

Vincta salis pingui ponentur oluscula lardo.

Acron interpres cognatam fabam ab Horatio dictam ait, quod cocta sanguinis humorem ex se emittat. Clemens Alexandrinus lib. 2. Strom. non ideo interdictum fuisse à Pythagoræ esum fabæ ait, quod flatuosa sit concoctūque difficilis, ac perturbata somnia efficiat, nec etiam quod hominis capiti conferatur, iuxta versiculum illum, $\text{I}\pi\eta\ \eta\ \omega\alpha\mu\omicron\iota\ \pi\ \phi\alpha\kappa\alpha\iota\ \pi\ \text{C}\epsilon\lambda\iota\omega\iota$. hoc est, idem est fabas edere, quod parentum capiti: sed

quia fabarum esus mulieres steriles reddit. Theophr. lib. 5. de caus. natur. ait corticem fabarum circa radicem arborum recens consistarum iniectam ea quæ nascuntur siccare, domesticâque aues sepe vtentes sterile scere. Sunt qui hoc symbolo nihil aliud voluisse Pythagoram existimant, quàm ut suos dehortaretur, ne iudicum munere fungerentur. Veteres enim in ferendis sententijs uti fabis solebant. Vnde $\epsilon\tau\ \omega\alpha\mu\omicron\iota\ \tau\epsilon\ \omega\alpha\varsigma$ dicebantur, id est fabis viuentes. De hoc symbolo vide Plinium cap. 1. lib. 18. Plutarch. in fine lib. de Liber. educ. & in Coniugal. quæ est. Decad. 3. cap. 2. Gellium & Phil. Beroaldum in explicatione symbol. Pythag.

51. Theanus) Theano Pythagoræ vxor philosophiæ studiis excelluisse, librumque de mortis contemptu conscripsisse apud Laërtiū dicitur. Clemens Alex. in adhort. illā primā omnium mulierū philosophari cœpisse narrat.

52. Solonis inexplebilis cupiditas) Vnde id hausit Theologus, nescio: certè ex Herodoti historia lib. 1. hoc colligi non potest. Illic enim Solon adeo Cræsi opes paruifecit, ut eam ob causam turpiter ab eo sit expulsus. nec Solonem auaritiæ à quoquam insinulatum fuisse meminit Laërtius. Idem miror in Xenocrate, cui paucis

interiectis lineis $\delta\psi\omicron\phi\alpha\tau\iota\sigma\iota\varsigma$, edacitate obicit: cum omnes scriptores, quos quidē legerim, ei singularè cōinentiæ frugalitatisque laudem tribuant: atque ipse etiā Laërtius eum de frugalitate opus quoddam edidisse scribat.

53. Et Socraticus pulchritudinis) Puerorum amorem, quem Græci $\pi\alpha\upsilon\delta\epsilon\gamma\epsilon\sigma\iota\varsigma$ dicunt, quidam in Socrate dānarunt. Lucianus certè eum hoc nomine persepe insectatur. Hanc autem $\pi\alpha\upsilon\delta\epsilon\gamma\epsilon\sigma\iota\varsigma$ $\omega\pi\omicron\kappa\omicron\epsilon\lambda\omicron\mu\omicron\varsigma$ Socrates $\phi\iota\lambda\omicron\kappa\alpha\lambda\iota\alpha\upsilon$ vocabat. Lucianus in Dialogo, cui titulus est Amores, huiusmodi flagitium his verbis incesit: At enim, inquit, Socraticis istis præclara illa oratio renascitur, qua puerorum quidem animi perfectis ratiocinandi viribus adhuc carentes, decipiuntur. illud autem quod per prudentiam ad summum euasit, subduci facile nequit. Animi enim amorem quandam comminiscuntur, & cum corporis pulchritudinem vereantur amare, virtutis vocant sese amatores. Ob quæ se penumero risu diffuere in mentem mihi venit, &c. Vides quò modo Socraticos vocet $\epsilon\upsilon\iota\ \pi\alpha\upsilon\delta\epsilon\gamma\epsilon\sigma\iota\varsigma$. Atque idem ibidem aperte scribit Socratem puerorum amorem ceu re præcipuè vilem adiuuenisse, Alcibiadēque amasse. Amori, inquit, deditus fuit, ut quisquam alius, Socrates: & sub vno eodēque cum ipso pallio accumbens Alcibiades haudquaquam intactus inde surrexit. Vide Macrobiū.

54. Et Platonem ligurito) Lucianus in Dialogo de Parasito, Platoni nullam aliam causam fuisse ait in Sicilia nauigandi, quàm ut Dionysio parasitaretur, eumque ob huius artis imperitiā in maximas calamitates incidisse. Apud Aeginam enim, ut scribit Laërtius, primū in summo vitæ discrimine versatus est: deinde Aniceri Cyrenaico venditus minis 20. vel, ut alij volunt, 30. Ioan. Tzetzes hist. 13. falsum esse ait, quod de vendito Platone dicitur. Idem hist. 355. Platonem dialogos suos Dionysio vendidisse ait, tametsi ab eo multa accepisset. Hist. autem 356. eum ex delicatissimis Siculorum mensis artē obsonia cōdiendi tenuisse scribit, Sarabi & Theorionis ad id vsus voluminibus. Cur autem Plato venditus fuerit, docet hist. 359. & 362. Theodoritus lib. 2. de curatione Græc. affect. hunc locum Xenophontis ad Aeschinē Socraticum scribentis citat. Adamarū hi duo philosophi (Platonem & Aristippum intelligit) Aegyptum, mōstrosamque Pythagoræ scientiā. Quos luxuriosos fuisse, nec satis stabiles sub Socratis disciplina, amorille tyrannidis indicauit, proque frugali vita petita Siculæ dapes.

55. Libertatem proclamat) In præaltum enim locum ascendens sublimi voce clamabat: Crates Cratetem libertate donat. Suprà meminit Nazian.

56. Qui cum nauis) Zeno is erat, qui pro naufragio, atque omnium bonorum iactura, Fortune gratiam agebat, quod se ad pallium philosophicum contraheret. Quod autem sequitur de Antisthene, Laërtius non Antistheni, sed Diogeni tribuit.

57. Laudas præterea) Plin. cap. 2. lib. 7. Philosophos Indorum, quos Gymnosophistas vocant, ab exortu ad occasum scribit perstare contentes solem immobilibus oculis: atque arenis feruentibus toto die alternis pedibus insistere. Eandem fere tolerantiam laudem Plato in Phædro, & Cicero I. de Orat. Socrati tribuunt.

58. In Homero discēdi) Ferunt Homērū cū hoc ænigma ei a piscatoribus propositum, Quæcunque cepimus, perdidimus, quæcunque non cepimus, habemus, solvere nequiuisset, mærore confectū ē vita migrasse. Quod tamen negat Herodotus in eius vita. At enim eum non ænigmatis perplexitate, sed morbo oppressum peruisse.

59. Ad Euripi fluxus) Huius rei mentionem nullam Laërtius facit in Aristotelis vita. Nonnulli tamen id de eo literis prodiderunt. Nos vnus Iustini Martyris testimonium proferemus. Ille enim in Admonitorio suo ad Gentes ita loquitur: Aristoteles, cū in Chalcide degeret, nec Euripi naturam percipere potuisset, viribus ob verecundiam pudorēmq, destitutus, excessit ē vita. De Euripo autem septies die ac nocte reciprocante Plin. lib. 2. cap. 100. & lib. 4. cap. 7. & 12.

60. Et Cleanthis puteum) Tanto philosophiæ studio flagrasse Cleanthes dicitur, vt noctu in hortis aquam hauriret, indēq, nonnihil pecuniæ colligeret, quō diurna tempora literarum studiis daret. Vnde etiam φρεσίν θλυτ, i. puteos hauriens dictus est: Cleanthesque labor abiit in prouerbium.

61. Et Heracliti mæstium) Heraclitus res omnes humanas atque omnia hominum studia deplorabat: Democrito videlicet ex diametro oppositus, cui res eadem perpetuum risum mouebant.

62. An verò tolerabilis) Quidam Iuliani laudes in cælum ferebant, quōd tributa relaxasset, in magistratibus eligendis summam curam & diligentiam adhiberet, maleficia vindicaret, populum sapienter gubernaret. Id quia negare non poterat Gregorius, opponit alia multò maiora, in quibus ille à boni & laudati principis officio omnino recessit. Ita exiguas illas laudes grauissimorū criminū adiectione premit atq; obterit.

63. Phallos & Ithyphallos) Væcors Iulianus ignominiosum & pudendum Christianis fore censebat Galileorum nomē. Commodissime itaque hīc aliquot Gentilis superstitionis nomina colligit Theologus ita turpia & obscena vt nulla obsceniora excogitari possint. Phallus enim veterum significat, Ithyphallus rigidum & exporrectum penem. Phalli verò in Liberi sacris de more circumferebantur, ac proinde ea res Phallologia dicebatur phallorum gestatio. Phallagogia inquit Theodor. lib. 1. de curat. Græc. affect. adorabant miseri, basiabanturque cuncti, qui eiusmodi orgia celebrabant. Eodēque modo muliebrem peccinē in Cereris festo initiata muliercula diuino honore dignum habebant, vt idem author testatur lib. 3. eiusdem tractatus. Arnobius lib. 5. aduersus Gentes: In liberi patris honorem Ithyphallos subrigit Græcia, & simulachris virilium fascinorum territoria cuncta florescunt. Origo porrò huius Phallagogiæ petenda est ex Prosymni fabula, de qua in Orat. in sancta lumina. Hoc verò non superuacaneum fuerit adicere Orpheum Thracen Dionysia, Panathenæa, Thesmophoria, & Eleusinia festa mysteriaque Athenas detulisse, atque Isis & Osiridis sacra in Cereris Liberique patris Orgia conuertisse, vt refert Theodorit. lib. de Cur. Græc. affect. ex Plutarcho, Diodoro siculo, & Demosth.

64. Et venerandum Pana) Lucianus in Dialogo Panos & Mercurij, Pana describens, eum cornua habere dicit, nasum deformem, barbam hirtam, pedes bifidos hircinōsque, ac postremo caudam in natibus. De ea descriptione extat elegans epigramma inter Alciani Emblemata. Hunc autem poëta Mercurij & Penelopes filium finxerunt. Vnde Lucianus eius Dialogi, quem modo citauimus, occasionem traxit. Alij autem rem verius aut certè verisimilius exponentes, aiunt omnes Penelopes procos cum ea stupri consuetudinem habuisse, sicque eam filium peperisse, qui Pan nominatus sit, vt pote ab omnibus procis creatus. Testis Græcus interpres Lycophronis. Atque hoc est, quod ait Theologus, eum à contumelia & flagitio nomen duxisse.

65. Apud illos vel multos) Hic locus diu animū torst. Videor tamen coniecturæ filo ex hoc labyrintho memet tadem explicuisse. Quod vt lectori planum fiat, rem paucis verbis exponemus. In Heruagiano exēplari sic habetur: δὲ ἴδ' ἢ ἀπὸ τῆς εἰς πολλὰ εἶα καὶ τὴν κρᾶσιον. ἢ οὐ πολλῶν γινέσθαι εἶα καὶ τὴν ἀγῶστον. Ex quibus verbis cum nullus commodus sensus posset elici, Regina codicem consului, atque ita hæc verba reperi. δὲ ἴδ' ἢ ἀπὸ τῆς εἰς πολλὰς εἶα καὶ τὴν κρᾶσιον & c. Hic primū nihil mihi dubitandum videbatur, quin fæmininum illud πολλὰς ex Heruagiano corrigendum esset ac reponendum neutrum πολλὰ. Neque enim aliquid fæmininū præcesserat, ad quod referri posset. Et sensus non inconcinuus ex his verbis oriebatur, δὲ ἴδ' ἢ ἀπὸ τῆς εἰς πολλὰ εἶα & c. vt intelligeremus nonnullos ob grauissimas calamitates in deorum numerum adscriptos. Hoc enim alijs quibusdam locis dicit Gregorius. Sed postea hæc verba attentius & diligentius perpendens sententiam mutauit, ac fæmininum illud πολλὰς relinquendum putauit, vt est in manu scripto libro: tollendum autem & illud ἀπὸ τῆς, & vt est in Heruagiano, ἀπὸ τῆς, ac substituendum ἀδύκω. Tota enim hæc clausula ad Melampygam illum, hoc est Herculem & Pana referenda est: vt sit sensus, Oportet apud illos vel vnū aliquem & fortissimum (hoc est Melampygam Herculem) multas iniuria & contumelia afficere (quemadmodum ille quinquaginta Thestij filias vna nocte compressit) aut ex multis (procis) vnum ac deformissimum progigni, Pana nempe. Hæc sententia mihi planissima esse videtur, & cum authoris sensu pulcherrimè conuenire. De quo tamen iudicent æqui lectores.

96. Butheniam relinquemus) Buthenas & Triuesperus Herculis epitheta sunt. Buthenas autem vt & Buphagus ideo dictus est, quōd arator Lindio boues duos, quibus tota ipsius spes terræ colēda nitebatur, sustulit, atq; vna cæna deuorauit. Vide Lactant. lib. 1. diuin. Instit. cap. 21. Triuesperus verò idcirco appellatus est, quod tribus continuis noctibus Iupiter cum Alcmena concubuerit, ex eoque congressu Hercules natus sit. Atque lepidus apud Lucianum extat dialogus, quo Mercurius à Sole petit, ne totos tres dies currat, sed fiat perpetua nox, dum Iupiter cum Alcmena concumbit.

67. Pro decimo tertio) In decimum tertium Herculis certamen non minus false lusit Diagoras ille cognomēto Atheus, qui, vt est apud Epiphan. in Ancor. ligneam Herculem lignorum copia comburens his verbis utebatur, ἀγὲ δὴ Ηρακλῆς τὴν πειρασὶν δέκα τριᾶκοντα ἔκπλησεν παρρησῶς τὸ ὄψον ἡμῶν ἐπιφθόνος: Age Hercules, decimam tertiam arumnam exanila, ac nobis obsonium coque.

68. Idolianum vocemus) Vide Nonnum infra. 69. Et Adonæum) Adonia festa erant Adonidi Veneris amasio dicata, quæ fletu & lachrymis à mulieribus celebrabantur, quemadmodum ex Marcellino colligi potest, qui lib. 19. ita scribit. Fæminæ verò miserabili planctu in primæuo flore succisam spem gentis solitis fletibus conclamabant, vt lachrymare cultrices Veneræ sepe spectantur in solennibus Adonidis sacris. Vnde etiam Ouidius lib. 10. Metam.

-luctus monumenta manebunt

Semper Adoni mei, repetitæque mortis imago

Annua plangoris peraget simulamina nostri.

Cur autem hoc loco Adonæum Iulianum Gregorius vocet, nihil certi me afferre posse ingenuè fateor. Probabile tamē est, id ei nomen ex eo inditum fuisse, quod Adonia in vrbe Antiochena magnificè celebravit. Sic enim scribit idem Marcellinus lib. 22. Euenerat autem iis diebus annuo cursu completo Adonia ritu veteri Antiochiæ celebrari, amato Veneris apri dente ferali deleto, & c.

70. Atque ad scenam & theatra) Hoc, inquit, Iuliani commentum ita stultum est, vt omnium irrisione meritò excipi possit, dignūque sit, quod ad scenas & theatra reiciatur. Obiter autem admonebo mihi potius videri legendum μὲν κόρης quam ἡ κόρη, vt hunc scenicum morem designet, quo histriones & fabularum actores mouendi risus causa crebras alapas sibi mutuò impingebant.

71. Minois laruam) Minoem cretæ regem inter rarissimam iustitiæ exempla historici numerant, ac proinde Poëta eum cum Aeaco & Rhadamantho apud inferos iudicem sedere finxerunt. Plato nouem, vt opinor, annis eum Iouis auditorem fuisse, ab eoque leges accepisse scribit.

72. Siue tragædia illa) Tragædia propter Christianorum calamitates & oppressiones: comædia autem propter subdolos Iuliani conatus, & totius actionis exitum Christianis lætum atque quietum.

73. Melampum quendā) Huius meminit Herodot. lib. 2. & Plin. lib. 7. ca. 33. qui & cap. 5. lib. 15. illius famam diuinationis artibus, Melampodiique, quod genus est hellebori, inuentione notum fuisse testatur.

74. Cum crucis signo) Moris fuisse antiquitus, vt cibum & potum signo crucis Christi signarent, quod & nunc p̄ faciunt, ex multis veteribus Theologis facillè colligere est, maximè ex Origene lib. 3. in Iob. vbi elegans est oratio ante cibi sumptionem.

75. En quid manus) Non multum abludivit ab Euripidis versu, quem Tullius ita transtulit 3. Offic. Iuravi lingua, mentem iniuratum gero.

76. Aetneum ignem) Aetna mons est in Sicilia crebris incendiis grauis & perniciosus accolis, cuius incendij causam explicat Iustinus initio lib. quarti. In huius mōtis descriptione præter Virgilium, si autor est poëmatij illius, quod nomen eius circumfert, Claudianum & alios vetustioris notæ poëtas, eleganti carmine Pet. Bembo patrum nostrorum memoria lusit. Hic Enceladū gigantem à Ioue fulminatū tradunt. Virg 3. Aeneid.

Fama est Enceladi semiuustum fulmine corpus

Vrgeri mole hac, ingentemque insuper Aetnam

Impositam ruptis flammam expirare caminis, &c.

Ouidius tamen non Enceladum sed Typhoëum ibi oppressum censet, cum in Epistola Sapphus Aetnam Typhocida vocat. Quin & 5. Metam. sic scribit.

Degrauat Aetna caput, sub quo resupinus arenas

Eiectat, flammamque fero vomit ore Typhoëus.

77. Vt enim edicta) Vide de hac re Sozom. lib. 8. cap. 5. vbi ea quæ imperante Iuliano in Christianos designata sunt, copiosè profequitur. Nicephorus autem lib. 10. cap. 13. scribit Iulianum Imp. Ecclesiarum annonā dæmonum ministris ascripsisse, eamque illos exigere permisisse.

78. Alexandrinorum crudelitas) De Alexandrinorum crudelitate vide Socratem in Historia Tripartita lib. 3. cap. 11. Quin & Marcellinum licet gentilitiæ superstitionis cultorem lib. 22.

79. Heliopolitarum) Sozom. lib. 5. cap. 10. Heliopolim & Arethusam ad Libanum montem in Syria sitas esse scribit. Idem tamen lib. 6. cap. 15. Heliopolim Phænicia vrbe esse ait. Porrò de Heliopolitarum in virginibus Christianas crudelitate & miseranda Marci Arethusij cæde eodem capite tractat Sozomenus in supra citato capite 10. lib. 5. & de Gazæis in proximè precedenti. Idem author scribit Gazæos & Heliopolitas, cū Theodosto imperante multi relicto deorum cultu Christianismum amplecterentur, pertinacissimè in suo errore mansisse, ac pro Paganismo & idolorum templis acerrimè dimicasse, lib. 6. cap. 15. vbi etiam Gazam Palestina vrbe esse ait.

80. Echeti & Phalaridis) Echeti crudelitas Homericæ carmine nobilitata est. Eius enim sepe in Odyssæa mentionem facit. Proci Penelopes minabantur se Irum missuros μεθ' Ἐχέτη βασιλῆα βροτῶν δολιχόνοα παρτα. ad Echetur regem mortalium omnium carnificem. Phalaridis autem inhumanitas ita vulgata est, vt in prouerbis abierit. Vide Plin. lib. 34. cap. 8. & Plutar. in Parallelis. Quo autē tempore vixerit, docet Oros. cap. 10. lib. 1.

81. Tacebo Orontem.) Orontes, quemadmodum refert Theodoritus Hist. Eccl. lib. 4. cap. 26. Fluvius est regionem Antiochenam ad Aquilonem præterfluens. quin et Plinius cap. 11. lib. 5. Antiochiam Syriae urbem illo fluvio diuidi scribit. Illius autem vndis multos Christianos intempesta nocte Iulianus obruebat: ne si publice necarentur, Martyrum gloriam adipiscerentur. Quod autem Orontes hic fluvium non hominem significet, argumento est hemistichium illud Homeri εὐρύς ποταμός κενὸς ὄρνις, ubi de Xantho, si bene memini, verba facit, cadauerum mole compresso.

82. In Cæsarienses nostros) Iulianus Cæsaream Cappadociae Metropolim è ciuitatum catalogo expunxit, et appellationem illi ademit, quam à Cæsare Claudio iam olim consecuta fuerat, cum prius Mazaca nominaretur. Vide Sozom. lib. 5. cap. 4. A Marcellino autem lib. 20. opportuna urbs dicitur et celebris, sub Argei montis pedibus sita. meminit et Plinius immutatae illius appellationis.

83. Ob Fortunam melioris fortunæ.) Quid alludat Gregorius explicuimus in scholiis Orat. funeb. in patrem mortuum. Ait igitur Iulianum causam irascendi iustam habuisse pro Fortuna, prosperior fortunæ tempore, hoc est idololatra Iuliano imperante, infortunio affecta atque diruta.

84. Nouum quæ Deum illum) Vt Libanius sophista, qui in Oratione funebri, quam de morte Iuliani conscripsit, εὐνοῦν τὸν θεὸν eum vocat, hoc est deorum affectorem.

85. At qui Hydram nemo) Finxerunt poetae Hydram Lernæam multorum capitum fuisse, quorum aliquot excisis plura alia statim enascerentur. Ouidius lib. 9. Metam.

Nec profuit Hydræ Crescere per damnum, geminâsq; resumere vires.

Et Horatius, Non Hydra secto corpore firmior

Vinci dolentem creuit in Herculem. Vide Erasmus in adagio Hydram secas. Qu, Calaber

7. illi capita tribuit, quorum vno exciso alterum renasceretur.

86. Nec Pataricam Chimæram) Homerus Iliad. 6. ita Chimæram describit αἰετὸς δὲ λέων, ἑστὶ δὲ ἀρσένον, μέλαινα δὲ χίμαιρα. Vnde Ouid. 9. Metam.

Quodque Chimæra iugo mediis in partibus hircum, Pectus et ora leæ, caudam serpentis habebat. &c.

Tria autem capita illam habuisse ostendit Hesiodus in Theogon. Quid autem illa re vera fuerit, docet Plutarchus in lib. de claris mulieribus, ubi de Lyciis. Videtur autem Chimæra ideo Patarica dici, quod mons sit in Lycia, vt Patara illius regionis urbs, authore Plinio cap. 27. lib. 5. De Cerbero autem tricipiti præter Virgil. 6. Aeneid. vide Plutarchum in Theseo.

87. Aut Scyllam) Scylla Phorcynis, vel Virgil. in Bucol. Nyxi, et Proserpinæ filia fingitur, inuitata corporis magnitudine. Habebat autem pedes 12. capita 6. atque in vnoquoque ore tres dentium ordines, oculos igneos. Atque aliæ quidem corporis eius partes in quodam antro abscondebantur: cæterum sex ipsius capita exterius ita prominabant, vt è petra ad naues vsque pertingere possent. Hæc ex interprete Græco Homeri vertimus: quem vide in lib. Odyss. 13. vt et Ouid. inuitio ferè lib. 14. Metam. Est autem re vera scopulus in mari Siculo, et quidem periculosissimus Charybdi oppositus. Hinc autè nata videtur fabulæ occasio, quod hinc, teste Iustino lib. 4. audiantur latratus, hinc monstri credita simulachra, dum nauigantes magnis verticibus pelagi defidentis exterriti, latrare putant vndas, quas sorbentis æstus vorago collidit.

88. Atque Orci galeam) Hoc de iis dici solet, qui se arte quapiam occultant. Vide Erasmus in Chiliad. Eodem pertinet illud de Gygis annulo, de quo quædam supra diximus ex Platone 2. de Reipub. et Cic. 3. Offic.

89. Nam nec Diocletianus) Diocletianus, Maximianus et Maximinus atrocissimam persecutionem aduersus Christianos excitarunt. Maximinus tamè omnes crudelitate superauit, tantumque sibi omnium ordinum odium immani sua seuitia conlauit, vt miserimè tandem interfectus sit, sed etque laceratus atque raptatus.

Quod autem hoc loco Theologus Diocletianum primum Christianos contumelia affectisse ait, non ita accipiendum est, quasi eum primam in Christianos persecutionem excitasse sentiat (nec enim hoc in eo verisimile est, qui multarum aliarum nonnunquam mentione faciat, et nominatim Decianæ in Orat. in cypr.) sed quia hæc tres persecutiones, Diocletiani nimirum, Maximiani, et Maximini, sine vlla intermissione Christianos afflixerunt, idcirco Diocletianum primum vocat, ratione videlicet habita ad eos qui ipsi successerunt. De variis autem Imp. Ro in Christianos persecutionibus, vide August. cap. 52. lib. 18. de ciuit. et Orosium cap. 18. lib. 7.

90. Carnificis illius Patroni) non enim lego εὐνοῦν vt in impresso, sed αἰετῶν vt in manuscriptis. Hoc enim vult, Iulianum, cum multa crudelitatis exempla edidisset, laudem tamen optimi principis publicorumque commodorum patroni sibi affectasse. Idque ex eo perspicuum est, quod mox isdè antithetis viuitur.

91. Legem enim nostram) cum Christiani de iniuriis, quas contra ius fasque accipiebant apud Iulianum quererentur, ridebat impius eorum calamitates: Vestrum est, inquiens ferre, cum afflictiimini. Hoc est enim vestri Dei præceptum, Socrat. cap. 14. lib. 6.

92. Si sua quenque) Quod quisque amat, id vexari atque obteri indignissime fert: quemadmodum Gregorius vir doctissimus, politionisque literaturæ amatissimus permolestè ferebat, ab humanitatis studiis Christianos arceri. Sententia autem hæc Pindari est.

93. Sermonè pro sermonibus) Gr. λόγῳ τῷ ἑαυτοῦ λόγων ἑαυτοῦ ἀποδιδόναι τῷ λόγῳ. quibus verbis in Latinam linguam transfusus multum gratiæ decedit. Etenim hac vna pagina Thelogus nunc λόγῳ pro sermonibus accipit, nunc pro linguæ Græcicæ vsu, nunc pro humanitatis studiis. Tum illud, εὐνοῦν τῷ λόγῳ ἑαυτοῦ εὐνοῦν, ὃ πᾶσι τῷ λόγῳ ἑαυτοῦ ἑστὶν ἰσοῦν τῷ λόγῳ. Quæ verba in alia lingua a parem gratiam habere nequeunt.

94. Quis Mercurius) Mercurius apud veteres eloquentiæ præses habebatur, et sermonis administer, Mercurius quasi medius currens dictus, quod sermo currat inter homines medius, vt scribit Augustinus cap. 14. lib. 7. de Ciuit.

95. Nec quicquam aliud quàm Crede) Christianis hoc sæpe ab Ethnicis obiici consueuisse testis est Arnobius lib. 2. aduersus Gentes. Et quoniam, inquit, videre nostram fidem consuectis, atque ipsam credulitatem facit iocularibus lancinare, dicite ô festiui et meraco sapientiæ tincti et saturi potu, estne operis in vita negotiosum aliquod et actuosum genus, quod non fide præeunte suscipiant, sumant, atque aggrediantur? &c. Nam de ea re longam disputationem texit Theodoritus libr. 1. de curat. Græc. affect. Audio vos, inquit, hoc identidem vsurpare, quod nostris sententiis tradendis nullam demonstrationem prætedamus, sed fidem solam et credulitatem insinuare illis conemur, quos diuinis rebus imbuendos suscepimus. Ac paulo post elegantem similitudinem affert. Sicut oculis indigemus ad ea quæ in oculorum aspectum cadunt, perspicienda: ita fide ad diuinarum rerum aspectum. Ibi etiam fidem primariam basim et crepidinem scientiæ vocat. Idem quoque Celsus obiiciebat, vt videre est apud Orig. lib. 1. contra eum. Inter Christianos, inquit, fallaces sunt quidam qui alios ducter. Alij verò qui eorum quæ credunt, nec reddita ratione nec accepta vsurpatu id habent, nihil perquiras, sed duntaxat credito. Sic tua te saluum factura est fides. Idem, vt est apud Orig. lib. 3. contra Celsum, fidem aiebat, animu in nobis præoccupantem, planè efficere vt Iesu credamus. Et eodem libro per Christianos hæc iniungi dicebat: Nemo ad nos eruditus accedat, et sapiens nemo: hæc quippe apud nos sunt lege sancita. Si quis verò ineruditus, si quis insipiens aut infans, fidens nos adeat. Hanc piæ credulitatis exagitationem eruditè refellit Orig. lib. 1. aduersus eundem.

96. Pythagoræ philoso.) Pythagoræ discipuli nullam aliam causam illius placitorum reddebant quàm αὐτὸς ἴψα. I. ipse dixit. Atque etiam Plato lib. 1. de leg. nemini de suis legibus permittit negotium insumere, nec eas curiosius perpendere, sed ingenuè accipere.

97. Aureisq; immo plumbeis) Extat opusculum Pythagoræ hoc titulo, Aurea carmina Pythagoræ. Hæc itaque ludens Gregorius plumbea vocat, vt pote tam superbum titulum nequaquam sustinentia.

98. Silentij Philosophiam) Pythagoræ discipuli quinquennium totum silebant, solum quæ dicerentur audientes, ac donec probarentur, nunquam Pythagoram videntes. Clem. Alex. 5. Strom. silentij quinquennium eis ad quinque sensuum perpurpationem indictum fuisse ait. Hieronym. explicans illud Eccles. cap. 3. Tempus tacendi et tempus loquendi, Pythagoricos, inquit, reor, quorum disciplina est tacere per quinquennium, et postea eruditus loqui, hinc originem sui traxisse decreti.

99. Cuius enim Græcismi) Gr. τῶς ἐκλωτισμῶς, illiusne scilicet, qui Paganismum et Gentilium superstitionem significat, an illius, qui linguam et dialectum? Vespellis enim ille amphibologia ludebat, et quemadmodum Christiani Hellenismum superstitionis et Paganismi execrabantur: ita eos quoque vtriusque significationis permixtione ab Hellenismo etiam linguæ propellebat.

100. Sicut Lindiis) Apud Lindum, quod est oppidum Rhodi, Herculis sacra sunt, quorum à cæteris longè diuersus est ritus, si quidem non εὐνοῦν, vt Græci appellant, sed maledictis et execratione celebrantur: eaque pro violatis habent, si quando inter solennes ritus vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum, et c. Lactantius lib. 1. diu. Inst. Causam autem huiusmodi sacri exposuimus supra.

101. Sicut etiam Tauris) Erat lex apud Tauros Scythiæ inhumanam et feram gentem, vt Dianæ hospites immolarentur: et id sacrificij multis temporibus celebratum est. Lactant. ibid. meminit et Lucianus. Tauri Scythiæ, inquit Athanas. pro hostijs Dianæ aduenas immolabant, præsertimque naufragos: et quos providentia periculo eripuerat, hos ipsi iugulabant.

102. Aut Laconibus) De ea re superius locuti sumus, quemadmodum et de Phrygum executione. Dianam autem illam apud Lacedæmonios Orthiam dicit Plutarch. in Apoph. Lac.

103. Pueros adamare) Apud Cretenses lata lege Venus mascula permittebatur. Chalcidenses ardebant nefanda puerorum libidine. Mofcini etiam promiscuam venerem exercebant. Quin etiam Herodotus scribit versas à Græcis didicisse pueris abuti. Idè accepisse feruntur Thracæ ab Orpheo. Ouid. ferè initio 10. Metam.

Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem

In teneros transferre mares, &c.

104. Aut aliis scortari) Lydiæ mulieres, priusquam nubere, cuiusvis libidini exponebantur. Sic et Iustinus lib. 14. Morem fuisse Cypriis testatur, virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam quaesituras, in quaestum ad litus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta veneri soluturas. Apud Scythas promiscuus erat seminarum vsus, quemadmodum et apud quasdam alias nationes.

105. Σμυρδελῶν κοινότης) Horrendum, resonare, num, scilicet, quædam.

106. Μῶν διπλοῦν ἄλφα) Prorsus à Luciano mutuatus esse videtur, apud quem cum Lexiphanes sesquipedalium et exoletorum, immo etiam quorundam Demosthenicorum verborum putidus affectator pharmacum haurire coactus esset, iamque vomere inciperet, Papæ, inquit, Sospolis, primum τὸ μῦθ, deinde κατὰ exitit. Postea et ἡδὲ ὅς ἐστι ἀμνηστία ἢ λῶσθαι ἢ διπλοῦν, et continuum illud ἄλφα. Salsissimè videlicet ineptissimum hominè notabat, qui sibi facundia Demosthenè æquare videbatur, quod is illius verborum deliciis vteretur.

107. In Cynosarges) Cynosargum gymnasium erat Athenis, in quo nothi et spurij exercebantur, quemadmodum tradit Plutarchus in Themistocle, et Budæus Annot. prior. in Pand.

108. Si quædam etiam diuina) Homerus de ea herba loquens, quam aduersus Circes veneficia Mercu-

rius Vlyssi porrexit, sic inquit Odyss. 11. μῶλον δὲ μὴ κελύσει θεοί. Hanc herbam dij Moly vocat. Vnde sic Ouid. 14. Metam. Pacifer huic dederat florem Cyllenius album, Moly vocant superi, &c. Et Plin. cap. 4. lib. 25. Laudatissima herbarum est Homero teste, quam vocari abs diis putat Moly. Qua quid significari possit, emblemate quodam explicuit Alciatus. Idem Homerus Xanthum à diis vocari ait, qui apud mortales Scamander dicitur. Atque eodem modo Chalcidem deorum vocem alio quodam loco scribit. Consimiliter quoque gigantem illum, qui Ioui auxilium tulit, Briareum deorum lingua vocari ait, hominum autem lingua Aegionem. Festiuum videlicet hominem, qui nobis deorum linguam ac verba interpretetur! Hæc igitur est Gregorij nostri sententia. Si quidem nonnullæ deorum voces sunt (vt Homerus vester nugatur) de his non est meum pronunciare. Quod autem ad homines pertinet, nec vox, nec ars vlla cuiusquam propria est, sed cui-libet volenti ad usum æquè patet.

109. Nónne Phœnicum sunt litera) Vnde sic Lucanus lib. tertio.

Phœnices primi, famæ si credimus, ausi

Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Et Plin. cap. 12. lib. 5. Ipsa gens Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis & siderum, naualiūque ac bellicarum artium. Idem cap. 56. lib. 7. iisdem ex Theophrasto tribuit etiam turrium inuentionem, balistam & fundam. Vbi & ex Gellio literas apud Aegyptios inuentas à Mercurio, vel ex Anticlida à Menone ante Phoronei tempora, ex aliis apud Syros repertas scribit. Ibidē & inuenies quas literas è Phœnicia in Græciam Cadmus transfulerit. At verò literarum inuentionem Hebræis deberi docet Iosephus statim initio lib. 1. contra Appionem.

110. Nónne Eubæorum) Plinio cap. 12. lib. 4. Eubæa insula est Bæotia vicina. Hinc natus Palamedes eid. Plinio cap. 56. lib. 7. Troiano bello dicitur quatuor has literas ξ, η, ι, κ. & adieciisse, mensuras & pondera inuenisse, ordinis militaris signi dationis, tesserarum, vigiliarum autorem fuisse. De iniusta autem ipsius Palamedis morte, Vlysse eam procurante, vide Maronem 2. Aeneid. & Ouid. 13. Metam. Vellet & infelix Palamedes, &c. Tzetzes hist. 8. eum 16. literas inuenisse scribit, reliquas octo ab aliis postea inuentas, à Simonide nimirum η & ω. ab Epicharmo ζ ξ ψ. à Cadmo autem θ φ χ. Idem tamen hist. 371. & 398. neque Palamedem; neque Phœnicem, neque Cadmum literas inuenisse ait.

111. Quod graculo) Quod Aesopus in Apologis, & alij quidam Græci scriptores graculo tribuunt, Horatius sic tribuit corniculæ.

Ne si fortè suas repetitum venerit olim

Grex auium plumas, moueat cornicula risum

Furtiuus nudata coloribus: &c.

112. Pastoris florem) Plin. cap. 36. lib. 9. Vbi multa de purpuris, scribit illas florem tingendis vestibus expetitum in mediis habere faucibus. Tyri autem inuentam purpuram Pollux tradit lib. 2. cap. 4. Onom.

113. Athenienses nos) Plinius tamē loco sæpius citato, Nauem primum ex Aegypto in Græciam aduexisse Danaum: ibique multa de singularum nauium inuentoribus scribit. Atque Iustinus lib. 1. Atheniensibus non nauium, sed lanificij, olei, & vini, arationis, & frumentorum sationis inuentionem tribuit. Vbi & de Triptolemo, & Cereris sacris noctu fieri solitis: de quibus, vt & de Cæleis & draconibus multa vide apud Lod. Viuem in Comm. in cap. 10. lib. 7. Aug. de Ciuit Eorū suprā meminerat & Theologus in orat. in sancta lum.

114. Nónne à Thracibus) Religionem Græci θρησκεία vocant, existimantque hoc nomen à Thracibus de duci, qui primi religionis & cultus diuini authores fuisse censentur.

115. Nónne Astronomiam) Sic paucis Plinius eodem loco variarum illarum artium, quæ hic enumerantur, autores perstringit: Auguria ex auibus Cares, à quib. Caria dicta: adicit ex ceteris animalibus Orpheus: Aruspicium Delphus: Ignispicia Amphiarus: Auspicia auium Tiresias Thebanus: interpretationem ostentorum & somniorum Amphiction: Astrologiam, Atlas Libyæ filius, vt alij, Aegyptij, vt alij Assyrij, &c. Geometriae etiam inuentionem Aristoteles lib. 1. Metaph. Aegyptijs tribuit: vt Magica Zoroastre Iustin. lib. 1. & Orof. vnde Iulius cap. 1 lib. 30 illam ortam in Perside à Zoroastre, qui sex millibus annorum (si fide dignus est) ante Platonis mortem fuerit, testatur.

116. A Telmefensibus) Tatianus in principio Orationis aduersus Græcos de artium inuentoribus hæc scribit: Telmefensium, inquit, celeberrimi id diuinationis genus inuenerunt, quod in somniorum coniectione versatur: Cares Astrologiam: Phryges & antiquissimi Iauri auium volatus & auspicia: Cyprij artem sacrificandi: Babylonij Astronomiam: Persæ Magiam: Aegyptij Geometriam: Phœnices literaturam. Et aliquot verbis interiectis, poeticae operam dare atque tractare vos Orpheus docuit, idem & initiandi ritum inuexit: Tuscani siglinam inuenerunt. Historiarum conscribendarum rationem descriptiones illæ temporum, quibus Aegyptij utebantur, attulerunt. Quinetiam à Marsya & Olympo tibiaram ludum accepistis. Phryges porrò vtrique fistulæ modulationem atque concentum rusticum (ἀρχαῖον enim in Græco legendum censo) composuerunt. Tyrreni artem tibia canendi, Cyclopes fabricandi repererunt. Epistolarum confectio mulieris quondam Persarum reginæ inuentum est, vt refert Hellanicus, cui Atossa nomen erat. At verò Theodorit. lib. 1. de Curat. Græc. aff. Aegyptios Geometriae & Astronomiæ inuentores fuisse ait, obseruationis dierum natalium Chaldaeos, auguriorum Arabes & Phryges, tibiaram Phrygios, literarum Phœnices, medicinae Apim Aegyptium, scaphæ & Lybes. Quædam etiam alia dicit Clemens Alex. in Adhort. sed quæ

quæ tædiosa sit prolixitatis hic commemorare. Hæc de rerum & artium inuentoribus dicta sufficiant: quod si studiosus lector plura desideret, legat ille Polyd. Virgilium, Ant. Sabellicum, Matth. Lunensium, & alios; qui sibi consulto hoc argumentum tractandum sumpserunt.

117. Quid igitur (an fateberis) Gr. διζόμεθα. quod verbum malui per secundam personam in numero vnitatis exprimere. Nec enim dubium est, quin Iulianum alloquatur: cui, si omnia ad primos authores atque inuentores referantur, nihil reliquum fore ait, quod sibi propriè vendicare possit, præter vitium atque horrendam à Christianismo defectionem.

118. Scytharum serui) Historiam habes apud Iustinum lib. 2. & apud Herod.

119. Valde verò mirabile) Gr. πῶς ἴδω τ' ἀξίον, εἰ σοὶ δευδῶν τὸ πρῶτον τῶν σωτηριακά, καὶ τοῖς σοῖς ὄροις ἐνόμοις, ἢ ἡμῖς ἢ ἄλλοις ἀπομακρύνει, &c. Hic locus plurimū difficultatis & caliginis mihi habere visus est, in eoque elucidando multum insudavi. An precium aliquod operæ fecerim, candidi lectores iudicabunt. Certè si vt verba sonant, hanc periodum explicare voluerimus, nullus sensus eruetur, qui non absurditate quadam seipsum euertat. Nam si hæc omnia ex Christianorum persona pronuncientur, ac τὸ πρῶτον τῶν σωτηριακά ad Iulianum referatur, quo modo id quadrabit cum eo quod sequitur, καὶ τοῖς σοῖς ὄροις ἐνόμοις? Deinde quænam vetus illa Christianorum felicitas excogitari poterit, qui ante Constantinum perpetuis ferè calamitatibus persecutionibusque vexati sunt? Tum quòd illud Christianorum ciuile bellum atque intestinum disidium proferri poterit, cum Iuliani tempore nulla inter eos concertatio extiterit, sed extrema illa Apostata tempestas internas omnes & domesticas discordias extinxerit, aut certè confopuerit? At si figuratè & εἰρωνικῶς hæc verba extulerimus, πῶς ἴδω τ' ἀξίον, εἰ σοὶ δευδῶν τὸ πρῶτον τῶν σωτηριακά, & quæ deinceps sequuntur, ἢ ἡμῖς ἢ ἄλλοις ἀπομακρύνει, &c. velut ex ore Iuliani proferantur, tota sententia pulcherrimè cohærebit. Hic enim horum verborum sensus erit: Praclare scilicet ageretur, si à te nefarius hic (vt asserebas, atque etià legè decernebas) Christianorum cætus dissolutus atque oppressus fuisset: vt à negotijs & molestijs liberi efficiis, ac

A bunt. Certè si vt verba sonant, hanc periodum explicare voluerimus, nullus sensus eruetur, qui non absurditate quadam seipsum euertat. Nam si hæc omnia ex Christianorum persona pronuncientur, ac τὸ πρῶτον τῶν σωτηριακά ad Iulianum referatur, quo modo id quadrabit cum eo quod sequitur, καὶ τοῖς σοῖς ὄροις ἐνόμοις? Deinde quænam vetus illa Christianorum felicitas excogitari poterit, qui ante Constantinum perpetuis ferè calamitatibus persecutionibusque vexati sunt? Tum quòd illud Christianorum ciuile bellum atque intestinum disidium proferri poterit, cum Iuliani tempore nulla inter eos concertatio extiterit, sed extrema illa Apostata tempestas internas omnes & domesticas discordias extinxerit, aut certè confopuerit? At si figuratè & εἰρωνικῶς hæc verba extulerimus, πῶς ἴδω τ' ἀξίον, εἰ σοὶ δευδῶν τὸ πρῶτον τῶν σωτηριακά, & quæ deinceps sequuntur, ἢ ἡμῖς ἢ ἄλλοις ἀπομακρύνει, &c. velut ex ore Iuliani proferantur, tota sententia pulcherrimè cohærebit. Hic enim horum verborum sensus erit: Praclare scilicet ageretur, si à te nefarius hic (vt asserebas, atque etià legè decernebas) Christianorum cætus dissolutus atque oppressus fuisset: vt à negotijs & molestijs liberi efficiis, ac Romanum principatum prisca felicitate florentem cernere liceret (hoc est, Paganismum vigentem, vt olim solebat) nec vllis intestinis disidijs perturbatum, id est, diuersa Christianorum religione velut interruptum.

120. Idem igitur hic quoque) Vide de hac re Epistolam, quam scripsit Iulianus ad Arsacium summum sacerdotem Galatiæ, & versutam illius θεολογία clarissimè perspicies. Ea extat apud Sozom. lib. 3. cap. 26.

121. Precationum alternatim) Flavianus & Diodorus histor. Tripart. lib. 5. cap. 32. primi dicuntur in duas partes choros psallentiū diuidentes ex successione Dauidicam melodiam cantare docuisse. Et hoc Antiochia primū fieri cepisse, atque hinc ad totius orbis vsque terminos peruenisse. At id antiquius multò in Ecclesia Christi receptum fuisse ex hoc loco patet. Quin & Niceph. cap. 8. lib. 13. id ab Ignatio vsque tertio Ecclesiæ Antiochenæ Episcopo repetit.

122. Idne nobis lucro) Vtile nobis quidem fuit, cum de medio sublatum esse: sed haud scio, an vtilius illi fuerit prius interisse, quam stultam hanc cogitationem in opus produceret. Vtuisset enim, quātum inter hominum motus & simiarum imitationem intersit, hoc est, inter pios Christianorum ritus, & Gentilium ineptas imitationes.

123. Neque enim magis equa) Cùm Aeginenses vel, vt alij malunt, Megarenses Apollinem rogarent, quinam essent Græcorum præstantissimi, futurum arbitantes, vt ob victoriam quam Aetolis extorserant, primo loco nominarentur, editum est hoc oraculum.

Ἰπποῦ θεσσαλικῆν, λακεδεμονίω τε γαῶνικα,

Ἀνδρας δ' οἱ πίνυσιν ὕδαρ καλῆς Ἀρεθούσης, &c.

Quæ nos ita vertimus

Præcellit reliquis equa Thessala, prima Lacæna

Laus est fæmineo in sexu, pariterque virili

In genere excellunt Siculo de fonte bibentes.

D Sic enim carminis causa Arctusam interpretor. Reliquum oraculi, quoniā nihil ad huius loci enarrationē pertinet, omitto. Qui volet, petat ab Erasmo in Adagio, Megarensium nullus sermo. Sensus itaque Gregorij talis est: Quemadmodum iuxta Pythium oraculum equa Thessala reliquis omnibus antecellit, & mulier spartana omnibus aliis mulieribus, & viri Siculi omnibus viris: ita etiam Christiani in religiosis ritibus atque sanctionibus mortales omnes antecellunt, primūque honoris locum merentur.

124. Vt quod de ciuitate illa) Libenter ludit Gregorius in fictitiā illam Platonis ciuitatem, quemadmodum & quidam alij, ac Lucianus in primis, qui lib. 2. Verarum historiarum, Platonem apud inferos esse negat, sed conditam à se ciuitatem habitare ait. Porrò quòd ad rem nostram attinet, Socrates apud Platonem post fundatam instructamque legibus ciuitatem, cupere se ait eam motu incitatam videre, hoc est, iuxta legum suarum præscriptū regi atque gubernari. Sic enim ipse Socrates loquitur in Timæo: ἀνοῦντ' αὖ ἡδὴ, &c. Quæ verba ita Latine reddi possunt, Audite iam deinceps, quomodo erga hæc temp. de qua pertractauimus, animo sim affectus. Mihi sanè consimile quiddam accidit, ac si quis egregia animantia, siue pictoris arte efficta, siue etiam verè viuentia, ceterum immota & tranquilla vsquam conspiciat, videre ea concupiscat se se mouentia, atque corū, quæ corporibus conuenire videntur, aliquid exequentia. Eodem quoque modo erga ciuitatem, de qua disputauimus, afficior. Libenter enim quempiā commemoratē audirem, quemadmodum hæc ciuitas certamina ea, quæ ciuitates obire solent, cum aliis vrbibus conferret, rectè atque ordine ad bellum proficiscens, atque inter belligerandam disciplinæ & victui, quantum æquum est, tribuens, tum quan-

tum equum est, tribuens, tum quantum ad actiones in operibus sitas, tum quantum ad interpretationes in verbis positas, ad vnamquamque ciuitatem habendas, &c. Hæc Plato. At igitur Gregorius se eodem modo cupere, vt illa Christianorum rituum imitatio à Iuliano excogitata in opus tandem prodeat, quo magis ridicula appareat.

125. Ergo in Beatam) Ferunt apud Inferos locum quendam esse, qui μαχαία vocetur. Iacere autem in Macariam siue Beatam καὶ δὲ φημισμὸν dicitur, pro eo quod est, In rem malam. Vide Erasmus in proverbio, In Beatam. Vbi etiam aliam huius adagij expositionem affert. Hoc tamen loco, Iaciamus in corū Beatam, idem est ac si diceret, fœdissimam illorum religionem excutiamus atque insectemur, quam tamen pro beata & veneranda habent.

126. Risum in lachrymis) Videtur alludere ad Nepenthe illud cuius Homerus 4. lib. Odyss. mentionē facit.

127. Hesiodi Theogoniam) Hesiodus de genealogia deorum librum conscripsit, eumque Theogoniam appellauit, quo nihil dementius nec prodigiosius fingi potest. Illic bellum deorum aduersus Titanes & gigantes commemorat.

128. Cottus, Briareus) Nomina sunt Gigantum, qui Deos bello prouocauerunt. Briareus à Claudiano in Gigantomachia centimanus dicitur, quemadmodum & Gigas ab Horatio. Ouid. I. Metam. omnes centum brachia habuisse fingit, pedesque draconum: sic enim apud eum Iupiter loquitur.

Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempestate fui, qua centum quisque parabat
Iniicere anguipedum capturo brachia cælo

Cur autem anguipedes fingantur Gigantes, rationem vide apud Macrobiū, de variis illorum nominibus apud Textorem in Offic.

129. Quæ tela simul & sepulchra) Iisdem enim montibus, quos ad expugnandum cælum aggreſſerant, obruti sunt. Vnde illud eodem libro.

Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
Fulmine, & excussit subiectum Pelion Ossa:
Obruta mole sua cum corpora dira iacerent, &c.

Immissas autem in Gigantes insulas dicit, quod cum illos trucidaret Iupiter, montes ab illis structos in varias orbis partes disiecisse dicatur. Qui verò montium in mare ceciderunt, insule factæ sunt, qui autem in terram, permanserunt montes: vt in eum librum scribit Raph. Regius.

130. Orpheus iam prodeat) Duo hæc spurcissima carmina ex Orpheo citat Gregorius, vt appareat quam stupidi ac vacordes sint, qui tam turpes atque obscænos deos deasque venerentur. Citat & alia carmina ex eodem Orpheo Clemens Alex. in Adhort. suo ad Gentes, quibus narrat, quemadmodum Baubo cum Cererem de filia raptu tristem ac merore confectam nulla ratione consolari atque ad bibendum adducere potuisset, eam corporis partem per quam fœminæ sobolem proderent, retexerit, eoque spectaculo delectata Ceres poculum sibi porrectum hausserit.

Ὡς εἰπὺσα πῆ πλοῦς ἀεσέσθητο, δειξέ δὲ πᾶντα
Σώματος ἑσθῆ ἀπέποιε τῦ ποῦ, &c. quæ ita vertit Arnob. lib. 5. adu. Gē.
Sic effata, simul vestem contraxit ab imo,
Obiecitque oculis formatas inguinibus res,
Quas caua succutiens Baubo manu, nam puerilis.
Olli vultus erat, plaudit, contrectat amicè.
Tum dea desigens augusti luminis orbes,
Tristitias animi paulum mollita reponit:
Inde manu poculum sumit, risuq; sequenti
Perducit totum cyceonis leta liquorem.

○ perditum hominem qui huiusmodi spurcitiem effundere, immò euomere non dubitauit! O cæcam & amentem Græciam quæ talem nebulonem sacra disciplina perdiscendæ sibi magistrum ascieuerit.

131. Omnia phanes) Orpheus Deum verum & magnum θεοπύσνον appellat, quod ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso cuncta sint generata: eundem etiam φάνης, id est, apparentem nominat: quod cum adhuc nihil esset, primus ex infinito apparuerit, & extiterit. Lactant. lib. 1. Diuin. Instit. cap. 5.

132. Ericapæus) Fortasse legendum Ηερακλέους, qui Bacchum significat, vt testis est Varinus.

133. Qui omnes alios) Saturnum filios suos deuorasse fingunt poëta, Iouem tamen furtim occultatum à Rheæ saxum pueri loco subiciente, in Cretam ablegatum esse. Quod autem sequitur, πατήρ αὐ δρώων τι θεῶν π, hemistichium est Homero frequens, quemadmodum Virgilio, Parens hominumque deumque.

134. Posteaque his allegoria) Ridet Centilium insulſitatem, qui rebus adeò portentosis atque impiis allegoricos

goricos sensus inuehunt, vt externam absurditatem quoquo modo tegant. Idem ferè Augustinus cap. 10. lib. 4. & lib. 7. de Ciuit. agit, & ante eum Clemens Rom. lib. 10. Recognit.

135. Comædiographum dicam) Nunc enim nobis deos letos proponit Homerus, nunc luctu afflictos & profligatos, nunc securos nunc anxios ac metu perterritos, nunc pacatos, nunc acerrimè inter se concertantes. Sic Balbus apud Cic. 1. de Nat. deorum Homerum notat, quod Deos pugnantes inuicem scribat, &c.

136. Quemadmodum Oceanus) Iuno apud Hom. Iliad. 15. vt cestum amorum à Venere facilius impetret, fingit dissidium quoddam inter Oceanum & Tethidem intercessisse, iam pridemque eos à re vxoria abstinuisse, seque ad sopiendam hanc similitatem proficisci velle.

137. Nubium congregatoris) Νεφέληγαρέτης. Epitheton Iouis. Iuno accepto Veneris cestio ita Iouem amore inflammata, vt clarissima luce cum ea in Idaeo monte rem habere cogatur. Ac ne ea obscænitatis hominum oculos offendat, Poëta densam caliginem inducit, atque etiam Iouem substernit, ac crocum profert. Vide Hom. ibid.

A 138. Nunc in æthere) Iupiter apud Homerum Iliad. 15. his verbis Iunonem alloquitur.

Ἡ δὲ μέμνη ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, ὅκ δὲ ποδοῖν
Ἀκμονας ἦκα δ' ὤω, ὡδὲ χερσὶ δὲ δεσμον ἦλα
Χρῦστον ἀρρήκλον; σὺ δ' ἴσ' αἴθερ, καὶ νεφέλησιν
Ἐκρέμω, ἦλα γέρον δὲ θεοὶ καὶ μακρὸν ὄλυμπον
Λῦσαι δ' ὅκ ἐδύω αὐτο ὡδ' ἄσασσον, ὅν δὲ λαβοίμι,
Ρίπλοσθον τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ, ὄφρ' αὐ' ἴκηται
Γιῶ ὀλιγηπέλεων.

Quæ nos sic Latina fecimus,

Anne parum memores, cum tu miseranda supernè
Penderes, pedibusque tuis ego percitus ira
Incudem duplicem inieci, digitosque catenis
Auratis strinxi, quas non perumpere posses?
Pendebas, diuosque omnes dolor acris habebat,
Soluere nec cuncti poterant: quemque arripissem
Excussum è cæli iaciebam protinus aula,
Donec humi caderet resolutis viribus ille.

C Quæ verba allegoricè explicat scholiastes Græcus, ad quem lectorem remitto.

139. Amorum cestum) Hunc cestum describens Homerus Iliad. 15. his verbis vtitur.

Ἡ καὶ ἀπὸ σῆθεσφιν ἐλύσσατο κερὸν ἱμαῖα
Ποικίλοι, ἐνθα δὲ οἱ θελκθήρια πᾶντα τέτυκτο,
Ἐνθ' ἐνὶ μὲν φιλοῦτης, ἐν δ' ἴμερος, ἐν δ' ὀαριῦς
Πάρφασις, ἦ τ' ἐκχεύε νόον πῖκα ὡφ' ὀρεγνέοντων.
Dixerat, atque fidem promissi protinus explens,
Multiplicem egregio cestum de pectore soluit.
Illecebræ hîc omnes inerant, hîc blanda libido,
Hîc amor, hîc etiam verborum gratia fallax,
Quæ vel prudentis non rarò pectus inescat.

140. Mulierum amore) Eo enim loco Iupiter amores suos recenset, Ixionis vxorem proferens, Danaen, Europam, Semelen, Cererem, & Latonam: negatque se vnquam ita ad Venerem exarsisse, vt tunc Iunonis amore inflammabatur. Ac proinde non minus grauius quam eruditè Arnobius lib. 5. aduers. Gentes: Quid tandem quæso, inquit, Iupiter iste, quicumque est, meruit, quod genus est nullum probri infame, adulterium nullum, quod non in eius caput, velut in aliquam congeratis vilem luteamque personam? Et paulo post, Nullum turpitudinis genus est, quo eius nomen consociatis libidinibus non conferatis: vt videatur miserabilis profusus nullam ob aliam causam esse natus, nisi vt esset criminum sedes, maledictorum materia, locus quidam expositus in quem spurcitiæ se omnes scenarum colluuiionibus deriuarent, &c.

E 141. Pro Lacæno scorto) Homerus tota Iliade deos pro Helena acerbissimè inter se contententes ac pugnantes inducit.

142. Nigrorum superciliorum) Allusio ad illud Homeri de Ioue loquentis.

Ἡ καὶ κυανέησιν ἐπ' ὄφρ' οἱ νόσσε κρονίων
Ἀμβροσίᾳ δ' ἀρεῶν χυταὶ ἐπ' ῥώσσωτο δῖα κλος

Κρητός ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέυζαι Ὀλυμπον.

Hæc ait atque superciliis Saturnius atris
Annuat, arrectisque aeterno è vertice regis
Crinibus immensi concussa est regia cæli. Vnde Ouid. i. Metam.
Terrificam capitis concussit terque quaterque
Cæsariem, cum qua terram, mare, sidera mouit. Et Virgil. i. Aeneid.
Annuat & totum nutu tremefecit Olympum.

- 143. Mars ille vulneratus) Diomedes Minerva impulsu Martem vulnerat Iliad. 5.
- 144. Aut aeneo dolio) Gr. χαλκῶ κεραμῶ. Alludit ad Homerum, qui Iliad. 5. Martem ab Otto & Ephialte comprehensum, ferreisque vinculis in aeneo dolio conclusum fuisse scribit. Quamquam non me fugit interpretationem Græcum κέραμοι altera etiam significatione explicare, ut νότιον αργείοι significet, sed Caria urbem. Verum prior mihi magis arridet.
- 145. Improuidusque adulter) Quo modo Mars cum Venere adulterium commiserit, atque à Vulcano deprehensus, constrictusque sit, tandemque vinculis solutus, canit apud Homerum Demodocus Odys. 9. eandemque fabulam eleganter describit Ouid. lib. 4. Metam.
- 146. Ac verè Ioui consilio) Gr. δι' ἡμῶν πρὸς ἀπείρατος, hemistichium apud Homerum frequens.
- 147. Abditi quidem & abstrusi, &c.) Non abs re est, quod de scripturae allegoris hoc loco verba facit Gregorius. Nam eo nomine Gentiles Christianos insectabatur, quod multa scripturae loca allegorico sensu interpretarentur. Iudæos inquit abstrusi, & modestissimos quosque Christianorum ad allegoriam scripturae dicta traducere, & cum istorum hos puderet, adfigurationes denique confugisse. Orig. lib. 4. aduersus eum. Ostendit itaque Gregorius in librorum sacrorum allegoris nihil inesse quod non grauitate ac pietate sit plenum. Hoc porro non incongruum erit lectorem admonere, familiare fuisse Celso, quod commodius Christianismum exagigaret, hereticorum commentis orthodoxos impetere, ut si quid in illorum libris stultum ac ridiculum inuenisset, statim quasi de profligato atque extincto Christianismo triumpharet. Itaque fieri potest ut eo loco quo Christianas allegorias suggillat ad prodigiosum illum nugatorem Valentiium aliosque eiusdem farinae respexerit, qui Platonicis fabulis doctrinam Christianam obruere conati sunt.
- 148. Per cœnum ad urbem ducere) Prouerbiales locutiones, quæ in eos commodè torqueri possunt, qui per stultissimas, obscenissimasque fabulas ad allegoricos quosdam sensus ducunt.
- 149. Tàmque ab hypothefibus) His simile est quod ait Orig. aduersus Celsum lib. 4. Quæcunque, inquit, videntur iuxta Græcos ad allegoriam conscripta, & turpiora sunt fabulis & planè absurdiora: cum ea quæ prorsus coire nequeant mira quadam & insensata stultitia iungere conentur.
- 150. Cùm Deos perturbationum) Vnde August. lib. 2. de ciuit. Dei cap. 7. Omnes cultores talium deorum mox ut eos libido perpulerit fermenti, ut ait Persius, tincta veneno, magis intuentur quid Iupiter fecerit, quàm quid docuerit Plato, vel censuerit Cato. profertque illud Terentiani Chæreæ, qui in flagitiosa libidine Deum se imitari iactabat. At quem Deum? inquit. Qui templa cæli summa sonitu concutit. Ego homuncio id non facerem. Ac proinde eleganter idem August. eodem libro Maligni, inquit, dæmones multa crimina de numinibus fingilibenter accipiunt: ut ad scelestas ac turpia perpetranda velut ab ipso cælo traduci in terris satis idonea videatur auctoritas. Idem fere cap. 16. lib. 1. Confess. & Menippus apud Lucianum in Ne-cyomantia necnon Fulgentius Mytholog. 1.
- 151. Vt pote deorum aliquem) Verbi gratia, Qui alienum thorum nefaria libidine commaculabit, adulteri Iouis & Martis exemplo se defendat.
- 152. Saturnus) Saturnus, ut poete fabulantur, Cælum patrem executi, ne liberos gigneret, cuius commentum allegoricam interpretationem ridet August. cap. 19. lib. 7. de ciuit. Dei.
- 153. Dêctque hoc stuctibus) Venerem innuit, quæ ex Saturni testibus & maris spuma nata esse fingitur, apud Hesiod. in Theogon. Vnde sic illa Neptunū alloquitur. 4. Metam. Si tamen in medio quondam concreta profundo spuma fui, Craiūmque manet mihi nomen ab illa. Homerus tamen Iliad. 3. eam non Saturni, sed Iouis filiam facit. Nisi forte de alia Venere loquitur. Nam quatuor facit Cic.
- 154. Iupiter adu. Saturnum) Iupiter Saturnum patrem regno exturbasse dicitur, quemadmodum ille cælum patrem regno expulerat. Quod autem ait dulcis lapis, superius explicuimus.
- 155. Luciferi ipsi) Gr. κερδῶος quæstuosus Mercurij epitheton, Lucrui vocat Arnobius lib. 4. aduersus Gent. Quis est, inquit, qui credat esse deos Lucros & lucrorum consecutionibus præsidere cùm ex turpissimis causis frequentissime veniant, & c. furtorum enim præses esse, immò etiam furandi arte præcellere dicitur: Lactantiôque qui illum furem & nebulonem vocat, lib. 1. cap. 18. nihil reliquisse præter fraudum suarum memoriam dicitur. Nam Neptuno iridentè suffuratus est, & Marti gladium, atque Apollinem arcu & sagittis spoliavit. Lucianus in Dialogis deorum, dialogo Apollinis & Vulcani.
- 156. Et marsupium) Cyprius lib. de Diis Gent. Syntagm. 9. Vidi, inquit, in libro Antiquitatum Mercurij imaginem hoc modo effictam: filo quidem corporis iuuenili, facie imberbi, cum alis supra aures. Nudus verò totus, præterquam quod in dorso palliolum habere videatur. Dexterâ marsupium tenebat, quod supra caput hirci iacebat: sinistra verò caduceum præferabat. Ad pedes illius gallus & hircus suberant. Et paulo post, Huic

- Huic Deo Romani mense Maio rem diuinam faciebant, cuiusque statuæ plerique marsupium adhibebant, ut Macrobius & Suidas narrant.
- 157. Sine ære Phæbum) Tritus est apud Græcos prouerbialis hic Iambicus versus, ἀδὸς θεὸς χαλκὸς φῶβος μὴ μακρυτέρω. I. Phæbus non edidit sine nummis oracula. Quod prouerbum ad eos accommodari potest, qui artem suam & doctrinam venalem habent.
- 158. In quamuis formam) Nunc in taurum propter Europam, nunc in aurum propter Danaën, nunc in pastorem propter Isin, nunc in Bacchum propter Erigonem: denique & in aquilam, ut Ganymedem raperet. Quem etiam pincernam in cælo constituit. Varias autem Iouis transformationes perstringit Ouidius non longè ab initio lib. 6. Metamorphos. Mæonis elusam, & c.
- 159. Decimum tertium) Eodem modo Quintus Smyrnæus apud Tzetzen hist. 13. concubitus Herculis cum filiabus Thestij decimam tertiam eius ærumnâ vocat hoc carmine, Θείο δὲ θυγατρὶ τῆς ἰσχυρῆς πέλει ἀδίας. Quem etiam hoc nomine Tzetzes reprehedit, quod huiusmodi congressum inter ipsius certamina numerarit. Sed quis videt Quintum Smyrnæum de re iocosa iocose scripsisse, quemadmodum & hoc loco Theologum? 160. Iram Mars reprimat) Vitia & turpes affectus, qui diis tribuuntur, colligit, ut ostendat morum doctrinam apud eos rectè tradi non posse, qui deos habeant scdissimis perturbationibus obnoxios. De hac re autem eleganter tractat Theodor. lib. 3. de Græc. affect. curatione. Quam patientem animæ vim appellant, inquit, & ἀλογία, quamque imperio rationis subici adhortantur, hanc stulti Gentiles deificanti: vimque concupiscendi Venerem Cupidinēque appellant, irascendi vim Martem, ebrietatem Dionysium, dolum & fraudem Mercurium. Neque pudet eos qui lasciuiam detestantur, flagitiososque homines pœna afficiunt, flagitium tamen ipsum pro Deo colere ac venerari: & ut paulo post inquit, causas & stirpes scelerum, libidinem videlicet, iracundiam, crapulam, ebrietatem cælestium deorum appellatione dignari, diuinisque illis honores profoluere? Hinc est quod Fulgentius Plac. 1. Mytholog. in fabula Merc. apud Ethnicos non opus fuisse iudice scribit, cùm Dij furtis præessent, & c.
- 161. Hospitum odium) Quo modo humanitatem erga hospites docebit Diana, quæ illorum cæde apud Tauros delectatur? ut supra dictum est.
- 162. Fraudem obliquus Apollo) Gr. λοξίας Apollinis epith. quod ambigua & obliqua responsa ederet, quemadmodum illud, Αἰοτε Ἐακίδα Romanos vincere posse: Et illud. Cræsus Halym penetrans magnam peruertet opum vim.
- 163. Claudicans) Alludit ad illud Homeri in fine I. Iliad. ubi Vulcanus ridicula sua oratione & pocillatione diis mœrorem omnem abstergit, illicque etiam narrat, quo modo claudus factus sit.
- 164. Ad Æthiopes) Apud Homerum I. Iliad. sic loquitur Thetis.
Ζῆς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας αἰθιοπῆας
Χθρὸς ἔχεν μὲν δαίτα, θεοὶ δ' ἄμια πρὸς τὸς ἔποντο.
Iupiter hesternæ cœnatum luce probatos
Iuit ad Æthiopes, atque omnis turba deorum.
Atque ut intelligas eos in Æthiopia lautissimè epulari solere, eodem helluo ille Neptunus solus proficiscitur, Odys. 1. Sic enim de eo ait Homerus,
Ἀλλ' ὁ μὲν αἰθιοπας ματαχία τε τῆδ' ἰόντας. & duob. versib. interiectis,
Ἀντιόων ἑσπέρων τε καὶ δροειῶν ἐκατόμβας
Εὐθ' ὄγε τέρπετο δαίτη πρὸς ἠέρος, & c.
Nuper ad Æthiopes perrexerat ille remotos
Taurorum celer occurrens pecudūmque Hecatombis,
Atque hîc accumbens carpebat gaudia mensis.
Vnde Arnob. lib. 6. aduers. Gent. Hoc est, ait, proprium deorum, complere omnia vi sua, non partiliter vspiam, sed vbique esse totos: non adesse, non abesse, non cœnatum ad Æthiopes pergere, & post dies bisse nos priuatum ad domicilium redire. Et lib. 7. alludens ad id quod ait Homerus, Deos sacrificiorum nidore vesci, Nisi forte, inquit, Deus hostiarum animas deuorat, aut ex aris ardentibus nidorem consecratur & fumos, pasciturque de cinis quas euomunt ardentia viscera adhuc vda de sanguine, & c.
- 165. Qui agricolæ vim) Hoc supra ex Lactantio explicuimus: ubi cur Hercules βουθῆας Buthænas vocaretur, diximus.
- 166. Crimen autem non solum) Vos, inquit Arnob. lib. 8. prohibetis & facitis: nos vxoribus nostris solummodo viri nascimur. vos scelera admissa punitis: apud nos & cogitare peccare est. Vos conscios timetis, nos etiam conscientiam solam, sine qua esse non possumus.

GREGORII NAZIANZENI ORATIO
secunda in Iulianum.

ARGUMENTVM.



N hac oratione primum narrat, quo modo Iulianus Imp. ad Hierosolymitani templi instauracionem Iudæos excitauit, quòque modo multis caelestibus signis exterriti opus inchoatum abrumpere ac relinquere coacti fuerint. Deinde Persicæ expeditionis historiam & Romanorum cladem, Iulianique interitum exponit, eiusque funus eleganti comparatione cum Constantij funere grauisimè deprimat. Mox velut per præteritionem complura leuitatis illius & inconstantie argumenta congerit, ex quibus etiam multò antè futuram hominis improbitatem auguratus fuerat. Tum ad exagitandos impiorum hominum conatus delabitur eorumque vanas spes irridet, stultaque de Christianismi opprestione consilia sugillat, quibusque calamitatibus, orationis ope ac Dei misericordia Christiani liberati sint, copiosè prosequitur. Postea ineptissimas Gentilium nugas, errorumque portenta breuissimè perstringit. Atque ita tandem ad admonitionem se confert, eamque in duas partes diuidit. Primum enim Christianos hortatur, vt in secundis rebus modestiam teneant, nec earum prosperitate corrupti rursus in eadem vitia prolabantur, quæ illis recentis calamitatis incendium excitauerunt: quòque pacto ob tantum Dei beneficium eos gaudere atque in letitiam effundi conueniat, ostendit. Secundo eos admonet, ne iniurias ab Ethnicis acceptas vlciscantur, verum iis ignoscant, aut certè totam vltionem ad Deum transmittant: ibique etiam per occasionem de fabulosis quorundam apud inferos pœnis nonnulla commemorat. De se item & Basilio quædam adiungit, quos Iulianus postremos ad eadem reseruarat. Postremò quandam illius orationem conuellit, in qua frugalitatis & continentie laudem sibi tribuebat.



C primum quidem orationum mearum certamen ita conclusum est & absolutum. Etenim hominis verfutiam animique perueritatem abundè & luculenter ostendimus, tam in iis, quæ aduersus nos perpetravit, quàm in iis, quæ facere parabat, sic videlicet animo comparatus, vt ad præsentis acerbitates aliquid quotidie grauius excogitaret. Nunc verò alium iam orationis scopum, ad quem haud scio, an quisquam collimarit, tum apud Deum sanctiorem, tum nobis iucundiorem, atque adedò posteris vtiliorem nobis proponemus: nimirum vt his, quæ superius à nobis dicta sunt iustas Dei lances adiciamus, easque pœnas, quibus ex aduersa parte velut in trutina libratur & vindicatur malitia, partim in hac vita sceleratis occurrens, partim aliquantò post occurrura: prout, opinor, artificij Verbo visum fuerit, rerumque nostrarum arbitro & moderatori, qui vt calamitatem misericordia reprimit: ita ignominia & verberibus, pro animaduersionis modo ipsi cognito, audaciam temeritatèque compescit. Enimuerò quis iustos impiorum morbos, minimèque obscuras corporum rupturas, variisque alias plagas & pœnas facinoribus suis perfimiles, mortèisque nequaquam vltimo more progredientes, eorumque in dolorum acerbitatibus confessiones, inutilèscque pœnitentias, quis castigationes eas, quæ per insomnia fiunt, verasque & certas visiones satis tragicè referre queat, eaque omnia commemorare, quæ vel propter flagitia circa sacras ædes admissa, vel propter sacras mensas omnibus ludibriis contumeliisque scædatis, vel propter mystica pocula furiosè conspurcata, vel propter ventrem corporibus nostris sine vilo pudore expletum, vel propter omnia alia scelera perpetrata ipsis occurrerunt, clara vtique & perspicua diuinæ aduersus huiusmodi homines iræ signa & argumenta? Verum hæc lubens præteribo, non quòd iis, quæ in oculis hominumque sermone posita sunt, fidem abrogem, aut rerum euentus fortuito cuidam & temerario casui tribuam, quemadmodum illi, qui res huiusmodi temerè sentiunt, sed ne maioribus

Iustitia
Dei.

ioribus atque insignioribus rebus prætermisissis, leuioribus immorari videar. Illud verò miraculum, quod omnium ore celebratur, ac ne apud eos quidem, qui Deum nullum putant, fide caret, oratione prosequar. Furebat ille in dies aduersus nos vehementius, non secus ac fluctibus novos fluctus exuscitans, qui in seipsum primum furore inflammatus fuerat, & sancta protriuerat, Spirituque gratiæ contumeliam intulerat, Hieroboam appositè dixerim, aut Israëlitem Achab, homines perditissimos, aut Aegyptium illum Pharaonem, aut Assyrium Nabugodonosor, vel hæc omnia contrahens vnum atque eundem nominabo, quandoquidem eum omnium vitia in sese collegisse constat, perfidiam nempe Hieroboam, nefarium homicidium Achab, duritiem Pharaonis, sacrilegium Nabugodonosor, omnium denique in vnum collectorum impietatem. Cum autem per omnia alia grassatus, atque omne genus tyrannidis in nos & crudelitatis vt leue & abiectum aspernatus esset, (nec enim vlla vnquam natura ad malorum inuentionem excogitationemque illius natura vberior ingeniosiorque extitit) ad extremum Iudæorum quoque nationem in nos immisit, tum veteri eorum leuitate, tum antiquo nostri odio ipsorum pectoribus inulto ad id quod moliebatur, perficiendum, adiutoribus vsus, fatale nimirum ipsis ex eorum libris & arcanis esse affirmans, in patriam redire ac templum instaurare, patriorumque rituum vigorem redintegrare, ac benevolentie specie consilium celans. Postquam autem hæc in animum induxit, ipsisque persuasit (facile enim imposturam facit, quidquid delectat) tum verò illi ad templi extruccionem se comparare, atque in id opus, & manu multa, & animi alacritate laborèque incumbere. Illud quidem narrant, qui eorum facta laudibus & admiratione prosequuntur, vxores quoque ipsorum non modò matronalem omnem mundum corporisque ornatum prompto animo detraxisse, atque in operis structuram laborantiumque opem contulisse: verum eo quoque animo fuisse, vt terram sinu efferentes, ac nec vestibis præclaris & sumptuosis, nec teneris membris parentes, pietatis officio sese fungi existimarent, omniæque hoc conatu inferiora ducerent. Vt verò à sæuo turbine, ac repentino æstuantis terræ tremore compulsi, ad propinquum quoddam templum perrexerunt, partim orationis causa, partim, vt in huiusmodi rebus accidere solet, eo quod offerebatur, ad periculi propulsationem vtentes, partim cum tumultu abrepti, atque incitato cursu sese mutuo protrudentes: sunt qui ne à templo quidem eos admissos fuisse commemorarent, sed cum ad apertas fores accessissent, repente easdem clausas pessuloque obductas offendisse, potentia quadam obscura & inuisibili, quæ ad impiorum terrorem piorumque confirmationem huiusmodi prodigia designat. Hoc verò vno iam ore omnes referunt, ac pro certo habent, quòd eos per vim obnixamque contentionem ingressum sibi aperire conantes, ignis è templo occurrens inhibuit, eosque partim exussit & absumpsit (vt simile quiddam ipsis acciderit, quod Sodomitis, aut etiam Nadab & Abiud nouo atque alieno more thura adolentibus, ac periclitantibus) partim insignioribus corporis partibus demutilatos viam columnam diuinæ aduersus sceleratos comminationis indignationisque testem reliquit. Atque hoc quidem ad hunc modum se habuit (nec fidem deroget quisquam, nisi qui eadem ratione aliis quoque Dei miraculis nullam fidem habendam putet.) Quod autem hoc etiam mirabilius clariùscue fuit, lux in cælo stetit crucem in orbem describens, ac nomen illud & figura, quæ in terra prius impiis cõtèptui fuerat, in cælo nunc omnibus æquè ostenditur, Deoque victoriæ de impiis relatæ trophæi efficitur, trophæo omni sublimius & præclarior. Ad hæc porrò quid dicturi sunt huius sæculi sapientes, suaque magnificè prædicantes, qui profundas promissasque barbas ferunt, & elegans illud pallium circumferunt? Quin tu mihi tua ex aduerso exponis, qui prolixas orationes conscribis, historiasque à vero abhorretes conficis, & superna hianti ore spectas, falsaque

Iulianus
alter Hiero-
boam &
Achab &
Pharao.

Iulianus
Iudæos cõ-
citat i Chri-
stianos.

Iudæi ad
templum
restauran-
dum se com-
parant.

Ignis In-
dæos con-
cremat.
Genes. 19.
Numer. 16.

Crucis ap-
paritio in
cælo.

de corporibus cœlestibus loqueris, atque natiuitates & humanos euentus ex astrorum motu contexis? Quin tu sidera quoque tua profers, ⁷ Ariadnes coronam, ⁸ Berenices crinem, salacem Cygnum, & flagitiosum Taurum, atque etiam, si ita vis, Ophiuchum tuum, & Capricornum, & Leonem, aliosque omnes, quos ob malum cognitos vel in deorum vel in siderum numerum ascripsisti? Vbi tu hunc circulum in tua Matheſi habes? Vbi etiam stellam illam Magorum tuorum ducem & auspicem, quæ prius ab ortu in Bethleem cucurrit? Ipse quoque non nihil habeo, quod de cœlestibus rebus disseram, stella illa Christi præsentiam indicauit: hæc victoriæ Christi corona fuit. Atque hæc mihi de cœlestibus rebus dicta sint, supernisque corporibus, pro magna vniuersitatis A concordia cognationeque nobis condolentibus. Quæ verò sequuntur, Psalmistes iam mecum expleat, Et ciuitates destruxisti (vt veteres illas) ob eadem impietates flagitiis ipsis sceleribusque flagrantibus, partim mari obrutas, partim terræ motu deiectas & euerſas, vt propemodum id quod reliquum est, dicere possim, Perit memoria earum cum sonitu, ac celebri & peruulgato interitu. Tanta enim earum ruina est, talisque calamitas, atque vicinorum, impietateque maximè gaudentium, vt, si quis etiam earum instaurationem aggredi audeat, multo tempore ad eam rem opus futurum sit. At cœli quidem & terræ hæc ostenta fuerunt: cæterum homo huiusmodi tempore nihil portendit, nec passionis Christi signis sanctificatus est? ⁹ Proferant nunc quoque vestes B suas, qui huius miraculi spectatores & discipuli extiterunt, illas, inquam crucis notis tunc consignatas. simul enim atque quispiam hæc commemorabat (siue nostræ doctrinæ esset, siue à religione nostra abhorreret) aut commemorantes audiebat, statim hoc miraculum vel in seipso experiebatur, vel in proximo fieri perspiciebat, stellatus nimirum ipse notisque distinctus, vel illum talem in vestimentis intuens, omnem textorij artificij elegantiam, ambitioseque elaboratam picturam varietate superantem. Quæ res spectantium animis tantum terroris iniicit, vt omnes ferme, quasi ex signo vno atque vna voce Christianorum Deum inuocarent, eumque multis laudibus precibusque placare studerent, multi etiam non in longius rem extrahentes, sed eodem ipso tempore, quo hæc acciderunt, ad sacerdotes nostros accurrentes, multumque obsecrantes & obtestantes in Ecclesiam admitterentur, sublimioribusque mysteriis imbuerentur, sacro Baptisinate purificati, ac timoris beneficio adiuti vtilitatemque consecuti. Ac de his quidem rebus hæcenus. Iulianus autem furoris sensim ingrauescentis æstro percitus & agitated, ad ipsam calamitatum suarum coronidem deuenit. Vt enim Christianorum res ex animi sui sententia se habere existimauit, atque ex his, quæ iam confecerat, in eam spem adductus est, nihil esse, quod, modò vellet, superare & expugnare non posset, ac præterea prosperi cuiusdam aduersus Occiduos Barbaros bellici successus occasionem rapiens, hoc vnum consilium capit, prudentissimum simul & humanissimum. Duplicem enim inde exercitum mouens, alterum militum, alterum dæmonum à quibus ducebatur, & in quibus maior ipsi fiducia sita erat, aduersus Persas expeditionem suscipit, præcipiti temeritate potius, quàm virium firmitate certitudineque subnixus, ac ne illud quidem perspiciebat, vir sapientissimus, ¹⁰ prædientiam & audaciam, licet nominum sono cohæreant, potentia tamen plurimum inter se distinctas esse. Etenim in iis rebus, quas audacter aggredi conuenit, prædientem animum præstare, magnanimitatis est: quemadmodum contra languere ac periculum detrectare, seruilis ignauitatis. At vbi plus periculi imminet, tum verò pedem conferre, seque in discrimen obtrudere, non autem retinere, temeritati ducendum est: quemadmodum è contrario cedere, cautioni & prudentiæ. Nec eodem loco ac numero ponenda E sunt, ea quæ ad sunt tueri atque conseruare, & eorum, quæ non habeas, aliquid adipisci. Illius enim præcipua & primaria ratio cordatis viris habenda est: hoc verò, si quidem tutè facillè que liceat, amplectendum: sin autem in contrarium

Matth. 2.

Psal. 9.

Effectus
apparitionis
crucis
fuit multo-
rum con-
uersio.

Vitia vir-
tutibus
proxima.

trarium cedat, contemnendum. Qui verò vt aliquid spe atque animo conceptum assequatur, fortunarum suarum periculo dimicat, in magna stultitia versatur, mihi que malo pugili non dissimilis esse videtur, artem suam, priusquam gradum rectè fixerit, præferenti, aut gubernatori, effracta naue sua nec ad nauigandum commodè instructa, nauem hostilem deprimenti, aut certè deprimere conanti. Quorum ille nihil, vt mihi quidem videtur, reputans, inconsultè ea quæ animo decreuerat, aggreditur, rebus Romanis adhuc exulceratis, malèque, præsertim ob excitatam persecutionem affectis, alienam regionem cogitans, ¹¹ ac Salmoneum quendam nobis referens è corio obtonantem, ¹² Traianòsque illos A & Hadrianos sibi proponens, quorum non minus cautio quàm animi magnitudo admirationi esse solebat. At ei ¹³ nec Cari illius in mētem veniebat, ¹⁴ nec Valeriani, qui impetus inconsulti pœnas dederunt (ne, ¹⁵ quemadmodum ait Tragicus, fortunas exprobrum) in Persarum sinibus in medio felicitatis cursu oppressi atque extincti. Verùm hæc ipsius animo infederant, totusque in eam expeditionem ferebatur, ¹⁶ omnem diuinationis & præstigiæ, dicendorumque & tæcendorum sacrificiorum imposturam inuehēs, vt tota breui deleteretur. Porro vortua victima quàm magna quàmque eximia! ô Christe & Verbum & passiones impassibilis, totiusque orbis mysterium! ¹⁷ vniuersam Christianorum gentem dæmonibus sistere, si propositi compos existeret. Ac susceptæ quidem expeditionis B principia illi admodum generosa, & à plerisque eorum, qui ipsius partibus studebant, miris clamoribus elata, hoc modo se habent. ¹⁸ Nam cum totam eam Assyriæ partem, quam perluens Euphrates ac Persidem præterlabens illie cum Tigride miscetur, captam peruastasset, nonnullaque castella nemine prohibente diruisset, siue quia Persas incursionis celeritate fefellisset, siue quia ab iis consultò ita duceretur, sensimque ad vltierius progrediendum alliceretur (vtrunque enim dicitur) ita demum iter faciens, atque exercitu à latere proficiscente, nauibusque frumentum & vasa per fluuium conuehentibus, paucis interiectis diebus, ¹⁹ Ctesiphonti castra admouet, cuius vrbis tato desiderio tenebatur, vt vel ad eam propius accessisse, victoriæ partem existimaret. Hinc verò iam velut arena pedibus C subtracta, aut tempestate in nauem illisa res ipsi retro fluunt. Ctesiphon enim arx firma est expugnatuque difficilis, muris cocto latere conditis, & alta fossa palustrique ac limoso amne communita. Eam porro arx quoque altera firmiorem reddit. (²⁰ Cochen appellant) pari tam naturæ quàm artis præsidio constructa, alteri arci ita coniuncta, vt vnus tantum ciuitatis speciem ambæ præbeant, intermedio amne inter se disiuncta. Quas cum nec sine incursu atque impetu euertere, nec obsidione capere, & in potestate redigere posset, nec verò vltierius cum exercitu, ac præsertim cum naualibus copiis pergere (periculū enim esse, ne è loco superiori telis vtrinque peteretur, transituque prohiberetur) ²¹ hoc demum modo D eas à tergo relinquit. Euphratis enim, fluminis omnium maximi, partem haud minimam perrumpit & circumducit, vt ex fossa, cuius vetera etiam vestigia extare aiunt, nauibus permeabilis esset: atque ita per eam ad Tigrin aliquantò vltierius confluens naues saluas & incolumes tuetur, è fluuio ad fluuium tutò peruectas. Ita castellorum horum periculum effugit. Vt autem progredienti Persicæ copiarum in conspectum venientes, quotidieque crescentes, eam gerendi belli rationem tenere cœperunt, vt aduersa quidem acie nequaquam sibi standum, nec, cum nullo periculo vincere liceret, nisi magna necessitate urgente, tentandam sibi aleam belli iudicarent, cæterum è tumulis & locorum angustiis, vbi occasio offerretur, hostes sagittis impeterent, atque opportunissimis viæ transitibus occupatis eos facillimè, ne porro progredierentur, E inhiherent: tum verò in magna animi perplexitate & inopia versabatur, quòque se verteret non habens, perniciosum tandem consultationis suæ exitum reperit. ²² Vir enim quidam non ignobilis inter Persas, Zopyri illius erga Cyrum in Babylonis obsidione facinus imitatus, quasi ob grauissimas quasdam causas Zopyrus.

Iuliani scō-
pus erat
Christia-
nos subii-
cere dæmo-
nibus.

Ctesiphon
arx vali-
da.

in grauiſſimam offenſionem Perſarum regi veniſſet, eaque de cauſa in eum peſſimè animatus, contraque erga Romanos optimè affectus eſſet, atque hoc commento & ſimulatione fidem apud eos inueniſſet. Quid, inquit, Imperator? quid tam ignauum atque imbecillum de re tanti momenti conſilium initis? Quis hic naualis commeatus, onuſque ſuperuacaneum, ignauia magiſtrum? Nihil enim ita pugnandi ſtudio, vincendi que cupiditate flagrat, vt venter, ſitamque in manibus habere ſpem ſalutis. Quocirca, ſi quid me audies, nauticum hunc apparatus valere iubebis, languoremque ex eo ad egregium hunc animiq; magnitudine præſtantem exercitum redeuntem: ipſe autem via alia faciliori & tutiori, cuius tibi me ducem fore profiteor (nam Perſicæ regionis tam peritus ſum, quam quiuis alius,) **A** in hoſtium terram impreſſionem facies, rebuſque ex animi ſententia confectis ad reditum te accinges. Me autem tunc demum beneficio afficies, cum reipſa atque experimento beneuolentiam erga te meam conſiliumque compertum habueris. Hac oratione cum Iuliano, id quod proponebat, perſuaſiſſet (credula enim eſt leuitas) præcipueque etiam Deo impium exagitante, omnibus ſimul incommodis & acerbitatibus premi cœpit exercitus. ²³ Naues igni conflagrabant, frumentum nullum erat, ac riſus inſuper accedebat (idem enim ferme erat, ac ſi manus ſibiipſi necemque attuliſſet) ſpes omnes euanidæ, duxque itineris cum promiſſis ſuis abceſſit. In orbem porro hoſtes inſtare, bellum circumfluere, progreſſio non facilis, victus egrè parabilis, languere exercitus, animiſque concidere, atque Imperatori irasce, nulla ſpes vlla lætior reliqua eſſe, hæc vna, vt in præſentibus rebuſ, ſalutis ratio videri, nimirum ſcelerato imperio & militari præfectura defungi. Ac quæ hucſque geſta ſunt, ita ſe habent. Quæ autem ſequuntur, non vno modo ab omnibus referuntur, ſed alij alij ſermoni aſſentiuntur, calculumque addunt, non minus eorum, quibus certamini intereſſe, quam quibus abeſſe contingit. ²⁴ Nonnulli enim à Perſis eum iaculis confixum fuiſſe aſſerunt, temerè in hoſtes excuſantem, atque huc & illuc vafanè proſultatè, idemque ipſi, ²⁵ quod Cyro Paryſatidis filio accidiſſe, qui cum aduerſus Artaxerxè fratrem cum decem hominum millibus aſcendiſſet, egregieque pugnaret, temeritate tandem ſua victoriam amiſit. Alij huiuſmodi quendam de eo ſermonem commemorant, cum in ſublimem quendam tumulum aſcendiſſet, vt velut è ſpecula exercitum luſtraret, quatuſque bello ſuperuiſſet, cognoſceret, magnasque copias, ſpeque ſua copioſiores perſpexiſſet, Quam grauè & indignum fuerit, dixiſſe, ſi hoſ omnes ad Romanorum terram reduxerimus, quali videlicet ipſis ſalutem inuidetem. Quibus verbis inflammatum militem quendam, iraque præcipitem actum, nulla ſalutis ſuæ habita ratione, viſcera ipſius gladio tranſixiſſe. Alij ruruſ facerem & ridiculum quendam Barbarum (quales in exercitus comitatu tum ad leniendas animorum moleſtias, tum ad exhilaranda conuiuia eſſe ſolent) hoc facinus perpetrariſſe ferunt. Nec deſunt qui Saraceno cuiſpiam egregiam hanc laudem arrogent. Vt cunquæ ſe res habet, ²⁶ letale certè orbique vniuerſo ſalutare vulnus accipit, vnoque facinore ²⁷ multorum viſcerum, pernicioſè creditorum, pœnas exoluit. Quod & ipſum miror, quo modo homo vanus, qui omnia hinc ſe ſcire exiſtimabat, hoc vnū ignorauit, nimirum vulnus viſceribus ſuis inſtigendū. Sed ne hoc quidè prætereundū eſt, quod præter alia multa, maximum perditæ illius amentia argumentū habet. In fluminis ripa iacebat grauiter ex vulnere ægrotans. Cum autem ²⁸ permultos eorum, qui ante ipſius ætatè gloria floruerat, vt humana cõditione maiores cenſerentur, artibus quibuſdam ex hominum oculis ſe ſuſtulſiſſe, eamque ob cauſam pro diis habitos fuiſſe ſciret, eiufdem gloria cupiditate captus, ſimulque tali mortis genere interire propter temeritatis ignominiam erubeſcens, quid molitur? quid facit? (Neque enim ſimul cum vita improbitas extinguitur) in profluentem corpus proiicere conatur, ad eamque rem nonnullorum, quos maximè ſidos arcanorumque conſcios habuerat, opera utebatur. Quod niſi quiſpiam ex Eunuchis imperatoris hanc rem perſentens, ſclerique odio & execratione aliis prodens huic conatu

De morte Iuliani opiniones variæ. Cyrus.

Iul. vult haberi deus poſt mortem.

conatu obſtitiffet, nouus vti que alius ²⁹ ex calamitate Deus vœcordibus hominibus extitiffet. Sic ille & imperio geſto & bello adminiſtrato vita perſungitur. Statim autem poſt ipſius mortem imperium excipiens, qui poſt illum in ipſis caſtris, atque in ipſa periculorum flamma ducem neceſſario requirente, nominatus fuerat, ³⁰ vir vt aliis rebuſ ita pietate clarus & inſignis, atque imperatoria fanè oris maiestate præditus, cum nec manus cum Perſis conferere, nec progredi villo modo valeret (licet alioqui magnitudinis animi & alacritatis in eo deſiderari nihil poſſet) quod milites manibus & animis ac ſpe fracti debilitati que eſſent: caſtra mouere copiasque reducere ſatagebat, idque vt tutò ſibi facere liceret, laborabat, perinde atque non imperij, ſed cladis hæreditatem conſecutus. Quod niſi **A** Perſæ victoria moderatè vtentes (hoc enim apud eos in more poſitum eſt, vt modum in proſperitate teneant) aut aliud quiddam eorum, quæ famà ferebantur, metuentes ad pactiones ineundas, easque adèd inopinatas equitatisque plenas animos cõuertiffent: ne ³¹ ignifer quidè, vt dici ſolet, exercitui ſuperuiſſet. Vſque adèd eos ad manum Perſæ habebant, tum in terra ſua dimicantes, tum etiam ob ea quæ contigerant, animis elati. Felix enim aliquis rerum ſucceſſus eam vim habet, vt ſpem quoque lætam futuri afferat. At nunc ille totus in eo erat, vt exercitum incolumem ſeruaret, neruoſque Romanis relinqueret. Nerui enim erant, & ſi rem malè geſſerant ob ducis potiùs temeritatem, quam ignauiam ſuam. **B** Perſæ verò conditionibus turpibus fanè ³² Romanorumque manu & potentia, vt breuiſſimè dicam, indignis cœdus percufferunt. Quarum nomine ſi quis ³³ abſoluto Iuliano Iouinianum criminandum cenſeat, meo iudicio perquam iniquus eſt eorum, quæ tum acciderunt, æſtimator. Non enim eius, qui demeſſit, ſpica eſt, verum illius qui ſementem fecit: nec ei incendium aſſignandum eſt, qui ignem extinguerè potuit, ſed qui excitauit. Atque illud ³⁴ Herodoti de Samiorum tyrannide commodè dixerim, Veſtem hanc Hiſtiæus quidem conſuit, cæterum induit Ariſtagoras, qui antecceſſoris ſui facta excepit. Quid reliquum erat? Quid, niſi vt impij cadauer ad Romanos referretur, quanquam ita fato perfuncti? ³⁵ Quoniam autem nos quoque mortuum habemus, eum ſcilicet, qui ante eum è vita exceſſit: **C** videamus hinc quoque quantum inter vtrumque Imperatorem diſcriminis fuit, ſi quid hoc etiam iis ad felicitatem vel infelicitatem momenti habet, qui ex hac vita migrarunt. Ille igitur publicis laudibus fauſtisque ominationibus pompis que deducitur, ac religioſis etiam his noſtratibus cultibus, nocturnis cantionibus, faciūmque geſtationibus, quibus nos Chriſtiani piū è vita diſceſſum honore proſequi conſueuimus. Ac læticia luctu permixta efficitur huiuſmodi corporis exportatio. Quod ſi cui credibilis hæc oratio videtur, id quoque multorum auribus diuulgatum eſt, quod cum corpus Tauro monte ſuperato ad paternam ciuitatem, hanc inquam illis cognominem, imprimisque claram & nobilem veheretur, vox quædam è ſummis locis à nonnullis exaudiebatur, velut pfallentium & proſequentium (angelicorum, opinor, cœtuum) quod pietatis illi præmium erat, funebriſque remuneratio. Nam & ſi rectam & orthodoxam fidem nonnihil luxare viſus eſt: hoc tamen crimen procerum importunitati fideique peruerſitati tribuendum eſt, qui ſimplicem, parumque in pietate firmam animam, minimè que barathra proſpicientem accipientes, quò libuit, abduxerunt, exactæque doctrinæ fuco atque prætextu vitij zelum effecerunt. At nos, id quod communis eſt, tum patrem, à quo imperatoriæ potentia & fidei Chriſtianismo fundamenta iacta ſunt, tum etiam doctrinæ hæreditatem ad filium deuolutam cogitantes, eius qui iuſtè ſemper in imperio vixerat, piòque ſine vitam clauſerat, nobiſque principatum reliquerat, meritò tabernaculum honore complectebamur. Vt autem magnæ & imperatoriæ vrbi propinquus fuit, quid totius exercitus ſatellitium & ſtipationem armatamque turmam Imperatori tanquam viuò exhibitam commemorare attinet, aut præclaræ ciuitatis effuſionem, omnium que vnquam fuerunt, aut futuræ ſunt, celeberrimam? At egregius ille & audax, nouaque purpura

Iouinianus ſucceſſor Iuliani.

victoria moderatè vtendum.

Adagiū.

In Conſtantij morte funebriſ pompæ, cantus, luminaria. Vox è ſummis locis audita.

ornatus, eaque de causa, ut probabile est, elatus atque insolens, funeris ipse quoque honorem ei pro parte sua impendit, eandem gratiam dans, vicissimque accipiens, partim voluntate, partim vi & necessitate, ut fama est. Exercitus enim uniuersus, tametsi presenti imperio cederet: maiorem tamen reuerentiam demortuo tribuens (quandoquidem recentibus adhuc calamitatibus maiorem quandam beneuolentiam præ nobis ferre solemus) actiore amore inflammatus, miseratio neque motus, ac proinde eum imperatoris honoribus carere non ferens, Apostatam ut eum suscipiat, hortantur, mortuoque cum congruenti habitu gestuque obuiam prodire cogunt: hoc est, ut diadematis ornamento à capite detracto, Imperatori se, ut decebat, submitteret & inflecteret, atque ita deinde eum simul cum iis, qui efferebant, ad sepulchrum prosequeretur, nobileque illud Apostolorum fanum, qui sacrosanciam sobolem & susceperunt & custodiunt, æquos propemodum honores præmiæque carpentem. Ac tale fuit Imperatoris nostri funus. Huic contra cum turpis & flagitiosa expeditio (exagitabatur enim à populis & urbibus, publicisque & scurrilibus vocibus, quarum nunc quoque permulti meminere) tum verò turpior atque ignominiosior relictus contigit. Quæ verò hæc ignominia erat? Mimi & histriones eum agebant, omnique scenæ turpitudine lacebent, tibia canentes & saltitantes, eique fidei abiurationem & cladem, vitæque finem exprobrantes, nihil denique ex iis non facientes ac dicentes, quibus huiusmodi homines, qui pro arte procacitatem & contumeliam habent, insolentius vtuntur: quoad eum tandem³⁶ Tarsensis ciuitas excipit, haud scio quomodo & quam ob causam hac iniuria mulctata. Hic illi templum infame tumulusque impurus & execrandus, ac ne spectabilis quidem piorum oculis. Atque hæc, ut grauissima illius crimina, maximæque propria, dicendo sum prosecutus: non alioqui nescius, duobus aut tribus³⁷ aulicis assentatoribus, eique impietate paribus (alios enim consultò prætereo) tantam impietatis mercedem persolutam esse, ut nulla res obstitura fuerit, quo minus ipsi breui temporis spatio terras omnes & maria Romanorum imperio subdita expilarent, nisi rebus secundior finis citius contigisset. Aded latrocinii & auaritia priores illos³⁸ Centimanos excedebant! Prouinciarum porrò imperia non moderatissimis, sed crudelissimis hominibus mandabantur, atque ad magistratus & præfecturas vnum suffragium erat perfidia, Christianismi que desertio: ab eoque beneficia consequebantur, qui sibi ipsis sceleratissimè consulissent. Quid³⁹ causarum immutationes inflexionesque commemorem, quæ media nocte plerumque commutabantur conuertebanturque, non secus ac fluctuum reciprocatioes? Quandoquidem & iura dicere volebat vir egregius, omnia propter ambitionem sibi arrogas. Parua fortasse & perquam exigua crimina colligere videar, maximæque paruis dedecorare atque eleuare. Cæterum fatendum, hæc⁴⁰ Elysiis campis minimè digna esse, nec illa Radamanti gloria, qua eum dignum censerent, qui eiusdem sunt sodalitij atque ordinis. Hoc vnum autem in eo non possum non mirari. Nam cum multos eorum qui ex⁴¹ Asiaticis potissimum studiis literariisque gymnasiis ipsi noti & familiares fuerant, summo studio accersisset, quasi mirabilibus quibusdam beneficiis eos ornaturus, eximiæque spe ob veterum pollicitationum memoriam animos eorum extulisset: ut ad eum venerant, hoc illud videlicet, calculorum imposturæ & oculorum ludificationes. Hos enim hoc modo, illos alio eludens, quosdam etiam mensa comiter accipiens, ac multum illud, Sodalis, propinans, instarque alius cuiusdam illecebræ suauiter fundens, infectis tandem rebus dimittebat, haud satis constitutum habentes, illius fraudem magis, an suam ipsorum leuitatem accusarent. Illud verò an non in philosophi huius doctrina laudabile, quod aded ab ira alienus, animique perturbationibus superior erat, principumque eorum similis, qui constanti tranquillitatisque laude aliquando floruerunt, nec etiam si quid molestiæ ipsis accidisset, vultum tamen quicquam immutarunt, atque vllum commoti animi signum dederunt: ut, quod iudicis munere fungens aulam

Mimi.

Tarsus.

In tempore vnicum suffragium ad præfecturas erat perfidia.

Elysijs campi. Radam.

aulam clamoribus pedumque supplausionibus impleret, non aliter ac si ipse iniuria & damno affectus esset, ac non aliis potius hæc patientibus succurreret, ne oratione quidem complecti velimus. Hoc autem eccui ex omnibus ignotum est, quod multos etiam è rusticioribus, qui ad eum accedebant, ut eorum, quæ homines ab imperatoribus petere, precibusque postulare ac contedere solent, aliquid consequerentur, ita mulctabat, palam pugno feriens, calcibusque impetens, ut præclare secum actum putarent, quod atrocius aliquid non pertulissent? Iam sufflationes & resufflationes, quas eximius ille vir, doctrinæque nostræ fugillator, vetulis mulierculis per contentionem ostentabat, altaris ignem accendens, quo tandem orationis loco ponemus? Quam verò præclarum, Imperatoris Romani maxillas indecorè inflatas cernere, risumque multum, non externis tantum, sed iis etiam quibus eam rem gratam fore putabat, excitantes! ⁴² Mineruam autem deam suam tibiis quoque ipsis dira imprecatam esse non audiebat, posteaquam iis dedecorari sese perspexit, aquis speculi vice vsa. Propinationes porrò & potationes, quas meretricibus ob omnium oculos propinabat, vicissimque propinabatur, mysterij prætextu obscenitatem lasciuiamque obtegens, quis non laude & admiratione prosequatur? Hæc aliis quidem experientia ipsa declarauit, principatusque licentiam adeptus: à me autem procul antè perspecta quodammodo fuerunt, ex quo Athenis cum eo versatus sum. Nam illuc quoque statim post ea quæ aduersus fratrem designata sunt, profectus est, Imperatorem hoc ipsum deprecatus. Duplicem autem eò proficiscendi causam habebat, alteram speciosiore & honestiore, ut Græciam eiusque scholas viferet: alteram tectiorem paucisque notam, ut regionis illius sacrificos & impostores de rebus suis consuleret, impietate videlicet nondum plenam libertatem habente. Tunc igitur me non malum huius viri coniectorem fuisse memini, quanquam alioqui ad has res non optimè à natura comparatus. Sed me morum ipsius inconstantia, atque incredibilis quædam mentis emotio vatem efficiebat: si quidem ⁴³ vates ille optimus est, qui rectè conicere nouit. Neque enim mihi boni quicquam significare atque ominari videbantur, ceruix non statura, humeri subsultantes, & ad æquilibrium subinde agitati, oculus insolens & vagus furiosèque intuens, pedes instabiles & titubantes, nasus contumeliam & contemptum spirans, vultus lineamenta ridicula idem significantia, risus petulantes & effrenati, nutus & renutus temerarij, sermo hærens spirituque concisus, interrogationes stultæ & præcipientes, responsiones his nihilo meliores, aliæ in alias insultantes, nec graues & constantes, nec eruditionis ordine progredientes. Quid singula describere necesse est? Talè ante opera conspiciatus sum, qualem in operibus postea cognoui. Quod si quidam ex iis, qui tum simul erant, quidque dixerim, audierunt, nunc mihi præsto essent, haud ægrè testarentur. Quibus, ut hæc conspexi, statim prolocutus sum: Quale malum Romanorum terra nutrit! præfatus licet, ac mihi, ut falsus vates essem, imprecatus Præstabilius enim id fuerat, quam talibus malis orbem terrarum impleri, talèque monstrum existere, quale nullis ante sæculis, etiamsi alioqui ⁴⁴ diuina multa sermone iactentur, & multa incendia, ebullientisque terræ quassationes & hiatus, ac multi insuper ⁴⁵ immanissimi homines ⁴⁶ belluæque prodigiosæ & compositæ, quas natura nouo more produxit. Ac proinde finem quoque amentia sua dignum tulit, Deo hinc solum consueta sua lenitate uti non sustinente, ubi multis perniciofa futura erat hæc clementia, atque & iis qui honestè atque ex officio viuunt, mœrorem multum allatura, & peccantibus multum contemptum: tanquam videlicet nemo sit qui res nostras inspiciat, atque gubernet, ac pro merito quemque remuneretur, sed temere ac fortuito mundus feratur atque voluatur: quod sceleratæ mentis est, valdeque periculose in maximis rebus affecta. Hæc nostræ, hoc est Galilæorum, hæc contemptorum & abiectorum hominum narrationes. Hæc nos, qui Crucifixum adoramus, hæc Piscatorum discipuli, & imperitorum, ut ipsi aiunt. Hæc nos, qui cum aniculis sedemus & psallimus. Hæc nos

Minerua.

Causa peregrinationis Iuliani ad Athenienses.

In Iuliani corpore nulla futurae pietatis signa.

Galilæi.

diuturnis ieiuniis cōfecti atque exanimes. Hæc nos qui peruigilem noctem frustra ducimus, atque ad nocturnas stationes deliramus, nosque ipsos deliciamus.

Insultatio.
1. Cor. 1. Vbi sunt grammatici, vbi consultores? Libet enim ab ⁴⁷ indoctorum nostratium quodam, ut quidem verbis videtur, triumphalem hymnum mutuari. Vbi sacrificia & sacra & mysteria? vbi victimæ tum perspicuæ tum obscuræ? Vbi ars aduersus victimarum incisiones adiuuenta? Vbi ⁴⁸ præscientiæ impostura, & ventriloquorum signa? Vbi insignis illa Babylon sermone celebrata, & orbis vniuersus terrarum ⁴⁹ per exiguum & nefarium sanguinem cogitatione perceptus? Vbi Persæ illi & Medi, qui manibus tenebantur? Vbi dij illi, qui præmittebantur ac deducebant & comitabantur, & propugnabant, simulque pugnabant? Vbi illæ aduersus Christianos vaticinationes, & minæ, nostrique ad præstitutum diem, ⁵⁰ nomine tenus, extinctio atque oppressio? Euanuerunt, falsæ sunt, distulserunt, somno similes visæ sunt omnes impiorum iactationes. Ezechias rex Iuda cum aduersus eum rex quidam alienigena cum magnis copiis perrexisset, atque exercitu Hierosolymam cinxisset, impiæque & contumeliosa verba tum aduersus regem, tum aduersus Deum ipsum acerbe protulisset, quasi nulla omnino ratione urbem ex ipsius manibus ac potentia extrahere & conseruare posset: in templum se contulit, vestemque lacerans, & lachrymarum fontes profundens, manusque in cælum tendens blasphemiam Senacherib Deum testem vocauit, atque ut superbarum illius minarum vindex esset, his verbis rogauit. Vidisti, Domine, quot probra in te Israël Deum alienigena iste coniecit. Vidisti Domine, ne sileas. Nec verò petitione sua frustratus est. Nam impius Dei hostis re ipsa furorem suum intellexit, infectisque rebus cum suis minis discessit, inuisibili quadam potentia subito irruente conterritus, magnaque exercitus parte amissa, ac nuncio tristi & acerbato pedem referre coactus, obsidionem spemque suas inopinatè soluente. Hæc Ezechias ille magna potentia cinctus, ille rex magnæ Hierusalém, qui suismet quoque fortasse viribus hostem propulsasset ac propulisset. Nos autem, quibus nulla alia arma, nec muri, nec præsidia, præter spem in Deum, reliqua erant, utpote omni humano subsidio prorsus destitutis ac spoliatis, quem tandem alium aut precum auditorem, aut minarum depulsorè habituri eramus, quàm Deum Iacob, qui aduersus superbiam iurat? O incredibiles narrationes! O rerum conceptarum temeritatè! Dæmonibus instar cuiusdam alius victimæ promissi fueramus: ac magna illa Dei hæreditas, gens illa sancta, regale sacerdotium, vnius spei præmium, atque vnius belli palma facti eramus. Hæcine Christianis ⁵¹ ob salutem per eos malè acceptam præmia retulisti? Hæcine Domino Deo tuo rependisti? Ac prius quidem, cum Deus suam pro nobis iram adhuc remitteret, atque differret, ac zelum omnem suum nondum inflammasset, verum sublimem adhuc & suspensam aduersus impios manum haberet atque arcum tamen contentum & paratum per vim retineret, tantisperque expectaret, dum tota illius improbitas, quasi subputridus & malignus quidam morbus erupisset, (ita enim fert iudicij diuini mos, ut vel per pœnitentiam seruet, vel iustius puniat) tum verò ea quæ fiebant agre ferentes, atque ad futuri metum fathiscentes animoque concidentes, (nec enim ipsius benignitatem suis absconditam ferebamus) has ad eum voces emisimus, partim ut Dominum inuocantes, partim ut apud benignum & indulgentem patrem quiritantes, partim velut exprobrantes, & cum eo expostulantes, ut solent qui in dolore versantur: Vt quid Deus repulisti in finem, iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ: Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio, quam vni geniti Verbi tui passionibus adeptus es, quam magno tuo fœdere dignam habuisti, quam nouo mysterio & Spiritus arrhabonè in cælum traxisti. Itémque illa, Eleua manus tuas in superbias eorum in finem. Ac tibi in memoriam reuocantes, quanta hostes tui aduersus sanctos tuos malignè egissent, & aduersus solennitates tuas gloriati essent, gladium tuum prouocabamus, & Aegyptiacas plagas, atque ut causam tuam disceptares, tandemque aliquando aduersus impios excitareris

Insultatio.
1. Cor. 1.

Isa. 36. 37.
4. Reg. 18.
2. Paral. 32.

Spes in Deum
arma &
præsidia
christiano-
rum.

1. Pet. 2.

iudicij di-
uini mos.

christiani
variè affe-
cti erga
Deum in
afflictione.
Isa. 73.

A

B

C

D

E

reris hortabamur: Vsq̄quo Domine, dicentes, vsquequo peccatores gloriabuntur, populumque tuum humiliabunt, & hæreditatem tuam vexabunt, iniquitatemque & loquentur & perpetrabunt? Quin has quoque luctuosas, & superioribus commodiores voces adiungebamus, Posuisti nos in contradictionem & contumeliam vicinis nostris, parabolam gentibus, risum omnibus hominibus. Vineam etiam quandam proferebamus ex Aegypto, hoc est ex tenebrosa impietate trāslatam, atque in fidei pulchritudinem magnitudinemque auctam, ac deinde maceria, id est Dei, cuius præsidio antè custodiebamur, cura & inspectione spoliata, viatoribus omnibus, id est, sceleratis principibus in prædam obiectam, atque à fero atque agresti apro, hoc est à flagitioso & perditio homine scelerèque singulari & vitij cæno oblito peruastrata. Hæc quidem ipse prius & animo voluebam & ad Deum exclamabam. Nunc autem quàm diuersas voces assumo, impiorum exitum deinceps lugeo, iisque qui nos odio infectabantur, lenis & benignus efficior, atque huiusmodi verbis vtor. Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam, tanquam puluis quem turbo abstraxit, tanquam lanugo quæ à vento disicitur, tanquam ros matutinus, tanquam stridor sagittæ emissæ, tanquam impetus tonitru, tanquam fulgur dissultans! Quod si nunc saltem sententiam mutent, atque à longo errore atque crapula relapsos veritatem conseruentur, fortasse ex ipsa quoque prolapsione & calamitate non nihil fructus ad eos redierit: quādoquidem ipsa etiam animaduersio persæpe iis, qui affliguntur, bono atque vtilitati est. Sin autem in eadem sententia manserint, atque idolorum cultum adhuc amplectentur, nec calamitate etiā ipsa, quæ vel ⁵² stolidos erudire solet, emendentur, Hierosolymam quidem vsque adeo luget Hieremias, ut res quoque anima carentes ad luctum exhortetur, ac muros ad lachrymas inuiter: His verò quis luctus satis dignus inuenietur? aut quis præsentis calamitates defleat? ac non potius futuras pœnas lachrymis prosequatur, pro eo quod stultè egerunt, proculque recesserunt, & coluerunt creaturam supra Creatorem: nec eo contenti, aduersus cultores quoque Dei confurxerunt, manumque impiam, atque huiusmodi malis dignam intenterunt?

Verum hoc quæadmodum Deo gratum erit, ita se habeat. Quis scit, num Deus, qui soluit compeditos grauèque & humi vergentem à mortis portis in altum subuehit, qui non peccatoris mortem vult, sed reditum, qui nos etiam ipsos in tenebris & umbra mortis sedentes illustrauit, sapientiæque instruxit, hos quoque tandem recepturus, grauèque illam virgam & ferream de manu ponens ⁵³ pastoralis eos virga pasciturus sit? Mihi verò rursus ad triumphalem cantum sese referret oratio. Cecidit Bel, contritus est Dagon, palus factus est Saron, pudes factus est Libanus. Non iam fatuum imperare iubeant, hoc est, idolorum agmen motus & sensus expers, nec muscam quærent Deum ⁵⁴ Accaron, aut si quid ea magis est ridiculum. Non iam lucos & ⁵⁵ excelsa loca mente concipient, montemque omnem frondosum & umbrosum. Non iam filios suos & filias suas dæmoniis immolabunt, quod olim Israël à Prophetis obiciebatur. Sed quid hæc colligo? Ad præsentem rerum nostrarum statum orationem conuertamus. Non iam sacrosanctis nostris ædibus oculos flagitiosos iniiciant: non iam altaria à purissimo & incruentato sacrificio nomen habentia scelesto sanguine fœdabunt: nec impiis altaribus loca non adeunda dedecorabunt. Non iam sacrilega manu donaria diripient & profanabunt, impietatem auaritia cumulantes. Non iam Presbyterorum caniciem, Diaconorum grauitatem, Virginum pudorem contumelia afficient. ⁵⁶ Non iam sanctorum incisorum præcordiis impuros porcos immittent, ut simul & pabulo, & præcordiis expleantur. ⁵⁷ Non iam Martyrum sepulchris ignem admouebunt, ut per eorum ignominiam alios à certamine deterreant, non iam sanctorum reliquias cum ossibus contemptissimis per contemptum permixtas flammis absumant, aut in ventos mittent, ut eos honore talibus hominibus debito spoliarent, non iam cathedram pestilentiam instruentes maledictis & cōiiciis aduersus

Psal. 93.

Psal. 79.

Impiorum
perditio.
Psal. 72.

Hieremia
lamentatio-
nes.

Rom. 1.

Psal. 145.

Isa. 46. 33.
Hier. 50.
1. Reg. 5.
4. Reg. 1.
Isa. 57.

Hier. 2.
Psal. 105.

Sacrificium
purum &
incruentum.

sanctorum
reliquia.

Episcopos, Presbyteros, insuperque Prophetas, & Apostolos, Christumque adeo ipsum contortis proteruè oblectabuntur. Non iam conciones aduersus nos habebunt, legis interdicto ab adulterina doctrina nos excludentes, perinde atque eadem opera linguas quoque nostras obstruunt. Age imperatorias & sophisticas hasce orationes profer, atque inuitabiles tuas argumentationes & entymemata: videamus, qualia etiam apud nos piscatores & rustici homines loquentur. Transfer sonum cantionum tuarum, & psalmum organorum tuorum, quem admodum te Propheta meus hortatur. David rursus libere cantet, ille inquam qui altum & excelsum Goliath mysticis lapidibus prostravit, qui clementiæ adiuuato multos superauit, & per Spiritalem concetum Saulem curauit, cum à peruerso damone fauces eius premerentur.⁵⁸ Ignem extinguat facifer tuus: prudentes & sacre Virgines lampades suas Sponso accendant. Meretriciam stolam Hierophantes exuat: sacerdotes induite iustitiam, & stolam gloriæ pro spiritu anxietatis, & magnam illam & immaculatam Christi tunicam, ornamentum nostrum. Ignominiosa & obscena verba præco tuus taceat: diuina meus præco loquatur. Præstigiolis & fatidicis tuis libris finem constitue: Prophetici solum & Apostolici euoluantur. Fœdas tuas & tenebris plenas noctes comprime: ego contra sacra & luculenta peruigilia excitabo. Adyta tua & vias in orbem ferentes obstrue: ego perspicuas & in cælum ducentes præibo. Quot tandem armorum apparatus, machinarumque inuentiones, quot virorum myriades & instructæ acies ea perficere potuissent, quæ nos precibus solis & Deus voluntate sua perfecit? Verbo tenebras discussit: verbo lucem condidit, terram firmavit, cælum in orbem circumduxit, stellas constituit, aërem sparsit, mare terminauit, fluuios traxit, animantes vita atque anima donauit, hominè ad sui formam expressit, ornatum omnibus rebus imposuit. Verbo etiam soluta ac discussa præsentis caligine omnia in lucem atque ordinem eundemque concentum reduxit. Non iam impostores & demones principatum tenent: non iam sub honoris obtentu⁵⁹ contumelia creaturæ inuritur pro Deo adorata. Disturba iam⁶⁰ Triptolemos tuos & Celeos, & mysticos dracones: pudeat te tandem⁶¹ Orphei librorum, theologi tui: ⁶² temporis beneficio utere, infamiam turpitudinemque contegentis. Quod si hæc fabulosa & fictitia esse contenderis, ego tua noctis mysteria patefaciam.⁶³ Non iam quercus loquitur: non iam⁶⁴ lebes vaticinatur: non iam⁶⁵ Pythia impletur haud scio quibus, fabulis tamen, & deliramentis.⁶⁶ Rursus Castalia filetur, ac filet, atque vnda est non vaticinia edens, sed risum excitans. Rursus muta statua⁶⁷ Apollo, rursus Daphne arbor est fabulis deplorata: rursus⁶⁸ semiuir Bacchus, & chorus ebriorum nexu cohærens, & magnum tuum illud mysterium Phallus, & Deus Proshymni pulchri libidini se prostituens. Rursus⁶⁹ Semele tonitruo percutitur: rursus⁷⁰ utroque pede claudus Vulcanus, verum ad inuentionem adulterorum celer, & Deus fauillis & fuligine obsitus, tametsi egregius artifex, ac Theristes Olympius. Rursus⁷¹ Mars cum suo timore & terrore ac tumultibus ob adulterium vincus, & propter temeritatem saucius. Rursus⁷² meretrix Venus tum turpiter progenita, tum turpium nuptiarum administra & pronuba. Rursus⁷³ Minerva virgo est, & draconem parit. Rursus⁷⁴ Hercules furit vel potius furere desit. Rursus Iupiter ob libidinem & impuritatem⁷⁵ quiduis efficitur, ille deorum⁷⁶ consiliarius & princeps, eamque vim habens, ut solus deos omnes cum omnibus rebus sursum attrahat, ipse autem ab omnibus detrahi nequeat. Rursus⁷⁷ Iouis sepulchrum in creta ostenditur. Quoties⁷⁸ Lucrium tuum, & eloquentiæ ludorumque præsidem intueor, oculos tego, spectaculique pudore Deum tuum prætereo.⁷⁹ Tibi verò per me licebit, ut orationis contentionem & faeculum adores. Vnum est, quod in sacris tuis venerer, honores eos nimirum, qui apud⁸⁰ Aegyptios Nilo per extinctos & semiuiros homines habentur, tum Isides &⁸¹ Mandefios deos, & Apides cæterasque omnes bestias ex diuersis generibus constatas & prodigiosas, quas fingis aut pingis.⁸² Pana tuum, &⁸³ Priapum, &⁸⁴ Hermaphroditum rideo, deosque illos qui

1. Reg. 17.
16.

Math. 27.
Psal. 131.

Verbi diuini effectus.

Fabula & oracula.

A

B

C

D

E

los qui præ⁸⁵ furore concisi aut discerpti sunt. Verum hæc sane theatris & poetis eos exornantibus relinquamus: nos autem orationem admonitione concludamus. Viri simul & mulieres, iuuenes & senes, quique vel in sacrosanctum hunc ordinem cooptati & adscripti estis, vel plebeium & humilem locum tenetis, omnes denique quos Dominus, ut prius ex errore & impietate, ita nunc ex Gentium insultu & oppugnatione malisque partim iam urgentibus partim in expectatione positis redemit: audite orationem viri non mediocri huiusmodi rerum peritia tum ex quotidianis casibus, tum ex veteribus historiis, tum libris & actionibus instructi. Magnum quidem & plaudendum est, in nullas molestias & acerbitates incidisse: immò nec magnum fortasse, si modò verus hic sermo est, quem amat Deus castigat: ac flagellat omnem filium quem recipit. Illud verò magnum atque præclarum ne à principio quidem omnino peccasse, aut certè non grauissimè: quandoquidem omni prorsus peccato vacare, supra humanæ naturæ modum Deus constituit. Proximum autem, ut mihi videtur, illud est, ut cum in peccatum aliquod prouoluti & castigati, ac deinde soluti fuerimus, in disciplinæ saltem sensu permaneamus, ac secunda ex secundo peccato verbera fugiamus. Quocirca nos quoque animaduersionis diuinæ sensum re ipsa percipiamus: dignos nos ostendamus non iis quæ primùm pertulimus, sed quæ postea consecuti sumus. De calamitate nobis inflata non nihil nos purgemus, quòd non ut nocentes & facinorosi Gentibus dediti, sed ut filij castigati sumus. Ne tempestatis in tranquillitate obliuiscamur, nec morbi in sanitatis tempore, nec incolumes in Hierusalem restituti, captiuitatis, nec Aegypti post relictam Aegyptum. Ne afflictionis & ærumnæ tempus tràquillitatis atque indulgentiæ tempore melius faciamus: quod quidem fiet, si tum quidem contracti & modesti fuisse omnesque spes nostras in cælum erectas habuisse, nunc contra elato ac soluto animo esse, atque in eadem rursus peccata recurrere videamur, ob quæ in calamitates nobis obortas incidimus. Ne ita filij, ne ita (quemadmodum quodam loco ait Heli sacerdos, filios suos in Deum peccantes obiurgans) verum hoc compertum habentes, minoris esse difficultatis, sublatam ex oculis felicitatem reuocare, quàm Dei beneficio præsentem conseruare (illam enim prudentia & vigilantia reducit, hanc dissipat & inuertit) illudque insuper, ut ægra & afflictæ corpora curationibus & inediis releuantur atque conualescunt, ita sanitati reddita per incuriam & ingluuiem sensim rursus defluere, atque in eisdem morbos relabi, hæc inquam comperta & explorata habentes, aliique alios docentes, ad nos ipsi redeamus, ac de hoc tempore prudenter modestèque statuamus. Ac primùm quidem fratres lætemur non corporis splendore, non vestium permutationibus & magnificentis, non comestationibus & ebrietatibus,⁸⁶ quarum fructum cubilia & impudicitias esse didicistis: nec floribus plateas coronemus, nec vnguentorum turpitudine mensas, nec vestibula ornemus, nec visibili lumine splendescant domus, nec tibicinum concentu plausibusque perfont: hic enim Gentilitiæ⁸⁷ festorum celebrationis mos est. Nos verò ne his rebus Deum honoremus, ne præsens tempus indignis rebus attollamus, verum animæ puritate & mentis hilaritate, & lucernis totum Ecclesiæ corpus illustrantibus, hoc est diuinis speculationibus & sententiis super sacrosanctum candèlabrum euetis & excitatis, orbique terrarum vniuerso prælucentibus. Paruum meo quidè iudicio ac tenue, si cum hoc cõparetur, lumen illud omne est, quod homines festos dies celebrantes priuatim publicèque accendunt. Vnguentum quoque ipse quoddam habeo (sed quo sacerdotes solum regesque perfunduntur, utpote vario & sumptuoso ac nostra causa effuso) magni vnguentarij arte confectum: atque vtinam mihi suauem huius vnguenti odorem Deo afferre contingat. Mèsam etià habeo, spirituale hæc scilicet, ac diuinam, quam Dominus mihi parauit è regione eorū, qui me tribulant: in qua recreor & deliciis indulgeo, nec propter satietatè in contumeliã proruo, immò verò omnes affectuū procellas sedo. Flores

Hebr. 12.

Peccato vacare naturam humanam excidit.

Magnū est post resipisceniam in bono perseverare.

Ne faciamus afflictionis tempus melius quàm tranquillitatis.

1. Reg. 2. Sent.

Festa christianorum quomodo celebranda.

Rom. 13.

Vnguentum pretiosum.

cant. 1.

Mensa spiritalis & diuina.

Psal. 22.

quoque habeo, vernis omnibus floridiores & fragrantiores, agri illius pleni, quo Dominus sacris & suauiter olentibus pastoribus & doctoribus purisque & eximii plebeij ordinis hominibus benedixit. His coronari ac triumphare cupio, posteaquam bonum certamen certauero & cursum consummauero, fidemque instar sacri Apostoli seruauero. Hymnos pro tympanis assumamus, psalmodiam pro turpibus & flagitiosis cantibus, plausum gratiarum actionis & canoram manuum actionem pro plausibus theatricis, grauitatem pro risu, prudentem sermonem pro ebrietate, decus & honestatem pro deliciis. Quod si etiam te, ut festum animo læto celebrantem, tripudiare conuenit: tripudia tu quidem, sed non obscenæ⁸⁸ Herodiadis tripudium, ex quo Baptistæ mors secuta est, verum Dauidis ob arcæ quietem saltitantis, quo quidem itineris sancti ac Deo grati agilitatem volubilitatemque mysticè designari existimo. Primam & maximam cogitationis nostræ partem habetis. Quod autem ad secundam attinet, non equidem dubito, quin durè minisque libenter id quod dicturus sum à ple-risque accipiatur (etenim ita moribus comparatum videmus, ut qui referendæ iniuriæ potestatem nactus sit, præsertim si ex iis quæ pertulit, iustam irascendi causam habere videatur, orationis iram reprimentis freno minimè pareat) dignum tamen est, quod audiatur & admittatur. Ne immodicè temporis benignitate vtamur, ne in licentia & potestate insolentes simus, ne acerbè & amarulentè, cum iis, à quibus læsi sumus, agamus. Ne eadem admittamus, quæ reprehendimus: sed hoc commodo ex rerum mutatione percepto, quod pericula & acerbitates effugimus, quidquid ad ultionem pertinet, execremur. Satis etenim magna pœna censeri debet, hominibus utique moderatione præditis, cum ij qui molestiam intulerunt, metu debilitantur, meritisque pœnas expectant, propriæque conscientia cruciantur. Nam quod quisque pati extimescit, id passus est, etiam si non patiatur: grauiusque à se fortasse, quàm ab iis qui supplicium inferunt, torquetur. Proinde ne iram pro iniuriæ modo rependi velimus, nec pro criminum atrocitate fati graues vindices nos præbeamus: quin potius, quoniam pœnas omnes, quas merentur, expetere non possumus, omnes condonemus. Hoc nomine iis, à quibus iniurias accepimus, sublimiores simus. Ostendamus quid illos dæmones doceant, quid rursus Christus nos erudiat, qui cum per ea quæ pertulit, gloriam nominisque splendorem habeat, non minus tamen eò victoriam reportauit, quod in vltiscendi potestate iniuriam non regeffit. Vnum hoc Deo gratitudinis ergò referamus: mysterium benignitate cumulemus: ad eam rem temporis commoditate vtamur. Oppressores nostros clementia vincamus. Ac potissimum quidem nos humanitatis ratio ad ignoscendum adducat, visque mandati diuini, eandem humanitatem nobis in iis rebus in quibus ea opus habemus remetens. qua enim mensura metiemur, eadem quoque nobis remensum iri perspectum habemus. Quod si quis animo admodum infenso atque acerbè est, Deo, ac futuræ vitæ tribunali eos, qui nos læserunt, relinquamus: nihil de futura pœna nos ipsos vindicando detrahamus. Ne bonorum proscriptionem cogitemus, ne ad Iudicum subsellia trahamus, ne patriis sedibus pellamus, ne verberibus excruciemus, ne denique, ut breui complectar, quicquam eorum quæ perpeffi sumus, faciamus. Eos quoque si fieri potest, exemplo nostro clementiores placidioresque reddamus. Si cui filius passus est, si cui pater, si cui vxor, cognatus, amicus, aut alius quispiam nobis charus, omnibus perpeffi doloris mercedem constituamus, iis nimirum persuadentes, ut æquo ac forti animo ferant, quæ passi sunt. Hoc beneficio nullum maius ipsis dare possumus. Vultis beneficium omnium, quæ accepimus maximum, commemorem? Vulgi & ciuitatum clamoribus vexantur, qui nos persecuti sunt, in theatris, in foro, in conuentibus. Vetera beata prædicantur, noua maledictis omnibus ad infamiam sempiternam configuntur, quodque mirandum est, ab iis quoque qui persecutionis socij fuerunt. Dij ipsi ab illis

2. Tim. 4.
Hymni
Psalmodia
Grauitas.
Sermo prudens.

Matth. 14.
2. Reg. 6.

Eorum qui læserunt timor satis magna pœna est modestis.

clementia vincendi oppressores nostri.

illis cum omni clamore distrahuntur, ut qui eos longo tempore in errore tenuerint, seroque tandem deprehensa atque conuicta impostura sit: qui hesternodie adorator erat, hodierno est conuiciator. His quid maius, quid grauius exposcimus? Ac nunc quidem ista, & ut fortasse miseri homines existimant, leuia. Erit tempus cum oppressores meos & tyrannos videbo, magnamque eorum ducem & antesignanum scelus suum deplorantes, cum omnis improbitas expendetur & explorabitur. Mitto diuina & nostratia, suppliciaque ea, quæ iuxta doctrinæ nostræ oracula in altero æuo recondita iacent. At tu quoque sermones tuos & terrores commemora, non poetis modò sed philosophis quoque placentes,⁸⁹ Pyriphlegethotes inquam tuos & Cocytos & Acherontes, quibus flagitia vindicant,⁹⁰ Tantalus,⁹¹ Tityus,⁹² Ixion, Iulianus Imperator vester huius sodalitiij cum illis, immò, ut mea fert opinio, ante illos numerabitur, nò eam ille quidem pœnam sentiens, ut siti in stagnis ad barbam vsque sublatis excrucietur, aut, ut est in Tragœdia, Saxum expauescat ceruici superiacens, sursum quidem illud semper impulsus, cæterum semper deorsum labens, aut cum stridulè decurrente rota in orbem conuoluatur, aut iecur auibus depascendum obiiciat, nunquam deficiens, verum quotidie in plenam magnitudinem excrescens, siue hæc vera sint, siue fabulosa,⁹³ veritatem in figmentis obiter demonstrantia: quos autem & quales cruciatus perferens, tunc videbimus, quàmque his acerbiores, si quidem pro scelerum ratione ultiones & supplicia inferuntur. Hoc tibi præ pedibus munus, vir optime & prudentissime (libet enim te tuis verbis affari.) Hæc nos, qui præclara illa & admiranda lege tua à literarum studiis exclusi fuimus. Vides tandem, quod non in finem vsque tacituri, nec edictis tuis perpetuo silentio mulctandi eramus, sed liberam tandem vocem emissuri, tuæque stultitiæ indicem & refutatricem. Ut⁹⁴ cataractæ Nili ab Aethiopia in Aegyptum cadentes, & Solis radius, tametsi nube aliquantisper obducatur, nulla arte inhiberi queunt: sic nec Christianorum linguis compedes iniici, portenta vestra proscindentibus. Hæc à Basilio & Gregorio habes, conatum tuorum aduersariis atque hostibus, quemadmodum & ipse arbitraberis, & aliis persuadebas, minis tuis videlicet nos ornans & concelebrans, acriusque ad pietatem acuens, quos & vita & doctrina & mutua animorum concordia claros & nobiles iam inde à Græcia cognoscens honore⁹⁵ Cyclopico afficiebas, postremòque ad persecutionem referuabas, ac fortasse velut triumphale quoddam donum dæmonibus offerre proponebas, si te à Perfide redeuntem suscepissent, aut etiam ad barathrum tuum abripere sperabas, multum opinione fallus. Neque enim adolescentibus illis ignauiores sumus, qui in flammis rore perfusi sunt, & belluas per fidem vicerunt, & cum generosa matre & generosiori sacerdote alacri animo se periculo mortis obtulerunt, fidemque solam ex omnibus rebus inuictam & inexpugnabilem esse declararunt. Ne his quidem iuuenibus abiectiores, qui te imperante floruerunt. Ex quibus alter cum ob⁹⁶ deorum tuorum matrem contumeliosè vexatam aramque dirutam in iudicium quasi capitis reus abductus fuisset, ut victor ingressus est, purpuramque tuam & sermones tuos ut inanes & futiles effuso risu profecutus, cum maiori libertate & fiducia egressus est, non secus ac si à cœna & luculento conuiuio rediisset. Alter cum⁹⁷ vngulis toto corpore altissime impactis laceratus esset, vulneribusque oppressus ac pene confectus, ab eo tamen tantum abfuit, ut tormentis frangeretur, aut præsentium dolorum quicquam graue & acerbum existimaret, ut posteaquam partem aliquam corporis à vulneribus intactam illæsamque perspexit, carnifices etiam ipsos accusaret, ut contumeliosos, nec totum corpus decorantes, sed aliquid non concisum profanumque relinquentes, simul etiam tibiam ostenderet, velut solam vngularum expertem, eosque, ut ne huic quidem parcerent, hortaretur. Atque hanc orationem pro⁹⁸ Porphyrij mendacijs & deliramentis habe, quibus vos tanquam diuinis vocibus gloriamini, aut etiam pro tuo⁹⁹ Misopogone, seu An-

Inferi Genitilium.

tiochica (nam vtrunque Orationi titulum inscribis) qua quid apud Christianos abiectius & contemptius? cui tum quidem purpura magnitudinem afferebat, & palpones illi, qui tua omnia laudibus in caelum ferebant, nunc autem barba corrupta est & raptata, simulque cum iis, à quibus elaborata est, irrisa. In qua tu quidem eo nomine valde intumescis, ac velut admirandum quiddam profers, quòd in corporis cultu frugalitatem colueris, nec vllam vnquã ex 10^o ingluuie cruditatẽ contraxeris: quòd autem Christianos aded acerbẽ infectatus sis, tantãque gentem tamque sacram oppresseris atque confeceris, consultò præteris. Atqui vno homine cruditate laborante, aut ructus naturales emittente, quid inde Respublica detrimenti accipit? tanta autem persecutione mota, tantãque rerum perturbatione nullo exemplo concitata, quid afferri potest, quin res Romanæ malè & perniciosè se habeant, quemadmodum & se habuisse cernuntur? Hanc à nobis sempiternè ignominia columnã habes, 10^o Herculeis columnis sublimiorem atque insigniorem. Illæ enim vno duntaxat loco fixæ sunt, iisque solis sunt, qui illuc perrexerunt conspicuæ: hæc autem fieri non potest, quin viua & agitabilis omnibus innotescat, quam futurum quoque tempus, mihi crede suscipiet, te tuãque scelera profcindentem, cæteròsque omnes erudientem & admonentem, ne eadem audacia aduersus Deum efferantur, ne alioqui eadem crimina perpetrantes, iisdem quoque pœnis mulctentur.

SCHOLIA.

1. Iustos impiorum morbos) vt Antiochi, de quo lib. 2. Machabæorum cap. 9. vt Philistinorum lib. 1. Reg.
2. Corporum rupturas) vt Iudæ proditoris, qui quemadmodum ait Lucas in Act. Apostol. crepuit medius, & diffusa sunt viscera eius, vt etiam heresiarche Arii.
3. Quæ per somnia) Sic castigatus est Abimelech rex Geraræ, cum Saram Abrahæ uxorem cepisset. Genes. 20. At impio Balthazaroper verum ac diurnum visum impendens ipsi calamitas præsignata est, Dan. 5.
4. Vel propter mystica pocula) Chrysostomus Homil. 4. in Matth. Cum Iulianus prophanus sacrata deo vasfa temerando, ebrietatem suæ mentis ostendit, quæstor regalis ararij repentè per medium diruptus est. Tunc etiam eiusdem regis auunculus, nominis quoque illi communionem coniunctus, vermibus excesus interijt, &c. Meminit Niceph. cap. 29. lib. 10. qui quæstorem illum Felicem vocat.
5. Quires huiusmodi sentiunt) Vt Democritus, & qui eum secutus est, Epicurus.
6. Iudæorum nationem) Quo favore & beneuolentia Iulianus in Christianorum odiu Iudæos complexus sit, docet Chrysost. Homil. 12. in Matth. quin ad finem libri de vita Babylæ, & lib. 2. aduersus Iudæos, iis ad templi Hierosolymitani ædificationem & instauratiuam pecunias ex arario impendisse, & præfectis dedisse negocium vt viri primates & egregij artifices vndique accerferentur, scribit. At illi simul vt ædificaturi fossitiam humum euacuare ceperunt, statim è fundamentis ignis exiliit, quo omnes pariter absumpti fuere. Idè & ipse narrat Homil. 4. in Matth. Vide Nicephor. cap. 32 & 3. lib. 10. Sed & Marcellinus licet Ethnicus lib. 23. metuendos flammæ globos crebris assultibus erumpentes locum exustis aliquoties operatibus fecisse inaccessum narrat. Instaurandæ porrò Hierusalem negocium dederat Iulianus Atypio Antiochensi. De ea re extat Iuliani epistola ad Remp. Iudæorum, sitamen vera est.
7. Ariadnes coronam) Fingunt poëtæ Bacchum Ariadnen à Theseo in Chio insula relictam uxorem duxisse, eisque coronam nouem stellis ornata astris intulisse. Iidem Berenices crinem in septem illas stellas, quæ ad caudam Leonis cernuntur, mutatum esse mentiuntur. sed de his vt de Cygno & Ophiucho; aliisque huiusmodi astris, vide latè Aratum in Phenomenis cum illius interpretibus, & Hygino in Astronom. poëtico. Taurus porrò, Leo, & Capricornus tria sunt signa Zodiaci. Quòd autem impudicum Cygnum vocat Gregorius, alludit ad illud quod poëtæ de Ioue fabulantur, à quo sub Cygni forma Ledam, vel vt Hygino placet, Nemesim compressam fuisse aiunt: quemadmodum rursus sub Tauri forma Europam.
8. Berenices crinem) Eodem modo Tatianus, qui Origenis fuit discipulus, Græcos quoque sugillat in Oratione, quam aduersus illos conscripsit. &c. ὅτι ὁ Βερνικὸς πρὸ καμὸς τοῦ θεοῦ ἀστὴρ ἐστὶν ὡς ἡ πύξωσις τῆς ἀστρονομίας. Quis, inquit, illius Berenices crinis? Vbi tandem erant illius stella antequam ipsa moreretur?
9. Proferant nunc quoque vestes) Eiusdem prodigij de vestibus crucis figura signatis meminit Niceph. cap. 31. lib. 10. at non item superioris de cruce in caelo conspecta.
10. Presidentiam & audaciam.) S. Aurelius Victor, qui ferè Iuliano coæuus, de illo scribens his verbis vitur, Audax plus quàm Imperatorem decet: Cui salus propria cum semper ad securitatem omnium, tum maximi in bello conseruanda est. Sic & August. cap. 29. lib. 4. & cap. 21. lib. 5. de Civit. illius immoderatum ausum & te

sum & temeritatem notat. Quod autem ait Gregorius, Licet nominum sono cohæreant, hoc ait propter agnominationem quæ est inter has duas voces ἄστρος & ἰστρος. Cæterum quos supra dixit occiduos Barbaros, Alemanos intellige, cum quibus Iulianus dimicans potentissimum eorum regem Badomarium cepit, vt scribit idem Victor.

11. Salmoneum quendam.) Salmoneus Elidis rex fuit, qui cum Iouis fulmen in aère imitaretur, ab ipso ioue fulminatus est. Lucianus in Timone, & ante cum Virgil. 6. Aeneid.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammæ Iouis & sonitus imitatur olympi.
Quatuor hic inuictus equis &c.

- A Videtur autem ex Gregorij verbis eum non ex aère, vt vult Virgil. sed ex tympano, quod ex corio constat, fulmen illud effinxisse. cui etiam opinioni Teres accedit, qui hist. 107. eum, quod tonitrua videlicet scibus emitteret, in corijs & Lybicis curfibus ea imitans, fulmine à Ioue percussus fuisse ait.
12. Traianos & Adrianos.) Traianus, & Adrianus Rom. Imperatores fuerunt, domi militiaq; clarissimi, atque omni virtutis genere illustres. De his vide Dionem Cassium, & alios hist. Illos autem duos ex omni Imperatoru turba imitari videri volebat Iulianus: aded vt, quia Traianu audierat ita iurando firmare solitum, Sic in prouinciarum speciem redactam videam Daciam, Sic pontibus Istrum & Euphratem superem, ipse iuraret. Sic sub iugum mittam Persas, ita quassatum recreatum orbem Romanum. Am. Marcell. lib. 24.
13. Nec Cari illius) Bilibaldus legit Varum, & ita habet Heruagianus codex. At ego ex vetustissimo exemplari Carum restitui. Nec enim Varus Imperator fuisse legitur, sed Augusti præfectus, nec in Perside bellum gessit, sed in Germania & Dacia, vt testis est Suetonius in Augusto. Carus verò Imperator, quemadmodu in eius vita scribit Vopiscus, profligato magna ex parte bello Sarmatico, quod gerebat, contra Persas profectus nullo sibi occurrente Mesopotamiam cepit, & Ctesiphontem vsque peruenit. Occupatisque Persis domestica seditione, Imperatoris Persici nomen meruit. Verum cum auidus gloriæ longius progressus esset, vt alij dicunt, morbo, vt plures, fulmine interemptus est.
14. Nec Valerianus) Valerianus ab Sapore Persarum rege superatus, mox etiam captus apud Parthos ignobili seruitute consenuit. Nam quandiu vixit, rex eiusdem prouinciæ incuruato eo pedem ceruicibus impones equum ascēdere solitus erat. S. Aurel. Victor, & Orof. lib. 7. cap. 15. Eutropius ferè initio lib. 9. Treb. tamè Pollio tam dura seruitutis non meminit.
15. Quemadmodum ait Tragicus) Euripidem intelligit, apud quem in Orestis Tragedia ita loquitur Orestes de Tantalò verba faciens,

Ὁ γὰρ μακάριος κ' ὄρε ὀνειδίζω τὴ χάς,
Διὸς πεφυκὼς ὡς λέγρουσι τὰ ῥήτατος, &c.

- C Quæ verba nos infra commodius vertemus, cum de Tantalii pœna tractabimus.
16. Omnem diuinationis) Am. Marcellinus lib. 25. Iuliani vitia exponens, inter cætera ita scribit, Præfagiorum sciscitationi nimium deditus, vt equiparare videretur in hac parte principem Hadrianum: superstitiosus magis quàm sacrorum legitimus obseruator, &c.
17. Vniuersam Christianorum gentem) Marcellini lib. 24. hæc verba sunt, Animabat autem Iulianus exercitum, cum non per charitates, sed per inchoatam negociorum magnitudinem deieraret assidue, Sic sub iugum mitteret Persas, ita quassatum recrearet orbem Romanu, &c. quibus verbis significabat Iulianus sibi in animo esse Christianum nomen extinguere, veteremque idolorum cultum reducere.
18. Nam cum totam) Hanc Persicam expeditionem fuisse narrat Marcellinus lib. 24. & 25.
- D 19. Ctesiphonti castra) Marcellinus lib. 23. Assyriam describens splendidissimas tres solum & peruulgatas ciuitates commemorat, Babylonem, Ctesiphontem, quam Vardanes priscis temporibus instituit, postea que rex Pacorus incolarum viribus amplificatam & mœnibus Græco indito nomine Persidis effecit specimen summum, & Seleuciam, ambitiosum opus Nicanoris Seleuci. Ctesiphon porrò & à Traiano & à Seuero. Imp. capta fuerat, quemadmodum tradunt Dion Cassius, & Aelius Spartiata.
20. Cochen appellant) Marcellinus lib. 24. Cochen & Seleuciam vnam eandemque ciuitatè esse ait, à Nicanore Seleuci ambitiosè constructam. Idem eodem libro ita scribit, Duarum incolæ ciuitatum, quas amnes complexi insulas faciunt, pars sui fiducia trepidi ad Ctesiphontis mœnia se contulerunt: pars per siluaru densa, alij per paludes vicinas alueis arborum canatarum inuicti, &c. Quo loco per duas ciuitates, quas amnes complexi insulas facerent (neque enim eas nominat) de iis loqui videtur, quarum hic meminit Gregorius. In hoc tamen dissentiunt, quod Theologus noster solo flumine Cochen à Ctesiphonte dirimit: id enim secus se habere videtur, si verum est, quod ait Marcellinus, cochen eandem esse cum Seleucia. Longiori enim intervallo inter se remotæ sunt, quemadmodum ex Assyriæ descriptione liquido perspicere potest. Plinius autem cap. 26. lib. 5. Ctesiphontem iuxta tertium à Seleucia lapidem à Parthis conditam scribit: qui sequenti capite multa de Tigride differit.
- E 21. Hoc demum modo.) Marcellinus eodem lib. 24. hanc rem ita exponit, Ventum est hinc ad fossile flumen Naarmalcha nomine, quod amnis regum interpretatur, tunc aridum. Id ante hac Traianus postea que Seuerus egesto solo fodiri in modum canalisi amplissimi, studio curauerat summo, vt aquis illuc ab Euphrate transfu-

sis, naues ad Tigridem commigrarent: tutissimumque ad omnia visum est eadem loca purgari, quæ quondam familia Persæ timentes mole saxorum obruere multorum: hæcque valle purgata, auulsis cataractis vndarum multitudinem classis secunda stadiis 30. repulsa in alueum eiecta est Tigridis, & contextis illico pontibus, transgressus exercitus iter Cochen versus promouit.

22. Ver enim quidam apud Persas.) Hunc locum ad finem eiusdem libri sic exponit idem Marcell. Ille, Iulianus scilicet, auidæ semper ad vltiora cupiditatis, paruihabitis vetantium dictis & increpitis optimatibus, quod ob inertiam omniq; desiderium amitti suaderent propè iam parta regna Persidis: flumine leuâ relicto, infausis ductoribus præuis mediterraneas vias arripere cito proposuit gradu, & tanquam funesta face Bellonæ subiectis ignibus exuri cunctas iusserat naues, præter minores duodecim, quas profuturas pangendis pontibus disposuit vehi carpentis: idque putabat vtiliter ordinasse, ne relicta classis vsui hostibus foret, aut certè, vt ab expeditionis primordio factum est, armatorum fere 20. millia in trahendis occuparentur iisdem nauibus & regendis. dein cum metuens sibi quisque mussaret, monstraretque perspicua veritas, quod repulsus forsitan ariditate vel altitudine montium ad aquas redire non poterit miles, tortiq; perfugæ aperire fateretur se fefellisse, cõkursu maximo extingui iussa sunt flammæ. Et quonia, & c. Augustinus etiam li. 4. de Ciuit. cap. 9. & cap. 11. lib. 5. Iulianum naues iussisse incendi quibus alimonia portabatur, scribit: vnde ea destitutus exercitus in magnam inopiam incidit. Historiam autem Zopyri habes apud Iustinum in fine lib. 1. & Plutarch. ferè initio Apoph. Imp. qui miram illius non in Cyrum, sed Darium, qui Cyri regis filiam duxerat, fidem commendat: vt & Herodot. in fine lib. 4.

23. Naues igni conflagrabant.) Huius rei meminit. Augustinus cap. 29. lib. 4. de Ciuit. Dei. Iulianus, inquit, Deorum oraculis deditus immoderato ausu naues iussit incendi, quibus alimonia portabatur, & c. Quod etiam repetens lib. 5. cap. 21. eum vanis oraculis deduum ac fretum securitate victoriæ, naues quibus victus necessarius portabatur, incendiisse ait: moxque merito temeritatis occisum in locis hostilibus egenum exercitum reliquisse, vt inde aliter non posset euadi, nisi contra illud auspiciu Dei Termini (de quo lib. 4. cap. 21.) Romani imperij termini mouerentur.

24. Nonnulli eum iaculis transfixum.) De morte Iuliani non vna fuit opinio. Marcell. lib. 25. Cum Iulianus cauendi immemor audenter effunderet semet in pugnam, clamabant hinc inde candidati, quos disceperat terror, vt fugientium molem tanquam ruinam malè compositi culminis declinaret: & incertum subita equestris hasta cute brachij eius præstricte, costis perfossis hæsit in ima iecoris fibra. Quam dum auellere dextera manu conatur, acuto vtrinque ferro digitorum nervos sensit excisos, & pronoluit iumento, præsentiumque veloci concursu relatus in castra medicinæ ministerijs fouebatur, & c. Eutropius Hist. Rom. lib. 10. scribit eum, dum se inconsultius præliis infereret, hostili manu interfectum esse 6. Cal. Iul. Cui sententiæ astipulatur August. cap. 29. lib. 4. de Ciuit. vbi cum in excusis codicibus legatur, Mox etiam ipso hostili vulnere extinctus, cum veteri manuscripto codice cænobij nostri Michaëlitani, extincto, malo legere, vt fit sensus, post extinctum Iulianum, exercitum in magnam calamitatem incidisse. Sycophanta Libanius eadem Apostata Christianis ascribit. Qui quidem, inquit, quod dudum sunt conati, tum demum, cum possent, peregerunt: iniquitate reliqua eos cogente, cui sub illius imperio locus non fuit, & maxime Deorum cultu, cui ipsi maxime sunt aduersati. Hæc impurus Sophista aduersus Christianos euomuit in Oratione funebri, quam de eo conscripsit, de qua Niceph. cap. 36. li. 10. Chrysost. ad finem lib. de Vita Babylæ, illum turpiter ac miserabiliter mortuum dicit, à lixa nempe quodam rerum indignitatem non ferente percussum interiisse: ac ne vidisse quidem, à quo interficiebatur.

25. Cyrum Parysatidis.) Cyrus minor de imperio cum Artaxerxe fratre decernens temeritate sua victoriam propemodum iam in sinu conditam amisit, ipse inter pugnandum cæsus. Vide Xenophontem ad finem lib. 1. de Expeditione Cyri minoris, & Iustinum in fine lib. 5. qui decem millia Græcorum in auxilio Cyri fuisse narrat.

26. Lethale certè.) Ludii Græcæ dictionis ambiguitate. vicia enim lethalem significat, & tæpestiuam atque opportunam. Sic Cicero quondam rogatus, quando P. Clodius à Milone fuisset interfectus, ex ambiguo respondit, Serò, vel quasi diceret serotino & vespertino tempore, vel, tardè: quod ex vsu fuisset Reip. Clodii seditiosum virum citius fuisse interfectum.

27. Multorum viscerum.) Suprà ex Marcellino docuimus quantopere aruspicina, superstitionis que sacrificiis tribuerit Iulianus.

28. Per multos eorum.) Vide Orat. superiore de Trophonio, Aristæo, & Empedocle.

29. Ex calamitate Deus.) Sic liber, sic Hercules, sic Aesculapius, Sic Romulus Quirinus dictus, sic omnes fere Gentilium dij calamitate sola nobiles in deorum numeru relati sunt. Tantus miserorum stupor erat, tanta diaboli impostura!

30. Vir vt alijs rebus.) Iouinianum intelligit, vel, vt alij nominare malunt, Iouianum, virum Christianæ pietatis laude præstantem, rei que militaris peritissimum. Qui, vt est apud Niceph. li. 10. cap. 38. tribunus antea fuerat, cum Iulianus optionem militibus offerret, vt vel dijs sacrificarent, vel cingulum militiæ & dignitatis deponerent. atque ille alterum hoc facere maluit, quam impiæ iussioni parere. Idem etiam Imperator lectus dignitatem eam reiecit, & insignia imperatoria non recepit, non posse se dicens, qui Christianus esset, imperare viris, qui Græcissare superstitionesque se Etari didicissent, donec vna voce Christianos se esse professi sunt. Vide Socrat. lib. 3. cap. 22. & Ruffin. lib. 2.

31. Ne igniferum.) Prouerbiu est apud Græcos, quo extrema clades exercitusque internatio significatur.

32. Romano-

32. Romanorumque manu.) Iouinianus vt de pace cum Persis transigeret, Syria partem Nisibinque iis concessit. Niceph. lib. 10. cap. 38. Eutropius eum cum sapore necessariam quidem pacem, sed ignobilem fecisse scribit, multæque finibus, ac nonnulla imperij parte tradita, paucisque interiectis, Dum, inquit, æmulum imperij veretur gloria parum consuluit, Procopium videlicet significans. De huius pacis conditionibus hæc sunt Amm. Marcellini verba lib. 25. Petebat rex obstinatus, vt ipse aiebat, sua dudum à Maximiano erepta, vt docebat autem negotium, pro redemptione nostra quinque regiones Transfigritanas, Arzanenam, & Moxænâ, & Zabdicenam, itidemque Rhimenam, & Corduenam cum castellis XV. & Nisibin & Singaram & castra Maurorum, & c.

33. Si quis absoluto Iuliano.) Græci enim Antiochiæ hanc pacem inuidiosè traducebant, atque in optimum principem famosos libellos passim vel ad parietes affigebant, vel in via spargebant: versibus Homericis, quibus Paridis ignauia & Thersite turpitudine traducitur per parodiam in eum detortis. Quales fuere.

A Venisti ex bello, quo te periisse decebat. Item

Degener excultor formæ, sectator amorum, & c. Item

Quod nisi detracta tunicâ que togâ que pudendas

Insuper & partes quæ cingit veste, prehensam

Et cæsum plagis ad sæuos misero Persas, & c. Vide Suid. & Nic. lib. 10.

Gregorius itaque negat æquum esse, eum huius pacis inuidia flagrare, cuius necessitatem Iuliani temeritas attulerit.

34. Atque illud Herodoti.) Herodotus lib. 6. refert, Histiaem cum è Susis à rege Dario digressus Sardis venisset, interrogatum fuisse ab Artapherne Sardium præfecto, quidnam ei videretur Iones ad rebellandum induxisse. Cumque negasset se id scire, quinimmo quod actum esset, tanquam eius rei prorsus ignarus, tum verò Artaphernem qui eum fuisse artificem comperisset, eum inuentem dixisse, Histiae, sic res hæc se habet. Hunc calceum tu quidem consuisisti, Aristagoras autem sibi induit. Aristagoras porro Miletum Histiaeo gubernabat. Hoc autem prouerbiu in eos quadrat, qui cum fraudis alicuius architecti sint, fabulam tamen alijs agendam committunt.

35. Quoniam autem nos quoque.) Constantium intelligit, qui sub Tauri montis radicibus ad Mopsi fontes vitam cum morte commutauit. Marcellinus de eius funere hæc scribit in fine lib. 21. Pollinctum igitur corpus defuncti, conditumque in loculis, Iouinianus etiam tum protector domesticus, cum regia prosequi pompa Constantinopolim vsque iussus est, prope necessitudines eius humanum: eique vehiculo insidenti, quod portabat reliquias, vt principibus solet, annonæ militaris offerebantur indicia, vt ipsi nominant proba, & animalia publica monstrabantur, & ex vsu crebrescebant, & c. Hoc autem cuiuspiam fortasse mirum videri possit, quod Gregorius in his Inuectiuis tot tantisque laudibus Athanasij Imperatorem Constantium ornet, cum in alijs quibusdam orationib. ac præsertim in Oratione de laudibus Athanasij, eum satis acriter perstringat. Quidam ardorem, quo aduersus fidei desertorem incitatus fuit, ita magnum virum immutasse dicunt, vt amicus illi beneuolusque prorsus factus sit, qui non malitia, sed simplicitate rerum Christianarum statum aliquantum perturbasset. De qua re vide Niceph. lib. 9. cap. 50. Quo porro cultu piorum & regum discessum honorarent Christiani, Euseb. ad fin. lib. 4. de vita Constantini, vbi luminum & precum, immò & Liturgiæ pro defunctis meminit: vt & Damasc. ad finem historie Barlaam.

36. Tarsensis ciuitas.) Ciliciam, quæ Cydno amne exultat, Tarsus nobilitat, vrbs perspicabilis, hanc condidisse Perseus memoratur Iouis filius & Danaes, vel certè ex Æthiopia profectus, Sandam quidam nomine vir opulentus & nobilis, vt ait Marcell. medio ferè lib. 14. qui ad finem lib. 25. nonnulla de sepulchro Iuliani in ea vrbe scribit.

37. Duobus aut tribus aulicis.) Intelligit fortasse Anatolium & Sallustium, vel etiam Arinthæum & Victorium, qui apud Iulianum gratia & auctoritate florebant. Vel fortasse ex Niceph. cap. 29. lib. 10. intelligendi sunt Iulianus Iuliani ipsum auunculus, Felix imperialium thesaurorum curator, & Elpidius imperatoris domus præfectus.

38. Priores illos centimanos.) De Gigantibus centimanis non nihil superiore oratione adnotauimus. Hic verò notandum, centimanos pro rapacibus plebisque oppressoribus accipi. Vnde etiam eleganter in Oratione, quam in Cæsarij fratris funere habuit, τῆς βεραπῆς ἄρας ἐν τῇ αἰνῇ τῆς ἀναστάσεως, id est, Briarei manus fisco vel publicis bonis & aerario publico iniicere.

39. Causarum immutationes.) Atque hinc perspicuum est, Marcellinum Græcæ superstitionis cultorem plus gratiæ quam veritati tribuisse, cum medio 22. libro in hæc verba scribit. Nulla Iuliani diffinitio litis à vero dissonans reperitur: nec argui vnquam potuit ob religionem, vel quodcunque aliud ab æquitatis recto tramite deuiasse. Iudicium enim, hoc est, optandum & rectum, vbi per varia negotiorum examina iustum, id est, & iniustum: à quo ille ne aberraret, tanquam scopulos cauebat abruptos, & c.

40. Elysijs campis.) In hoc loco piorum animas habitare finxerunt antiqui. Clemens Alex. lib. 4. Strom. Hyperboræ & Arimaspiæ vrbes & Elysijs campos iustorum habitationes creditas fuisse ait. Quod autem subiungit, Nec illa Rhadamanti gloria, hoc propter eos dicit, qui Iuliani in iure dicèdo integritatem & innocentiam laudibus in celum ferebant. Nam Rhadamantus apud inferos iudex cum Minoë & Æaco sedere fingitur. Virg. 6. Æneid.

Erasmus in Prouerb. Es Dodonæum. Ego tamen hoc loco per Lebetem non es illud Dodonæum significari existimo, sed Lebetem illum Thesprotæum, cuius meminit Clemens Alexand. in Adhortatorio ad Gentes, cum oracula recenset.

65. Pythia) Pythia sacerdos erat Apollinis apud Delphos, quæ consulentibus oracula edebat.

66. Rursus Castalia siletur) Castalius fons in Phocide ad radices Parnasi montis, Musis sacer. Sed mihi hoc loco alludere videtur Gregorius ad id quod scribit Marcell. lib. 22. his verbis: Curiosior Iulianus nouam consilij viam ingressus est, venas fatidicas Castalij recludere cogitans fontis: quem obstruxisse Cæsar dicitur Hadrianus mole saxorum ingenti, veritus ne vt ipse præcipientibus aquis capeffendam rempub. comperit, etiam alij familia docerentur: ac statim circum humata corpora statuit exinde transferri eo ritu, quo Athenienses insulam purgauerant Delon, &c.

67. Apollo) Apollo vaticiniorum præses habitus est. Vnde Adagium: Quid tibi Apollo cecinit? Quod autem de Daphne ait, ex Niceph. petemus, qui lib. 10. cap. 28. tradit in suburbio quodam Antiochiæ statuam Apollinis Daphnæi magna vetustate exsculptam, & templum pulcherrimū altitudine & amplitudine mirificè artificiosa manu fuisse constructum. Ibidem etiam de Castalio fonte quædam memoria digna commemorat. at de templo Apollinis Daphnæi multa Chrysof. in Babyla. Nisi fortasse Daphnen satius sit laurū interpretari: cui arbori vaticinatricem quandam vim inesse crediderunt antiqui: vnde illud Iuuenal. laurū. que momordit. Eoque pertinet quod ait, Rursus Daphne arbor est, &c. De quo vide Ouid. 1. Metam.

68. Semiuir Bacchus) Bacchus effeminatus, perditæque lasciuus & dissolutus fuisse scribitur, multasque secum copias furiosorum & temulentorum vtriusque generis hominum in expeditionem Indicam duxisse. Quod autem eum ai δροῦω, hoc est, cinedum vocat Gregorius, pedit ex explicatione Phalli, quam tu hauries ex Nicetæ Comm. in Orat. In sancta lumina, & ex Nonno post scholia huius Orat. Hic porro corrigendus est crassissimus error, qui in impressis exemplaribus ob fabulæ ignorantie inoleuit. Legitur enim αἰετὸς ὕμῳ, cum αἰετὸς ὕμῳ vnica dictione legendum sit. Est enim nomen proprium. De obscena autem Prosymni cum Libero pactione præter Nicetam & Nonnum, vide Pausan. Clement. Alexand. in Adhortat. ad Gent. & Arnob. lib. 5. aduers. Gent. Quamquam in nomine variant. Pausanias quippe & Nonnus Polymnum vocant, Arnobius profymnum, reliqui profymnum.

69. Rursus Semele) Quo pacto Semele ex Ioue grauida Iunonis dolo fulmine extincta sit, narrat Ouid. lib. Metamorph. 3.

70. Vulcanus) ἀμφιπόνης Vulcani epitheton, vtroque pede claudicans: quod vitium contraxit ea ruina, qua à Ioue ob deformitatem è cælo deiectus est. Celer autem ad adulterorum deprehensionem, nempe Martis & Veneris, de quo adulterio superiori oratione verba fecimus. Fuliginosum autem Vulcanum vocat Gregorius, quoniam faber deorum fingitur, quia Ioui fulmina, & diis arma aduersus gigantes fabricauit. Ac proinde etiam eum Thersiten Olympium vocat, hoc est, facie illiberalissima præditum. Thersite enim deformitas in prouerbium abiit, egregiè ab Homero depicti, Iliad. 2.

71. Rursus Mars) Mars bis vinculis constrictus est, primum cum ab Otto & Ephialte tredecim mensibus in carcere detentus est, quemadmodum supra commemorauimus: secundò cum ob adulterio fœdatū Vulcani cubile ab eo insolubilibus vinculis compressus est, vt lepidè apud Lucianum Mercurius narrat Apollini in Dial. deorum. Idem etiam à Diomede in bello Troiano vulneratus est.

72. Meretrix Venus) Venus ex spuma maris & cæli testiculis à Saturno excisis & in mare proiectis procreata fuisse dicitur. Ea stuprorum præses & administra existimata est.

73. Rursus Minerva) Cum Iupiter Vulcano ob egregiam in bello aduersus gigantes nauatam operam inreitur. indo confirmasset se quicquid petisset tributurum, ille protinus Mineruæ thalamum poposcit. Quod cum Iupiter ob iusturandum negare non posset, Mineruam admonuit, vt quantum posset, repugnaret. Ergo in illa colluctatione, cum expetitam voluptatem liberè carpere non posset, semen fusum est in terram, atque ex eo semine à terra excepto monstrum quoddam forma draconis procreatum est, quemadmodum etiam nomen ipsum indicat. Erichthonius enim vocatū est, ἀνδρὶ τῆς ἑσδοῦς ἔσθονος, vt tradit August. cap. 12. lib. 18. de ciuit. Dei. Quo etiam loco ait doctores ethnicos hanc opinionem fabulosam hinc exortam affirmare, quòd in templo Vulcani & Mineruæ, quod vnum ambo habebant Athenis, expositus inuentus est puer dracone inuolutus, qui eum significauit magnum futurum: & propter commune templum, cum essent parètes eius ignoti, Vulcani & Mineruæ dictum esse filium. Porro ab illa fabula elegantissimam similitudinem ducit Cypr. titulo de ieiunio & tentat. Christi. Etsi diabolus, inquit, ab ingressu mentis arceatur, retinente consensu, aliquid tamen de spurcitia sua ibi euomens, abominationem horrore nauſeare compellit. Sic, vt aliquid poëticum inferam, temulentus Cyclops illiciti coniugij appetitor, licet à Pallade repellatur, in gremio tamen eius Erichthonium fundit, & corrupta Mineruâ superest tamen deforme monstrum, nec omnino affectata scelera in memoria moriuntur. Hæc Cypr. Hanc Vulcani & Mineruæ fabulam narrat Fulgentius lib. 2. Mytholog. eamque allegoricè exponit.

74. Rursus Hercules furit) Hercules cum vestem Nessi Centauri sanguine imbutam induisset, repente inardescere cepit, ac vi doloris in furorem actus Lycham miserè trucidauit. Quod autem, velut se corrigens, addit Gregorius, Vel potius fure deſit, idem est, ac si diceret: Iam Herculis atque Herculei furoris fabulam profundo silentio obrutam iacere.

75. Quiduis efficitur) Iupiter libidinis ardore flagrans in anum, in taurum, in aurum, in arietem, in aquilam, in cygnum, in serpentem, multasque alias formas se vertit, vt passim videre est in poëtarum commentis, & maxi-

& maximè Ouidij Metamorphosi. Vnde Iuno apud Lucianū Iouè sic lepidè carpit, Tuus quidem & valde dominus est Amor & ducit te, & fert, naso, vt aiunt, trahens, & sequeris ipsum, quocumque duxerit te, & immutatis facilè in quodcumque iusserit, &c.

76. Ille deorum consiliarius) Hæc ex Homeri Iliade sumpta sunt, apud quem lib. 8. iratus Iupiter, diisque ob Græcorum defensionem infensus, negat fieri posse, vt vel omnes coniunctis viribus eum è cælo in terram detrahant: ac cõtrà minatur se, si ita collibuerit, omnes eos cum terra ac mari facilè in sublime pertracturum. Quam rem iocosè tractat Lucianus in Deorum dialogis.

77. Rursus Iouis sepulchrum) Iupiter, vt scribit Ennius in sacra historia, etate pessum acta, in Creta vitam commutauit, & ad deos abiit, eumque Curetes filij sui curauerunt, decoraueruntque, & sepulchrum eius est in Creta, in oppido Gnoſo, & dicitur Vesta hanc urbem creauisse: inque sepulchro eius est inscriptum antiquis literis Græcis, ὁ ζῆς τῆς κρονῆ. I. Iupiter Saturni. Hoc certè non poëta tradunt, sed antiquarum rerum scriptores, quæ aded vera sunt, vt & Sibyllinis versibus confirmantur, qui sunt tales:

Δαίμονας ἀΐχου, νεκρῶν εἰδῶτα καμόντων,

Ὡν κρήτη καὶ χιμαίαι Φοῖος ἢ δὲ σμοεὸς ἔχθ.

Hæc Lactantius lib. 1. Instir. diuin. cap. 11. Quæ carmina, nequid hîc quoque studiosi desiderent, vt poterimus, vertemus.

Dæmonas extinctos, hominum simulachraque vana,

Infelix quorum tumulis nunc Creta superbit.

Ceterum cum omnes ferè velint Iouem in Creta insula, quam hodie Candiam vocamus, natum & sepultum: vnus Pomp. Letus in Constantino, vbi de diis penantibus, Cretam, in qua natus sit Iupiter, non insulam; sed Arcadiæ oppidum vult fuisse.

78. Lueriferum tuum) De Lucrio & Logio superiori Oratione dictū est. Εραζωῖος aliud est Mercurij Epitheton, quòd certaminibus præsideat.

79. Tibi verò per me) Ad ora sanè, si ita placet, non solum Mercurium, sed orationis etiam & eloquentiæ, cui præsidet, vehemenuam & contentionem, ipsiusque aded marsupium & loculos. Nam Mercurio vt lucris quæstisque præfidi marsupium appingebatur, vt super. orat. annotauimus.

80. Apud Egyptios Nilo) Egyptij Nilum, quòd inundatione sua totam Egyptum feracem reddat, pro Deo habuerunt. Vnde etiam senex ille Egyptius apud Platonem in Timæo, ἡμῖν δὲ ὁ Νεῖλος εἰς τὴν ἀλλὰ σωτήρ, ἡμῖν δὲ σωτὴς τῆς ἀπορίας τῶν ἐπιπέδων. De Iside & Aride vide Nicetæ Comment.

81. Mendesij dii) Clemens Alex. in Adhort. Egyptiorum in adorandis idolis vafaniam exponens, eos quantum ad cultum numinum & religionem dispersos esse ait: Venerantur, inquit, Euenitæ Pagrum piscem: Elephantinæ incola Maloten, qui & alius piscis est, Oxyrichitæ iidem piscem regionis suæ nomen ferentem, Heracleopolitæ Ichneumonem, Saitæ & Thebani pecudem, Lycopolitæ lupum, Cynopolitæ canem, Memphitæ Apim, Mendesij hircum.

82. Pana tuum video) De Pane superiori oratione diximus.

83. Et Priapum) Hinc apparet non eundem fuisse apud Ethnicos Phalli & Priapi cultum tamesi phallus apud Græcos idem significet, quod priapus Latinis. Neque enim in Dionysij sine Liberi sacris propriè phallum adorant, sed Liberum in phallo. Nam in illius honorem, obscenissimique facinoris (cuius in annotatione Semiuri Bacchi mentionem fecimus) memoriam vhallos circumferebant. At verò Priapus apud eos Liberi & Veneris filius fingitur, præsesque hortorum. Virgil. Ægl. 7.

Sinum lactis & hæc te liba Priape quotannis

Expectare sat est: custos es pauperis horti, &c.

Multa videre est apud eundem in Obsceno carmine, si ille illius est author.

84. Hermaphroditos) Hermaphroditus, vt nomen ipsum indicat, Mercurij & Veneris fuit filius, qui quemadmodum in Androgynum mutatus fuerit, vide Ouid. 4. Metam.

85. Qui præ furore concisi) Atyn fortasse intelligit, qui ob virginitatem non seruata à Cybele in furorem actus testiculos sibi execut: posteaque Apollinis oraculo in deorum numerum relatus est. Niceph. enim lib. 10. cap. 36. de eo ita loquitur: Rhodiis, quum aliquando graui calamitate premerentur, oraculum promulgauit, si Atyn in sanorum sacrorum in Phrygia sacerdotem colerent, fore vt ærumna sua liberentur, &c. Vel fortasse Bacchum significat, quem à Titanibus discerptum fuisse ait Iust. Apol. 2. pro Christ. & Arnob. 1. & 5. lib. aduers. Gent. & Clemens in Adhort. fortasse etiam Herculem intelligit, qui cum vestem, quam Nessæo cruore tinctam induerat, exuere tentaret, corporis membra misere discerpisse dicitur. Ouid. 9. Metamorph.

Nec mora lethiferam conatur scindere vestem.

Quâ trahitur, trahit illa cutem (fœdumque relatu:)

Aut hæret membris frustra tentata reuelli:

Aut laceros artus, & grandia detegit ossa, &c.

86. Quorum fructum cubilia) Alludit ad illud Pauli ad Rom. 13. Non in comessationibus & ebrietatibus,

non in cubilibus & impudicitis facile enim corpus cibus distentum & vino obrutum in venerem proruit. 87. Festorum celebrationis) Gr. ἑπομύλαις, quo nomine sacrum nonilunij significatur. Hic tamen pro omnibus sacris & festis Genilium diebus mihi accipi videtur. Fortasse etiam eleganter ἑπομύλαις legerimus, ut gentilitia illa festorum celebrandorum in sania significetur.

88. Herodiadis tripudium) Filiam Herodiadis intellige, non ipsam Herodiadem. 89. Pyriphlegethontes) Phlegethon, Cocytus, & Acheron infernales fluvij à poetis finguntur. 90. Tantalus) Quidam Tantalum, quod Pelopem filium membratim discerptum coctumque diis comedendum apposuisset, in Tartarum detrusum fuisse fabulantur, ibique hac pœna cruciari, ut aquis & pomis capiti imminentibus, captationemque ipsius fugientibus, perpetua fame ac siti torqueatur. Horat.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat Flumina, &c. Alij, quod deorum arcana mortalibus prodidisset, necharisque cœlestis participes eos fecisset (ut Græcus Euripidis interpres scribit) hanc eum scelevis pœnam luere fingunt, ut in aère pendeat, saxum capiti superiectum exhorrescens. Cuius opinionis ipse est Euripides in Oreste: sic enim ait,

Ὁ γὰρ μακρότερος, κ' ὄνδ' ὀδύζω τὴ χεῖρα,
Διὸς πεφυκῶς, ὡς λέγρουσι Τάνταρος,
Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δὲ μαιῶν πέτρῃ
Αἰεὶ ποτᾶται καὶ ἵκει Τούτῳ δίκην
Ὡς μὲν λέγρουσι, ὅτι τοῖς ἀνθρώποις ὦν
Κοιῆς τραπέζης ἀξίωμα ἔχων ἴσον

Αἰὲτασον ἔχε γλαῶσθαι ἀχάσον νόσον. Quæ verba ita Latinè reddi possunt. B

Etenim beatus (nec fortunas exprobro)
Ioue prognatus, ut affirmant, Tantalus
Capiti imminentis anxio perterritus
Timore saxi, sublimis in aère
Pendet, luitque miser hoc pœnæ genus,
Ut fama narrat, quoniam cum diis parem
Honorem mensæ sortitus, tamen fuit
Incontinenti lingua, morbo pessimo.

91. Tityus) Tityus gigas inusitatae magnitudinis, cum Latonam de stupro interpellasset, ab Apolline sagittis confossus est. Huius iccur apud inferos à vulturibus arrodi fingitur, arrosumque subinde in pœnam renasci. Virgil. 6. Æneid. Nec non & Tityon terræ, &c. Ovid. 4. Metam. descensum Iunonis ad inferos describens, paucis hæc supplicia perstringit.

Viscera præbebat Tityus lanianda, nouemque
Iugeribus distentus erat. tibi Tantale nulla
Deprehenduntur aqua, quæq; imminet, effugit arbor.
Aut petis, aut urges ruiturum Sisyphæ saxum.
Voluitur Ixion, & se sequiturque fugitque, &c.

Vide Iustinum Martyrem ad finem Admonitorij ad Gentes.

92. Ixion) Ixion, quod Iunonem de stupro sollicitasset, à Ioue hac pœna damnatus est, ut apud inferos volubili rotæ alligatus perpetuo volutetur. de illo habes festinum Iouis & Iunonis apud Lucianum dialogum.

93. Veritatem in figuris) Quid sibi ista apud inferos supplicia velint, explicare conatur Macrobius lib. 1. Comment. in Somnium Scipionis.

94. Cataractæ Nilij) Plin. lib. 5. cap. 9. de Nilo flumine, Vectus aquis properantibus ad locū Æthiopyum, qui Catadupi vocantur, nouissimo cataractæ inter occursum scopulos non fluere immenso fragore, sed creditur ruere. Est autem cataracta locus in flumine, ubi cum aqua summo cum impetu ruit. Cataractas illas intelligit Cic. cum in Somn. Scip. ait, Vbi Nilus ad illa quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus.

95. Cyclopico honore) Cyclops Polyphemus apud Hom. lib. 9. Odyss. reposcenti Ulyssi munus, quod pro dulci vino ipsi se daturum recipiat, ad hunc modum respondet.

Ὀδύπῃ ἐγὼ πύματον ἔδομα μὲν οἷς ἐτάροισι
Τοῖς δὲ δῆλους παρόθεν, ὅ δὲ τοῖς Ἐφνήϊον ἔσται. i.
Postremum absumptis sociis ego dente feroci

Vtim

Vtim comminuum: capies id ab hospite munus. Inde proverbialiter accipiuntur Cyclopica dona pro inutilibus & perniciosis. 96. Ob deorum tuorum matrem) Cybele, quæ & Rhea dicitur, & Vesta, & Ops, deorum mater fingitur. Hæc Pessinunte Romam aduecta est belli secundi Punici temporibus, & à Scip. Nasica ut viro optimo excepta. Iulianus, inquit Marcell. lib. 22. dextrorsus itinere declinato, Pessinunta conuertit, visurus vetusta magnæ matris delubra. Hæc ille. Non itaque mirum est, si eam à Christiano quodam (neque enim nomen memoriæ proditum est) contumelia affectam indignè tulerit homo omnium, qui vnquam fure, supersticiosissimus. De Cybele autem & Gallis sacerdotibus, vide in lib. de sacerdotiis Rom. qui nomine Fenestellæ circumfertur, & Viuem in cap. 4. lib. 2. de Ciuit.

97. Alter cum vngulâ) Theodorû hunc fuisse existimo, qui à Sallustio Iuliani præfecto immaniter cruciatus est. de cuius in perferendis tormentis constantia animique magnitudine vide Ruffinum lib. 1. Hist. cap. 36. Sozom. lib. 5. cap. 11. Theodor. lib. 3. cap. 11. & Niceph. lib. 10. cap. 28. eundem videtur intelligere August. lib. 18. cap. 52. de Ciuit. cum ait: Ut omittam, quæ Iulianus apud Antiochiam facere cœperat, nisi vnus fidelissimi & constantissimi iuuenis, qui cum multis, ut torquebantur, apprehensis, per totum diem primus est tortus, inter vngulas cruciatusque psallentis libertatem atque hilaritatem miratus exhorruisset, & in ceteris deformius erubescere timuisset. Vngulas autem quidam antiqua quædam suppliciorum genera explicans, feramenta fuisse bifida dicit, & ut animalium vngulæ bifidæ, quibus latera & pectora laniabantur.

98. Porphyriusque mendacis) Porphyrium Christianæ fidei desertorem tanti fecit Libanius sophista, ut eum pro deo habuerit, quæ admodum videre est apud Niceph. cap. 36. lib. 10. ubi & causam, quare à pietate defecerit, narrat, cuius quoque in Origenem & Ammonium maledicentiam, cap. 13. lib. 5. explicauerat: ubi eum Siculum vocat, ut & August. cap. 31. lib. 2. Retract. qui & ibi nō vnum tantum eo nomine vocatum coniecturam facit: cum alioqui Suidas Porphyrium ipsum nō Siculum, sed Tyrium Amelij, qui Plotinū audierat, discipulū, ut & Iamblichi præceptorem temporibus Aureliani & Diocletiani facit. Eum sæpe citat Aug. in li. de Ciuit. atq; quis fuerit, explicat Viues in cap. 12. lib. 6. Caterum ille Christiani nomini infestissimus hostis libros quindecim aduersus Christianā doctrinā edidit: quibus Methodius, Eusebius, & Apollinaris triginta Apologeticis responderunt. Augustin. etiā epist. 49. ad Deogratias Presbyterū quibusdā Porphyrij quæstionibus respondet: sed quæ aliū se arbitrari à Porphyrio Siculo, cuius fama esset celeberrima, in lib. Retract. admonet.

99. Pro tuo Misogone) Marcell. lib. 22. de Iuliano in hæc verba loquitur, Quocirca in eos (Antiochenos) deinceps sæuiens, ut obtrectatores & contumaces, volumen composuit inuectiuum, quod Antiochense vel Misogonem appellauit, probra ciuitatis infensam mēte dinumerans, addensque veritati complura. Misogogon, idem est quod osor barbæ: hircinam enim Iulianus barbam irridebant antiochenes, atque ex ea funes neci oportere dicebāt, ut in ea Orat. narrat Iul. quæ vnā cū versione Latina anno super. Lutetia in lucē prodit.

100. Quod nunquam ex ingluvie) Iulianus in Misogogone suas laudes prædicans negat se vnquam nisi semel vomuisse: idque sibi ob vaporem è parietibus excitatum, indèque oppletum caput accidisse. Erugalitatis certe laudem ei Marcellinus tribuit lib. 16.

101. Herculeis columnis) Plinius in fine prologi lib. 3. Abilam Africæ, Calpen autem Europæ montes laborum Herculis metas creditas esse, & ab indigenis columnas eius dei vocatas, qui eas crediderint perfossas exclusa antea admisisse maria, & rerum mutasse faciem scribit. L E C T O R I S.

Cum iam extremam Scholiis nostris manum imposuissimus, Daniel Augētius Rhemenfis Canonicus, & in illius vrbis gymnasio magna cū laude Græcas & Hebræas literas explicans, ut me hanc versionem aggressum esse intellexit, vltro statim ad me pro eximia quadam ac singulari humanitate sua, atque erga Remp. literariam studio & beneuolentia, Græcum hoc Nonni Monachi opusculum misit. Quod cum incredibili celeritate peruolutum ad eum quamprimum, ut mandarar, remisissim, meque ille submolestè ferrensisset, quod hanc velut tabulam, quam mihi spectandam proposuerat, citius aliquantò quam vellem, oculis meis subduxisset: pleniorē confestim eiusdem libelli copiam mihi faciendam putauit, ut eum mihi non solum accuratius legere, sed etiā si ita animus ferret, exscribere liceret. Hæc tibi, Lector, ignota esse nolui, ut ingrati animi nota, qua nulla turpior, nulla homine indignior cogitari potest, effugerē. Quod autē ad Nonniū attinet, & si in quibusdā historiis ac fabulis explicandis nonnunquam à scopo aberrat: integrum tamen eum tibi quàm concisum & truncatum exhibere malui, tantumque nonnullos locos, in quibus minus mihi satisfaceret, breuiter in margine ascribendos duxi. Vale.

PATRIS NONNI COLLECTIO ET EXPOSITIO profanarum historiarum, quarum D. Gregor. Theologus mēninit in priore Inuectiua aduersus Iulianum Apostatam.

Ratio hæc Inuectiua (quam ἑπιτιμωτικὴν Græci vocant) vituperatio est rerum à Iuliano gestarum. Hoc autem differt Inuectiua oratio à vituperatrice, quod in vituperatione oratio per Demonstratiui generis capita progrediat, ut per genus, educationem, actiones, comparisonem: in Inuectiua autem, solum per res gestas, aut etiam, si ita res tulerit, per comparisonem. Stelenticum autem hoc dicendi genus nuncupatur, translatione ducta ἐκ τῆς στήλης, i. à columna. Est porro columna lapis aut æs oblongum quadrata figura, in quo inscribitur eius, qui Inuectiua oratione proscinditur, contumelia. Verbi gratia, Athenienses Zeliten, qui Græcos pecuniis corruptos ed adduxerat, ut Persarum regi parere quàm liberi esse mallent, in columna insculperunt, eum cum toto genere ignominia notantes, atque ipsius obruncandi licentiam publica edicto cuius concedentes, causamque in columna inscribentes, Quod è Media anrum in peloponnesum at-

KK

Leucon & Bosphori. tulisset. Scire autem est operæ precium, quod eorum quoque, qui de Repub. præclare meriti fuerant, beneficia in columnam incidebantur. Sic egregia Leuconis & Bosphori in Rempub. merita Athenis insculpta sunt. Hæc de Orationis huius inscriptione. Nunc ad historias veniamus, easque quam breuissimè fieri poterit, explicemus.

De Empedocle, Aristæo, Empedotimo & Trophonio. 1.

Empedocle. Empedocles genere Siculus fuit, Pythagorica philosophia sectator. Hic inanis gloria cupiditate inflammatus, quasi sublimis in cælum raptus atque in deorum immortalium numerum ascitus & consecratus esset, in Ætnæ ignem sese coniecit. Hic porro ignis Vulcani crateres, hoc est, foramina appellatur. Sic miser inflammæ absumptus interiit. At verò Deus huiusmodi exitium inanis gloriae desiderio contractum in publicum proferre volens effecit, ut ad conuincendam eorum, qui vanofamæ studio flagrant, stultitiam, calceus ipsius ex igne incolumis egeretur. Atque ita perspicuum omnibus factum est, eum diuinitatem haudquaquam adeptum fuisse, verum per inanem gloriae amorem omnino exarsisse. Trophonius autem, Aristæus, & Empedotimus Lebadia Bæotiae vrbe orti sunt, vaticinandi que artem coluerunt, qui etiam inanis fame studio incensi, ac diuinitatis opinionem sibi apud homines conciliare cupientes in specus quasdam se præcipites dederunt, ut prorsus de medio tollerentur, nec quicquam ex corporis eorum reliquiis inueniri posset. Hic eorum fuit exitus. Caterum cognitum est eos illic mortem obiisse, quod circa hunc locum oraculum extiterit. Est autem prouerbium, in Trophonij specum oraculi causa proficisci, de hominibus pallidis atque à risu abhorrentibus. Quisquis enim ad oraculum illud se conferebat, tristis perpetuoque pallore affectus recedebat. Quod quidem argumento erat hos vates pallore confectos nec in subterraneo huiusmodi loco in risum vnquam solutos interiisse. Trophonius porro & Agamedes ipsius germanus diuinandi arte donati sunt, quod pecuniis suis templum Apollinis Delphicum extruxissent.

De Proteo. 2.

Hic Proteus genere Thrax erat, filiosque habuit Molom & Telegonum: qui cum loca omnia latrocinii infesta tenerent, ab Hercule propter Geryonis boues illac iter faciente interempti sunt. Proteus igitur ob filiorum amissionem luctu perditus ac desperatione fractus in mare præcipitem se dedit, ac deorum miseratione immortalitatem est consecutus, marinisque daemones effectus est, atque in Pharia insula domicilium sibi fixit. Hic, etiã cum Phocis versari dicitur. Idem Alexandri Helenam, cum à Græcia Troiam nauigaret, accepit, ipsique inane Helenæ simulacrum dedit. Postea autem cum Menelaus confecto bello Troiano Helenam in Ægypto esse rescivisset, atque ad Proteum se contulisset, eam ab eo accepit. Hæc porro facultate præditus esse Proteus credebatur, ut quoties à quibusdam adiretur, sese transformaret, ac nunc hoc, nunc illud efficeretur.

De Hercule & incendio. 3.

Crebro sermone iactatur Herculem Iouis & Alcmenæ filium præstanti virtute Heroem duodecim certamina confecisse. De ipsius autem incendio & conflagratione hæc memoria prodita sunt. Vxorem habebat nomine Deianiram, quam superato rivali Acheloo ab Oeneo acceperat, ex eaque Hyllum procreauit. Hanc ergo Deianiram cum in patriam suam duceret, Nessus Hippocentaurus ad ipsius aspectum amore exarsit, atque in flumine quodam cum ea congredi tentauit. Quod cum Hercules intellexisset, sagitta ictu eum opprefsit. Moriens autem ille cruorem suum Deianiræ impertit, fraudulentum animo subfatus, ei ad sui amore inflammandum Herculem hunc cruorem adiumento fore, ut si quãdo, inquit, eum mulieris alterius amore flagrare senseris, hoc sanguine vestem ipsius tingas, atque ita ipsius amorem ad te reuocet. Deianira ergo hunc cruorem afferuabat. Cumque Hercules Iolam quam misere deperibat, accepisset, eamque per Lichen velut captiuam ad Deianiram misisset, Zelotypiã percita, Herculisque amorem ad se reuocare cupiens, ipsius vestem Nessi sanguine delibutam ipsi induendam dedit. Exitiosus porro erat hic cruor. Cum ergo huiusmodi vestem Hercules induisset, statim successus atque exustus est. In hac autem conflagratione cum in propinquum amnẽ se coniecisset, calidã aquam effecit. Ex quo deinceps extiterunt Thermopylae inter Thessaliam & Phocidem.

De Phrygum executione. 4.

In Phrygia præ cæteris diis colebatur Rhea mater deorum. In huius ergo sacris Phryges cultris seipos incidebant, non ut sibi necem afferrent, sed ut sanguinem duntaxat extraherent. Hoc autem cum faciebant, tibiis deliniebantur, ut ictus sine doloris sensu perferrent. Post plagas verò ad impuros & nefarios concubitus ruebant, mulierum dico non virorum.

De Mithra. 5.

Hic Mithra apud Persas sol esse existimatur, eique victimas immolant, ac sacra quædam in ipsius honorem faciunt. Nullus porro ipsius sacris initiari potest, nisi prius per quosdam suppliciorum gradus transferat. Sunt autem tormentorum gradus LXX. partim remissiores, partim intentiores. Primum enim leuioribus supplicis, deinde acrioribus afficiuntur: atque ita post decursa omnia tormenta ipsius sacris imbuuntur. Igni quippe & aqua atque huiusmodi suppliciorum generibus excruciantur.

De hospitum cæde apud Tauros. 6.

Tauri populi sunt circa Scythiam. Apud eos à Diana translata est Iphigenia Agamemnonis filia, cum in Aulide iam iamque à Græcis maclanda esset, nisi ipsi dea vicarium ceruum pro victima supposuisset. Cum ergo Iphigenia apud Tauros esset, ne ab hospitibus, qui eò appellabant, agnosceretur, idcirco eos Diana immolari permittit. Atque hæc est hospitum cædes, cuius mentionem Gregorius facit. Postea autem cum Orestes ab Erynnibus perterrefactus atque agitated ad Tauros perrexisset, atque ad necem velut hospes arreptus, Iphigenia que ut sacerdoti oblatus fuisset, per eburneum humerum ab ea agnitus est, liberque dimissus. Atque ipse deinceps acceptam sororem in Græciam reduxit.

De ma-

De maclatione regie puellæ apud Troiam. 7.

Cum Achilles Polyxenam Priami filiam in matrimonium accipere cupiens Troiam ingressus esset, à Paride in Apollinis templo ex insidiis obruncatus est. Postmodum autem Pyrrho filio suo ad virilem ætatem peruecto in somnis apparuit, ostenditque necesse esse Polyxenam, quæ ei mortis causam attulerat, sibi immolari. Pyrrhus itaque eam parua victoria acceptam ad Achilles patris tumulum iugulauit.

De Menæceo. 8.

Menæceus Creontis Thebarum regis filius erat. Cum ergo septem duces Thebis bellum intulissent, oraculum edidit Tiresias vates, fore ut statim bellum conficeretur, ac victoria penes Thebanos esset: si quispiam regij sanguinis atque indigenarum ex serpentis dentibus enatorum sese vltro morti offerret. Quocirca ille in scio patre ac veste mutata in confertam hostium aciem impetum fecit, ab usque interemptus est.

De filiabus Scedasi. 9.

A Peloponnesiaco bello cum Lacedæmonij Athenienses vi atque armis superassent, socios quoque suos bello laceffendos sibi putarunt. Atque expeditione aduersus Thebanos suscepta, priusquam castra vrbi admonissent, in Leuctris Thebanorum vrbe inuito prelio fusi ac prostigati sunt: cum dux Thebanorum Epaminondas insignem in eo certamine operam nauasset. Hæc autem clades Lacedæmonis ob huiusmodi causam in Leuctris accidit. Scedasus Leuctrensis tres filias habebat. Quidam autem Lacedæmonij olim ab ipsis hospitio excepti puellas constuprarunt. Ac mentes ne patri suo illæ acceptam iniuriam narrarent, manus ipsis attulerunt. Reuersus ergo in patriam Scedasus, re cognita, diris omnibus Lacedæmonios ad ipsum filiarum sepulchrum deuouit, miseraque omnia imprecatu est. Ac proinde Lacedæmonij apud Leuctra rem infeliciter gesserunt.

De Laconicis adolescentibus. 10.

Lacedæmonij cum ciues suos ac liberos fortitudine ac tolerantia excellere cuperent: verberibus eos excerbant, eique qui dolores fortius pertulisset, præmium persoluebant.

De cruore ad altare fuso. 11.

B Diana quannus virgo ac pudicitia laude clara, cruoribus tamen illis oblectabatur, qui in hospitum cæde fundi solebant.

De Socratis cicuta. 12.

Socrates patria Atheniensis erat, vitæ instituto philosophus. Hunc velut demonem quendam in Rempub. perniciosè introducentem Anytus & Melitus in iudicium vocarunt. Atque ipse velut pueros corrumpens ad cicutæ poculum damnatus est, quo hausto è vita excessit.

De Epicteti cruce. 13.

C Epictetus philosophus erat. Huic à Macedone tyranno crux vinculis astrictum est. Postea autem cum soluere tyrannus vellet, ex eoque quæreret: Visne Epictete te soluam? Quid, inquit, an sum astrictus? Quibus videlicet verbis hoc significabat, animam suam nequaquam vincam fuisse. Itaque non corpus homo esse dicitur, sed anima.

De Anaxarcho. 14.

Anaxarchus philosophiam profitebatur. Hic ab Archelao tyranno correptus atque in mortarium coniectus lignea sude tundebatur. Pliu enim est ptiissanæ instar atteri, vnde & ptiissana dicta est. Cum ergo tunderetur, Tunde, inquit, Anaxarchi vtrem: neque enim Anaxarchum tundis. His nimirum verbis, ut philosophus, significans nullam corporis rationem à se haberi.

De saltu Cleombroti. 15.

Cleombrotus Ambraciotes, quæ veteris Epiri ciuitas est, cum in Platonis Dialogum de Anima, cui Phædo titulus est, incidisset, didicisset que magis esse è re animæ separari à corpore, quam cum eo coniungi, è muro se præcipitem dedit, stultèque interiit: ut videlicet animus ipsius è corporis vinculis euolaret.

De fabis Pythagoricis. 16.

D Pythagoreorum secta à Pythagora Samio fluxit. Qui autem eiusmodi sectæ sese addixerant, philosophiæ dogmata per symbola quædam & ænigmata discabant. Inter alia autem hoc quoque ænigma ipsis tradebatur, Fabas minimè edendas esse, hoc est, non esse prodendum ius, nec iudiciorum fidem pecunia commutandam. Olim enim Athenienses iudices ad proditorum condemnationem fabis calculorum loco vtabantur. Interdicit ergo suis Pythagoras, ne iudiciales fabas edant.

De Epaminonda & Scipione. 17.

Epaminondas genere Thebanus erat, duxque maximus, qui in Leuctrico pralio Thebanorum copiis præfuit. Præceptorem habuit Philolaum Pythagoreum. Hic in bellis eximia continentie laude florebat, tum à ciborum copia, tum à rebus venereis, tum denique ab omni voluptatis genere sese abstinens. Quod etiam factum est, ut maxima aduersus Lacedæmonios trophæa erexerit. Huic & vitæ genere & moribus non dissimilis extitit Scipio Romanorum Imperator. Cuius singularis quoque virtus emicuit in bello Carthaginensi. Vnde etiam à deuicta gente Africani nomen retulit. Africani enim erant Carthaginenses.

De Alpheo fluuio. 18.

E Alpheus fluuius est Arcadiæ. Arcadia autem vrbs Peloponnesi. Est & in Sicilia fons quidam Arethusa nomine. Ferunt autem Alpheum Arethusæ amore captum per mare in Arethusam influere, nec maris contagione infici, sed puros atque integros latices ad amatiam secum ferre.

De his qui pedibus illotis viuunt, atque humi cubant. 19.

Selli gens est Dodonæa, ex qua fagi sacerdotes creabantur. In hac autem fago Iouis oraculum erat, vocabatur

KK 2

uirque quercus Dodonæa. Atque hi sacerdotes, ut qui Deo ancillarentur, pudicitiam colebant, nec balneis utrebantur, nec in tecto, sed in nuda humo dormiebant: quemadmodum his verbis testatur Poeta,

Hos iuxta Sellis sedes est fixa prophetis,
Qui nec humi somnos carpunt, nec balnea curant.

De Solonis inexplebilitate. 20.

Solon Atheniensis legislator erat. A quo cum postulatum esset, ut iuuentuti leges institueret, iurifurandi religione ciues eo adiecit, ut decem annos ipsius legibus acquiesceret: ac postea si minus ipsis arriderent, eas abrogarent. Id autem hoc consilio faciebat, ut ipsi legibus illius aliquantulum obtemperare assuescerent. Non enim erat ignarus fore, ut si leges quas ipsis ferebat, semel degustassent: ægrè ab his postea diuellerentur. Accepto ergo à ciuibus iureiurando, cum leges ipsis instituisset, Athenis excessit, decennium ab vrbe absfuturus. Peragratis autem multis urbibus in Lydiam quoque ad Cræsum profectus est. Hunc itaque rex admiratione afficere cupiens, ad thesauros suos duxit, ipsique quantum auro afflueret, ostendit. Moxque cum à thesauris rediuntem interrogauit, Ecquis tandem ex omnibus mortalibus ipsi beatissimus videretur, existimans utrique eum felicitatis primas ipsi daturum. Solon autem Tellum Atheniensem sibi omnium beatissimum videri respondit. Beatitudinem enim non in opibus ac superbia, sed in vite tranquillitate consistiuebat. Inexplabilem itaque Solonem Cræsus vocat, quod maiores opes auro Lydio videre exoptaret. Sunt autem diuinita genus quoddam felicitatis in rebus externis situm. Est quippe triplex felicitas, animæ tranquillitas, corporis sanitas, rerum externarum affluentia. Ac proinde adiucendum erat Soloni: si animo quoque præstantissimus esses, o Cræse, abunde tibi est opum ad explendos externæ felicitatis numeros.

De Socratico pulchritudinis amore. 21.

Socrates philosophus forum circumibat, iuuenesque ad philosophiæ studium hortabatur, ac præsertim elegantia forma præditos, quos ad philosophiæ aptos esse iudicabat. Nam qui liberali forma sunt, eosdem quoque egregia animi indole esse ferunt. In hanc ergo opinionem adducti sunt Athenienses, ut Socratem puerorum amore correptum esse putaret, quod pulcherrimos quosque deligeret. Quin ipse quoque Plato tum in Theæteto, tum passim in suis scriptis ita Socratem loquentem inducit, Pulcher est Theætetus, pulcher Cratides. Ac plane in dialogis suis ostendit Socratem huiusmodi suspitione laborasse, propter tales, ut verisimile est, aduersarias percontationes. At verò ille animi non corporis pulchritudinem intelligebat. Quamquam Atheniensibus in hanc suspitionem venit, ut eum obscenæ libidinis causa cum Alcibiade consuetudinem habere existimaret.

De Platonis liguratione. 22.

Philosophus Plato cum Dionysium Sicilia tyrannum ingenij magnitudine atque indole præstare intellexisset, ad eum nauigauit. Ac Platonis quidem interpretes duplicem huius nauigationis causam afferunt, alteram, ut ignem illi qui ex Ætna erumpibat, videret: alteram, ut Dionysium ad amplectendam philosophiam hortareretur. At beatus Gregorius hanc ipsi ad eundem Sicilia causam fuisse ait, ut magnificis et opiparis Dionysij cænis fruereetur. Idque hac de causa cœlestia verè colligi censet, quod à Dionysio propter ipsius ligurationem venditus sit. Reuera enim venditus est, ut potè à Dionysio Pollidi Lacedæmonio Nauarcho, qui tum illic degebat, dono oblat: ac deinde ab ipso Pollide, cum in Æginam appulisset, Aniceri L. m. mis venditus.

De Xenocratis edacitate. 23.

Xenocrates et Aristoteles Platonis discipuli fuerunt, eique in philosophia professione successerunt. Ac Xenocrates quidem Stoicam sectam condidit, Aristoteles autem Epicuram. Fertur porò tanta fuisse in Xenocrate pudicitia laus, ut cum etiam mollius et delicatius viveret, nullis libidinis stimulis incitaretur. Ac proinde ita moderandos atque frangendos affectus esse dicebat, ut rationi obediant. Infectatur ergo cum Theologus ut luxuriam et belluonem, nec ab illo ciborum genere abstinentem, ut philosophum decebat. Philosophi enim est temperantiam colere, ac modum in cibis tenere.

De Diogenis dicacitate. 24.

Diogenes Cynicus philosophus erat. Cynicus autem dictus est translatione à canibus ducta. Quemadmodum enim canes latrandi discernendique facultate præditi sunt (discernunt enim domesticos et familiares ab exteris, ac domesticos custodiunt) ad eundem ipse quoque modum utraque facultate pollebat. Nam et philosophiæ dogmata custodiabat, et idcirco ad philosophiam ab his qui minimè idonei erant, distinguebat. Merito itaque Diogenes cum talis esset, maxima dicacitate utabatur: atque et magne et potentes viros et eloquentes aliosque ceteros homines si causa coarguebat: idque lepidius aliquando scurriliusque faciebat. E. u. c. igitur spectans D. Gregorius Diogenem ridiculum potius aut imperum fuisse ait, quam philosophum. Est enim τρωπία fraus ea, qua homines verberum lepore facetiisque circumuolantur.

De eo, qui in dolio habitabat. 25.

Hæc quoque historia ad Diogenem spectat. Narrant enim eum in dolio hyemis tempore habitare solitum, ac sub vestram quidem ingredi propter frigus, interdiu autem egredi propter Solem. Vnde cum aliquando ad Solem apricatur, ac si perueniens Alexander Solis lumen ipsi admisset, apricantique officeret, quæreretque, Num quid vellet: Nihil, inquit, aliud, quam ut apricanti ne cesses. Aut igitur ad hanc historiam alludit Gregorius, aut, ut probabile est, ad eam quæ Ptolemæorum tempore contigit: quæ quidem ad hunc modum se habet. Socrates quispiam Alexandrinus philosophus in loco quodam sians apricabatur, ac pediculos quærebat. Hunc è sublimi conficatus Ptolemæus descendit, ut eum in aulam duceret. Socrates autem eo conspecto in dolio cuiusdam iacentis fragmentum sese inclusit, sicque Ptolemæo absconditus est. Postea autem ut miser et infortunatus suggillatus est. Alij dicunt Ptolemæum hoc Iambicum in eum contorsisse,

Θελο

Θελο τῶν γε παραγμῶν ἢ φρενῶν πῶρον.

Vel mentis dolio Fortuna guttula præstat.

Quibus verbis significabat dolium quidem illud prudentia scelerare propter Sotatem, qui eo includebatur: tamen quia ipse infortunatus esset, nihil ipsi tantam prudentiæ vbertatem profuisse. Ac talis quidem est hæc historia. Nunc ad constructionem veniamus, ἡ τῆς διορθῶς σωμωλίαι ὅφ' ἢς τοῖς ξένους ὑπέδειχθη. quorum verborum hic sensus est. Diogenes dicacitate sua eos, qui ipsi vmbra efficiebant, submouebat. Per tyrannos autem, tyrannicos sermones intelligit, quibus secedere cogebat eos à quibus adibat. Quæ circa siue vna eademque sit dicacitatis Diogenis et dolij historia, constructio iuncta est: siue duæ sint historiæ, construenda erit Diogenis dicacitas cum eo quod sequitur, ὅφ' ἢς τοῖς ξένους ὑπέδειχθη. Quod autem per tyrannos importuni atque insolentes sermones intelligantur, ipsemet Gregorius dixit ex Tragædia. Tragici enim potissimum huiusmodi tropo utuntur. Quod autem ait, Viles panes placētis, hoc per allusionem dicit. Etenim huiusmodi quiddam apud Tragicos, vel potius apud Comicos dicitur, Per suauiores panes viliore panes deiciunt atque aspernantur. Ad hoc ergo alludens Gregorius hunc Diogeni morem fuisse ait, ut dicacitate, quæ auditorum animos oblectat, vilipenderet eos, qui ipsi forte occurrerant, nimirum ipsos coarguens. Meo tamen iudicio vna eademque est dicacitatis et dolij historia.

De Epicuro. 26.

Epicurus philosophus Deum humanarum rerum cura minimè tangi censuit. Idem summum bonum in voluptate constituit. Quæquam qui philosophorum dogmata interpretantur, eum non in impura atque obscæna voluptate summum bonum posuisse dicunt, sed in statu maximè naturali. Hunc omnes philosophi explodunt, tum quod diuinam prouidentiam negant, tum quod voluptatem summum bonum esse pronunciant, non autem primum illud ac solum bonum, hoc est Deum.

De Cratete. 27.

Crates patria Thebanus, quæ Bæotia vrbs est, Cynicæ philosophiæ cupiditate captus facultates omnes suas in vulgus proiecit, atque ita proclamauit, Crates Cratetis bona abiicit, ne Cratetis bona Cratetem superent. Ac prædia sua μολόβοις reliquit. μολόβοις autem is locus est, qui pecudibus ad pasendum relinquuntur. μολόβοι enim oues sunt: vnde et μολόβοι pastores dicuntur, et μολόβοι ovina pellis.

De Tribonio. 28.

Cynicus rursus philosophus vel Antisthenes, vel Zeno (nam utrunque dicitur) cum aliquando nauigare, Zeno tamè accoorta tempore opes quasdam suas naufragio amisisset, æquo et grato animo futuram suam paupertatem ferens, Fortunam his verbis allocutus est: Bene se res habet, Fortuna: gratiam tibi ago, quod facultates meas ad tribonium usque redigisti.

De Antisthene. 29.

Antisthenes hic Cynicus philosophus cum à quodam verberatus fuisset, vulnūsque, in facie accepisset, accepta charta, eius, à quo percussus fuerat, nomen in ea inscripsit, eamque postea fronti suæ agglutinata circumferbat.

De eo, qui toto die in Sole stetit. 30.

Cum Roma à Barbaris bello premeretur tempore ἢ βασιλῆ, ille toto diei curriculo sub Sole stans preces fudit: ceciditque ignis, quo et barbari et philosophus ipse conflagrarunt.

De Potidæa. 31.

Potidæa vrbs quædam est in Thracia sita. In ea philosophus quidam Potidæates hyemis tempore tota nocte inter præcadum stetit, animoque ita in sublime raptus fuit, ut frigoris vim minimè persenserit. Ἐκείνην αὖτε hoc loco appellat affectum illum philosophi extra se rapti, atque animo in sublime elati. Per τῶν αὖτε, autem non intestinum bellum ac seditionem significat, sed quod ille stato ac recto corpore precatus sit.

De Arcadica questione. 32.

Homerus poeta profectus in Arcadiam, quæ Peloponnesi regio est, incidit in piscatores quosdam, qui pediculos à corporibus suis excutiebant. Cumque ex ipsis quæsiuisset: Viri Arcades, qui piscandi artem profiteremini, aliquidne cepistis? Illi hoc carmine responderunt: Liquimus acceptos, non captos ferre necesse est. Quo quidem versu hoc volebant, se pediculos eos quos ceperant, occidisse: quos autem capere nequiverant, in vestibus suis ferre. Quod quidem ænigma cum Homerus non intellexisset, exiguo tempore illic versatus, mærore oppressus est. Ferunt autem editum fuisse Homero oraculum, tum ipsi vitæ finem fore, cum propositam questionem soluere non potuisset.

De Aristotele et Euripo. 33.

Aristoteles philosophus Platonis discipulus fuit. Quicum se potissimum huic philosophiæ parti dididisset, quæ in contemplanda cognoscendaque rerum natura versatur, rerum omnium subcælestium causas naturasque explicare studuit, ut terre, maris, aeris, ætheris, animantium, stirpium, pluriæ, niuis, terræ motus, cometarum. Hic rerum omnium, ut videtur, naturam perscrutatus, Euripi quoque naturam indagare et cognoscere voluit. Quæ cum assequi non potuisset, in hanc maris partem præcipitem dedit, atque interit, his verbis utens: Quoniã Aristoteles Euripi minimè cepit, Aristotelē Euripus habeat. Atque ita negotio infecto mortē obiit Aristot. Euripus porò locus est maris inter Bæotiã in sulã et Atticam, qui vnius diei spatium septies mutatur. Illic enim aqua suffugit, velutque absorbetur, ac rursus regurgitat cumulatūque, ut prius. Quod autem ad constructionem attinet, verbū plurale Mortui sunt, communiter ambobus seruit, nempe Homero et Aristoteli. Homerus enim qui sibi primas Poëseos arrogabat, cum in Arcadica questione hæsiisset, mærore cõtabit. Aristoteles

KK 3

autem, qui sibi incomprehensibilia Dei opificia cognoscere eorumque causas explicare videbatur, ad Euripum se contulit: cumque in eius causa indaganda perplexus haesisset, sese in mare precipitavit, miserique periit.

De puteo Cleanthis. 34.

Immo stoicus erat, ac Zenoni successit. Cleanthes quoque de numero Cynicorum philosophorum erat. Hic in puteo quodam sese collocans, pertranseuntibus aquam hauriebat, ac pro ea panem, quo vesceretur, accipiebat. Quo nomine in summa admiratione apud philosophos erat, ut laborum patientissimus.

De tristitia Heracliti. 35.

Heraclitus et Democritus, qui eodem tempore vixerunt, physicaeque operam dederunt, mundi inconstantiam aequè sugillarunt, ille siens, hic ridens. Democritus Abderites erat, Heraclitus Ephesius.

De Phallis. 36.

Libero patri cum festum agerent Gentiles, Phallus eum honorabant. Est autem Phallus pellis rubra in vetri figuram efficta. Hos undique sibiipsis tum in collis tum in mediis femoribus imponebant, saltabantque in Bacchi honorem. Hoc porro honoris genere ipsum ob huiusmodi causam afficiebant. Ex Semele Cadmi uxore Bacchus procreatus est. Hanc fulmine percussam atque extinctam cum huc illucque oberrans Bacchus suam ostenderet, si veneras voluptates abs se carpi pateretur. Quod cum promississet Bacchus, narrauit Polyymnus Semelem apud Lernam esse: sicque ab ipso Bacchus constupratus est. Cumque postea mare ingressus esset, ut in Lernam traiceret, comitem se quoque adiunxit Polyymnus. Ac Bacchus quidem ut deus, incolomis inde rediit: Polyymnus autem morte oppressus est. Bacchus igitur amasij mortem aegre ferens, ad ipsius honorem ac memoriam ligneum veretrum ex ficulnea caesum ac rubro colore illitum solaij causa semper gestabat, ut non sine magna voluptate nefariae libidinis cum ipso perpetratae memoriam resificans. Ac proscptro hoc circumferebat. Atque haec causa est, cur Ethnici Phallus Bacchi honorem. Enimvero Phalli dicuntur veretra omnia. Ithyphalli ea demum, quae rigida atque in longum arrecta sunt: unde etià φαλλοποιὰ vocatur.

De Melampygis et Apygis. 37.

Apygorum, hoc est, natibus carentium, fabula haec est. Pirithous cum ad inferos descendisset ob Proserpine uxoris Plutonis raptum, ad petras quasdam vincitus est. Cum ergo Hercules descendisset, ac Pirithoum accipere vellet, ipsum quidem sursum pertraxit: ceterum ipsius nates rupi adhaeserunt. Ac proinde Apygus dictus est. Quod autem ad Melampygos attinet, hic sermo circumfertur. Duo fratres erant nullum non flagitij genus perpetrantes, qui a facinorum suorum acrimonia Cerconum (Cercopum legendum puto) cognomenium nati sunt. Nam alioqui alter ipsorum Passalus vocabatur, alter Alcemon, ut auctor est Dion commetator. Mater igitur eorum nomine Memmonis cum eos plurima grauique flagitia committere videret, cauendum ipsis esse admonuit, ne in Melampygom incidere. Accidit forte, ut Hercules positus sub arbore quadam armis somno indulgeret. Hi igitur propius accedentes armis ipsius manum iniicere tentarunt. Quod cum protinus Hercules sensisset, capite arreptos, atque ad lignum quoddam obuinctos gestabat. Ac tum illis pendentibus materni mandati recordatio subiit, cum Herculis nates ex pilorum densitate nigras esse perspexissent: atque hoc inter se colloquentes maximum Herculi risum mouerunt: ob idque eos confestim missos fecit.

De venerando Pane. 38.

Penelope Vlysis uxor fuit. Quo post Troianum bellum huc atque illuc oberrante, permulti proci venerunt, ut Penopen sibi matrimonio iungerent. At illa diem de die ducbat, nemini nubere volens, quod Vlysem maritum suum expectaret. Quo factum est ut omnes impetu facto eam compresserint, grauidamque reddiderint, ita Panem peperit. Vnde etià hoc nomine vocatus est, quod ab omnibus satus fuerit. Alij admodum eximia forma pudicitiaque Penopen fuisse ferunt: id eoque ipsius amore inflammatum Mercurij hirci formam induisse. Ipsam autem mentis errore affectam ac furore correptam hircum adamasse, ab eoque inagitatam fuisse: atque ex eo coitu Panem extitisse, diuinitatemque a patre consecutum fuisse. Atque hic est Pan hircinos pedes habes.

De Buthæna. 39.

Buthænas hic Hercules est, ita ob huiusmodi causam appellatus. Cum per Driopum regionem Hyllij filium suum humeris gestas iter faceret, ac puer fame affectus cibum a patre peteret: ille agricolam quendam arantem nomine Theodamantem reperit, panemque ab eo postulauit. Quod ille cum non modò recusasset, sed Herculem quoque contumeliosis verbis infectatus fuisset: tum Hercules bouem unum ex his qui arabant, acceptum iugulauit, ac cum filio epulatus est. Ob eamque causam Buthæna cognomenium nactus est, quod totum bouem uno epulo confecisset. Hinc Herculi cum Driopibus bellum contigit. Nam cum Theodamas ad urbem ascendisset, atque infestum hostem in regionem accessisset nunciasset, Herculem videlicet intelligens, ad eum opprimendum egressi sunt, commissioque praelio omnes ab eo superati sunt.

De Triuespero. 40.

Herculem tribus noctibus conceptum fuisse, et ex materno utero decidisse ferunt. atque huiusmodi quæque nugæ ac fabulæ de eo circumferuntur. Consimilem quoque in modum aiunt eum nocte una cum Thestij filiabus rem habuisse, omnisque ex eo peperisse: adeo ut hoc quoque nomine in deorum numerum relatus fuerit, atque hoc certamen decimum tertium appellatum sit.

De Idoliano et Tauricremo. 41.

Quoniam Iulianus Apostata præclarissimum Christianorum nomen in Galilæos commutare ac transferre studuerat: idcirco nunc quoque D. Gregorius cum irridere vult, atque: Licet nobis quoque Iulianum suis nominibus appellare, ac velut coloribus suis depingere. Proinde ipsi quoque eum Idolianum nominemus, ut idolorum

Vxorē fulvō vocat Nonnus: sicut enim erat. Aliter hoc narrat Clemens in Adhort.

Vide scholia nostra.

idolorum cultorem, et Piseum, ut Iouem Pise colerem. Iupiter enim Pise, quæ Elidis urbs est, colebatur. Iulianum ergo, inquit, par est Piseum vocare, quemadmodum et Iouem Adonij propter Adonidem. Nam Adonidem quoque summa religione à Iuliano cultum fuisse narrant. Hunc porro Adonidem à Venere adamatum, atque à Marte, qui ipsius quoque Veneris amore flagrabat, interemptum fuisse fabulatur. Tauricremum denique Iulianum appellare conuenit, ut totos boues diis suis immolantem et comburentem.

De Vulpina. 42.

Kepōδ vulpes vocatur: unde et κερδαλί malitia atque improbitas et fraudulentia. Versutum quippe est hoc animal, miræque malitiæ et peruersitatis. At verò Minos iustus et integer homo habebatur, ut Iouis filius. Hunc autem sensum Gregorij verba habent: Quod Iulianus singularem suam animi peruersitatem humanitatis cuiusdam et clementiæ larua contegebat, ac sub iustitiæ specie iniustus et sceleratus erat.

De Proteo et Melampo. 43.

Proteus hic Thrax erat, cuius filios Hercules obruncavit. Hic vaticinandi arte præstabat, ac marinus Deus effectus est, Phariūque incoluit. Vnde et Protei insula Pharus vocata est. Cum autem multi propter ipsius vaticinationes ad eum se conferrent, horum obturbationem atque importunitatem aegre ferens, arte quadam magica in aliam aliamque subinde formam sese transformabat: atque ita sui prospectum accedentibus adimebat. Eodem quoque modo Melampus vates erat hierophantes: qui Aegyptiorum sacra Græcis patefecit, eaque ipsi postea imitati sunt. Hic etiam sese subinde transformabat, ut vates magiæque peritus. Huiusmodi quippe homines eam facultatem habebant, ut quamcumque vellent formam assumerent, ne ab his qui eos alloquebantur, vilo modo cognosci possent.

De Aetnae igne. 44.

Sicilia maxima est insula circa Italiam sita. In ea urbs est Catania nomine: ad cuius verticem mons est, ex quo copiosus ac perpetuus ignis erumpit. Hic mons Aetna vocatur, atque etiam Vulcani crateres. Huiusmodi porro ignis adeo nonnunquam exundat, ut fluminis more feratur, atque cum materia illa ignea, quæ sursum emicat, instar aquæ fluat. Ac proculdubio diuinus est ignis. Fingunt patrem quendam cum filio suo in hoc monte inuentum fuisse, atque ignem repente fluminis in morem profluxisse, transitumque ipsis interclusisse, ac tum filium suis humeris sublatum parentem gestasse, eoque facinore ignem velut per motum ac pudore affectum cursum suum compressisse: atque ita et patrem et filium incolumes pertransisse.

De Mithrae supplicis. 45.

Perse Mithram solem esse existimant, eique multa sacrificia offerunt, quibusdamque ipsius sacris initiatur: ad quæ nemo admittitur, nisi qui prius omnia tormentorum genera pertulerit, pietatisque suæ fortitudinisque animi in perferendis doloribus specimen dederit. Aiunt autem LXXX. esse cruciatuum genera, per quæ certo ordine ei qui initiandus est, necessariò transeundum est. Verbi causa, primum ei diebus multis aperienda est aqua. Deinde necessariò ipse faciendum est, ut se in ignem coniciat: postea in solitudine versari, sibi que ipsi in ediam imperare necesse habet: atque ita ad alia pergere, quousque LXXX. ut diximus, suppliciorum generibus defunctus fuerit. Quibus si superuixerit, tum demum sacris Mithraicis initiatur.

De Echeti et Phalaridis crudelitate. 46.

Echetus Epiri tyrannus fuit: qui, ut erat insigni crudelitate, varia suppliciorum tormentorumque genera excogitabat. Ex quo efficiebatur, ut qui aliquè immanissimè excruciarì vellent, ad eum mitterent: quemadmodum Poëta quoque ipse de eo cecinit:

Εἰς ἔχρον βασιλῆα βροτῶν δολιχότα πατῶν, id est, ad regem Echeturum mortalium omnium carnificem. Huic non dissimilis erat Phalaris genere Siculus, ipse quoque nouorum tormentorum inuentor. Qui ut à Dionysio seculissimo et immanissimo tyranno gratiam iniret, bouem ereum excogitauit: in quem qui supplicio afficiendi erant, iniicerentur, posteaque ignis succenderetur: ut qui interna flamma exurerentur, clamorem bouis mugitus similem ederent. Cuius inhumanitatem conspicatus atque execratus Dionysius, ipsum supplicij auctorem in aurum coniecit, atque in instrumento suo combussit.

De Hydra. 47.

Bellua quædam apud Lernam fuisse fingitur, L. vel ut alij malunt, IX. capita serpentum habens: quam Hercules cum famulo Hyllō interfecit. Quin hoc quoque fabulantur, exciso uno capite duo altera renasci consueuisse: ita ut duplicato numero centiceps existeret. Quod cum Hyllus perspexisset, artem adhibuit, ignemque attulit, atque ita ut quodque caput excidebatur, in flammam iniiciebat. Ita tandem bellua illa trucidata est.

De Patarica Chimera. 48.

Patara, quæ Lyciæ ciuitas est, mons esse commemoratur, in quo bellua quædam erat ab anteriore parte leo, à posteriore draco, à media Chimera: ignem faucibus euomens, regionique atque omnibus qui illac iter faciebant, perniciem afferens. Quò cum vegaso, uictus Bellerophon perrexisset, arte bestiam circumuenit. Nā plumbeum globum lanceæ cuspidi impositum in os Chimerae iniecit. Plumbum porro vi flammæ solutum præcordia ipsius colliquefecit, atque ita belluam interemit.

De Cerbero. 49.

Fingunt canem quendam tricipitem apud inferos esse, ac portas custodire: atque eos quidem qui ad inferos descendunt, affentabundè mulcere, eos autè qui ascendere conantur, morsu insectari, ascensumque prohibere. Hunc Hercules, cum ad rapiendam Proserpinam simul cum Pirithoo descendisset, in reditu interemit: se dicitur.

Immo Perillus huius fuit artificis: in quem coniectus est.

De Scylla. 50.

In Thyrrhenico mari belluam quandam fuisse fabulantur, quae umbilico tenus mulier erat admodum formosa: ceterum hinc atque illinc sex canina capita ipsi adhaerebant, ac reliqua corporis parte anguis erat, atque illos qui circa loca illa navigabant, immanissime deuorabat.

De Charybdi. 51.

Circa Siculum, hoc est Tyrrenicum mare, locus quidam est, in quo mare velut in se absorbetur, vicissimque exastuat, atque vnda separatur: adeo ut ipsum maris fundum, si quidem id fieri posset, hac in parte conspiceret licet. *ἀμπύρις* est quasi *ἀπόρον* quaedam, id est, rebitio ac resorbitio aquae. Vnda enim in quibusdam rupium cavitatibus subsidit, ac rursus erumpit: quod quidem *παχία* vocatur. Erat autem hic locus nauigantibus infestus et periculosus exitusque plenus. Illic enim nauis tota deprimebatur, ac pessum ibat, si curren- te nauis reciprocatio fluctuum aestusque contigisset, De quo Homerus,

Εὐνα ἴδω σκύλλη, ἔπειθ' ἰδὲ δία χάρυβδις, id est,

Hinc est Scylla vorax, aduersa parte Charybdis. Aduersam autem Charybdim vocat, quoniam Scylla opposita est.

De Orci galea. 52.

Homerus Iouem inducit caliginem quandam atque obscuritatem Graecis magica arte offundentem, ne ab ipsis perficeretur. *ὀρέη* autem galea est Orcia Plutonis.

De Gygis annulo. 53.

Plato in Dialogis de Repub. fabulam hanc narrat. Gyges Lydius quidam opilio erat: qui cum pecudes in monte pasceret, in antrum quoddam incidit, eoque ingressus aneum equum reperit, atque intra eum humanum cadauer et annulum, cuius pala volubilis erat. Accepto itaque annulo Gyges antro excessit: ac quoties suo loco erat annulus, ab omnibus cernebatur: quoties autem annuli palam conuertebat, a nemine videri poterat. Atque hanc fabulam inducit Plato, aitque, virum iustum, etiamsi Gygis annulum acceperit, ne quis eum intueri possit, ne sic quidem sceleris aliquid admittere debere. Virtutem enim propter seipsum colendam atque amplectendam esse, non propter aliud quicquam. Gyges ergo cum hoc annulo in regiam Lydorum aulam profectus conuersa annuli pala, conspectum sui omnibus ademit, ingressusque regem interfecit, regnumque accepit. Herodotus tamen Gygis historiam aliter exponit. Scribit enim regina mandato Candaulem ab eo interemptum, ipsumque imperio potitum fuisse.

De Lindiis, qui Buthenam omni execratione deuouent. 54.

Lindus antiqua Rhodi vrbs est: in ea sacerdotem sacrificantem ac bouem comedentem sacrifici diis omnibus deuouebant, conuitiisque et nefariis verborum contumeliis proscindebant.

De hospitum caede apud Tauros. 55.

Tauri Scythiae populi sunt, cuius montes Tauri vocantur, aut etiam vrbes quaedam. Apud hanc gentem Diana colitur. Cumque eo Agamemnonis filia Iphigenia a Diana delata fuisset, hospites omnes macabant, ne videlicet ipsi in patriam reuersi perficiuum facerent, ubi esset Iphigenia.

De Laconibus, qui ad aram virgis sese mutuo caedebant. 56.

Lacedaemonij ut liberos suos fortes ac tolerantes redderent, atque ad dolores perpetuos erudirent, plagis eos ad altaria lacerabant, eique qui non ignaue et molliter, sed strenue ac generose plagas pertulisset, praemium constituebant.

De Phrygum excisione. 57.

Apud Phryges Rhea deorum mater colebatur: cuius cum festum celebrarent, quoniam ipsi ob multa eius scorta a Corybantibus vesica excisa fuerat, idcirco ipsi deam suam colentes femora sua humerisque concidebant. Alij autem tibiis ludebant, amasium ipsius Atym honorantes: simul etiam ut tibiae suauitate sensus doloris, quem excisio afferebat, eluderetur.

De spuriis, qui in Cynosarges abiiciebantur. 58.

Cynosarges locus erat Athenis, in quo de nothis iudicium ferebatur, huiusne an illius filij essent. Vocant autem apud Athenienses libertinos quoque nothos, nam ipsi quoque nothi sunt, si cum ingenuis conferantur. Qui etiam ipsi censebantur et explorabantur, an omnino libertate donati fuissent. Cynosarges autem hic locus hanc ob causam vocatus est. Cum non longe ab eo loco sacrificium in templo fieret, ingressus canis carnem victimae rapuit, atque in hunc locum tulit, illicque templum extructum est, vocatumque Cynosarges, quasi Cynosarges, a carnibus videlicet et cane. Postea autem in locum *κ* successit *γ*: ac proinde Cynosarges vocatur.

De Xantho et Calchide. 59.

Homerus, *Ὁ γὰρ ἄνθρωπος καλεῖται θεὸς, ἀνδρες δὲ σκαμάνδρον*, id est, quem Xanthum superi appellant, hominesque Scamandrum. Et alio loco, *Χαλκίδα κηλήσθη οὐσι θεοῖς, ἀνδρες δὲ κώμην δῖον*, id est, Chalcida dij de more vocant, hominesque Cymindem. Quae quidem ridet Gregorius.

De Palamede. 60.

Palamedes Eubaeus erat. Est autem Eubaea insula e regione Atticae sita. Hic numeros inuenit, vsusque tesserarum, ac pleraque alia artificiosa. De numero eorum fuit, qui aduersus Troiam expeditionem susceperunt: atque Vlyssis insidii apud Troiam oppressus est. Vlysses enim inimicum ob huiusmodi causam habebat. Cum Agamemnon Vlysses ad bellum Troianum hortaretur, nec eo proficisci vellet Vlysses, ob idque fis-

rorem

rorem simularet, ac velut mente captus terram araret: Palamedes furoris simulationem ita deprehendit. Nam cum filium ipsius Telemachum ante aratrum collocasset: simulatque Vlysses ad filium peruenit, aratrum sustulit, ne puerum laederet. Ita fraus detecta est, paruitque eum integre mentis esse. Nam ob causam in sensus Palamedi Vlysses, cum in Troade esset, commentitiam epistolam nomine Priami ad Palamedem de Graecorum prodicione conscribit, eamque in Palamedis tentorio clam liquit. Posteaque instituta aduersus Palamedem velut proditorem accusatione, inuenta epistola condemnatus est, atque ab Agamemnone Graecisque omnibus morte multatus.

De anu, quae humero impulsae et concussa est. 61.

Mulier quaedam Bylla nomine, vel, ut alij dicunt, Rhinona, vel etiam, ut alij tradunt, Philyra a iuvene quodam concussa, in eum petulantius raptata est, ipsumque contumeliosius verbis insectata est. Erat porro haec contumelia carmen modulatum ac numerosum: qui verborum concentus cum circumstantibus arripisset, carminis mensuram acceperunt: atque ita Poesin in artem redegerunt.

De Cyclopiibus. 62.

In Sicilia insula circa montana ipsius loca Cyclopes exitisse feruntur, pastorem quidem vitam colentes, ceterum insolenter et importune viuentes. Hi etiam humanis carnibus vixisse atque Vlyssis socios comedisse dicuntur. Horum tres praecipuos numerant Brontem Steropen et Argen, arte fabricandi excimios et excellentes, qui arte sua tonitruum et fulgur Ioui elaborarunt. Cyclopes autem dicebantur, si haesiodo credimus, quoniam vnum in facie orbiculari forma oculum habebant: ut autem Palaeophato placet, quia rotundas quasdam sedes incolebant.

De purpura. 63.

In Tyro insula canis, quidam pastoralis ad litus profectus inuentam concham edit, ipsiusque cruore os suum infecit. Pastor itaque canem suum vulnere affectum esse existimans, accepta lana cruorem ex ipsius ore abstergebat. Ac canem quidem nullum vulnus accepisse reperit, ceterum lanam purpurea tinctura imbutam fuisse. Quae cum pastor concham natura sua tingendi facilitate valere perspexisset, eam rem peruulgauit. Atque hunc in modum collecti in mari conchiliis homines purpuram confecerunt.

De agricultura et fabricandarum nauium arte. 64.

Ceres, ut est in fabulis, Proserpinam filiam habuit, quam Pluto rapuit. Haec ergo cum filiam quaerens varia loca peragrasset, in Atticam profecta est, atque a Triptolemo quodam in Eleusine hospitio accepta ab eo certior facta est, Proserpinam a Plutone raptam fuisse. Pro quo beneficio ipsi semina dedit, hoc est, triticum et hordeum, in d. u. i. t. q. e. i. n. z. m. r. t. a. l. i. b. i. s. e. a. i. n. u. i. d. e. r. e. t. sed omnibus spargeret, ut discerent terras serere et colere, ac fructus dulces et satius comedere. Olim enim rustici fruges vicitabant. Vnde etiam a *βρο παρῖν*, id est, comedere dicta est. Triptolemus igitur, accepto, ut aiunt, draconum alatorum curru, Celeo que comitatus huc illucque uagabatur semina mortalibus libenter impertiens. Quod autem apud Athenienses primum inuentum fuisse extrahendum nauium artem dicit Gregorius, puto eum intellexisse de belli naualis arte. Nam alio qui vhaenices primi nauem edificasse dicuntur, et triremem Semiramis.

De Celeo et Icario. 65.

De Celeo superiore fabula diximus, nimirum eum cum Triptolemo ad impertienda mortalibus semina oberrasse. Quod autem ad Icarium attinet, Bacchum vini inuentorem extitisse aiunt, ac proinde vitis praesidem eum esse censent. Hic ergo Athenis profectus, atque Icarium quendam obuium habens, palmitem vitis ipsi conferendum dedit. Quam cum ipse consuisset et excoluisset, expressa tandem uua, bibit ipse ac pastoribus propinquit. At illi inebriati, nec enim ante vinum hauserant, existimantes se ab Icario intoxicatos fuisse, manus ipsi attulerunt. Eius itaque filia Erigone ex paterni canis latratu mortem ipsius intelligens, quiritabatur, et in summo mare perlabatur. Atque ut opinionis errore sibi fingunt Gentiles, ipsius luctu dij permoti in caelum eam transfulerunt: ac nunc inter astra est Erigone. Quod autem ait Gregorius, Turpe vobis mysterium fecit, haec non ad Icarium spectant, sed ad Ceres fabulam. Fertur enim Ceres, non solum ipsis seminis dedisse, sed etiam legem quaedam in mysteriis, quibus Gentiles initiantur. Ut enim apud diuinitus edoctus Christianus est factus: B ipsius nas: sic etiam apud illos huiusmodi festum dicitur et mysterium. Vocantur enim haec sacra *δυσμύρια*, id est, Cerealia.

De religionis cultu et initiatione. 66.

Orpheus quidam, ut ferunt, genere Thrac, de Graecorum mysteriis pertractauit, cultumque deorum tradidit. Hunc autem deorum cultum *θρησκεία* vocant: quasi *θρησκεία*, id est, religio huius inuentrix esset. Alij deductam hanc vocem putant, quasi a verbo *θεοδρασκεία*, id est, Deum videre. *μυστήρια* autem dictum est, quod mysteriis atque arcanis sacris imbuerentur. Vel etiam quia *μύωτες*, id est, claudentes sensus, ac supra omnem corpoream speciem euecti, ita demum diuinas illuminationes admitterent.

De sacrificiis, Astronomia et Geometria. 67.

Diis sacrificare quidam Chaldaeorum, alij Cypriorum inuentum esse aiunt: nec enim vtri hoc inuenerint satis constat. Chaldaei autem Persica est natio. At verum Astronomiam primi Babylonij per Zoroastrum inuenisse dicuntur. Proximi eam exceperunt Aegyptij ex immensitate terrae et locorum diuisionibus prius edocti, atque ita ad scribendum adducti. Iam Magiam Medij inuenerunt. Differt autem Magia a Goetia, et Goetia a Pharia. Vix hoc cuiquam nota. Magia enim est bonorum demonum ad boni cuiuspiam conciliationem et conseruationem inuocatio: quemadmodum Apollonij Tyanei vaticinia ob bonum extiterunt. Goetia autem est malorum demonum circa sepulchra sese volutantium ad mali alicuius procuracionem inuocatio. Goetia autem dicta est *γοητῖα* Nonnus.

θρησκεία .i. religionem dictam putant, quod a Thracibus inuenta fuisse creditur

Vix hoc cuiquam nota. quod probabit Nonnus.

ἰσὺν ἢ ἄλλο ἴσθωρ, id est, à clamoribus & lucibus, qui circa sepulchra eduntur. Pharmacia autem est, cum exitiosum quoddam medicamentum vel amatorium poculum alicui hauriendum porrigitur.

De arte coniecturæ ex somniis faciendæ. 68.

Telmessus antiquissima Pamphylia urbs est, quæ Cræsi tempestate florebat. Hi primi rationem inuenisse dicuntur, quæ in somnia explorari ac diuindicari possent, si quid enim præter morem in somnis accidisset, quid illud portenderet, dicebant: ac quicquid dixissent, euentu ipso haud dubiè comprobabatur.

De diuinandi arte. 69.

Diuinatrix scientia partim ὀνεισοσκοπικὴν est, quam Phryges inuenerunt, partim αἰσοσκοπικὴν, partim οἰόδοσ, partim ἡροσκοπός, partim παλαμικὴ, ὀνεισοσκοπικὴν est, cum volante hac vel illa aue, antè vel retro, dextrorsum vel sinistrorsum, quid hoc significet, dicimus. quam diuinationis partè Telegonus inuenisse dicitur. αἰσοσκοπικὴν, cum quis ea quæ in domo cōtingunt, enarrat, quidque hoc portendat, exponit. Verbi causa, quoniam in tecto felis aut serpens aut mus apparuit, aut exhaustum est oleum, aut mel, aut vinū, aut aqua, aut cinis, aut aliud quiddā, hoc significat. De quo genere opus edidit Xenocrates. οἰόδοσ, autem, cum ea quæ in via occurrunt, enarrantur. Vt si occurrerit quispiam hoc gestans, hoc tibi accidet: si autem ille, hoc tibi cueniet. De quo genere Pollux pertractauit. ἡροσκοπός, verò, cum ex manuum extensione ac rugis dicimus rem hanc illi manere, vel quod ipsius nuptiæ ambiuntur, vel quod liberos procreabit, vel huiusmodi aliquid: De quo volumen cōscripsit Helenus, παλαμικὴ denique, cum ex corporis palpitatione aliquid cognoscitur. Vt, si palpitet oculus dexter, hoc indicat, aut si humerus, aut reliqua pars corporis. De quo genere opus elucubrauit Posidonius.

De Scythis, qui aduersus heros suos rebellauerunt. 70.

Quidam ex Nomadibus Scythis relictis famulis suis è Scythia latrocinandi causa excefferunt. Prius tamen eos excæcarunt, ac postea hoc muneris ipsis iniunxerunt, vt cum eorum vxoribus lac coagularēt. Cùmque multum temporis interfluxisset, nec Scythæ patriam repeterent: vxores earum cum excæcatis seruis stupri cōsuetudinem habuerunt, ex ipsisq; cōceperunt ac pepererunt: atque ita pro Scythis qui abscesserāt, liberi nascuntur, seruili tamen semine procreati. Ergo cùm Scythæ illi, qui olim patria egressi fuerant, in Scythiā rediissent, hos ex seruis progenitos etate florentes repererunt, atque obuia ipsis cum armis euntes. Ac conseruato inter eos certamine reduces illi Scythæ fusi & superati sunt. Quæ clade accepta anthor ipsis fuit quispiam, ne armis, sed verberibus cum ipsis pugnarent. Armis enim pugnare iis demum cōuenire, quibus cum pari cōditione hostibus res esset: ac virgas ipsis intentare argumētum esse herilis aduersus seruos potestatis. Illi itaque seruis patribus nati cùm veteres Scythas cum virgis conspexissent, velut dominis suis sese submiserunt: sicque sublatum & extinctum est bellum.

De Thessala equa & muliere Lacedæmonia. 71.

Nulla est urbs, quæ non eximium aliquod ornamentū habeat, vt Thessalia equos, Attica argenti metalla, India auream arenā. Consimilem etiam in modum Lacedæmonij venatorios canes primæ bonitatis, & mulieres strenuas & intrepidas. Habuit etiā Sicilia fontem nomine Arethusam, cuius amore captum fuisse Alpheum amnem fabulantur. Porro fontis illius aqua pura est &lympida mirèq; suauitatis. At it ergo Gregorius: Quæmadmodū nonnullæ regiones vrbes & ciues propriū atque eximium aliquod decus habent: sic doctrina Christiana hæc omnia, orphanorū atque extraneorū domicilia, valetudinaria, ac loca in quibus pauperes alantur, atque omnia huiusmodi bona.

De Platonis in verbis sita Republica. 72.

Philosophus Plato opus composuit, quod de Repub. inscripsit. In eo docet qualem esse ciuitatē, quòque ex hominum numero constare, tum quibus moribus legibusque gubernari oporteat. Hæc porro ciuitas sermone solo ab eo coagmentata est: re ipsa autem nec constructa nec gubernata. In hoc volumine his verbis vitur. Fingamus ciues huiusmodi orationem habere, vt eorum consiliū animique solertiam non inertem ac mortuam, sed viuam motūque incitatum videamus.

De Hesiodi Theogonia. 73.

Hesiodi poemata tria extāt, Theogonia, Opera & dies, & Scutum Herculis. In Theogonia deorum ortus enumerare incipit, nimirū quod ex Chao & Aethere natus sit ille, ex Cælo & Terra Saturnus, ex Saturno Iupiter Neptunus & Pluto. Postea cæthenam quandam generū deorūque recentioris nominis deducit: narratque quemadmodum hi dii cum illis dimicauerint, atque hi illum aut illos discerperint. Titanes enim Bacchum dilaniasse feruntur. Hæc porro nomina, quæ hoc loco profert Gregorius, velut Cottum & Briarēū, Hesiodus homines quosdam centimanos fuisse dicit, qui simul cum diis aduersus Gigantes bellum gesserūt. Hos enim aduersus deos insurrexisse fingunt, quoadusque tandem Iouis fulmine oppressi sunt. Consimili quoque modo homines quosdam extitisse ait, qui draconum pedes haberent. Fulminiferos autem deos vocat, vel Iouem ipsum, vt qui Gigantibus fulmen immiserit, vel etiam Steropen & Bronten, qui tonitru & fulgur Ioui fabricati sunt. Insulas porro tum pro sagittis tum pro sepulchris gigantibus immisissas à diis fuisse cōfingit. Acerbi autem & amarulentifætus, qui ex Gigantum ore prodierunt, mortifera hæc animantia extiterunt, velut quæ ipse enumerat, Hydram nempe (quæ centiceps ille serpens erat, quem Hercules interfecit), Chimæram, quam, cum de ea prius verba faceremus, ab anteriore parte leonem, à posteriore draconē, ac medio corpore Chimæram ignem faucibus euomentem esse diximus, à Bellerophonte oppressam & extinctam. Consimilitèrque de Cerbero sermonem habuimus, nimirum canem tricipitem fuisse, qui inferorum portas sedulo custodiret, ac descēdētes quidem ad Inferos mulceret, eos autem qui ascendere conabantur, dentibus peteret ac deuoraret: quem Hercules obruncauit. Quod autem ad Gorgones attinet, tres erant mulieres adeo truculento atque horribili aspectu, vt quisquis eas intuebatur, statim moreretur: quarum vnam lancea sua Perseus trucidasse dicitur.

De eo quod

De eo quod ait Gregorius, Orpheus transeat cum sua cithara. 74.

Orpheus Musicus tantum suauitate cantus valuit, vt eo, vel magia potius sua quercus animantēque rationis experte atque adeo saxa & flumines ad se pertraheret. Huius poemata circūferuntur, quæ pro Theologia Gentiles habent. In his deorum ordines serièrque ac nonnullorum facinora quædam, quæque quorūdam ceremoniæ atque iniitiandi ritus, & qui rerū aliquarum parentes effectoresque sint, recenset. Huius igitur Orphei nonnulla producit Gregorius, quæ de Ioue & Cerere dicta sunt. Priora enim de Ioue dicit, posteriora de Cerere. Ac sensus quidem horum versuum qui ad Iouem spectant, est talis. O Iupiter gloriose, deorū omnium maxime, qui simo omni contineris, tam ouium quàm equorum quàmque mulorum. Quo videlicet carmine Orpheus Iouem vsque etiam ad pecudum ac inmentorium stercus viuificam suam facultatem emittere significabat. Carminis autem de Cerere hic est sensus, Deam sublato corpore femora sua detexisse, vt amans suis corporis sui copiam faceret. Quibus verbis Orpheus Cereris vim ac facultatem ius à quibus expetitur, in promptu esse innuit, eamque paratam ad sese ipsis dandam, eosque explendos. Diuus itaque Gregorius hoc velut fædum atque obscænum, atque illud etiam Iouis vt impurum traducit, meritoque iugillat.

De Phanete & Ericapæo. 75.

In Orphicis poematis hæc duo simul cum aliis multis inducuntur. Ex quibus Phanetem inducit penem retro circa nates habentem: aiuntque eum viuificæ facultatis præsidem atque antistitem esse. Consimili modo Ericapæum alij cuiuspiam facultati præesse narrant. Quod autem de eo, qui deos omnes deuorabat, loquitur, non Ericapæum intelligit, sed Saturnum. Hic enim filios duos quos procrearat, deuorasse, ac deuoratos euomuisse dicitur. Nam cum Iouis loco saxum deuorasset, subsidente saxo cunctos euomuit.

De Homero. 76.

Homerus in suis poematis sursum deorsumque Saturnum & Iouem fabulosè iactat, Iunonem etiā & Venerem & Palladem ac multos alios deos, quos ex poetis cognitos habemus. Comicum autem eum vocat Gregorius, quod nonnulla comicè ac iocosè de diis protulerit, vt quod Iuno eleganti veste induta egregièque ornata ad Iouem se contulerit, eumque vt voluptuariūm fefellerit, ac cum ipso dormierit. Quo quid magis ridiculum excogitari possit? Tragicum verò eundem nominat, quod quædam tristia & luctuosa de diis commentus sit: velut quod Iupiter Vulcanum in Lemnum præcipitem eiecerit: quod Venus à Diomede vulnus acceperit. Quæ profecto luctu ac lachrymis digna sunt. Tragediam quippe lachrymæ sequitur, quemadmodum risus comædiam.

De graculo pennisque ipsius. 77.

Disceptabant aues de pulchritudine: ac penes Iouem huius controuersia arbitrium erat. Præscriptus erat dies, ad quem aues omnes apud Iouem congregari necesse habebant. Pridie autem diei illius aues ad flumines conuolantes pennas suas in vndis abluabant, vt naturalis cuiusque pulchritudo illustrius splēderet. At gracculus auis perexiguo corpore formaque minimè eleganti pennis aliarum auium, quæ iuxta aquas deciderāt, sibi impostis ipse quoque ad Iouem se contulit, vt pulchritudinis palmam accepturus: sed cum obortus vetus alienas pennas, quibus seipsum ornauerat excussisset, repente externa & ajciuita pulchritudine nudatus, deformis, vt natura erat, inuentus est, ac pro sperata gloria ignominiam retulit.

De Oceano & Thetide. 78.

Hanc quoque fabulam inducunt Poëtæ, Oceanum videlicet deorum omnium patrem esse, ac Thetidē matrem, ipsoque hermaphroditum quendam esse. Aiunt etiam disidium olim inter eos extitisse, cæterum opera precibusque Iunonis coisse rursus inter eos amicitiam atque concordiam. Quæ fabula, inquit, significatur per Oceanum aquam, per Thetidem autem terram intelligendam esse: quodque olim aqua nihil commercij cum terra habente nulla res in vitam producebatur, sed interibant omnia. Postea autem Iunonem coniunctionis & matrimonij præsidem duo hæc elementa in concordiam reduxisset: atque ita deinceps rerum procreationem consecutam fuisse.

De nubigrega Ioue & Iunone. 79.

Fabula hæc huiusmodi de causa coniecta est. Iupiter in Troianorum partem magis propendebat, atque ob Thetidis deprecationem in Achillis gratiam inferiores Græcos efficiebat: vt videlicet ipsi ab hostibus superati Achillem requirere cogerentur. At Iuno Græcis consultum cupiens per venerem congressum imposturam Ioui facere meditatur. Ac posteaquæ cum ipso perbacchata est, somnum ei conciliat: vt dum ille dormit, Troiani omni auxilio destituti à Græcis vincantur. Hoc consilio inito meretricia ornamenta ex Veneris cæsto assumit. Cestum porro thecam quandam fuisse aiunt, in qua ea omnia fraudum genera recondita erant, quæ ad pulchritudinem & elegantiam ac venustatem vultusque splēdorem vsui esse possunt. Ita ornata ad Iouem ascendit, atque huiusmodi fuco eum ad voluptatem & libidinem inflammat: quinetiā è terra vnguentorum suauitates sibi vndique iniecit. Terra enim, vt inquit poeta, herbas protulit, vt crocum, rosas, lotū, hyacinthos, lilia, castiam, cinnamomum, stacten, reliquaque aromata vnguentis accommodata.

De Iunone in aethere ac nubibus pendente, vinculisque ferreis astricta. 80.

Iuno, vt passim legitur, dolore ac zelotypia aduersus Herculem percita erat. Proinde cum ille Troiam cū Telamone populatur, ex ea expeditione rediret, Iuno mare perturbauit, excitatisque ventis pertellosum tempestuosumque reddidit. Ita & ventorum & vndarum impetu nauis Hercules iactabatur. Interea præstigiis quibusdam adhibitis Ioui somnū accersiuit: ne, si vigilaret, Herculi tempestate iactato ac periclitanti auxiliū ferret. Expergefactus itaque Iupiter intellecta Iunonis fraude hoc supplicio in eā vsus est. Duabus incudibus pedes ipsius astrinxit, vinculisque iridem manibus firmissimis quibusdam catenis eam è cælo suspendit.

In scholiis nostris loc⁹ hic aliquatō melius explicatur.

De terrore diis iniecto. 81.

Cum Achilles omni animi corporisque robore pugnaret, egregiamque operam nauaret, subit Iouem mentis, ne preter fatum ille Troiam expugnaret. Quo timore affectus diis liberu facit, ut quibus quisque vellet, opem ferret, atque alij Troianis, alij Grecis auxilio essent. Hac potestate ipsis facta Iupiter quidem, ut fingit Poetae, e caelo tonuit: Neptunus autem mare concessit: Pluto vero caelo ac mari commotis peritumuit, ne emota quoque terra ij qui sub terra erant, erumperent, ac res imperij sui in lucem proferrentur. Sunt autem de hac re hi Homeri versus.

Δείσας δ' ἐν θρόνου ἄλλο τὲ λαχέ, μὴ ἴσῳ εἰ ἐρδῶν
Γαίῃ αἰ ἀρρήξει ποσδδῶν οἰοσῆθων, id est,

Atque Erebi dominus regali sede relicta
Exiit pauidus, metuens ne forte supernè
Conciteret terram tumidum qui temperat æquor.

De nutu superciliorum & commotione crinium. 82.

Homerus Iouem inducit pollicitationem hanc, qua Thetidi Achilles iniuriam sese ulturum recepit, superciliorum agitatione confirmantem, ac simul cum capitis nutu criniumque commotione caelum ipsum commouentem. Ambrosios autem crines ipsius vocat, ut pote quos nullus mortalium habere potest.

De Marte sauciato atque in Chalcoceramo incluso. 83.

Martem à Diomede vulneratum fuisse libro Iliad. 5. narrat Homerus. Idem in vincula coniectus est ab Oto & Ephialto Alois filius tyrannica natura praeditis, qui circa Thessaliam extiterunt, diisque bellum inferre meditati sunt. Mars ergo primus cum ipsis congressus est, atque ab eis superatus, in Chalcoceramo victus est. Est autem Chalcoceramus vrbs hoc nomine appellata: vel genus est vinculi difficultis atque insolubilis. Ferunt porro Otum & Ephialtum nono ætatis anno triginta sex altitudinis cubitos habuisse, latitudinis autem nouem cubitos.

De amatore & Venere. 84.

Venus Vulcani fabri vxor erat. Hanc Mars adamauit, cumque ea adulterium perpetravit. Cuius rei certior factus Vulcanus, arte sua Marti ad subagendam Venerem accedenti laqueos neclit, in quos imprudens ille incidit, atque à Vulcano detinetur, ac deprehenditur Venerem cõstiprans. Nec miseratione eorū affectus est Vulcanus: quin potius vt publicam ipsis ignominiam inureret, deos acciuit, libidinēque eorum ob oculos ipsis posuit. Ac tum videntes dij, quemadmodum adulter ille & adultera quasi in triumphum expositi laqueis tenerentur, magno ob eos risu diffusi sunt. Ac postea persoluta exigua pecunia Vulcano pro redēptionis precio, Mars solutus est.

De bellis. 85.

Pallas & Iuno Grecis studentes cum Venere & Marte, qui Troianorum partes tuebantur, bellum gerabant. Possunt etiam hæc bella intelligi, quæ vel Gigantes cum diis, vel Titanes ipsi cum Baccho inierunt.

De Saturno & Cæli excisione. 86.

Poetae Cælum Saturni patrē fuisse fingunt. Saturnus itaque ne quis alius ex patre nasceretur, accepta falce genitalem patris sui partem excidit, atque in mare proiecit: atque exorta spuma nata est Venus, vnde etiam ἀφροδίτη nominata est, ἐκ τοῦ ἀφροδ, hoc est à spuma.

De insurrectione Iouis aduersus Saturnum. 87.

Iupiter Saturnum patrem adeo crudelem atque immanem esse sentiens, vt filios suos deuoraret, impetum aduersus eum facit, regnūque ei abstrahit, propriūque patrē principatu exturbat. Ad imitationem autē patris hoc ab eo factum esse ait Gregorius, quoniam ipse quoque Saturnus aduersus Cælum insurrexerat, ac pudendas ipsi partes absciderat, imperiūque ad se transtulerat. Dulcem porro lapidem Iouem vocat, eundemque acerbum tyrannicidam: lapidem quidem, quoniam Rhæa, vt à nobis dictum est, Saturno lapidē Iouis tyrannicidæ loco deuorandum porrexerat: tyrannicidam autem, vel quia Iupiter aduersus Saturnum rebellauit, vel quia per huiusmodi lapidem eos quoque, quos prius deuorarat, euomere coegit.

De Lucrio deo. 88.

Lucrium deum Mercurium Greci vocant, vt Lucri authorem. Vnde etiam Comicus Aristophanes in I luto addubitans quo nomine Mercurius appellandus sit, statuamus eum, inquit, ἐμπροσθεν, id est, quæstus & Lucri praesidem.

De eo, qui propter mulieres quiduis efficitur. 89.

Iouem intelligit, qui praestigijs quibusdam in aquilam transformatus Ganymedem rapuit, vt eo ad masculam libidinem abuteretur. Phryx autē erat Ganymedes, idcirco, vt Poeta fabulatur, à Ioue raptus, vt pœcillatoris munere fungeretur, cum Iupiter deos prandio excepturus esset. Idem Iupiter praestigiosa quadā arte aurū effectus Danaen compressit. Rursus sub tauri forma Europam rapuit, quæadmodum etiam in cygnū commutatus Ledæ stuprum intulit, & in Satyrum conuersus Nycteridem nympham aliāque sexceta flagitia propter voluptatem libidinēque perpetravit.

De Thesij filiabus. 90.

Iam diximus Herculem vna nocte cum L. Thesij filiabus congressum fuisse, eūque Triuesperi nomen ex eo consecutum, quod tribus diebus procreatus sit.

De Marte iræ praeside. 91.

Mars bellorum praeses dicitur, atque iram spirans, quoniam ea in bellis indigemus, vt irascibilem animæ nostræ facultatem moueat.

De Bacchi temulentia. 92.

Bacchum vitis ac vini atque ipsius etiam ebrietatis praesidem esse aiunt: ipsumque etiam mero se obruentē fingit, cõsiliōque Iunonis huic virio sese addixisse, hoc videlicet agentis, vt ille immoderato potu mētis errore contraheret. Ipsi enim vt Iouis filio infesta erat. Omnes enim ex Ioue progenitos zelotypia insectabatur.

De Diana

De Diana hospites odio habente. 93.

De Tauris & Iphigenia iam verba fecimus. Diana enim apud Tauris scythas colebatur: habebantque illi Iphigeniam Agamemnonis filiam sacerdotē hospites ipsi immolantē. Ipsa quippe hospitū cæde oblectabatur.

De Loxia oracula edente. 94.

Apollo vaticinans nequaquam aperte ac perspicue iis, à quibus consulebatur, oracula edebat, sed obscure atque oblique. Vnde etiam Loxias dictus est, vt contraria iis, quæ euentura erant, vaticinia efferes, ob idque multos in fraudē impellens. Quorum in numero Cræsus quoque Lydorum rex fuit. Nam cum ipse hoc oraculum accepisset, Cræsus Alyn penetrans regnū peruerteret opimū: incertum autē esset, quodnā regnū euersurus esset, existimans ille Apollinem de hostiū regno atque imperio loqui, Alyn flumiū traiecit, propriūque imperium euertit.

De immoderato & effrenato risu. 95.

Simulatque Vulcanus Martem adulterio cum Venere inuictū laqueis suis irretiuit & astrinxit, vt de ipsis triumpharet, deos conuocauit: qui cum eos vidissent, effusissimum risum ediderunt. Claudicantē autē eūdem Vulcanū vocat Gregorius. Claudus enim erat hic deus apud ipsos. Tenuibus porro tibiis oblectabatur Vulcanus, quoniam tibiis incidens Mars in eius laqueos, inuiles illæ ipsi extiterunt.

De Ioue ad pingue conuiuium currente. 96.

Iupiter in Æthiopiā ad epulas profectus est, quas Æthiopes instruxerant, ipsumque cū diis aliis inuitarāt. Epulæ autē illæ Æthiopiū atque earū causa sacrificiū erat, quod Ioui fiebat. De qua re hæc Homeri carmina sunt.

Ζῆς δ' ἐς ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας ἀΐθιοπιῶν

Χθρὸς ἐβη μὲν δαΐτα, θεοὶ δ' ἄμα παύτεσ' ἔπινον.

Quos quidem versus nos supra in scholiis nostris Latinos fecisse meminimus.

B EIVSDEM NONNI ENARRATIO PROFANARVM historiarum, quarum meminit magnus Theologus Gregorius in secunda inuectiua aduersus Iulianum.

De Ariadnes corona. 1.

Ariadne Minois Cretensium regis filia, Thesei Atheniensium regis, qui eò ad interficiendum Minotaurum perrexerat, amore capta est. Hanc porro à Theseo acceptam in Naxos insulam duxit, cumque eam rem habuit: atque in eius honorem coronam in caelo stellis quibusdam depinxit.

De Berenices crine. 2.

Berenice Ptolemai cognomento Euergetis vxor erat: quæ marito bellū peregrè gerente hoc voto se obstrinxit, vt si illasus atque incolumis ille rediret, ipsa detonsos crines in templo donarij cuiusdā loco appenderet. Quo etiam voto defuncta est. Erat autē ipse tempore Astronomus quidam Comonus nomine, qui vt ipsi adularetur, deos ipsius crinē inter astra retulisse affirmavit. Ac proinde nunc nexus quidam stellarū in caelo est, quem Berenices crinem appellant.

De Cygno. 3.

Iupiter, vt quidā tradūt, Nemeos, vt autem alij, Ledæ amore inflammatus, cum eaque stupri commercij habere cupiens, ne à Iunone perspiceretur, Cygni formam subiit: atque ita cum amica cõgressus est. Nūc ergo hic Cygnus in caelo pictus est, atque inter astra collocatus.

De Taurro. 4.

Taurus quidam à Neptuno circa Græciam emissus est: qui cum regionē totam peruastaret, maximamque perniciem ipsi afferret, tandē à Theseo interceptus est. Quocirca dij vt magnum atque illustre Thesei facinus ostenderent, simul etiam vt iram Neptuni lenirent, Taurum inter caelestia astra defixerunt.

De Leone. 5.

Leo ferum ac truculentū animal erat in Nemesa. Est autē Nemesa Peloponnesi regio. Hic igitur Leo maximis detrimentis regionē afficiebat. Eurystheus itaque Mycenarū rex hoc indicat Herculi, eique negociū dat, vt Leonem de medio tollat. Profectusque Hercules Leonem interfecit. Quamobrē dij vt Herculis certamen clarum atque illustre redderent, stellis in caelo Leonem depinxerunt: ac nunc Leo inter astra est.

De Ophiucho. 6.

Ophiuchus hic (Tullius Anguitenem vertit) Aesculapius esse dicitur, Medicinæ praeses: serpens enim longissimā quandam vitā ac senectutis expertem designat. Ferūt enim cum senectute exuere, atque ad iuuentutem redire. Quoniam igitur Aesculapius artis suæ opera & adiumento corpora humana renouat, idcirco eum cum dracone collocavit. Dij autem eum statuæ loco consecrare cupientes, per stellis ipsum in caelo consecrarunt.

De Salmoneo è corio tonante. 7.

Salmoneus Æoli filius rex Thessalorum erat vir in deos impius ac nefarius. Hic coria quadam sicca & dura consuens atque accommodans, ac lebetes quosdam cum coriis pulsans, sonos quosdam edebat, atque ardentes faces manibus gestans insolenter iactabat se Iouis instar tonare ac fulgurare: quoad tandem à Ioue fulminis ictu oppressus est. Filium autem impuberem reliquit nomine Tyro, quæ apud patrum Cepheū educata Enipei fluminis patri amore flagrare cepit. Quod cum Neptunus animaduertisset, flumiū similitudinem induit, atque Enipei loco ea potitus est: ex eoque congressu Peliam & Neleum concepit, eoque vtero gerebat. à Critæo postea in matrimonium accepta est, iadēque peperit, vt quidem erat hominum opinio, ex Critæo, reuera autem ex Neptuno. Quamquam ex ipso quoque Critæo postea liberos extulit.

L L

De Babylonio Zopyro. 8.

Darius Persarum rex cum Babylonem diuturna obsidione cinctam tenuisset, nec eam expugnare posset, ob idque animo angeretur...

De Cyro Parysatidis filio. 9.

Darius minor Xerxis filius ex Parysatide filios duos procreavit, Cyrum et Artaxerxem. Mortuo autem Dario de imperio fratres contendebant...

De Samiorum tyrannide. 10.

Histiæus Samius à Dario Persarum rege, qui eum amore complectebatur, in Perside retentus est: illicque degens patriæ videndæ cupiditate flagrabat...

De Centimanis. 11.

Diximus in superioris Orationis historis duos quosdam centimanos extitisse, Cottum et Briareum, qui cum diis aduersus Gigantes bellum gesserunt.

De reciprocatone Euripi. 12.

Αμύμων, ut iam à nobis dictum est, παχία aduersatur: sunt autem hæc maris affectiones coarctati ac circumclusi vel ab insulis vel à terris...

De Elysiis campis. 13.

Quæmadmodum Christiana fides atque doctrina Paradisum quendam describit: ita Gentiles quoque fictitium quendam locum describunt, quem fortunatorum insulas vocant...

De vocibus εταίροι et ἀσπιδες et ἀσπυρίων. 14.

Plato alique omnes philosophi eos, qui literarum doctrinamque studium serio profitebantur, εταίροι, hoc est amicos et sodales vocabant...

De Minerue

De Minerue tibiis. 15.

Cum Minerva quondam tibiis ludens flumen pertransiret, umbramque suam buccasque inflatas in aquis conspexisset, ob idque sibi ipsa turpis videretur...

De demonum liguratione. 16.

Dæmones omnes sacrificiorum nidoribus gaudentes, liguritores sunt: præsertim autem hoc nomine sugillatur Mercurius. Vnde et δηρακρίων dicitur, quasi δὴρον κρία, id est, carnes persequens...

De Triptolemis Celeis et Draconibus. 17.

Diximus in præcedente Orat. Triptoleum et Celeum semina hoc est triticum et hordeum à Cerere accepisse, atque alato draconum curru vectos uniuersum terrarum orbem peragrassè...

De Orpheo, et eius nugacissima de diis conscriptione. 18.

Orpheus genere Thracæ sono citharæ res quoque ipsas anima carentes demulcebat. Huius poemata circumferuntur, in quibus per fabulosa symbola deorum seriè essentia que nodos, deorumque actiones, facultatesque describit...

De eo, quod ait Gregorius, Quercum loqui desuisse. 19.

Dodona vrbs est in Epiro sita: in qua erat quercus Ioui sacra, in eaque oraculum cuius mulierculæ prophetiæ erant. Atque illi qui oraculum consulebant, quercum ingrediebantur, ac tum mouebatur scilicet quercus, posteaque loquebantur mulieres...

De Pythia. 20.

In Phocide, quæ Græciæ regio est, Delphos vrbs erat, in eaque Apollinis templum, nomine Pytho. In hoc porro templo tripus erat, calculique vaicinij in tripodis phiala. Cùm ergo is qui oraculum adibat, resposum petebat, calculi profilliebant, ac tum prophetiæ, quam Pythiam sacerdotè vocabant, numine implebatur...

De Castalia. 21.

Castalia fons erat in Antiochia, cui Apollinem asidere veteres dicebant, atque oracula ad aquam edere. Cùmque eò quidam oraculi consulendi causa se conferebant, aqua illa, ut ferunt, auras et status emittebat...

De statua muta. 22.

De hac statua, nec quo tempore, nec ubi erecta fuerit, nec quomodo loquebatur, quicquam historis proditum reperimus. Existimandum est autem Delphicam quoque statuam, cum verba faceret, inarticulatas voces extulisse...

De Lauro. 23.

Daphne, ut ferunt fabulæ, Ladonis amnis et terræ filia erat. Hæc eximia formæ pulchritudine atque elegantia Apollinem amore inflammavit. Apollo autem amoris stimulis incitatus puellam persequabatur...

De Baccho androgyno. 24.

Bacchum ferunt et masculam libidinem exercere, et femineam pati, ac Mænadibus circumsseptum esse. Sæpenuero diximus eum vini auctorè ac præsidem esse, illudque et viris et mulieribus dedisse, quo ingurgitati atque obruii promiscuè choreas agunt...

De Semele et tonitruo. 25.

Semele Cadmi filia à Ioue amata atque compressa, Bacchum ex eo concepit. Quo nomine Iuno zelotypiæ facibus inflammata in Semeles nutricem sese transformavit, petendumque ipsi à Ioue censuit, ut cum ea ita cõsuetudinem haberet, quemadmodum cum Iunone consueuisset...

L. L. 2

De utroque pede claudo Vulcano.

26.

Claudus erat Vulcanus, unde et ἀμφιδόμος dicitur est. Quia enim membra sunt arte faber ætarius. Hic Venerem in matrimonio habebat, quia Mars per adulterium abusus est. Atque eos in ipso facinore constitutus laqueus deprehendit. Deum autem eum vocat fuligine ac fumo obsitum. ἀμφιδόμος enim ignis est summi crassioris. Fumo porro ille infectus erat, ut faber. Iam eum arte clarum et insignem appellant Poetae, quoniam iuustris erat apud illos ars fabrilis. Thersitem autem Olympiū idcirco eum vocat Gregorius. Homerus enim quendam hominem inducit Thersitem nomine, claudum, gibbum, strabonem, caluum, ac procacem et petulantem, utque hunc Cræcorum castra secutum, non ut beuum gereret, sed ut omnibus ludibrio esset. Quoniam igitur Vulcanus claudus erat, fumoque obsitus, Deus vestier, inquit ad ethnicos, Thersites est Olympius, claudus nimirum ut ille, ac procax et petulans. Quod autem mox sequitur, Non iam propter adulterium vincitur Mauors, ex eadem fabula pendet. Mars enim adulterium cum Venere perpetrans Vulcani liquet irrcutus esse. Quod verò adiungit, Cum Terrors Timore et Tumultu, hoc ideo dicit, quia hi Pollidis filij, Martis sumuli esse. Martisque vicem dolere dicuntur: tum etiam quia Vulcanus nec terrorem nec metum nec tumultu pertimuit. Ad hoc vulneratū fuisse Martem subiungit, quoniam temere pugnans à Diomede sauciatus est. Quod denique Venerem meretricem appellat, cum eadem fabula coheret: à Marte enim constuprata est. Vel etiam meretricem eam ob hanc causam vocat, quoniam libidinis ac coitus præsidem eam esse Gentiles affirmant.

De Minerva virgine draconem pariente.

27.

Cum Iupiter Mineruam ex cerebro suo procreare vellet, quæreretque aliquem, qui facile et paruo cum dolore caput ipsius feriret, ut illa in vitam lucemque prodiret, de hac re cum Vulcano verba fecit. Vulcanus autem hac una conditione caput ipsi secare voluit, ut eam que mox nascitura erat, denigret. Idque promisit Iupiter. Accepta itaque securi Vulcanus Iouis caput incidit, sicque exiit Minerva: quam protinus Vulcanus persequi cepit, ut cum ea rem haberet. Atque in vita insectatione in Minerue femur semen fudit, quod quidam Minerva lana accepta extersit, atque in terram abiecit. Ita è terra ac lana illa extitit homo draconis pedes habens, qui proinde Erichthonius vocatur, ἐπιτὴν ἐκ τῆς γῆς καὶ τοῦ δράκοντος, id est, à lana et terra nome habes.

De Megara Herculis vxore.

28.

Megara Creontis Thebarum regis filia Herculi nupsit, ex eoque liberos habuit. At Iuno multis de causis Herculem infesto odio persequens, furorem ipsi intecit. Quod percitus ille filios, quos ex Megara sustulerat, obtincauit. De eo, quod ait Gregorius, Iouem ob libidinem et salacitatem quiduis efficit.

Iupiter Danaës amore lagrans aurum effectus est, ac disfluxit: sicque cum ea congressus est. Eodem modo Ganymedis amore correptus aquila factus est. Atque ita seipsum iudinde prestigis quibusdam in alias aliisque formas immutabat, atque ob impuram libidinem in quiduis vertebatur, ille inquam præstantissimus apud Ethnicos deus, atque omnes deos vi ad se in cælum trahens.

De Iouis sepulchro in Creta.

30.

Iupiter in Creta diem vitæ extremum clausisse, atque humo conditus fuisse dicitur: ibique monumentum ipsius esse, in quo Iouem illic iacere credatur, inscriptio docet. Eoque conuinci amentiam et vanitatem eorū, qui Iouem deum esse asserunt. Ex eo enim conuincitur, quia et homo erat, et mortuus est, et iacet in Creta.

De Lucio deo.

31.

De hoc tametsi superiore Oratione diximus, hoc tamen nunc quoque dicemus, Mercurium nempe apud Ethnicos lucris præsidem esse. Unde etiam in usurarium ipsi gestandum tribuunt, ac furtorum antistitem ipsi dicunt: ac κερδαίωνος et λόγους, et ἀγέλοιο et ἀγρῶν, et κῶπις, et eiusmodi nominibus cum appeuāt, id est, Lucrum (hoc enim nomine Arnobius vitium, et faciendum et nuncium, et forensium et furem.

De honore, quo Nilus ab Aegyptiis afficitur.

32.

De hac historia nullam mentionem Herodotus facit. Apud Aristanctum autem Rhetorem hoc legi, Aegyptios festum solenne Nilo publicitus celebrare, atque omnes tam viros quam mulieres ad vrbium theatra sese conferre, illicque quas quisque et quæque epulas habeat, esse: ac tum instituta cõmuni chorea hymnos eodem Nilo cantillare, quos Ioui canere solent: tanquam videlicet Nilus Iouis opus ipsis exequatur, ac regioni præsit. Idcirco autem fortasse anarogynorum honores vocat, quod omni frequentia viri ac mulieres perbacchentur, ac se penumero, ut in temulentia, libidini indulgeant.

De Iude et Mendetibus.

33.

Isis apud Aegyptios magnopere colitur. Io hanc esse dicunt, quæ à Ioue Argo crepta est, atque in boue commutata. Cornua enim circa ipsius statuæ caput appingunt. In eorum enim, vi iam diximus, apud Aegyptios numero est, quæ maximis honoribus afficiuntur. Mendetiorum autem historia est huiusmodi. Aegyptij Pana Mendetem vocant, quoniam lingua ipsorum Mendes hircum sonat. Pan porro hircinam formam habet. Tanta autem religione Mendetem hunc siue vana colunt, ut à capris quoque omnino abstineant, quod deus ipsorum caprina forma sit. Iam verò Apides boues sunt, qui magno in honore apud Aegyptios habentur. Pariebant autem illi, licet alioqui puri atque incorrupti pristino tempore fuissent: signumque aliquod habebant, ex quo apud Aegyptios consistabat Apides eos esse, ac longo temporis spatio gignebantur. Cum autem procreatus fuisset Apis, maximum festum circa eum et Aegyptij celebrabant, ac sacerdotis etiam quidam, qui boui ipsi sacra faciebant. Quod autem ait Gregorius feras quasdam portentosas compositæque naturæ, hoc intelligit, quod ipse quoque Alexandria vidi, nimirum perexiguas quasdam statuas caput canis habentes atque adnexam aliud caput felis, aliudque insuper accipitris. Quæ quidem et Aegyptij colebant, statuisque inscribebant. Nec verò pictam huiusmodi naturam venerabantur, sed etiam belluas alias mutas, quas nefas est venerari.

De Pane

De Pane et Priapo.

34.

Panos historia sic se habet. Ferunt Penelopes vxoris Ulyssis procos apud eam obstinato animo mansisse, tandemque omnes ea positos esse, ex ipsis que Pana exiisse. Atque idcirco Pan dicitur esse, quod ab omnibus procis procreatus fuerit. Ac dicunt Aegyptij eum coitus ipsius præsidem esse: unde etiam hircinis cruribus eum describunt, quod hircus ad venerem proclius sit, quem Aegyptij Mendetem vocant. Hæc de Pane: nunc de Priapo. Aiant Venerem, cum ex Aethiopia veniret, incredibilem quandam pulchritudinem secum attulisse: adeo ut Iupiter quoque ipse eius amore inflammatus, ac cum ea congressus infinitam Iunoni zelotypiâ iniiceret. Confestim ergo Iuno futurum præsentens prospiciens que fore, ut infans, qui ex ea proditurus erat, corporis elegantia filios omnes Iouis antecelleret, prestigis quibusdam anteuertens Veneris ventrem atrectauit, effectique ut infans deformis pareretur. Cum igitur turpis ac scædus in primis et obscænus obesisque puer in lucem prodisset, conspiciens mater filij deformitatem summo sibi dedecori ac probro fore, acceptum infantem in montem proiecit: in quem cum pastor quidam incidisset, ipsum accepit et educauit. Atque ut ad fertilitatem terræ et iumentorum ac quadrupedum esse arbitratus hoc vitium, quod ipsi inerat, hoc est obscæni membri, accepit illud fixitque et honorauit, Priapumque vocauit, id est, iuxta Latinam linguam, eum qui ex errore liberatus iis qui in errore ac solitudine versantur, salutem allaturus est. Atque ex eo tempore à pastoribus coli captus est Priapus.

De concisis ac disceptis diis.

35.

Proserpina ex Ioue Liberum patrem concepit: quem simulatque in lucem editus est, Titanes, qui demoniaci quidam ordines sunt, inuidiæ astro aduersus eum perciti, quoniam à Ioue procreatus esset, crudelissimè discepterunt. Alij Iunonis consilio atque impulsione eum à Titanibus laceratum fuisse affirmant. Atque hæc de disceptis diis. Quod autem ad concisos deos attinet, nihil de hac re memorie proditum est, nisi forte hoc de Gigantibus intelligendum est, qui cum bellum diis intulissent, ab ipsis superati et concisi sunt, atque à Ioue immisso fulmine concremati.

De pænis.

36.

Plato in Phædone de animarum sedibus ac præmiis pænisque verba faciens, ait eos qui iniuste et sceleratè vixerant, in Cocytio et Pyriphlegethôte atque in tartaro pænas luere. Fluuij autem sunt illi, quorum alter frigidissimus est, alter calidissimus. Tartarus verò medius mundi quidam locus est obscurus et caliginosus, in quo flagitiosi et nefarij homines excruciantur. At verò Acheron, qui medius quoque quodammodo est, lustralis potius esse videtur quam scelerum vindex, ut pote qui hominum peccata abluat et abstergat.

De Tantalo.

37.

Tantalus Iouis filius erat. Hic cum deorum mensa dignus habitus fuisset, ipsorum mysteria peruulgauit: ob idque huiusmodi penam pendit. In subterraneis tribunalibus petram capiti superimpositam habet, atque infra se aquam verberem et copiosam et frugiferas plantas: ipsique minax lapis impendet. Atque in ea calamitate est, ut si adiacete aqua sitim sedare tentet, lapis cadens eum excruciet: ita miser et fame et siti cõturbescit, videns quidem ea quibus et fami et siti mederi possit, ceterum eò calamitatis redactus, ut iis ob impendentem ipsius ceruicibus petram, frui nequat.

De Tityo.

38.

Tityus Latone amore captus est, eamque capitis velo tenuit, Postea Diana et Apollo Latonæ filij sagittis eum confecerunt, ac sustulerunt. Nuncque ut ferunt fabula, sagittis traiectū pectus habet, ex eoque cruciatur.

De Ixione.

39.

Ixion Iunonem deperibat: eiusque nefariâ cupiditatem Iuno ad Iouem detulerat. Iupiter itaque ut exploratum haberet, num verè ille Iunonem de amaret, Iunonis formam nebulae impressit, ipsique proposuit. Ixion autem ipsam Iunonem esse arbitratus cum ea congregitur. Quo facinore successus Iupiter huiusmodi supplicio eum affecit. In rota eum extedit, effectique ut rota perpetua volubilitate feratur. Ita ille sursum semper deorsumque voluitur, eoque supplicij genere vexatur.

De eo cuius iecur ab auibus roditur.

40.

Prometheus ignem diis furatus esse, atque ad homines detulisse fertur, Iouem insuper in carniū sacrificij distributione circumscripsisse, ac proinde eum ad iram incitasse. Iupiter itaque ad hunc modum in eum animaduertit. Ad Caucasum montem eum alligauit, ipsique aquilam immisit, quæ iecur ipsius quotidie renascens quotidie depasceretur.

GREGOR. NAZIANZENI EPISTOLA PRIMA ad Cleodionum Presbyterum aduersus Apollinarium.

ARGUMENTVM.

HIS duabus Epistolis refelluntur argumenta, quibus astruere nitebatur Apollinarius, Christum mentem humanam non assumpsisse. Quæ quoniam non familiari scribendi genere, sed acri et pugnaci cõtextu sunt, merito ab aliis epistolis seiunctæ, ac reliquis operibus insertæ sunt.

Hallucina-
tur Nonus
in hac ety-
mologia.

Magna hæreticorum circa Ecclesiam nouandilibido, & insolentia. Colof. 2.



Sic cupimus, quænam hæc tanta sit circa Ecclesiam nouandi libido, ut cuius volenti ac transeunti, ut Scripturæ verbo utar, gregem præclare ductum atque institutum discerpere, ac furuius & clandestinis incurfionibus, vel potius prædatoriis & absurdis doctrinis populari ac diripere liceat. Nam si quid haberent, quod in nobis circa fidem improbare ac reprehendere possent, qui nunc impetum in nos fecerunt: ne sic quidem tamen nobis non admonitis huiusmodi facinus aggredi par erat. Etenim hanc ab iis prius iniri rationem conueniebat, ut nos verbis flecterent, aut doceri se ac permoueri sustinerent (si modò ipsi aliquo quoque loco & numero sumus, ut Dei timore præditi, & pro fidei doctrina graues labores perpeffi, ac de Ecclesia benè promeriti) ac tum (si tum etiam) res nouas moliri, sed tamen hac ratione contumeliosis atque importunis hominibus aliqua fortasse parata fuisset excusatio. Posteaquam autem fides nostra & scriptis consignata & verbis expressa, & hîc & remotioribus locis, tum in periculis tum in tranquillitate promulgata est, quæ sit tandem, ut isti res huiusmodi aggrediantur, nostri contra silentio acquiescant? Nec verò hoc indignum censendum est (quamuis utique graue & indignum sit) quòd homines isti perniciosæ suæ dogmata simplicioribus animis per alios versutiores & sceleratiores infundunt: sed quòd nos in eadem opinione ac sententia esse mentiuntur, hamum suum hac esca circumtegentes, atq; hoc fucò & prætextu cupiditatem suam nefariè explentes, simplicitatemque nostram, qua fiebat, ut non alienorum loco eos haberemus, sed fraterna beneuolentia complecteremur, in sceleris occasionem arripientes. Illud etiam indignitatis accedit, quòd ab Occidentali synodo sese, at audio, susceptos esse affirmant, à quâ eos prius condemnatos esse nemini est obscurum. Quòd si vel nunc vel ante suscepti sunt, qui cum Apollinario sentiunt, hoc ostendant, & nos acquiescimus. Perspicuum enim erit, eos rectæ doctrinæ assentiri: nec enim aliter se res habere potest, si hoc cõsecuti sunt. Id autem omnino liquebit, si vel synodalem codicem, vel epistolæ, quibus ad communionem admitti iubeantur, protulerint. Nam hic synodorum mos est. Sin autem hæc mera verba & figmenta sunt, speciosi cuiusdam coloris fideique ob personarum grauitatem authoritatemque apud imperitam multitudinè nanciscendæ causâ ab ipsis excogitata: eos ut conquiescant, doce, ac refuta. Etenim tuo muneri tuæque fidei integritati hoc conuenire existimamus. Ne imposturâ faciant homines, vicissimque ipsi fallantur, hominem Dominicum, ut ipsi loquuntur, vel potius Dominum nostrum & Deum mentis expertem esse asserentes. Neque enim hominem à diuinitate separamus, sed vnum eundemque profite-mur, prius quidem non hominem, sed Deum & Filium vnigenitum, & sæculis omnibus antiquiorem, à corpore rebûsque omnibus corporeis purum ac liberum: postremò autem etiam hominem, salutis nostræ causâ assumptum, carne passibilem diuinitate impassibilem, corpore circumscriptionem, spiritu incircumscriptionem, terrenum eundem & cœlestem, spectabilem & intelligibilem, loco comprehensibilem, & incomprehensibilem: ut per eundem totum hominem simul ac Deum totus homo, in peccatû lapsus refingatur atque instauretur. Si quis sanctam Mariam Deiparam non credit, extra diuinitatem est. Si quis Christum per Virginem tanquam per canalem decurrisse ac defluxisse, ac non in ea diuino modo, quia absque viri opera, humano, quia procreationis lege, formatum esse dixerit, in simili impietate versatur. Si quis creatum hominem fuisse, Deumque postea subiisse pronunciauit, dånationi obnoxius est. Hoc enim non Dei generatio fuerit, sed generationis fuga. Si quis duos Filios, alterum ex Deo & Patre, alterum ex Matre, non autem vnum atque eundem induxerit, is ab ea quoque filiorum adoptione excidat, quæ rectè

Hæretici orthodoxos secum idè sentire mentiuntur.

Occid. synodus.

Synod. codex & mos.

Apoll. error.

Fides Christiana.

S. Maria Deipara.

rectè creditibus promissa est. Quæquam enim Deus & homo duæ naturæ sunt, quæadmodum & anima & corpus: non tamen duo Filij nec Dij, sicut ne hîc quidè duo homines, tamen Paulus ad hunc modum internam externamque hominis partem appellauerit. Atque, ut paucis rem complectar, aliud quidem atque aliud sunt ea, ex quibus Seruator constat (nisi verò id quod cerni non potest, idem est cum eo quod in oculorum aspectum cadit: & quod temporis expers est, cum eo quod tempori subest) non tamen alius atque alius, absit. Ambo enim hæc copulatione vnum sunt, Deo nimirum humanitatem, atque homine diuinitatem suscipiente, aut quocumque tandem alio verbo quispiam eam rem exprimendam duxerit. Porro aliud atque aliud dico, contra quam in Trinitate res habet. Illic enim alius atque alius, ne Personas confundamus: non autem aliud atque aliud, quoniam tria quoad diuinitatem, vnum idemque sunt. Si quis diuinitatem in eo velut in Propheta per gratiam operatam fuisse, ac non secundum essentiam, connexam fuisse atque connecti dixerit, diuino afflatu careat, immò contrario impleatur. Si quis cruci affixum non adoret, anathema sit, atque in eorum, qui Deum interemerunt, numerum ascribatur. Si quis eum ex operibus perfectionem affectum fuisse, aut post Baptismum vel resurrectionem à mortuis, in filium adoptatum fuisse dixerit, quemadmodum quos Græci ascriptitios inducunt, anathema sit. Neque enim id quod cœpit, aut progreditur, aut perficitur, Deus est: tamen hæc de eo idcirco dicatur, quod paulatim hominibus inclaruerit. Si quis sanctam carnem nunc exutam & abiectam, diuinitatemque corpore spoliatam esse, non autem cum parte assumpta & esse & venturum esse dixerit, præsentiam illius gloriam non cernat. Vbi enim nunc corpus fuerit, nisi cum ea natura, à quo assumptum est: Nisi fortè iuxta Manichæorum deliria Soli impositum est, ut huiusmodi honore dedecoretur: aut in aërem fufum dilapsumque est, quemadmodum fert vocis natura, & odoris effluxio, & fulguris cursus minimè consistentis. Vbi etiam illud ponemus, quod ipse post resurrectionem cõrectatus fuisse scribitur, aut ab iis à quibus confixus est, aliquando videbitur? Diuinitas enim per se oculorum obtutum fugit. Verum cum corpore quidem, mea sententia, veniet: ceterum qualis à discipulis in morte conspectus aut obiter ostensus est, diuinitate carnem superante. Quemadmodum autem hæc amoliendæ suspicionis causa dicimus: sic illa quoque corrigendi noui erroris studio scribimus. Si quis carnem è cœlo descendisse, ac non hinc atque à nobis esse dixerit, anathema sit. Illud enim, Secundus homo de cœlo: & Qualis cœlestis tales & cœlestes: & Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, & si quod aliud eiusdem generis, propter cœlestem vnionem dici existimandum est: quemadmodum & illud, Per Christum omnia facta esse, & Christum in cordibus nostris habitare, non secundum eam Christi partem, quæ in oculos cadit, sed eam quæ intellectu percipitur, permixtis videlicet, ut naturis, ita etiã nominibus, connaturalitatisque ratione inter se vicissim commeantibus. Si quis in hominem mente carentem sperat, amens profectò est, nec dignus, qui totus salute donetur. Nam quod assumptum non est, curationis est expers: quod autem Deo vnitum est, hoc quoque salutem consequitur. Si dimidia tantum ex parte Adam lapsus est, dimidiatum quoque sit, quod assumptum est, & quod seruatur: si autem totus peccauit, toti quoque homini vnitus est Dei Filius, ac toti salutem affert. Quocirca nihil causæ est, cur isti nobis omnibus partibus perfectam salutem inuideant, aut ossa solum hominis, & neruos ac lineamenta Seruatori tribuant. Si enim Christus animatus homo non est, hoc ipsum quoque Ariani aiunt, ut passionem diuinitati tribuant: quod enim corpus mouet, idem quoque patitur. Si autem animatus quidem, ceterum mētis expers, quo tandem modo hominis nomen sustinebit? neque enim homo animal est mente carens. Atque ita necesse erit, formam quidem & obtentum hominis esse, animam autem equi cuiusdam aut bouis aut alius animalis mentem non habentis: ac proinde illud quoque esse, cui salus afferatur, meque

Rom. 8.

1. Cor. 15.

2. Cor. 4.

Ephes. 3.

Alius in

Trinitate

locum ha-

bet, at non

Aliud.

Ascriptitij

dij.

Luc. 2.

Manichæ-

orum deli-

rium.

Ioan. 20.

Zach. 12.

Ioan. 19.

Act. 1.

Matth. 17.

Marc. 9.

Luc. 9.

1. Cor. 15.

Ibidem.

Ioan. 3.

Breuis ex-

plicatio lo-

corum, quib:

Apoll. ute-

bantur.

Ioan. 1.

Ephes. 3.

Adā totus

peccauit.

Ariani.

Homo non

est sine mē-

te.

mendacio ab ipsa Veritate circumuentum esse, eo honore gloriantem, quod alij fuerit tributum. Si verò mentis particeps non autem mente carens homo est, amentia tandem suæ vœcordes homines finem constituent. At dices, abunde mentis vicem supplet diuinitas. Quid verò hoc meâ refert? Diuinitas enim cum sola carne homo non est: immò nec cum sola anima, nec cum vtraque, si mēs abfit, quæ etiam magis homo censeretur debet. Proinde hominem totum retine, ac diuinitatem adiuge, vt beneficium omnibus numeris absolutum accipiam. At duo plena atque perfecta non concipiebat. Non sanè: si quidem corporeo modo rem expendas. Vas enim vnus modij capax, duorum modiorum capax non erit: nec corporis spatium duo aut plura corpora complectetur. Si autem, vt intelligibilia & incorporea ea consideres, nonne animaduertis me & animam & rationem & Spiritum sanctum complexum esse, atque etiam ante me mundum hunc ex visibilibus & inuisibilibus rebus coagmentatum hanc habuisse conditionem, vt Patrem & Filium & Sp. sanctum complecteretur. Huiusmodi nempe rerum intelligibilium natura est, vt incorporeo atque inuisibili modo & inter se & cum corporibus confocientur. quãdo quidem & plurium vocum auris vna capax est, & plurium aspectus in eadem visa feruntur, itidemque odoratus in res eas quæ olfactu sentiuntur, nec sensibus sese inuicem comprimentibus atque astringentibus, nec rebus sensibilibus apprehendentium multitudine decrefcentibus. Iam verò mens hominis aut angeli, si cum diuinitate comparentur, quo tandem modo perfecti dici possint, vt alterum maioris præsentia elidatur. Neque enim splendor quidam, si cum sole conferatur, perfectus est: nec humor exiguus, si cum fluuio. libet enim parua prius afferre, nimirum domus splendorem & solem, terræ humorem & fluuium, vt sic maiora & præstantiora intelligamus. Quo modo enim duo perfecta concipient, hinc domus radium & Solem, hinc terra humorem & fluuium? Hoc verò consideremus. Magna enim profectò cura & animaduersione res digna est. An verò illud eos fugit, quòd res eadē, quæ cum aliqua collata perfecta est, cum altera rursus comparata imperfecta reperitur, vt collis cum monte collatus, & granum sinapis cum faba, aut alio quopiam maiori semine (etiam si iis quæ eiusdem sunt generis maius dicatur) angelus etiã, si ita lubet, cum Deo, & homo cum angelo? Quocirca mens nostra perfecta illa quidem est & princeps: cæterum animæ & corporis princeps, non autem simpliciter perfecta: Dei autem serua & subdita est, nō principatus socia, atque honore æqualis. quippe & Moses vt Pharaonis Deus, ita rursus Dei famulus describitur: & stellæ quemadmodum noctem illustrent, ita vicissim à Sole obscurantur, nec interdum vllò modo apparent: & splendor exiguus magno incendio adiunctus nec extinguitur, nec lucet, nec disiungitur: sed totum illud incendium est, superante nimirum eo, quod vberius est. At damnata est, inquis, mens nostra? quid verò an non & caro damnata? Quare aut hanc quoque propter peccatum abiice: aut illam etiam propter salutem adiunge. Si pars deterior assumpta est, vt per incarnationem sanctificetur, præstantior non assumetur, vt per humanitatis susceptionem sanctificetur? Si lutum fermentatum est, ô sapientes viri, factumque noua conspersio, imago ipsa non fermentabitur, & cum Deo temperabitur atque coniungetur, per diuinitatem deificata? Quin hoc quoque adiciemus, Si mens vt peccatrix & damnata omnino contempta atque reiecta est, ob eamque causam prætermissa mente corpus assumptum est, ignosci utique par est iis, qui circa mentem peccant. Dei enim testimonio iuxta sententiam tuam luculenter demonstratum est, eam nulla ratione curari posse. Atque vt validius argumentum afferam, tu quidem, optime vir, (immò Sarcolatra, si quidem ego Anthropolatra sum) idcirco mentem meam contemnis, vt Deum cum carne deuicias, tanquam aliter astringi nequeat, ob idque intermedium parietem tollis. Mea autem ratio, hoc est, hominis minimè sapientis & eruditi quænam est? mens menti utpote propinquiori magisque familiari iungitur, ac per eam carni, medium videlicet locum obtinēti inter diuinitatem

tem & corporis crassitiem. Porro quam humanitatis siue carnis, vt ipsi dicunt, causam afferant, videamus, si quidem vt concipiatur Deus, alio qui nulla ratione conceptibilis ac sub carne, quasi velamine quodã cum hominibus versetur, scita sanè & elegans hæc ipsis larua est, simulationis que fabula: vt interim non dicam, alio quoque modo fieri potuisse, vt nobiscum versaretur, quemadmodum prius in ignis rubo & forma humana. Si autem vt simili, per simile sanctificato, peccati damnationē deleat, profectò quemadmodum carne propter carnem damnatã, & anima propter animam, ita & mēte propter mentem, utpote quæ in Adamo non solum peccauerit, sed & prima affecta fuerit, quemadmodum Medici in morbis loquuntur. Quod enim mandatum accepit, hoc mandato quoque minimè paruit: quod autem minimè paruit, idem illud quoque violauit: quod autem legem violauit, hoc in primis quoque salute indigebat: quod autem salute indigebat, hoc etiam Christo assumptum est. Ita fit vt mēs assumpta sit. Hoc iam, velint nolint, probatum est irrefutabilibus argumentis, geometricisque, vt ipsi aiunt, demonstrationibus. Tu verò perinde facis, ac si oculo hominis offensus ac pede insuper collabente, pedi quidem medicinam admoueres, oculum autem incuratum relinqueres, aut pictore aliquid minus rectè pingente, ita picturam emendares, vt interim pictorem velut munere suo præclare functum præterires. Quòd si his rationibus exturbati eò confugiunt, vt dicant Deum remota etiam mente homini salutem afferre posse, quidni etiam possit & remota carne, sola voluntate: quemadmodum alia quoque omnia citra corporis operam operatus est & operatur? Quin igitur cum mente carnem quoque tollis, vt plena & cumulata tibi sit amentia: Verum à litera decipiuntur, ob eamque causam ad carnem currunt, Scripturæ morem ignorantes: nos hoc quoque eos docebimus. Nam quòd Christus passim in Scriptura homo & filius hominis appelletur, quid commemorare attinet, cum id ipsi optimè norint? Quòd si hoc loco nituntur, Verbum caro factum & habitauit in nobis, ob idque, vt coriarij crassiores pellēs, ita ipsi præstantissimam hominis partem abradunt, vt Deum cum carne conglutinent: commodè ipsis dicere queamus, carnium quoque solum Deum non item animorum, esse Deum: quoniam scriptum est, Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: Et, Ad te omnis caro veniet. Et, Benedicat omnis caro nomini sancto eius, hoc est, omnis homo: aut rursus, patres nostros incorporeos & inuisibiles in Aegyptum descendisse, solamque Iosephi animam à Pharaone in vincula coniectam fuisse, quoniam scriptum est, In septuaginta quinque animabus descenderunt in Aegyptum: Et, Ferrum pertransiit animam eius, res profectò eiusmodi quæ nullis vinculis coerceri queat. Ignorant enim qui hæc dicunt, res huiusmodi synecdoches figura nominari, atque à parte totum significari, vt cum ait Scriptura, Et pulli coruorum Deum inuocant, vt auium natura designetur. Et, Pleias & Hesperus & Arcturus in memoria sunt, pro eo ac si diceret, omnia sidera, Deique circa ea prouidentia. Huc accedit, quòd non aliter Dei erga nos amor declarari poterat, quam ex carnis commemoratione, & quòd nostra causa etiam vsque ad deteriore partem sese deiecit. carnem enim animam viliorē esse nemo sanus inficiabitur. Itaque hic locus, Verbum caro factum est, eandem vim & significationem mihi habere videtur cum eo, quòd peccatum quoque ipsum & maledictum factus esse dicitur, non quòd Dominus in hæc immutatus fuerit; (qui enim id fieri posset) sed quòd hæc suscipiendo iniquitates nostras sustulerit, & morbos portauerit. Atque hæc quidem in præsentia propter perspicuitatem ac vel cuiuslibet obuiam intelligentiam satis copiosè dicta sunt. Neque enim orationis contexendæ, sed imposturæ comprimendæ studio hæc scribimus, pleniorē longiorēque de his rebus disputationem aliàs, si videbitur, habituri. Quòd verò his acerbius est, minimè silentio prætereundum. Vtinam abscindantur, qui vos conturbant, ac secundum Iudaismum & secundam circumcisionem & secunda sacrificia inuehant. Si enim verum est, quod asserunt, quid prohibet quin Christus ad eorundem reprobatio-

Obiectio
Apoll.

Similit.

Rerum in-
telligibiliū
natura.Mens ho-
minis.Exod. 7.
Num. 12.
simil.

Alia obiec.

1. Cor. 5.

Apollina-
ristæ sar-
colatræ.
Ep. 2.Exod. 3.
Gen. 18.Mēs in A-
damo pri-
ma pecca-
uit.Geom. de-
mōstratio-
nes.Simil.
Al. obiec-
tionis so-
lutio.Hæretici à
litera de-
cipiuntur,
& scri-
pturæ mo-
rem igno-
rant.

Al. obiect.

Ioan. 1.

Ioan. 17.

Psal. 64.

Psal. 114.

Genes. 46.

Deut. 10.

Psal. 104.

Synecdo-
che.

Psal. 140.

Pleias,

Hesperus,

& Arctur.

Iob 38.

Ioan. 1.

2. Cor. 5.

Galat. 3.

Galat. 5.

Gentilis reuolutio.

Hereticorum copia gloriatur. Apoll. in Trinitate error.

Non sat est aliud ab hereticis sentire, sed eorum etiam fugienda societas. Cur scripsit. Psal. 25.

Galat. 5. Hereticorum cantilena & libri pro testamento habentur apud eos.

nem rursus nascatur, & rursus à Iuda prodatur, & in crucem tollatur, & humetur, & resurgat, vt omnia, quæ eiusdem seriei sunt, impleantur, eodem astrorum motu secundum Gentilem reuolutionem eadem circumferente? Quæ enim hæc impletio fuerit, si ex iis, quæ tum contigerunt, alia facta sint, alia prætermissa? Hoc ostendant docti homines & librorum copia gloriantes. Quoniam autem illo de Trinitate libro intumescens, falsò nos, vt minus sana fide præditos infectantur, atque hac illecebra vulgus pertrahunt, illud scire necesse est, Apollinariû, quamuis diuinitatis nomē Sp. sancto dederit, vim tamen diuinitatis minimè retinuisse. Etenim ex magno & maiori & maximo, hoc est, ex Spir. sancto & Filio & Patre tanquam ex splendore & radio & Sole Trinitatem constituere (quod quidem in illius libris disertis verbis scriptum est) diuinitatis scala est non in cælum subuehens, sed è cælo deiiciens. At nos Deum quidem credimus Patrem & Filium & Sp. sanctum, hæc porrò non nuda nomina dispares authoritates virèsq; secãtia, sed vnã eandemque vt appellationem, ita diuinitatis naturam & substantiam ac potentiam. Quòd si quis hæc quidem à nobis rectè dici censeat, cæterùm hæreticorum societatem & communionem obiciat: hoc nostrorum quisquã ostendat, & tum vel permouebimus, vel secedemus. Ante iudicium autem nec aliud quicquam noui, nedum rem tantam & de rebus tantis quidpiam aggredi tutum est. Ac nos quidem de his & Deum hominèsq; testes vocauimus, & vocamus. Ac ne nunc quidem, mihi credas velim, scripsissem, nisi Ecclesiam cum aliis præstigiis, tum etiam præfenti vanitatis concilio laceratam atque conscissam viderem. Quòd si quis hæc nos dicentes & contestãtes aut propter quædam comoda, aut humanum metum, aut propter absurdum liuorem animique malevolentiam, aut propter pastoris & gubernatoris penuriam, aut propter alienorum dogmatum amorem, & nouitatum cupiditatem, vt nullius pretij homines aspernetur, atque ad istiusmodi homines sese conferat, præclarumque Ecclesiæ corpus diuidat, quisquis ille fuerit, iudicium portabit, atque apud Deum in iudicij die causam dicet. Quòd si prolixi libri & noua Psalteria Dauidique ex aduerso resonãtia, & versuum lepos pro tertio quodam Testamento habentur, nos quoque Psalmos elaborabimus, & multa conscribemus ac modulabimur: quando quidem ipsi quoque Spiritum Dei habere videmur, si tamen Spiritus gratia, hoc est, ac non potius humana nouatio. Hæc te apud plebem protestari volumus, ne hominum sermonibus, velut huiusmodi malum dissimulantes obruamur, ac pestiferum dogma propter inertiam nostram & socordiam latius grassari, atque inualefcere videatur.

SCHOLIA.

Populari ac diripere) Gr. λαομαχία: quo verbo vitur Paulus in Epistola ad Coloss. 2. cap. Occidentali synodo) Damasus vrbis Romæ Episcopus, & Petrus Alexandrinus cum Apollinarij hæresim latius serpere cognouissent, coactò Romæ concilio, alicnameam esse ab Ecclesia vniuersali statuerunt: vt scribit Niceph. cap. 12. lib. 11. Vbi multa de Apollinario & illius à fide orthodoxa defectione. Romanum illud concilium Occidentalem synodum hinc videtur intelligere.

Hominem Dominicum) Christum, Dominicû hominem vocat August. tom. 4. lib. 83. quæst. cap. 36. Hic præstantissimum illud & vnicum exemplum Domini hominis proponendum est, qui cum setot miraculis tantam rerum habere potestatem monstraret, & ea spreuit quæ magna bona, & ea susinuit, quæ magna mala imperiti putant. Et eod. lib. cap. 75. Hac voce crebè vitur Epiph. in Anchor. & August. plerisque in locis & præsertim in tract. in Psalm. Duæ tamen ipsi non immeritò postea distulicuit, quemadmodum videre est lib. 1. Retract. cap. 19. Vbi ita scribit. Non video vtrum rectè dicatur homo Dominicus, qui est mediator Dei & hominum, cum sit vitique Dominus. Dominicus autem homo quis in eius sancta familia potest dici.

Promissã est) Nos ipsi in nobis ipsi gerimus adoptionem filiorum expectantes, & c. Rom. 8. Tametsi Paulus) Paul. 1. Corinth. 5. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis: de cuius loci interpretatione contra Apollinariû, qui eo ad suæ hæresis cõfirmationem nitebatur, vide Theophylactum. Et 2. Corinth. 4. Licet is, qui foris est nos ter homo corruptitur, is tamen, qui intus est, renouatur de die in diem.

Ambo enim hæc vnum) Lego enim ἐν τῷ ἀριθμῷ, non vt in Hernagiano ἐν τῷ, vt ἐν nomen sit numerale, non præpositio.

Per totum

Per totum eundem hominem) Epiph. in Anchorato aduersus Apollinariû disputans, Filius Dei, inquit, totum hominem suscepit, nec quicquã ex homine reliquit: ne alioqui pars relicta diabolorursus in escã cedat.

In Trinitate) Alius est pater, alius Filius, alius Sp. sanctus. tres enim distincte Personæ sunt. At non aliud sunt. Vna enim substantia est. Contrà in Christo, alia est diuina, alia humana natura, non tamen alius atque alius Christus. Sic Augustinus cap. 10. lib. 11. de Ciuit. istorum duorum vocabulorum Alius & aliud longè in ratione Trinitatis diuersam esse significationem admonet. Spiritus (inquit) Patris & Filij, Spiritus sanctus propria quadam notione huius nominis in sacris literis nuncupatur. Alius est autem quàm Pater & Filius: quia nec Pater est nec Filius. Sed alius dixi, non aliud: quia & hoc pariter simplex, pariterque bonum est incommutabile & æternum. Sic etiam Hil. lib. 2. de Trin. Alius (inquit) ab alio, quia Pater & Filius: non natura diuinitatis alia & alia, quia ambo vnum.

Quos Græci ascriptitios) Gr. ἀσκριτῖοι, Momus apud Lucianum in Dialogo, cui titulus est, Iupiter Trægædus, his verbis vitur. Ac mihi hoc loco, ô Iupiter, soli enim sumus, nec vllus hominum in hoc cœtu est præter vnum Herculem ac Dionysium, & Ganymedem & Esculapium, qui nothi sunt & dij ascriptitij, & c. Ascriptitios autem deos vocabant minorum gentium deos, qui ex hominibus in deorum ordinem cooptati fuerant. Cic. de Legibus deos maiorum gentium appellat, qui semper cælestes sunt habiti: ascriptitios autem, quos in cælum merita vocauerunt.

Quod paulatim hominibus) Nimirum Luca 2. cap. Vbi habetur: Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines. Quem locum explicãs Gregorius, ait hæc verba non ita accipienda esse, quasi in sapientia progressus faceret, sed quia ipsius sapientia paulatim hominibus innotesceret.

Manichæorum deliria) Manichæi Christi corpus in Sole repositum esse nugabantur, ex illo Dauidis loco Psal. 18. malè intellecto errorem suum haurientes, in Sole posuit tabernaculum suum. Vasanam autem & impiam illorum de Sole opinionem vide apud August. cap. 6. lib. 20. contra Faustum. Athanas. lib. 3. de Assumptione hominis, Manichæos Solicolos vocat. Hermogeni tamen si hanc hæresim tribuit Theodorit. vt alibi iam annotauimus.

Hoc ipsum Ariani) Ariani Christum animam assumpsisse negabant. Ita passionem diuinitati tribuebant, quemadmodum colligit Gregorius. Quod enim corpori morum affert, idem quoque patitur.

Quæ etiam magis homo) Multi hominem sola mente definerunt: Plato præcipue substantiam ipsam rationalis animæ haberi: corpus autem hominis simulachrum & vmbra. Vide Mars. Ficinum in argumento 12. dialogi Platonis de Legibus. Vnde Africanus apud Ciceronem in Somnio sic Scipionem alloquitur: Nec enim is es, quem forma ista declarat: sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quæ digito demonstrari potest.

Vt sarcolatras) Vt idololatras vocantur, qui simulachris diuinis honores tribuunt: ita Apollinarij & Orthodoxos Anthropolatras appellabant, quòd totum hominem à Christo assumptum fuisse crederent, sicque illum colerent. Eodem itaque modo Gregorius Apollinarij sequaces Sarcolatras vocat, quòd carnem solam ab eo assumptam fuisse contenderent. Superius enim probauit, eos qui mentem tollant, animam quoque prorsus tollere, vt pote in qua nihil sit mente præstantius.

Intermedium parietem) Gr. τὸ μεσοτοιχώριον, qua dictione vsus est Paulus Epistola ad Ephes. cap. 2. Hoc autem loco per medium parietem siue interstitium, mentem intelligit Gregorius, qua intermedia diuinitatem Christi humane carni coniunctam fuisse ait.

Siue carnis) Malebant enim Apollinarij & ἀποχριστῶς, i. incarnationis verbo vti, quàm ἀπὸ τοῦ σώματος: quòd totum hominem à Christo assumptum fuisse negarent.

Geometricis (que) Apud Quintilianum cap. 18. lib. 1. Orat. Inst. Geometricarum rationes dicuntur potentissimæ. Synecdoches figura) Quid sit synecdoche, docet & idem Quintil. cap. 6. lib. 8. De illius autem vsu in sacris literis, August. cap. 35. lib. 3. de Doct. Christiana.

Comprimentæ studio) Hinc Niceph. cap. 13. lib. 11. Apollinariû & Eunomium multos proculdubio in suam sententiam pertracturos fuisse scribit, nisi Basilium & Gregorium Cappadoces aduersarios inuenissent, qui multa aduersus eos scriberent.

Secundû Gentilem reuolut.) Hunc orbem ab eisdem abeundi & ad eadem refutat Aug. lib. 10. de Ciuit. cap. 31. Quæ opinio Platonicorum fuit, qui circuitus temporum induxerunt, quibus eadem semper fuisse renouata, atque repetita in rerum natura, atque ita deinceps fere sine cessatione assuerant, vt idem August. docet lib. 12. cap. 13. Cur autem hunc orbem necessarium puarent Platonicis, exponit Vives lib. 10. cap. 31. Ne videlicet cum certus esset animarum numerus à Deo, cum mundum hunc architectaretur, creatus, deessent qui terram incolerent homines mundo æterno & hominibus morti subditis. De hac re vide Scholia nostra in primâ orat. de Theolog. circa finem, vbi de circuitibus animarum sermo habetur. Cæterum reuolutionem hæc videtur attingere Tullius in Somnio Scipionis.

Apollinarij) Vincit. Lirinensis in lib. aduersus phanas nouationes de Apollinario loquens, Quid illo præstantius, acumine, exercitatione, doctrina: quàm multas ille hæreses multis voluminibus oppresserit, quot inimicos fidei confutauerit errores, indicio est opus illud 30. non minus librorum, nobilissimû & maximum, quo insanas Porphyrij calumnias magna probationum mole confudit. Lógum est vniuersa ipsius opera commemorare, quibus profectò summis Ecclesiæ edificatoribus par esse potuisset, nisi profana illa hæreticæ curiositatis libidine nouum nescio quid adinuenisset, & c. Multa quoque in eiusdem laudem commemorat Epiphanius lib. 3. priusquam ad errorum illius confutationem veniat, lenissimèque illum tractat, quod videlicet nondum de eius sanitate desperaret.

Alia facta) Id est, anima assumpta sit, mens autem prætermissa.
Librorum copia) Basilius in Epistola ad Occidentales Episcopos, cuius initium est, Dominus Deus noster: Apollinarium voluminibus suis totum orbem impleuisse testatur, non satis illud Ecclesiastici cap. 1. audientem, Caue multos libros conficias.

Cum aliis præstigiis) Gr. πρὸς ἑσθλας, in Heruagiano. videtur Bilibaldus legisse *νεγκριας*, Et certè ita habet vetustissimus Regine codex. Mihi tamen prior lectio magis arridet. Neque enim *νεγκριας* nomen satis mihi quadrare videtur cum iis quæ præcedunt, *εἰ μὴ τὴν ἐκ νενοίας ἐσθλας ἑσθλας ἀπορρίψω ἐ πρὸς ἑσθλας*.

Vanitatis concilio) Sic hæreticorum concilia vocat David Psal. 25. Non sedicum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.

Et noua Psalteria) Apollinarius Davidis Psalmos versibus expressit, qui liber non ita pridem Lutetie excusus est, præmissis aliquot de illo Suidæ, Sozomeni, & Socratis Græcis elogis. Idem quemadmodum narrat Socras. in hist. Tripart. lib. 3. cap. 16. libros Mosaicos carmine vertit, & quæ in veteri sunt instrumento historica forma conscripta, partim dactylico metro construxit, partim ad formam tragædiæ dramaticè elaborauit. Vide Niceph. cap. 12. lib. 11. Ab eo cum videret Gregorius multos suauitate carminis illectos in errorem pertrahi, vt huic malo medicinam afferret, animum ad componendos versus appulit, multaque in extrema senectute carmine scripsit. Quin & Hieronymus illum ad 30. vsque millia versuum scripsisse testis est, quorum ne dimidiam quidem partem habemus.

Pro tercio quodam Testamento) Id est, Ita ab ipsius sectatoribus efferuntur, quasi tertium quoddam Testamentum è cælo demissum fuerit.

AD CLEDONIVM ADVERSVS APOLLINARIUM, Epistola secunda.



Quoniam multi ad pietatem tuam accedentes certissimam quandam fidei doctrinam quærun, eaque de causa à nobis breuem quendam & compendiosum sententiæ nostræ tractatum & regulam amicè postulasti: idcirco pietati tuæ scripsimus, id quod ante literas quoque nostras perspectum habebas, nos fidei Nicenæ, quæ à sanctis patribus illic ad euersionem hæresis Arianæ collectis promulgata est, nec quicquam vnquam prætulisse, nec præferre posse: verum fidei illius esse, Deoque fauente fore: adiungentes, & insuper explicantes id quod ab illis minus plenè de Sp. sancto dictum est, quoniam nõdum coorta atque excitata hæc quæstio fuerat, nimirum vnam eandemque Patris & Filij & Sp. sancti diuinitatem agnoscendam esse, Deum quoque videlicet Spiritum profitendo. Eos igitur, qui ita sentiunt ac docent, pro sociis habere, quemadmodum & ipsi facimus: eos verò, qui secus sentiunt, auerfare, atque à Deo & Ecclesia Catholica alienos existima. Quandoquidem autem & de diuina humanitatis siue carnis assumptione quæstio quædam mouetur, hoc quoque omnibus de nobis affirma, nos Dei Filium, qui ex Patre primùm, ac deinde ex sancta Maria Virgine genitus est, coniungere: nec Filios duos nominare, sed vnum & eundem in diuinitate indiuisibili & honore adorare. Quod si quis vel nunc vel in posterum his minimè assensus fuerit, ipse Deo in die iudicij rationem reddet. Ac nostra quidem aduersus væcordem & amem eorum de mente opinionem oblectatio atque oppositio, vt breui complectar, ita se habet. soli enim ferme ita docent & afficiuntur, mentis errore mentem circuncidentes. Porro ne nos accusent, vt dilecti Vitalij fidem, quam ita postulante beato Damaso Romæ Episcopo literis consignatam edidit, prius quidem amplexos, nunc verò improbantes, ac respuentes, age, de eo quoque paucis differamus. Hi etenim, cum apud germanos suos discipulos arcanorumque conscios, quemadmodum Manichæi apud eos, quos Electos vocant, de diuinitate disputant, totum morbum ipsis detegentes, vix etiam carnem Saluatori tribuunt. Cum autem communibus de humanitatis assumptione rationibus & argumētis à Scriptura luculenter expressis conuinci ac premi se vident, tum verò pias quidem dictiones confitentur, verum circa mentem dolum struunt, non quidem animæ nec rationis aut mētis expertem nec imperfectum hominem confitentes, cæterum pro anima & ratione ac mente diuinitatem constituentes, perinde atque ipsa sola cum carne temperata atque copulata

Cur scribat.

Nicena fides.

Cur in syn. Nicena minus plenè sp. sancti diuinitas exposita. Hærenuci fugiendi. Breuis fidei expos.

Vitalius. Damascus.

Manichæorum electi.

Hæreticorum malitia.

copulata fuerit, ac non etiam humanæ nostræ res & proprietates: etiam si illa ab omni peccato pura atque humana conditione sublimior esset, perturbationumque nostrarum expiatrix. Sic quippe illud, Nos autem mentem Christi habemus, peruersè ac perquam stolidè interpretantur, mentem Christi diuinitatem esse dicentes, non autem hunc locum more nostro exponentes, nempe quod ij qui mentem suam ad illius mentis, quam pro nobis Seruator accepit, imitationem purgarunt, atque ad eam, quantum fieri potest, composuerunt, mentem Christi habere dicuntur: quemadmodum & illi carnem Christi habere dici possint, qui carnem disciplina frenauerint, ac concorporei & comparticipes Christo ea ratione facti fuerint: & sicut portauimus imaginem terreni, ita, inquit, portemus imaginem cœlestis. Eodem modo apud ipsos quoque perfectus homo dicitur, nõ qui nostra omnia excepto peccato expertus est, sed temperamētum illud ex Deo & carne constātū. Hoc enim, aiunt, quid perfectius? Eadem malitia quæ in Sp. sancto quæ i. adsumptæ humanitatis vocabulum peruertunt, hoc verbum in Deo non ita explicantes, vt idem sit, quod, In homine, quem sibi circumfixit, extitit, iuxta id quod ait Scriptura, Ipse enim sciebat, quid esset in homine: verum idem esse affirmantes & docetes, quod, cum hominibus consuetudinem habuit ac veratus est, atque ad hæc verba confugientes, Posthæc in terra visus est, & cum hominibus veratus est. Quid pluribus verbis contendere necesse est, cum homine atque interna imagine submota externam tantum nostri partem per nouam hanc personam atque in oculos cadentem purificent, adeoque secum ipsi pugnent, vt nunc propter carnem cætera quoque crasse & carnaliter exponant (hinc enim illis secundus Iudaismus manauit, & stulta illa & ridicula mille annorum in paradiso delictatio, illudque propemodum, nos eadem rursus post eadem resumere:) nunc rursus opinionem potius quam veritatem carnis introducant, tanquam nihil humani passa fuerit, ne earum quidem rerum, quæ peccato vacant: atque ad huius dogmatis confirmationem Apostolicam quandam vocem adhibeant, nec Apostolicè intellectam, nec pronūciatam, nimirum in similitudine hominum Seruatorem factum esse, & habitu inuentum vt hominem, quasi his verbis non humana natura significetur, sed fallax quædam imaginatio & opinio. Quoniam igitur hæ voces, si rectè intelligantur, cum pietate coniunctæ sunt: si malè, impietatem adnexam habent: quid mirum si Vitalij quoque verba nos quidem in commodiorem magisque piam sententiam acceperimus, ita suadente voluntate: alij autem scripti sententia exardescant: Quod Damascus quoque ipse cum postea rectius edoctus fuisset, simulque in pristinis eos expositionibus perstare audiisset, eos ab Ecclesia proscripsit, fideique libellum cum anathematismo deleuit: tum etiã quod fraudem eam, in quam per simplicitatem inciderat, permolestè ferret. Harum itaque rerum cum manifestè conuicti sint, non animis exæstuet atque inflammantur, sed pudore suffundantur: non mendaciis nos incessant, sed comprimantur, atque insigne illud & admirandum orthodoxiæ elogiū ex ædium vestibulis obliteret (quo ingressuris statim cum huiusmodi quæstione ac distinctione occurrunt.) Adorandum videlicet esse non hominem Deiferum, sed Deum carniferum. Quo quid stultius ac demētius fingi possit, gloriantur licet hoc verbo noui illi veritatis præcones? Quanquã enim subita illa Antistrophe gratiã nonnullã habeat, &, velut in calculorum subductione ludificationem imperitos oblectat: nihil tamè æquè ridiculū, nihil æquè stultū excogitari potest. Nã si quis has voces homo & caro in Deum mutauerit (quarum altera nobis, altera illis placet) ac deinde eximia ista & diuinitus inspirata cõuersione vtatur, quid colligetur: nepe adorari debere nõ carnem deiferam, sed Deum hominiferum. O miram absurditatem! Absconditam post Christum sapiētiam nobis annūciat: res lachrymis digna. Si enim 30. his ann. fides originem habuit cum 400. ferè anni ab eo tempore fluxerint, quo Christus palam cõspectus est: inane tãto tẽpore fuit Euãgeliū, inanis etiã fides nostra. & Martyres quidem frustra martyriū subierunt, frustra etiã tales tantique antistites populo præfuerunt: versibus

1. Cor. 7. Hærenouas interpretationes cõminiscuntur.

1. Cor. 15.

Hebr. 4.

Hæret. malè Scripturam interpretantur.

Ioan. 2. Baruch. 3.

Hærenon pugnant.

Apostolica quidem ciuant hæretici, sed nõ Apostolicè intellecta. Philip. 2.

Papa hæreticos ab Ecclesia proscribit. Damascus.

Antistrophe.

Ephes. 3. Colos. 1. Et cur non idem hodie orthodoxi hæreticis obiiciunt?

Ioan. 1.
Matth. 4.
Ioan. 4. 19.
Ioan. 4.
Matth. 8.
Luc. 2.
Matth. 4.
Luc. 9.
Matth. 14.
Ioan. 11.

Hæc incō-
stantes.

Gregorio
pace nihil
antiquius.

que non fidei gratia ascribenda est. Iam verò quis non eorum eruditionem vnicè admiretur, qui cum perspicuè ea quæ Christi sunt, diuidant, atque illa verba, factus est, ceteratus est, esuriit, sitiuit, fatigatus est, dormiuit, humanæ parti attribuât, quod autem ab Angelis glorificatus fuerit, & tentatorem vicerit, & populum in deserto aluerit, atque ita aluerit, & mare pedibus ingressus sit, diuinitati assignet. Itémque illud, Vbi Lazarum posuistis, nostræ infirmitatis esse dicat: contrà, quod Lazare veni foras, clamauerit, & quatruiduanum mortuum ad vitã reuocarit, supra nos ponant: atque illa verba, In agonia fuit, & cruci affixus ac sepultus est, externi integumēti esse affirmant: hæc autem confidit & resurrexit atque ascendit, interni thesauri: cum inquam ad hunc modum res Christi diuidant, nos tamen A ita accusant, quasi duas naturas distinctas, aut inter se pugnantibus inuehamus, atque excellentem & admirabilem vnionē diuidamus. Atqui par erat, vt, vel quod accusant, non facerent, vel quod faciunt, non accusarēt: si modò sibiipsis saltem constare proponerent, ac non & sua & aduersariorum dogmata commemorare. Talis nimirum est vācordia: & secum ipsa, & cum veritate pugnat: vt nec se in se ipsos reuolui, sentiant, nec erubescant. Quòd si quis nos vtrò ac libenter, ac non coactos potius ac vi pertractos scribere vel loqui existimat, aut quòd cōcordiam coniunctionemque remoremur, ac non in eam potius omni studio incumbamus, is malè se existimare sciat, nec cupiditatis nostræ scopū assequi, quibus pace nec est quicquam, nec fuit antiquius, quemadmodū res ipsæ fidem faciunt: quamuis B ea quæ isti aduersum nos faciunt, atque designant, concordia prorsus excludant.

S C H O L I A.

1. A sanctis patribus) synodum Nicenam trophæum aduersus omnes hæreses vocat Athanasius in Epistola ad Epictetum, quæ extat & apud Epiph. sub initium lib. 3. tom. 2. Idem in Epistola ad Episcopos Africæ ad hanc synodum 318. Episcopos conuenisse testis est. Quæ fuerit autem huius synodi fides, extat nostri Theologi de illa commētatio à Rufino Latina facta: quam & multi patres antiquitus suis scriptis immiscuerunt.
2. Vt dilecti Vitalij) Vitalius honestate vitæ conspicuus, & Apostolicorum dogmatum alumnus, ab Apollinario tandem correptus est, atque in hæresim pertractus. Theodoritus lib. 5. cap. 4. Hunc Apollinaris sectatoribus suis Antiochiæ præfecit. Niceph. cap. 4. lib. 12. qui & illius supra meminerat cap. 11. lib. 11. Vbi & Apollinaristas Vitalianos dictos ab Antiochenis scribit. Cum Vitalio isto se Antiochiæ congressum, atque multa de mente Christi cum illo differuisse scribit Epiphanius lib. 3. tom. 2.
3. Quos electos vocant) Augustinus in lib. de Hæresibus ad Quoduultdeum, Manichæos Ecclesiam suam voluisse constare duabus professionibus auditorum & electorum scribit. Vt autem intelligas, quos electos, quosque auditores vocarent Manichæi, operæ precium erit verba eiusdem Augustini ex Epistola 74. ad Deuterium Episcopum huc ascribere: Auditorum (inquit de Victorino subdiacono loquens) sanè Manichæorum, non electum se esse confessus est. Auditores autem qui appellantur apud eos, & carnibus vescuntur, & agros colunt, & si voluerint, vxores habent, quorum nihil faciunt, qui vocantur electi. Sed ipsi auditores ante electos genua figunt, vt eis manus supplicibus imponant, non à solis Episcopis vel presbyteris aut Diaconis: sed à quibuslibet electis. Solem etiam & lunam cum eis adorant, & orant. Die quoque Dominico cum illis ieiunant, & omnes blasphemias credunt, & c. Hæc ibi Aug. Electorum etiam ipsorum vt & electarum meminit Posidonius Calamensis de Vita Aug. cap. 16.
4. Antistrophe gratiam) Antistrophe figura est Rhetorica, quæ arguta dictionum conuersione orationi gratiam conciliat, vt cum dicebat Apollinarius, Adorandum esse non hominem deiferum, sed Deum carniferum.
5. Absconditam post Christum) Paulus Eph. 3. redemptionis humanæ mysterium vocat sacramētum absconditum à seculis: & Coloss. 1. mysteriū absconditum à seculis. Id porro mysteriū à Christo seruatore patefactum est. Huc igitur alludens Gregorius, execrabilem hæreticorū furorē salisimè perstringit, qui, quasi cælestis hæc sapientia post Christi passionem tecta atque obscura fuerit, eam nunc à se enunciari, ac velut è tenebris in lucem extrahi gloriantur.
6. Versibus (que non fidei) si, inquit, eò existimandus est Apollinarius veram fidei doctrinam in lucem extulisse, quòd versus elegantes scribat: non iam fidei, sed carminum suauitati gratia ascribenda.
7. Si modò sibi ipsis) Quam parum sibi constarent Apollinaristas, docet Epiph. loco supra indicato.

GREGORII NAZIANZENI DE FIDE,

Ruffino Presbytero interprete, tractatus.

Ides conscripta apud Niceam à rectè credentibus episcopis trecentis decem & octo. Credimus in vnū Deum, patrem omnipotētem, omnium visibilium & inuisibilium factorem: & vnum Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei, natum de patre vnicum: hoc est de substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine: Deum verū de Deo vero, natum non

non factū: vnus substantiæ cū patre: quod Græci dicunt *ὁμοούσιος*, per quem omnia facta sunt, siue quæ in cœlo, siue quæ in terra. Qui ppter nos homines, & propter nostrā salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus est, resurrexit tertia die, ascendit ad cœlos, inde vēturus iudicare viuos & mortuos. Et Sp. sanctū. Eos autē qui dicūt, erat quādo nō erat, & priusquā nasceretur, nō erat: & mutabilem, vel cōuertibile esse filiū dei, hos anathematizat cath. & apost. ecclesia. Amē.

Amore catholicæ fidei ductus, iam pridem aduersus Arianos libellū edideram, quem cū amico legendum dedissem, quia placuit, credidit transcribendum. A quo hoc ego magnopere postulauī, vt interim dissimulato autore, doctis viris & prudentibus legeret: vt si quem mouisset, quòd illic plus aut minus positum videretur, posset plurimorum consilio emendari. Nemo est enim qui sibi tam arroganter summam doctrinæ cœlestis assumat, vt putet se omnia mysteria liquidò comprehensa retinere, cū Paulus Apostolus dicat: Qui ergo putat se aliquid scire, necdum scit, quemadmodum oporteat scire, & modò per speculum in ænigmate videmus, tunc facie ad faciem. Sin verò cunctis omnia quæ illic scripta erant, iuxta fidem veram constare viderentur, tum & ipse petentibus non negaret. Quod eum ita fecisse, manifestum est. Et quia res digna, tam catholicæ confessioni, quàm hæreticæ responsioni, vniuersorum iudicio æstimata est, multi eum vel legere, vel describere voluerunt. Sed non defuit qui vel pro studio doctrinæ, vel pro charitatis officio, ea quæ à nobis dicta sunt, scrupulosius retractaret, & quædam ille vel superflua, vel ambigua diceret, quæ aliter possint à quibusdam, quàm à me dicta sunt accipi. Proinde rursus ea ipsa planiori sermone in hoc libello digessi, vt & simplicitatem sensus mei ostenderem, & scrupulum legentibus amputarem. Nam hoc est quod aiunt posse reprehendi, quod vbi verbū Dei ex persona filij posuimus, tale hoc verbum intelligere putemus, quale grammatici tradunt, spiritu oris aërem offensum, intelligibilem auditu. Sed nos sapientiam non huius mundi quæ destruitur, sed illam quæ ex Deo est, nouimus, quæ verbum Dei Deum esse insinuat, cū dicit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Vnde mirari me fateor, hoc ita sentiri potuisse, quasi nos personam propriam verbi, quod est filius, negaremus, quem tot locis verum filium, de vero patre natum, non factum ingessimus. Nemo verbotenus nominat, quem verè esse in persona sua sæpius profiteretur. Nam quomodo aut verum filium, aut verum patrem confessi sumus, si non verè proprietatem personarum, tam patris quàm filij seruauimus? Sed quia vnus Dei vocabulum diximus, personas negasse putamur. Et hinc verisimile visum est, quod posuimus. Nos patrem & filium ita nominamus, vt vnum Deum in his personis & nominibus assignemus. Porro iterum pater & filius, etsi duo nomina appellantur, D ratione tamen & substantia vnum sunt. Et cū patrem & filium statuo, vnitatem assigno generis. Hæc omnia intelligi posse, æstimata sunt, quasi ista vocabula inter patrem & filium ita posita sint, vt est nomen & cognomen, vnus tamen personæ, cū ex superioribus aut inferioribus dictis potuerit hæc suspicio non admitti. Qui enim filium Dei non aliunde natum dixeram, quàm propriè de patre, totum de toto, integrum de integro, perfectum de perfectò, consummatamque virtutem, quomodo potui ipsum patrem, ipsum sibi filium ponere, & hoc modo vnam personā duobus nominibus appellare: Quippe cū & hanc sectam, id est, Sabellianam in eodem libello damnauerim, & personarum distinctionem, secundum vocabulum scripserim. Nam & nemo pro vna persona potest, vnum sunt, dicere, vel vnitatem generis, nisi personis assignare. Quis autem catholicorū ignorat patrem verè esse patrem, filium verè filium, & spiritum sanctum verè esse spiritum sanctum? Sicut ipse Dominus ad apostolos suos dicit: Euntes baptizate omnes gentes, in nomine patris & filij & spiritus sancti. Hæc est perfecta trinitas in vnitatem consistens, quàm scilicet vnus substantiæ profiteamur. Non enim

Sentent.

1. Cor. 8.

13.

Ioan. 1.

Sabellij
error.

Matth. 18.
Trinitas
perfecta in
vnitatem
consistens.

nos secundum corporum conditionem, diuisionem in deo facimus: sed secundum diuinæ naturæ potentiam quæ in materia non est, & nominum personas verè constare credimus, & vnitatem diuinitatis esse testamur. Nec extensionem patris alicuius ex parte (vt quidam putauerunt) Dei filium dicimus: nec verbum sine re, velut sonum vocis accipimus, sed tria nomina & tres personas, vnius esse essentia, vnius maiestatis, atque potentia credimus. Et ideò vnum Deum confitemur, quia vnitas maiestatis, plurium vocabulo deos prohibet appellari. Denique patrem & filium catholicè nominamus. Duos autem deos dicere, nec possumus, nec debemus. Non quòd filius dei deus non sit, immò verus deus de deo vero: sed quia non aliunde, quàm de ipso vno patre, dei filium nouimus, perinde vnum deū dicimus. Hoc enim prophetæ, hoc apostoli tradiderunt, hoc ipse Dominus docuit, cum dicit, Ego & pater vnum sumus. Vnum ad vnitatem diuinitatis (vt dixi) refert: Sumus autem, personis assignat. Sic & Apostolus ait, Vnus est (inquit) deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso. Et vnus Dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per ipsum, sed non in omnibus est scientia. Qua de re explanatis his verbis, quæ scrupulum non mihi qui scio quod dixerim, sed aliis inferrebant, puto occasionem male interpretationis fuisse sublatam. Nam & professio fidei manifesta est, & persona cum vocabulis constat, & vna diuinitas assignata est. Vel si est adhuc aliquid, quod legentibus ambiguum videatur in verbis, ad sensus debent verba conferri, quia non simplicitas verborum, sed mali intellectus obstinatio, culpam olet. At cum sensus noster cum veritate concordet, & verba debent cum ratione sincerissima. Vnde à simplicitate Christiana, Academicus disputator abscedat. Multas quidem & graues hæreses nouimus à plurimis ebullire, & veneni vice, ad intimum pectus cancri sui virus infundere. Sed vinci vel facile possunt, vel facile vitari. Quarum prima propositione, omne cõsiliū pectoris proditur. At verò hi quibus multa nobiscū paria sunt, facile possunt innoxias mentes, & soli deo debitas, fraudulenta societate percutere, dum malorum suorum virus, per bona nostra defendunt. Nihil enim periculosius his hæreticis esse potest, qui cum integre per omnia decurrant, vno tamen verbo, ac si veneni gutta, veram illam ac simplicem fidem dominicam, & exinde apostolicæ traditionis inficiunt. Vnde vehementer nobis cauendum est, ne se vel sensibus vel auribus nostris huiusmodi aliquid latenter insinuet. Quia nihil tam cogit in mortē, quàm sub obtentu fidei integritatem eiusdem fidei violare. Vt enim gypsum aqua permixtum, lactis colorem mentitur, ita hic per verisimilem confessionem, traditio inimica suggeritur. Qua de re, non similitudo confessionis, sed sensus mentis est ponderandus, quia confessio ipsa firmatur. Denique si diligentius & accuratius attendatis, cur voluerunt de euangelica & apostolica fide, ac æquè patrum traditione, vnius essentia nomen auferri, proculdubio probatis hæresim Arianam subtili compendio, breui iam sublato hoc nomine intromissam. Ne hoc quidem ego suspitione aut opinione collectum affirmo, nec (vt ipsi putant) Academicus disputator assisto, vt simplices verborum subtilitate contorqueam: sed vt contortos & prauos, & tenui argumento compositos, in lucem cognitionis exponam, quo facilius possit cognita & cõperta iniquitas ab omnibus euitari. Quæ etenim causa, quæ verò ratio extitit, vt quod docendū, quod credendū cunctis ecclesiis fuerat traditum, quodq; patres nostri apostolici viri cõtra vniuersas hæreses, vel maximè Arianam, quali quendam obicem veritatis, quo omnes aditus pestiferæ doctrinæ obstruerent, sancto spiritu mundati, catholica ratione posuerunt, nunc magno nisu ab his qui tunc elogio Arianæ labis addicti sunt, laboretur auferri, nisi vt filium dei mutabilem & conuertibilem, vtpote non de propria patris substantia constituisse confingant. Et qui initium ex tempore, & ortum ex nihilo, & nomen ex altero habere semper docuerunt, propter quod sæpe damnati sunt, nunc iam liberè & securè cunctis Ecclesiis tradere & insinuare possint. Videtis ergo omnia eos in tractatu ipsorum, non euangelica fide, sed subdola malignitate ad seducendos

seducendos simplices quosque posuisse. Vnde non tam suspectum, quàm manifestum omnibus esse debet, ita eos Deum ex Deo posuisse (vt Arius tradere solebat) vt ex Deo factus sit, non de Deo natus. Qui si natus est, vnius substantia est. Si factus est, filius verus non est. Et si verus filius non est, nec etiam verus Deus est. Aut si verus Deus est, & de patre non est, duo sunt, habentes singuli & voluntates proprias & imperia diuersa. Vel si concordia tantum & societate vnum sunt, non tamen & substantia, verus (vt iam dixi) Deus non erit, & sic erit Deus, vt Moyse Pharaoni, potestate, non genere. Filius quoque ita credendus est, vt per Isaiam populo dictum est: Filios generavi, & exaltaui. & alibi, A Dij estis, & Filij altissimi omnes vocamini. Sed & primo genitus ita habebitur, quomodo & Israël à Deo primogenitus filius appellatus est. Nec non & primogenitus totius creaturæ, quasi in ordine factorum primogenitus habeatur, vt ex eo seriem quandam creandis mundi rebus assignent. Denique sublato *ὁμοιωσις*, id est, vnius substantia vocabulo similitudinem genitoris posuerunt, cum aliud sit similitudo, aliud veritas. Nam & homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est: nec tamen quod est Deus, hoc etiam homo constituisse credendus est. Ita & filium Dei, ita Dei similem volunt, vt aliunde similem, non de vna ipsa sancta & beata patris substantia dicunt. qui si de patris substantia non est, ex *οὐκ ὄντων* est, id est, ex nullis extantibus, vt idem Arius dixit. Sublato enim illo quod ex patre est, vnde decunquē fuerit filius, necesse est vt & initium ex nihilo, & ortum ex tempore habeat. Nihil enim sine initio nisi solus Deus, vnde & filius, sicut ipse Dominus ait, Ego & pater vnum sumus. Quod ideò dixit, vt duarum personarum vocabula, vnius deitatis maiestatisque demonstraret. Sicuti & propheta ex voce Dei, Eructauit (inquit) cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Vides ergo hoc verbum bonum filium dei esse, quem non aliunde, quàm de paterno pectore, & (vt ita dixerim) de vtero cordis dei credimus extitisse. Et proinde eū regem appellauit, quia ipse est rex regum, & dominus dominorum. Cui & omnia opera diuina subiecta sunt: Omnia (inquit) patris mea sunt. De hoc & Euangelista, In principio (inquit) erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Omnia per eum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Igitur quod in principio erat, semper fuisse credendum est. Sed nec aliunde esse quàm de deo, quod principium non erat, id est, de corde patris: quia eructauit (inquit) cor meum verbum bonum. Non enim dixit, In principio factum est verbum, sed in principio (inquit) erat. Quodcunque principium verbi assignare volueris, præiudicatum habebis: quia in principio, inquit, erat, non quòd duo principia ex rerum diuersitate dicamus: sed quia sermo filius semper cum patre, & de patre natus est, ac perinde cuius origo principium non habet, sempiternus cum patre credendus est: quia nec pater potest vnquam sine filio nominari, nec filius sine patre vocari. Ac per hoc si semper non fuit, verus deus esse non potest. Sicut in sophia nomine, quia secundum Apostolum, ipse est sapientia patris: ego (inquit) ex ore altissimi prodiui. Non ergo aliunde quàm de patre, quia semper cum patre. Et ideo sapientia dei appellatur; vt nunquam pater sine sapientia, hoc est, sine filio suo esse credatur. Hæc est illa sapientia ineffabilis, quæ initio viarum dei apud Solomonem, vel condita, vel genita, vel creata describitur. Quam tamè sic cõditam dicit, vt semper eam cum deo fuisse demõstret. Quod enim initium Deo dabit, vt initium, quod Christus Iesus sapientia patris sit, & nunquam pater sine sapientia sua sit, possit sapientia ipsius consignare? Non enim ita Deus sapientiam suam condidit, quasi aliquando sine sapientia sua fuerit: sed cum initium viarum dicat, initium motus operis alicuius ostendit: vt hoc initium habeat sapientia Dei, quod de Deo processit ad creanda omnia, tam cœlestia quàm terrena, non quomodo cœpit esse, ita creata est sapientia, immò genita. Non sibi, quia semper erat, sed his quæ ab ea fieri oportebant: vt quia qualis & quanta esset sciri non poterat, de effectu operum suorum, virtus eius & potentia nosceretur,

vt dum conditorem de conditis æstimamus, tum magis timeamus, cum facta mi-
ramur. Hęc est illa (inquam) sapientia Dei quæ dicit, Ego ex ore altissimi prodiui.
Vniuersitatis conditrix & effectrix, id est filius Dei, per quem omnia, & in quo
omnia. Quia Apostolus dixit, In ipso constituta sunt vniuersa, in cœlis & in terra:
visibilia & inuisibilia, siue throni, siue virtutes, siue dominationes, siue principa-
tus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso condita sunt, & ipse est ante om-
nia, & omnia ipsi constant. Hinc & Salomon, Cum sit (inquit) vna, omnia potest,
& permanens in se, omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert.
Quod firmas Apostolus, ait, In interiori homine habitare Christum. Vt per quem
à principio omnia facta sunt, per ipsum in fine cuncta saluentur. Si dicis mihi *ὁμο-*
μοσι (quod est vnus essentia nomen) ob hoc nominari non oportere, quia in scri-
pturis diuinis non contineatur. Quæro autem ô homo, qui hoc prohibes, vtrum
ideò nominari non debeat, quia scriptum non est, an quia credi ita non licet?
Quod si ita credendum est, cur non ita profitendum? Corde enim (inquit) Apo-
stolus, creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Aut si ideò nomi-
nandum non est, quia nec ita credendum, obtinuit Arianæ labis assertio. Quæ
ideò patrem & filium vnus essentia denegauit, quia filium Dei modò ex nihilo,
modò ex patre, sed ab alia substantia, quando voluit, & quomodo voluit, & vnde
voluit, factum inducit, dummodo aliunde eum, & non de eo, quod pater est ex-
stitisse confingat. Quem & si natum dicit, sed hoc dicto tenus, quia rursus omne
quod natum est, factum intelligit, eo quòd & nos à Deo geniti appellamur, quos
constat esse facturam. Velsi Arianus non es, verum filium de vero patre natum,
non factum, agnoscis, cur non eum cum patre vnus substantia confiteris? Frustra
times ô homo profiteri quod credis: aut frustra credis, si ita non profiteris: & me-
ritò hæreticus denotaris. Et quanquam nunc immutaueris dictum, quo putaris
prohibuisse Dei filium nuncupari facturam: sed cum subiungis, sicut aliquid ho-
rum quod factum est, ex aperto ostēdis, non ob hoc facturam dici voluisse, quasi
non debeat factus intelligi, sed non ita factum vis, sicut aliquid horum quod fa-
ctum est, sed tamen factum. Aliter enim dicis factum, vtpote perfectam creatu-
ram, per quem facta sint omnia, dum modò & ipsum factum intelligas, licet non
ita vt cætera. Sed vt ad id reuertar quod dicis in scripturis diuinis, *ὁμομοσι*, id est, v-
nius essentia vocabulum non inueniri. Finge hoc interim, sic sit, vt vbiunque
substantia legitur res Dei, non Deus accipiatur. Quid quòd & aliud tu quod scri-
ptum non est pariter profiteris, id est, Deum ex Deo, & lumen ex lumine? Quid
ad hæc dicis? Aut totum mecum tene, aut totum omite. Si vnus substantia vo-
cabulum ideò times dicere, quia scriptum non est, timere idēdem debes, Deum
ex Deo, & lumen ex lumine profiteri. Sed ego probo Deum de Deo, lumen de
lumine vnus substantia vocabulum in scripturis dominicis contineri, cum ipse
Dei filius, qui Deus est, in Euangelio suo dicat, Ego de Deo patre exiui. Iure &
merito Deum de Deo profitemur: quia de Deo patre filium Dei, Deum verum
de Deo vero natum esse cognoscimus: sed non eo genere, vt nos dii sumus ap-
pellati, vel vt Moyses Pharaoni Deus sit dictus: sed quia verus filius de vero pa-
tre natus, non factus est, verè & confidenter Deus de Deo dicendus est. Sic & lu-
men de lumine, quod scriptū non est, mecum quidem dicis, sed mecum omnino
non sentis. Et quia scriptum est de patre Deo, lux est, & de filio: hoc verū lumen,
quod illuminat omnem hominem venientem in mundum, & lux lucet in tene-
bris, id est, Christus in sæculo, & tenebræ eum non sunt asscutæ. Hi scilicet ho-
mines, quorum ignorantia tenebris occæcatum cor, Christum Deum & verum
Dei filium non agnouit. Sed ipse Dominus dicit, Ego sum (inquit) lux mundi. Qui
me secutus fuerit, in tenebris non ibit, sed habebit lumen vitæ. Ergo quia lumen
pater, & lumen filius, rectè lumen de lumine credimus. Tu autem non lumen de
lumine, sed lumen ex lumine ita asseris, quasi à patre, qui verum lumen est, aliud
lumen sit factum, quod de ipsa patris substantia non sit: sed sicut aliud quodlibet
lumen,

Coloss. 1.

Sap. 7.

In interiori

homine

Christum

habitare.

Ephes. 3.

Nō scripta

credenda

tamen.

Rom. 10.

Ariani fi-

liū ex Deo

factum nō

natum as-

serunt.

Ioan. 16.

Deus de

Deo.

Lumen de
lumine.

Ioan. 1.

Ioan. 8.

lumen, quanquam à Deo sit factum, longè tamē aliud sit ab eo qui fuerit. Et ideò
lumen ex lumine, non de lumine dicis. Cum ergo hæc quæ prolocutus sum, me-
cum ita non intelligas, tamen ea ipsa quomodocumque pronuncias, cum scripta
non sint, cur non & vnus substantia vocabulū, quod in scripturis non putas con-
tineri, mecum pariter profiteris? nisi quia tu in illis tuis habuisti, quomodo mali-
gnos sensus tuos occulta fraude in vtroque contegeres, vt mecum hoc ipsum so-
no vocis exprimeres, & tamen longè dicti intelligentiam separares. Sicut & illi
hæretici, qui resurrectionem carnis negant, & ad decipiendas animas simplices,
Væ dicunt his qui non in carne resurgunt. Sed si discuties eos qui hoc dixerint,
cum scias illos carnis resurrectionem omnino negare, dicent tibi: Væ illi vtique
erit, qui in carne baptizatus non fuerit, vt anima ipsius dū in corpore est, de mor-
te delictorum suorum, & sepulchro criminum, per baptismum in eadē carne re-
surrectionem negat. Sicut ergo hi verbo tenus defendunt (nam ipsius carnis salu-
tem excludunt) ita & hi per verisimilem confessionem, innocentium mentes oc-
cultā fraude seducunt, & vt solet lethale poculum, mellis dulcedine temperatū,
suauitate fallente perimere: sic & hoc malum per blandimenta aurium, audien-
tium sensus quadam labe contaminans, contagione adhærentes inficit. Denique
& nunc potuissent homouision, sicuti & cætera verbo tenus nominare, si habuif-
sent quomodo illud ad aliam intelligentiam sæuo sensu peruerterent. Sed cum
viderent se in hoc verbo concludi, nullam omnino mentionem huius rei fieri vo-
luerunt, ne aut profitendo crederent, aut credentes professi viderentur, subtili in-
genio excusantes, quod aut scriptum non esset, aut Deum in substantia dici non
oporteret, ne corporeus crederetur. Deus etenim (inquit) effici vt sit substantia,
non tamen vt ipse Deus in substantia deputetur. Quippe aiunt, Cum omnis sub-
stantia contraria recipiat: Deus verò, qui nihil diuertum admittere potest, substā-
tia dici non debet. Ignoscerem tibi, si hoc simpliciter diceres: si rationem velles
scire, si rudis ad hanc quæstionem accederes, si non ipse esses qui semper de alia
substantia, vel de nullis extantibus Dei filium assereres. At cum idem ipse sis, qui
hinc sæpe conuictus, sæpe confessus, sæpe negando, sæpius vt aliter immutando
damnatus sis, qui etiam nunc me ambitione & potentia regum exagites, ac tur-
bes omnia, quomodo me putas ignoscere tibi posse, frequentius eadem retractā-
ti? Sed ne videatur hæc peruersitas præiudicata magis quàm exanimata damnari,
breuiter tibi de hac oppositione respondeam. Prohibes itaque in Deo substantiā
nominari, quasi omne quod substantia dicitur, res ipsa vnus generis habeatur.
An ignoras aliter cœlestia, aliter etiam terrena constare, sed & in ipsis cœlestibus
atque mundanis rebus magnam differentiam interesse? Aliter enim angeli, ali-
ter singulæ quæque virtutes constitutionum suarum substantias acceperunt, si-
cuti Apostolus ait: Alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum. Sic
& in hoc mundo, vt diuersa genera rerum, ita & diuersa corpora animalium. Et
omnia sui cuiusque generis substantia noscuntur, sicut Apostolus dicit, Non om-
nis caro vna atque eadem caro. Si ergo ea quæ à Deo facta sunt, diuersas qualita-
tes substantiarum suarum habent, tu putas in Deo talem esse substantiam, qualē
habet aliquid horum, quod factum est vt possit contraria recipere? Absit. Quæ
est enim substātia Dei, nisi ipsum quod Deus simplex, singulare, purum, nulla cō-
crezione permixtum, limpidum, bonum, perfectum, beatum, integrum, sanctum,
totū? An tu putas inane aliquid esse & vacuū quod Deus est? hoc enim dici, bla-
phemia est, vt inane putetur, per quem cuncta consistunt, qui omnia verbo edi-
dit, ratione composuit, virtute perfecit. Cuius nutu & imperio vniuersa gerun-
tur, cuncta deseruiunt: & bene quod de Deo in lege scriptum est, Ego sum qui
sum, & Qui est, misit me. Et ipse saluator & Dominus, Hæc est (inquit) vita æter-
na, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Est
ergo in essentia sua Deus, cuius cognitio vita æterna est, qui est tantus, quantus
dici non potest: qui tunc dignè æstimatur, cum inæstimabilis dicitur. Est vtique,

Resurre-
ctio carnis.Hæresis le-
thali pocu-
lo similis.Deus an
substantia.

1. Cor. 15.

Substantia
dei quid?Exod. 3.
Ioan. 17.

velis ac nolis. Ergo ipsum quod est, hoc erit substantia huius rei, quæ esse defenditur. Quod tamen (vt iam dictum est) quantus & qualis sit, nec mente concipi, nec sensu æstimari, nec animo definiri potest, dummodo constet esse quod creditur, vt de eo ipso quod Deus est, inde sit filius, & verus sit filius, & verus sit pater in filio, & filius in patre. Hoc erit *ὁμοούσιος*, hoc est, vnius essentia cum patre: sicut ipse Dominus ait, Ego in patre, & pater in me. Ego & pater vnum sumus. & Ego de Deo patre exiui. & Qui me videt, videt & patrem: non immeritò, quia filius Dei de Deo patre natus est, & ideo de vnitatem substantia, & de maiestate diuinitatis vnum sunt, sicuti & Ieremias propheta ait: Quis stabit in substantia Domini? Et iterum apud eundem, Et si steterissent in substantia mea, auertissem eos ab studiis eorum pessimis. & apud Salomonem, Substantia mea, dulcedo mea est. Cùm ergo hanc vnitatem substantia in patre & filio, non solum prophetica, sed euangelica autoritate cognoscas, quomodo dicis in diuinis scripturis *ὁμοούσιος* non inueniri, quasi aliud sit homouision, quàm quod dicit, Ego de Deo patre exiui. & Ego & pater vnum sumus: vel quod propheta ex aperto substantiam dei intamarunt. Hæc est autem omnis ratio in patre & filio, vt vnitatem substantia credas, licet rem ipsam quæ est inenarrabilis, definire non possis: vt siue lumen de lumine dicas, siue virtutem de virtute, siue spiritum de spiritu, siue deum de Deo, quodcunque de Deo dixeris, vnius tamen essentia patrem & filium credas, id est, de eo ipso quod pater est, filium natum intelligas. Nam si aliquam comparationem de his rebus quæ videntur in eo, facias, ipsa dissimilitudine rerum, non rationem ostendis, sed altercationem disputationis inducis. Et quia ex voce Dei scriptum est, Cui me comparabitis? ac perinde Deus, cui assimilari nihil potest, sufficiat credi quod esse sentitur, quia ipse credi se voluit, non indicari, nec examinari. Denique de hoc ipso quod tecum profiteris, si aliquam similitudinem velis in Deo conferre, nescio an quod comparaueris, possis expressius definire, vt puta cum dicit, Lumen ex lumine, si ad explanandum illud scrupulosa narratione cogaris, quæro quomodo lumen ex lumine credas, vtrum quasi lucernam ex lucerna, vel quasi solem ex sole, vt aut duas lucernas, aut duos soles, quasi duos deos sub hoc exemplo inducas, in splendorem luminis eiusdem de lumine, vel claritatem solis de eodem sole fulgentem, de lumine lumina signes, vt in matrice luminis patris figuram assimiles: filium verò in splendorem eiusdem claritatis ostendas, vt ex eo propheta dixerit: Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Vel Salomon cùm dicit, Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula, Dei maiestatis & imago bonitatis illius. Apostolus hinc prædicauerit, saluatorem nostrum imaginem esse inuisibilis Dei, eo quod & imago solis lux sua sit, quæ de eodem sole procedit. Sed quanta ad hæc responderi possunt, quæ lites generant, quod Apostolus prohibet, longum est dicere: quippe cùm cõstet lumen illud quod est æstimari, comprehendi & definiri non posse, nec debere ex his quæ in mundo, sunt, maiestati diuinæ aliquid comparari: quia nihil de omnibus istis quæ videntur aut dicuntur, secundum hoc quod Deus est condigna similitudine æstimari potest, quippe cùm ipsis intellectibus & sensibus maior sit. Et ideo præmonui, vt tantum de vnitatem substantia crederes, & verum filium de vero patre cognosceres: de qualitate autem rei requirere non deberes, quia quale aut quantum sit, scire non potes. Hoc enim propheta, hoc apostoli prædicauerunt: denique pro captu, pro viribus, pro fide intueamur Deus quid sit, & videamus an ei aliquid possit comparari. Certè hoc est Deus, quod cùm dicitur, non potest dici: cùm æstimatur, non potest æstimari: cùm definitur, ipsa definitione crescit, quia cælum manu sua cooperuit, pugno omnem mundi ambitum concludit: quem omnia nesciunt, & meruendo sciunt. Cuius nomini & virtuti famulatur hic orbis, & ipsa elementorum sibi succedentium momentanea vicissitudo testatur. Hoc inquis. Vide ergo si potest aliquid esse, cui possit pater & filius comparari, quia talis est filius, qualis & pater. Non enim ipse vnum cum patre se diceret, nisi talem se de patre, qualis

Ioan. 14. 10
16.Hierem. 23.
Sapient. 16.

Esai. 46.

Lumen ex
lumine.Psal. 35.
Sap. 7.
Col. 1.
2. Tim. 2.Deum esse
incomprehensibilem.

Esai. 48. 40

Ioan. 10.

re, qualis est & pater sciret. Ratio quædam quæ apud Græcos nuncupatur *λόγος*, quæ inter patrem & filium, personas vel vocabula distinguit, quia & ipse filius ratio dicitur. Quæ tamen ratio multis nominibus appellatur, modò verbum, modò virtus, modò sapientia, modò dextra, modò brachium, modò margarita, modò thesaurus, modò retia, modò aratrum, modò fons, modò petra, modò lapis angularis, modò agnus, modò homo, modò vitulus, modò aquila, modò leo, modò via & veritas & vita, cùm sit Deus omnia in omnibus, vt per hæc vocabula diuinarum dispositionum mysteria cognoscantur, non vt ipsa maiestas filij Dei propriè definita monstretur. Hæc est enim filius Dei, eo quod pater est alius idem, per quem facta sunt omnia. Nam hoc verbum nuncupatur, quia semper in patre, & de patre, & nihil sine eo pater iussit, aut fecit. Virtus dicitur, quia propriè de Deo est, & omnis potestas patris in ipso consistit. Sapientia appellatur, quia non aliunde quàm de patre veniens, credentibus arcana cœlestia reseruit. Dextra nuncupatur, quia per eum omnia diuina opera perfecta sunt. Brachium dicitur, quia ab ipso omnia continentur. Margarita appellatur, vt nihil illo preciosius habeatur. Thesaurus dicitur, vt in ipso omnes opes & diuitia regnorum cœlestium recondita cognoscantur. Retia dicitur, quia per ipsum, & in ipso de mari sæculi diuersa gentium multitudo, more piscium per baptismum in ecclesia congregatur, vbi bonorum malorumque discrimen agnoscitur. Aratrum nuncupatur, quia signo crucis eius, dura pectora subiguntur, vt necessariò semini præparentur. Fons aquæ viuæ appellatur, quia ex eo sapientium corda cœlestis aquæ gratia irrigantur. Petra dicitur, quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiam præstat. Lapis angularis dicitur, quia utrosque parietes noui & veteris testamenti, ipse vnus & mediator in semetipso continens copulauit. Agnus appellatur, vt innocentia Christi & passio monstretur. Homo dicitur, quia secundum carnem propter nos homines nasci dignatus est. Vitulus dicitur, quia propter nostram salutem immolari sustinuit. Aquila dicitur, quia post venerabilem resurrectionem, vt rex alitum ad patris reuolat sedem. Leo est dictus, quia ipse est rex regum, qui mortem ac diabolum virtutis suæ potestate comminuit. Via est, quia per ipsum ad patrem accessus est. Veritas est, quia mendacium nescit. Vita est, quia dat vitam, & ipsum hæc vniuersa significant. Vides ergo propter hæc vocabula, significationes dispositionum, & operum diuinorum præstentias, non tamen ipsum propriè definitum. Est ergo Deus pater, immensus, æternus, incomprehensibilis, inæstimabilis. Est & filius Deus, & Dominus noster, tantus quantus & pater, sed non aliunde quàm de patre. Quia ego (inquit) de Deo patre exiui, hoc est, lumen de lumine. Sed ne ex eo occasionem aliquam hæreticus rapiat, cùm duo nomina vel duas personas, id est, patris & filij statuo, quasi duos deos, ex diuersitate cõfingam: nos verò patrem & filium ita nominamus, vt vnum Deum in his personis & nominibus consignemus. Viderint philosophi, viderint hæretici, discipuli philosophorum, cum diis & nominibus & cœlis suis, apud quos iste numerus deorum, potestatum diuersitate variatur, nobis tamen vnus est deus pater, vt Apostolus dixit, ex quo omnia, & nos in ipso: & vnus dominus Iesus Christus, deus dei filius, per quem omnia, & nos per ipsum. Nam duo, quid aliud intelliguntur, quàm duorum per partes diuersa substantia, & cum ipsis nominibus dissociata natura agendi ac iuandi, tam voluntas quàm imperia diuersa? Porro pater ac filius, etsi duæ personæ creduntur, ratione tamen & substantia vnum sunt. Nam inæqualium societas, melioris offensa est, & iniuria eius qui verus deus est, si ei non verus alius comparatur; Deum cui iniuste comparat, violat. Cùm autem ego patrem & filium statuo, vnitatem generis assigno. Etsi illa in personis diuido, discretio tamen personarum rursus eadè nomina in vnitatem sui naturalis fœderis lege consignat. Vnde & tãtus est filius, quantus videbitur pater: totus de toto, integer de integro, perfectus de perfecto, consummataque virtute, sicut Apostolus dicit ad Colossenses, In quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Qui est imago Dei inuisibilis, primogè-

Filiij nomi-
na.

1. Cor. 8.

Pater & fi-
lius Ratio-
ne & sub-
stantia vnũ
sunt.

col. 2.

nitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, &c. & Ieremias receptissimus prophetarum hanc vnitatem deitatis in patre & filio sciens, ait: Hic est Deus noster, & non reputabitur alius absque illo. Qui inuenit omnem viam prudentiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto sibi. & Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Et hoc ipsum prædicat Isaias, dicens: Hæc dicit Dominus Deus: Fatigata est Aegyptus, & negotiatio Aethiopum, & Sabaim viri excelsi ad te transiunt, & tui erunt serui: & post te ambulabunt, vinceti compe dibus pergunt, & in te precabuntur, quoniam in te est Deus, & non est alius præter te. Tu enim es Deus saluator Israël, & nesciebamus. Quod ne putes me eo supercilio dixisse, quo Sabellius, frater, qui ipsum patrem, ipsum filium profiteretur, non ita nos totum in vnam essentiam cogimus, vt aliorum hæreticorum fraude capiamur: sed quia ipso nomine personarum authoritas indiscreta cognoscitur, & filius non genere, sed persona alter a patre nominatur. Proinde totum patri ascribimus, quod est filij: & totum filio, quod patris est. Nihil enim non videbitur patris, quod iudicabitur filij: nihil non filij, quod iudicabitur patris, quia vnitatis maiestatis non finit deos plurali vocabulo nūcupari: quippe cum cōstet patrem & filium, vni esse substantiæ, vnde vterque vnus deus est dictus: illud ante cuncta metuētes, ne si pater & filius vnum non sunt, in inuidiam recurrat authoris interpolata natiuitas. Hoc enim placuit hæreticis, vt si sit deus ille omnipotens, inuisibilis, immensus, degeneraretur in filio, non modò potestate, sed & conditione mutata: quasi non potuerit pater de semetipso talē habere filium, qualis ipse est. Et proinde nos filium verum, de vero patre natum, non factum, vnius substantiæ cum patre defendimus. Et hoc est quod Græci homouision appellant, id est, alium ipsum, vt audientia nominum personæ fierent, non vt substantiam vocabula separarent. Sed vt omne mysterium hæresis Arianae tradatur, cur noluit filium dei de patris substantia credi, breuiter intimabo. A iunt etenim: Cum sit deus pater omnipotens, inuisibilis, inconuertibilis, perfectus, semper idem, æternus: filius verò visibilis, quia sæpe a patribus visus est: & conuertibilis atque mutabilis, quia variis figuris singulis quibusque sese monstrauit. Quia si de patris (inquiunt) substantia esset, fieri posset vt & carnem assumeret, & inuisibilis tamen atque immutabilis cerneretur: sed potius in ea qualitate qua pater est, permansisset, ex cuius substantia erat. Quia quod de patre est, nec videri, nec mutari, nec conuerti posse credendum est. Accedit ad causam, quia cum illapsus est in Mariam, cum virginis vterum opleuit, aliud vtiq; ex illa, quàm quod venerat, natum est. Vnde iam (inquiunt) corrupta substantia, statum vertit, ordinem perdit, continuò immutatione ipsa formatus de Deo in hominem, de spiritu in carnem: & vtiq; trãllatio omnis, interemptio est pristini. Ac per hoc aiunt, Si filius de patris substantia esset, posset etiam pater minor videri substantiæ suæ vel translatione, vel sine. Et proinde filium ex alia substantia credere maluerunt, quæ verti & mutari & videri posset, quia hæc de patris substantia credi non liceat. Hæc est causa erroris, hæc origo hæresis Arianae, dum non intelligunt virtutem dei, neque tanti sacramenti dispositionem agnoscunt, vt deum humanis conditionibus compararent. Quibus primo in loco respōdendum est, filium dei non ita visum, vt deus erat, sed vt homo poterat. Deinde in variis figuris non mutabilem & conuertibilem ipsum, sed esse hoc potentie Dei, vt cum se singulis prout vult reuelare dignetur, habitum mutet, non substantiam vertat: nec proprietatem qualitatis amittat, sed iuxta meritum videntis, temperamentum maiestatis adhibeat: ipse tamen idem vt semper est, in substantiæ suæ proprietate permaneat. sicut scriptum est, Mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Nam etsi multa sunt ex his quæ in hoc mundo videntur, quæ ex alio conuertuntur in aliud, vt desinant esse quod erant, & hoc sint quod retro non fuerant: vt limus, cum in hominem figuratur, limus esse iam desinit: vt lutum figuli cum solidatur in testam, vt lapis cum dissoluitur

Bar. 3.

Esa. 45.

Sabel.

Dij plures esse non possunt.

Alius ipse.

Cur Arius neget filium de substantia esse.

visio filij patribus facta qualis sit.

psal. 101.

uitur coctus in calcem, vt arena cum mutatur in vitrum, & cætera, quæ longum est recēserē. Sed multum interest, stulte hæretice, inter ea quæ facta sunt, & eum qui fecit: cum omnia quemadmodum voluit fecit. Quæ autem facta sunt, ascriptæ conditioni deseruiunt. qui verò fecit, suæ voluntatis & proprii iuris est: neque potest in aliud quàm est, aliquo cogente mutari: sed prout vult, & cui vult sese demonstrat. Nam si angeli in figura hominum sæpe sunt visi, & tamen aliud non sunt quàm quod esse norunt: neque substantiam mutant, cum formam humani corporis sumunt, quanto magis ipse Dominus, qui omnia fecit, qui ipsis angelis, vt hoc possint, sua institutione concessit? Huc accedit, quod filium Dei (vt iam dictum est) ita visum a patribus approbamus, vt non totum in illo, quod est Deus videretur: sed vt dispositiones rerum futurarum, quæ suis quibusque temporibus complendæ erant, in illo per imaginem cernerentur. Nam quis filium Dei videre potuit, antequam conspicabilem materiam quæ ei complacuit, assumpsit, vel ipsum hominem induere dignatus est? Qui si Abraham visus est, sed in forma humani corporis visus est, quod scilicet postremis temporibus in homine venturus esset, ostēdit. Iacob etiam alibi in angelo, alibi æquè videtur in homine. Qui ideò se in angelo demonstrauit, vt nuncium se magni consilij indicaret. In homine verò cum quo colluctatus fuisse describitur, vt imaginem futuræ colluctationis, quam cum Israel habiturus erat, cum secundum hominem aduenisset, perspicuè indicaret. Sed vt Deum crederet, cum quo tanto certamine sub figura hominis luctabatur, Israel, homo videns Deum, nomen accipit. Vidi enim (inquit) Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Et vtiq; figuram hominis viderat, quam deus dei filius induerat. Moyse in rubo in flamma ignis apparuit, vt lumen credentibus, incredulis iudicium ostenderet: quia Christus credentibus salua est, non credentibus pœna, vt Apostolus dicit. Alius odor vitæ in vitâ, aliis odor mortis in mortem. Populum Israël in columna nubis per diem, & per noctem in columna ignis quali dux itineris præcedebat, vt baptismi gratiâ per nubem, & donum sancti spiritus per ignem ostenderet. Vnde & apostolus Paulus, in nube patres baptizatos scribit. & spiritum sicut ignem esse, apostolorum acta declarant. C Vides ergo per omnia signa diuinarum dispositionum in honore dei patris præostensa, non tamen ipsum deum, vt est, propriè reuelatum. Denique cum Moyses rogaret, vt faciem dei purè videret, quid ad illum continuò dixit Deus? Non enim videbit homo faciem meam, & viuet. Hoc ipso quod negatur aspectus, claritas indicatur. Quæ scilicet tanta est, quanta credenda est, quæ inuisibilis indicatur. Cum ergo Moyses, qui scilicet cæli ordines, mundi elementorū vices, totius denique orbis ornamenta digesserit, indicari expresserit, cui ipse Dominus testimonium omnium perhibuit, dicens: Nemo erit ex prophetis vt seruus meus Moyses, cui facie ad faciem, & ore ad os locutus sum: deum tamen purè videre non potuit. Meritò quidē prophetiæ omnis dignus, sed non vsque adeò, vt intueri deum possit, qui homo tantummodo esset. Et vtiq; hic omnia filij verba defendimus, quem in monte Sina cum Moyse locutum esse scimus, qui agendis explendisque rebus a patre aduenerat. Quia omnia a principio per ipsum ordinari, explicari, & manerē conuenienter, vt habendi filij hæc præcipua ratio constaret, & tamen sic eius incarnatio accipiatur, vt alicuius conspicabilis (vt dixi) materiæ dispositio assumpta videretur, salua scilicet inuisibilitate eius, quam a cōspectu omnium maiestas interfusa seposuit. Non enim si humanis aspectibus reuelatus est, vt tota in illo deitas appareret. Sed ad vicem speculi, cum cōceptos infra lucem suā vultus, quasi ad plenam effigiem hominis includit, ita maiestatis eius præeunte fulgore infra id, via est, vt imaginem veritatis, non ipsum Deum propriè demonstraret. Sic & cum hominem induere dignatus est, non labem æternitati intulit, vt spiritus se mutaret in carnem, sed vt susceptio hominis immortalitatem atque æternitatem cœlestis vitæ præstaret. Nam etsi Apostolus semetipsum exinanisse dicit, formam serui suscipiendo: non vtiq; sic exinanitū accipimus, vt aliud quàm

Angeli.

Gen. 18. 32. Esa. 9.

Exod. 3. 2. Cor. 2. Exod. 13. 1. Cor. 10. Act. 2.

Exod. 13.

Mosis laus. Num. 12.

Incarnatio

Philip 2. Christi exinanitio qualis.

quod fuerat, idem spiritus fieret, sed ut seposito interim maiestatis suae honore, humanum corpus indueret: quo suscepto, salus gentium fieret. Ut enim sol cum in nube regitur, claritas eius comprimitur, non caecatur: & lumen illud quod toto orbe diffusum, claro splendore cuncta perfundit, paruo admodum obstaculo nubis includitur, non aufertur: sic & homo ille, quem Dominus saluatorque noster (id est, Deus Dei filius) induit, deitatem in illo non interceptit, sed abscondit. Denique cum se in monte paululum extra ipsum hominem extulisset, fulgore luminis eius penam occaecati apostoli sunt. In terram quippe homines ceciderunt, periclitati de vita, nisi eis Dominus compresso rursus maiestatis suae honore, ut misericors subuenisset, secundum illam sententiam scripturae diuinae, dicentis: Deum nemo vidit, & vixit. Ut ergo claritas solis non usque ad nostros emicat visus, sed sibi salua est, quia quod non videtur, infirmitatis est nostrae, quorum oculos nubium texit obscuritas: ita & maiestas illa diuina, quae (ut dixi) corpus induerat, probat se non suo detrimento proprio latuisse fulgore, sed carnis (ut dixi) beneficio, cuius causa filius Dei filius hominis esse sustinuit. Nempe enim de spiritu Dei virgo concepit: & quod concepit, hoc peperit, id est, Deum, carni & animae suae, id est, homini (ut iam dixi) personae unitate sociatum, sicut ipse ait, Quod nascitur de spiritu, spiritus est: quia spiritus est, ex Deo natus est. Sicuti & angelus ad Mariam virginem dicit: Spiritus Dei veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Propterea & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Vides ergo ipsum verbum, ipsum Dei filium venisse in virginem, & in Dei & hominis filium processisse, nec tamen ipso indumento carnis Dei filium esse mutatum, sed eundem ipsum esse in homine, qui fuerat ante mundum apud patrem Deus, per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, sicut euangelista ait: Mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Caeterum amentia est credere, posse ab eo liberari, qui ut liberaretur missus est, ut ad immortalitatem redigeret, qui transit ad mortem, qui ut nasceretur oppressus est. Sed absit, haeretice, ut sensus tui iniquitas a catholicis admittatur. Nos enim credimus immutabilem & inconuertibilem, sicut patrem, ita & spiritum sanctum & filium Dei. Qui cum hominem induit, non statum vertit, non ordinem perdidit, non substantiam immutauit, sed indumento eiusdem corporis, aeterno claritatis suae lumine illustrato, virtute ad nos per tramitem corporis eius lux sancti spiritus, & aeternae vitae gratia redundauit. Quem etiam passum credimus & sepultum, sed homo ille passus est, quem filius Dei suscepit, quem induit, quem portauit. Sed quia totum ad auctorem referebatur, quicquid ille homo patiebatur, ideo mors & passio Domini dicebatur. Est enim in Christo sicut gemina & duplex, diuina scilicet humanaque substantia, ita una eademque persona. Sed constat immortale esse, quod Dei est: hominis, quod caducum. Tertia quoque die resurrexit, non Deus in homine, sed homo potius in Deo. ascendit in caelos, obtulit patri suo humanam illam, quam suscepit pro hominum salute, naturam, gratissimum munus. Consecitque ad dexteram patris, secundum quod scriptum est, Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dexteram meam. Misit nobis spiritum sanctum de propria sua, & ex una eademque substantia, protectorem, signatorem, & ductorem in vitam aeternam, sicut scriptum est ex voce Dei: Effundam de spiritu meo super seruos meos, & ancillas meas. Et iterum, Spiritus ex me prodiet. Et ipse Dominus saluatorque noster, De meo, inquit, accipiet. Ex eo utique quod est filius, quia & filius de eo quod pater est. Ex inde praefinito tempore venturus, viuos mortuosque iudicaturus, ut reddat credentibus praemia, non credentibus vero supplicia. Cuius regnum aeternum, immortale, nec initium habet, nec finem. Cuius est honor & gloria in saecula saeculorum. Amen.

Haec qui legis, per Deum obsecro, ne simplicitatem sensus in ambiguum torqueas, aut alias quam dicta sunt trahas, quia nos patrem, verum patrem confitemur: & filium Dei, verum filium Dei: & spiritum sanctum, verum spiritum sanctum credimus: tres personas vnius substantiae, & vnius diuinitatis confitentes: Sabellij autem

autem & Photini, necnon Arij sectam, & si qua alia sunt, quae contra regulam veritatis veniunt condemnamus. Nicenae autem synodi tractatum, omni animi nisu ex tota fide seruantes, amplectimur. Hunc enim tractatum scimus contra omnes haereses inuicta veritate oppositum.

DIVI GREGORII, COGNOMENTO THEOLOGI, EPISCOPI NAZIANZENSIS, DE FIDE NICENAE, RUFFINO PRESBYTERO INTERPRETE, TRACTATUS.

A Redimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, & in vnum genitum filium eius Iesum Christum, Deum & Dominum saluatorem nostrum, & spiritum sanctum Deum, non tres deos, sed patrem & filium & spiritum sanctum, vnum Deum esse confitemur. Non sic vnum Deum quasi solitarium, nec eundem qui ipse sibi pater sit, ipse & filius, sed patrem verum, qui genuit filium verum, ut est Deus de Deo, lumen de lumine, vita ex vita, perfectum de perfecto, totum a toto, plenum a pleno: non creatum, sed genitum: non ex nihilo, sed ex patre, vnius substantiae cum patre. Spiritum vero sanctum, Deum, non ingentum neque genitum: non creatum nec factum, sed patris & filij, semper in patre & filio coaeternum veneramus. Vnum tamen Deum, quia ex vno patre totum quod patris est, Deus natus est filius, & in patre totum quod inest, totum genuit in filium. Pater filium generans, non minuit, nec amisit plenitudinis suae deitatem. Totum autem quod Deus pater est, id esse & filium ab eo natum certissime tenentes, cum spiritu sancto vnum Deum piissime confitemur. Credimus Iesum Christum Dominum nostrum, Dei filium, per quem omnia facta sunt, quae in caelis & in terra, visibilia & inuisibilia. Propter nostram salutem descendisse de caelo. Qui nunquam deseruit esse in caelo, & natum de spiritu sancto, ex Maria virgine. Verbum caro factum, non amisit quod fuerat, sed cepit esse quod non erat. Non Deum mutatum, sed Deum permanentem, etiam hominem natum non putatiue, sed vere: non aereum, sed corporeum, non phantasticum, sed carneum, ossa, sanguinem, sensum & animam habentem. Ita verum hominem, ut verum Deum vnum eundemque verum hominem & verum Deum intelligimus, ita ut verum Deum, verum hominem fuisse, nullo modo ambigamus, confitendum, hunc eundem Dominum nostrum Iesum Christum, adimpletisse legem & prophetas, passum sub Pontio Pilato, crucifixum, secundum scripturas tertia die a mortuis resurrexisse, assumptum in caelos, sedere ad dexteram patris. Inde venturum iudicare viuos & mortuos. Expectamus in huius morte & sanguine emundatos remissionem peccatorum consecutos: resuscitandos nos ab eo in his corporibus, & in eadem carne quae nunc sumus, sicut & ipse in eadem carne qua natus & passus & mortuus est, resurrexit, & animas cum hac carne, vel corpora nostra accepturos. Ab eo autem vitam aeternam, praemium boni meriti: aut sententiam pro peccatis, aeterni supplicij.

LECTORI SALVTEM.



In his Epistolis transferendis, quia exemplaribus manuscriptis destituebar, ex Graeco Frobenij Basilij, cui Theologi nostri Epistola innexa sunt, multa correxi, quae in Heruagiano codice deprauate legebantur: in multis etiam locis, ambos errore concordans offendens, ex me ipso veram lectionem restituere conatus sum. Quod an sim consecutus, tibi, candide Lector, pronuntiandum relinquo. Sunt tamen quaedam loca, sed paucissima, ita misere foedata atque corrupta, ut in iis emendandis non tam sagaci interprete aut coniectore, quam diuinate mihi opus esse videatur. Sed haec, cum meliora exemplaria in lucem prodierint, facile restituentur. Vnam aut alteram Basilij epistolam his inserendam duxi, quod nonnihil lucis sequentibus epistolis accederet. Argumenta etiam ubi res ita postulare visa est, addidi, subiectisque scholiis ea quae difficiliora videbantur, explanare tentavi. Quodque in omnibus libris accurate agendum est, ex obseruatione temporum, quibus Epistola scriptae sunt, eas multo meliori, quam prius erant, ordine digessi. Atque ut tu intelligas, quo ordine in Graeco codice sequantur, quoque illas sequi volui, singularum inscriptionem duplici numero inclusi, quorum prior meum, posterior autem Graeci codicis ordinem te docebit. Vale & fructuere.

NN

SANCTI GREGORII COGNOMENTO THEOLOGI EPISTOLAE.

I. Celeusio Praefecto. I.

ARGUMENTVM

Celeusio, a quo silentij nomine accusabatur, iocose respondet. A'p'p'ra autem hic Praefectum vertimus, non principem. Sic enim peculiari nomine urbis & iudiciorum moderator Athenis vocabatur. Nec verisimile est Gregorium cum magno quodam principe ira familiariter lusurum fuisse. Ad eundem etiam Celeusium extat infra altera epistola, in qua cum indicem vocat.



Elegans fabula de cygnis & hirund.

Voniam silentium & rusticitatem mihi obiicis, vir elegans & urbane, age fabulam minimè incitam atque à Musis alienam tibi narrabo: vt experiar, num hac saltem ratione ineptam istam loquacitatem compescere queam. Cygnos quondam cauillis infectabantur hirundines, quòd nec cum hominibus consuetudinem habere, nec canendi artem in publicum proferre velent: sed circa prata solùm & flumina canerent, ac solitudinem amplecterentur, nec breuiter solùm canerent, sed id etiam quod canerent, sibi ipsis canerent, perinde atque eas Musices suppuderet. Contra nostram, in quibus sunt vrbes, nostri homines & thalami, garritumque nostro mortales delinimus, fortunamque nostras ipsis exponimus, nimirum vetera illa & Attica, Pandionem, Athenas, Tereum, Thraciam, peregrinationem, affinitatem, contumeliam, linguam exactionem, literas, praeterque omnia Itym, & quo modo ex hominibus in aues mutatae sumus. At cygni earum garrulitate offensi, vix quidem eas dignas duxerunt, quas alloquerentur: vt autem eò adducti sunt, At, o praeclara, inquit, in solitudinem quoque quispiam concesserit, vt Musicam nostram audiat: cum Zephyro pennas nostras inflandas permiserimus, iucundum quiddam & concinnum modulamur. Quocirca si non multum, nec apud multos canimus, at illud certè in nobis praclarissimum est, quòd modum in canendo tenemus, nec Musicam tumultibus permiscemus. Vos verò & in aedes admissas fastidiunt homines, & canentes auerfantur: & sanè optimo iure, quippe quae ne excisa quidem lingua filere queatis, verum ipsa amissum vocis usum calamitatemque vestram deplorantes, quauis alia aue, quamlibet lingua volubili & canora, loquaciores sitis. Intelligis quid loquar, ait Pindarus. Proinde si meam quoque taciturnitatem facundia tua praestantior compereris, silentio nostro ineptè obrectare desine: alioqui prouerbum dicam non minus verum quam breue, Tum videlicet cantaturos cygnos, cum gracculi tacuerint.

Pandion Tereus.

Vnde prouerb. Hirundinem sub recto non habenda. Pindarus.

Prouerb.

SCHOLIA.

1. Pandionem, Athenas) Tereus rex Thraciae, cum progne Pandionis Athenarum regis filiam uxorem duxisset, eius etiam sororem Philomelam per speciem visendam sororis abductam vitiauit, vitiaetae que linguam praecidit. Quod facinus cum illa alioqui indicare non posset, cruore suo depictum sorori transmisit. Et, vt ait Tzetzes Hist. 1.4.2. i'ov' πικύλασ' σ'ουαν' χροσ'αδ'ον, τ'η' ἀδελφ'η' τ'η' ἐαυτ'ης π'ρω'τε' νοσ'τ'ω'ς μ'λω'υ'ε'τ'. Quae re cognita progne vt sororem visceretur, Itym filium patri epulandum apposuit. Prolato deinde capite cum pater se uxoris dolo filium in sua viscera condidisse agnosceret, et ad vltionem properaret, progne, vt fingunt, mutata est in hirundinem, Philomela in auem sui nominis, Tereus in vrpupam, Itym in Phasianum. Haec Seruius. Vide Ouid. 6. Metam.

2. Modulamur) Hoc verbum adiuicere non dubitari, quamuis in textu no legatur: satis enim apparet quoddam huiusmodi verbum desiderari. Alioqui quò referetur pronomen η'μ'ε'ις;

2. Nicobulo. 2. E

Cum Basilium magnum mihi semper praetulerim, tametsi illi contrarium videatur: tum nunc quoque praefero, non minus veritate quam amicitia motus. Quocirca Epistolis illius priore loco positus meas subnecto. Vbi que enim nos inter

inter nos coniunctos esse cupio: simulque etiam id ago, vt moderationis & submissionis exemplum aliis praebeam.

SCHOLIUM.

1 Tametsi illi contrarium videatur) id est, tametsi ille me sibi anteferat. Non enim haec verba ita accipienda sunt, quasi Basilium existimet Gregorium plus sibi tribuere, quam ipsi.

3. Eidem. 3.

Laconica breuitate vt non est, vt putas, paucas syllabas scribere, sed de plurimis rebus paucas. Atque hac ratione ego & maximè breuiloquum esse Homerum pronuncio, & prolixum Antimachum. Quis tandem istud? quia rebus non literis longitudinem metior.

SCHOLIUM.

1 Antimachum) Antimachum poetam fuisse obscurissimum colligere est ex Aelio Spartiano, vbi Hadrianum Imp. ait Calaccianos libros obscurissimos, Antimachum imitando scripsisse. Quin & Dion Cassius eundem Hadrianum scribit Homeri poema abolere cogitasse, & pro eo Antimachum in scholis legendum inducere, cuius nomen multi adhuc ignorauerant.

4. Ad magnum Basilium. 8.

VT expleatur quod iubes, partim in nobis situm est, partim autem, & quidem potissimum vt opinor, in tua pietate. In nobis quidem, cupiditas animique promptitudo. Nam nec aliàs vnquam congressum tuum societatemque fugimus: sed semper confectati sumus, & nunc eam ardentius expetimus. In tua autem sanctitate, vt res nostrae melius constituantur. Assidemus enim Dominae matri, graui iam pridem morbo laboranti. Quòd nisi eam ancipiti vitae statu deserturi simus, tua praesentia, mihi crede, diutius non carebimus. Tantum precibus tuis partim illius valetudini, partim itineri nostro succurre.

Mater Naz.

5. Ad eundem. 9.

Promissi fidem fefelli, fateor: quippe iam inde ab Athenis illiusque loci amicitia animorumque concordia, (nec enim aptius verbum occurrit) facturum me receperam, vt tecum vitae consuetudinem haberem, simulque philosopharer. Fefelli autem, haudquaquam libens: verum quia lex ea, quae parentes officiose coli iubet, sodalitatis familiaritatisque legem superauit. Non tamen omnino fallam, si hoc probaris. Partim enim nos tecum versabimur, partim ipse nobiscum ne quaeso graueris, vt omnia sint communia, & aequum ius amicitiae ita fiet, vt nec parentes in meroere sint, & nos te fruamur.

6. Ad eundem. 10.

ARGUMENTVM.

Ego hanc epistolam sequenti Basilianae subiecissim propter Tiberinam illam, in quam iocatur Basilus, de qua huius epistolae principio verba facit Gregorius: sed id non finit epistolae finis, in quo illi vrbicam habitationem obicere videtur: quod nullo modo quadrare potest cum Basilij epistola, quae ab eo in Pontica solitudine conscripta est. In prima parte epistolae verborum argutias captat, ac dictionibus vitur elegantissimis quidem, sed in traductione non eandem gratiam habentibus.

Molestè ferò mihi Tiberinam obiici, atque huius loci glaciè, hiemisque asperitates, o vir luti admodum expers, summisque pedibus incedens, & tabulas pedibus terens, ac pennate & pendule, simulque cum Abaridis sagitta elate, vt cum Cappadociam patriam habeas, Cappadociam fugias. An verò iniuriam vobis facimus, quòd cum ipsi palleatis, atque angustum quiddam spiretis, Solèmq; ad certum modum accipiatis: nos contra pingues & nitidi sumus, & saturamur, nec vllius loci angustias circumscribimur? At verò haec vestra sunt. Deliciis enim indulgetis, & opibus polletis, & in foro versamini. Hoc minimè probo. Quocirca vel luto nobis exprobrare desine (nec enim tu vrbem condidisti, nec nos hiemem) vel nos tibi pro luto caupones ingeremus, & quicquid turpe & flagitiosum vrbes ferunt.

SCHOLIA.

1 Tiberinam obiici) Tiberina regio erat Cappadociae, in qua Arianus natalitius Theologi pagus situs erat: quem admodum narrat Nicetas in Argum. Orat. in plagam grandinis.

- 2. Cum Abaridis sagitta) Vide scholia in Orationem de laude Basilij.
- 3. Ad certum modum accipitis) ματρίαιδαι enim lego, non μετρίαιδαι, ut in Heruag. nec μετρίαιδαι, ut in Frobeniano. Idcirco enim in eos, qui vrbes incolunt, eosque angustum quiddam respirare ait, nec plenè ac liberè solis radiis frui.
- 4. Pro luto caupones) Hic quoque interpreti perit omnis gratia, que in Græcorum verborum allusione consistit. πηλός enim lutum significat, κατ'ανθος autem cauponem.

Basilius Gregorio.

ARGUMENTVM.

Ponticam solitudinem graphicè depingit Basilius, vt ad eam Gregorium tacitè alliciat.

EGO cum ad me Gregorius frater scripsisset, te iam pridem congressus nostri cupiditate teneri, adiecissetque, tibi hoc quoque ipsi fixum atque constitutum esse, partim quia minorem tibi fidem idcirco haberem, quòd sæpius abs te deceptus fuisset, partim quia variis occupationibus distrahebar, manere diutius atque opperiri non potui. Mihi enim iam in Pontum migrandum est, vbi aliquando fortasse Deo volente obrrandi finem faciemus. Aegrè etenim tandè desponsa atque proiecta spe ca inani, quam de te quondam conceptam habebam, vel infomnio potius, si veriùs loquendum est (' præclarè enim quidam spes, vigilantium infomnia esse pronunciauit) vitæ quærendæ causa in Pontum absceffi. Quo in loco Deus mihi locum ostendit, rationibus meis apprimè congruentem: vt planè talem intueri liceat, qualem sæpe ociantes ac luitantes animo confingere solebamus. Mons enim altus est, densa filua contactus, gelidis aquis ac perspicuis Septentrionem versus irriguus. Ad cuius radices supinus campus ita substratus est, vt continuis humoribus à monte defluentibus pinguescat: silua porrò hunc naturali nexu amplexa, eaque variarum omnisque generis arborum ipsi propemodum septi loco est: adeo vt præ eo ² Calypsus quoque insula, cuius pulchritudinem supra omnes alias laudibus extulisse videtur Homerus, parua censenda sit. Nam ne multum quidem abest, quin insulæ rationem habeat, quatenus duntaxat septis in orbem vndique clauditur. Duplici enim ex parte profundis vallibus præruptus est: à latere verò amnis è præcipiti labens, murus quoque ipse perennis est ascensûque difficilis. Ab altero rursus mons intensè arrectus per curuatos anfractus barathris iunctus imæ partis vias intercludit: vnusque in eo aditus patet, cuius ipsi potestatem habemus. Enimverò habitationem nostram iugum quoque alterum excipit, sublimem quandam in vertice ceruicem erigens: ita vt campus hic oculis fufus pateat, fluiuiumque circumfluentem è sublimi prospicere liceat, haud minorem, vt mihi quidem videtur, oblectationem afferens, quàm qua afficiuntur, ³ qui Strymonem ex Amphipoli contuentur. Ille si quidè segniori cursu restagnans, præ quiete, fluminis quoque nomen pene amittit. Hic contra omnium, quos noui, fluuiorum celerrimè fluens ex vicina rupe non nihil asperitatis contrahit: à qua sese refundens in profundam voraginem conuoluitur, spectaculum mihi omnium iucundissimum præbens, commoditatè que incolis abunde sufficientem, ac præterea ineffabilem piscium copiam in gurgite nutriens. Quid exhalationes à terra manantes referre attinet? aut à fluuio nascentes auras? Iam verò florum aut canorarum auium multitudinem alius quidem aliquis fortasse miraretur: mihi verò his animû adicere non vacat. Hoc autem ad huius loci commendationem maximum afferre possumus, quòd cum ob situs commoditatem ad omnes fructus proferendos idoneus sit, mihi fructum omnium suauissimum alit, nimirum quietem ac tranquillitatem: non modò quia ab vrbicis tumultibus liber est, sed quia ne viatorè quidem quenquã ad nos trãsmittit, exceptis iis, qui venationis causa nobiscû consortiû habent. Nã præter alia cõmoda, ferarum quoq; altrix est, nõ vrsorû aut luporum vestratiû, absit: verùm ceruorû caprarûque siluestriû greges, ac lepores, & si quid his simile est, nutrit.

An non

spes vigilantium somnia.

Calypsus.

Tranquillitas fructus suauissim.

An non igitur animaduertis, quò periculi ego stultus venerim, cum huiusmodi sedem cum Tiberina hoc est orbis barathro, commutare obnixè contenderem? Ad quem locum nunc properanti veniam dabis. Nam profectò nec Alcmaon Echinadibus inuentis vltra oberrare sustinuit.

SCHOLIA.

- 1. Præclarè quidam.) Plato τὰ ἐπιθυμίας, ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὄνειροι εἶναι, Spes, vigilantium hominum somnia esse ait.
- 2. Calypsus insula) Huius insulæ descriptionem vide apud Homerum Odyss. 5.
- 3. Qui Strymonem) De Strymone & Amphipoli vide in scholiis epistolæ sequentis.
- 4. Alcmaon) Alcmaon cum Amphiarai patris iussu Eryphilen matrem interemisset, admittensque hac cæde in furorè incidisset, per oraculû accepit fore, vt non ante ad bonam mentem rediret, quàm eò se contulisset, vbi sol huiusmodi cædis tempore radios suos non diffudisset. Ergo cum post longos errores ad vnã de Ache-loi insulis (quas Echinades vocat Plinius lib. 2. cap. 85.) quæ paulo antè fuisset à fluuio effecta peruenisset, atque intellecto oraculo eam incoluisset, in sania liberatus est.

7. Gregorius Basilio.

II.

TV quidem res nostras cauillis incesse ac sugilla, siue ioco, siue serio hoc agens, nihil retulerit. subride solùm, atque eruditione ista pro animi libidine vttere, amicitiaque nostra frueri. Omnia, quæ à te proficiscuntur, boni cõsulimus, quæcumque tandem illa sint, & quoquo modo se habeant. Nam res quoque huius loci mihi exagitare, & cauillis impetere videris, non vt cauilleris, sed vt me ad te ipsum trahas, si quid tamen ego, quid animi habeas, intelligo: quemadmodum quæ flumina obstruunt, vt aliò retrahant ac deriuent. Hoc etenim modo semper nobiscum agis. Ego verò Pontum tuum mirificè prædicabo, Ponticamque caliginem, sedemque exilio dignam, & tumulos capiti incumbentes, & feras fidem vestram explorantes, & subiectam solitudinem, immò muriû cauernam, honestis pij gymnasij & monasterij scholæque nominibus conuestitam, & lucos agrestium stirpium, præruptorûque montium coronam, qua non tam cingimini quàm coërcemini, aërem etiam ad certum modum dimensum, & desideratum Solem, quo velut per caminum irradiamini, ò Pontici Cimmerij & Sole carentes, nec ad ³ semestrem tantùm noctem damnati, quemadmodum quidam commemorantur, sed ne partem quidem vllam vitæ habentes vmbre expertem, verùm noctem vnã longam totum vitæ spatium, ac verè vmbra mortis, vt cum Scriptura loquar. Sed & angustam illam & pressam viam laudo, haud scio in regnum an in Orcum ferentem, cæterùm gratiã tui in regnum ferat, atque intermediam illam, vis Edem & in quatuor principia diuisum fontem, ex quo orbis terrarum irrigatur, falsò nominem, an siccam & humoris omnis expertem solitudinem, quam quis Moses mitigabit, ex petra ictu virgæ fontem eliciens? Nam qua parte rupibus confragosa non est, torrens est, qua parte rursus torrens non est, præceps est, atque in vtramque partem librata, ingredientium mentem colligens, atque ad iter tutò faciendum exercens. Fluuius porro in ima parte cum strepitu fertur (quem tu Amphipolitano & quieto ⁴ Strymoni confers) non piscifer magis quàm lapidifer, non in stagnum effusus, sed in barathra profluens, ò vir nimium grandiloque, & nouorum nominum architecte. Est enim magnus & horribilis, & eorum, qui in superiori loco degunt, psalmodias sono suo interpellans atque obruens. Nihil præ eo sunt ⁵ Cataractæ & Catadupa. Vsq; eadè vos diu ac noctu clamoribus obtundit! Atque ita asper est, vt vadofus interim nõ sit: ita turbidus, vt potari nequeat: hoc tãtùm nomine lenis & benignus, quia sedè vestrã nõ deuoluit, cum à torrētibus & tēpestatibus in furorè agitur. Habes quid de istis ⁶ Fortunatorû insulis, vel de fortunatis vobis sentiam? Nec verò est, cur lunatos illos anfractus laudibus vahas, eas partes, quibus mōtis istius radices adiri possunt, nõ tã obuallates ac velut muro cingētes, q̄ miserè cõprimētes,

Cimmerij.

Luc. 1.

Gen. 2.

Exod. 17.

verticemque illum capiti vestro imminentem, qui 7 Tatalicam vobis vitam reddit, & diffuentes auras terræque respirationes, quæ vos animi deliquio laborantes recreant, canoras etiam aues, cantantes quidem, sed famem, & circumuolitantes quidem, sed solitudinem. Nec quisquam eò, nisi venationis ergò accedit, inquis. Quin addis, vt & mortuos vos inuisat? Hæc prolixiora quidē fortasse sunt, quàm epistolæ modus postulet, vtique tamen comœdia minora. Quòd si tu hos iocos moderato animo tuleris, rectè feceris: sin secus, plura quoque adiungemus.

SCHOLIA.

- 1. Feras fidem vestram) Legendum enim *Ἰεραῖς*, non *Ἰεραῖς*, vt in vtroque codice impresso, quod satis patet ex relatiuo masculino *αὐτῶν*, quod coherere non potest cum feminino *Ἰεραῖς*.
- 2. Pontici Cimmericij) Cimmericij dextram Ponti partem habitant, non procul à Bosphoro, qui à nomine ipsorum Cimmericus appellatus est, de quo Plinius cap. 6. lib. 6. Apud hos perpetuas esse tenebras Homerus testatur 2. Odyss. De iis enim inter cætera ita loquitur.

-οὐδέ τις αὐτῶν
 Ἡέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτῆ εἰσόντι, id est,
 Illos haud vnquam radius Sol aspicitur ardens. Vide Erasmus in prouerbio, Cimmericie tenebræ. Tzetes Hist. 448. Multi, inquit, Cimmericos gætem esse aiunt circa Tauroscythas & Maotidem paludem, qui solem diebus 40. non videant: sed in tenebris nocteque profunda versentur, nimirum cum Sol est in Capricorno: contra cum in Cancro, 40. totos dies à sole, nullis noctis interiectis tenebris illustrentur.

- 3. Semestrem noctem) Qui sub mundi p. lis habitant, semestrem diem ac semestrem noctem habent: iis enim sex mensibus sub Horizonte Sol delitescit, sex rursus alius perpetuam lucem fundit.
- 4. Strymoni) Strymon Macedoniae fluius in Hæmo monte oritur, vt ait Plinius cap. 10. lib. 4. & quod mirandum est, septem efficit lacus, priusquam dirigat cursum, quibus deinde in vnum alueum collectis iuxta Amphipolim illius regionis urbem influit in maris Aegie sinum, qui ab ipso Strymonius appellatur.
- 5. Cataractæ & Catadupa. Vide scholia in Inuectiuam priorem aduersus Iulianum.
- 6. Fortunatorum insulis) Fortunatæ insulæ, vt Strabo lib. 3. ait, contra extremam Mauritiam ad Occidentem sunt, quam quidem ad partem & Hispaniæ terminus Occiduius concurrat. Hæc ille Ita autem dictæ sunt à fructuum vbertate aerisque temperie. Hodie Canariæ dicuntur. Plin. cap. 22. lib. 4. sex esse dicit, qui cap. 32. lib. 6. pluribus de iis earumque nominibus tractat.
- 7. Tantalicam vitam) Hoc expositum est in scholiis 2. Inuectiuæ in Iulianum. Cuius fabulæ Allegoriam habes apud Heraclidem Ponticum.

8. Eidem. 12.

Quoniam quæ iocando ad te scripsimus æquo animo fers, ea quoque quæ deinceps sequuntur adiiciemus: ex 1 Homero autem initium ducetur.

Nunc age progrediens internum concine quæso Ornatum- tugurium videlicet tecto & ianuis carēs, focum ignis & fumi expertem, parietes igni exsiccatos, ne luti guttis impetamur, Tantalus similes, eademque pœna multati, nimirum in aquis sitientes: miserandas etiã illas & ieiunas epulas, ad quas è Cappadocia non tãquam ad 2 Lotophagorū paupertatem, sed velut ad Alcinoi mēsam nos noui & ærumnosi naufragi euocati sumus Memini enim panes illos & iufcula (sic enim nominabantur) sempërque meminero, dentibus circa fragmēta collabescentibus, ac postea erectis ac velut ex cœno retractis. Quæ tu sublimius magisque tragicè amplificabis, propriis videlicet calamitatibus orationis magnitudinem tibi suppeditantibus. Quibus nisi magna illa verèque pauperum studiofa mater tua nos quàm celerrimè liberasset, nobisque tempestate iactatis velut portus extitisset, iam pridem apud superos esse desissemus, fidei Ponticæ nomine non maiorem laudem consequentes, quàm miserationem mouentes. Quoniam porrò modo steriles illos hortos, oleribusque carentes præteribo, 3 Augiæque finium è domo expurgatum, 4 quo eos oppleuimus, cum montosum illud plaustrum & ego vindemiator & tu facetus homo, hac ceruice, manibusque his, quæ laborum vestigia etiamnum ferunt, traheremus (ò terra & sol, ò vir & virtus! libet enim non nihil tragicè exclamare) non vt 5 Hellespontum iungeremus, sed vt præruptum & præcipitem locum exæquaremus. Harum rerum commemoratio

moratio si tibi molesta futura non est, vtique nec nobis: si autem molestiam allatura est, 6 quantò molestiores nobis res ipsas fuisse credendum est? Ac maiorem partem prætermittemus: impedit enim timor, ne complura alia, quibus frui nobis contingit, exponamus.

SCHOLIA.

1. Ex Homero) Locus apud Hom. Odyss. 8. ita habet, *Αὐτὰρ δὴ μετὰ τῆσι, ἔπειτα νόστον ἀείσον, ἔπειτα*. Quæ verba sunt Ulyssis Demodocum hortantis ad equi Troiani ornatum decantandum. Theologus autè pro *ἴππου* posuit *ἔσσο* (nam ita legendum non *ἔσσο*, vt in impressis codicibus) carmen scilicet ad vsusum suum accommodans.

- A 2. Lotophagorum paupertatē) Lotophagi populi in Africa apud Syrtis sic dicti, quòd loto victitare dicerentur: quem cibum suauitate sua patriæ obliuionem edētibz afferre tradit Homerus Odyss. 9. Lotophagorum porrò paupertati Alcinoi mēsam opponit, qua pinguisimam vitam deliciisque omnibus confertam significat. Ulysses enim cum tempestate ad Phæacum terram (hodie Corcyra dicitur) eiectus fuisset, ab Alcinoo rege humanissimè & laudissimè acceptus est.
- 3. Augiæque finium) Augiæ stabulum tantum habuisse congestum fimi dicitur, quantum ter mille boues pluribus annis reddere potuerant. Huius repurgatio inter Herculis ærumnas recensetur. Quidam *αὐγίης νόστον* dicunt, alij *βυσσαίου*. Vide Erasmus in prouerbio, Augiæ stabulum. Porrò Plinius cap. 9. lib. 17. Augiam regem in Græcia finium excogitasse tradit: vnde videntur de Augiæ stabulo poëtæ fabulandi sumpsisse occasionem. De loco vide apud eundem cap. 17. lib. 13.
- 4. Quo eos oppleuimus) Legendum enim *αὐτῶν πρὸς τὰ πόδας*, non *αὐτῶν πρὸς τὰ πόδας*, in subiunctiuo, nisi forte pro *ἵ* legatur *ἴνα*.
- B 5. Non vt Hellespontum) Alludit ad Xerxem Persarum regem, qui tantum nauium apparatus habuisse fertur, vt totum Hellespontum operiret, atque Europam Asiæ ponte iungeret.
- 6. Quanto molestiores) In duobus codicibus impressis sic legitur, *εἰ δὲ ἀχθεθήσῃ πόντον ἡυομῆσις, ἡμεῖς δὲ τῶ πλείω παρήσομεν*. Sed perfectò sic distinguenda est hæc clausula, *εἰ δὲ ἀχθεθήσῃ, πόντον ἡυομῆσις ἡμεῖς*. Itaque non dubitauimus, iia interpretari.

9. Eidem. 13.

Quæ prius de Pontica commoratione scribebamus, iocò non ferid scribebamus: quæ autem nunc scribo, admodum ferid scribo. Quis in eo rerum statu collocabit, quo pristino illo dierum mense eram, cum tecum incredibili voluptate afflictarer? (quando quidē molestia sponte suscepta oblectationi minimè volūtariæ præferēda est) Quis psalmodias illas, & peruigilia dabit, peregrèque ad Deum per orationem profectioes, atque illam velut materiæ corporisque expertem vitam? Quis fratrum eorum, qui à te dij efficiebantur, atque in cælum subuehebantur, concordia animorumque connexionem? quis virtutis certamen mutuamque prouocationem, quam scriptis legibus ac regulis obfirmauimus? quis accuratum diuinorum oraculorum studium, lucemque in ipsis ductu atque auspiciis Sp. sancti inuentam? aut, vt minora & leuiora dicam, quis diurnas operum vices & labores? quis lignorū comportationes & lapidicinas? quis arborum constitutiones & irrigationes? quis platanum illam auream 1 & Xerxis platanum præstantiorem, in qua non rex mollis & enervatus sedebat, sed monachus afflictus & debilitatus? quam ego plantaui, Apollo rigauit, hoc est tua excellentia, Deus autem in honorem nostri prouexit, vt seduli nostri laboris monumētum apud vos conferretur, quemadmodum virga illa Aaronis, quæ floruerat, in Arca seruata esse commemoratur & creditur. Sed hæc optare quidem per facile, cæterum consequi non perinde facile. At tu mihi adesto, virtutemque conspiratione tua atque opera mihi foue, eamque vtilitatem, quam aliquando collegimus, precibus tuis conferua: ne alioqui paulatim velut vmbra dilabamur aduēperascente die. Ipse quidem te magis quàm aërem spiro, idque solùm viuo, quod tecum sum, vel præfens, vel absens per animi simulachra.

SCHOLIA.

1. Xerxis Platanum) Pythius Lydus tantis diuitiarum copiis circumfluxit, vt Darium regem platanum auream vite donarit, posteaque vniuersum Xerxis exercitum hospitio atque epulis exceperit, pecuniisque se ei in bellum suppeditaturum sponderit, quemadmodum refert Herodot. lib. 7. Non itaque mirandum, quòd Tzetes in epist. ad Ioannem Lachanem eius diuitias Iobi opibus anteponeit.

10.

Eidem.

14.

ARGUMENTVM.

Queretur Basilium se à Gregorio parvipendi & negligi: idcirco fortasse, quòd ad eum in Pontum proficisci recusaret. Huic se Theologus purgat & excusat.

Quo modo exigua nobis & aspernanda tua sunt, vir diuine & sacrosancte? Quòdnam hoc effugit verbum dentalia septa? aut quo modo hoc dicere ausus es? vt ipse quoque audacter aliquid dicam. Quo modo vel animus eò prorupit, vel atramētum scripsit, vel charta excepit: o studia, & Athenæ, & virtutes, & literarij sudores! Me enim literis tuis pene tragicum facis. Vtrum nos an te ipsum ignoras, tu inquã orbis oculus, magna vox & tuba, doctrinæque regia? Tuane Gregorio parua sunt? Quid igitur aliud quispiam admiretur eorum quæ in terra sunt, nisi te Gregorius? Vnũ ver in anni partibus, vnus Sol in sideribus, vnum cœlum omnia complexu suo coërcens, vna vox tua de omnibus triumphans, si modò satis idoneus sum, qui de huiusmodi rebus iudiciũ feram, nec mihi amor imposturam facit: quod non existimo. Quòd si hoc nomine succenses, quòd non te digna admiratione prosequimur: omnibus quoque mortalibus succenseas oportet: neque enim alius quisquã satis dignè te laudauit, aut laudaturus est, præter te tuamque in dicēdo sublimitatem: siquidem fieri posset, vt quis laudes suas prædicaret, idque ferret orationum lex. Quòd si contemptum tui nobis obiicis, quin prius insaniam? At te illud excruciat, quòd philosophamur. Liceat mihi cũ bona tua venia dicere, hoc vnum doctrina quoque tua & eruditione sublimius est & præstantius.

SCHOLIA.

- 1. Exigua nobis & aspernanda) sensum hic potius expressi, quàm verbũ reddidi. Ἐπιφωνίς enim est in Græco. Ἐπιφωνίς autem sunt exigui illi racemi qui à vindemiatoribus ad racemationem relinquuntur. Vnde translatè quicquid contempti est Ἐπιφωνίς dicitur. De hac dictione vide Tzetzem hist. 1.
- 2. Quòdnam hoc) Παιὼν σὲ πὸς φύλλο ἔρκεσ ὁ δὲ τῶν. Hemistichium apud Homerum frequens.
- 3. Quòd philosophamur) Id est, quia parentibus assidemus, eorumque curam gerimus. Id enim per philosophiam hoc loco designari puto.

11.

Eidem.

15.

Pistolæ tuę procemium laudo. Quid autem tuorum nõ est laudabile? ac tu captus es, quemadmodum nos quoque, qui hæc scribimus: quandoquidem in Presbyterorum ordinem inuiti ascripti sumus. Nec enim à nobis expetebatur. Nam vterque alteri, si alij quiquam, locupletes esse testes possumus, quàm nobis cordi esset pedestris philosophia, humiq; depressa. Verùm hoc non fieri fortasse quidem præstitisset (aut quo alio verbo vtar, incertus sum, quoadusque Sp. sancti consilium dispensationemque perspectam habuero.) Quoniam autem factum est, ferendum mihi videtur, ac præsertim propter hanc tempestatem multas nobis hæreticorum linguas inuehentem: nec eorum, qui nobis fidem habuerunt, spes fallenda, nec superior vita nostra dedecoranda.

SCHOL. 1. pedestris philosophia) Id est, vita priuata, nec vlla publici muneris administratione distracta.

12.

Amphilochio.

46.

Panes à te non postulauimus, vt nec aquam ab iis qui Ostracinam incolunt. Olera autem si à viro Ozizalense petierimus, quorum apud vos summa copia, apud nos verò magna penuria est, nec mirum fuerit, nec à cõsuetudine alienum. Ne graueris itaque ad nos olera mittere plurima & pulcherrima, aut quantum certè potueris. nam exigua quoque pauperibus magna sunt. Quàdoquidem magnum etiam Basilium cœna accipimus, quem caue, ne quemadmodum saturum philosophantem expertus es, ita etiam esurientem & indignabundum experiaris.

SCHOLIA.

- 1. Amphilochius hic Iconij Episcopus erat, ad quem præclarum de Spiritu sancto Basilij opus extat.
- 2. Ostracinam) Amm. Marcellinus ad finem lib. 22. Ostracinen facit Ægypti urbem in Augustamnica regione. meminit Plin. cap. 12. lib. 5.

13

Eidem.

13.

Eidem.

47.

Quàm parcè à vobis ad nos olera veniunt, & quid aliud quàm aurea olera. At qui omnes vestræ opes in hortis & fluuiis, & nemoribus & pomariis sitæ sunt, & olerifera vobis est regia, quemadmodum aliis aurifera, pratès emque terram incolitis. At frumentum vobis fabulosa fortunata est: & panis, vt dici solet, panis angelorum. Ita vobis gratus est, ac præter spem vestram fidemque venit. Aut igitur nos oleribus vestris copiosius impartimini: aut aliud quidem nihil comminabimur, cæterùm frumentum nostrũ continebimus, ac sciemus, num verè solo rore cicadæ nutriantur.

SCHOLIA.

A

1. Fabulosa fortunata) μωδὸν μακαρία. De Macaria multa Erasmus in proverbio in Beatam. Hoc autem vult Gregorius, frumentum adeò rarum esse apud Ozizalenses, vt cum id sibi suppetere vident, fortunatissimos se esse censeant, & prædicent. Ita Gregorius de Basilio loquens, κατὰ μακαρία τὰς ἀθλίους αὐτομάτως. i. vt exponit Nicetas, κατὰ μακαρία, vel potius (vt sentio) μακαρία ζωὴν. Quòd quidem proverbium ius optimè conuenit, qui cùm ad locum aliquem aut etiam genus quoddam vitæ, velut montes aureos sibi pollicentes, sese contulerint, repente aduersa omnia tristiaque offendunt. Quemadmodum si quis aulicam vitam opum ac dignitatum spe profiteatur, ac deinde inops obscurusque iaceat, huiusmodi vitæ genus κατὰ μακαρία appositissimè vocare potest. Cui adagio non ab simile est illud, θησαυρὸς αἰ θραυκός, Thesaurus carbones. Contra Epist. 63. Cùm, inquit Christianæ philosophiæ studium seriò amplexus fueris, inuenies ea quæ de ea prædicantur nequaquam vana esse, & κατὰ μακαρία. C. que ce ne sont bayes.

B

2. Solo rore cicadæ) Plin. cap. 26. lib. 11. cicadas rore ali, iisque solis nullum ad excrementa corporis foramen esse asserit.

14.

Bosporio Coloniæ.

48.

ARGUMENTVM.

Quamuis Gregorius vitam ab omni munere Ecclesiastico liberã agere constituisset, populi tamen & cleri precibus atque adeò conuiciis obrutus se Ecclesiæ gubernacula suscepturum pollicetur. Ad eundem Bosporium extat quoque Basilij epistola, in qua calumniam sibi aspersam diluit.

A

Arbitrari mihi pro iis quoque quæ præcesserunt, à vobis purgationem excusationemque deberi. Ita vacors sum & stolidus! Quoniam autem obiurgandi me finem non facitis, sed prioribus certaminibus aliquid semper adiicitis, nouisque contumeliis veteres cumulatis, haud scio qua causâ permoti, siue quod nos exosos habeatis, siue vt nostri contemptu aliorum gratiam vobis concilietis: hæc quidem Deo & noscenda & iudicanda relinquimus, quem nulla res fugit, vt ait Scriptura, etiam si veritatis laruam prætendamus, vt speciosior sit apud multitudinem prætextus: tuæ autem pietati hoc denuncio, nos manus dare & cedere, atque Ecclesiæ curam, Deo dante, pro virili nostra sine cunctatione suscepturos esse (quandoquidem hoc contenditis, ac præsertim vrgente hac tempestate, propter imminentem, vt ipse scribis, aduersariorũ incurfionem) humilèque hoc corpus Deo commodaturos esse, quandiu durabit, virisque nostræ ferent, ne nos oneremus, atque obruamur, tum à vobis condemnati, tum variis vniuersi cleri

D

querelis & lamentationibus nos opprimentis, clamoribus impetiti, atque Ecclesiam neglectam cernentes, ac permultorum etiam animum offendentes & vulnerantes, tanquam Ecclesiæ negotia nihili faciamus: ac denique ne vos diutius in nostri contemptione laboretis. Idque faciemus precum vestrarum auxilio suffulti, si tu Ecclesiæ præfecturam accipere detrectas, vt & ipse scribis, & res ipsæ fidem faciunt. Præstat enim illis curis immori, quàm his. quãdoquidem omnino nos vexari atque affligi necesse est, Deo res nostras ita constituyente.

SCHOLIUM.

1. Obiurgandi me finem) Satis apparet mendosum esse hunc locum in Heruagiano codice & καὶ αὐτὸς ἔλεγε. Itaque Frobenianum sequens pro ἔλεγε lego ἐπιτιμῶντες. Mihi tamen non incommode quoque legi posse videretur pro ἔλεγε, πολλὰ μὲν ἔλεγε.

15.

Eidem.

49.

Hoc iam secundo à vobis supplantatus atque deceptus sum: (quid dicam, non sti) ac si quidem iustè, odoretur à vobis Deus odorem suauitatis: si autem in-

iustè, hãc noxam vobis Dominus condonet. Sic enim me de vobis loqui æquum est. quandoquidem iniurias acceptas ferre iubemur. Cæterum vt penes vos est voluntatis vestræ potestas: sic meæ quoque penes me est. Non vltà vobis grauis erit grauis ille Gregorius. Ad Deum secedam, qui solus purus est, & à fraude alienus: in meipsum colligar. Hæc mihi ipsi consului. Bis enim ad eundem lapidem impingere væcordibus solum tribuit parcemia.

SCHOLIUM.

1. *Odoretur Dominus*) Alludit ad illud Genesis 8. *Ædificauit autem Noë altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. Odoatusque est Dominus odorem suauitatis.*

16.

Cæsario fratri

50.

ARGUMENTVM.

In eo terræmotu quo Nicææ Bithyniæ vrbs pars maxima disiecta est, magnum mortis periculum effugerat Cæsarius, domus cuiusdam ruina tectus. Ab hac itaque tam insperata salute occasionem arripens Gregorius eum admonet, vt relictis mundi negotiis Seruatorem Deū sequatur, eiusque cultū verè ac seriò amplectatur.

NE ipsi quidem timores prudentibus viris inutiles sunt, quin potius mea quidem sententia valde commodi & salutares. Nam etsi votis omnibus eos arcemus: venientibus tamen erudimur. Aegra enim & afflicta anima vicina est Deo, vt eximiè alicubi loquitur Petrus: atque omnis, qui periculum effugit, maiori necessitudine cum eo iungitur, à quo salutem est consecutus. Proinde non quia calamitatis participes fuimus, ægro animo sumus: sed quia è periculo extracti sumus, gratias agamus, nec alios nos Deo prementibus periculis, & alios post pericula præbeamus: verum siue peregrè agentes, siue priuatam vitam ducentes, siue negotia publica administrantes (sic enim loquendum est, nec prætermittendum) eum sequamur, à quo salutem accepimus, atque ad illius partes nosmet adiungamus, res paruas & humi depressas leuissimè curantes. Ac narrationem quandam posteris demus, tum ad gloriã nostram, tum ad animæ vtilitatem insignem, quæ etiam ipsa vtilissimo documêto plerisque sit, nimirum periculum securitate, & calamitatem prosperitate meliorem esse, magisq; expetendam: si quidem ante timores, sæculi eramus, post timores autem Deo nos addiximus. Vereor ne tibi molesti videamur, qui de his rebus sepius ad te scribamus, atque ostetationis potius quàm admonitionis causa sermones habere existimemur. Quare de his rebus verborum satis. Nos verò scias, velim, prompto animo esse atque exoptare, potissimum quidem tecum esse, vt de salute tua tecum agamus ac de his rebus absolutiùs differamus: sin minus, at certè vt te hîc quàm citissimè recipiamus, simulque pro beneficio accepto gratias Deo lætè atque hilariter persoluamus.

17.

Eidem.

51.

ARGUMENTVM.

Cæsarium fratrem grauisimis verbis obiurgat, qui honorum amore delinitus se in Iuliani Christiana fidei desertoris familiam asciscendum curauerat, publicique thesauri custos creatus fuerat.

Magnopere tua causa erubuimus. nam quòd mœrore affecti fuerimus, quid scribere necesse est, tibi vtique, hoc omnium maximè persuasum habentibus. Etenim (vt de nobis nihil dicamus, nec quãta mœstitia, addam etiam timore, nos fama ea, quæ de te peruagatur, impleuerit) vellem, si fieri posset, sermonibus iis quos alij de te tam familiares & necessari quàm externi, quoquo modo nobis cogniti, dum tamen Christiani, & quidè omnes vno ore serunt, interesses. quandoquidem libentiùs cupidiùsque in alienis rebus quàm in suis mortales philosophari solent. Instar alius cuiuspiam declamationis hæc verba ipsis fuerunt. Nunc Episcopi filium militare, nunc externam potentiam & gloriam expetere, nunc pecuniis seruire (quando pecuniarum communis ignis accensus est, atque in salutis animæque periculo versantur homines) ac non potius vnam hanc gloriam & securitatem & opes existimare, nimirum fortiter & strenuè sese tyrãnidis turbini opponere, & quàm lōgissimè se ab omniscelere & piaculo remouere! Quoniam

nam autem modo Episcopi alium admonere queant, ne se à tempore abstrahi sinat idolisque commiseri? Quoniam modo eos qui aliud quoddam flagitium admittunt obiurgare possint, ipsi à Lare libertatem loquendi non habentes? Hæc nos, hisque plura & grauiora quotidie audientes, partim ab iis qui amico animo fortasse ac beneuolo loquuntur, partim ab iis qui inimicè & maleuolè nobis imminet, quo tandem modo affici, & quem animum habere putas, nos inquam qui Deo seruire proposuimus, nec vllū aliud bonum esse iudicamus, quàm vt futuræ vitæ scopum collimemus? Ac dominum quidem patrem nostrum sermones hos impatientissimè ferentem atque à vita ipsa abhorrentem, quoquo modo solor & demulceo, de tua voluntate illi spondens, atque confirmās, te nequaquã diutius nobis molestum fore. Dominā autem matrē, si quicquam de tuis rebus resciscat, (nam ad hūc vsque diem multis artibus eam celauimus) ita velim existimes, eam tātum dolorem habituram, vt nullo omnino solatio mitigari possit, vt pote parui animi fœminam, & alioqui ob pietatis magnitudinem modum in huiusmodi rebus tenere nequeuntem. Quamobrem si quam & tui & nostri rationem habes, meliùs tutiùsque tibi consule. Nam proculdubio facultates nostræ ad vitam liberaliter degendam sufficiunt, homini vtique non nimis inexplebili, nec immodica plus habendi cupiditate flagranti. Quinetiam ad constituendas vitæ tuæ rationes haud video, quodnam tempus expectabimus, si hoc nobis effluere siuerimus. Quòd si in eadem perstas sententia, ac præ animi proposito atque impetu parua omnia existimas, aliud quidem acerbi proloqui non libet: hoc tantum prædico & denuncio, è duobus alterum necesse esse, vt vel germanus Christianus manens contemptissimæ ipsius classi ascribaris, indignèque viuas & teipso, & spe quam concepisti, vel honorum desiderio estuans in capitalem fraudem incidas, fumique saltem, si non ignis, fias particeps.

SCHOLIA.

1. *Familiares*) Corruptè enim legitur οὐκ αἰνῆ in Heruag. pro οὐκ αἰνῶν.
2. *Libentius*) οὐδὲν μὲν πρὸς enim legendum, non οὐδὲν μὲν πρὸς, vt in impressis exemplaribus.
3. *Episcopi filium*) Natus est enim Cæsarius patre Episcopo.
4. *Ipsi à Lare*) A Lare incipere proverbiale dictum, ab Erasmo, vt puto, prætermisum: quo admonemur, vt priusquam censoris personam in alios assumamus, vitia nostra ipsi castigemus. Vt si princeps adulteriis reigionem suam perpurpare studens, primum id curet, ne quid huiusmodi domi suæ admittatur. Eodem modo ij à Lare libertatem non habere dicuntur, qui scelus aliquod idcirco insectari non audēt, quia semetipsos vel domesticos suos eo obstrictos esse sentiunt. Quomodo igitur, inquit Theologus, pater noster iam ad huius vitæ rerumque caducarum & fragilium contemptum alios exhortabitur, cum habeat filium mundi cupiditatibus immersum? Porro hoc adagium hinc natum esse scribit Hesychius, quia mos erat Græcis, vt Vestæ primitias facerent. ἔστια enim ἔσθλα & Vestam & Larem significat: sed perspicuitatis causa Larem transferre maluit. Aristophanes αἰσῆ ἐστια δῆρον. A Lare incipe.
5. *Indignèque viuas*) Scilicet quantum ad hanc vitam.

18.

Sophronio Præfecto.

52.

ARGUMENTVM.

Sophronij Præfecti opem implorat aduersus eos, qui in mortui Cæsarij facultates crudeliter impetum fecerant, easque sceleratè diripiebant. Principio epistola de vitæ fragilitate & inconstantia philosophatur.

Vides quales res nostræ sint, & quomodo res humanæ velut in orbem conuoluantur, ac nunc floreat, nunc marcescant, eamque rationem habeant, vt nec felicitas, nec fortunæ aduersitas, vt dici solet, fixa stabilisque nobis permanent, verum celerrimè vtraque commutetur ac dilabatur: adè vt ventis certius fidere possimus, aut literis in aqua scriptis, quàm hominum felicitati. Quòd quidem mea sententia idcirco fit, vt harum rerum inconstantiam inæquabilitatemque perspicientes concitatiore cursu ad Deum & futura properemus, ac nobis quoque ipsis non nihil prospiciamus, vmbas & somnia leuiter curantes. Sed vnde hæc fluxit oratio? non enim hæc temere philosophor, nec incassum me ostento. Erat quondam non obscuri nominis tuus quoque Cæsarius, immò, nisi me fraternus amor fallit, perquam ampli & splendidi: eruditionis laude illustris, sin-

Sentent.

Calamitas
melior
prosperi-
tate.

Sentent.

gulari morum probitate commendabilis, amicorum etiam copia clarus, quorum primum te tuamque nobilitatem esse, tum ipse credebat, tum nobis persuadebat. Ac vetera quidem huiusmodi erant. Tuque etiam his plura à teipso adicies, funebribus illum honoribus prosequens, & quod naturam omnibus insitum est, mortuo quippiam amplius elargiens. At nunc (ac vide, ut sicis oculis hunc sermonem transmittas, aut honestè certè & commodè collachrymes) hic quidem extinctus iacet, ab amicis inops, desertus, miserabilis, exigua myrrha donatus, (si tamen id quoque) ac paucis & extremis integumentis: magnique etiam æstimandum, quod hæc quoque hominum miseratione consecutus sit. Impetum autem hostes fecerunt, ut audio, atque eius facultates alij aliunde liberrimè & insolentissimè partim diripiunt, partim iamiam direpturi sunt (ô grauem importunitatem! ô inauditam crudelitatem!) nec quisquam est qui prohibeat, sed humanissimus quisque hoc solum præstat, quod legum fidem implorat & obtestatur. Atque, ut vno verbo dicam, fabula facti sumus, qui felices quondam habebamur. Hæc tibi ne leuia & tolerabilia videantur, obsecro: verum & vicem nostram dole, & simul indignare, beneficioque Cæsarium è viuis sublatum affice. Eia te per amicitiam ipsam obtestor: eia per ea, quæ charissima habes, per spes animo conceptas, quas tibi faustas effice, fidum te & sincerum amicum mortuo præbens: ut iis etiam qui vita fruuntur, hoc largiaris, ac spem meliorem afferas. An tu pecuniarum nomine nos angiputas? Intolerabilior nobis ignominia fuerit, si ex omnibus mortalibus Cæsarius solus, qui multorum hominum amicitia sibi fultus esse videbatur, amicos nullos habuisse existimeretur. Ac deprecatio talis est, atque à talibus profecta. quandoquidem tu nos quoque fortasse non contemnendo loco habes. Quod autem auxilium, & qua ratione ferendum sit, & res ipsæ admonebunt, & prudentia tua dispiciet.

SCHOLIUM.

1. Ac vide, ut) Apparet enim legendum esse ὅπως μοι ἀξιοδραμῆς, ut in Froben. non ὅπως μοι, ut in Heruag. Id quod aperte indicat id quod sequitur, ἢ ἀκριβέστερον γὰρ, &c. Porro Amm. Marcellinus lib. 26. meminit cuiusdam Sophronij primum notarij, deinde Præfecti Constantinopoleos sub Valente. qui videtur esse ille, ad quem scribit noster Theologus.

19.

Basilic.

16.

ARGUMENTVM.

Inter Eusebium Cæsareæ Episcopum, & Basilium nescio quid simultatis intercesserat. Gregorius itaque utrunque per literas ad concordiam hortatur.

Tempus iam est, ut prudens consilium ineamus, tolerantiamque laude floeamus, nosque ita comparemus, ut nec quisquam animi magnitudine præstantior nobis appareat, nec multi nostri labores & sudores temporis puncto collabantur & evanescent. Cur hæc scribam, quæris? Deo charissimus Episcopus noster Eusebius (sic enim de eo nobis deinceps sentiendum & scribendum est) animo erga nos est admodum amico & ad similitates componendas propenso, ac tempore, velut igni ferrum, emollitur: literasque etiam deprecatrices & euocatrices ad te missurus est, quemadmodum & ipse mihi significauit, & multi ipsius animum perspicuè cognitum habentes nobis fidem faciunt. Quem anteuertamus, quæso, vel ad eum venientes, vel scribentes, vel quod erit rectius, prius scribentes, ac deinde ad eum nos conferentes: ne postea nos pudeat, si victi fuerimus, cum vincere licuerit, præclare videlicet & philosophicè cedendo: id quod plerique à nobis exposcunt. Mihi itaque obsequere, ac veni, tum ob hanc causam, tum etiam propter tempus. Quandoquidem hæretici coniuratis animis Ecclesiam percurfant, partimque iam adsunt, ac turbas mouent, partim, ut fama iactatur, affuturi sunt. Ac periculum est, ne veritatis doctrina couulsa distrahatur, nisi primo quoque tempore Beseleelis Spiritus exciteretur, hoc est, sapientis huiusmodi disputationum & dogmatum architecti. Quod si tibi operæ precium esse videretur, ut ipse adsum, atque hæc administrarem, tibi que itineris comitem me adiungam,

gam, ne hoc quidem munus defugiemus.

SCHOLIUM.

1. Beseleelis spiritus) Beseleel artifex à Deo vocatus, Spiritu eius impletus est ad ædificationem tabernaculi, Exodi 31. & 35. Per Beselelem autem hoc loco Basilium significat.

20.

Eusebio Episcopo Cæsariensi.

17.

Quoniam mihi cum eo viro sermo est, qui nec mentiri amet, & in altero mendacium omnium acutissimè deprehendat, quantumuis callidis multiplicibusque labyrinthis obuoluatur: atque insuper ne mihi quidem fucus & simulatio placet (dicam enim, & si molestius sit) tum à natura ita comparato, tum à Scriptura instituto atque informato: idcirco quæ animo occurrunt, scribo. Ac tu meam dicendi libertatem in bonam partem accipias, velim: aut iniurius in me fueris, libertatem mihi adimens, cogensque me conceptum mœrorem, velut morbum quendam malignum & subputridum in meipso continere. Ornari quidem me abs te lætor (si quidem homo sum, ut prius dixit quispiam) atque & ad concilium & ad conuentus spirituales vocari. Verum contumeliam charissimo fratri Basilio à tua pietate illatam esse, atque etiamnum inferri molestè fero, utpote quem & vitæ & studiorum excelssimæque philosophiæ socium & iam olim elegi, & nunc habeo. nec quicquam mihi ob iudicium de eo meum succenseo. sic enim parcus loqui præstat: ne alioqui ipsius virtutes prædicans meipsum laudare videar. Tu verò dum eo contempto nos honore prosequeris, perinde mihi facere videris, ac si quis vnus viri caput altera manu demulceat, altera malam feriat, aut etiam conuulsis domus fundamentis parietes depingat, atque externas partes exornet. Proinde si quid mihi obsequendum putabis, hoc facies. Ut autem obsequaris abs te peto atque contendo. æquum est enim. Si illum, ut par est, colueris ipse quoque ab eo vicissim obseruaberis. Nos autem sequemur, quemadmodum umbræ corpora, utpote parui, & ad pacem procliuës. Non enim ita misero statu res nostræ sunt, ut cætera quidem philosophari, partimque excellentiori adiungi velimus, cæterum dilectionem, quæ totius doctrinæ nostræ caput est, contemnamus ac pro nihilo ducamus: idque erga virum sacerdotio insignem tantæque virtute præditum, quem & vita & doctrina & ætate omnium, quos nouimus, præstâtissimum esse censemus. Neque enim mœror, quo affecti sumus, veritati tenebras offundet.

SCHOLIUM.

1. Nos autem sequemur) In utroque codice impresso est ἀκολουθῶμεν, sed vitiosè. ἑστέ enim sine controuersia legendum, ut & sensus exposcit, & ipsa constructio.

Basilius Gregorio.

ARGUMENTVM.

Rogat Gregorium, ut ad consultationem de Episcopi creatione incundam Cæsaream se conferat.

Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? vel quomodo renouabitur senectus mea, ut ad charitatem vestram trāsire, desideriumque vestri, quo teneor, lenire, animique molestias exponere, ac vestra opera quoddam afflictionum solatium reperire queam? A morte enim beati Episcopi Eusebij metus non paruus nos inuasit, ne forte ij qui Metropolitanæ Ecclesiæ nostræ quondam insidias struebant, eamque hæreticis zizaniis implere cupiebant, occasionem nunc nacti pietatem in hominum animis multo labore sparsam perniciosius suis doctrinis radicibus euellant, ipsiusque vnitatem scindant, quemadmodum in plerisque Ecclesiis fecerunt. Quoniam autem literæ quoque Cleri ad nos allatæ sunt, quibus rogamur, ne tali tempore eos negligamus: in orbem circumspectis, charitatis vestræ recordatus sum, rectæque fidei ac zeli, quo pro Dei Ecclesiis semper flagrans. Eaque de causa dilectum Condiaconum Eustachium misi, ut veneratio vestra illius hortatu precibusque permota omnibus laboribus & ærumnis Ecclesiarum causa susceptis hunc quoque adiungat, senectutemque meam congressione reficiat, ac recreet, rectæque Ecclesiæ celebrem illam pietatem

dirigat, nobiscum scilicet, si modò digni habiti fuerimus, qui vos in bono hoc opere iuueamus, pastorem illi iuxta Domini voluntatem præficiens, qui plebem ipsius moderari queat. Est quidem nobis præ oculis vir, quem nec ipsi ignoratis, quo si diuina gratia potiamur, magnâ haud dubiè nobis libertatem apud Deum comparabimus, maximòque beneficio populum, qui opem nostram implorauit, afficiemus. Verùm te rursus, ac sæpius rogo, vt abiecta omni cunctatione hîc nobis præsto sis, hiemisque molestias anticipes.

21.

Gregorius Basilio.

27.

NOli mirari, si quid præter opinionem tuam dixerò, nec prius à quoquam **A** homine dictum. Quanquam tu mihi viri constantis & certi atque animi firmitate præditi existimatione habere videris: multa tamen simpliciter magis quàm circumspectè & securè deliberas, ac facis. Nam qui à vitio liber est, is vitium in alio minus promptè suspicatur. Huiusmodi quiddam tibi nunc accidit. Ad Metropolitanam urbem nos acciuisi, cum de Episcopo creando consultatio proposita esset. Ac quàm specioso & ad persuadendum apposito prætextu vsus es! Aegrotare te finxisti, atque extremos spiritus edere, cuperèque nos videre, atque extremum alloqui: quod quo consilio feceris, assequi nequeo, nec quid præsentia nostra ad eam rem utilitatis allatura sit. Ego verò ad iter me accinxi, rem hanc ægerrimo animo ferens. Quid enim mihi vita tua sublimius, aut discessu **B** tristius & acerbius? Ac fontem lachrymarum profudi, & ingemui, nuncque primum me aliter affectum sensi, quàm philosophi ratio postulet. Denique quid epitaphiis non impleui? Posteaquam autem Episcopos ad urbem concurrere intellexi, profectiois consilium abrui, demirarique cœpi, primum si quid deceret, atque honestum esset non perspiciebas, atque improborum linguis occurrèdum putabas, quæ simplicissimis quibusque celerrimè calumniam struunt. Deinde, si non hæc tibi ac nobis conuenire existimas, quibus & vita & doctrina & reliqua omnia communia sunt, nimirum à Deo ita iam inde à prima ætate consociatis. Tertio (liceat enim hoc quoque dicere) si piorum Deique metu præditorum hominum huiusmodi electiones esse censuisti, ac non potentium, **C** & apud vulgus gratiosorum. Atque ego his de causis nauigij proram, vt dici solet, conuertit, ac proficisci detrectaui. Tibi autem, si videtur, hoc quoque fixum constitutumque sit, inter medios tumultus prauasque suspiciones fugere. Tuam verò pietatem tum demum videbo, cum & negotia constituta fuerint, & per tempus licuerit: ac plura etiam & grauiora exprobabo.

22.

Ad Cæsarienses, Epistola patris nomine scripta.

18.

ARGUMENTVM.

Gregorius pater duabus his epistolis miro conatu hoc agit, vt Basilius Ecclesie Cæsariensis Episcopus instituat.

SVM quidem pastor exiguus, exiguique gregis antistes, minimusque inter ministros Spiritus: cæterum gratia nequaquam angusta est, nec locis circumscripita. Quocirca paruis quoque liberè loquendi potestas concedatur, præsertim de communibus maximisque rebus orationem habentibus, & cum hac canicie consultantibus, quæ aliquid fortasse prudentius & solertius habet, quàm plerique è vulgo. Non de paruis & leuibus rebus deliberatis, verùm quibus vel rectè vel secus habentibus, Rempub. quoque vel hoc vel illo modo se habere necesse est. De Ecclesia enim nobis sermo est, pro qua Christus mortuus est, ac de eo qui hanc Deo sistat & conciliet. Lucerna enim corporis est oculus, quem **E** admodum docet Scriptura, non modò hic corporaliter aspiciens & aspectus, sed etiam qui spiritualiter cernit ac cernitur. Lucerna autem Ecclesie est Episcopus, quemadmodum ipsi perspicuè nostis, etiam si nò scripserimus. Itaque quemadmodum illo puro atque incolumi corpus quoque rectè ducitur, impuro autem & vitiatò,

Mar. 10.

tiatò, non rectè: consimili quoque ratione vtrolibet modo sese Ecclesie antistes habuerit, omnino vel periculi vel salutis participem esse Rempub. necesse est. Porro cum omnibus Ecclesiis tanquam Christi corpori summa cura & sollicitudine prospiciendum sit: tum maximè vestræ, quæ omnium ferè Ecclesiarum mater & à principio erat, & nunc est, atque censetur, & ad quam tota Rempub. Christiana oculos coniecit, non secus ac circulus centro circumscriptus, non modò propter fidei integritatem iam olim omnibus prædicatam, sed etiam ob concordie gratiam diuino haud dubiè beneficio ipsi concessam. Quoniam igitur ad deliberationem, quam de hac re habetis, nos quoque, vt rectum erat, atque Ecclesiastica regula postulabat, vocastis, senectute autem & morbo correpti tene-
A mur, si quidem ipsi quoque Sp. sancto vires nostras obfirmante adesse queamus (neque enim quicquam fide præditi incredibile est) hoc sanè & publicæ utilitati melius, & nobis iucundius fuerit, vt & vobis aliquid conferamus, & ipsi benedictionis participes efficiamur. Si autem per corporis infirmitatem adesse non licuerit, id certè, quod absentes possunt, conferimus. Et quidem alios quoque apud vos præfectura dignos esse confido, vtpote in vrbe amplissima, atque ita præclarè & ab huiusmodi Præsulibus iam olim gubernata: cæterum ex omnibus, qui honore & gloria apud vos florent, neminem Deo dilectissimo filio nostro Basilio Presbytero anteferre possum (hæc autem quasi Deo teste dico) viro **B** tum morum integritate, tum doctrina purgato, solique omnium vel certè potissimum iis viribus subnixo, vt perditissimo huic tempori, vigenti que hæreticorum loquacitati, linguæque prurigini vtraque re obsistere possit. Hæc & sacerdotali classi & monachis scribo: hæc & iis, qui magistratus gerunt, & qui senatorij sunt ordinis, ac denique plebi vniuersæ. Si igitur huic sententiæ assensum fuerit, suffragiumque nostrum adèd sanum & integrum, vnâque cum Deo latum vicerit: & spiritualiter adsum & adero, immò etiam iam manum imposui, Spiritusque fiducia nitor. Sin autem aliud quidpiam potius quàm hoc placeat, ac per sodalitia & cognationes huiusmodi res expendantur, ac miscellanea turba exactum & seuerum electionis morem conuulserit, & distraxerit: seorsim sanè id quod vobis **C** arriserit, facite: nos autem intra nosmetipsos collecti quiescemus.

23.

Ad Episcopos Epistola patris nomine scripta.

19.

QVAM suaues estis & humani, ac singulari charitate præditi! Ad Metropolitanam urbem nos vocastis, de Episcopo, ni fallor, consilij aliquid in-
turi (hoc enim vos in animo habuisse sentio) cum nec quòd adesse necesse sit, nec quam ob causam, nec quo tempore, prædixeritis: sed repentiè nobis, si quid facere aggressi estis, declaraueritis, tanquam videlicet non nos honorare constituentes, aut habere expetentes: sed præsentiam nostram studiosè impedi-
D ne in nos inuitos & repugnantes incidatis. Ac tale quidem vestrum facinus est, iniuriamque hanc feremus. Quid autem ipsi sentiamus, exponemus. Alij quidem alios creabunt atque proponent, nimirum pro suis quisque moribus aut copiis & facultatibus, quemadmodum in huiusmodi rebus accidere consuevit. Nos verò neminem, nec enim fas est, charissimo filio nostro Basilio Compresbytero præferre possumus. Ecquem enim ex omnibus, quos nouimus, vel vita probatorem, vel doctrina valentorem, magisque ad virtutis elegantiam vndique perpolitum reperimus? Quòd si quis illius infirmitatem sententiæ suæ prætextit: nò athletam creatis, sed doctorem. Atque in hoc virtus illius lucet, qui infirmos, **E** si quidem tales sint, fulcit & corroborat. Si huic suffragio calculum vestrum adieceritis, & adero, & me vobis vel spirituali vel corporali modo adiutorem profitebor. Si autem certis conditionibus via capeffenda est, factionesque & dissidia contra ius fæque valitura sunt, volupe est nobis contemptui esse. Vestrum sit hoc opus, pro nobis autem orate.

1. Nec quando prædixeritis) Nec enim dubium est, quin *αεαααααααααα* legendum sit, non *αεαααααααααα*, ut in duobus impressis exemplaribus.

2. Ut ne in nos inuitos & rep. incidatis) Hic exemplaria variant. In Heruag. enim est, *να μηδε ακουον ημιν αειπεισθαι*, ubi tamen nemo est, qui non videat legendum esse, *αειπεισθη*. In Frobeniano autem pro *ακουον* legitur *εκουον*, & quidem vitiosè quantum ad accentum. *εκουον* enim scribendum fuerat. Ego Heruagianum in translatione secutus sum, quia commodiorem sensum offerebat. Quamquam ut coniecturam meam in medium promam, nec *ακουον*, nec *εκουον* legendum puto, sed *ηκουον*, sicque vertendum. Ut ne in nos quidem venientes incidatis.

24.

Basilio.

25.

A

ARGUMENTVM.

Basilio Episcopatum Casariensem gratulatur, etque causam exponit, cur non quamprimum ad eum se conferat.

Posteaquam te in sublimi throno collocatum, lucernamque, ac illam quidem prius obscure lucentem à Spiritu victore supra candelabrum oculis omnium expositam esse intellexi: magnam me cœpisse voluptatem fateor. quidni enim, cum Ecclesiæ corpus grauer laborare, atque huiusmodi ductu & auxilio opus habere cernerem? Non tamen ad te statim aduolui, nec aduolabo: nec tu ipse id à me exposcas. Primum ut auctoritatem grauitatemque tibi factam testamque custodiam: ac ne ineptia quadam & præcipiti animi impetu, quemadmodum obtrectatores dicere queant, tui studiosos colligere videaris. Deinde, ut mihi ipsi constantiam æquabilitatemque comparem, inuidiamque occurram. Quando igitur venies, fortasse dixeris, & quandiu procrastinabis? quoad Deus iusserit, atque eorum qui nunc infidiosè imminet, inuidiamque flagrant, vmbra præterierint. Nō enim diutius, mihi crede, leprosi resistēt, Dauidem Hierosolymis excludētes.

25.

Eidem.

26.

ARGUMENTVM.

In magnis turbis molestisque versabatur Basilus, fortasse ob nouam illam Cappadociae in duas prouincias, Tyanensem & Casariensem, diuisionem. Hunc per literas cohortatur Gregorius, ut magno animo arumnas ferat, nec molestus succumbat.

Avdio te nouo hoc rerum motu perturbari, tibi que à versuta quadam & vsitata eorum, qui potentia & auctoritate florent, curiositate molestiam exhiberi. Nec sanè mirandum est. Neque enim inuidiam ignorabam, quodque permulti ex eis, qui latus tuum cingunt, negotia sua per te procurant, maleuolentiamque & inuidiam fomitem excitant. Illud verò non metuo, ne quid parum philosophicum in his molestiis, atque & te & nobis indignum facias. Quin potius nunc vel maximè futurum existimo, ut Basilus meus cognoscatur, & quam omni vitæ ætate sapientiam collegisti, eam ut luculenter demonstras, obtrectatorumque improbos conatus superes, ac velut in altissimis fluctibus immotus maneat, aliis perturbatis. Quod si ita tibi videtur, ipse quoque adero, fortasse quidē consilij quoque tibi aliquid impartiturus (si tamen mari aqua opus est, ac tibi consultore) proculdubio autem, ut à te vtilitatem percipiam, patientiamque tuam in ferendis contumeliis socium me præbeam.

26.

Eidem.

20.

ARGUMENTVM.

Narrat, quo modo cum philosopho quodam verborum contentione decertarit, qui eo nomine Basilium impietatis arcessebat, quod Sp. sanctum nequaquam aperte Deum profiteretur.

EGo te & pro vitæ duce, & pro fidei ac dogmatum magistro, & quicquid præclari à quoquam dici potest, tum ab initio habui, tum nunc habeo: & si quis alius tuarum laudum prædicator est, omnino vel mecum est, vel post me. Vsq; adeo me totum rapuit pietas tua, atque adeo sincerè & ex animo sum tuus!

Nec

Nec verò mirum hoc videri debet. Nam cum quo maior alicui vitæ consuetudo intercessit, huius quoque magis periculum facere licuit: qui autem vberius experimentum sui dedit, huius quoque exactius est & absolutius testimonium. Et si quem alium ex hac vita fructum capio, hunc ex amicitia tua vitæque consuetudine capio. Ac de his quidem rebus ita animo afficior, utinamque afficiar. Quæ autem nunc scribo, inuitus quidem scribo: sed tamen scribam. Ac mihi eo nomine minimè succenseas velim, aut admodum ipse acerbè feram, si fidem tibi non fecero, me hæc beneuolo animo loqui, atque ad te scribere. Multi nos, ut circa fidem parum firmos accusant, quotquot nimirum, idque meritò, res nostras communes vtriusque esse censent. Atque alij quidem planè nos impietatis insimulant, alij timiditatis. Impietatis quidem, qui nec sanam doctrinam à nobis promulgari credunt, sibi que persuadent: timiditatis autem, qui nobis dissimulationis præuaricationisque crimen impingunt. Ac sermones aliorum quid referre attinet? Quod verò nuper accidit, tibi exponam. Conuiuium celebrabatur, cui non pauci illustres viri intererant, nobisque amicitia coniuncti, atque inter eos vir quidam pietatis nomen habitumque præ se ferens. Nondum compotari cœptum erat, cum, ut in conuiuiis accidere solet, de nobis sermo excitatur, instar alius cuiusdam aduentitiæ rei in mediū propositus. Omnibus porrò virtutes tuas magnificè prædicantibus, nosque etiam ut iisdem vitæ studiis deditos, adiungentibus, amicitiamque nostram & Athenas commemorantibus, in rebusque omnibus concordiam animorumque conspirationem, graue quoddam facinus hic philosophus edit. Quidnam hoc, inquit admodum furiosè exclamans, ô viri, quàm vos insigniter mendaces & assentatores estis? Cætera quidem laudentur viri illi, si ita lubet, nec ipse quidem contradico: ceterum, quod maximum est, non illis concedam. Orthodoxiæ nomine frustra laudatur Basilus, frustra Gregorius: ille quia veritatem suis disputationibus prodit: hic quia tolerantia sua proditionis socium se præbet. Hic ego. Vnde hoc, ô homo vane atque amētiā noue Dathan & Abiron? vnde nobis dogmatum promulgator venis? quomodo tantarum rerum iudicem te ipsum facis? Tum ille, ex Euppsychij Martyris synodo nunc venio, eamque dicti mei testem habeo (sic enim se res habebat) atque illic Basilium magnum audiui, de Patre quidem & Filio optimè ac præstantissimè, atque ut vix quisquam alius facile queat, differentem: Sp. sanctum autem conuellentem & deficientem. (Ac similitudinem quandam adiciebat à fluuiis petitam, qui rupes cursim prætereuntes arenosa loca excauant.) Et cur tandem, vir egregie, inquit me intuens, tu quidem iam perspicuis verbis Spiritum sanctum Deum esse doces (simulque vocem quandam meam commemorauit, cum ego ut in frequentissimo cœtu de diuinitate verba faciens peruulgatum illud Spiritu sancto interfatus essem, Quousque lucernam sub modio abscondemus?) Basilus autem fidei doctrinam obscure subindicat, ac velut adumbrat, nec veritatem liberè profitetur, oratorie magis quam piè auditorum aures obruens, dicendique facultate subdolum animi consilium tegens? Quoniam, inquam, ego in obscuro positus ac plerisque incognitus, sic ut nec quæ loquar, nec an loquar, ferme homines sciant, turò philosophor. Illius autem maior habetur ratio, utpote & à seipso clarioris, & ab Ecclesia. Tum etiam quia id omne quod dicit, in publico hominum cœtu dicit, grauique hæreticorum bello vrgetur, nudam præsertim à Basilio vocem arripere quærentium, ut eo (qui solus ferme reliquus est veritatis fomes, visque viuifica, vicinis omnibus captis ac subiugatis) ex Ecclesia pulso & exturbato, malum istud in ciuitate radices agat, atque ab hac Ecclesia non secus atque ex aggere quodam & propugnaculo, terrarum orbem peruastet ac populetur. Præstare itaque veritatis doctrinam cautius aliquanto minusque liberè profiteri, temporique quasi nebulæ cuida cedere, quàm eam aperta prædicatione opprimere. Nos enim ex ea re nihil damni facere, si ex aliis quoque dictionibus, quibus id certò colligatur, Sp. sanctum Deum agnoscamus. Neque enim in verborum sono potius,

Sp. sancti diuinitas.

Bas. celebrator Nazianzeno.

quàm in mente & sententia veritatem sitam esse. Ecclesiam autem graue detrimentum accepturam, si vnus hominis oppressione veritas profligetur. Hoc consilium ij qui aderant, tanquam vanum & frigidum ipsòsque ludificans, non modò non comprobarunt, sed etiam nos clamoribus insectati sunt, vt ignauia nostrà potius, quàm orthodoxæ doctrinæ consulentes. Longè enim præstantius esse, nostros per veritatis prædicationem tueri atque conseruare: quàm huiusmodi cautione & dispensatione eos inutiles reddere, nec interim alienos elucrari. Enimuerò quæ & dixi, & audiui, & quàm immodicè & præter mores meos aduersus eos, qui contrà nitebantur, stomachatus sum, sigillatim exponere, prolixum nunc fuerit, minimèque fortasse necessarium. Vt autem finem dicendi faciam, sic eos amandauì. Tu verò diuine vir & sacrosancte, facito, vt nos doceas, quousque in disputatione de Sp. sancti diuinitate progredi, quasque voces vsurpare, & quousque cautione certaque dispensatione uti debeamus: vt ea aduersus eos qui contradicunt, in promptu habeamus. Nam si hoc nunc ipse abs te doceri postularem, cum te resque tuas omnium mortalium maximè perspectas habeam, ac certissimam de his rebus fidem sapius dederim, vicissimque acceperim: omnium profectò stolidissimus essem ac miserrimus.

SCHOLIA.

1. Vsq̄ue ad eò me totum rapuit) ὅσῳ τὸν ἡπὶμαί σου τῆς ἀλαθείας ἡπὶμαί enim duobus genitiuis iunctum com-
modiorem significationem habet, quàm cum genitiuo & datiuo iungitur. Exempli causa, τῆ καλοκαγαθία πῶ-
πες ἐκείνου ἡπὶ ὠνται, i. omnes ab eo probitate superantur. At πῶπες ἡπὶ ὠνται τῆς ἐκείνου καλοκαγαθίας, i. omnes ille
probitate sua ad se allicit, sibi que deuincit. Gallicè meliùs Græcòque conuenientius, il gaigne vn chacun par
sa bonité & honnesteté. Sic in oratione de Cypriano, ἡ σὸ ἀλαφροῦ τῆς ἡπὶμαί τῆς ἀρετῆς. Et in oratione de se-
ipso, ὅσῳ τὸν ἡπὶμαί τῆς ἡμετέρας φωνῆς, vsque ad eò vos cepit & illexit vox mea. Hæc idcirco adnotanda
duxi, quòd omnes fere interpretes vtramque significationem confundant.

2. Graue quoddam facinus (Rectius enim in Frobeniano habetur διόν π ἀεζῆμα, quàm διόν τὸ ἀεζῆμα,
vt in Heruagiano.

3. Euppsychij Martyris) Fortasse hic est Euppsychius ille Casariensis nobililoco natus, cuius meminit Soz-
omenus in Historia Tripart. lib. 5. cap. 11. qui ob euersum Fortunæ templum imperante Iuliano interemptus est.

4. Vocem meam commemorauit) In vtrisque codicibus Græcis corruptissimè legitur, ἡ ζωὸς ἀπ' ἐμοῦ μὲν τῆ
ἐξ ἐμοῦ: sed facile est errorem deprehendere, corrigere autem, hoc opus hic labor est. Ego veram lectionem
hac demù ratione comòdisimè restitui posse contèdo, si pro his quatuor verbis, ἀπ' ἐμοῦ ὡς τῆς πὶ σὺβστῆται
vnicum verbum, ἀπὸ μὲν ἐμοῦ, vel ἀπὸ μὲν ἐμοῦ. Atque ita etiam translit clarissimo, vt opinor, sensu, nec à
Gregorij mente abhorrente. Et hæc omnia per parenthesim inclusi, vsque ad illud, ὁ δὲ ἱεροφάνης, &c. Quasi
oblectator ille, qui per dialogisum in hac epistola loquens introducit, ad hunc modum loqueretur. Tu
quidem Gregori sine vllis verborum inuolucris diuinitatem spiritus sancti doces, quippe qui non ita pridem
publicam concionem habens, cum eius diuinitatem aperte professus esses peruulgata hæc verba subiunxisti:
Quousque lucernam sub modio abscondemus (Hanc autem Orationem significat, cuius principium est, Os
meum aperui. Illic enim hæc verba expressè habentur:) At Basilius obscure tantum & adumbratè eandem
doctrinam exponit. De eadem re tractat in orat. de vita Basilij.

5. Eos inutiles reddere) ἀργεῖον enim legendum, vt in Frobeniano, non autem ἀργεῖον, vt in nostro.

Basilij Gregorio.

ARGUMENTVM.

Hæc epistola in Frobeniano codice falsò ascripta erat Gregorio. Quis enim non videt Basilium hac epistola
proximis Gregorij literis respondere?

Pietatis tuæ literas à venerabili fratre Hellenio accepi, atque iis omnibus au-
ditis, quæ nobis ipse, idque nuda & perspicua narratione patefecisti, quo mo-
do affecti fuerimus nullo modo dubitas. Verùm quoniam amorem erga te no-
strum omni mœrore superiorem facere constituimus: hæc quoque, vt conuenie-
bat, accepimus, atque à Deo sancto votis poscimus, vt reliquis vitæ nostræ diebus
aut horis ita in nostro erga te animi affectu & beneuolentia conseruemur, vt an-
teacto tempore, in quo nullius omnino vel minoris vel maioris officij prætermis-
si nobis conscij sumus. Quòd si ille, recens in Christianorum vitam prospicere ge-
stiens, ac postea ex eo sibi auctoritatem conciliari existimans, nobiscum ver-
setur, & quæ non audiui, confingit, & quæ non intellexit commemorat, haud-
quaquam

quaquam mirum videri debet. Verùm illud mirum & absurdum, quòd apud vos,
harū rerum auditores habet fratres mihi sincerissimos, nec auditores solū, sed di-
scipulos quoque vt videtur. Quanta autem alioqui nouum esset ac mirabile, &
eum, qui hæc docet, talem esse, & tales eos qui audere sustinent, & me denique,
cuius nomen proscinditur: perditus tamen hic temporum status nos docuit, ne
re vlla acerbius offendamur. Iampridem enim his ignominiosiora nobis propter
peccata nostra in vsu fuerunt. Ego verò, si fratribus, qui istic degunt, meæ erga
Deum fidei nondum experimentum præbui: ne nunc quidem habeo, quid re-
spondeam. Nam quibus diuturnum tempus minimè fidem fecit: his quo tandem
modo fidem factura est breuis epistola? Si autem illa abunde sufficiūt: nugæ cen-
seantur, quæ ab obtrectatoribus & scyphantis in me conferuntur. Cæterum si
linguis effrenatis, & cordibus imperitis, de quibus voluerint, loqui permiserimus,
atque eorum sermonibus excipiendis paratas aures habuerimus, non solū ipsi
aliorum vituperationes accipiemus, sed alij etiam nostras. Huius rei porrò causa
illa est, quæ ne existeret, iampridem à te precibus contendebam: nunc autē fef-
sus fractusque taceo, nimirum quia mutuo congressu nequaquam fruimur. Nam
si, vt & inter nos olim conuenerat, & cura & sollicitudo, quam nunc Ecclesiis de-
bemus, efflagitat, bonam anni partem simul traduxissemus: ansam atque aditum
obtrektoribus haud quaquam de dissemis. Tu verò, si ita videtur, hos valere si-
ne, nostrisque precibus adductus nos in præsentem certamine laborantes adiuua, si-
mūlque cum eo qui aduersus nos cum exercitu grassatur, manus conserere. Nam si
vel solūm conspectus fueris, eius imperū infringes, eosque qui ad patriæ res euer-
tendas instructi sunt, fundes ac dissipabis, perspicuū videlicet ipsis faciens, te cœ-
tus nostri ducem futurum, atque os omne iniustum hominum iniquitatem ad-
uersus Deum loquentium obstruaturū. Quod si contigerit, res ipsæ declarabunt,
quis ille erit, qui te ad præclara negocia sequetur, quis rursus claudicet, ac verita-
tis doctrinam ignauia prodat. At si Ecclesiæ res proditæ fuerint, haud magnæ mi-
hi curæ erit, eos verbis permouere, qui te tanti æstimauerint, quanti æstimare
queant homines nōdum seipso metiri scientes. Haud multò post enim Dei gra-
tia ipso rerum argumento ac demonstratione calumniæ refellentur. Quando-
quidem pro veræ doctrinæ defensione futurum expectamus, fortasse quidem vt
gravius aliquid patiamur: sin minus, at illud certè, vt Ecclesiis patriisque sedibus
expellamur. Quòd si nihil etiam eorum, quæ in expectatione habemus, accide-
rit: non procul est Christi tribunal. Quocirca si congressionem nostram Ecclesia-
rum causa requiris: conuenire parati sumus, vbicumque accersueris: si autem vt
calumnias refutem, mihi hoc tempore de his respondere non vacat.

SCHOLIA.

- 1. Qui istic) ἄνθ enim hoc loco aduerbium est, non pronomen.
- 2. Cætus nostri) Legendum in Græco, τὸ κατ' ἡμῶν συνέχον, non τὸν συνέχον. κατὰρχον enim genitiuum regit.

27.

Gregorius Basilio.

21.

ARGUMENTVM.

EX Basilij responsione facile colligi poterat, eum literis illis, quas à Theologo acceperat, offensum fuisse.
Eam ob causam se apud eum hac epistola purgat, nec causam vllam fuisse ait, quam obrem ipsi literæ
ille stomachum mouere debuerint.

Hoc nimirum erat, quod alius quispiam acumine maiori præditus suspicari
potuisset, ego verò, qua sum stultitia & rusticitate, cum ad te scriberem, non
extimui. Mœrore te affecerunt nostræ literæ, vt autem ipse assero, nec rectè nec
iustè, sed perquam iniquè & præter occasionem. Ac mœrorem quidem aperte
nequaquam fassus es, sed pressisti & occultasti, & si id sapienter fecisti, mœroris
personam pudore velut larua quadam obtegens. Ego verò si subdolo & maleuo-
lo animo à me hoc factum est, non magis à tuo mœrore quàm ab ipsa veritate læ-

dar: si autem simplici animo & pro consueta mea erga te benevolentia, non animi tui affectum, sed peccata mea accusabo. Quanquam satius fuerat his incommodis mederi, quam iis qui consilium afferebant, succensere. Sed tu quid tibi faciendum sit, ipse videris, quippe qui aliis quoque idem consilium porrigere facile potes. Hoc autem habeto, me Deo aspirante, & tibi affuturum, simulque dimicaturum, virilemque operam impensurum esse. Quis enim laqueescet, immo quis non magno & fidenti animo futurus est, te duce ac socio de veritate disputas, ac certamen conferens.

28.

Eusebio Samosatensi Episcopo in exilio agenti.

73.

A

ARGUMENTVM.

Eusebio Samosateno Episcopo pietatis causa exulanti se excusat, quod eum per Cappadociam transeuntem non viserit, simulque orationum eius auxilium implorat. Hic porro Eusebius orthodoxe fidei causa a Valente Ecclesia pulsus est, in Thraciamque deportatus, ut refert Theodorus Eccles. Historia lib. 4. cap. 13. Quo mortuo ab exilio reversus Doliche ab Ariana quadam muliercula tegula ictu necatus est, vindi-ctaque amicis interdixit, quemadmodum idem auctor testatur lib. 5. cap. 4. & Niceph. lib. 12. cap. 5.

Quo tempore per patriam nostram pietas tua transibat, nec e cubiculo prospicere poteram, extremo morbo laborans. Me porro non tam excrucia- bat morbus, licet mortis metum inuehens: quam quod bono & sacrosancto tuo congressu priuabar. Tanta nimirum vultus istius honorabilis videndi cupiditate teneor: quanta eum teneri par est, qui spiritualium vulnerum curatione indiget, eamque se a praestantia tua consecuturum sperat. Et si autem hoc peccatis meis ascribendum est, quod tum congressu tuo frustratus sum: potest tamen nunc quoque per bonitatem tuam molestiis meis non nihil medicinae afferri. Nam si mei quoque memoria in Deo acceptissimis tuis precibus habere digneris, id utique mihi omnis diuinæ benedictionis viaticum futurum est, tum in hac vita mea, tum in futuro aeo. Tantum enim virum ita in Euangelij fide certantem, persecutio- nesque tantas perpeffum, tamque sibi ipsi apud iustissimum Deum libertatem per calamitatum perpeffionem comparantem, hunc, inquam patronum quoque nostrum per orationes fieri dignari, tantam vim habere mihi persuadeo, quantam si vel a quodam sanctorum Martyrum id mihi contingeret. Quocirca te obsecro, ut in iis Gregorij tui assidue sis memorem, in quibus me dignum memoria tua esse summopere opto.

29.

Eidem.

74.

ARGUMENTVM.

Hæc epistola tum conscripta fuisse videtur, cum Eusebio Casariensi Episcopo vita functo de successore ageretur. Itaque hanc in locum suum afferendam duximus. Porro non satis liquet, an post Eusebij Samosatensi ab exilio reditum scripta fuerit, an verò antequam in exilium profectus esset. illud perspicuum est, Casarienses illius aduentu summopere delectatos fuisse.

Vnde tuarum laudum exordium ducam? & quo nomine te proprie appella- bo? An te 'columnam & firmamentum Ecclesiae vocabo, aut luminare in mudo iisdem verbis cum Apostolo vtens, aut gloriationis coronam incolumi Christianorum parti salutemque adepturæ, aut Dei donum, aut patriæ adminiculum, aut fidei regulam, aut veritatis legatum, aut hæc omnia simul, atque his plura? Atque hanc laudum exuberantiam, fidem propè excedentem, per ea quæ videmus, confirmabo. Quæ enim pluvia ita matura & tempestiua sitienti terræ illapsa est? quæ aqua, ex petra iis, qui in deserto habitabant, exundans? quem talem angelorum panem homo manducauit? quibus Iesus communis ille Dominus Discipulis suis pessum euntibus ita opportunè astitit, vt & mare tranquillaret, & periclitantibus salutem afferret, vt tu laborantibus nobis ac mœrentibus ac iam velut naufragium facientibus apparuisti? Et quidem de aliis quid loqui necesse est, quanta nimirum lætitia & voluptate orthodoxorum animas perfudisti, & quot hominū desperationem sustulisti? At mater nostræ Ecclesia, Casariensem dico, nunc profectò ob

E

fectò ob tui aspectum viduitatis vestes exiit, & stolam oblectationis resumit, magisque etiam splendescet, cum pastorem & se & antecessoribus Episcopis & manu vestra dignum consecuta fuerit. Nam quis sit rerum nostrarum status ipse quoque perspicias, quamque insigne miraculum zelus tuus patrarit, & sudores, & Deo grata fiducia & libertas. Senectus reflorescit, morbus superatur, lecto affixi exiliunt, infirmi potentia accinguntur. Quæ res mihi coniecturam afferunt, negocia nostra ex animi sententia successura esse. Ac patrem quidem tum suo tum nostro nomine habes, præclarum omni vitæ canicieque venerandæ finem impositurum, nimirum præsentem hanc pro Ecclesia dimicationem. Ac certum habeo fore, vt precibus vestris, quarum fiducia nemo non sibi quiduis polliceri debet, firmiorem eum valentiorémque recipiamus. Quod si in hac quoque cura extremo vitæ die perfungatur, nequaquam detrimento & calamitati ducendum est, talem & ob res tales vitæ finem consequi. Mihi verò ignoscite, obsecro, si improborum linguis paulisper cedens aliquanto post ad complexum vestrum accurram, & ea quæ nunc in laudatione prætermissa sunt, per me ipsum adiiciam.

SCHOLI A.

- 1. Columnam) Paulus. 1. ad Timoth. 3. Ecclesiam columnam & firmamentum veritatis esse dicit. Idem in Epist. ad Philipp. 2. cap. eos in medio prave generationis lucere ait tanquam luminaria in mundo. Ad hæc. 1. ad Theff. 2. cap. eos coronam gloriæ suæ vocat.
- 2. Impositurum) ἑπιθρονα enim legendum, non ἐπιθρονα, vt in Heruag. quemadmodum & in eadem linea pro ἡμεῖς estis, reponendum, ὑμεῖς estis. & paulò inferius pro ἡμῖν, ὑμῖν.

30.

Eidem.

75.

ARGUMENTVM.

Eusebium in exilio agentem premiorum eternæ vitæ spe consolatur.

Quanquam mihi semper charus fuit ac sincerus amicus venerabilis frater noster Eupraxius: charior tamen & sincerior visus est ob animi affectum erga te suum, quippe qui nunc quoque ad tibi inferuendum non aliter perrexerit, quam, vt ait David, ceruus siti oppressus, intolerabilem sitim pura & dulci aqua refrigeras. Ac beatus, qui consuetudine tua & congressu dignus habitus fuerit. Beatior autem, qui calamitatibus pro Christo susceptis laboribusque pro veritate exhaustis talem coronidem imposuerit, qualem non multi Dei metu præditi consecuti sunt. Non enim inexploratam virtutem ostendisti, nec tràquillo tempore solum nauigasti, aliorumque animas gubernasti: sed in tentationum quoque difficultatibus & procellis fulsisti, persecutoribusque sublimior extitisti, dum forti animo exilij causa solum vertisti. Et alij quidem patrium solum habent: nos autem supernam ciuitatem, alij nostrum fortasse thronum, nos Christum. O præclaram negociationem! qualia contemnes, qualia accipimus! transiuimus per ignem & aquam: confido autem nos in refrigerium quoque exituros esse. Non enim nos Deus in perpetuum deseret, nec rectam doctrinam persecutionibus vexari sinet: verum secundum multitudinem dolorum nostrorum consolationes ipsius nos exhilarabunt. Atque hoc quidem pro certo habemus & optamus. Te verò obsecro, vt pro abiectioe nostra preces fundas, & quotiescunque occasio dabitur, bene precari nobis per literas ne graueris, ac rerum tuarum statu declarando lætiores alacriorésque reddere. Id quod nunc quoque facere dignatus es.

SCHOLI A.

- 1. Siti oppressus) Mihi enim commodior lectio visa est Heruagiani codicis, quam, vt habet Frobenianus, τὸ πῶν δὲ ἰσ. tametsi hæc quoque satis commoda sit.
- 2. Refrigerans) κατὰ ψυχῶν legit Frobenius, non in accusandi casu, κατὰ ψυχῶν, vt Heruag.
- 3. Dignus habitus) In hoc loco restituendo multum insudauimus, nec tamen quicquam profecisse mihi video. Codex Heruag. habet τὸν ἡμῶν κατὰ εἶδος ἡμεῶν κατὰ τὴν. Frobenianus multò aliter, τὸν ἡμῶν κατὰ εἶδος ἡμῶν κατὰ τὴν. ex quibus verbis quis commodus sensus elici possit non video. Itaque ob melioris exemplaris penuriam, Heruagianum sequi coactus sum, vt pote minus, vt opinor, vitiosum.

- 4. Tempore solium) μόνον enim lego, non μόνος, ut in impresis codicibus. Hoc enim vult Theologus, Eusebii non prosperis duntaxat rebus egregium pastorem praestitisse, verum etiam aduersis & afflictis.
- 5. Tentationum) πειρασμάτων. puto tamen πειρασμῶν legendum, neque enim memini me apud vllum auctorem legisse πειρασμά in neutro. Sequentē lineā in Heruag. codice pro πειρασμῶν legendum πειρασμῶν.
- 6. Quāliā accepimus) In vtroque exemplari est οὗτος κληρονομία. qui locus mihi mendosus videtur. Alioqui enim dicendum fuisset, οὗτος κληρονομία. sic enim Grammaticae analogia postulat. Itaque pro κληρονομία lego, κληρονομία, à verbo κληρονομία, quod percipio significat. Est & alius error in fine epistolae. ἐπιλογῆν enim habet Heruag. codex, pro ἐπιλογῆν.

31. Basilio. 22.
 ARGUMENTVM.

Hæc epistola cum duabus proximè sequentibus stomachosa & iurgiosa est. Nam cum Basilius diæcesin suam in multos episcopatus partitius esset, salsimisque ignobili loco & ad philosophandum alienissimo tantum virum, quicum ei omnes necessitudines intercedebant, praefecisset, non immeritò se per huiusmodi honoris speciem contemptum ignominiaque affectum fuisse vir optimus querebatur. Et sanè eorum amicitia, quæ alioqui trabali clauo fixa videbatur, ob eam causam pene disiliit. Basilius quidem apud bonos viros eo nomine grauitè offendit, iniquiisque cum Gregorio egisse existimatus est, quàm vel pro solito suo candore, vel pro illius meritis & dignitate, vel pro amicitiae iure. Verùm ἐδὲν ἀμφοτέρων, ἅτις ἔστι παρὰ τὴν κατὰ φύσιν, ut ille ait.

Definène nos tandem maledictis incessere, ut insulos & rusticos, & ab amicitia abhorrentes, ac ne vita quidem dignos, quoniam ea quæ perpeffi sumus, intelligere ac perferre ausi sumus? neque enim quicquam aliud proferre queas, in quo à nobis læsus sis, nec vlla omnino in re nobis conscij sumus, nos iniquè aliquid in te admisisse (atque vtinam nunquam conscij simus) nisi quod fraudem, in quam inducti sumus, seriùs quidem quàm oportuit, sed tamen aliquando perferimus. Atque huius rei culpam in episcopalem thronum conferimus, vt pote qui te repentè supra nos euexerit: ac vehemèter in eo fatigamur, vt factum tuum, cuius nomine accusamur, apud eos, qui & pristinam nostram familiaritatem & præsentem mutationem cognitam atque perspectam habent, defendamus. Hoc enim omnium, quæ patimur, maximè ridiculum est, vel potius miserandum, nimirum quòd iidem & iniuria afficiuntur, & accusantur: id quod nobis hoc tempore accidit. Obiiciunt porrò alij aliud quidpiam, & quicquid vniscuiusque voluntas tulerit, (prout vel moribus comparati sunt, vel nostra causa irascuntur:) moderatissimus autem quisque neglectum & cōtemptum, & quod nos, posteaquam opera nostra vsus fueris, velut sordidissima vasa & instrumenta proieceris, aut adminicula ea, quæ fornicibus supponuntur, quæ simul atque structura firmata & compacta est, subduci solent, ac pro nihilo haberi. Verùm hos sanè valere sinamus, & quæ dicāt, dicere: Nemo linguæ libertatem coërcebit. Ac tu beatas illas spes & inanes mercedis loco perfolue, quas aduersus eos excogitasti, qui te eo nomine lacerant, quòd honoris specie leues nos atque ad res huiusmodi promptos & obuios contumeliosè protriueris. Ego verò, quid animi habeam, explicabo: nec mihi propterea irascaris. Dicam enim, quæ flagranti etiam dolore prolucutus sum, non vsque adeò vel ira æstuans, vel eo, quod contigerat, percussus & attonitus, vt ratio se subduceret, ac quid dicerem, ignorarem. Non arma comparabo, nec rei militaris artem discam, quam prius non didici, cum huius rei commodius tempus esse videbatur, omnibus videlicet arma induentibus & furiosè inter se congregiētibus (nostris infirmorum morbos) nec Martium Anthimum certamine excipiam, quanuis alioqui immaturum bellatorem, nimirum ipse rei bellicæ ignarus, vulneribusque magis expositus. Quin tu potius cum eo, si ita videbitur, bellum gere (nam infirmos quoque sæpe necessitas ipsa pugnaces efficit) aut qui bellum gerant, quere, cum ille mulas tuas arripuerit, locorum angustias obseruans, quemadmodum ille Amalec cum transitu Israëlem arceret. Nobis autem aliarum omnium rerum vice quietem concede. Quid enim opus est pro lactatibus & auibus & quidem alienis, non secus ac pro animabus & Ecclesiæ sanctionibus conflictari? quid etiam præclaris Salsimis Metropolitanam urbem spoliare, aut animi sententiæque arcānum, quod premi atque occultum habere conueniebat,

Quid faciat necessitas.

cōueniebat, nudare ac detegere. Quocirca tu quidem fortem te præbe, & corroborare, omniāque ad tuam ipsius gloriam, quemadmodum fluuij torrentes, trahe, nec amicitiam nec vitæ consuetudinem & familiaritatem virtute & pietate antiquiorem habens, nec quæ ex his rebus hominum opinio de te futura sit, quicquam curans; sed totum te Spiritui addicens. Nos vero id duntaxat vtilitatis ex amicitia tua consequemur, vt amicis posthac fidem non habeamus, nec Deo quicquam præferamus.

SCHOLIA.

- A 1. Coërcebit) Lego enim ἐφ' ἑξῆς, vt in Frobeniano, non ἐφ' ἑξῆς, vt in Heruagiano.
- 2. Martium Anthimum) Is Tyanorum Episcopus erat, cum quo de Cappadociæ episcopatibus diuidendis Basilio contentio erat. Vrbs enim ea secundæ Cappadociæ Metropolis recens creata fuerat. Vide Orationem de Basilij laudibus.
- 3. Cum ille mulas tuas) Alludere mihi videtur ad illud Achillis apud Homerum Iliad. 1. vbi negat sibi causam esse, cur Troianis bellum inferat, quòd ab eis nec boues, nec equi sui vnquam intercepti sint. Οὐ γὰρ πάποι ἐμαί βοῦς ἤλασαν οὐδὲ μὲν ἵπποις, ἔσθ.
- 4. Non secus ac de animabus) Rectius enim in Frobeniano, ὡς δὴ πᾶ, quàm, vt in Heruag. ὡς δὲ πᾶ.
- 5. Occultum habere) Lego enim non ἀγνώστην, sed ἀγρότην, vt in Froben.

32. Eidem. 23.

Desidiā & inertiam nobis obiicis, quia Salsima tua recusauimus, nec Episcopatus cupiditate incitatur, vobis, non secus atque esca canibus in medio proiecta, mutuis armis inter vos grassantibus. Mihi vero maximi negocij loco est ocium. Atque vt quidpiam ornamentorum meorum intelligas, vsque adeo quiete atque ocio gloriōsior, magnificèque de me sentio, vt me animi magnitudinis circa eam rem & præstantiæ legem omnibus esse putem. Quòd si nostrum exemplum omnes sibi imitandum proponerent, ne Ecclesiis quidem negocia essent, nec fides distraheretur, quam suis quisque cōtentionibus armorum vice prætexit.

SCHOLIA.

- C 1. Esca canibus) Corrigendus est enim codex Heruagianus ex Frobeniano, ἔσθ legendum, μὴ δὲ ὡς ἀπὸ τῶν βρώματων πρὸς τὸν κῆρ' ἀλλήλων ὑμῶν ὁ πρὸς ἰσορροπῶν.

33. Eidem. 24.

Qvam ferociter, & equuleorum ritu exilis in tuis literis, nec mirum te ad gloriam nuper euectum ostentare nobis velle, quam gloriam nactus sis, vt hac ratione te ipsum augustiorem reddas, quemadmodum pictores, qui eximias formas depingunt. Mihi verò omnia, quæ Episcopi fecerunt, exponere, quidque epistola illa, qua discruciaris, complectitur, nempe & vnde & quò progressi sumus, & vbi scribēdi finem fecimus, prolixius esse videtur, quàm epistolæ modus postulet, nec tam apologiæ opus quàm historiæ. Vt autem rem breui declarem, fortissimus Anthimus ad nos cum Episcopis quibusdam venit, siue vt patrem meum inuiferet (nam id quoque præ se ferebat) siue vt ageret, quæ egit. Cumque multis modis animum nostrum tentasset, paræcias commemorans, & Salsimas paludes, nostrique electionem, nunc blandè nos alloquens, nunc precibus contendens, nunc minitans, nunc exostulans, nunc laudans, nunc vituperans, variis denique orationis circulis, strophis, & ambagibus vtens, tanquam is solus nobis intuendus esset, nouaque Metropolis, vt pote magnitudine amplitudinèque superior. Quid, inquam, ciuitatē nostram intrò circumscribis, cum ipsi Ecclesiā quoque faciamus, vt pote Ecclesiarum verè & iam olim matrem? Postremò negocio infecto abscessit, crebris spiritibus interruptis, ac Basilismū nobis quasi Philippinum quendam obiiciens. Num hīc tibi iniurijs esse videmur? minimè, vt opinor. Iam quo etiam pacto nostra illa, hoc est hominis insolentis & contumeliosi, epistola se habuerit, expendere. Euocationem synodalem exsculptam ad nos miserat. Me verò contrā repugnante contumeliāque nobis fieri contendente, secundo

loco postularunt, vt hortatu meo & rogatu de his rebus consultationem haberetis. Id quod ego, ne quod prius moliebantur, fieret, me recepi facturum, rem omnem arbitrij vestri faciens, an eos colligere ac congregare velitis, & vbi, & quando. Quod quidem hominis erat non contumelia, sed honore vos afficietis. Quoniam autem ne hic quidem iniuriæ quicquam tibi à me natum est, quod reliquum est, commemora. Quod si id vos ex me discere oportet, ipsam Anthimi epistolam vobis perlegam, quam cum paludes nobis prohibentibus & comminantibus inuasisset, ad nos misit, probris contumeliisque nos proscindens, ac velut triumphum quendam aduersus nos vt victos & profligatos, canens. Quam autem rationem habet, vt cum tua causa in illius offensionem incurramus, tibi rursus displiceamus, velut illi fauentes? Hæc porro cognita tibi prius esse oportuit, vir egregie: ac nertum quidem nos contumeliose exagitare, si nihil aliud, certè vt Presbyteros. Quod si ostentationis gloriæque studio ardes, atque è loco superiori nos alloqueris, velut Metropolitanus paruæ ciuitatis incolas, vel etiã ciuitatis expertes, nobis quoque supercilium est, quod opponamus. Hoc enim cuius facillimum est, ac fortasse æquius.

SCHOLI A.

1. Ad gloriam euectum) Gr. δδζης ηυδδπον, vt significet eum, qui totum se gloriæ studio dedit, quemadmodum dicimus, δλον τδ θεοδ ηυδδται, de eo qui totum se ad Deum contulit, eique se addixit, & δλεσ. Εη ημε εν δημιας, qui totus in mortis meditatione defixus est. Legitur in Frobehiano δδζης ηυδδπον, nec fortasse male, vt significetur is qui iam gloriam degustauit.

2. Philippi sum quendam.) Alludit ad Oratores Athenienses qui Philippismi mutuo sese infimulabant, hoc est quod prodita patriæ libertate Philippo Mæcedonum regi fauerent. Ita Basilissimum Gregorio Anthimus obiebat, quod totus ab aduersarij sui Basilij partibus staret.

34.

Gregorio Nysseno.

32.

ARGUMENTVM.

Gregorium Nyssenum Basilij fratrem crebras peregrinationes ægrè ferentem consolatur.

Angeris tot locorum peragracione ac discursatione, tibi que inconstans esse videris, quemadmodum ligna quæ aquis feruntur. Nequaquam vir egregie, nequaquam ita affectus esto. Illorum enim coactus est cursus, tua verò discursatio Deo grata & accepta est, fixumque ac certum est de multis bene mereri, quamuis loco minimè fixus sis. Nisi verò quis Solem accuset, quia in orbem currit, radios fundens, atque omnibus rebus quas peragrat, vitam afferens, aut etiã sidera fixa laudans, planetas vituperet, quorum error quoque ipse compositus est atque concinnus.

35.

Eidem.

33.

Re bus acerbis ne nimis discrucieris: si enim ex iis minus acerbum dolorem capiamus, minus acerbæ erunt. Non ita graue putandum est, quod recalescant hæretici, ac veris amœnitate freti ex latebris suis prorepant, vt ipse scribis. Paulum, mihi crede, sibilabunt, ac postea terram subibunt, tum à veritate, tum à tempore oppugnati, idque eo magis, si rem totam Deo permiserimus.

36.

Eidem.

34.

De iis, quæ scripsisti, ita sentio. Nec me contemni ægrè fero, & honore affici lætor. Illo enim digni sumus: hoc ambitionis nostræ est. Ora pro nobis. Breuitati ignosce. Nam profecto, etiam si hæc parua, silentio tamen longiora.

37.

Eidem.

35.

ARGUMENTVM.

Eandem Nyssenum Basilij fratris interitum molestum & afflictum consolatur.

Hoc quoque ærumnosæ huic vitæ reliquum erat, vt Basilij mortem audirè, sanctæque illius anime peregrinationem, qua à nobis peregrè profectus est, vt præsens sit apud Dominum, vt pote toto vitæ curriculo hoc vnum meditatus.

Mihi

Mihi verò præter alia hoc quoque ereptum est (quod etiamnum grati ac periculoso morbo laborem) vt & sanctum cinerem exosculer, tibi que præsto sim, conuenientibus muneribus perfungenti, communibusque amicis nostris consolationem adhibeam. Nam Ecclesiæ solitudinem intueri huiusmodi gloria detonsæ & spoliatæ, atque huiusmodi corona excussæ, tam graue est, vt nec oculis spectari, nec auribus concipi possit, cordatis vtique & prudentibus viris. Tu verò, quãquã & amici multi & sermones ad consolationem tibi adsint, tamen à nullo perinde mihi solatium capere posse videris, quàm à teipso, illiusque recordatione, quippe qui aliis quoque omnibus philosophiæ exemplum fueritis, ac velut amuffis quedam spiritualis, tam moderationis in rebus secundis, quàm tolerantiæ in aduersis. Quandoquidem duo hæc nouit philosophia, nimirum & prosperitate modestè vti, & calamitatem honestè ferre. Atque hæc à nobis ad præstatiã tuam scripta sint. Me verò hæc scribentem quod tempus, quæ ratio consolabitur, præter tuam societatem & congressionem, quam beatus ille vir pro omnibus rebus nobis reliquit, vt virtutes illius in te quasi in pulchro & perspicuo speculo intuètes illum quoque habere existimemus.

38.

Simplicia heretica.

28.

ARGUMENTVM.

Basilissus cuidam loco ab omni animarum cura prius vacuo, quendam, qui Simplicia heretica facultates administrarat, Episcopum præfecerat. Hunc Basilio vita perfuncto Simplicia quasi ob negocia sua malè administrata sibi obnoxium, vendicare instituit, vt hoc pretextu Ecclesiam vigilante & industrio pastore spoliaret. Eam igitur Gregorius ab hac sententia dimouere ac deducere conatur. Ad eandem Simpliciam extat quoque Basilij epistola, in qua ei liberalitatem quidem tribuere videtur, sed eam nihil prodesse ait, vbi ius conculcatur, atque optimis viris per scelerosos & perfidos homines periculum creatur.

Quod sanctum illum & comunem patrem nostrum laudibus vehis, illud inquã fidei columen, illam veritatis normam & Ecclesiæ formam, plenam prudentiæ caniciem, illum vitæ humanæ & virtutis modum supergressum, illum fidelem seruum, & magnum pontificem, Dei hominisque mediatorem, Spiritusque sancti domicilium: hoc quidem rectè facis. Nam nec vlla oratio sanctæ illius & beatæ animæ laudibus par inueniri potest, nisi mihi amor imponit, aut etiam mæror per desiderium cum ratione permixtus. Illud verò in te vehemèter miror, quod cum eum vt sanctum virum laudes, atque hætenus, vt æquum est, honore prosequaris: ipse tamen opus euertere conaris, non secus ac profanorum hominum, contumeliisque maximè dignorum, quique vanè temerèque vixerint, atque è vita discesserint. Nam si collegam nostrum, quasi mæcipium tuum vendicas, atque exiguum hoc lucrum aucuparis: hoc sanè tua animi magnitudine perquam indignum est. An non enim iniquum & absurdum fuerit, cum auro & argento Deum honores, superfluisque opibus & facultatibus, vbi plus etiam fortasse ostentationis est quàm pietatis, sacerdote omnino Ecclesiam mulctare velle, sanctissimumque donarium nefariè deprædari? Sin autem, quia id libere ac pro potestate fecimus, nec submonendam prius tuam nobilitatem duximus, nec liberalitati tuæ munificentiaque tempus dedimus, idcirco succèses: iusti quidem aliquid dixeris, humanusque est hic affectus, humanus tamen. Illud autem scito, tantò maiorem nunc, quàm illo tempore, largitionem tuam liberalitatemque fore, quantò magnificentius est potestatem accipiendi fecisse, quàm si ipsa elargita fuisses. Atque illo modo Dei tantum gratia id facere videreris: hoc autem, de nobis quoque illius cultoribus, dignisque habitis, qui nomen ipsius portemus, præclarè mereberis. Ac proinde nec illi nec nobis succense. Ille enim vim passus est, non iniuriam intulit: nos autem quid mirum, si benignitate tua freti eò progressi fuerimus: simulque etiam communes omnium incolarum voces & suffragia secuti? quæ si quidem nonnulli ad gratiam aut malitiosè & subdolè tulerunt, ipsi viderint, Deoque rationem reddant. Nec enim nostrum est id scire, nec in omnium animos & voluntates irrumpere. Nos verò quo tandem modo id repudiare ac reiicere facile potuissimus, totque lachrymas aspernari, nec loci solitudine

PP

moueri, tanto tempore inculti, pastoréque carentis, Spiritualémque curã administratióemque desiderantis. Illud verò tibi vel in primis perspicuū est, eos qui tum assentiebãtur, ac nunc inficiantur, rem nec piam nec liberalibus & ingenuis hominibus dignam facere. Ac multò melior eorum ratio futura esset, si tum obstitissent, quàm cum hoc tempore adulantur, factumque suum euertunt, hominésque magis quàm Deum metuūt. Quos etiam, qua sunt animi leuitate, dicturos puto, se tui metu sententiam mutasse, & quidem multò verius, quoniã ij semper errabunt ac labentur, falsasque & fucatas defensiones captabunt. Quòd si hæc quidem à nobis rectè dici tibi videntur, cæterum rei familiaris administrationem reposcis (nam id quoque ad me delatum est, non enim in literis tuis obiecisti) iustè sanè & humanè ea reposcatur: nec quicquam eo nomine queremur: neque enim nobis placet lenitatem facilitatémq; dominis fraudi esse. Quid iam superest? virum fortasse vt indignum arripere, ob eamque causam in ipsius cõstitutionem & electionem inuadere. Nam hoc quoque obiicere, speciosius quodã modo fuerit. Mihi verò ad hoc simplex & facilis est oratio. Nos nec alium quenquam, ex iis qui criminis alicuius rei sunt, inexplorata causa dimittimus, ne si arctissima quidem amicitia nobis cõiunctus sit, nobilitatèque insignis (neque enim Deo & Ecclesiastica lege quicquam venerabilius est:) nec hũc dimitemus. Verum si quis aliquid habet, quod eum accuset: te præsentè simulque iudicante, si ita libuerit, sin minus, absente quoque nobis iudicibus exploratus, si quidem innocens inuentus fuerit, etiam si seruus sit, absoluat: (nam & seruorum & herorum idem est pater ac Deus, nec dignitatibus ius definitur) si verò conuictus fuerit, à proprio peccato condemnabitur. Ita fiet, vt nec lex violetur, nec defuncto ignominia inferatur (nam de me fortasse nihil curandum est, vt pote nullius precij homine) & tu improbam suspicióem fugias, quasi ob id quod à nobis fidèque sana abhorreas, hæc versutè non generosè machineris, atque ab alio accusata in aliud impetum detorqueas. Quòd si me monitorem audieris, non facies, vt pote nec sanctum nec honestum: nec cõtemptis nostris legibus ad externas cõfugies, nec nobiscum pertinacius contèdes: sed ignosces, si quid propter gratiæ libertatem simplicius fecimus, ac laudabiliter cedere præoptabis, quàm aduersanti Spiritu turpiter vincere.

SCHOLIA.

- 1. Errabunt ac labentur) Lego enim πᾶσι, quòd nullo modo mihi quadrare videatur, πασι.
- 2. Cedere præoptabis) Nec enim δέξασθαι, legendum est, licet in vtroque exemplari ita habeatur: sed δέξασθαι, nec enim verbi δουλεύω, Aristus primus medius ἐδέξαμην, vsitatum est. At δέξασθαι μὲν μοι, idem est quòd αἰρέσειν, ὡς πρὸς τὸν ἄλλον.

39. Eudoxio Rhetori. 29.

Quæris quo statu res nostræ sint? admodum acerbo. Basilium non habeo, Cæsarium non habeo, spiritualem fratrem meum, & corporalem. Pater meus & mater mea dereliquerunt me, vt cum Dauide loquar. Corpus aduersa valetudine laborat, senectus caput premit, curæ aliæ aliis intexuntur, incurstant negotia, infidi amici, Ecclesiæ res pastore & gubernatore carent. Pereunt bona: nuda & aperta sunt mala: nauigatio in nocte, fax nusquam, Christus dormit. Quid faciam? Vna mihi malorum depulsio, mors. Ac res etiam alterius vitæ mihi formidolosæ sunt, ex huius vitæ rebus coniecturam ducenti.

SCHOLIUM.

- 1. Fax nusquam) Alludit ad faces illas, quæ ex sublimibus speculis lucem nauigantibus ostendebant.

40. Philagrio. 30.

ARGUMENTVM.

Hæc epistola Eudoxij nomen præferbat non Philagrij. Sed quis hoc Typographi oscitantia ascribendum non videt, cum in ea Gregorius Philagrij nominatim mentionem faciat. Consimilis error in alia quadã epistola inoleuit, quemadmodum suo loco indicabimus.

Cæsarium

Cæsarium non habeo, dicam enim, & si parum philosophicus est hic affectus: Cæsarij rebus acquiesco, & si quid aliquando video quod mihi memoriam illius refricet, hoc amplector & exosculor, ac velut eum intueri mihi videor, simulque versari & cõfabulari. Id adèd mihi nunc in literis tuis accidit. Nam simul ac primam epistolæ partem legi, ac Philagrium re nominèque mihi suauissimum vidi, omnes mihi veteres oblectationes in animum repente subierunt, vrbes, studia, mensa, paupertas, atque iucundissimi sodalitij, vt Homeri verbis vtar, vel ludicra, vel seria, literarij sudores, cõmunes præceptores, spei sublimitas, cæteraque omnia laudum ornamenta, quæ quisquam percensere possit: quorum ego vel sola recordatione apprime delector. Quare vt tua opera magis etiam adhuc inter nos cõgrediamur, calamum moue, ac si mihi rem gratam facere cupis, scribe. Nã ne hoc quidem proculdubio nobis parui momenti est: tametsi quod maximum erat, hoc est vitæ consuetudinem nobis lior abripuit, res nostras molestè constituens.

SCHOLIUM.

1. Vt Homeri verbis) Helena lib. 3. Iliad. Priamum alloquens sic inter cætera ait,

ὣς ὁ φηλεν θάνατος μοι ἀδελὸν κακός, ὁ πόσι δέυρο
 γέει σὺ ἐπὶ μὲν γὰρ λαμὸν γυναικὸς ἢ λιπύουσα,
 Πᾶσι δὲ ἢ πολλογέτω καὶ ἰμνησίω ἐρατινήν.

Ὁμιλιῶν ἐρατινὴν ἐχρονίτ Didymus, τὰς ἐπερᾶτους μοῦ ὁ μιλίκαας, amabiles meas æquales.

41. Eidem. 31.

Quo modo se habet corporis valetudo? an scilicet parum tibi curæ est, quo modo se habeat? De anima autem haud percunctabor, ecquid valeat: scio enim bellissimè valere, quando quidem in corporis morbo strenuè philosopharis, quasi non materiæ & humorum intemperiem, sed virtutis explorationem eã rem acceperis: vt sic calamitas tua aliorum fanitate & incolumitate beatior sit. Tu verò hoc quoque philosophiæ argumentum ede, vt nobis eadem res ac de iisdem præcipias: quas tametsi aliis scribere audeamus, tamè te iudice causam dicere ac iudicium subire, periculo non vacat. Cæterum conabimur tuis iussis nõ reluctari.

42. Gregorio Nysseno. 36.

ARGUMENTVM.

C Narrat, quo modo rogatu suo Eulalius Nazianzi Episcopus institutus fuerit, calumniãque in se coniectam depellit.

Heu me, quia incolatus meus prolongatus est, & quod malorum caput est, belis & seditionibus res nostræ flagrant, nec pacem, quam à sanctis patribus accepimus, seruauimus. Hanc non dubito, quin ipse restituas, in spiritus illius virtute, qui & te & omnia tua regit ac moderatur. De nobis autem & dominis Episcopis ne quisquam, obsecro, falsos sermones iactet. eos nimirum inuitis nobis ac repugnantibus Episcopum alium nominasse. Non enim vsque adeo illis contemptui sumus, nec ita infesto odio in nos commouentur: sed multum diuque obestatus propter effæctum annis & emortuum corpus, simul etiam quòd neglectæ Ecclesiæ grauitatem pertimescerem, hanc ab iis gratiam postulauì, nec Ecclesiasticis legibus aduersantem, & nos refocillantem, vt is Ecclesiæ pastor daretur, qui & precibus tuis datus est, pietate vestra dignus, quem tibi quoque in manus trado & colloco, venerabilem dico Eulalium, cuius vtinam manibus immori mihi contingat. Quòd si quis est, qui putet, Episcopo viuentè alium institui non debere: is sciat, se ne hac quidem in parte nobis causa superiorè esse. Inter omnes etenim constat, me non Nazianzi sed Sasimorum antistitem creatum fuisse, tametsi patris reuerentia, & eorum, qui supplices hoc à me contèderunt, ad breue tempus præfecturam quasi hospites accepimus.

SCHOLIA.

1. Is sciat, se ne hac) Gr. ἴσω μὲν δὲν τῶν τα κρατῶν ἡμῶν. In Froben. eodem modo legitur, nisi quòd pro κρατῶν, est κρατῶν. Hic autem locus restituentus est ex vetustissimo Reginae codice, apud quem in margine cuiusdam orationis finem huius Epistolæ citatum reperi, atque hæc verba ita habere, ἴσω μὲν ἐν τῶν τα κρατῶν ἡμῶν. Ita que nos eo sensu vertimus, & quidem commodissimo.

Greg. Nyssenum obiurgat, qui studiis sacris, abiectis proiectisque libris, quos plebi in Ecclesia lectitare solebat, ad Rhetoricen profitendam se contulerat.

Nest mihi naturam dextrum aliquid & commodum, (liceat enim mihi quoque hoc de me arrogantius predicare.) Peraque & mihi malum consilium ineunti succenseo, & amicis. Quoniam itaque omnes, qui secundum Deum viuunt atque eodem Euangelij itinere incedunt, amicitia, & cognationis iure inter se deuincti sunt, quid non a nobis liberè audiunt, quæ omnes submurmurant? In gloriam tuam gloriam, ut vestris verbis utar, minimè laudant, occultamque sensim & furtiuam in deterius prolapsionem, dæmonumque sceleratissimam, ut ait Euripides, ambitionem. Quid enim tibi accidit, vir sapientissime, quidque te ipsum reprehendisti, ut sacris & dulcibus libris, quos quondam populo lectitabas (non enim hæc audiens erubescas) calcatis atque proiectis, aut etiam ad fumum suspensis (non secus atque nauium gubernaculis & lignibus, hiemis tempore) falsos & amarulètos in manus sumpseris, ac Rhetor vocari, quam Christianus malueris. Nos contra hoc potius quam illud: eoque nomine maximam Deo gratiam habeo. Nequaquam quaeso, o quondam præstantissime, ne diutiùs animo ita affectus sis. Verùm ferius quidem, sed tamen aliquando resipisce, atque ad te redi, teque & piis hominibus fideque præditi purga, & Deo atque altaribus & mysteriis, à quibus te procul submouisti. Ac ne mihi scita hæc & Rhetorica proferas, Quid verò an non Christianus eram cum eloquentiæ artem profitebar? an non pius ac fidelis, cum inter adolescentulos versarer? ac fortasse etiã Dei fidè implorabis. Minimè, vir eximie, saltem quantum par erat, etiam si partem aliquam concedamus. Vbi autem illud ponemus, quòd ex his, quæ nunc facis, alios, hoc est eos qui natura ad malum procliuiores sunt, offendis ac vulneras, atque occasionem iis præbes de te sinistrè partim suspicandi, partim loquendi, falso sanè & iniquè id faciant, quid tamen necesse est hanc illis occasionem subministrari? Neque enim sibi ipsi quis tantum uiuit, sed & proximo. nec sibi ipsi fidem facere satis est, nisi aliis quoque fides fiat. An tu, pugnis in publico cœtu decertas, aut etiã in theatris colaphum in malam accipiens vicissim atque impingens, aut denique scèdè & flagitiosè te ipsum inflectens atque contorquens, postea te animo sobrium esse diceres? sobrii hominis non est hæc cogitatio. Leuis animi est hæc admittere. Ac si quidem meliorem mentem indueris, gaudebo, ut Pythagoricus qui spiã Philosophus dicebat, cum prolapsi sodalis vicem lugeret: sin minus, ille quidem scripsit, Mihi mortuus es: ego autem in gratiam tuam nõdum hoc dicam. Nam ille ex amico hostis factus est, ut ait Tragicus. Verùm acerbè feram (sic enim parcius & moderatius loquar) si nec ipse, quid officij sit, perspicis, quæ prima laudabilium hominum classis est, nec alium rectè monentem sequaris, qui secundus ordo est. Habes admonitionem nostram, ac mihi, quaeso, ignosce, propter amicitiam dolenti, atque æquè & tua & totius sacerdotalis ordinis, addam etiam & omnium Christianorum causa inflammato. Quòd si etiam tecum, vel pro te orandum est, Deus infirmitati tuæ opem ferat, qui mortuos quoque ad vitam reuocat.

SCHOLI A.

1. Ut ait Euripides) Apud Euripidem Iocasta Eteoclem filium alloquens, πλεονεξίαν δαίμονων καλίστην, hoc est auaritiam & plus habendi cupiditatem demonum sceleratissimam vocat. Quod autem ille auaritia, hoc ambitioni tribuit Theologus.

2. Quæ prima) Hæstodus in lib. cui titulus est, Opera & Dies, optimos eos esse censet, qui ex seipsis quid facturo opus sit, perspicunt, bonos item eos, qui rectè monentibus obtemperant: qui autem nec sibi ipsis consulere norunt, nec rectè cõsultentes audiunt, eos profus inuitiles esse. Hos Hæstodi versus citat Aristoteles lib. 1. Ethic.

44. Gregorio Præfecto. 38.

ARGUMENTVM.

Sororem suam eiusque liberos Gregorio Præfecto commendat, quorum fortunæ mortuo Nicobulo patre à quibusdam oppugnabantur. Eiusdem argumenti est sequens epistola ad Ecebolium.

Hesiodum

Hesiodum non laudo, qui eiusdem artis opifices ἀντιποιούς, id est, æmulos aduersariosque vocauit, his verbis,

Et faber est fabro, figulo figulusque molestus.

Neque enim mea quidem sententia magis inuidet, quam accurrit & exosculatur, ac velut familiarem & necessarium complectitur. Cantor autem eò magis cantori adiungitur, quòd eorum opera circa vocem sermonemque versatur. Quo etiam ipse modo erga eloquentiam tuam affectus, si quidem ea corporis valitudine essem, ut animæ cupiditatibus obseruire posset: nemo me prior ad te cõplectendum accurrisset, ac magistratum ineuntem consalutasset. Verùm ut Solè nubes obscurat: ita me morbus atque inuidum hoc corpusculum & ergastulum. Accipiesne igitur præsentis vice epistolam? Accipies profecto, ut pote eruditus homo & facilis: nec hoc tantum conicio, sed certò mihi persuadeo. Atque ut intelligas quantum probitati tuæ & benignitati confidam, en precem tibi offero, nobis admodum necessariam: ac te per amicitiam nostram obtestor, ut amici per te ius suum obtineant. Nicobulum meum de manu mea tibi cum fratribus suis trado, nõ ut in eos animaduertas, sed ut eorum iniuriam vlciscaris, viduamque de crepitam eorum matrem, & domum quondam illustrem & conspicuam, quã superstes nobis esset eximius Nicobulus, nunc verò ita miseram, ut ne lugere quidè & parentare ei licuerit ob calamitates partim iam exortas, partim impendentes, nisi tibi integritati quæ visum fuerit aduersus peruersum dæmonem in procinctu stare, ac nos honore prosequi, humanarumque rerum fragilitate moueri, clarumque & celebrè tibi ipsi magistratum tuum ista erga nos beneficentiã reddere.

SCHOLI V M.

1. Et faber est) Versus Hesiodi Græcus talis est. Καὶ ὁ ἐργαῖς καὶ ἐργαῖς ὁ πόντος, ὃ τίς τινος τίς τινος. Qui vulgo proverbialiter vsurpatur: Ecebolio. 35.

Aduersus me ipsum non nihil exclamabo (atque ignoscendum est homini dolore inflammato dolentis verba proferenti.) O peruersa & maligna caruncula, quibus me malis afficis! In propinquo vir erat, quem etiã procul remotum persequi comprimis oportebat, tum principalis & eximie virtutis ergo, tum ceteræ mansuetudinis & lenitatis. Tu verò malè, ac propemodum torpidè te habes, nec tibi quicquam curæ est, quòd alijs hoc bono fruētibus, ipsi careamus. Atque huiusmodi nostra est accusatio. Quoniam autem dolorem nostrum, deplorare non sufficit, sed medicamentum etiam quoddam vulnere adhibendum est: hoc inuenimus, nimirum ut hanc epistolam scribere audeamus, præsentiamque literis adubremus. Quòd si de nobis quoque præclarè mereri studes & expetis, vir bonitate ac beneficentia vberima prædite, non dubitanter tibi calamitosam domum misericordiãque dignam offerimus, viduam ac pupillos, lachrymis adhuc calentes, sororem meam dico, eiusque liberos, qui patre bono procreati, & qui tum Imperatoribus non ignobilem immò peregre operam in armis nauauerit, tum etiam vobis principibus multis modis inferuierit (si Nicobulum quendam audis) nunc indignissimam calamitatem pati periclitantur. Etenim post amicorum deditionem & iusiurandum illud, quo ob inquisitionem subierunt, nunc rursus crudelissimi homines pupillos importunè vexare conantur.

46. Africano. 65.

Quibus rebus equi maximè delectantur? equis proculdubio. quibus aquilæ? aquilis profecto. Graculum porrò graculo assidere ipsa quoque parcemia docet. Eodè proinde modo Atticum quoque Atticis oblectari puta, & probitatis studiosum eius amatore & antistite. Nã mihi præfectus nihil aliud esse videtur, quã virtutis adiutor & vitij aduersarius, siue incruentam præfecturam gerat, ut nos, siue eam quæ gladium & lorum adiunctum habet. Nam sanguinem tibi non adiciemus, quippe quem virtute imperium tenere scimus, non vi cohibere, ac metu potius quam suppliciis malos coercere, quæ quidem optimi imperij lex est.

His itaque de causis magnopere quidem congressum tuum expetebam, ac nunc etiam expeto. Verum quia per aduersam valetudinem id mihi assequi non licet, necessariò ad res ipsas veni, & quod præclarissimum est, te per virum mihi familiarem & amicum ac cognatum, saluto, hoc est per charissimum mihi Nicobulū, qui & me apud te excusabit (vir autem est fide dignus, si quisquā alius, quātum quidem ipse cognosco) & per nos sese præstantiæ tuæ cognitum reddet.

S C H O L I A.

1. Graculum porrò) Hoc adagio significatur, Homines eiusdem artis & conditionis vitæ libèter simul versari. Vnde illud: Similis similem sibi querit. Hoc prouerbiū quemadmodum & alia nonnulla ab hoc auctore usurpata, ab Erasmo in doctiss. illis Chiliadibus prætermisum est.

2. Quantum quidem) Gr. ὅσα δὲ ἐμὲ, vbi legendum, ὅσα δὲ ἐμὲ, quemadmodum etiā habet Froben. codex.

47.

Asterio.

66.

A R G V M E N T V M.

Nicobuli causam Asterio commendat, iniquum esse dicens, eum alieni sceleris penas luere.

Quid Deo iustus? & tamen cum omnium creator ac Dominus sit, peculiariter sibi populum Israëliticum vendicat, suumque nominat, nec videretur, ne hoc nomine iniustus existimetur. Quid igitur mirū, si nos quoque, quāuis omnium qui sub nostra manu & præfectura sunt, curam geramus, arctiori tamen amore filium Nicobulum cōplectamur, quem & senectutis nostre & morbi curatorem agnoscimus, ac velut adminiculum & subsidium infirmitati nostræ subiecimus. Hunc tibi & per te principi cōmendamus. Pergrauē enim mihi fuerit, si cum aliis grauissimis etiam periculis opera mea liberarim, atque in primis eos, qui nunc acerbos accusatores se præbent, hunc ne ab iniuria quidem & importuna sycophantia liberare queam, & quem in exteris honorē obtinemus, hūc in nostris minimè consequamur, idēque nobis accidat, quod oculis, qui alia cernentes seipsum minimè cernunt, aut quod fontibus in profundo sitis, qui propinqua loca nequaquam alluentes, remota irrigant. Sint sanè atrocissima, quæ à pueris perpetrata sunt, quemadmodum vel fortasse nihil omnino esse, vel parua saltem inuenientur, nisi præscripti ad inquisitionem tēporis angustiis premeremur. Quid hoc tamen ad dominos, quibus nec consciis nec participibus admissum est, quicquid admissum est? quæ etiam ratio est, ut pro alienis flagitiis ab aliis pœnæ expetantur, ac nunc publicæ res curentur, cum priuatæ rationes discruciant.

S C H O L I V M.

1. Hoc nomine) ὅσα δὲ ἐμὲ enim legendum est, non ὅσα δὲ ἐμὲ, vt in vtroque codice scribitur.

48.

E. d. m.

67.

Quid hoc? Fortasse dicturus es, rursus ad nos Gregorius? rursus epistolas? rursus postulationes? o cupiditatem inexplibilem? cuius ipsi in causa sumus. Nequaquam, vir præclare, nequaquam hoc tibi accidat. Quorū enim sunt portus, nisi eorum qui tempestate iactantur? Quorum pharmaca nisi ægrotantium? quibus quæso ne priuemur, idque eo magis, quod gratia & autoritate apud te valere cōsemur. Non enim iam poscimus, sed exposcimus: nimirum gratia gratiam prouocante. Nicobulus iniuriā calumniisque vexatur. Quod idem est, ac si me dicerem: eo enim recreor & acquiesco. Et quo modo hūc silere minimèque importunus esse queat, vir etiam admodum grauis & sapiens? Oppressis manum porrigere, vt tibi Dei quoque manus porrigatur, qua, vt pote homo, opus habes. Atque omni amicitia & prudentia & potētia. Deo duce in rebus nostris vtēre. Nā nec ferrum ignitum multis lapidis pulsibus opus habet, vt incitum ignem in apertum proferat, sed simulatque percussum est, confestim ignis fulget, atque emicat: nec tibi prolixiori deprecatione opus erit, idque pro nobis, ac tali homine te sollicitate, tamque tibi fido & germano in imperio collegæ. Vnum idque breue dicam. Beneficia alia alij per nos accipiebant: hoc autem ipsi pro nobis ipsis indigemus: quod magis etiam eloquentiam tuam doctrinamque flectat.

S C H O -

S C H O L I A.

1. Gratia gratiam) Quò enim libentius mihi gratificaris, eò me magis ad nouas postulationes afferendas allis. In Heruag. corruptè legitur ὅσα δὲ ἐμὲ, ὅσα δὲ ἐμὲ, enim in gignēdi casu cū Froben. legēdum est.

2. Et potentia) ἡ δὲ ἐμὲ, sic enim legit Frobenius, non autem ἡ, vt Heruag.

49.

Olympio.

40.

A R G V M E N T V M.

Facinus quoddam patrauerant Diocæsarienses: ob quod summum erat periculum, ne ciuitas solo æquaretur. Gregorius igitur hac epistola Olympium principem rogat, & obtestatur, ne ob quorundam scelus ciuitatem florentissimam euertat.

A R vsus lenitatis & misericordiæ tempus: & rursus ego audax & temerarius, qui rei tantę deprecationem literis committam. Audacem enim me morbus facit, ne progredi quidem sinens. nec enim honestum & decorum ad te accessum præbet. Quæ igitur est hæc deprecatio? ac me hodierno die clementer accipe. Acerba quidem res quoque est, mors hominis, (quidni enim?) hodie viuentis, & cras morituri, nec ad nos reuersuri. Multò autem acerbior est vrbs interitus, quam Imperator fixit, & tempus coagmētavit, & longa series successiōque conseruauit. De Diocæsarea loquor, quondam ciuitate, nunc autem è ciuitatum albo expunctæ, nisi tu precibus nostris clementer annueris. Hanc per nos pedibus tuis aduolui existimato. Ac vocem etiam habeat, & lugubrem habitum induat, & comam laniet, velut in Tragœdia, talique oratione te alloquatur. Porrigere mihi manum humi iacenti, succurre laboranti: ne ad temporis acerbicatem impetum tuū adiungas, nec Persarū reliquias euertas. Honestius tibi fuerit vrbes condere, quæ fractas & abiectas delere. Ciuitatis conditor efficere, vel eam amplificādo, vel integram conseruādo. Ne patiaris eam vsque ad imperium tuum ciuitatem esse, & post te iam nō esse: nec committas vt posteri habeāt quod de te malè loquantur, nimirum inter ciuitates numeratam accepisse, ac veterem urbem in vastum desertumque redegisse, montibus duntaxat & præcipitiis ac maceris agnoscendam. Atque hæc apud tuam humanitatem faciat & dicat conficta ciuitas. Iam nostram, hoc est, amici admonitionem accipe. Causam haud dico, quin tu in eos, qui in tuæ potestatis edictum peccauerunt, animaduertas. nam pro eo verbum dicere nullum audemus, & si audax hoc facinus nequaquam à communi consilio, sed à temerario quorundam adolescentum impetu profectum esse narrant. Cæterum maiorem iræ partem remitte, ac sublimiùs rem tecum considera. Doluerunt matrem opprimi ac velut enecari, non tulerunt se ciuium nomen habere & ciuitate carere, furore perciti sunt, flagitium admiserunt, salutis suæ spem abiecerunt, calamitatis nouitas eos de sanitate & mente deturbauit. Idcirco vrbes euerti oportet? nequaquam, vir præclare, ne hoc subscripseris. Quin potius te moueat cum ciuium omnium & magistratuū ac dignitatibus ornatorum deprecatio (omnes enim æquè puta calamitate ista affici, etiam si autoritatis tuæ magnitudine deterriti quietem agunt, taciteque ingemiscunt) tum nostra etiam canities, cui graue & acerbum fuerit, si magnam quondam urbem habētes nunc ne urbem quidem habeamus, sed post principatum tuum in ferarum domicilium conuertatur templum illud quod extruximus, omnēque nostrū in eo exornādo studium. Neque enim, si statua deiiciatur, hoc nos excruciat, etiam si alioqui excruciat. (nec de his nobis sermonem esse arbitreris, qui in præstantiora incumbimus) verum si vrbs antiqua, & quæ eximij aliquid & præclari tulit, vnā cum illis corruat, nobis viuentibus ac videntibus, qui in honore apud te sumus, gratiæque & autoritate nō nihil valere existimamur. Sed de his rebus satis à nobis dictum sit. Neque enim si plura dixerimus, validius quiddam fortiùsque tuis ratiocinationibus atque consiliis inueniemus, quibus prouincia tanta gubernatur, atque vtinam maior etiam & amplior gubernetur, sublimiorique imperio. Hoc verò tuæ animi magnitudini notum esse operæ precium est, quod ij qui tibi supplices sunt, omnino miseri sunt & abiecti, nec cum iis qui facinus illud patrauerunt, sedi-

P P 4

tionis vllius participes fuerunt, quemadmodum multi ex iis, qui tum adfuerunt, mihi fidem faciunt. De his rebus constitue, quod vtile iudicabis, tum ad huius vitæ gloriam, tum ad sequētis vitæ spem. Nos verò quod tibi decernere in mentem venerit, non quidem sine mœrore feremus: sed tamen feremus. Quid enim aliud faceremus? Quòd si deterior sententia vicerit, vnum hoc acerbè feremus, atque extinctam urbem lachrymis prosequemur.

SCHOLIA.

1. De Diocæsarea) Diocæsaream inter Cappadocia vrbes ponit Plinius cap. 3. lib. 6.
2. Si statue deiiciantur) Hic obserua Gregorij tempore ædes sacras statuis & imaginibus ornatas fuisse. A
3. Qui tibi supplices sunt) Hic secutus sum Frobenianũ codicem, in quo legitur ἀεὶ ἀπὸ τῶν ἀεὶ ἀπὸ τῶν, quod accidere ac genibus aduolui significat. In Heruag. habetur ἀεὶ ἀπὸ τῶν, sed vitiosè.

50.

Eidem.

41.

ARGUMENTVM.

Olympium imperio decedentem laudibus & faustis ominibus prosequitur.

TV nobis princeps es, etiã exacto principatus tempore (alio enim modo quàm vulgus solet, de rebus iudicamus) quoniam virtutes omnes principe dignas complexu tuo tenes. Plerique enim ex iis qui sublimibus thronis insident, apud me humi iacent, nimirum quos sordida manus ad terram abiicit, feruósque eorum, quibus præsumunt, efficit. Permulti rursus alti & sublimes, quamuis inferiori loco atque ordine sint, nempe quos in altum subuehit virtus, maioribusque muneribus prouinciisque dignos reddit. Sed quorsum hæc disputo? Non iam nobiscum est magnus Olympius, nec ad Reipub. nostræ gubernacula sedet. Perimus, proditi sumus, facti sumus rursus! secūda Cappadocia, qui primæ dignitatem à te consecuti eramus. Atque aliorum quidem calamitates quid commemorare atinet? quis autem Gregorij tui senectutem curabit, corporisque imbecillitatem honoribus velut excantabit, honoratioremque ex eo reddet, quòd multis hominibus benignitatem clementiamque tuam conciliaret? Nunc igitur iter vestro meliori ductu ac pompa capeffite, atque abite, multas nobis lachrymas relinquentes, multasque à nobis opes efferentes, quasque non multi principes & præfecti secum asportant, nimirum gloriam nominisque celebritatem, & quod in omnium animis inscripti atque incisi estis, hoc est, huiusmodi columnis, quæ non facile dimoueri possunt. Quòd si ad nos rursus cum maiori & luculentiori imperio vobis venire contigerit (nam hoc nobis desiderium auguratur) pleniore utique Deo gratias persoluemus.

SCHOLIUM.

1. Secunda Cappadocia) Nazianzum in secunda Cappadocia prouincia situm erat. Hoc igitur vult Gregorius, patriam suam, quæ Olympij præfecti virtute supra primam Cappadociam se efferebat, eo decedente iam in ordinem redigi, atque in secundo gradu subsistere.

51.

Nectario.

4.

ARGUMENTVM.

Hic Nectarius Theologo in Episcopatu Constantinopolitano subrogatus fuerat. Quare ne Gregorius ob eam causam minus amico erga eum animo esse videretur, vtrò ad eum scribit, eique Pancratium commendat, quod profectò hominis erat candidi, nec vlla malevolentia inuidiaque suffusi.

REs nostræ se habent, vt habent. Sine bello & negotiis sedemus, tutum silentij præmiũ præ omnibus rebus amplexati. Quin ex hac quoque vitæ tranquillitate non nihil fructus percepimus, nimirum ex morbo Dei misericordia utcunque recreati. Tu verò prosperè incede & regna, vt Dauidis verbis vtat: tecumque Deus sacerdotium, quo te ornauit, moderetur, efficiatque, vt omni calumnia & obtreptione sublimius sit. Vt autem mutux vtrinque fiducia argumentum demus, nec, cum Deo astemus, humano quopiam affectu abripiamur, hanc quidem deprecationem ad te affero, tu verò promptè & libenter annue. Multæ nos causæ necessariò impellunt, vt syncerissimi vestri filij Pancratij curam habeamus. Quo-

CIRCA

circa abs te peto, vt & benigno eum animo accipias, & optimo cuique amicorum commendes, vt quod expetit assequatur, hoc est, vt militia quadam negotiorum immunitatem accipiat. quandoquidem ne genus quidem vitæ vllum est ab improborum iniuria liberum, quemadmodum ipse quoque nosti.

52.

Eidem.

5.

Quid fecisses, si præsens ipse negotia habuiffem? perspicuum utique est, te nihil omnino studij ac diligentia prætermitturum fuisse, quo me ab iniuria & fraude liberares, si quid coniecturæ duci potest ex his quæ præcesserunt. Hoc igitur nunc quoque nobis per ornatissimam neptem nostram, pedibus tuis per me aduolutam concede, tum supplicis ætate permotus, tum morum integritate & pietate, longè ab aliarum muliercularum moribus remotè, tum præterea ipsius quiete & negotiorum gerendorum imperitia; tum quia à propinquis nunc ipsi negotium exhibetur, nostra autem potissimum deprecatione impulsus. Porro eò maiorem à nobis gratiam inieris, quòd in beneficio, quod exposcimus, celeritatem maiorem adhibueris. Nam ille quoque in Euangelio iniquus iudex humanum se viduæ clementemque præbuit: sed post diurnam deprecationem assiduamque supplicationem. A vobis autem celeritatem requirimus, ne diurnis curis, grauiusque in externa regione afflictionibus & ærumnis conficiatur. tamen illud nullo modo dubito, quin pietas tua externam quoque mulierem tibi familiarem redditura sit.

53.

Helladio.

6.

ARGUMENTVM.

Helladius hic Casariensis Ecclesie clauum tenebat, ac Basilio Magno in ea sede successerat. Hic ad Gregorium quædam Paschalis festi symbola miserat.

Literis tuis delectatus sum. quidni verò, cum te videã ne mortuorũ quidem immemorem esse? Huc porro cum festi symbola adieceris, maiori voluptate me cumulasti. Verum enimvero muneribus tuis ea quæ petis, adiunge. Precare pro nobis, vt, si quidem id profuturum sit, rursus festi submoneamur, vicissimque submoneamus: sin secus, ad alterius vitæ bona transferamur, ac verum festum vel accipiamus vel conspiciamus, vbi lætantium omnium est habitatio. Strophis enim huius vitæ saturati sumus.

SCHOLIUM.

1. Mortuorum quidem) Hoc est, mei, qui iam velut inter viuos agere desij, homo videlicet & morbis & senectute fractus atque confectus.

54.

Eidem.

7.

REs in spe positas procùl aspiciere edocti (vtar enim tuo proœmio) rebus quoque iam præsentibus oblectamur. Etenim sanctum Paschæ diem, ad quem peruenimus, sempiternorum bonorum mysterium esse compertum habe, vtpote quo transitus festum celebretur. Quarum rerum ipse quoque commodè nos submonuisti, tum muneribus tuis, tum literis. Ego verò complura iam Paschata emēsus sum, atque hunc longioris vitæ fructum cepi. Nunc autem purius, ex hac grani & caliginosa vitæ Aegypto egressus, & luto ac lateritio opere, cui astringimur, liberatus, ad promissionis terram transferri concupisco. Hanc nobis precare, si quid tibi curæ est, quàm præclarissimè de nobis mereri. Tibi verò vtinam viuo & incolumi sæpius contingat simul cum Ecclesia festum celebrare. Quòd si mihi senectutem quoque beneficio vestro egregiè claudere licuerit, constituto nimirum à vobis huic Ecclesie Episcopo, quem Sp. sanctus designauit: egregio opere perfuncti fueritis, paternisque, vt sic loquar, benedictionibus digno.

SCHOLIUM.

1. Res in spe positas (Heb. II. Iuxta fidem hi omnes mortui sunt, cum non accepissent promissiones, sed proculeas vidissent, &c. Quod Paulus dicit promissiones, Theologus dicit, & ἐν τῷ ἔργῳ, eodem sensu.

ARGUMENTVM.

Constantinopolim ad concilium quoddam vocabatur Gregorius. At igitur se ab omnibus Episcoporum conciliis abhorre, propter rixas & contentiones, quibus inter se conflictantur, simulque valetudinem excusat.

Concilia.

Go, si vera scribere oportet, ita animo affectus sum, ut omnia Episcoporum concilia fugiam: quoniam nullius concilij finem lætum faustumque vidi, nec quod depulsionem malorum potius, quam accessionem & incrementum habuerit. Pertinaces enim contentiones & dominandi cupiditates (ac ne me quæso molestum & importunum existimes hæc scribentem) ne vllis quidem verbis explicari queant: citiusque aliquis in culpam vocabitur, dum de aliena iudicium fert, quam ut aliorum peruersitatem comprimat. Quocirca egomet me collegi, animæque securitatem in sola quiete solitudinèque mihi positam iudicavi. Nunc verò huic quoque meo iudicio patronus morbus accedit, quippe qui me ita distorqueat, ut quotidie ferè extremos spiritus efflem, nec vlla re meipso uti queam. Atque ob hanc causam ignoscat mihi tua animi magnitudo: detque operam ne pientissimus Imperator me inertiae condemnet, sed infirmitati veniam det, ob quam se quoque nobis, instar alius cuiuspiam beneficij hoc postulantibus, secedendi potestatem fecisse nouit.

SCHOLIA.

- 1. Ne vllis quidem verbis) Pro eo quod habetur in Heruag. & λόγου κρείττονος, ut in Froben.
2. Anima securitatem) Lego enim ψυχῆς ἀσφάλειας, refragantibus duobus impressis exemplaribus, quæ non ψυχῆς legunt: sed ἀσφάλειας, incommodissimo prorsus sensu.

T res nostræ se habeant, sciscitaris? cum quadam historia respondebimus. Legationem quondam Athenienses apud Lacedæmonios obiisse ferunt, cum iniqua dominatione premerentur. Hac porro contendebant, ut boni & æqui aliquid ab eis impetrarēt. Posteaquam autem legatione perfuncti Athenas redierunt, interrogauit quispiam, Quo animo erga nos sunt Lacedæmonij? At illi, Ut erga seruos admodum benigno & humano, ut autem erga liberos, perquam insolenti & contumelioso. Hoc igitur ipse quoque scribere possum. Humanus enim mitiusque nobiscum agitur quam cum reiectis & desperatis: durius autem quam cum iis qui Deo curæ sunt. Nam & morbus adhuc infestus est, & amici nos vexare, ac quibus possunt detrimentis afficere non desinunt. At tu à Deo precibus pete, ut se propitium nobis benignumque præbeat. Ita duorum alterum continget, ut vel has acerbitates omnino fugiamus: vel certè perferamus. Lenitatis porro rationem habet calamitatis imminutio.

SCHOLIA.

- 1. Ut erga seruos) Huic non dissimile est illud Theognidis, ὡς δὲ καὶ χαλεπῶς, ὡς χαλεπῶς δὲ καὶ ἄλ' ὅτι, id est, ut bene malè: ut malè bene. Itémque illud Ciceronis ni fallor. Belli fortuna ut in secundis fluxa, ut in aduersis bona.
2. Lenitatis porro) In vtroque exemplari mendum est. In Heruag. legitur, ἐπὶ δὲ τῶν βουλευτικῶν, legendum enim vel pro ἐπὶ, ἢ γὰρ, vel pro βουλευτικῶν, βουλευτικῶν. In Froben. perspicuus est error. ἐπὶ δὲ τῶν βουλευτικῶν. βουλευτικῶν enim legendum.

Sentio, quod crimen mihi obiicias, etiam si id reticeas. Nuptias celebramus, forsitan dixeris, idque aureæ tuæque Olympiadis, ac grex Episcoporum aderat, tu verò aberas, vir egregie, vel dedignatus, vel grauatus. Neutrum horum, vir eximie. sed fieri non poterat, ut qui tragicè se haberet, comicè festum diem ageret. Ac simul omnino intempestiuum est, atque à nuptiis abhorrens, podagricos duos videre, qui in medio saltantium circumferantur, ac rideantur. libet enim nonnihil quoque nuptiali more ludere. quandoquidem animo & voluntate adsum, simulque festum celebros, iuuenilisque dextras inter se iungo, atque vtrasque Dei manui.

manui. Conuenit enim, ut quemadmodum alia omnia bona, ita matrimonium quoque in optimum quemque finem & secundum communia nostra vota fiat. Amm. Marcellinus lib. 20. meminit Olympiadis filie Ablabij præfecti quondam prætorio, quæ inssu Constantij Arfaci Armenia regi nupsit.

EN alter quoque gener dulce onus commodè excutit. Nos verò cessatores & desides, ut ipse fortasse dixeris: ut autem verè dicam, infirmi desides non sunt. Quamquam diuino beneficio nobiscum præclarè agitur. Nam tumultus quidem aliis cōcessimus: ipsi autem philosophiæ operam dabimus, posteaquam ad Deum collectus fueris, totumque te supernis rebus addixeris, nullo iam vinculo præpeditus ac detentus. Ac nunc preces nuptiis erogamus, ut præclarissimum munus offeramus.

SCHOLIUM.

- 1. Collectus fueris) Lego enim iuxta Froben. exemplar, ἐπιθεῖν θεῶν συσταλῆς.

Habet quiddam læti & commodi noster secessus, nimirum ocium & quietem: sed id non tam lætum ac commodum est, quam incommodum, quod à vestra amicitia & familiaritate, re tanti momenti, me separat. Alij præstanti tua virtute fruuntur: nobis verò hoc magnum & amplum fuerit, si sermonis & congressionis umbram habuerimus, quæ in epistolis continetur. An verò te rursus videbimus? an te rursum complectemur, te inquam decus nostrum & ornamentum, idque vitæ nostræ reliquiis dabitur? si quidem detur, omnis Deo gratia habeatur: sin minus, magna nostri parte mortui sumus. Tu verò Gregorij tui memoriam cole, ac res nostras narra.

ARGUMENTVM.

Sophronium ad componendas Episcoporum controuersias, faciendamque inter Orientales & Occidentales concordiam hortatur.

Q uietè & tranquillè philosophamur: hoc nobis iniuriæ intulerunt, qui nostri odio flagrabant. atque vtinam alia quadam huiusmodi iniuria nos afficiant, ut pluribus beneficiis nos ipsis obstrictos esse agnoscamus. Multa enim sunt, in quibus ij, qui iniuriam accipere videtur, beneficio ornatur, & contra iis qui beneficiū accipere putantur, iniuria infertur. Atque ad hunc modum res nostræ se habent. quod si aliis huius rei fidem non facimus: te quidem, cui libenti animo vitæ nostræ rationem reddimus, instar omnium scire volumus, immò verò & scire confidimus, & ignorantibus fidem facere. Vos verò, obsecro, omni studio in hoc incumbite, ut si non prius, nunc saltem orbis segmenta malè distincta & separata conspirent & coniungantur: ac præsertim, si eos inueneritis non ob fidei doctrinam, sed propter priuatas offensiones & turpes affectus inter se disiunctos atque distractos. quod quidem ipse obseruauit. Hoc & vobis mercedem tulerit, si id potueritis: & nobis minus mæroris habiturus est noster secessus, si apparuerit, nos tum non incassum amplexos fuisse, sed sponte nosmetipsos in pelagus Ionæ illius instar proiecisse, ut sederet tempestas, ac vectores tuto seruentur. Quod si nihilominus tempestate iactantur: nos certè, quod in nobis fuit, præstitimus.

ARGUMENTVM.

Hæc epistola prius se Eustochio purgat, quod Nicobulum Athenas studiorum causa proficiscentem, Stagivio per literas commendarit. Deinde eum accusat, quod caninam facundiam exercens sophistam quendam, hoc est eiusdem artis sectatorem & professorem, maledica oratione lacerarit.

Olysses scitè sanè me perstrinxisti, Stagirismum exprobrās, sophisticoque artificio studiosissimè me versans & exagitans. Atque istam animi libertatem laudo, quod ea scribas, quæ scribis. Præstat enim id quod animū malè habet efferre atque expromere, quam quiescere, perinde atque id ignoremus. Ipse quoque aliquid habeo, quod te accusem. Verum ut iudiciariam forensèque legem

seruam, prius tibi ad ea quæ obiicis, respōdebo, ac postea accusabo, atque vtrun- que pari cum benevolentia faciam. Ad Stagirium elegantem hominem Nico- bulus meus accessit, nequaquā de nostra sententia, ne hoc existimes; non enim ita vel Athenarum, vel amicitia tuæ & sodalitatis immemor sum) verum suomet ipse consilio & de patris voluntate ad eum se contulit, à me autem illi per literas traditus est & commendatus. Quid hīc ab amicitia aut humanitate alienū feci? Quoniam autem defensionem nostram habes, accusationem quoque accipe. + Coroplathos illos tuos, & Telchinas minimè laudo, quibus artis æmulum infe- ctaris, quando quidem vsus obtinuit, vt eiusdem artis professores *ἀντιπλοῖ*, i. artis æ- muli atque aduersarij vocentur. Quousque enim ista: & quando sophisticæ huic A obtrectationi & maledicentiæ finem statuemus? quoad quid fiat: quoad mors ab hac peruerfitate nos abrumpat? Iuueni enim fortasse, honoris cupiditate flagrāti, & lucris studentī, hęc, modò parcè, facienti, non nihil veniæ dari possit. libet enim in gratiam tuam Demosthenis verbis aliquantulum vti. Hominem autem id æ- tatis, atque hoc rerum statu, publico præconio infamare vicissimque infamari, proclamare & proclamari intempestiuum prorsus & pertinacis contentionis ple- num: non solum quia hoc omnino inhonestum est & illiberale, sed etiam quia mira est huius rei facilitas, perinde ac fluctus reciprocantis. Etenim, vt cum Ho- mero rursus loquar, Dicitum tale ferēs, quale antè intorseris ipse.

Talia au- dies qualia in alios di- xeris.

Radentem porrò vicissim radere nequaquam reprehendendum est. Quæ igitur hęc sapientia est, cum virtute vincere liceat, vitio superari, aut etiam superare, quòd multò sceleratius est? At hoc quoque nomine, vt verè loquar, iudices accu- sandos esse cenfeo, quòd quæ pro tribunali damnant, eadem cum audiunt lau- dant. Nec id solum: sed multos etiam habent, qui simul laudent, vitiumque in- cendāt, atque huc vsque in partes & studia dissecti sint. Atqui conuenit, vt si hęc falsa existimentur, non laudentur: si autem vera esse creduntur, publicè iudicen- tur: aut etiam hanc rationem adhibere, vt si falsa obiiciuntur, accusatores coar- guantur: sin vera, ij aduersus quos oratio habetur: non autem permitttere, vt no- bilitium virorum existimatio, res maximi ponderis, ita facile suggilletur. Quare si meo consilio obsequamini, vtrunque enim alloquor, huiusmodi sermones & vi- tuperationes valere iubebitis, si nihil aliud, caniciei certè reuerentia, aut etiam rerum turpissimarum lassitudine: ipsi verò in animum inducetis veteri prouerbio parere, quod virtutis cultum amplecti iubet, cum satis amplæ facultates partæ fuerint. Nec cum vobis ipsis, tum iuuenum spei insidias struetis, qui profectò in- dignissima iniuria afficientur, si literarum doctrinæque studiis incumbentes, vi- tium ediscant, idque non gratuitum: perinde ac vos non virtutis, sed sceleris ma- gistros habeant. Quòd si tibi molestus & importunus esse videor, hoc scribendi genere vtens: iisdem rebus me vlscere, vtile aliquod consilium mihi offerens: vt vel obtemperantem præceptis tuis laudes, vel repugnantem accuses.

SCHOLIA.

1. O Vlysses) Verba sunt Menelai ad Vlyssē, cum ab eo ignauia nomine verbis acerrimis perstrictus esset, Iliad. 3. Itaque legendum *ὄδ' ὄδ' ὄδ'.* non vt in vulgatis *ὄδ' ὄδ'.*
2. Perinde atque hic ignoremus) Ex tot corruptis codicibus minus corruptum hīc sequutus sum, cum nempe qui Haganoæ typis Ioan. Sec. excusus est anno 1528. vbi habetur, *ὡς ἐκείνων ἀγορεύεται,* vbi tamen *ἐκείνων* legendū. In duobus aliis exemplaribus ita legitur, *κρείωνται ἐκείνων πρὸς λυσιπύην ἢ ἡρεμίαν,* ὡς ἐρεῖν ἀγορεύεται. Hīc quid significare possit, ὡς ἐρεῖν ἀγορεύεται, equidem nō video, nec quis sensus inde erui queat. Proinde pro *ἐρεῖν, ἐκείν* potius legēdum censerem: vt sit sensus, præstare animi dolorem præ se ferre ac detegere, quàm premere & occultare, eòsque tacitè condemnare, qui nullius culpæ sibi cōscij sint, facile se purgaturi, si doloris causa ipsis aperiatur. Quam tamen coniecturam non quasi ex tripode prolatam accipi volo, sed vt ab animo studiorum sacrorum pro virili iuuandorum cupidissimo profectam.
3. Nequaquam de nostra sententia) Gr. *ἄπ' ἡμῶν* ἢ *ἡμῶν* πρὸς γὰρ νόον. Aliud Homeri hemistichium Iliad. 10. Verba sunt Nestoris, quibus Agamemnonem hortatur, vt cum Achille in gratiam redeat.
4. Coroplathos illos tuos, & Telchinas) His verbis, aduersarium suū Eustochius insectabatur. *κοροπλαθὸς ἀντιπλοῖ.*

E

autem, vt Christodulus docet, sigulum propriè significat pupparum & huiusmodi imaguncularum. De Tel- chinibus varia est opinio. Quidam enim eosdem fuisse credunt Curetas, Cabiros, Telchinas, Corybantes, & Idæos Dactylos, qualem Sceptium fuisse scribit Strabo lib. 10. Alij cognatos fuisse existimāt, non nihilque dif- ferre, omninoque furore quopiam motos. Telchinas porro fascinatores fuisse ferunt & maleficos, quòd Stry- giam aquam animalibus & stirpibus pernicipi gratia inspergerent: qua ex re calamitates, fumes, & pestes consequerentur. Cuius sententiæ est Tzetzes histor. 113. qui etiam Telchinas numerat Actæum, Megalesium, Ormenū, Lycam, Myconem, & Mimonem. Nonnulli tamen contrarium sentiunt, & artibus illos præstantes fuisse volunt. De toto hoc maleficorum genere, vide Gyraldum lib. de Diis gentium Syntagm. 1. 5. Vt cum Homero) *ὄπιπλον εἴπασα ἐπὶ Τῶν κ' ἐπακούσας.* Verba sunt Aeneæ ad Achillem lib. Iliad. 20. 6. Cum satis amplæ) Ad hoc prouerbiū alludit Horatius Epist. 1.

A O ciues ciues, querenda pecunia primum est; Virtus post nummos.
62. Eisdem. 56.
A R G. Pro tam amico & salubri consilio malam gratiam Gregorio Eustochius rependerat, maledictis & conuiciis optimum virum incessens. His igitur minimum se moueri ait Theologus.

Vale illud est, quod ignorauit: quàm stultum & ineptum: virum sophisticam ca- stigare institui, o singularem recordiam! ac ne à vulgari quidem prouerbio eruditus sum, vt cum caluus essem, cum ariete obuersa fronte ne congregeret, nec crabronem lacefferem & irritarem, hoc est linguam ad maledicendum paratio- rem. Quamquam illud quidē non admodum me discruciat. Multis enim, vt au- dio, adiunctus sum: ac si vixeris, multis etiam anteponar. Hoc verò acerbius me angit, quòd tibi minimè probaui, me hoc amico animo facere. Et tamen opto, vt valeas & corpore & animo, ac linguam, si fieri possit, coërceas. Nūc autem, quod ad nos attinet, acquiescemus.

SCHOLIA.

1. Cum caluus essem) Cum caluus sis, cum ariete obuersa fronte ne cōgrediaris: Et, Crabronem ne prouoces, patētia sunt, quibus docemur minimè laceffendos esse homines suapte natura irritabiles.
2. Multis enim) Id est, Multos alios virulenta lingua profcidiisti. quòd si etiam vita longior tibi contigerit, primum inter eos locum tenebo. In me enim sulum potissimum acues, atque impurissimo ore debacchaberis.

63. Eudoxio Rhe: ori. 57.
A R G. Eudoxium Rhetorem ad philosophiam Christianam, rerumque humanarum contemptum hortatur.

Themis vetus lex erat, eaque meo quidem iudicio, præclarissimè constituta, quæ adolescentes, cum pubertatis annos attigissent, ad artes hunc in modum duci iubebat: Cuiuslibet artis instrumenta publicè proponebantur, atque iis ad- mouebantur adolefcētes. Quocunque autem delectari quemq; contigisset, ad idque accurrere, huius quoque artem edocebatur: Quòd videlicet ea plurimum rectè succedant, quæ natura duce aggredimur: ac contra ea quæ inuita natura suscipiuntur, spem frustrari soleāt. Quorsum autem spectat hęc narratio? Nimirum hoc aio, tibi prouidēdum esse, ne philosophiam, ad quam natura comparatus es, negligas, aut cuiquā alij arti non accommodæ potius assuefcas, quàm hanc complectaris, ad quam natura propendes: non modò quia præstātissima est, sed etiam quia naturæ tuæ accōmodata. Porrò nō esse vi cohibendū fluminis cursum pa- ræmia quoque ipsa docet, ac poësis etiam ei, qui equitandi artem didicerit, can- tandi studio interdicit. Alioqui fore, vt nec equitationē nec musicā assequatur. Quæ autē est hęc naturæ aptitudo? vt quidem ipse animaduerti, primum vitæ & morū trāquillitas & simplicitas, animusq; ad has vitæ fraudes & imposturas parū appositus & idoneus. Tum quia præstati es animi indole, mētēq; alta & erecta at- que ad contemplationē leui & expedita. Huc accedit aduersa valetudo corpo- risque infirmitas. nam hoc quoque non leue ad philosophiā pōdus habere Platonī visum est. Quin ea etiam es ætate, vt iam animi perturbationes inflectātur. Nec verò paupertate tam frangi mihi videris, quàm gloriari. Iam quòd erube- scere fcis, in eo non rhetorum morem refers: sed neque scelerata tibi lingua est, nec malè factus es, nec circumforaneus es, nec denique, vt rem paucis com- plectar, quicquam eorum habes, quibus forensē illum Democritum ad po- pularem gubernationem Aristophanes fingit atque instruit. Sed cum orator vo- cēris, quiduis tamē potius quàm moribus inter oratores censeris. Quocirca noli

Præclara lex Athe- niensium.

Nature se- quitur se- mina quis- que sua.

Quæ sint ad philoso- phandum necessaria.

QQ

id philosophiæ, quod iam accepisti, proiicere, nec secundas potius in secundis rebus, quàm primas in maximis habere. Atque ut etiam primas eloquentiæ tibi demus: ne sustineas inter graculos excellere, cum aquila esse possis. Quousque rebus paruis humiliq; reptantibus intumescemus, atque inter adolescentulos & fabulas ludemus, auditorumq; applausionibus effremur? Migremus hinc, viri efficiamur, somnia proiciamus, umbras prætereamus, aliis vitæ oblectamenta plûsq; doloris quàm voluptatis habetia relinquamus. Alios occupatos teneant, iacent, ludificentur, inuidia & tempus & fortuna. ⁶ sic enim rerum humanarum inconstantiam & varietatem appellant. Valeant throni, principatus, opes, splendores, elationes, casus, vilis hæc & despicibilis gloriola, qua magis obscuretur quispiam, si animo efferatur, quàm si irrideatur, ac denique magnæ huius scenæ ludicra, nugæque theatricæ. Nos Verbum arctissimè complectamur, ac pro omnibus rebus Deum habere optemus, solum, inquam, perenne illud bonum & nostrum. Ita fiet, ut hîc quoque splendorem assequamur (quandiu nimirû ⁷ paruo adhuc animo sumus, idque affectamus & expetimus) aut certè in futuro ævo. Quandoquidem virtutis præmium est, Deum fieri, ac purissimo illo lumine collustrari, quod in triplici vnitæ contemplanda percipitur, cuius nunc radiis leuiter perstringimur. ⁸ Ad hæc contède, progredere, mente conuola, vitam æternam arripe. Nusquam spes tuas siste, quousque ad illud summè expetendum & beatum bonum peruenieris. Ac nos haud dubiè, nûc quidè parcus, paulò post autè vberius effusiúsque laudabis: posteaquâ in eo rerû statu teipsum conspexeris, què tibi pollicemur, ac nò inanem felicitatè nec mentis figmenta, sed rerû veritatem hæc esse inueneris.

SCHOLIA.

1. Vi cohibendum) Eccl. 4. Noli niti contra torrentem, nec coneris contra ictum fluminis. Gr. δὲ μὴ βιάσῃς ποῦν ποταμὸν, nec cursum fluminis violenter cohibeas. Quem locum ad eum accommodat Theologus, qui naturæ suæ vim infert, atque inuicta minerua aliquid tentat. Huic simile est illud Horatii. 1. Epistolarum. Naturam expellas furcâ, tamen usque recurret: Et mala perumpet furtim vestigia victrix.
2. Equitationem) Hoc prouerbio admonemur, eas artes colendas & exercendas esse, in quibus studium nostrum collocauimus. Vnde illud Aristophanis peruulgatum, ἔρπιδι τις λέει ἔκαστος ἰδίῳ τῷ χελῶ. Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Citatur à Cic. Disputatione prima Tusculana.
3. Platoni visum) Ac proinde Academiam insalubrem Attica locum elegisse dicitur, ut nimis bonus corporis habitus, ceu nimia vitis luxuries amputaretur. Vide Ficinum in eius vita.
4. Moribus inter oratores) Oratores enim antiqui obrectationis & maledicentiæ vitio ut plurimum laborabant.
5. Inter graculos) Hoc prouerbio admonemur, præstare inter optimos & præstantissimos viros qualemcunque locum tenere, quàm primum inter perditos & profligatos: contra quàm de Casare legitur, qui in paruo quodam & ignobili oppido primus esse malebat, quàm Romæ secundus. Sed profecto, ut olim Crotoniatarum postremus reliquorum Græcorum primus esse dicebatur: ita qui vel extremum inter veros Christianos locum tenet, etiâ optimo ceteri, vel eo, qui inter homines mudo addictos probatissimè viuunt, præstantior ceteris est.
6. Sic enim appellant) δὲ δὴ φασί. ita enim in Froben. codice.
7. Adhuc paruo animo sumus) Ex cælesti philosophia, inquit, hoc assequeris, ut & in hac vita clarum & celebrè sit nomen tuum, si quidem nondum eò prouectus sis, ut gloriam humanam asperneris: & in futuro ævo splendidum & illustre.
8. Ad hæc contende) Gr. μετὰ τὸ πρῶτον. sic enim legendum, ut in Froben. non ἰδίῳ, ut in Heruag. Philagrino. 64. 58.

ARGUMENTVM.

Philagrino ad fortiter perferendos corporis dolores cohortatur. Hanc autem epistolam in utroque exemplari Eudoxio ascribi miror, cum in ea Philagri nominatim mentio fiat, quemadmodum & in 64.

C Ratulor tibi mi Philagri, quod philosophicè in calamitatibus te geris, multaque tolerantia in rebus acerbis exemplum prodis, & quemadmodum ad optima quæque corpore vtebaris, cum prospera valetudine eras, ita nunc quoque eo præclare vteris, postquam in morbum incidisti, atque ociaris non otiosè, ut ita loquar. Philosopharis enim, & quod Diogenem olim dixisse ferunt, cum febre laboraret, ac dolorem fortiter perferret, hoc ipse quoque spectandum præbes, nimirû animæ & corporis colluctationem. Hoc videlicet conueniebat meo Philagrino, non emolliri, nec doloribus frangi, sed lutum aspernari, ac corpus quidem

In aduersis etiam philosophadû.
Diogenes.

dem sinere ea pati, quæ ipsius natura fert, naturæ lege omnino vel nunc, vel postea dilapsurum (interibit enim vel morbo vel senectute cōfectum) sursum autem animam habere, ac cogitationibus cum Deo coniungi, illudque scire, absurdum & præposterum esse, nos extra pericula philosophari, tempore autem id postulate philosophiæ expertes apparere, nec, quod profitemur, præstare. Omnia quidem animo peruoluisti, tam nostra quàm externa, utpote vir in vtrisque eruditus, aliorumque præceptor: atque humanitatis medicamentum tibi ipsi ex omnibus collegisti. Verum ut tecum non nihil philosophes, si ita iubes, parum mihi probatur Aristotelis ieiuna & demissa oratio, qui beatitudinem nobis definiens quodamtenus quidem rectè progressus est, nempe animæ actionem secundum virtutem esse pronuntiâs, addensq; etiam, in vita perfectâ: hoc quoque ipsum admodum sapienter, propter mutabilem, facileque in diuersum labentem naturæ nostræ conditionem. Illud verò iam non magnificè, sed perquam fordidè & abiectè, quod externam quoque commoditatem & felicitatem adiunxit: ita ut si quis fortè inopia prematur, aut valetudinarius sit, aut obscuro genere, aut à patria extorris, iuxta hanc sententiam à beatitudine arceatur. At Stoicorum animi magnitudinem præstantiamque laudo, qui res externas nullû ad beatitudinem impedimentum afferre dicunt, sed virum bonum beatum esse, etiam si in Phalaridis tauro concremetur. Ob eamque causam non eos tantum admiror, qui apud nos pro virtute periculis se obtulerunt, aut calamitatem fortiter tulerunt: sed externos quoque, qui similes illorum extiterunt. Quo in genere Anaxarchum illum habent, Epictetum, Socratem, ut ne plures recenseam. Quorum primus cum manus ipsius, tyranno ita imperante, in mortario contunderentur, carnifices Anaxarchi culeum tundere iubebat (ita videlicet hanc ærumnosam carunculam appellâs) quasi Anaxarchus ipse minimè tunderetur, hoc est, philosophi anima. quæ quidè apud nos externus homo & internus appellatur. Alter, cum crus ipsi frangeretur, velut in alieno corpore philosophabatur, citiusque crus perfractum esse visum est, quàm ipse vim doloris persensisset. Socrates denique ab Atheniensibus ad mortem damnatus, atque in carcere, ut nosti, agens, prius quidem de corpore quasi de alio ergastulo cum discipulis differebat, cumque fugam inire liceret, id facere recusauit: postquam autem cicuta oblata est, perlibenter accepit, perinde ac non lethale poculum acciperet, sed propinando amicos ad potandum inuitaret. His Iobum quoque nostrum adiecißem, nisi te scirem ab eius doloribus, Deo opitulante, non longè remotum esse, atque etiam fore. His rationibus teipsum mulcès, vir diuine & sacrosanctæ, atque hanc medicinam adhibens, tum ipse melius mihi habiturus videris, tum nos etiam laudum tuarum præcones oblectabis, nimirum teipsum ita comparans, ut nec morbo debiliteris, nec, quod ait Dauid, à pace peccatorum eorumque vitæ prosperitate ac secundo cursu offendaris: quin potius purgeris, si hoc verbo in te vti fas est, atq; infirmitatem, virtutis argumentum, segetemque existimes.

SCHOLIA.

1. Præclare vteris) Legendum enim τὸ πρῶτον ἰδίῳ, ut in Froben. non autem ἰδίῳ, ut in Heruag.
2. Ociaris) Gr. οὐκ ἀργίς, sed delendum ἰδίῳ.
3. Ut pote vir) In Heruag. corruptè legitur ὄσα, pro ὄς, ut in Froben.
4. Animæ actionem) Ita enim beatitudinem definit Aristoteles lib. 1. Ethic. ad Nicomachum.
5. Admodum sapienter) σοφῶς enim lego non σαφῶς, ut in impressis codicibus: ut respondeat ad uerbum σοφῶς, quod proximè præcessit.
6. In diuersum labentem) τὸ ἐπιπέδον enim haud dubiè legendum, non ut in vulgatis exemplaribus τὸ ἐπιπέδον.
7. Anaxarchum illum) Anaxarchus philosophus mortuo Alexandro, apud quem summo in honore fuerat, in Græciam rediens à Nicocreonte Cyrenarum tyranno interceptus nouis & inauditis suppliciorum generibus excruciatu est.
8. Epictetum) Fuit hic philosophus summo in honore apud Hadrianum Imperatorem, ut testis est Aelius Spartianus in Hadriano.
9. Si hoc verbo vti fas) .i. Si fas est hoc dicere, exigua illa peccata, quæ in te restant, afflictionibus purgari, ac non potius virtutem tuam calamitatibus, velut igne aurum explorari.

Felicitatè Aristotelicam improbat.

Anaxarchi Patientia.

Psal. 72.

ARGUMENTVM.

Primum se philagrio excusat, quod eum peregre reuersus non uisit: deinde ei se purgat, quod ab Ecclesia gubernaculis recesserit.

Quod mutuo congressu frui nequeamus, eadem utriusque causa impedimento est. nam & te corpus exercet, ut exercet, ne quid amplius dicam: & me scito admodum afflicta esse valetudine. alioqui nihil, mihi crede, prius habuissem, cum peregre redirem, quam ut sine ulla cunctatione ad te accurrerem, teque complecterer, ac de propositis rebus in consilium adhiberem, virum amicum & prudentem, & excelsa egregiaque pietate praeditum. Quod autem reliquum erat, nempe ut per literas inter nos colloqueremur, hoc & ipse, ut par erat, fecisti, & nos quoque facimus. Ac nobis haudquaquam parua leuisque momenti habentur ea, de quibus scripsisti. Proinde nec ipsi perfundiorie & negligenter, sed perquam accuratè considerata re atque perpensa ad hoc iudicium venimus. fessi fractique sumus cum inuidia & cum sacris Episcopis communem concordiam dirimentibus, fideique causam priuatis contentionibus posteriorem habentibus concertando. Quocirca nauigij prorã, ut dici solet, conuertere, ac nosmetipsos, quemadmodum nautilum piscem ferunt, cum hiemem senserit, contrahere atque colligere decreuimus: atque alios quidem eminus spectare mutuo se impetentes, nos verò ad alteram vitam transferre. Quod si Ecclesiam relinquere periculosum est, ut scribis, quam tandem? Si nostram: rectè dicitis, idemque ipse aio. Si verò nihil ad nos attinentem, nec nobis assignatam atque decretam, culpa vacamus. Quod si idcirco tenemur, quia ipsius curam aliquantisper gessimus, multi utique alij eadè ratione teneantur, quotquot nimirum hospitem curam habuerunt. Atque ita etiã fortasse laboribus merces parata est, ut interim crimini verti non debeat, si quis laboribus fractus concidat. Quamobrem non est cur tu hac saltem causa nobis quicquam timeas: verum illud potius, ne quid detrimenti patiamur.

SCHOLIA.

- 1. Nauigij proram) Hoc adagium exposuimus in scholiis Orationis de Basilij laudibus.
2. Nautilum piscem) Plinius lib. 9. cap. 29 sic de nauulo pisce. Inter praecipua miracula qui vocatur Nautilus, ab alijs Pompilus, supinus in summa aquorum peruenit, ita se paulatim subrigens, ut emissa omni fistulam aqua velut exoneratus sentina facile nauiget. Postea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa mira tenentis extendit, qua velificante in auras ceteris subremigans brachijs, media cauda, uti gubernaculo sese regit. Ita vadit alto Liburnicarum gaudens imagine, & si quid pauoris interueniat, hausta se mergit aqua.

ARGUMENTVM.

Philagrij in aduersa corporis valetudine patientiam laudat.

Mataza.

Memoria teneo congressum illum, quo nuper in Mataza mea vnã fuimus (mea si quidem voco ac censeo, quæ tua sunt philosophiamque; illam, quam tum ostendisti, cuius nunc vel memoria ipsa cohorresco. Ego quidem tibi septuagesimum secundum Psalmum enarrabam (sic enim iubebas, nec repugnare fas erat) in quo David æstuat, & discruciat ob eos, qui prosperis rerum successibus immeritò vtuntur, posteaque cogitationes suas ad alterius vitæ tribunalia premiãque utriusque vitæ recondita mittens, ita demum perturbari desinit, animique molestiæ medetur. Ac quantum fieri poterat, expositionem ad dolorem tuum traheram ac detorquebam, tum ex nostris, tum ex prophanis authoribus ea disputans, utpote ad tantum tamque eruditum virum orationem habes, simulque Spiritu ita ferente ac dolore exacuente. neque enim quicquam est, quod inueniendi arte magis valeat, quam dolor. Ac sermo quidè decurrebat: tu verò interim dum loquerer, quasi ex carceribus excitatus, manusque ad cælum tendens, atque Orietem versus oculos habens (nã eò aspectus patebat) clamare coepisti. Gratias ago tibi pater, tuorumque hominum conditor, quod nos inuitos & reluctantes beneficio afficis, ac per externum hominem internum purgas, & per contraria nos ad beatum finem, rationibus tibi cognitis,

cognitis, ducis. Et quid omnia commemorem, quæ tu ante nos & nobiscum, velut morbo gestiens philosophabaris? Ita me ex præceptore discipulum habebas. Verum cur harum rerum mentionem feci? nempe ut per te omnibus clamem atque promulgem, lugendos nobis potius esse sceleratos homines ob internum morbum, quam nos illis ob externum, si ita animo affecti fuerimus: illudque insuper, præstabiliorem esse sapientem morbum effrenata & insolenti prosperitate.

SCHOLIUM.

- 1. Orientem versus) Prisca Ecclesia hoc ab Apostolis acceptum religiosissimè obseruauit, ut inter precandum Orientem intueretur. Clemens in Constit. Apost. lib. 2. cap. 61. Orig. in Numer. hom. 5. Tertull. in Apolog. cap. 16. (ubi etiam Christianos hoc nomine falso insimulatos ab Ethnicis ait, quasi solem pro Deo haberent) August. de serm. Domini in monte lib. 2. Athan. quest. 37. Vixque antiquus ullus author reperitur, qui non huius ritus mentionem faciat. Iustinus in eo libro in quo de necessarijs quibusdam quæstionibus responsiones affert quest. 118. huius rei causam exponens, sic ait: Quia eorum quæ apud nos sunt meliora atque præstantiora, ad Dei honorem secernimus, hominum autem opinione & sententia ea pars, in qua sol oritur, cæteris creatæ naturæ partibus præstantior est, Orientem, cum precamur, omnes intuemur. Subiungitque in fine: A quibus Ecclesia precandi morem accepit, ab ijs etiam ubi precandum sit accepit, id est, à sanctis Apostolis. Mihi tamen magis placet Basilij ratio, qui lib. de Sp. sanct. cap. 27. id idcirco fieri ait, quia vetus patria requiratur, nimirum paradysus ille, quem plantauit Deus in Eodem ad Orientem. De hac re peculiariter tractat Ioannes Damascenus lib. 4. de fide Orthodoxa cap. 13. quem tu legere potes. Leo papa sermon. 7. de Natiuit. quosdam reprehendit, qui in lucis inchoatione de locis eminentioribus adorabant, perinde ac huiusmodi adorationis genus Deo gratius esset.

ARGUMENTVM.

Obliquè Philagrium admonet, ne in aduersa valetudine immoderatis & inconsultis laboribus sese conficiat, nec medicinæ opem aspernetur.

Sunt, qui te carpant (hoc enim sentio) ut ambitiosulè in sola tua possessione te gerentem, atque in huiusmodi corporis constitutione laboribus cupidius incumbentem. Nec mirum videri debet. facilius enim est in alienis, quam in proprijs philosophari. Ego verò si te id immoderatiùs facere, aut auidius violentiusque laboribus addictum esse cernerem, obiurgassem te profectò, (dicã enim verè) nihil vel amicitiam vel eruditionem veritus. Nunc cum ita laboribus oblecteris, ut modum non excedas, iisque, ita ut decet, vtaris: accedatque etiam dolor te in curis occupas, tibi que persuades, commodiore te esse corporis valetudine quam sis: facere non possum, quin succedentibus tibi succenseam, teque culpa liberem. Ac præterea hoc mihi persuadeo, neminem esse, qui vel de rebus melius ratiocinetur, quam tu, utpote quo omnes etiam ad res suas constituendas præceptore & consultore priuatim iuxta ac publicè vtantur: vel sapientiùs animam curet. Quod si corporis quoque sanitatem tueri vel restituere solius est Medicinæ, quis tam audax & ineptus, ut tibi de his rebus leges præscribat? Quocirca homines imperitos valere sine, & graculos esse, aquilarum volatum explorantes: te autem ipse ac Deo tum in dolore, tum in his quæ ad dolorem spectant consultore vtere: & ab officio minimè aberrabis.

Vulgus de pijs indicat, ut graculi de aquilis.

SCHOLIUM.

- 1. Leges præscribat) Gr. ὡς ἂν αἰεὶ πύτων νομοθετῆν. sic enim habet vtrunque exemplar. Quo loco pro α legendum πῆ, verbum enim νομοθετῆν semper iungitur cum datiuo personæ & accusatiuo rei. Dicimus enim νομοθετῆν τῷ καὶ Χρῆστῷ, & νομοθετῆν τῷ θεῷ ἑαυτοῦ, vel αἰεὶ τῷ θεῷ ἑαυτοῦ. Aut si in pronomine α nullus est error, profectò nõ νομοθετῆν, sed νομοθετῆν legendum crediderim, si nobis constructionis rationem cõstare volumus.

Prius quidem leuandi doloris tui causa consolatorias literas ad te scribebam. Prior enim in morbum incideras. Nunc verò commodè ipse nos consolari possis, iisdem propemodum doloribus correptos. Conueniebat enim nos, cum amicitia vinculo inter nos deuincti simus, ne hac quoque in re disiungi. Quin potius iam consolationis officio functus es, nimirum tua tolerantia ad perferendas afflictiones nos exhortans.

SCHOLIUM.

- 1. Ne hac quoque) perspicuum enim est μὴ ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ legendū esse, non μὴ ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ, ut in vtroque exemplari.

69. Eidem. 63.

MORBO crucior, & gaudeo, non quia crucior, sed quia aliis patientiæ sum magister. Quoniam enim dolore vacuum corpus non habeo, hoc lucri obiter ex dolore facio, quod perfero, & gratias ago, ut in lætis rebus, ita etiã in acerbis: quãdoquidem certum habeo, nihil rerum nostrarum apud summam rationem expers rationis esse, tametsi ita nobis videatur.

SCHOLIUM.

1. Apud summam rationem) Gr. τὸ πρὸς τὴν λόγον μὴ εἶναι ἀλογον εἶναι. atque sic vertere libuit, ut Græcorum verborum gratiam, quantum fieri posset, in translatione retineremus. λόγος enim hoc loco, Dei Filium significat.

70. Eidem. 64.

ARGUMENTVM.

Philagrium mollius iam & impatientius corporis dolores ferentem ad tolerantiam hortatur, eiusque labantem animum fulcire nititur.

Amicorum communia omnia.

QVæ tibi molesta sunt, utique & nobis. Amicorum enim communia omnia esse censem tam prospera quàm aduersa: eaque amicitie lex est. Quamquam si de his rebus non nihil philosophandum est, atque apud te, ut par est, differendum (quod etiam ipsum amicitie lex dicitur) nolo, nec honestum esse censeo, te, hoc est, Philagrium, virum singulari rerum diuinarum doctrina præditum, eodem modo affici, quo plerique solent, nec simul cum corpore deiici, atque afflictionem ut incurabilem deplorare: verum dolori resistere, atque animo vel nunc maximè expurgari, vinculisque superiorem te præbere, ac morbum nihil aliud esse ducere, quàm vtilem quandam institutionem, hoc est, ut & corporea omnia, & quicquid fluxum est ac turbulētum interitūque obnoxium aspernans, totum te cœlesti parti addicas, nec præsentī temporī, sed futuro æuo viuas, mortisque meditationem, ut Plato ait, hanc vitam existimes, atque ab hoc siue corpore, siue sepulchro, ut idem loquitur, animam, quoad eius fieri poterit, soluas. Si hæc philosophis, vir præstantissime, atque cum animum habeas, tum maximam ipse vtilitatem percipies, tum mœrorem nostrum ex morbo tuo conceptum leuabis, tum etiam multis ad dolores sapienter ferendos documento eris, ac denique hoc non paruum lucrum facies (si tamen id quoque tibi curæ est) ut apud omnes admirationem tui parias. Ex libris porrò quos postulas, alterum inueni, eumque ad te libenter misi, nempe Demosthenicum: alterum quem possis, non habeo, nimirum Iliadem. Mihi enim in hoc, velim, fidem ne abroges: quippe qui me his solis frui, eaque sola rectè possidere existimem, quorum ipse particeps es, quibusque ut tuis vteris.

Morbus est vtilis institutio.

Vita præfens meditatio mortis.

SCHOLIA.

1. Amicitie lex) ὡς περὶ τῆς φιλίας ἔπος ἐστὶν in Heruag. vbi ἔπος vitiosè legitur. λόγος enim legendum, ut in Froben. vel etiam, ut magis existimo, ὄρος: quæ vox propius accedit ad hanc dictionem ἔπος, faciliusque oscitanti typographo vel librario imponere potuit.

2. Mortisque meditationem) Sic enim Plato philosophiam definit in Phædone.

3. Siue corpore siue sepulchro) socrates apud Platonem in Cratylo σῶμα dictum putat, quia anima σῆμα. i. sepulchrum sit, quasi ipsa nunc in corpore sepulta sit, atque etiã quia anima per corpus σῆμα: ἐὶ ὄσα αὖ σῆμα ἔστιν. i. significat ea omnia, quæ significat. Ait etiam sibi videri Orphei sectatores nomen hoc ob id potissimum possuisse, quod anima in corpore hoc delictorum det pœnas, & hoc septo, vallòque claudatur, velut in carcere quodam, ut τὸ ζῆτα, i. seruetur.

71. Posthumiano, pro pace. 68.

ARGUMENTVM.

Posthumanum ad faciendam & constabiliendam inter Episcopos concordiam hortatur.

SUBLIMI es eruditione, & quidem utroque eruditionis genere & vtravis dicendi facultate. Alterius enim quantam famam audimus! (nec enim lingua Romanus sum, nec Italicam doctrinam calleo.) Alterius autem periculum ipsi fecimus: ita ut alios quoque certiores facere queamus, si modò ijsumus, qui de huiusmodi rebus non nihil iudicare possimus, quales nos esse plerique affirmant. Magistratibus non paucis euectus es: immò, ut verius loquar, non paucos euecti. Tandem ad summum imperij apicem peruenisti, nõ fortunæ munere, ut multi fortasse

A

B

C

D

E

fortasse dixerint, sed pro virtutis præmio dignitatē hanc consecutus: ut ipsa quoque honoratior efficiatur, atque Imperator ob suum de te iudicium lauderetur. Sed hæc adhuc parua. Adiungam aliquid ex rebus nostris. Piæ doctrinæ mysterius prius imbutus es: postea eam suscepisti. Verba enim tua memoria teneo, ac miraculo illo meæ aures adhuc circumsonant. Quod si his rebus hoc adieceris, ut amicorum sis memor (adiicies autem, certò scio, ac ex præteritis rebus hoc conicio) maiorem nobis tui admirationem commouebis, hæc humanæ felicitatis seu beatitudinis meta est. Porro ultra Gades mare hominibus non esse permeabile, Pindaro docenti assentior. Quoniam autem magna cōsecutus, magnis quoque nominibus obstrictus es, teque Deus prius nostrum fecit, deinde nobis etiam commodè præfecit, ac præterea absurdum est à tanto viro non maxima quæque postulare, hoc te à nobis admoneri patere. Nihil tam imperio tuo conuenire existima (quandoquidem rursus Episcoporum Synodus celebratur, haud scio qua de causâ & quo modo coeuntium) quàm ut te præfecto ac tua opera Ecclesiæ ad pacem adducantur, etiam si eos qui dissidiis & factionibus contendunt asperius obiurgare oporteat. Quod si cuipiam nimium curiosus esse videar, quod cum à negociis recesserim, non tamen curâ & sollicitudinem abiecerim, hoc ne mireris. Non enim quemadmodum à thronis & fastuoso supercilio, ita etiam à pietate secessimus. Quin potius eò maiorem fidem autoritatēque apud te habiturus mihi videor: ut qui non rem meam priuatam, sed publicam vtilitatem curem.

SCHOLIA.

- 1. Prius imbutus es) τὸ πρὸς πλείους enim legendum, non τὸ πρὸς ἑκάστου, ut in Heruag.
2. Adiecies autem) Heruagius corruptè legit in tertia persona τὸ πρὸς αὐτοῦ, quemadmodum in eadem quoque linea πικρόμαζα, pro πικυρόμαζα.
3. Ultra Gades) Hunc Pindari locum in Scholiis Orationis de Basilij laudibus ex Niceta explicuimus.
4. A pietate secessimus) τῆς θεοσεβείας ἀφ' ἡρώσεως. sic in utroque codice legitur, sed mendose. αὐτὸς ἐχρησάσατο enim vnicò verbo legendum, quemadmodum vel mediocriter huius linguæ periti faciliè iudicabunt.

72. Saturnino, de Ecclesiastica pace. 69.

ARGUMENTVM.

Eiusdem argumenti est hæc epistola cum præcedente.

NON est apud me dubium (alioqui temerarium esset scribere) quin amicitie officium à me requiras. Externis enim licentiam, nobis autem loquendi libertatem tribuis, ut conseruis bonus iis qui eo honore digni habiti sunt, ut ad Deum appropinquent. Quocirca te quoque salutamus, & cupiditati tuæ morem gerentes, rerum nostrarum statum tibi exponemus. Omnia apud nos Dei beneficio rectè se habent, hoc vno excepto, quod de Ecclesiis anxii & solliciti sumus, tam scèdè perturbatis. His quidquid opis afferre potueris, communem concordiam & re & sermone impigre constitue. quandoquidem rursus Episcopi coeunt, ac metuendum rursus est, ne nunc quoque pudore suffundamur, si hæc Synodus parum præclarum finem habuerit, quemadmodum & prius. Nam quæ nobis contigerunt, ea Deo omnia scienti & cognoscenda & iudicanda relinquemus, etiam si iucundo animo inuidiæ eorum, qui id appetebant, cessimus, non tanquam suauem quandam rem, ut plerisque videtur, sed admodum periculosam relinquentes, ac velut ex aspera & graui tempestate ad tranquillum quandam & tutum portum appellentes.

SCHOLIA.

- 1. Et alioqui esset) Vnius literæ defectus sensum obscurum reddebat. In Heruag. enim codice pro εἰ, legendum εἶ, sicque legitur in Froben. Basilio.
2. Tanquam suauem) Quidam fortasse suspicari poterant, Gregorium non sine quodam animi dolore Cōstantinopolitano Episcopatu sese abdicasse. Ait igitur nihil sibi incundius accidere potuisse, quàm quod à tam difficili & periculoso munere in suauissimā quietem vindicatus sit, ac velut ex grauisima tempestate in portum delatus.

SI quis communium amicotum, quos permultos esse confido, ex te percontetur, ubi nunc Gregorius, & quid rerum agat, dicere non dubita, eum quietè & tranquillè philosophari, non magis de iis, à quibus iniuria ipsi illata est, curantem, quàm de iis, qui in lucèrne etiam ac vitam prodierint, ignotum atque obscurum est. adèd inuictò est animi robore! Quòd si te rursus idem roget, quo modo amicorum disiunctionem ferat, non iam fidenter respondeas, eum philosophari, verùm animo esse perquam humili & abiectò. Alij enim in aliis rebus molliores sunt: ego autem in amicitia & amicis. quorum in numero egregius quoq; Amazonius est. Tu verò hac vna re fortasse mærori nostro mederi queas, ac desiderium tui lenire, si nostri memor fueris, atque huius rei fidem mihi literis tuis facias.

SCHOLIUM.

¹ Ex te percontetur) In Heruagiano pro εἰρηται, lege εἰρηται.

ARGUMENTVM.

Celeusium accensat, quòd obscena spectacula plebi proponeret.

EXcepi te etiam tacens, vt silentij quoque sermonem esse intelligas, per calammum se proferentem. Loquar autem, quæ & amicitia nostræ & huiusmodi temporum conueniunt. Legibus iniuriam facis, iudex, qui non ieiunes. Et quo modo leges humanas seruabis, qui diuinas contemnis ac pro nihilo putas? Purga tribunal tuum, ne duorum alterum tibi accidat, vt aut malus fias, aut existimeris. Fœda spectacula proponere, seipsum traducere est. In summa, iudex, futurum scito, vt iudicaris, & minus peccabis. His nihil melius habebam, quod tibi præberem.

Rom. 14.

NE me tacentem iudices, ac damnes, quemadmodum nec ego te loquentem, quod de cibus Paulus promulgauit. Quòd si iudicas, time ne lingua mea aduersus te primùm concitetur, si te silentio dignum nanciscatur.

SCHOLIUM.

¹ Ne me tacentem) Paulus ad Romanes scribens 14. cap. sic loquitur: Is qui manducat, non manducantē non spernat, & qui non manducat, manducantē non iudicat. Quo loco κείνους non simpliciter iudicare significat, sed etiam damnare: vt sæpè in sacris literis. Hunc locum ad propositum suum Theologus accommodat.

ARGUMENTVM.

Constantinopolitanae profectiois molestiam, vt ex alia quadam epistola conici potest, excusatione morbi deprecatur.

Hoc mihi morbo ipso grauius est, quòd ne ægrotanti quidem fides habetur: sed peregrinationem ita longam inire iubeat, atque in medios tumultus meme intrudere: quorum secessionem ita amaui, vt hoc nomine gratiã quoque corporis afflictioni propemodum habeam. Quieta enim & à negociis semota vitæ ratio actuosæ vitæ splendore præstãtior est. Hoc illustrissimo quoque Icario non ita pridem scripsi, cùm idem ab eo edictum accepissem. Magnificentiam autem tuam rogo, vt pro nobis quoque id scribere dignetur, quippe quem morbi nostri locupletem testem habemus. Argumento est detrimentum illud, quod nunc accepimus, cùm per corporis infirmitatem nec ad te accurrere, nec te frui nobis licuerit, principe adèd commodo, tamque admiranda virtute prædito, vt præludia quoque ipsa magistratus tui excellentiora sint ea gloria, quam alij toto imperij tempore consequuntur.

ARGUMENTVM.

Ab Olympio petit, ne impunitum Apollinaristarum scelus ferat, qui ex authoratorum quorundam Episcoporum opera & adiumento nescio quem sectæ suæ nebulonem Episcopum instituerant.

Canicies

CAnicies quoque nonnihil eruditur, nec senectus, vt video, talis omnino est, quæ prudentiæ opinionem fidemque mereatur. Ego cùm omnium maximè Apollinaristarum cogitationem impietatemque perspectam haberem, nec ferendam eorum amentiam cernerem, existimabam fore, vt lenitate mea res efficerentur, ac paulatim emollirentur: atque hoc mihi spe fingebam. Verùm per imprudentiam & sceleratioribus eos, vt apparet, reddidi, & intempestiua hac philosophia Ecclesiam detrimento affeci. Neque enim peruersi homines lenitate atque humanitate flectuntur. Et quidem si nunc per meipsum hæc ostendere potuissem, non dubitarem, mihi crede, vel præter vires iter capessere, atque excellentiæ tuæ pedibus aduolui. Quoniam autem longius me morbus prouexit, & Xanxaridis thermis mihi de medicorum consilio vti necesse est, literas mihi vicarias substituo. Præter alia omnia eò quoque audaciæ proruperunt mali homines & malè perdendi, vt exauthoratos etiam ab vniuersali Orientalium & Occidentalium consilio Episcopos accersentes, aut illac iter facientibus abutentes (non enim certò affirmare possum) imperialibus omnibus constitutionibus atque omnibus vestris edictis violatis, cuidam impij & adulterini sui gregis Episcopi nomen imposuerint, nulla re, vt opinor, tantum freti, quantum imbecillitate mea emortuisque viribus. hoc enim dicendum est. Quæ si leuia & ferenda sunt, ferat tua constantia: feremus ipsi quoque, quemadmodum & sæpè tulimus. si verò grauius ac ne ipsis quidem piissimis Imperatoribus ferenda, hoc facinus, mitius tamen quàm pro sceleris atrocitate, vlcisci dignare.

Hereticè principum lenitate sunt peiores.

Xanxaridis thermæ

Heretici puniendi.

SCHOLIUM.

¹ Morbus prouexit) Legendum enim εἰρηται, non vt in vulgatis exemplaribus εἰρηται, id quod satis indicat aduerbium præcedens εἰρηται. Paulò etiam inferius emendandus est Heruag. codex ex Frobeniano, & pro κείνους, καὶ Θεολόγους substituendum est.

ARGUMENTVM.

Eundem Olympium rogat, vt Aurelio militiæ desertori parcat.

Rursus scribo, cùm adesse oporteat: sed mihi à te fiducia hæc nascitur, ò & negociorum arbiter (vt primo loco quod primum est, dicam) & publicarum rerum corrector, atque vtrumque diuinitus. qui etiam hoc pietatis præmium accepisti, vt res tibi ex animi sententia fluant, solusque ea assequi possis, quæ omnibus aliis negata sunt. Prudentiæ enim & fortitudinis ductu atque auspiciis imperium administras, quarum altera quæ facienda sunt, excogitat: altera quod est excogitatum, facillè exequitur. Huc quod maximum est, accedit, manus puritas & integritas, qua omnia regantur. Vbinam tibi aurum iniuste collectum? ne fuit quidem vnquam, utpote ante omnia damnatum & exturbatum, tanquã reclusus & obscurus tyrannus. Vbi inimicitia? damnata est. Vbi gratia? hinc nonnihil labascis & flecteris (paulum enim te accusabo) verùm Dei humanitatem & clementiam imitans, quam nunc quoque per nos petit atque implorat Aurelius miles tuus, quem dementem quidem perfugam voco, cæterùm prudentem supplicem, quoniam in manus nostras confugit, ac per nostras in tuas, caniciem nostram sacerdotiumque, quæ tibi venerationi esse sæpè confessus es, iustar Imperatoriæ cuiusdam imaginis obtendens. En tibi hunc offert sacrificia hæc manus & incruenta, quæque & multas tuas laudes literis mandauit, & mandabit, si Deus nobis & tuum & Themidis sociæ tuæ atque adiutricis imperium prorogarit.

Prudentia & fortitudo principum necessaria. Veri principis conditiones.

SCHOLIA.

¹ Rerum) εἰρηται enim legendum, vt in Froben. non εἰρηται, vt in Heruag. codice. ² Obtendens) Quis enim non videt legendum εἰρηται, non εἰρηται. Qui autem antiquitus ad Imperatorum imagines & statuas confugiebant, ius asyli consequerantur, nec inde abstrahi poterant. Id videtur hic significare Theologus.

Icarus.

ARGUMENTVM.

Nemesium orat, ne hominem quendam patria excedere, atque exulare cogat. Nisi tamen hoc loco usque...

SI tibi eo nomine molestus & importunus esse videor, quod identidem ad te scribam, ne mireris, si te apud te iustum iudicem accusem: nec dubito, quin me culpa liberaturus sis.

Theodosius

SCHOLIA.

- 1 Ut humana) Lege ἀλλοθεν in neutro, non ὅθεν, ut in impressis codicibus.
2 Ipse probabis.) Recte enim in Erobiano legitur in sec. persona δουλεύσας.

80.

AERIO & ALYPIO.

80.

ARGUMENTVM.

Mater AERII & ALYPII in pauperum alimoniam Ecclesiae pecuniam quandam testamento legauerat. Cuius...

Primitiae.

Quemadmodum arae & torcularis primitias, & filiorum, eos, qui verè filios amant, Deo consecrare iustum ac pium est, quoniam ab ipso & nos ipsi & nostra omnia sunt: ita nouae quoque hereditatis, ut pars promptè & libenter oblata maiori parti securitatem incolumitatemque conciliet.

Prou. 16.

Ecclesiastiarum bona.

SCHOLIA.

obtrulerint, praclarissimeque negociati sint, hoc est propter futuræ vitæ opes egestatem amplexi sint. Ne igitur parce feratis, ut vberem messem faciatis, verum bonam cum vobis ipsis, tum charissimis vestris hereditatem hanc elargimini...

SCHOLIA.

- B1 Quae testamento) Sensus est: Pecuniam legatam non vestro, sed parentis vestrae beneficio accipiemus: at si non grauatim, sed promptè & alacri animo eam persolueritis, eam promptitudinem alterius quoque beneficii loco habituri sumus.
2 Domos fulcientem) Alludit ad illud Sapientis, Benedictio patris firmat domos filiorum, & maledictio matris eradicat fundamenta. Hic autem vitiosè legitur μη μετ' ἰσχυρῶς.
3 Parce feratis.) Alludit ad illud Apostoli, Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.
4 Bonam hereditatem) Legendum enim ἀγαθὴν κληρονομίαν, non ἀγαθὰν.

CHRISTVS PATIENS.

GREG. NAZIANZENI TRAGOEEDIA, seu potius Tragicocomædia, à Cl. Roilieto Belnensi versibus Latinis exposita.

ARGUMENTVM.



Vdita quando post piè poemata, Etiam poësim tu piam audire expetis, Audi animo alacri nunc secundum Euripidem: Iam passionem orbi salutarem eloquar, Ut pleraque inde dicta discas mystica

D

Ex ore tanquam matris atque virginis, Suoque Domino Apostoli charissimi. Nam prima iam prodibit in proscenium Confecta magnis luctibus, matrem ut decet Prodire casus tristioris tempore, Mortisque causam ab initio ingemens, caput Quod verum ut ipsa dicta sit Verbi parens, Et immerentem videat ipsum perpeti. Nam nisi dedisset culpa causam lapsui, Iniecta mortis non foret necessitas: Et ni impulisset nos vafri in fraudem dolus Serpentis, astu bestiae, corruptio

E

Non subsequuta, morbi vt inde addiceret
 Nos lege iusta, & ne malum esset integrum,
 Manensque, non esset opus, vt Verbum Deus
 Vitæ author, hominem indueret, & mortem innocens
 Pateretur, vt contaminatum quod fuit
 Integritati liberaliter asserens,
 Mortale totum redderet vitæ genus.
 Quod si imminutum parte non vlla sui
 Verbum fuisset, ipsa iam Domini parens
 Non extitisset, videns innoxium
 Dira tolerantem, animi ægra fleisset eiulans.
 Personæ igitur hæ fabulæ huius sunt mihi:
 Casta ipsa mater, castus atque apostolus,
 Quæque Domini assunt parenti virgines.

FABULAE PERSONAE.

Deipara.	Chorus virginum.
Nuncius.	Semichorus.
Christus.	Theologus.
Ioseph.	Nicodemus.
Magdalene.	Adolescentulus.
Congregatio pontificū.	Custodia.
	Pilatus.



DEIPARA.
 Utinam in horto callidus nunquam
 & vaser
 Reptasset anguis, nec dolos in sal-
 tibus
 Struxisset huius, fraudis artifex
 draco:
 Non lateris vnquam germen, infelix parens.
 Mortalium decepta, tante audaciæ
 Ausa esset ausum, capta rami primulum
 Fructu decoro, & attonita animo, ex eo
 Vt spem sibi diuinitatis sumeret
 Non & vocato fraudem in illam coniuge
 Vt ederet ille de arboris fructu nihil
 Mox profuturo, pulsa felix ex loco
 Addicta seue morti, & æternis malis
 Inauspicato audisset è thoro parens
 Tristis sobolis: Agrè tuum ventrem leuans
 Doloribusque implicita partus, cum tuo
 Sudore terram hanc colito duram & asperam:
 Accedat illis, & tui consors thori,
 Vnæque, miseri & execrati liberi:
 Quos sic vt olim pareret in suspiria
 Tantum & dolores qui manerent posteros
 Vitam in sequentem, iam Deus præscripserat,
 Eximia vt esset hinc reconciliatio.
 Iam non genus hominum occidisset perditè,
 Nec qui mederi tam graui morbo potest,
 Impulsus esset vt noua clementia.

Delapsus isthunc in locum, nouo modo
 Factus homo, nostræ se cruci submitteret:
 Nec mater essem virgo, nec cælo satum,
 Terræque natum, innoxium, natilibus
 Purum, trahi iam ad supplicia, misera parens
 Audirem, & illo lacerum eum aspicerem modo
 Quo nunc, in horreo videns, illa, illa ego
 Quæ porto flammam magnam, & ardentem, face
 Nulla, quæ adurit, quæ meum cor traicit
 Figitque tanquam gladius alta cuspide,
 Fatiidico vt ore cuncta præuidens procul
 Vates Symeon protulit verè senex.
 Tum magna certè tutæque est salus, suo
 Si disidens nunquam vxor à viro, omnia
 Illius effert in sinum, atque vt addecer
 Nullius alterius in aures quàm viri,
 Concors cui sit, verba prudens excipit.
 Infesta contrà cuncta nunc lethaliter
 Ruunt, maritum ex quo suum & sui imperi
 Decus perenne, gloriàmque prodidit.
 Quando vetus iniuria parere nouam solet,
 Et subsequuntur lachrymas lachrymæ alteræ,
 Quæ nec modus sit, nec numerus vllus: malo
 Nam semper aliud crescit in pugnam comes.
 Hinc dedecore confecta natura ingemit
 Veneranda, deflens casuum mixta agmina,
 Et non ferendam semper insurgentium
 Nouam laborum plus satis propaginem,
 Tabescit omni misera lachrymis tempore,

Quod.

Quod, alia præter graua duræque, ipsius
 Primum parentis læsa noxa, iniurias
 Sensit, colentes quæ globum istum posteros
 Manent: datamque iureiurando fidem
 Dextramque clamat & Deum testem vocat:
 Miseræque didicit à malis, quàm sit graue
 Durumque patrio se solo subducere:
 Exosa mundum nil eo grauius videt.
 Eo doloris nunc enim tota efferor,
 Naturæ vt illuc omnia velim incommoda
 Referre, quod habet è cælo, & terra genus.
A Nam misera nondum luctibus finem facit,
 Modo ventris edens, modo repente suppressens
 Partum; modo etiam eum, misera, rursum abnuens:
 Nam sic voco me eum quasi supra modum
 Partum ferentem, nunc prementem te voco:
 Nam partum ego sum experta non partum: qui enim
 Nomine alio vocare possim, vt quæ parens
 Expers laboris & doloris extiti
 Integra, & incorrupta, nescia illius
 Etiam voluptatis viri quæ ex copula est?
 Neque magis vllam sentiens viri notam
B Famam exedentem, quam exedere durum solet
 Tinctura ferrum. Nemo sustulit mihi
 Florem pudoris integrum: Et quæ filiam
 Enixa credar? O stuporem maximum!
 Iniuria affectum modo quo cernere
 Nunc potero, cum sim iam meis laboribus
 Defuncta, qui sit vt crucier animo tamen?
 Vt exiliui gaudium! quando angelus
 Sese auspiciatus obtulit primum mihi,
 Partum futurum nuncians, atque omnium
 Soluta veteris cum genere mortalium
 Vincula inimicitie sua voce indicans
C Miræque letitia animum exhilarans meum.
 Tum non videbar huius ore decipi,
 Cæleste cui fidem faceret oraculum:
 Partu edituram me meo interea tamen
 Non victimam præfaciens, at totius
 Regem quasi terræ, polique, concitæ
 Mox ore muliebri gaudij vocem indicens
 Expectoravi, prosequenti nuncium
 Et voce, & ominatone, deferens
 Ignes odoros thuris accensi, pij
 Quo genere se suffire mystæ prædicant
 Zelum astuantem, & spiritum deosacrum,
D Modestum amorem charitatèque igneam,
 Qua nulla superis victima cadit gratior.
 At nescio quæ pectus effodit meum
 In me acta cuspis, & ego vel silentio
 In noctis altæ, prompta festino gradu
 Eram videre quæ mihi charissimo
 Iniecta nato crux, & authores mihi
 Iste fuerunt ne prius quàm se dies
 Prima extulisset, hinc meum efferrem pedem.
 Chorus. Compone corpus nunc, hera ocyus,
 vt decet.
E Deip. Quid nam hoc? frequentes se viri cursu
 efferunt
 E porta anbeli: quid rei? an quod nuncius
 Venit cohortis hostium irrepentium?
 Cho. Nocturna turba cum tumultu confluit:

Exercitum totam per urbem conspicio
 In nocte opaca plurima armatum face,
 Et ense multo. Deip. Nescio quis etiam
 pede
 Contendit ad nos turbido, forte vt noui
 Quid nunciet nobis, iuuat resciscere
 Ecquid nouarum nuncius rerum aduenit.
 Cho. Pudica o virgo, casta veneranda, ah ah ah.
 Crebro quidem tu casta magni nominis
 Has inter omnes dicta, quas suo è sinu
 Produxit olim terra, quæque hanc incolunt
 Hoc intuentes candidum solis iubar,
 Nunc iam misera, beata quæ fueras prius.
 Deip. Quid ista trepidatio subita? num quod
 sua
 Manu parat me aliquis scelesti tollere?
 Chor. Non id quidem, verum, tuus quod
 filius
 Misere à scelestis tollitur. Deip. Vah, quid-
 nam ais?
 Vt perdidisti me mulier. Chor. Ego iam
 quasi
 Non amplius nato manente prospicio tibi.
 Deip. O non ferenda proferens, non im-
 pudens
 Os continebis? indecensque defines
 Efferre dictum? namque eum qui semper est;
 Quonam ore dicis esse iam non amplius?
 Bona verba, quæso, & si tibi est vsus datus
 Aliquis loquendi, loquere sicut te decet,
 Nec indecora voce debonestat Deum.
 E stirpe germen aurea hoc cedit mihi:
 Nouumque id esset, vt manu mortalium
 Effunderetur sic Dei sanguis, mori
 Qui possit autem, cui mori nunquam datur?
 Illi vt parens sim, sorte qua tamen scio.
 Chor. Miseranda, nescis quo malorum ve-
 neris,
 Et ista verba tu tamen seris inscia.
 Aurora postquam illuxerit, mortem tui
 Nati videbis, nocte quam tota viri
 Contaminati sanguine vnà sauciunt.
 Et ecce video de grege tui filij
 Sectæque quendam, turbido qui pectore
 Properanter ad nos dirigit cursum suum,
 Vultuque profert quid noui quod nunciet.
 Deip. Et quid noui iam, cuius hic sit nun-
 cius?
 Age ergo, videam angelus iste quid velit.
 Nuncius. Eheu, pudicas inter & pulcher-
 rimas,
 Atque venerandas prima, virgo eadem & parens
 Maria, ah, ah, ah, ah, nos perimus, nec tamen
 Quicquid mali hoc est, ab aliquo hostium venit.
 Deip. Quenam ista vox est? sermo quis, quem
 detonas?
 Age, expedi hoc mihi, o puella, inquam, nouus
 Quis terror animum sic pauentem concutit?
 Chor. Audisti? an etiam nunc misellam præ-
 terit
 Te, qui cateruæ destinata sanguini,
 Cædique, natum prodiderit innoxium?
 RR

Ignara quamvis non sim, in hominis libero
Posita omnia esse arbitrio, neque enim Deus
Seruare quemquam non volentem sustinet.
Peruerse, nequam, sanguinem merum crepans,
Quod bene merente vendito admisti scelus?
Te genitor ipse, certa quæ spes, filij
Flamma peremptum tollat hinc radicitus.
Male percas qui turpiter violans fidem
Nullius ore dignus, expuendus es.
Nam fraudis etiam respuit virum Deus.
Quid, nate in auro figis indices notas
Adulteri in homine nullam qua queat
Dignosci an is sit prauus in sculpis notam
Has ipse noscens, nos latere omnes iubet.
Pereat scelestus, pereat, ut petit æquitas.
Abi in malam rem perditte, effere, barbære,
Peri male: at ego filium iam video
Vivum, licet nunc ingemiscens plurimum,
Et icta peccatis altius pungentibus
Doloribus, ego ceteras miseras supra
Ærumnosa fundam lachrymas: nam feminam
Natura fecit promptiorem ad lachrymas.
Chor. Ah ah, ah, ah.

Actum est, o virgo, actum, omnis ablata est tibi
Vini videndi in posterum spes filij.
Deip. Eheu, quid hæc lamenta? quid suspi-
ria?

Chor. Nescio, sed iste qui prope adstat nun-
cius

Novi aliquid affert de tuo quod nunciet.

Nun. Scribæ istud vno omnes senesque cal-
culo

Sanxere, luce hac, natus ut tuus occidat.

Deip. Eheu, futuri quem mihi timui me-
tus,

Timensque luctu intabui dudum, accidit.

Chor. Quæ verò cum lis gentis Hebrææ,
neci

Addixit, aut quæ iusta contestatio?

Deip. O feminæ quas casus hic etiam
manet,

O feminæ, inquam, non feretis, nec feram
Ego ipsa, quin prosternam, & in præceptis dabo
Corpus, meaque functa vita concidam.

Valete iam, valete, nulla sum amplius.
At tu refer quo genere mortis filius

Damnatus. anne hic calculus fuit, ut manus
saxus petente concidat miserè obrutus?

An potior illa credita est sententia

Ut ferro adactò exhalet animam innoxius?

Nun. Ego commodum, me rure in hanc urbem
intuli

De filio tuo aliquid audire expetens.

Fui etenim in illum semper affectus bene,

Ex quo illa nota quæ edidit miracula,

Et pulsa ab oculis nocte, lumen reddidit,

Cerno inde turbam concito gradu editum

Locum occupantem, civium quendam rogo

Concursum in isto quid novi, num quæ hostium

Hebræorum in urbem fama concurrentium

Trepidum excitasset hunc tumultum: Nam vides

(Aut ille) Iesum illum prope adstantem, crucis

Iam iam in periculum vocatum? conspicio
Tum præter omnem spem novum spectaculum,
Et non ferendum: fronte demissa tuum
Mæstique stantem tacitum, & hos tanquam canes
Auidè inhiantes sanguini, circum undique
Cursu strepentes: turba Iudeorum ubi
Frequens ibi adstuit sibi non consona
Pronunciabat prætor, aliena implicans
Temerè, animoque concitus, tandem tuum
Qui filium videret extra noxiam

Culpamque, sincerum, integrum, calumniis

Prudenter occurrentem, & hos contra minus

Probaret, ut qui morti iniqua incumbere,

Quam nulla causa, nec ratio prætexeret,

Pronunciavit: Ecquis hic vestrum neget

Id satius esse, non cadere Iesum, & manu

Dimittere illum, quam cruentum cædibus

Vinclis latronem præpeditum publicis?

Id vnum ope vna annexi ut in ligno crucis

Extrema ferre illum, at latronem perditum

Potius oporteat solutum emittere.

At prætor ista cuncta contra insistere:

Non hæc tamen faciundæ vis extitit

Et gratia, ut vulgum frementem fleceret.

Alius enim clamore fretus maximo,

Et imperita audacia contra intulit,

Minus approbante iudice tamen ac minus.

Contra repente insurgit ingens maxime

Turba tumultus, voce quæ effreni potens

Altum insonabat occidendum filio.

Ac in malorum multitudine, improbi

Sententia illa euicit, in ligno, tuum

Extrema natum perpeti quæ censuit.

Aurora pulsa nocte vix iubar efferet

Cùm limen extra ianua eductum trahent,

Certatim eo turba affluente quo loco

Addictus est morti, dies quando hæc ei

Decreta summa est, qua suam exhalet animam.

Deip. Eheu, malorum quod aperis primum

caput?

Haud dubia video pelagus ingens casuum,

Tantumque, quantum præteragere denuo

Non detur olim, aut calamitatis feruidum

Traicere fluctum: Hebrææ, vah quonam loci

Mens euolabit? meta confidentiæ

Quæ iam futura illius atque audaciæ,

Audet scelestæ si Dei lathum manu?

Sed huius vlla cura non habet anxiam,

Mors vincet illum nulla, qui mortem necat.

Enixa sum illum, sed scio quonam modo,

Partus dolores quæ graues effugerim:

Hos calamitosos lugeo tantum impios,

Quos cædis huius, quam nefarie inuidi

Nunc moliantur, vltio vindex manet.

Ah ah ah ah.

Invidia non nunc primum, at alias sepius

Offendit innumeros, tamen non tam graui

Plaga, ac amicos iam suos Hebrææ

Offendet illa postera stirpis genus.

Chor. Quid ista verba spiritu tanto mo-
ues,

Serisque? perit filius tibi, & tamen

Tam crebra iactas. Deip. Vox o dira quæ ex-
cidit?

An non premes os? tu putas mundi istius

Periisse seruatorem? Cho. At hinc tu pau-
lulum

Progressa non dignam tui nati crucem

Videbis, & sua penetrantem imminens

Certamen animæ, licet in illo cernere

Tantis per eum adhuc mortuum aut vivum semel.

Deip. Heu, quid video, mihi sate Deo, o nate
mi,

A Nefariorum traheris, & raperis manu.

In vincla venisti, & volens tu duceris

Alterna soluis vincla qui mortaliū.

Ah ah ah ah.

Non nate sunt hæc quæ mihi primum angelus

Pronunciavit: non ea expectatio.

Cho. At ipsa saltem votibus consentiunt

Cecinere quondam qui scelestorum manu

Esse subeundam hanc filio tuo crucem.

Deip. Ah, misera quid agam? cor dolore de-
ficit.

B Et quonam, o fili, quonam abis? ut ego occidi

Cuius rei iam gratia tam concito

Cursu euolabis? nuptiæ nunquid tibi

Sunt rursus in Cana, ac eo idcirco pede

Contendis alacri, quò nouo vinum modo

Mutes aqua? an te consequar filii, anne adhuc

Te præsolabor? fare vel verbo vnico,

Tu fare saltem, qui Dei es Verbum patris.

Nec præterito cum silentio tuo

Ancillulam tuam parentem, nunc tuas

Ex ore grato cupio voces, nate mi.

Audire notas, & vicissim reddere.

C Concede mihi per ipsum cum tuum patrem

Obtestor, o fili, mea corpus tuum

Tractare diuinum manū, sacros pedes

Deo sculari, amplexibus tuis frui.

Eheu, quid hic iam consili captem? meum

Exanguem mihi cor concidit: Agite o comites,

Agite, timorem omnem exuamur ocyus:

Accedite, amplexamini, sermonibus

Excipite vestris, prendite manum dexteram

O me miserrimam, ut fleam multo metu

Repleta: ah ah pessundata misera perij

Amicæ, o comites, filij ut vultum mei,

Os triste vidi, me emori cupio: grauis

Est omnis illa, quam traho, vite mora.

Eheu, quid ego agam? quæ manus misera populi

Fugiam? rudentes hostis omnes explicat,

Tenditque, non est expedita mihi via

Memè extricandi. Quid igitur faciam? modo

Quonam tot obductos mihi laqueos premam?

Chorus. Ne istud quidem video, soror cha-
rissima,

Itaque timeo, & id propter ex oculis mihi

E Oborta lachryma defluit calentibus.

Tu nos sequuta ponè, clam te proripe:

Contende ad ardua, & grauior, certamen est

Bene preparati, maximeque pectoris,

Nos subsequemur te gradu timido, cohors

Nam multa circumcingit hunc animo furens:

Nec est quod illuc ore recto cominus

Nos inferamus, ipsa enim mens turbida

Non iam feret nos, nec tuum natum sine

Videre turba hostilis atrox sanguine,

Pronoque in odium animo nimis, acris impetu

Natura mentis barbaræ ingenium ferrox.

Ego adeò vereor ne quid illa in te insolens

Statuat, acerbis que quidpiam struat.

Attentius que hunc intuita, metuo magis

Ne gladio acuto medium hepar transferberet.

Acerbiorem hinc insolens casum ut feras,

Visceraque nati publicam spargant viam.

Nos paululum a nefarius hinc auia

Cernamus atrox efferae gentis scelus.

Eamus ergo, eamus hac qua saltus est.

Deip. Quando omnibus vobis placent hæc,
vincitis.

Abeamus itaque quo videbitur ocyus.

Cho. Nos inde ut è specula edita specula-
bimur

Deip. Sum misera plane filium nisi video
summa tolerantem; tumultus antequam hunc

tegat.

Sed me expediui plebe, ne quid perferam.

Producta verò vita quid me iuuerit?

O liceat vrinam morte quam primum abripi;

Si non honestè mihi datur senescere,

Sperata ut est spes suscitato filio,

Qui ius coactis reddat olim gentibus,

Hebræus ipse quem inuidus sanguis necat,

Sanguis propinquus matris infuistissime,

Non patris huius hominis quod carnem induit

Verbi, supra omnem quem scio mortaliū

Legem ipsa mater semine absque villo viri

Peperi dolorum nescia in partu omnium.

Sum fortis animo plurima in spe, ut nunc tamen

Multa ingemiscam cernere hunc pati impotens.

Ego huic parens sum, lege qua tamen scio.

Sed sum imperita ut efferam mysteria.

Cogit tamen me vis doloris anxij

Laxare linguam: iam loco primo eloquar,

Id unde factum, mater ut primum integrum,

Purumque corpus vsque in hunc diem geram:

Expers veneris omnis ego sum, quæ vel meæ

Verbo esset auri, vel oculo in tabula grauis.

Auersor etenim huiusmodi omnia penitus,

Ut virginæ am animam gerens, testem que eum

Facio, latere quem potest rerum nihil.

Quod nec libido me vlla cepit, nec meum

Inuasit animum: ut mentiar, peream male

Infamis atque ignobilis, non & mare,

Non terra corpus, ipse non adeò polus

Meum recipiat, non mei nati manus

Animam perinde ac expeto, & me spes alit,

Quæ vana nunquam me scio deluserit.

Hæc certa cuncta sunt mihi, neque enim loqui

Vltra ista fas est flentem ut adderet, mala

Nam perfero, quæ lachrymas iustas trahunt:

Atque haud scio, an quid præter hæc post perferam,

Primum tamen mihi bona explicanda sunt,

Miseranda magis ut sem malis tot obruta.

Expers thori, eadem virgo permanens eram,

Et quæ modestas fœminas artes decent
In his meam operam collocabam gnaviter,
Deo suam mihi semper in rebus meis
Admiratione largiente gratiam.
Hoc itaque probum fœminis impingitur
Siue illud insit, siue non insit, tamen
Male ut audiat quæ se domi non continet.
Hoc ego laborans effugere, primum domi
Me continebam intra atria ipsa, mulierum
Lepidas repellens cantiunculas, eo
Contenta præceptore Christo, quem mei
Nunc ipsius doctorem habeo mihi, satis
Edocta, quàm res pulchra sit modestia,
Et quam reportet veram ubique gloriam:
Atque ut meæ linguæ silentium, meo
Sic imperabam oculo quietem, haud inscia
Quibus oculos euincerem, quibus etiam
Nonnulla rursus victa placidè admitterem.
At me maritus cum viri expertem à Deo
Et integram accepisset, idem etiam sacri
Me vincla seruantem pudoris reddidit.
Hæc verba non sunt, testis euentus fuit.
Cum sic haberent se meæ res, spondeor
Deo: inde miro filium peperit modo,
Quo nulla se peperisse iactet fœmina.
Cho. Veneranda virgo, honesta, casta, te
vnicam

Has inter omnes terra matres quas habet,
Matrem absque sponso scimus et viro, suas
Hic nulla partes et suam manum obstetric
Deprædicauit: partus hic diuinus est,
Deumque partu te edituram nuncia
Vox angeli testata, tum quæ ille editus
Fecit, genus mortale non præ se ferunt.
Proin stupendum hoc, tale si detur pati
Huic; quale generi contigit mortalium.
Deip. Mirum quidem istud, sed pater si sic
iubet,

Vt maius in homines bonum sese offerat:
Medicina nulla potior in mortem fuit
Qua cuncta tollens sordium, contagia
Primo notori tollerent humanum genus.
Et iam optimè rem cedere indicauero.
Nam verbum id, à quo scire mortali influit,
Me matrem obumbrans, gratiam omnem contulit.
Ex quo ille figulus finxit è terra patrem,
Hunc arborum cultorem amœna per loca
Errare insit, quem paulo post redderet.
At ipse serpens fœmina in fraudem excita
Properauit illum sic loco illo excludere,
Vt et vitam omnem, spemque cœli recluderet.
Oppositus illi callido prudens Deus
Id statuit ut sic fœmina ex aluo editus
Mundum hunc subiret, ut manens idem Deus
Indueret etiam membra mortis obnoxia:
Mactatus ipse hunc morte mactaret sua
Victor triumphans, et pede virgeret suo,
Inuecta per quem mors foret mortalibus.
Hæc certa tibi fides sit, in terram excipe
Sic commeantem tu Deum, ut genus hominum
Cœlo bearet, hunc honora, suspice,
Thurisque liba odore, quem iam videris

Hic è sepulchro proflire non secus
Ac è thoro, mox lucidum in cœlum euehi,
Vt ipse dixit, et sacer natum chorus
Prædixit: hæc spes est mihi certissima
Hos inter omnes quibus aliqua menti instat:
Nec fallit animum iam futurum quidpiam
Quod gloriosum effulgeat: suaue id quoque
Est cogitare. At tuta cum permanserit
Mihi spes magis, vah gaudio quanto efferar?
Vt res sit, ipsis obruior malis tamen.
Prævideo quàm mox sint futura hæc omnia
Validior at spem meror insurgens premit.
Cho. O virgo, formæ quæ nitore cæteras
Præis, puella nobilis, quæ baiulans
Infantem in vtero (vt tu refers) tuo Deum
Theaurum eodem baiulasti maximum.
Vt noris ista, reliqua nunc etiam vide.
Nam quò præis tu cæteris prudentia,
Hoc certius te prima quæ præiuderis
Est vltima æquum nosse, et omnia generi
Hominum ardua hæc sunt inniâque, soli tibi
Quæ nota matri, scire cui datur abdita.
Deip. Quàm misera magnis obruior dolo-
ribus!

Quàm nosco multa, quæ eloqui haud tamen scio:
Quàm stupeo vt illum video sublimem in cruce
Pendentem, vt ipse sponte concidat sua.
O ter, quatèrque miseram, ah ah.

Semi. Quid ergo? quid iam summa perferens
ages?

Deip. Nescio, nisi quod vnicum solatium
In morte sit mihi, nisi calamitatibus
Tot me prementibus modum aliquem inuenero.
Spes adeo firma crastino concluditur
Solo die, expectare quem me oporteat,
Vt cura cedat illa quæ misere me habet.
Sed tu nate mi chare, ne me deseras.

Semi. Lamenta quorsum hæc, si nihil planum
facis?

Nam et illa dicis quæ metu aures impleant,
Et cogis vt paucam miseram, mox adiciis
Quæ me erigunt in spem, sed obscura omnia.

Deip. At iam nouæ vos proximæ hæc clades
manent.

Semi. Nunquam carinam ingressa sum nauis,
tamen

picta ex tabella edocta, verbisque id scio,
Si quando nauis incubat quam perferant
Lenis procella, quisque tum pro se id studet,
Vt à periculo emergat, hic clauo insidet,
At scandit ille vela, malisque ocyus,
Sentinam alius exhaurit, at supra modum
Si pontus intumescit ira exæstuans,
Nauis, procellæ arbitrio et casus data,
Credunt se aquarum fluctibus turgentium:
Sic mala videns horrenda, muta sum, et loqui
Dum conor, hæret lingua faucibus meis.
Nam vincit ille qui ex Deo non profluit
Exæstantis calamitatis impetus.

At te, parentem cui datum est fieri Dei,
Præesse cunctis, tuta semper spes alar.
Dicto sed ex alio aliud dictum incidit:

A

B

C

D

E

Quis

Quisnam ille rursus quem video recta pedem
Huc ferre? vultu ah quàm se uero lachrymas
Stillante multas prodeuntem conspicio?
Nunc. O præpotentis filia et mater Dei
Verbique, me æqua mente nuncium excipe:
Inuitus, idem tibi tamen bene cupiens,
Præter vetera, malorum ero nouus nuncius.
Deip. Quidnã hoc? Inauspicatū id est proæmiū.
Nunc. O virgo, quid iã, quid loco primo eloquar?
Acerba, dura, tristia, horrenda, aspera,
Et quæ tua sunt digna cura nuncio,
Puella casta, augusta virgo, quàm dolet
His me molestum lachrymis te prosequi.
Quancunque doctor perferat meus tamen
Cruce, manebit discipuli constans fides.
Deip. Ecquid nouum de gente Iudæa indicas?
Nunc. Natus tuus, si sic mihi fas est loqui,
Nunc amplius non est, vel vno temporis
Momento is animam efflauit exitum occidens.
Deip. Quæ verba sunt hæc? vnde scis, tane ex eo
Ipso loco? age, dic cedo, quoniam tollitur
E luce mortis genere? Christum illum ipsum ais

B Patris perennis filium, quem spes erat
Semper futurum, nulla quem mors tolleret;
Iudæa quem gens sibi putaret vindicem?
Nunc. Postquam vrbe Solymorū relicta, in editū
Venere stratum plurimis saxis locum
Regem irabentes impie turbæ meum.
Statim caterua molis ingentis crucem
Cælo minantem egere sursum perditè,
Egere sursum, et sustulere vltimum.
At ille clarum rectus os in æthera
Est actus, vno item altero ramo arboris

C Dextram et sinistram extensus, et fixus manus
Clauis acutis, partèque insoma pedes.
Sic cum omnium rerum potentem altam in crucem
Illi impulissent, saxea mole editum
Locum occupantes, alij eum acri arundine
In os petebant, alij aceto spongiam
Plenam offerebant felle commixto obliam
Hysso in illius siti. At verò suis
Qui facta tantum hauserit, vocemque auribus
Neque testibus oculis fidelibus edita
Videre magna miraque, caput hi suum
Mouere frustra, et contudere pectora

D Ignaua crebro verbere et planctu eminus
Hunc ego sequebar vt mihi dominum, sedens
Saltu in virente qua locus sese dabat.
Pedibus quietus, tacitus, et lingua, mnia
Seruans, vidensque, visus à nullo tamen
Diræ cohortis impieque. At te simul
Vidi vt fluentem lachrymis, stantem illico
Huc veni, vt illa indigna quæ cognoscerem
Admissa, fidus indicarem nuncius.
Deip. Hei hei mihi infelici, hei hei
Ah misera, quid agam? cor mihi omne deficit.
Ecquid ego adhuc vitam trahens hæc audio?

E Et qui feram, isthæc vt misera videam parens?
Ite Galilæa fœmina terra sare,
Ite, ite, et illum voce vestra adducite
In terram: Agite iam vos, sodales hunc metum
Omniem exuamus. Cho. Quin fugate substrahis

A plebe potius ne mali quid accidat?
Deip. Hoccine ego sublato mihi quicquam horrea?
Eamus ergo, eamus, hinc absit pauor:
Hic vita nobis esse quæ suavis potest?
Quin efferamus hunc pedem vt videam mei
Tormenta nati, hei hei mihi miserrimæ.
Charæ o sodales, cerno nil hic filij,
Vsq; adeo forma rara mutata et color.
Dilectæ, o inquam, filij vt vultum mei
Squalore vidi plurimo et sanie oblitum,
Mors sola votum est, vita, mors tantum mihi:
Agite iam, agite vos, non fero vitam amplius.
Qui vita cunctis es datus mortalibus
Communis, o dilectæ fili mi, quid hæc,
Aut quo iure nunc pateris? admittis tibi
Quale istud ob quod tam graues pœnas luis?
Maculata nullo sanguine est tibi manus:
Sunt munda labra, membra singula, os doli
Expers, animaque casta fraudis nescium
Cor omnis, et qui cum latronibus tamen
Te video in alto pendulum ligno, dolo
Non hostis alicuius tibi, aut iniuria?
Amicus heu te discipulus olim tuus
Volens volentem perdidit, quem tu tuis
In pane amicis indicasti perdito
Parcens, vt omne sit malum effugeret: quod is
Minus etiam nouit cadens in retia.
Ac cuius huc te gratia misit pater?
Et qui te in istud mortis infamis genus
Adegit infelix? facinus heu quàm graue,
Infandum, et atrox video! verum actum ilicet.
Iniqua, nate, ah, quàm tua hæc mactatio!
Ah, inquam, ah, ah, mi nate, quàm miserè occidis
Nullius in te conficius, verum eluens
Quam mulier olim prima fecit noxiam.
Sci, scio ista, verum vt eloquar haud scio.
Nec id fugit me quis breui rerum exitus
Harum est futurus: spes meas vincit dolor
Victaque malorum mole repetita ingenio
Madentque nostræ lachrymis crebris genæ,
Vt molle mulierum omnium est semper genus,
Susspiriorum et fletuum omnium capax.
Christe s. O inter omnes mulier optima, en tibi
Qui virginali dote præditus, loco
Hunc filij chary habueris tibi. En quoque
O discipule, virgo, parentis in loco
Quin reuerearis. Quid, o quid, o mulier, tuos
Sic spargis oculos lachrymis humentibus?
Quid demittis os, triste tam longum ingemens?
Perplexa quid stas fronte penitus turbida,
Cum te secunda hæc sorte maneant omnia?
An me ceterorum expendis ex mortalium
Ritu modò que? congrua hæc sunt omnibus
Propheta quondam quæ ore vero protulit,
Quæque ipse prædixi: illa nunc venit dies
Pœnas vt insons debitas terra satis
Luam hostibus. Quid ergo tanquam ob filij
Culpam, profundo è pectore gemitus trahis?
Deip. Ego ista, fateor, tale nihil animo agitans
De plebe dixi, tum meo casu excita
In lachrymas prorupi, et id quod iam imminet
Triste subeundum fleui, ea notans omnia

RR 4

Quæ iam hos manebunt, nate mi, qui te in crucem
Hanc extulerunt: sed dolor firma mihi
Potentior spe. Nam id quidem de te scio
Infesta nobis cuncta damnorum agmina
Facile fugabis morte mortem destruens.
Mox inferorum è tartaro vt caput efferes
Tibi perditorum hominum hoc genus pœnas dabit.
Tenera mulier ad lachrymas promptissima,
Sustulisti inde sic trahens quam plurima
Magni doloris ista stimulo lugeo.
Vt peruagetur fama nominis mei
Orbata simul ac sum tuo aspectu mihi
Miro sacròque, concido. Nam ex quo accidit
Præter meam spem facinus animum exulcerans
Sensim meus mihi sanguis in vita efflatus
Nil deprecata, nate, iam cupio mori
Deserta, sola extorris agitor, nec mihi
Cognatus ullus frater hic est aut parens,
Ad quæ in procella vt portu ad aliquæ me applicem.
Quod si videndum te mihi diu negas,
Qua mente tandem perpeti id fili, queam?
Orbam, ô nate mi, quaeso ne me deseras.
Christ. Esto bono animo, nam probe hæc curauero.
Quin tu stude id potius tuum vt semper Deum
Testere, voce qua decet eum prædicans.
Ignara certe es nacta quid tibi sis noui,
Sed dona rursum terra quæ prima et polus
Et quicquid vsquam possidet natum ingeram:
His te beabo plurimorum gratia.
Deip. Credo, tuisque maximam dictis fidem
Habeo, probe iam edocta quàm sint vsui.
Obtestor vnum hoc te tamen, per hanc tuam
Omnem fugantem filius terræ anxij
Metum doloris, et mali duram crucem,
Per hos tuos sacros pedes quos osculor
Materno amore, te misereat nunc mei,
Misereat, inquam, neue desertam omnibus
Miseram me et inopem tu vicissim desere.
Ascribe me tu iam tuæ domesticam
Regioni et adibus ocys. quod si hand lubet
Præstare quod tu sanxeris, te per patrem
Id quaeso, detur quod scopum attingat, die
Te tertio videam resurgentem, et pede
Mortem triumphali prementem, olim vt tuis
Dixisti amicis sepius: ita tutior
Mihi videbor, tuque gloriosior
Factus, beati filius felix patris
Tandem approbatus, omnium laudaberis
Et voce, et ore, cura sancta posteris.
Ne tristis ergo pensa vitæ longius
Ego protraham. At crudelium manus hominum
Cruenta, dominum quæ poli, et terræ neci
Demisit, ex merito suo mala sentiat
Olim illa, iusta lance quæ impios manent.
Nam non ego illos vt fatos mihi liberos
Materno amore curo, ne clades premat
Qui posteri horum sunt futuri, qui impiam
Cadem suorum nunciens patrum, et scelus
Sed ipse, ô animæ pars meæ longe optima,
Effice fruantur luce ne lata ætheris
Parum micantis, ne patere quid reliquum
Semini amati à cæde tranquillum trahi.

Christ. Admitto mulier hæc, nec illa etiã improbe:
Et gratiam istam vt largiar tibi promptius,
Quæ vana non sit, plurimæ causæ mouent:
Hunc ad scopum me dirigens prorusus, tibi
Nusquam abero, damni videris me vindicem
Illati, ab omni libera et cura et meu.
Deip. Pape inclita mentem tuam, altam, nobile,
O nate, quàm te nunc grauis dolor premit,
Inuicta mentis sed manet constantia.
Vt tu vsque profers quæ mihi ad prudentiam
Faciant magis, quæ propius expendens, scio
Supra modum me stultam, et hinc animum meum
Frustra dolore macerasse et lachrymis,
Dixisse frustra verba quæ dixi impotens.
Semi. Ah, qui frequens vsque ad eod gemitus meas
Volant in aures: triste tam longum insonans
Hic vnde planctus? audio certe, audio
Vocem doloris indicem tristissimi.
Deum aliquis isthic, dira tanquam admiserit,
Implorat, aliquis dura tanquam perferens
Miserabili fletu Dei auxilium inuocat.
Atqui iste clarus Petrus olim, prosilit
Vultu horrido, atque flebili, animo saucius.
Deip. Quid Petre luges? triste dirumque id quidè
Quod perpetrasti, non tamen venia excidit,
O nate chare, ô nate mi, ô Verbum Dei
Peccare cum sit insitum hominibus, ignoscito
Quod Petrus in te admisit, admissum id metui
Turba irruentis, et frementis turbidum.
Christ. Iubeo nihil te hic anxiam, ô virgo parens.
Condoneo Petro quicquid est lapsus tua
Vel vnius causa, nam et ante etiam tibi
Es me obsequentem experta semper filium,
Quæ tui erat animi gratia integri et pij.
Hæc verba porrò à me tua hinc aufer parens.
Hoc scito, lachrymis gratiam meam elici,
His arcta scelerum vincla dissolui omnium,
Proinde te hortor et moneo, mortalium
Ne in quenquam odia geras, vel etiam non in hos
Qui me tam iniquam sustulerunt in crucem.
Deip. O ô stupendum nobilis mentis genus
Sic compares te extrema patiens, vt tamen
Non sis iniquo animo in eos qui te neci
Dedere, nihil his excitus succenses,
Quorum manu sis fixus in ligno crucis?
Nam quis furoris sustineat iram tui
O nate? vel quis turbidum vultum ferat?
Christ. Quin hinc abi iam, atque hostium ex me-
dio eripe.
Peracta iam sunt de quibus mecum modo
Es collocata, nec mihi vnquam illa excident,
Et te his molestis vocibus leuauero.
Deip. Ita video factò esse opus: ô miserrima,
Ah ah, quid istam mel merum, et suauitas
Iucunda totus, tam tremendam detonas
Vocem? quid istud quod graui oppressus siti
Custasti amarum, quod sitire te edita
Sic es professus voce? Cho. Qui me perculit
Exceptus aure clamor, omnem sustulit
Mihi pene sensum, et ego inscia id sum quod gemis:
Didicisse vellem, loquere, tum ad me respice,
Mei mihi colorem sic tui oris, et oculi

Contabuiffe

Contabuiffe quæ fuisset gratiam?
Deip. Silete ô mulieres, perimus funditus:
Comprimite vocem, filium vt ego interrogem.
Nam morti eum iam proximum video, et caput
Demisit ille nobile, et linguam suam
Presit. Age, quid video tuum ô fili, tuum
Exanguè corpus mortuumque conspicio.
Res mira, voce qui sua clamans patrem,
Penetrauit ima terræ hiantis viscera,
Vt tota tellus plena clamore, horridum, et
A Triste reboaret, cuius aspectus modo
Omnium oculos vincebat aspectantium,
Vt lumen eius solis æquaret iubar,
Repente toto lumine extincto occidit.
Quid pateris, aut quo iam modo, ô fili, peris?
Responde, id à te fac supremum vt audiam.
Nam nosse dum mens omnia expetit, in malis
Auida notatur, et satis non prouida,
Æ, e, e, e.
At ista vatum congruunt sermonibus.
Ah, ah, quid inceptem, occido misera penitus.
B Iam non serenum cerno vultum filij,
Sic forma rara, sic decens pulchri color
Mutatus oris, ô ferum spectaculum!
Quin corpus etiam exanguè tractare horreo.
Id ipsa luctu perdita astra me docent.
Concussa saxis erutis terræ specus.
Vos, ite, procedite: nequeo enim illum amplius
Sic intueri: casibus vincor meis.
Et vt futura post breui quæ sint sciam,
Tristitia tamen est spe mihi solida prior:
C O nate summi regis, ocquid nunc abis
In ditis ædes, debita vt primo patri
Æterna mortis supplicia derorqueas?
Atque hinc repente, vt sponte dimissus tua
Quasi auolasti? audita vox tua ad patrem.
Cuius rei te gratia huc misit pater?
Cur te tam abhorrenda cruce voluit mori?
Et cur eam quæ te dedit luci parens
Orbam esse cogis? commori liceat tibi
O chare filij: mortuo te quis locus
Excipiet? et quæ terra asyllum erit mihi?
Quis hospes ædes in ruentis impetum
In me recludens, corpus istud proteget?
Nullus erit. Ergo paululum expectans diem
D Hunc candidum, illustrémque tertium, excitus
Quo te è sepulchro, et morte, rediuius mihi
(Dixisti vt opinor) appareas, sulca optima
Spe duro: quamuis in crucem actum et mortuum
Te, nate, cernam, non tua tam gratia
Nunc ingemisco quàm mea, quando tui
Mihi carendum fuerit. hinc nam verius
Sublatus, aliqua parte quàm corruptus es.
Atque vitam, ô nate, morte mutassem meæ
Quam tu subisti. Iam occidi, ô fili mihi
Vitæ voluptas nulla restat funditus.
E An oculus atra obducitur caligine?
Interij, et imas noctis æternæ domos
Expecto cupida, nunc mihi nil est prius,
Quàm quæ in obscuro manium latent specu
Terram sub ipsam obducta tenebris plurimis
Subire, quando prius aspectu tuo.

Quam non ferendum, et quam nefandum pertuli
Miserâ dolorem modo! vah occidi, occidi.
Et qui parentem me suam miserrimam
Soletur ille cui gelida mors lucidos
Occlusit oculos morte, vocem sustulit
Te, nate, larga ceteris qui suggeris
Alimenta dextra, nate mi, frustra parens.
Eduxi, et olim stulta me laboribus
Non profuturis defatigavi, fuga
Vitare tenans, quos tuæ vitæ, tuum
Primum sub ortum perditum struerent viri
Ensem, manusque: verum id absit, tristius
Vt multa dicam lachrymans suspiria.
Ego tibi mater, more quo tamen scio:
Vnde erigebat maximam in spem, vt me senem
Adultus aleres, morte defunctam manu
Pia inuolutam linteo vrmæ traderes
Quondam beatam habitam, ô supra mortalium
Natus decore, sed mihi te filio
Extincto illa spes dulcis omnis concidit.
O sermo suauis, gaudium merum mihi
Semper procurans, lumen ô lepidissimum,
O expetita, et singularis candidi
Oris venustas, nulla qua generis prior
Humani, imago picta, nunquam lineis
Ductis ad aliquem pictæ imaginis typum,
Vt nunc es ore retro et aspectu? horreo
Te conspiciata, nec pati aspectans queo.
Quid ore clauso, nate, mutus obrices?
Tu redde vocem aliquam mihi, da quod meam
Soletur ægritudinem, matrem vnico
Affure verbo, nate, miseram atque anxiam.
Agnosco te certe Deum meum, vt feras
Nunc mortem acerbam, vindicem natum mihi
A morte: Mors hæc quam subis est gloriæ
Nunquam occidentis causæ, et huius gaudij
Quod maneat ingens stirpis humanæ genus.
Theol. Ponito dolori et luctui modum, ô heræ,
Nam non coactus, sponte sed sua occidit,
Vt morte victa cuncta quæ prosterneret
Vindex benignus adsit, et rex præpotens
Et vase in aureo corpus hoc meum coquens
Renouansque, docta me nouum prudentia
Miraque faciat arte. vbi deterferit
Pestem senectum carnificis acerrimi
Doloris, is me pube grata vestiet:
Nam nunc senectus pessima omnes opprimit,
Et me malorum pondere senium grauat
Noxa ex parentis veteris. At se liberum
Me redditurum dixit omnibus à malis,
Mæque redditurum esse ad meam matrem, et domum
Terramque, quam cum perdidisset, impius
Diræ, effræque bestie dolis in hanc
Terram parentem luctuum venit, suo
Cum coniuge ante, quem graui cum iniuria
Notasset, ipsa edocta misera casibus
Quam dura res sit fertili terra bonis
Excludi, et eius gratia rei omnia
Tolerare sese velle prædixit: lubens
Huic passus ipse mortem, et idem tertio
Sese sepulchri carcere effracto, die,
Cum sciret ista protulit palam prius:

Fosse fedtuum, morte deuicta gregem
 Charum vt suorum gaudio perfunderet
 Magna suo iam cuncta praescripto exitu
 Haec indicantur, vna nunc superest dies
 Et lata et bilavis, nos eam expectabimus:
 Non faller, aderit, vt dixit: nam tristitia,
 Qui vera nobis sine declarat suo,
 Ostendet idem, tertius postquam dies
 Caelo emicabit, gaudium solidissimum.
 Tuque adeo nosti certius certo omnium
 Rerum futurus quis sit olim terminus.
 Certe ille luctum, et lachrymas quae te anxiam
 Nunc vlcera, honoribus clarissimis
 Pensabit illa parte qua sese polus
 Tellusque pandit, fama nominis tui
 Splendida per omnes orbis oras praepete
 Penna euolabit, sacra delubra extruent
 Tibi posteri omnes, cadus in dira locum
 Illius, olim terra solenne offerret
 Festum, sacrumque quod prophanum ante exitit
 Manu piorum fiet in Solymis solum.
 Sic indecens quae supra modum fluunt
 Lachrymae. Quid ergo tam impotentes, o heri,
 Gemitus ab imo pectore educis, neque
 Oculos grauatatos fletibus sursum erigis
 Defixa vultus in solum, et madidas genas.
 Imbre lachrymarum plurima stillantium?
 Quousque tandem lachrymis rigantibus
 Terram, caput sic luctuosum deprimes,
 Cum vindicem oculum cuncta cernentis Dei
 Scias tibi iam ingens parare gaudium,
 Ad quod oculos solum referre oporteat?
 Nam prima dura haec, vt probe nosti, omnia
 Lucunda pulchro sine concludet dies.
 Vna, vna tantum crastina est lux, quae tibi
 Expectantia superest, quae tuae cure modum
 Afferat, et illi quae meum pectus coquit.
 Deip. Tu natus alter es mihi, o castissime,
 Vt ipse dixit, qui mihi vnus filius.
 Haec cuncta nosti, quid repetere inuenerit,
 Ego vt viri expertus et dolorum qui solent
 In partu acerbi consequi, mater fui,
 Eumque peperit quem Dei natum angelus
 Sua vocauit voce, tum facta edidit
 Haec ille genitus, solius quae sint Dei.
 Et qui feram nunc carne nuda, alta in cruce
 Hunc conspiciat pendulum exanguem, vagas
 Qui insit eminente terra circumagi
 Aquas fluentes, cuius ad numen nitior
 Obductus omnis solis, et luna iubar
 Sparsum tenebris praeter metu durissima
 Disrupta saxa, aperta monumenta omnia
 Quae numen huius indicarent, et manum
 In cuius vnum corpus aliena expetunt
 Admissa cuncta, vt innocens paenas luat?
 Theo. Regina verè o omnium, et domina, et pa-
 rens
 Verbi, vel ipse non ferens spectaculum
 Tam durum et atrox morte sublato mihi
 Rerum potente, cassum vt illum lumine
 Vidi, vnde ducunt vna cuncta spiritum,
 Morrore stupui, et crebra nunc suspiria

Ducens, amaras proruo in lachrymas miser.
 Dura haec, sed inter firma me spes roborat,
 Neque domini vllam detraho verbis fidem.
 Iam tertia illa lux micans affulserit,
 Quae grata laeto spem coronet exitu:
 Illa potito nulla mors veniet grauis.
 Deip. Ipsum, ego quidem non inscia, diem tertium
 Audio futurum qui illum ab omni vindicans
 Corruptione, corpus integrum efferat.
 Sed hanc acerbam iam video lucem, et diem,
 Quae me beatam olim, facit miserrimam. **A**
 Sic omnium res nunc puto mortalium
 Nil praeter vmbrae, et liberè id dicam: graui
 Quos vulgus hodie ponit in sapientium
 Numero, laboris, et operae, facundiae
 In laude multum qui locant, illi incidunt
 In magna damna. Lex enim haec terra satis,
 Vt nemo natura beatus debeat
 Dici affluente sorte, si celebrior
 Continget vni fama quam cuiquam alteri,
 Non is beatus nomine hoc censebitur.
 Semi. Nos omnia inter illa quae terra edita
 Animata viuunt, sentiunt, matres sumus
 Et triste, et infelix genus planè, quibus
 Incumbit ea necessitas, vt liberos
 Postquam pepererint conspiciantur mortuos.
 Nam ter ego malim funere efferrì parens,
 Quam parere semel, et proles eductae mihi
 Properata fata cernere. At te non idem
 Ac me, o beata virgo, spectat, omnium
 Vt foeminarum quae praesens sexum, et genus.
 Nam quae voluptas ex viri lecto mei
 Percepta, nunc iam penditur doloribus
 Quos ego laborum foueo, mortalem edidi
 Non inscia vt fatum parens, sic protego:
 Et nos iniqua mente non pati decet
 Natura casus nostra quos nos edocet.
 Tu verò, o virgo, quae viri nescis thorum
 Quaeque parituram te Deum audisti angeli
 Verbis, eum ipsum mortuum quo fers modo?
 Deip. Me sinite, minime grata mihi quae ingratae
 sunt.
 Quae nunciauit nunciis felix mihi?
 Quae, quantaque? Illa extra notam sunt omnia
 Annunciantis gloria laetissima.
 Delusa verò an nuncio hoc sim nescio
 At certa saltem pignora fidei fero.
 Lugere casus lachrymis dignus tamen
 Me cogit agram, ploro multa et ingemo,
 Donec resurgens redditus natus mihi
 Nunc morte adeptus lachrymas meas premar.
 Semi. Vnum te, o virgo ignoscere istud conuenit,
 Florente si quis pube, et atate intumens
 Robustiore, vana garrat impotens.
 Fac istud aures vt tuas praeteruolet,
 Quanto praere ceteris mortalibus
 Prudentia te laude nosti et gloria.
 Deip. Ah ah, acerba passa sum, et luctu graui **E**
 Digna, miserandam o cladem, et immensam, manu
 Vsq̄ue adeo misera qui necem feram videns?
 Egregia certe et nobilis victoria
 Quae parta vobis, pugna nobilis, manum

Totam

Totam cruore diffluentem in lachrymas
 Adhibere testes, luctuosaque omnia,
 Quae vos vt illa facta quae sunt impia
 Consideretis crux manet? quod si effero
 Perstatis animo, nil alentes mollius
 Quam nunc, secunda sorte vos putabitis
 Affluere, quando aduersa contra deprimet.
 Non ista certe impune cessura arbitror.
 Nam quae hic honesti forma? quid non impium
 Hoc facinus in se continet? quin iam male
 Perite quotquot perditis et nefarij
A Rerum omnium potente mactato nihil
 Curatis vsquam, cuncta cum metu infremant
 Ipsa superbi caede cristas tollitis.
 Cho. Hinc inde certe culpa, quis negauerit?
 Mortaliumque vita tota obnoxia est
 Curis molestis, quae licet mole ingruant
 Magna malorum, viuere tamen expetunt.
 Idem at dolor te non manet virgo ac genus
 Mortale, quamuis non tibi id soli accidit,
 Vt mors tui te à filij amplexu abstrahat:
B Nam partus alius est tuus quam qui solet
 Mortalium esse, proinde te ferre omnia
 Forti animo oportet, et magis considerare.
 Deip. Ah, ah, ah, ah,
 Vidi, o puella, de numero satellitum
 Quendam, latronum crura qui pendentium
 Eregerat, stricta filij cor lancea
 Tentare: timeo nequid insolens agat,
 Nouaque miseram me calamitate obruat,
 Vt filium etiam mortuum cernam parens
 Peulantiæ expositum hominum, atque iniuriis.
C Hic mihi miserime.
 Quam durum et immane istud est spectaculum
 Quod insolens video! videte, sanguinem
 Videte fossi corporis, et vt fons duplex
 Scaturiat eius è latere, vis sanguinis
 Promiciuit, et aquae, lanceae ictus cuspide
 Iuuenis vt Ausonij fuit, quin nunc quoque
 Inde geminus fons bulliens exaestuatur:
 Ipse adeo sacrum qui latus fixit, pauens
 Horrènsque fato nescio quo, filium
 Vere Dei istum mortuum voce edita
 Clamauit, et iam cernere hunc licet gradum
 Vt celerat ipse, et ante lignum procidit
D Premittitque terram victus hoc spectaculo
 Pectusque tundit, et solum ipsum amplectitur,
 Vbi fixit hastam defluentis sanguinis
 Tinctam liquore: Et ecce vt viraque è manu
 Haurit, oculosque hoc vngit, hinc vt scilicet
 Detergat oculum nocte quae caeca obtegit.
 Chor. Nisi meus me fallit animus, imminent
 Hoc vel die ipso plurima à Deo mala:
 Et iure certe, his qui manu nefaria
 Hunc susulerunt: verum vnam in ipsos nihil
 Vindex amicos oculus aeterni Dei
 Tentet, at in istos sanguine aspersos viros
E Festinet igne et ense districto minax
 Vltio stupendum visu id est miraculum
 Adegit ille lanceam in dextrum latus,
 Sed mirus è fossò latere mixtus latex
 Sanguine repente effluxit. O spectaculum

Horrendum et atrox, corpus inuadit tremor
 Dum cerno: rerum mihi magistra est omnium
 Natura, terrae euulsa ab imo viscera,
 Disrupta saxa, mortuorumque cruta
 Sepulchra. Quin is qui latus fixit tremens
 Ante ora fixi tristis idem procidit.
 Deip. O nate, mihi charum et sacrum imprimis
 caput
 Haecine tua ista est etiam in inimicos tibi
 Propensa bonitas? casus hic quas non ciet
 Ex ore lachrymas, mortuus quod sanguinem
 Effundit illum qui genus hominum expiet?
 Etiam inimici vt ista tam mira et noua
 Vident, tremiscunt misere, et horrent: filium
 Dei fatentur voce te clara, timent
 Et cuncta, rerum vt abditarum nescia.
 At generis eius turba quae te sustulit
 Non cogit, anda crede, quae tuum caput
 Cinxisse debuit corona non modo
 Quali impudenter cinxit in ludibrium,
 Curam sepulchri nullam habet prorsus tui.
 Et quo modo te de crucis ligno eruam?
 Quae corpus vna contegam? quo linteum
 Inuoluam, et illi more patrio occinam
 Lugubre carmen? cuius o fili manus
 Tibi iusta soluent? quid misera agam? quo meae
 Tandem loco res? Sed quid ita despondeo
 Animum? tuis parere me sermonibus
 Factisque fas est, teste quae longe optimo
 Certissimoque id indicant, quidquid tibi
 Est velle, et illud posse idem, peni Deus
 Est plurimorum, nulla quae mortalium
 Spes pollicetur, multa quae speraueris
 Nunquam, ille forti sapè dextra perficit,
 Decreta porro quae iam erant, nondum suo
 Conclusa sine: Tu rei ergo fac viam
 Nibi recludas quae supra fidem datur
 Theol. At ecce celeri progreditur ad nos pede
 Iosephus, et habet forte quid nobis noui
 Quod nunciet: tum mirum et id, video meam
 Spem praeter vnà accurrere socium via
 Qui nocte tantum discipulus huius fuit:
 Quin illa et humeris gestat omnia quae iuuent
 Demissum vt illum ligno ab erecto eruant.
 Virum o beatum, qui Dei iuxta sui
 Arcana vitam commode sanctam exigit,
 Et expiatum pectus omnino offerens,
 Tum corpus omni sordium labe abluens,
 Virtutum honesta cinctus omnium caput
 Suum corona, colere festinat Deum.
 Nam sobrium esse, et colere numen, iudico
 Id omnium longe esse sapientissimum,
 Pulcherrimumque generis humani decus.
 Iosep. Audita simul ac vox tua, o charissime,
 Prudente prudens ducta de viro loco
 Adsum à remoto, gnauiter mecum afferens
 Omnem apparatus quo mihi charissimo
 Extrema soluam iuxta quae sunt funeris.
 Nam nos eum olim tot viris cultum, decet
 Nunc, o amici, quantum opes nostrae ferent
 Amare cassum lumine, et colere. Modo
 Sed quo alligatum solvere licebit cruce?

Es quo sepulchro tradere hunc? quo linteis
Involuere? Et tu me prei iuuenis senem,
Etate florens, & potens prudentia.
Nam siue lucis, siue noctis nuncia
Promet, molis nullus accedet labor
Donec cadauer hoc loco conelusero,
Nouum sepulchrum quo mihi iussi erigi.
Quam conuenit me non genere iunctum affici
Discipulum, ego huius desleo casum, & vicem.
Deip. At iam is praebet optimus dux, & manus
Vestras inuabit, facilia omnia faciens.
Ioseph. O rem omnium pulcherrimam, quid tu, &
hera,
Confecta luctu filium iuxta tuum
Sic stas tuorum attonita mole casuum?
Discipulus & pudicus hic solus tibi
Adest, relicto fratre cum grege comitum
Quos nunc sacrorum cura, cultusque occupat:
Altorum at istum turba consecretantum
Moxore magno lachrymisque per diti
Fugere pauidi praemetu grandi, coma
Horrente, nihil ut cernerent recentium
Quicquam malorum. Tu hostium in contra, manum
Nil horruisti temeritate turbidam.
Horrore quatuor turba quo vergat timens,
Ne insista spirans sanguinem, dira, effera,
Aliquid noui tentet. Nam ut animus est grauis
Odio obstinato, haec aure non equa audiet,
Condi sepulchro morte functum nobili.
Theol. Sic est, furori nam modum nondum suo
Posuere, durae dira sanguinis sitis
Expleta nondum tristitia audens omnia.
Ioseph. Recte quidem id tu, sed mali non hic tamen
Vis equa parte est. Theol. Ecquid autem, mi senex,
Ecquid rogo istud, nequid hic celaueris.
Ioseph. Audini id, ipsi me insciens turba, loco
Quo grandiores confident natu sacram
Ad porticum Salomonis, ut nullus tamen
Audire visus, non futurum ut meruum
Permittat istum turba seniorum dari
Tumulo illiusque gratia rei, modo
Adiuit illum quem pncis loci istius
Omnis potestas, non tamen plane scio,
An iste certa sermo sit dignus fide.
Malum carere, precibus id tamen meis,
Et tanquam amici, dedit ut extincum efferam.
Theol. Actum est, ferendum si vitus prater malū,
Nouum, priusquam nos id expediremus
Quod pollicetur tertius nobis dies,
Ut lucinosa sine lato & exitu
Inde geminato saneremus gaudio.
Ioseph. Non ista natum perpeti feret pater.
Antiqua cedunt consilia nouis, procul
Cuncta haec facti sunt, quae rata voluit prius.
Persister ille, nec aberit iussu furor
Eius quod olim dixit, vis ut ardeat:
Iam non amicos sed filii hostes fecerit
Qui lance iusta vindicat pressos pater.
Theol. Sic me illa matris quam loco habui à filio,
Quam semper vnam filium colam, adiuuet,
Ut nemo caede infamis illa protrahet
Iucunda vite pensa, nam verè Deum

Prodigia quae tu multa vidisti & vides
Hunc indicarunt: nocte sol tota obtegens
Iubar decorum visus est tibi simul
Efflanit animam sponte deprimens caput
Iussa venire morte nutu, quae nihil
Iuris aliter habitura fuerat, tunc magis
Spectare dira contigit miracula,
Euulsum ab imis manibus terrae solum,
Monumenta mortuorum aperta, saxaque
Prædura vbique fracta: cum vero manu
Adesset hastam qui suam vibrans, latus
Veteret, acutum flurida etate impulit
Ferrum vir adstans (hiscenam excepi auribus
Ictum sonorum, iūque adeo plagam grauem &
Sulcum profundum vulnere ducti vides)
Et ille certe lancea fixit latus:
At latere fixo fluxit illico insolens
Non temperatus sanguis, & mirabilis
Aqua, ut stueret è fonte duplici liquor,
Res mira visu: tum pauidus omnes tumor
Inuasit in contactu. At is cui lancea
Fixus erat, horrens, tum bidum exclamans, ait,
Iste, iste praesens mortuus, natus Dei est.
At ipsa mater misera comminus cruor
Adstans, profundumque ingemens, curuo genu
Procumbit, & se lignum ad erectum applicat,
Triste eiulans miserumque, in amplexum pedum
Fertur, & traque haurit manu qui profluens
Geminus ab vno fonte manabat latex,
Affata verbis talibus post oscula:
Diuinum o caput, & tu vita hac functus, tamen
Curas aperit quae genus mortalium
Spectant, leuāsque pondere imposito, expians
Quod facinus illi perpetratum: At mortuum
Te nemo curat nunc si pulchro condere.
Iosquam illa finem lachrymis & luctibus
Mouamque feci, maxime hoc vnum expetens
Ut corpus omnis labis expers reddidum
Vita videret, non sicus ei ac brachuis
Lauri hedera adhaesit, functa tandem luctibus
Haec insit: Ecquid sic dolore exulceror?
Habenda verbis filij mei fides
Factisque, quibus id tuis fidelibus
Praebant: illi velle nil, quod non idem
Et posse datur. Quin & his ipse omnibus
Viam dat omnem quae supra fidem locant.
Haec elocuta est cum illico visus mihies.
Ioseph. Miranda narra, ipsa sed quae res docet.
Tu verò, o domina, nam neque haec scire expedit:
Nunc iam quiesce & verba comprime quam potes:
Haec ennia al sint hinc procul, ne cominus
Vos admouete consilia meuntibus,
Neue sociate, sed caute denuo
Loco superbae mentis & ferae indolem
Deip. O strenui heroes, salute vna, duo
Idemque amici Nicodeme, & candide
Iosephe salute: optime vos huc quidem
Et commode venistis, ut enim res male
Cedant amicis, ita & amicorum fide
Bona integrāque pectus anxium tenent.
Agite iam, agite: demittite isthinc ocyus.
Haec nanque video vtrumque vestrum gratia
Veniisse,

Veniisse, prope ascendite, ascendite, mihi
Reddat illud ut mortuum, domini ut sinus
Amplectar, artus, me mbrāque omnia, admouens
Carni oscula illi, lacte quam eduxi meo.
Ioseph. Quin hinc recede, ne male aliquis caedibus
Multis cruentus te excipiat, & non suo
Dignetur oculo, sit satis quod, ut vides,
Ascendimus iam reddiduri propriis
Manibus cadauer illico. At prior ocyus
Insisse, claus ac refixis altius
A Corpus leonis nacta quo praedam suam
Plebs ipsa gaudet, bis trabe à sculpta erue.
Tu vero abi, inquam, sparsa fletu & lachryma
Non indecenti, non tamen mutaueris
Quae facta, quamuis multa plorans ingemas.
Deip. Miserrimam me filiam nisi video,
Ut mortuus sit antequam sit conditum
Corpus sepulchro. Sed quid an ne quid ferum
Contingat ego me plebis à turba eximam?
At absque nato, cura quae vitae mihi?
Concede saltem filium mihi mortuum
B Lugere liceat, condere vna, tangere
Pedes, & artus osculari, aegedum o manus,
Age mea, & ut datur tibi extinctum tene.
Ioseph. Hoc absit, absit ut manum illi admoueris,
Vel mortuum attingeris: ego manibus meis
Humabo, socio Nicodemo tradito
Laboris huius, copiam qui maximam
Affert odorum, ut nullus hostium male
Proculcet illum, turpiter peplum abstrahes,
Corpusque mole de sepulchrali cruens.
Nam quod genere non proximum etiam conuenit,
Honoro amicium morte sublato, & colo.
C Vide ergo, qui nos hoc eum offerre è loco
Posuimus, & qui mortui nil nomine
Non providentes facere quod tibi placeat.
Quod si monenti mihi aliquis apud te est locus,
Ferto moderate quicquid est: Nam iam optime
Bellique cedent omnia, neque videris
Quid triste natum in mortuum admitti amplius.
Iudaea ut esse me haud negem ex gente, id tamen
Non potero tantum ut filium inficer tuum
Probum, integrumque, non si in vnum confluant
Id denegantes quotquot hodie sunt viri,
Contraque clamet lusteris plena omnibus
D Montana silua. Nam bonum hunc virum scio.
Extende tamen huc cum tuis puellulis
Regina dextram: filium charissimum
Tibi, mortuum vlnis excipe, & lachrymis tuis
Multis rigata membra contrecta ut cupis.
Deip. Pulchrè quidem tu me mones, in posterum
De me inter omnes promerentes optime
Fidusque amicos artius locaberis,
Victoriaque nobilis, famae inclitae
Te consecrabis. Age igitur gratissime
E Senecio Ioseph mi, cape, vlnis filium
Amplectere, & propius ei tete applica.
Tene, tene nunc, corpus erige, & caput
Attolle, ceruici illius cubitum inferens
Ad dexteram. Eius subdite lateri manum.
Theol. Tu porrigere manus, domina, vos puellulæ

Excipite nunc iam mortuum, qui mortuis
Vitam procurat, ego quoque hunc pro viribus
Excipia. Deip. Age iam o misera mea manus mortui,
Prehende: quidnam heu heu video: quid nunc manu
Gesto? quis iste est mortuum quem inter manus
Teneo? quid autem misera timidāque applico
In pectus ipsum: quomodo nunc iam eiulem?
Mi nate, nate, iam mihi hoc dones velim,
Ut te ipsa tanquam mortuum affari queam,
Amplexer arius singulos. Nunc te vltimum
Compello cernens & vale longum ingemo.
Ego ipsa quae te mater in lucem edidi
Te perditorum scelere mactatum & manu
Cerno, quod æquum non fuit, nunc mortuum.
Cedo potentem dexteram matri, osculum
Ad dulce, suavis o manus toties mihi
Tractata, cuique non adhaesi lentius
Quam lenta ramis hedera quercus affolet.
Iucunda o visus lumina, os gratissimum,
Vultusque, faciesque generosa filij,
O pressa nostris labra labris suauiter,
O dignus ipso vel Deo color, balitus
Suauissimus nati, o odoris caelica
Fragrantia, malis saepe quae pressam imbueni
Percepta toto me refecit pectore.
Et quid tulisti morte tam infami embri?
Quid te parentem destitutam filio
Fecisti? o vinam commori datur tibi
Mi nate. Longe suauis mori mihi
Esset, iacentem quam videre, & mortuum.
Nam qui me & impos vocis, & oculos premens
Suos profunda nocte consolabitur?
Quae vita poterit esse non grauis mihi?
O corporis dulcem, & suauem spiritum!
Frustra ergo, nate, praebui tibi vbera,
Frustra laborans te puellum fasciis
Inuolui, & in te matris operam perdididi.
Iam prima ab illa luce, qua mirabilis
Illuxit ortus edito tibi, o Dei
Omnia potentis nate, tu vitam trahens
Idemque descendens ad imam tartari
Sedem nigrantis pectus auxisti meum.
Ego autem ab ipso capite rem totam ordiar,
Superbia quidem quae omnium matrem impulit
In fraudem, & antiquum patrem mortalium,
A quo propagatum genus pulcherrima
Demessa mēsis, fecit ut contra omnium
Spem nate parerem gloriosum te, ut tuus
Decreuit olim genitor, antequam edita
Essim, vel isto quicquam in orbe viueret.
Simulatque nata sum patris tui, ut arbitror,
Ex mente summa, me meus nutrit pater
Non inter illos quos colunt homines lares,
Sed me sacratae mater edi destinat.
Hic manibus eductam angeli insolito modo
Totus senatus commoda lugens tempora
Viro modesto coniugem me tradidit,
In cuius vni fide & custodia
Essim: Nec istud absque diuini numine
Prudentiaque, ut inde tempore debito
Certissima esset filij probatio,
Et restis eius quem nouo parerem modo.

Nam partu ab ipso virgo adhuc maneo, mihi
De me ipsa testis casta nunc ut sim parens,
Tuncque ipse testis nota cui sunt omnia
Sic te parente me, Deo patre ediro
Absurda multi et vana mihi sermonibus
Disseminarunt dictitantes ex viro
Meum esse partum, nec satis calumnia
Hec visa, nisi me, Aegyptus, etiam mox suum
Profugam videret in sinum, et laboribus
Attrita multis pateret indignissima.
Miranda vidi facta tibi, quae dum stupens
Mecum notare te grege ex mortalium
Vnum eximebam cui nefas esset mori.
Vt enim quod olim pactum Abrahamo patri,
Quod deprecanti multitudini datum
Patrum piorum longa quos aetas graues
Faceret, et haec quam irreiurando fidem
Dedisti eo te perpulerunt, ut mori
Non graue putares, cuncta quo mortalium
Generi ad salutem cerneret in posterum:
Sic inde legem mortis humanae ut prius
Partus subisti. Sed ego gestans praemium
Meis in vlnis non ferendi incommodi,
Te nate mortuum graui fletu ingemens
Ploransque prosequor, meas in naenias
Nil artis addens praeter ora lachrymis
Vda: et paratus qui decenter annuntiat
Te veste Ioseph qui super tumulum extruat,
Vnaque multa vnguenta fundat optima,
Quae Nicodemus afferens huc aduenit,
Hoc vno amoris candidi in amicos sibi
Dignus relinquens non graue, at pium tamen.
Vnguenta nam quid sparsa profunt mortuis?
Quin mortuorum consulat rebus pater,
Quos ipse cunctos tanquam spolia ex inferis
Trabes in arcum carcerem, arreptos loco
Caliginoso deligatos vinculis.
Arcana pater haec filio mysteria
Aperta voluit occidenti, haud infans
Mysteriorum sanguine affinis tibi
Longe inter omnes mentis altae interpretes
Te teste primus dixit, Hebraeum genus
Quem destinavit in necem, ciuem grauem
Auctoritate plurimos qui inter viros
Prae se tulit virum pium atque innoxium
Et nudum, eo usus qui omnibus semper fuit
Irreprehensus cibus, amictus huic vilis quidem,
Sed vilis illis tantum et horrens, de diti
Qui sunt voluptati: ille squallore horridus,
Et sordida multa duriter vitam trahens
Qua solitudo vasta terra panditur,
Iordanis alueo diffluit rapidissimo,
Et qui dies tres in profundo fluctuans
Fuit propheta olim, sepulturae edidit
Signa auspiciata: quae omnia ut prudens scio
Simul et sepulti cernere expecto exitum,
Et me futuri gaudij spe recreo.
Sic ergo fili passus extrema occidis.
Haec causa rerum nunc tibi praesentium
Morte properata dum studes mortalibus
Non ipse Iudas, non miser tamen interim
Dilatus illa supplicia vitauerit.

Quae utrunque certa iam manent: vindex patres
Hos iustus oculus, totam et urbem atque efferam
Rabie cohortem lance iusta puniet.
Haec culpa o Ponti culpare quoque, ut nihil
Credas latere iustitiae oculum omnia
Penitus videntem, te premit, quannus tuas
Tanquam huius expers caedis ablueris manus.
An non et ipse proditor pecuniam,
Quae caedis esset praemium abiicit manu,
Quem iam iam oportet ense iugulum soluere,
Miserumque guttur neclere laqueo, aut aqua
In fluctuante corpus absumi, cibum
Praeceptis in aequor piscibus eum fecerit?
Si vendidisses sorte vel nulla virum
Et dignitate, (iam te enim miser alloquor)
Si prodidisses ad necem alium quempiam,
Ut aequa lex est ciuium, periculum
Etiam subires, nunc eum qui dotibus
Te indicauit plurimis dignum, a patre
Qui venit, esset generis ut mortalium
Assertor inuidia excitus diram ad crucem
Tu venditum etiam dedidisti, et quas scelus
Ob hoc subire non licet paenas tibi?
Ioseph. Sententiam iam passus est aequissime
Iniustus idem discipulus, atque impius,
Qui prodidit dominum suum, modo pensili
Pendere visus fune, mox ex ipso eo
In terram ab alto lapsus, illique incubans.
Cum mille ductus pectore eiulabatibus.
Nam cum malum illi instaret, infelix tamen
Non nouit: aequa lege sic sententia
Est lata, felix iusta cessit ultio.
Deip. O nate, pater est quam potens tibi, meas
Admisit aure qui preces bene malleus
Hunc proditorem perfidum nefarium
Impium et iniquum contudit, nanque impia
Qui caedis author esset, et domesticus
Fur, nulla ratio quem sua deduceret
A prauitate, sic oportuit emori.
Male pereat, pereat uti meritis optime
Iure sceleratus. Ad mali fugam tamen
Medicina magna, mentis est mutatio.
Est numen aliquod, est idem magnum et potens
Diuina cura quae futuri prouida.
Nefarium execror. Impios odit Deus.
Vos caterum istud prendite, et rapite recens
Factum in sepulchrum. Ite, sepelite mortuum
Tumulo beato. Nam quae honestos addecent,
Natos honesto de loco velamina,
Leue mortuis solatium assequutus est.
Referre cuiusquam haud puto qui mortuus,
Post fata summa quo efferatur funere,
Haec vana tantum pompa fit viuentium.
Velate poplis ora quam celerrime,
Manum admouete, mortuumque inuoluite,
Iudaea quem gens sustulit regem impie.
Efferre nunc iam morte functum conuenit.
O nate summi opificis omnium, et Dei
Rerum parentis, vita quae mortalium
Te sine? Quid his est, numini quod non Dei
Arbitrioque obnoxium sit: ah ah ah.
Et quomodo te rex, o rex defleueris?

A

B

C

D

E

Quo nomine Deus o Deus vocauero?
Animo ex amico qui tibi tandem canam?
En inuolutus linteus istis iaces,
Prius inuolutus qui puer eras fasciis.
Nicod. Age, o senex, et iam beatum ter caput
Accommodemus optime, nanque hic adest
Quo corpus ipsum demus vnae commode.
Iol. Incundum o vultu, o tenera tempora et genas,
En tegmine isto muliebri obuelo caput
Partesque corporis nouis pepulis tego,
Et quod cruore plurimo tinctum est latius.
A Deip. At obsecro vos quotquot hic estis, manu
Vna hoc in vnum incumbite omnes oculus.
Nam res requirit, noctis et crepusculum.
Collum beatum protrahendo atollite.
Domus ista, aliquod ad tempus est custodia
Domino optimo, hunc efferte quo palam videns
Qui filium meum locus habeat, in eo
Manens doloris et lachrymis indulgeam,
Dum tertia dies dulcis illucet mihi.
Proh nate, quale, quale, quod factum est scelus!
Quam luctuosa pertrahit secum omnia?
B Communis iste est omnibus mortalibus
Ut credo dolor, at idem ut omnes occupat.
Non opinantes, sic velim me gaudium
Commune quod sit omnibus mox occupet.
Ioseph. Vos me sequimini, deferamus gnaui ter
Opus beatum mille post preces mihi
Vix impetratum principis dono, tribus
Quod habeo clavis edita fixum in cruce
Nudumque. ah ah vos ego per hunc ipsum obsecro;
Estote fortes nunc viri, corpus manu
Attingite huius qui Deus et homo est simul.
At vos decenter tollite, atque aequaliter
C Vos decentione virium trahite hunc simul:
Nam iam sepulchrum, ut vos videtis, proximum est.
Heus o sate de stirpe Galilaea loco
Suo datus, nunc lapide magno occluditur.
Agite, o puella, ite et videte mortuum
Hunc voce vestra conuenite, adducite
In ima terrae qualis olim non fuit,
Hunc vindicem humani datum generis, ah ah
Vos hunc iacentem nunc videbitis: placent
Haec ciuitati. Pergite et procedite.
Non hunc diuini sepulchro conditum
Tectumque saxo cernere queo, patribus
D E silice quondam profluentem qui dedit
Aquam, crucisque traditus durissimos
Lapides reuulsit, mortuorum, numine
Suo sepulchra vnaeque reclusit cadens.
Deip. At paululum sistamus hic rogo, mortuum
Ut voce compellam mea. O fili optime,
Desiderate, nunc in inferi domos
Ditis recedis, et quod arcanum cupis
Occultum, id ipsum tu quoque occultis: At ubi
Veneris in atram nocte Plutonis domum;
E Infernum acerbo speculo defixeris.
Tu mortuorum vadis in nigram specum,
Portasque noctis ut generi hominum afferas
Lucem, patremque hinc omnium Adamum excites.
Hoc propter ipse corpus humanum induens
Opaca tenebris tartari subis loca

Ab hostibus caesus, parente miserrima
Relicta. At ipsa te patris benignitas
Caecidit. Istud supplicium alius salus,
Istud bonum ingens quod patre a tuo tibi
Morti paratur luctus et dolor grauis:
Nunc terra fili te capit, dum tu tuum
Inferis in atri regna Plutonis pedem.
Tu telum acutum insigis et graue inferis,
Solutus ob id ipsum in ima descendis, manu
Victrici ut inde mortuos tandem eruens,
Et mortuorum exemptus a grege afferas
Omnes, ut ipse liber vnus sis, tamen
Vni reclusit se tibi audenti via.
Passi dolores qui tuae crucis exitum
Hunc sunt morati, victoriam hinc obtines
Ex hoste veteri tartarum dum fortiter
Serpentem et ipsum vincis, et mortem premis.
Prudenter ipse tu subisti, quae tua
Prudentia fuit mortis istius genus:
Nam morte mortem sternis ex aequo omnibus
Et terra in ipsa permanens laudem inuebes,
Terraque rupta emerges et vitam paris
Mutatus ad patris tui formam inclitus
Post liberatum hominum genus, adersis iterum.
O rex perennis, rex, Deus tu permanens
Mortale formae corpus innexus tuae,
Nunc in nigrantes nocte descendis domos,
Lucere properans, lucem et inde infundere
Caligini. bene bene te terra auferas
Hac hostium in quam tu pedem primum inferens
Venisti, et Israelis hospitam domum
Reducere volens perditas oues, sacra
Firmare pacta quae fuissent patribus,
Naturae ut hominum, caelium formam implicans.
Nanque ipse generat te pater firmum, et sine
Motu perenni: ego te usque casta permanens
Enixa, formae humanae ut etiam accederet
Diuina. Sed proh quem minus decuit, tuae
Sanguis parentis crebra te miracula
Sibi praefertentem, arcana cognitu ardua
Generi profano, qui salutem ad omnium
Demissus esses, hunc negabat editum
Deo esse, sed connubij iunctam face
Peperisse mortali ex viro, et leges thori
Et iura fallentem, mei lecti probrum
Etiam referre tanquam ad authorem Deum
Mentitus in fas omne et inuidia excitus
Et hostis astu, te mora posita abstulit.
Iam suffocato hoc callido doli patre,
Et sceleris omnis atque fraudis comprimes,
Qui cuncta miris concitat versutiis,
Versatque technis, ferreaque compede
Ipsam alligatum, nate, criminum omnium
Dirum expiatorem locabis: exiges
Hos contra terra e patria: At dabis aliis
Et urbem et imperium potens, ut tu tuis
Sepe indicaisti, te ducem his rebus dabis,
Et firma tua mysteria et rata facies,
Ut te Deum aequo norit et terra incola
Caelique celsi. Quin futurum ut omnibus
His bene peractis sceptrum regni transferas.
Vel istam oportet ciuitatem discere

Ut nolit etiam, se tuorum esse omnium
 Myfteriorum nunc rudem, & coloniam
 Quancunque barbaram, Deo qua disidet
 In rebus his qua ad te attinent, & te sacris
 Expellit à libationibus, tui
 Voto vouendo, & precibus omnino immemor.
 Nam misera nondum nouit ex alto polo
 In ima terræ patris æterni genus
 Venisse. Prointu fac Deum te intelligat.
 Id affequeris, si suo exturbas solo
 Iratus, armis impiam Iudæ manum.
 Simulque in illam quos habet sibi duces
 Ausonia cogis, quos tuum stulte iugum
 Pertasa, dominos imperantes maluit.
 Mortem ad salutem video cui olim sit comes
 Pæna, & minantes ædibus flammæ, domos
 Eo redactas solus ut restet cinis,
 Globosque flammæ nulla quos aqua obruat
 Et destinatam urbem sacrum in cultum Dei
 Obnoxiam illi video iamiam iniuriæ.
 At laudo iustam vindicis sententiam
 O nate, solum pæna quod in eos cadit
 Qui polluerunt sanguine tuo dexteram,
 Tuo inquam, nate, qui relinquens nobiles
 Quas Lydus & Phryx occupans vrbes alit
 Persarum apricum campum & alta mœnia
 Bactrianorum, & Mediæ præteruolans
 Terram rigentem Arabumque felices domos
 Gentes remotas, & quasi obscura in specu
 Mersas, & omnem Asiam ut ferunt Grecis simul
 Et barbaris falsi ad maris fluctus sitam
 Pulchris superbam turribus, ditem urbibus
 Hinc hinc decoris te intulisti in hoc solum
 Sanguinis Hebræi qui necatum turpiter
 Te capit vrna: eheu Dei palatia,
 Vrbs grata terræ regij Psalmographi,
 Turrita ciuitas, prophetarum o domus
 Antiqua, qui nunc facta es illorum specus,
 Qui sustulerunt impia manu Deum?
 Quo misera gemitu cædem ob hanc te prosequar?
 Quo te ore plangam? Sed mearum o optima
 Chorus sodalium relictis finibus
 Quas Galilæa, ille ille qui iam mortuus
 Nunc ah locatus in caua specu mihi,
 Myfteriorum haud inscias comites trahit,
 De more solitas occini alius nœnias
 In morte vos iam omittite, at eum exilibus
 Excipite tantum planctibus: lætissima
 Hinc certa ut est spes voce plausuque omnium
 Regem, Deumque prosequemini inclitum.
 Abcedite hinc iam, abcedite, nequeo amplius
 Ipsum intueri, nec sepulchrum, nec super
 Quod grande saxum proximum deuoluitur.
 Cedamus igitur, o amica virgines
 Cedamus omnes. Agite, agite placido gradu
 Domum petamus feminis fidissimis
 Sociisque nobis hospitam, ubi Marci parens
 Maria agit, & quo ut credo, concursus frequens
 Chori futurus sacra qui professus est.
 Ibi operiemur lucis optatæ exitum.
 Aut potius hinc nos conferamus in domum
 Eius, quem adoptatum mihi meus vnicus

In filium iuuenem esse voluit filius.
 Chor. Probè mones tu, nec secus quam dixeris
 Fiet, eò nunc nos, o hera, ire conuenit,
 Ut à sepulchro non remotæ longius
 Quicquid erit obseruemus, & totum diem
 Demus quieti crastinum, ut lex præcipit,
 Latumque lucis tertiæ crepusculum,
 Crepusculum inquam nos moremur, clanculum
 Cernite profectæ hinc vos ut obsequamini
 Mori recepto, eamus, & demus locum
 Prius sepulchro quam hostium aliquis proximus
 Nos deprehendat: indicemus quo loco
 Nox transigenda tota nobis integra. A
 Deip. En te relicto, nate, solo excedimus
 Eam ipsam in ædem destinatam feminis,
 Et filij ædem, cuius in prouinciam
 Me tradidisti, nate, cum nos æquius
 Effet sepulchro in valle iuxta adfistere.
 Iosep. Charissime o vir mortuus licet, tamen
 Longe inter omnes qui mihi charissimi
 Sunt, es futurus: dico supremum vale. B
 Theol. Non hic quam honestis ortus est natalibus
 Sermone longo edisseram: iste certe homo est,
 Idem & Deus Deo satus: nanque hunc Deum
 Ex rebus his quas ipse gessit iudico.
 Quod spectat autem mortem, ego causam illius
 Esse sapientem prouidentiam arbitror,
 Ut vindicetur morte ab æterna genus
 Mortale. Quin & noxius serpens humi
 Qui repit, hostis generis humani occidit
 Calcatus, & iam traditus neci ruit.
 Ingulauit ipsum rex poli gemini inclitus
 Iesus, hominum qua genus contra euehat,
 Supplicia fratrum tollet & primi patris
 Senisque, scuit qui genus mortalium,
 Deditque terræ expulsus astu callidi
 Serpentis ora, quem beabit mox loco
 Situm in beato. Mortis huius hoc opus,
 Hæc vis. Id ipsum propter ipse natus est
 Miraculis vir obstupendis inclitus,
 Quæ tu ipse nosti mudum in hunc: cumque optimus
 Vir visus esset, interemptus occidit.
 At iam resurgens se Deum probauerit.
 Quod si beato à cœlitum solum choro
 Celebratus hymnis perstitisset incola
 Cœli, excidisset hoc quod est præfens bonum,
 Tacitæque celsæ gloria in cœlo fruens
 Ignotus esset, causa nascentis fuit
 Hæc, & cadentis: utque summatim efferam,
 Prima & suprema generis humani salus.
 Coniectus ille in verba subsannantium,
 Et vincla ab illis à quibus non debuit,
 Mactatus idem: populus huic charus prius
 Liore motus hæc bene merenti dedit.
 Lubens quidem ista passus ille, sed pati
 Quæ contra oporteat mala populum, nihil
 Celabo: cedens is coactus barbaris
 Urbem relinquet seruus extorris: ratum
 Hoc fata statuunt, multa post mala profugi
 Armis subacti, deferentur exteros
 In barbarorum limites. Istud manet
 Omnes patræ cædis auctores sua

Vt vrbe

Ut vrbe pulsi generis omnis incolis
 Pulchrè referta sceleris infandi & viri
 Cæsi per inuidiam graues pœnas luant.
 Omnis videndæ spes adempta patriæ
 Quando in sepulchris qui ceciderint, omnium
 Eos manere qui peremerunt nefas.
 Multas in vrbes pertrabentur, & iugum
 Seruile miseri perferent, manu hostium
 Capti, huc & illuc diuagantes ut Dei
 Vox certa cecinit: nulla iam spes amplius
 Futura reditus aut regressus, Ausonum
 A Dux ex quo in illos agmine infesto Irenæus
 Magnoque deprædabitur eos insolens
 Non patre natus ista mortali edidit.
 At ex Deo ipso natus, ipse idem Deus
 Qui mortuus prædixit omnia edocens
 Longe ante vates non ab ipsis vaticibus
 Edocuit. At quam turpis iste venditor
 Stipator vnus perferet cladem, id quoque
 Dicam, futurum ut è dolore insaniens
 Is fune collum pendulo & stricto implicet:
 Tum deinde lapsus medius infelix creper,
 B Diemque videat luctuosam, non miser
 Quiescet vnquam viscera effractus locum
 Ingressus atra nocte nigrantem inferum
 Semper agitatus, ingemens semper graues
 Propter dolores triste clamabit, vorax
 Quem flamma rapidus carpet æternum ignibus.
 Iosep. Quæ graua amice nos manent omnes mala
 Mæque adeo, ut ipse dicis, atque omnes meos!
 Etiam subibo barbaras gentes miser.
 Quod iam redacta patria in prædam hostium
 Iter capeffam? o vrbs gerens in barbaros
 Olim haud subactum pectus, antiquo excides
 C Illoque magno, quod parasti nomine.
 Vale o palatium, vale o vrbs patria,
 Iam te relinquam turpiter serui iugum
 Subiens, relinquam victus armis, barbararum
 solum videbo, nisi senem præuenerit
 Me mors, quam, o vnam, olim mea videam manes
 In patria potius. Id ex oraculo
 Denunciari sic futurum intelligo.
 Theol. Tua quidem, o mi senex, voluntas optima,
 At iste populus qui tibi cognatus est,
 Pœnas luet se non quidem indignas, tamen
 Plenas doloris, quicquid & mali luet,
 D Non huius ipse se sibi negauerit
 Caput esse primum, nec aliquid causæ afferet,
 Quod forte non venerit, opem negauerit,
 Nusquam se ad ipsos liberalis flexerit
 Olim merendo, nunc quoque benignissime.
 Quis non ad illos missus est præco prius?
 Quo non adauxit ille munere populum?
 Quo eductum acerba gentium, è tyrannide
 Regem potentem fecit & magnum, manum
 Cum gente forti conferentem, quo loco
 E Basam est & Amorrhæus & velta, adiuuans
 Perfregit hostem & seruituti subdidit:
 Hæc ille tanta contulit, quorum immemor
 Calcans inauditam pede suo gratiam,
 Illum cruentis posuit in cædem viris,
 Qui postea venit tamen ut oportuit

Nanque & propheta, & lex graui ut certamine
 Longaque pugna dimicantes nec modum
 Finem reppererint, tamen lux vnica
 Solis satis erit Christo ut inferni ædibus
 Penitus reuulsis, & sua è sede eratis,
 Terras reuulsat, & hominum mortalium
 Omnem dolorem perimat, horum gratia
 Indutus ille pauperis vestem, pedem
 Infert in imas tartari sedes, & hinc
 Spolia reportans multa vindex inferi
 Lustrator antri visus, isthinc efferet
 Sese subactis portitoribus omnibus
 Custodisque, tum iuuans vere pater
 Et liberalis indicabitur, suus
 Quem populus olim gentis eiusdem inuidus
 Mactarit. At qui gente non iuncti tamen
 Vrnae hunc dederunt & sepultura, edita
 Partim in sepulchri mole montæque arduo,
 Specuque partim in abdita & voragine
 Terræ profunda frigidum afflatum, & Dei
 Ignem calentem concupiscent, non thoro
 Dulci incubantes, vestibibus vel mollibus
 Operti in auro lucidis tectis suum
 Somnum trahentes, ense gladio alij ut cadent:
 Sic & fidem illi sancient verissimam
 Firmissimamque, non eam quam scilicet,
 Venditor, & idem carnifex bene meriti
 De se habet: Eum æquum luere pœnas, te quidem
 Facile resurgens ille liberauerit,
 Nonno sepulchro quem decenter clausuris,
 Ac excitatum à mortuis tubæ sono
 Clangentis, olim te beatorum in gregem
 Ascribet: vrbe nam relicta cædibus
 Fluente, felix fas piorum ut incolas
 Solum, solutus mole qui humana exuens
 Mortale quicquid ipse mortalis dolo
 Serpentis olim obnoxium morti attrahis,
 Fies Deus iam. Horum omnium mihi nihil
 Præceptor ex vatum canebat vocibus
 Verum recumbens huius ad pectus sacrum
 Didici futuros sic Deo charissimos.
 Ego ista domini pectori cum inniterer
 Cognoui, abyssò ex maxima multa hauriens
 Quæ sunt sacræ & recondita sapientiæ
 Iosep. Sapientis è penu nihil nisi sapiens.
 At, tunc speras id futurum ut reddidit
 Terris videri detur? Theol. Id spero, Dei,
 Quæ lux sequetur, lumen indicauerit,
 Hanc vnam oportet me manere crastinam.
 Iosep. At nos quidè illi magnū ut aliquè & à Deo
 Ipso profectum morte sublatum virum
 Et matre mortali editum, atque hinc debitum
 Morti inuolutum linteo atque vinctum, damus
 Ipsum sepulchro. Si Deus tanquam, imperet
 Morti, ille posthac ut Dei censbitur
 Filius, & idem his omnibus qui nouerint
 Deus colendus vnus. At matre editum
 Mortali, eundem consequi luctum addebet
 Paruum iacentem, ut qui parente illa satus
 Sit, ipsa cui lex mortis olim incumberet.
 Nos eum ut amicum quo decuit excepimus
 Honore functum. At ut Deus, si quid volet

Post agere, promptum est illi, et instat iam dies,
Prope tertia est lux quae rei dabit exitum.
Spero futurum ut libera omnibus dies
Tertia, nitentis proferat solis iubar.
Videam diem istam cupio iucundissimam,
Videam vti nam vti nam amicus ego miraculum.
Nunc Nicodeme adiutor operis optime,
Abeamus hinc propere, et huic populo licet
Saeuo impioque, patriaeque ipsi optime
Precemur, aliquid ne Deus struat noui,
Vterque saltem dum trahit sua diem
Vita moramque cum inuene castissimo,
Tu chara virgo nos amicos adiua
Confecta luctu sis licet, domina tamen
Et mater eius cui datum vnam atque alteram
Habere naturam, ut tui olim filij
Discipulus ipse mihi suadet, adiua.
Deip. Ito comitatus Nicodemo, qui antea
Discipulus illi nocte visus, omnium
Nunc quotquot extant in fide notissimus
Tecum probatur: ito iam, atque enuncia
Miram omnibus mortalibus potentiam.
Theo. Lati ite, nec vos aliquis inuadat paupor.
Nam vita honeste nec metu illo turbide,
Et charitatis integre, et placidissima
Concordiae, et sapientiae, et modestiae
Dux, cuncta seruat concuti ut nullo modo
Frangique possint omnia ut nouit Deus,
Sapienter idem semper omnia iudicat.
Ioseph. Mihi persuades, et tuis dictis fidem
Habeo, metu iam liberor seruans modum.
Theol. Ite ut videtur res amicorum interim
Curatur: At ipsa re, mea experiemini
Iam verba. Sed vos o puellae cum mea
Matre sequimini, et in Christo animo hilari excitate,
Et pectus armata, nihil pauescite.
Quin me sequimini, his indicauero domum,
Qua tota nobis transigatur nox, manum
Ad dextram illa in proximo hic sita est domus.
Diuertite huc iam, nam ut video pars maxima
Praeterita noctis, ipsaque aurora emicans
Tenebris fugat, aurea luce appetit.
Deip. Eheu mihi heu.
Exulata anima mea et tot anxia
Curis, dolore turbidum pectus gerens
Captare semnum qui queam? aut quonam modo
Insuat in oculos luctibus tantis graues?
Heu dira fili atroque tua maeratio!
Quam misera non sum, praeter optata, omnia
Cui contingere: nam licet consentiant
His quae prophetis ante dicta sunt, tamen
Fallunt eam spes quam prius conceperam.
A cerbante passus sum et grauius prius
Iam luce ab illa qua dies mirus tui
Natalis illuxit, sed haec dura omnia
Laetitia subita consequbatur, meas
Dum praesto curas et dolores solueres.
At nunc dolorem tam grauem qui perferam?
Quid igitur hinc iam moliar? vah quae incidi
In perferenda quae leuari non queant
Vel consulendo vel inuando! et nunc meas
Somnus aliquis tandem genas demulceat?

Semi. Nos certe, o domina, nos humili strata, senes,
Iuuenesque, virginesque, et innupta simul
Membris relaxatis reclinata, caput
Aliae aliarum fulcientes corpore,
Aliaeque nixis dexteram in suam genis,
Somni aliquid ad tempus aliquod percipimus:
Te nulla contra cepit afflictam quiete,
Nullusque somnus membra laxauit tua.
Quin nocte tota triste longumque ingemens,
Dolensque vigiles huc et huc oculos agens
Sedisti: At usquequo misera tandem assidens
Expersque somni, nilque conuiuens tuis
Oculis manebis? Ecce iam emicat aurea
Aurora, populus publicam viam terens
Sursum ac deorsum fertur, et terram ambiens
Phaebus, suaque luce lustrans exerit
Iubar, colorem rebus infundens suum.
Deip. Natum in sepulchro mortuum cernes meum
Quin in dolores, lachrymas, suspiria
Crauesque luctus debeam prorumpere,
Donec sepulchri mole fracta appareat
Victor resurgens? somnus autem qui mihi
Tot inter anxios metus irreperet?
Semi. Etiam ego pectore anxio, somno carens
Humique fusa iaceo seruili in thoro
Gramineo et herbido, sopor nullus tamen
Cibo grauat obrepit, o virgo, neque
Dormiui ut aures ad meas luctus tui
Volant frequentes, planctibusque verberant.
Deip. Iam surgite, o vos, surgite, inquam saeminae,
Vnde mora tanta? exite, abite qua via
Tenditur ad urbem quam licet procedere:
Forte aliquid excipietis insolentius:
Vos vulgus ipsum nesciet, proin nihil
Est quod metus vos habeat hac in re anxias.
Cho. At at, videre videor ex sectantium
Quendam caterua terrico vultu, et gradu
Celeri cuiusque huc seferentem: nuncius
Quantum videtur, is nouae rei aduenit.
Nunc. Quo iam ibo? quae insitam via, ut charissimam
Inueniam Iesu matrem? at o vos saeminae
Si modo potestis scire, dicite, et mihi
Iamiam indicate, nonne in istis adibus?
Semi. Ut ipse cernis, ipsa ea est intus domi.
Nunc. Doctoris o mei parens charissimi,
Et domina, cum nunc tibi et tuo huic gregi
Apporto dignum, et prouidendum nuncium.
Deip. Metuenda quamuis nuncies, bene aduenis.
Quid autem san aliqua calamitas noua ingruit?
Nunc. Armata prodit ad sepulchrum maxima
Phalanx virorum, cuius autem gratia
Non conicere plane quoco: aduenio tamen
Non ipse certe nuncius rei auribus
Percepta, at eius, fama quam in vulgus ferit,
A desse iamiam qui ad sepulchrum filij
Custodientes excubent, vnus quidem
Id dicit ut non viderit tamen, alius
Qui vidit illuc recta euntes, ne id quidem
Dicere potest: At rursus ille qui asserit
Se scire, non vult quod scit eloqui: vnus est
Tantum istud addens, pontij scribas domum
Petiisse, et illum quem penes ins est loci

Istius,

Istius, eo impulisse, quo obsignans suo
Signo sepulchrum, illius et custodiam
Decerneret, ne discipuli ea forsitan
Cadauer aliquo nocte clanculum efferant.
Hoc propter huius nunciis veni tibi.
Deip. O mihi malorum non ferendorum omnium
Consutor audax, turba scribarum et senum
Lethalis author, perditaeque audaciae,
Cedisque Domini dire confector, graui
Ictus dolore, quam subibus pectore
Tunc telum acutum cum scies quantum nefas
A Patris. At si pergis haec, quo tu pede
Caepisti, eodem praua quae nunc sunt sequi,
Ut stulta tibi mens plane et auersa, integra
Tibi sinistre iudicabis omnia.
Sed ipse tandem postea damno tuo
Nil inde fructus esse senties tibi.
Nam quo modo furto cadauer efferant
Hi qui cruentas vix manus effugerint?
Aut quis propius hos ad sepulchrum accedere
Impellet, horror quo strepidus habet et pauor?
B Abi iam abi tu, et quam voles phalanx sede
Custos sepulchri: abi iam et illi prospice
Tuto, futurus testis eius forsitan
Molem sepulchri qui resurgens dissipet.
Semi. At nos moremur interim hic charissimae,
Moremur hic, inquam, quiete, nec domo
Pedem efferamus ad sepulchrum, progredi
Tantum in tenebris noctis alte iuuerit.
Deip. Caligo certe subita noctis labitur,
Quod restat id discamus a custodibus.
C Nam quo modo aliquis nocte tam obscura hostium
Per arma penetrans progredi tuto queat,
Vnguento amica ut corpus imbuat manu?
Quin ad sepulchrum aliquem grege ex sectantium
Quondam magistrum diligentem ire expedit,
Qui cuncta recte exploret: et certe expedit.
Nunc ire propere, qui subesse si dolum
Non norit aliquem, mane nos summo ocyus
Peramus vnam vita qua concluditur
Ut condiamus more solito aromate
Corpus sepulti. eamus: haec sententia
Mea est. At hic nos si dolum deprendimus
Aliquem hostium, clarissimum lucis iubar
Nos clanculum expectabimus, nam nec iacens
D Etiam opus vnguento illo habet, corruptio
Cum nulla terra sub nigra caligine
Verbi in cadauer ingruet: nec qui vorat
Cuncta orcus animam carceris claudet specu.
Mortem ille passus nullius sceleris reus
Est sponte, tenebris ut quod inde est debitum
Coerceatur. Nam satum illo qui nequit
Corrumpi, et illum nescius qui sit quoque
Corruptionis, quomodo vmbrae locus
Corrumpet orcus promus et condus, manibus
Victrice quem iam spolia tracturum puto
E Quotquot hominum conclusit et rapuit sibi
Tectique struxit in ingratis vinculis.
Semi. Cauta sit oportet omnis exploratio:
Iam mitte quam celerrime, quando mones
Probe, videbis me hic tibi sociam ut iubes.
Deip. Et quae mearum hic quas video sodalium,

Onus hoc subibit, noctis ut silentio,
Petens sepulchrum, exploret optime omnia?
Quae me beneficio hoc sibi denunciet,
Discipuli ut absunt hinc magistri, qui fuga
Vitant furentem perditorum in se impetum?
Nam non furorem illi equo in omnes spiritus
Perflant habentes despiciatui genus
Nostrum, feruntur in gregem sectantium
Furore caeco stulto et audente impetu.
Magd. Ego istud a vestro capite periculum,
Parata abire speculer ut tumultum sacrum,
Propulsio iamiam cognito rerum statu
Omni reuisam vos priusquam redditis
Terris sit almae lucis illustrans nitor.
Atque adeo citius rediero. Subeo lubens
Istum laborem, haud immemor eorum omnium
Periculorum, quibus is olim liberam
Me fecit, atque hinc forte et idem mortuus
Me clariore munere exornauerit.
Quin mortuum illum non puto, verum mihi
Adbuc videtur dormiendum, et paululum
Hic immorandum plena dum nocte omnia.
Iam dormiamus, dormiamus, non abest
Aurora longe, quam, o omnium rex, ocyus
Vtinam ego videam verum ubi diluxerit
Properanter ibo, forsitan etiam incidam
Cursum in sororum quibus id officium fuit
Prius, ut manerent et sepulchrum cernerent.
illa enim in id omnes mente concordia mihi
Tantum studebant, corpus ut sanctum vngerent
Noctemque totam sic simul traducerent.
Semi. Abi o virilem quae mulier audaciam
Aequas, abi iam propere ut aliquid rescias:
Nos consequemur cum puellarum hoc grege
Aliaeque Galileae saepe quam plurimae.
Nam credo, comites quotquot illae sunt tui
Cursus futuras ad sepulchrum, ita expectant
Videre quis sit insitae spei exitus.
Nunc excitemur paululum, aurora haud procul.
Magd. Labore mihi opus strenuo, quo praemium
Dignum laboris ante ceteros queam
Videre: namque cuilibet quod ponitur
Praemium ad opus geminam parit sibi gratiam,
Quam saepe percepi ante, quamque denuo
Percipiam. Deip. Et equum est id quoque, nec
vnguentum secus
Videbis, et probe mones et commodè.
Vis autem id, ut quod praemij atque gratiae
Adepta es ante tuos labores, denuo
Tibi reponat. Verum age, et quod grandius
His postulabis munus? At dabit tamen
Haec dona primas quae tenent facile, omnia
Haec inter homini quae feruntur maxima.
Non falsa dico, noui ego haec, in posterum
Quod est supremum munus, illud auferes.
Magd. Ecce id procurans, virgo, quod tua interest,
Curram, puella sic resurgentem omnium
Videbo prima: praemium hoc solum expeto
Mei laboris: videris iam, videris
Quam pes citus sit ut capeffam quod iubes.
Deip. At tu caueo, nocte ne lusa incidas
Illorum in arma qui excubant ad mortuum.

Magd. Istud cauebo. tum gradu placide premam,
 Bene cedat utinam quod subeo, & id assequar
 Quod expetis. id autem scio primum, expetis
 Natum videre quam citissime: & idem ego
 Dum cupio, curro vel metu periculi
 Spreto imminentis. Deip. I, curd, & mihi nuncia
 Fac expetita sis rei lata ocyus,
 Ut quicquid erit id assequar. Magd. Iussis tuis
 Obtemperauero lubens, nam cum mihi
 Sis plurimi, hac re non deero. quare obsequor.
 Deip. Quin ego tibi me Maria dabo sociam viae:
 Nam cor dolore dum graui tota vlcero,
 Vsq; adeo sollicita manere qui feram
 Nunc misera tandem virgo, vbi discesseris?
 Magd. Quod restat, abeamus, o amicae virgines.
 Te comite sola gaudeo supra modum:
 At haec soporem non ab oculis eximunt.
 Surgite, quid isthuc est mora, inquam, o feminae?
 Surgite oculorum palpebras resoluite.
 Non hunc nitorem, qui micans est omnibus
 Luna in nitore vos videbitis, prope
 Aurora lucis nuncia est, prope lucifer:
 Demulcet interim tamen oculum sopor
 Dulcis suavis ille gratus palpebris
 Insedat, & subrepsit altius graui, &
 Dolore magno lancinatis cordibus.
 Cho. sollicita corde turbido noctem integram
 Vigilem oculum huc & huc circumfero:
 Celereus ocyus gradum, o charissima
 Magd. Nos pectore exeso, anxioque grauisimis
 Curis, eamus ad sepulchrum ocyissime,
 Aliae vbi somnum palpebris excusserint,
 Nos mox quietis consequentur passibus.
 Properemus omnes ocyus, cursu assequi
 Percommodum erit: ego omnibus credo diem
 Hunc emicare qui iubar clarum exerens
 Solis nitentis libera facias omnia.
 Eamus ergo, eamus: illae quae viam
 Premunt sequentes pone, simul aliquantulum
 Exceperint vocem, celeritate ut puto
 Pares columbae concito cursu pedum
 Current: & iterum voce summissa excito
 Clare cohortans ut sepulchrum nos simul
 Omnes petamus. Sed video eas excitas
 Stantesque. papae quam iuuat pulchrum ordinem
 Hunc, & decorum conspiciere miraculum!
 He, he, he, he,
 Desiderate o nate, tertius en dies
 Lux spes amicis tertia est, non effluat,
 Vel tu me eidem commori simul iube.
 O nate mihi charum & sacrum imprimis caput,
 Ecquando misera ego te, aut vbi videbo parens?
 O utinam, o fili, tu mihi in lucem cito
 Venias, relictis mortuorum ianuis,
 Specuque, quam nunc lucis expertem colens
 Pluto micare luce vidit maxima.
 Primum ut substisti: A des, ades, appare, & praei
 Iubar aureum aurorae, Deum quando te habent
 Omnia. Deum inquam caelitus missum. Magd.
 Ah, ah, ah,
 Deserta cerno cubilia vigilum omnia.
 Deip. Hoc quid sit? anne aliquo abiit custodia?

Excessit autem forte, nobis ut dolium
 Aliquem struat? Populus enim fidens, vbi
 Rebus potitur, redditur fidens magis.
 Magd. Quid facti opus, o soror, neque enim ita
 iam accidit
 Res, ut volumus, cuique spes sua excidit.
 Deip. Conside, rursum longius firmo pede
 Pergamus. Utinam repperire mortuum
 Bene preparato pectore liceat: Deo
 Quicumque se committit, is sese optimo
 Custode seruat. Quin eundem protinus.
 Sed vnde nobis qui sepulchri maximum
 Lapidem reuoluat? Mag. ah, ah, o rex & Deus
 Aeternae! quanam haec subita motio? aut lapis
 Qui tam repente de sepulchro voluitur?
 Quin & sepulchrum cernitur vacuum meo
 Domino, ab eo iam, & nuncio charissimo
 Apostolorum caetui, sublatio
 Quae facta domini, mox reuertar, & grege
 Cum faeminarum hic virgo te iam inuenero.
 Deip. Bene, bene sane quam celerrime redis
 Amica: Ego autem deuolutum sic videns
 Lapidem, etiamnum stupeo inhorrescens, & id
 Miror, repente qui sepulchri ab ostio
 Sic sit reuulsus. Ah sile, mea tu, sile,
 Quem credis hunc cui forma fulget splendida
 Ut ignis, & qui nunc super lapidem sedet
 Totus decorus veste pulcher candida?
 Niuem recentem & candidam suo refert
 Candore: & ecce qui excubant omnes humi
 Fusi huc & illuc mortui tanquam iacent.
 Ange. Vos ne pauete, sit procul animus timor.
 Nam quem petitis, hoc in sepulchro nullus est.
 Iesus ille rex, cruci modo qui datus
 Non in hac vrna clauditur iam mortuus,
 Verum resurgens ille Galileam petit
 Ut premonuit olim, suis eo in loco
 Videndus idem luce clara apostolis.
 Accedite, & vacuum sepulchrum cernite.
 Abite igitur, abite, & ipsis dicite
 Cuncta haec aperte, quae ipse vobis nuncio:
 Vos dicite, inquam, haec omnibus, primo loco
 Petro, subactum tartarum, Christum excitum
 Suo ex sepulchro, tum reuulsam ab ostio
 Magno impetu saxum, inferorum principes
 Metu solutos, iam relictis ostiis
 Cessisse, & umbras lucis ad terram alacres
 Salire, quae nunc & potentem & maximum
 Deum canentes praedicant, cuius cruce
 Manuque fracta sponte vincula omnia.
 Deip. O lucidum hoc solis iubar, nunc iam ut fuit
 Spes nostra, curis omnibus finis datus.
 Mactatus hostis cecidit, e tumulo caput
 Christus triumphans & resurgens extulit.
 Et quae die ista latior fuit dies?
 Quid euenire gratius possit mihi?
 Quonam ergo filii sic subactis inferis
 Contendis? vbi te nate, vbi, & quo tempore
 Videbo? ades, ades, & mora posita tua
 Offer parentis te videndum aspectui.
 Mag. Citius videbis ut puto quam caeterae.
 Sed veste amictus candida ut monuit, viam
 Carpatius,

Carpamus, hoc ut gaudium ingens omnibus
 Denunciemus apostolis charissimis.
 A beo itaque hinc primo loco ad Petrum, atque cum
 Iuuenem, pudore qui suo notissimus,
 Latum ferens illis amicis nuncium.
 Nam & ipse nobis qui modo hic apparuit,
 Id indicari iussit & Petro. ocyus
 A beo igitur, ut & corpore vacuum locum
 Dicam sepulchri, & candida visum angelum
 In veste, & eius verba. Iamque illi tamen
 A sese ad sepulchrum conspicandum concito
 Cursu iulerunt. Credo ego illos omnia
 Lustrasse pulchre. Sed, rogo, quem conspicio
 Dominumne forma mihi noua? Deip. Haud pla-
 ne scio.
 Conicere tamen istud licet. nanque haud quaquam
 Accedere aliquem nullius pretij virum
 Vilemque, vel forma ipsa, vultusque indicat.
 Christ. Saluete. Deip. salue tu, optime o fili
 optimi,
 Rex omnium rector supreme, cui datum
 Cum perduto hoste mortem & vna perdere.
 B Sincere Rex, Rex integer, Deus potens,
 Permite saltem ut cum metu pedes tuos
 Tractemus: ecce enim simul procumbimus,
 Et gaudio attonitae, & metu, ad pedum oscula.
 Christ. Ponite timorem, nihil & expauescite:
 Quin potius ite, nunciate fratribus
 Meis, ut in Galileam iter flectant, ibi
 Ut ante dixi postea me viderint.
 Deip. O splendor alme solis, & fulgens decor:
 C Quam grata nunc aurora diluxit mihi.
 O, o stupendum splendidae lucis diem,
 O orbis ingens gaudium, o suauissimam
 Latamque cunctis hinc voluptatem, modo
 Quis possit vilo dicere, aut verbo assequi.
 Perfusa quo mens gaudio mea exulit?
 Sed nos ut ipse Dominus edixit, pedem
 Hinc efferamus. Magd. En tibi charissima
 A dsunt, o domina virgines quam plurimae,
 Aliaeque alitae puellae, quae cito
 Gradum ad sepulchrum se ferunt, ut mortuum,
 Quem morte victa non adhuc intelligunt
 Esse excitatum, corpus vngant: nos simul
 comites eamus ad sepulchrum denuo:
 Nam nulla nobis satietas possit dari
 D Illis videntis, adeo quae mira & noua
 Nunc contingere, & animus omnia expetens
 Nouisse, totus his datus quae prodiga
 Natura profert mira cum luxu frequens
 Spectare gaudet. At at, o, quisnam hic candida
 Qui veste amictus ore formoso puer
 Dextrum sepulchri confidens cornu occupat?
 Stupore tota exhorreo vultum videns
 Fulgore nitidum. A dolesc. Ne quid expauescite,
 Procul omnis absit terror: hoc enim scio:
 E Vos o puella Nazarenum quaeritis
 Illum illum iesum: sed sepulchri se exerens
 E mole surrexit: Locum ecce cernite
 Vacuum, ergo abite, & nunciate apostolis
 Petroque, Galilaeae illum in oris se obuium
 Ipsi daturum. Magd. contremiscens, ac metu

Corrupta, Petrum nunc adeo, & hinc caeteros
 Huic amicos iam secundo deferens
 Letum quod ipsa nunc habeo mihi nuncium.
 Nam qui ante paulo apparuit, iussit quoque
 Petro indicari. Scdm. Nos stupore territae,
 Animisque consternatae amicae, ob insolens
 Spectaculum, cursu cito nos ocyus
 Hoc a sepulchro distrahamus, quicquid est
 Et visum, & auditum regentes, nec viro
 Effluentes cuiquam, alto pectore
 Dolos prementes illius qui vendidit
 Verbum, & timentes gutture eliso exitum
 Dignum sepulchrum perditae vite, cadens
 Quo mortuum ornat, qui sacras res, hostium
 Exposuit ad ludibrium in medio fugam
 Carpatius hinc iam, & ista pellamus procul.
 Properemus, hosti nil penitus horum omnium
 Quae nota nobis detegentes, sed gregi
 Apostolorum, nullum enim cuiquam malum
 Priuatum, at aliquod forte commune est tamen
 Ad veritatem nuncij letissimi
 Veri atque amici. Nullum hic est mendacium,
 Quando illud omnes odimus, animum bene
 Exute eorum vana qui & mortalia
 Sapiunt, stupore concitae pulchro ex metu,
 Quo cum Deo ipso pectus armatum gerens
 Prudentia, omne defugit vitium & scelus:
 Efferre tale cuiquam nos nunc nefas,
 Ut ipsa dixi, dum sepulchrum linquimus,
 Nefas & his efferre quoque, qui mortuos
 Modo quo oportet pectore excipiunt suo,
 Grati bene & memores: sed eius gratia,
 Qui viuit & cuncta aspicit multo metu
 Tremoreque affectas pauere ad omnia
 Quae dixit ipse, proinde, nos o virgines,
 Hoc a sepulchro submouentes nos fuga,
 Nil insolenter dixerimus cuiquam,
 Nullo modo hic ut insit aliqua vis mali,
 Vnde & malum esse disco nullum, non tamen
 Arcana fas est sacra temere prodere:
 Nam quis suo hosti proferet quod abditum est?
 Honesti pugnant turpibus semper, dies
 Ut nocti, & ipsa lux tenebris, vanitas
 Et veritati. Verum eamus ocyus
 Ad apostolos, ipsis amicis nuncio
 Ut ingeramus gaudium letissimo.
 At, at, quis hic est nocte quem cerno gradum
 Recta huc ferentem? Nun. O domina, mater filij,
 Qualem vlla nunquam mulier enixa est parens.
 Deip. Tunc aliquis ex nostro grege es nocte am-
 bulans?
 Num visus infirmus mihi, nec te optime
 Agnosco? Nun. Amicus & tibi, & tuo, modo
 Qui casus est nato, integram atque innoxiam
 Ob vitam, & illa quae edidit miracula.
 Deip. Ecquid noui adfers? quid loquere celerrime,
 Nun. Hoc dico primum nunc tibi, lata exili,
 O domina, gaude gestiens: proemium
 sermonis hoc est: nemo te mortalium
 Compellat alio dignius, nam nuncius
 Adsum, stupenda mira que omnia adferens.
 Deip. Nempe reducem natum nigra ex ditis domo

Mihi nunciabis? Nun. Nosti, & hoc lenaueris
Sermone nuncium. Tuus venit, tuus
Vt fama constans filius praesto, inferi
Specu relicta figit in terris pedem:
Hac ipsa propter venio tantum nuncius.
De ip. Nos scimus id quidem: sed vnde tu id tenes?
Agedum loquere, quid dicis, aut quonam modo
Id scis? quid huius ad fidem certam dabis?
Nun. Qui nocte tota perstitit custos vigil,
Et diligenter providens tumulto adstitit,
Modo per tumultum nocte densa confluens,
Sese ad sacerdotes citissimo intulit
Cursum, nouum tunc nescio quid credidit
Aperit amicis: quin & ipse maximo
Horrore tactus excubitor, & quae cohors
Assedit omnis non quidem abs re expalluit:
Palloris autem causa quae foret, meam
Spem praeter ipse ingressus vrbis maenia
Cognouit, eaque cognita placido gradu
Veni, cohortis omnia a tergo audiens
Quae verba firma non satis fiducia,
Ambage multa, praestupore illa implicans
Praefert. Ergo haec ad sacerdotum gregem
Senumque turbam caedis auctorem locum
Coactam in vnum ut quidpiam decerneret
Effatus: O vos turba scribarum & senum,
Qui caede dira perpetrata sanguine
Vos polluitis, adsum, vt & vobis, & huic
Vrbi recludam multa inaudita, & noua,
Et mira, morte quae modo extinctus dedit:
Is cuius ego sum nocte delectus vigil,
Custosque, quem nunc propter etiam exhorreo:
Quod si adfuisses, tu quidem cui vt mortuo
Nos compulsi adfuisse ad tumultum, & cum
Seruare, cernens quod nouum est atque insolens,
Adortus esses hunc praecibus. At id volo
Audire primum, liberè an detur mihi
Narrare quae illic facta sunt: an quicquid est
Silentio premeret: metuo enim dicere
Coram tyranno, pertimescens impetum
Subitum, & ferocem pectoris superbiam,
Iramque nimiam, haec ad senum turbam phalanx.
At hi susurro colloquentes mutuo
Hac inferebant expautes, leniter.
Iniusta Iesu infontis hac mactatio,
Ingens vt ignis nunc quasi succenditur,
Non paruus vnde nos maneat omnes timor.
Ergo mora omni nunc adempta, exercitus
Prensandus omnis. Rursus ad vigilum manum
Ora referentes ista dixere: O phalanx
Auditio quod ego te velim: si dicere
Quae grata nobis sunt potes, ne detege
Rem: quicquid inde poterit esse incommodi
Damni que nos praestabimus, si dixeris
Apostolorum clanculum ablatum manum
Eadauer: Ad dam dona quae tu censeas
Aequanda nullis, proinde non est, principi
Quod offeras aliquid quod ad laudem queat
Veri sepulchri, & omnibus nobis parer
Quod ad dolorem vergat & populi animum
In nos furentem & turbulentum concitet.
Custodum ad illa sic cohors. Quando id placet,

Et apud tyrannum quicquid hinc culpae est mihi
Praestas, eorum nota quae mihi, nihil
Narrabo: Nam mox illa dicentur tibi.
Hic qui sepultus non Deo ipso creditur
Minor, vel illis rebus omnibus prius
Quas fecit olim, vel recens miraculis
Nunc editis, qui de sepulchro se exerens
Quod grande saxum obstruxerat, manentibus
Etiam sigillis obsidentibus locum
Vigili oculorum lumine in gyrum, omnia
Fulgore compleuit, nouo tum nos metu
Exanimauit omnes, terra ab imo funditus
Conuulsa fundo contremuit, ingens lapis
Statim a sepulchro deuolutus corruit.
Quodque adeo verisimile, quantumque assequi
Possum & videre, vnam videbam, ex aethere
Mox sparsa quaedam vox, & vt ego suspicor
Deus ipse sonuit voce non soluta pater.
Caeste tonitru vocis auditae comes,
Et flamma fulsit ignis in terram sacri.
Concusit aether spiritum, densum nemus
Repressit omnem frondium auram, vt nusquam
Obortus esset strepitus. Hunc ergo virum
Recipite quisquis est amici, numine
Quantum videtur qui potest quam plurimum.
Quin hoc & aiunt, ipse vt audio, hominibus
Hunc vim dare illam quae mala premar omnia
Quo sine secundum nil sit, olim nec fuit.
Si certa fama teste verò spargitur,
Ego sacra facerem potius illi, quam Deo
Pugnans, furore percitus, contra datum
Stimulum agerem calces. Congreg. Pont. Pro-
fundus te sopor
Tunc occupauit: ista sunt aera omnia
Somnia: sepulto te sopore, mortui
Clam corpus ipsi sustulere apostoli:
Sic est, & istud te tyranno dicere
Tantum vnum oportet. Ergo tu tace interim:
Accepta nobis, quae minus sentis tacens,
Munus etiam grande auferes, licet tamen
Tu sponte corpus vendideris, at si palam
Feceris id a te iam tyrannus audiet.
Custod. Vt multa dicam, non tibi persuadeo:
Ego tamen a te nunc licet male audiam,
Hoc dico, iam non esse quod in posterum
Sic offeras te, paululum sed comprimas.
Nam quis ferat te? corpus autem venditum
Non esse nobis vel palam istud indicat,
Vt nil reprehendas, integrum quod cernitur
Sigillum. Eo ipso nam integro, & lapide super
Posito, stupendum o omnibus miraculum.
Surrexit a sepulchro. Cong. Pont. omittit plurima.
Hac verba, dona quae tibi dantur cape.
Custo. Quando meis tu non sinis dictis locum,
Tuis, vt ipse dicis, obsequar: vide
Sed gnauiter, qui me a tyranno liberares.
Cong. pon. Hac cura nil te reddat hac in re an-
xium.
Efficiam vt in te fratris affectum induat,
Gentilis vt qui sit tibi terra. Ansonum
Pronatus. Ergo abeamus ocyus, interim,
Ne quid timeo, verum id vnum dicito.

In nocte:

In nocte multa clanculum; & tacito pede,
Me nescio, corpus tulere apostoli.
Custo. Hei mihi misero, ah ah ah.
Pilat. Quis ille qui flens ad fores sic ingemit?
Cong. pon. Illa ipsa certè est mortui custodia,
Adest, o princeps, & metu praemaximo
Suspirat. Pil. opportune ades, licet indicans
Nescio quid ore. Quidnam ea eiulans, dolet
Gemitque, fure: causa quae tanti metus?
Cong. pon. Quin illi vt adsunt quicquid est edifi-
serant.
A Custo. In nocte multa apostoli, o rex, clanculum
Me nesciente sustulerunt mortuum.
Pilat. Et quomodo istud perdit, tantum mali
Vos intulisti? qui sepulchrum apostoli
Ingressi vt inde clanculum vi mortuum
Efferre possent? qui neque sepulchrum ingredi
Vidistis aut exire? cuius in viri
Tergum istud omne, nisi in tuum tandem expetet?
Nam te sepulchri dico custodem, facis
Adeo me eo ipso fabula dignum omnibus
Quin praeter ipsam quae fuerit infamiam,
Accedet illud, mortis vt pœnas luam.
Et sic habentes despiciatui mea
Imperia fures te fefellerunt? age
Quae causa tandem clam efferendi mortui,
Custode posito tam frequente? qui, rogo,
Quos ferre dicunt splendidus flammis faces;
Quos ipsa praeter luna nocte splendida
Detegeret, ausi istud fuissent, vt locum
In hunc venirent, & manu deuoluerent
Saxum, quod ipsa tota vix turba addidit;
C Ercatus ipse plurimum mecum senum
Suo sigillo obduxit? Haud apostolos
Noui, quibus tu clam cadaver afferis
Raptum: Tua haec fraus, nil eorum admisero.
Tu vana fingens, me mea sententia
Deiicere tentes? At tibi longa, atque acri
Oratione opus fuerit, vt tu mihi
Non falsa te narrare persuadeas:
Nani veritatis sermo non constans tibi,
Sed sermo mutat consilia, neque permānet
Consilio in vno quod semel ceptum est loqui.
Cuit. Recte quidem tu Rex putas, vt res habet.
D Nam noctem ego insomnem integram vigil,
Nihilque stertens, testor hoc tuum caput,
Et cuncti vidi, & nuncius veni illico,
Nec non paratus nocte multa veneram
Vt rem tibi omnem detegens, pœnam quoque
Vitarem: At hi qui plus sacra prudentia
Possunt apud te, me impulere vt splendidam
Lucem operirer solis. At non me tamen
Oppressit altus lucidi phœbi nitior,
Quin cursu anbelo protinus me contuli
Illos ad ipsos, indicans quicquid mihi
Et visum & auditum fuisset: nil mihi
E Tamen acquiescunt vera cum narrem omnia.
Pilat. Vereor, o custos, ne mihi vanam hinc seras
Inutilēque fabulam: nam non adhuc
Id constat etiam sine corpus apostolis
Sublatum, & ipsa res tamen valde mihi
Suspecta: sed quid ad fidem huius adferes?

Custo. Praeceptis nimis es, o rex, priusquam rem audias
Vt gesta: nocte qualibet nil non potest
Fur grande: verum id vt reor primum expedit,
Vt si quis ex his celeritate maxima
Pedum suorum fretus in silentio
Noctis, phalangem praeterierit, vinculis
Astrictus & casus frequenti verberet,
Ediscat inde quid sibi factum est opus.
Nam turpe nobis illud, atque infamiam
Vt omnem omittam, maximum malum, Deo
Id iam sinente vt supplicia facili manu
Merita exigamus, qui graue adeo admiserint
Facinus inultos leniter dimittere.
Pilat. Fures ego illos quos mihi cadaueris
Tu dicis esse nescio, planè inquam ego
Nescio, animo suspecta res valde meo,
Suspecta certe. Nam fugam qui carperent,
Et quomodo illi sustulerunt mortuum,
Quem viuum & ipsi maximo trepidi metu
Liquere? Quid quod non adeo grauis sopor
Custodiam habuit, vt sepulchri sperneret
Curam: nec illi quos vel vna ancillula
Audita tantum eo impulisset vt metu
Ipsum abnegarent, id sua ex audacia
Sumpserunt tantum. Cong. Pon. Mirum quod nunc
fluctues
In rebus aliis firmus, atque haec audiens,
Suspecta nullam ob rem tamen habes omnia.
Vtinam vir esses prouidus animo, ac manu
A gendo promptus. Sed viro non cui libet
Natura ab ipsa id est datum vt queat omnia,
Ast aliud munus est datum, tibi
Pugnare, at aliis nosse quae rerum abdita.
Iratus eequid audiens vultu cies
Ignem furentem, nec putas aliquem ex grege
Sectantium, illum sustulisse clanculum
Et vafrum & astutum. manu vt tu vindice
Vtaris istud hostibus tantum expetit.
Pilat. Tu cum cohortem iusseris, id etiam studes
Me abducere? horum causa tu sola omnium:
Quae reliqua nunc sunt, ipse iam cognoueris.
Cong. Quantū voles tu crede, quando istud placet,
Atque vt loquendi sic tibi hic primum data
Aequa atque agendi quod voles potentia.
Nunc. Haec cuncta fides cum recepissem auribus,
Et perditorum audaciam, qui supprimunt
Astu doloque ex mortuis Christum excitum,
Viteque certae redditum, accuri illico
Vt indicarem, o domina quicquid est tibi.
Ergo tibi id tu nuncio quod me excipis
Id persuadeo quo nihil sit verius,
Quod credo & ipsam vel per urbem spargere
Famam frequentem, quando custodum ex grege
Non desit & qui vulgus in multum efferat,
Totumque factum praedicans, miraculum
Efficiat illud publicum quod contigit.
Quin cuius ore qui frequens huc venerit,
Rem omnem audies iam: Nam primus veni rei
Nuncius, vt essem re noua acceptissimus,
Et gaudio te maximo perfunderem.
De ip. Bene tu quidem aduenis, & eius nomine
Habebo gratiam tibi quam maximam.

A des optime, inquam, maximi quamuis mali
Nuncius. at eius improbos quod in senes
Magis redundet, falsa qui quam plurima
Et vana frustra cogitarunt perditae.
Nam qui sepulchrum turba vigilum, aut additum
Saxo sigillum premeret, et verbi capi
Quod mente nulla possit ad patris sui
Cognitionem corpus vinctum, quod mari
Visum ire in ipso, non aliter ac in iolo
Firmo, ferenti ex se satum patrem omnium
Suoque alentem quicquid vsquam est numine?
Qui natus ex me virginis claustro integro
Emicuit illo qui Deum spirat modo?
Nam nec mihi ille virginis ne xum absulit:
Peperi ego eum, at quonam modo peperi scio.
Excubitor autem morte qui tandem excitum
Sensisset illum, qui vel ipsos angelos
Latet? satisque sanguine ex mortalium
Qui corpus ipse fingat? aut quonam modo
Verbum caro ille visus, expers qui fuit
Carnus, suo qui cum patre in caelo manet,
Qui ventre totum baiulans tuli meo?
Hoc propter ipsi exastuantes perditio
Liore scriba frenduerunt. Nos tamen
O charae amicae, nos ad vnam denuo
Properemus: accedamus ad tumulum prope,
Timoreposito cuncta noscamus, sinum
Quae in amiciorum congeramus postea
Ut sese habent. At nos suo cursu quoque
Ipsi ante vertunt. Cho. Quin et ipse apostolo
Cum iuueno charo Petrus ad tumulum ocyus
Vitalem ut accessere, et omnia gnauiter
Videre, amicus indicarunt omnibus,
Ut Maria nobis rettulit, cui fides
Est habita, prima quae cucurrit omnia
Scrutata, deinde nunciauit corpore
Vacuum sepulchrum. Deip. Et illa certe prenio
Ireuerit omnes cursu, ego illi protinus
Socia adstiti, vacuumque vidi vna locum
Sepulchri, et ille qui ad sepulii corporis
Caput sedebat, mortui charissimi
Iamque rediuiui signa certa protulit.
Nos ergo primum ut nouimus quo se modo
Res ipsa haberet, Maria festino gradu
Properans, idem hoc apostolis dixit, simul
Et Petrus ipse cum iuueno casto excitus
Contendit ad sepulchrum, vbi haud alio omnia
Videre, quam quo Maria dixerat modo.
At nos cuncte pone, rursus assequi
Dabamus operam. Sed Maria nunc optime
Illa ipsa prope adest, quae quod auditum simul
Visumque decet. Mag. Quid ais, o castissima,
Virgoque generis latitia nostri, et salus?
Deip. Quaecunque dixi te ante vidisse, et prius
Dixisse amicis, virginum effer in-chorum.
Magd. Ut dicis, ita se, domina, prorsus res habet,
Et testis ipsa, testis es mihi optima
Venisse mane me ad sepulchrum, et tu tenes
Quaecunque dixi, quae repetere nil iuuat.
Certe beatam sola cum primo vrnulam
Cursu attigissem virgine vna atque altera
Comitata fundens lachrymarum copiam

Ingentem, et illic asidens, atque alius
Scrutata cuncta, candidis stolis duos
A parte summa tumuli et infima angelos
Vidi sedentes: hunc quidem ad caput, alterum
Pedes ad ipsos, quos sine Dei numine
Cum non putarem luce tanta splendoros,
Percussa simul et gaudio et metu adstiti:
Ibi aure vocem non sonantem quidpiam
Mortale penitus hausi, et ad vocem illico
Conuersa, Christum conspicio vultu nouo:
Ego forma ab ipsa quidpiam non iudicans
Vile aestimandum, procido in terram, pedes
Prehendo: At ipse me statim ablegans, suos
Mittit ad amicos, non tamen ab ipso rudem
Eorum, ab eius ore quae contenderum
Audire, nempe quod sit in caelum ad patrem,
Ut ipse dixit, iam efferendus: nondum enim
Ascendit ille, sed ut amicos antea
Monuit, futurum cursu ut ante verteret
Galilaea in ora, vnaque degeret, pede
Haec una figens: omnia haec apostolis
Detexi: at illi verba nihili pendere
Mea venientes ad sepulchrum praepete
Celerique cursu, et haec videntes omnia
Quae rescisti: nam quid illa iuuerit
Repetere, quae tu noris antea optime
Audita? et ipsa tu tenes quae videris.
Nam prima quando cum tibi charissimus
Illa audisses, attonita mirabili
Hac re, nouaque, me tibi comite, adhibitis
Marii duabus tu cucurristi illico
Visura certo quae ante tantum audiueras.
Hinc visa cuncta, visus et tibi iuus
Ut addecebat filius: Quin et duos
In agrum amicorum ex grege alios audio
Se contulisse, ut quicquid est intelligant,
Cernant, et animi de sui sententia
Discant. Et ecce iam futuri nuncij
Ipsis amicis, concito cursu euolant.
Omnes eo nos conuenire commodum.
Nam forte nobis dominus iterum se offeret
Etiam videndum. Et ecce iam micat Hesperus,
Instantque tenebrae, ergo ocyus quin tendimus
Quo nunc amicos noctis in caligine
Puto coactos? En domum peruenimus
Mariae, vbi charos audio oclusa fore
Adeste apostolos, timentes scilicet
Adhuc latronum barbaram et diram manum.
Quin et serae omnes ianuae obductae, et fores.
Et quo modo autem foribus oclusis domus
Patebit aditus? audiit certe, et sine
Strepitu reclusit Maria chara clanculum,
Ut que subeamus prouocat. quare domum
Suspensa paulatim pedum vestigia
Sensim ferentes ne metu iam perditos
Turbemus, ingrediamur. En nos vndecim
Nobis amicus, et alius qui se gregi
Immiscuerunt congregatae venimus.
Tu denuo ipsas Maria communi fores.
Itaque silentium imperans volo c leopham
Nunc audiamus, namque adest, et plurima
Ut video narrat quae dominus ipsis palam

A

B

C

D

E

E

Et dixit, et fecit, ut eum ipsum nouerint
In fractione panis. Ais, tace tace,
Stat ecce dominus has fores intra: nouum hoc
Dignumque vere maximo miraculo.
Et quomodo autem foribus oclusis adest?
Quin forte et idem sic sepulchro condito;
Clausaque surgens exiit, velut antea
Virginis ab alio prodiit matris suae
Infracta seruans claustra quam castissimae.
Christ. Pax omnibus vobis. Quid obstupescitis?
Iam vos manus has, iam pedes hos cernite:
Videte propius quod mihi est fossum latus,
Certumque habete, quod ego sum ipse. spiritus
Sine carne et osse, quae tamen mihi omnia
Manum admoventes vos adesse cernitis:
Ut huc pater me misit, ego sic vos quoque
Amando in orbem, et spiritu sancto imbuo.
Illo recepto, vos in omnes spargite
Et me, et patrem ipsum, et spiritum sanctum: ite iam
Vos ite chari buccinatores, sinus
Per orbis omnes, regiasque per domos
Canite epiceia et triumpho lauream,
B Davidis urbem rumor hic totam impleat:
Ut norit illum, cuius in manu est salus,
Victo sepulchro, et morte, vitae redditum.
Vos eritis huius cuncta per terrae loca
Testes mihi. Qui verba vestra audierit,
Qui sacra aqua se lauerit baptismatis,
Quae purgat omni sorde, se tandem locum
Is vindicabit in beatorum et gregem.
At qui recusans, verba vestra spreuerit,
Hic infidelis, in locum amandabitur
Atrium et calentem continentibus ignibus.
C Hoc propter in vos spiro sancti spiritus
Caese nomen: Cuius, hoc, cunqne loco
Vincla scelerum soluetis, hic liber quoque
Tunc est futurus. cuius autem vincula
Premetis arcta criminum, idem vinculis
Astrictus erit his, quae resolui non queant.
Vinclis ab illis quae manu nulla queant
solui, supreme Rex, salus certa omnium,
Qui vincula ipse solueris, me libera,
Quibus mea negligentia miserum, o dolor!
Innexuit me: callidus vero inuidens
Seductor impulit altius me munere
D Tuo benigno per fidem in te maximam
His cum videret ante firmis liberum.
Salue, bone o Rex, fate bono, rex omnia
Regens, mali omnis capite calcato inuido
Serpente, mortem qui hostium summam opprimis,
Ne me iugo horum rursus indigno premi
Permitte. Tu Rex integer, Rex et Deus
Tu solus aequus huc mei iudex venis.
Et quo modo, o verbum, te ego illo tempore
Intuear? oculos quos tuum in thronum erigam?
Mihi me polo terraque non dignum, et tua
Miser fabrica prodidi: ille perditus
E Infensus hostis me profundum in tartarum
Foueamque misit et chaos vastum: improbus
Impostor vbi me nactus est, sic iugiter
Est persequutus, ut me in orci pallidam
sedem tenebris, improuidum merferit.

Miserere mei, o Deus, manus cape, et rege:
Ludibrium me non sine hominum pestibus.
Fignentum ego tuum sum, o Deus, tu me quoque
Punito solus, tu feri me leniter
Viuentem, et hinc me ne relegari sinas
Aeternum ad ignem: Te, o Redemptor poscimus,
Egimus inique, mente, corpore, et animo,
Grauissimum istud quod tibi peccauimus,
Quod saepius nos deuote offendimus.
Sed didicimus quid deceret insciji,
Neque tamen illo ex tempore edocti, tibi
Praestitimus vnquam grata quae cognouimus.
Lapsam fatemur, tu remittens parcito.
Nam quae ira peccus concoquit mortalium,
Haec nulla (scimus) te premit talis. mei
Miserere, o seruator Deus, ne in meis
Perire finito noxiis: Nam filius
Tuus ego sum, ancillaeque filius tuae.
Quin tu ipse, Verbum, gratia mea vnus
Mortem tulisti: proinde ne ludibrium
Permitte me hosti, sed tua virga tamen
Humaniter me corripe: et matrem tuam
Venerandam, o Verbum, admitte, et hos omnes
quibus
Ut vincla soluerent dedisti gratiam.
Veneranda, o virgo, casta, felicissima,
Quando beata nunc beatorum in polo
Exuta quicquid fecit humanae sedes
Aeternitatis pallio ornata, ut dea
Habita, senectae expers supremo ex aethere
Benigna adesto vocibus meis: preces
Admitte virgo, o inclita hic quando tibi
Verbi parenti, sed supra modum tamen
Legemque solus inter omnes contigit
Honor. Ego fretus his tibi me audentius
In verba supplex offeram, et suauissimum
Contextam ab horto qua tuum exornem caput
Coronam, o domina, proferam, ut quae, gratia
Modum supra omnem me tua semper leuans,
Me genere quouis casuum cruus omnium,
Hostes apertos, quodque longe maius est,
Illos latente machina qui me petunt,
Auertis. At tu quod precor summum, id mihi
Concede, vita sic ut excedam, illius
Ut tantum habens te praesidem semper, velut
Ingentem opum vim, te tuum erga filium
Mihi patronum sentiam acceptissimam.
Ne me ergo tradi tu sinas tanquam ad crucem,
Ludibrioque illius exponi, omnium
Iuratus hostis qui sit, et mortalium
Pestis, tuere me atque ab aeterno asserere
Igne, et tenebris, per fidem qua iustior
Sum factus, et per gratiam tuam inclitam,
Qua nusquam vlla notior nobis fuit.
Hoc propter, ecce, texo nunc tibi memor,
Gratumque carmen. O puella, gratia
Aequanda nullis, mater, et virgo supra
Omnes decora virgines, et maxima,
Quae vincis omnes caelium ordines,
Regina, domina, generis humani bonum,
Amica semper esto tu mortalibus,
Maximaeque quouis in loco mihi salus.

TF

Cum Iulianus Imp. Gentilium poetarum lectione Christianis interdixisset, Gregorius & Apollinarius, à quo & habemus Pfallerium Græco carmine redditum, vt subdolum illius consilium frangerent, ad cudenda carmina animum adiecerunt, atque argumentis è scriptura petitis multa in omni carminū genere conscripserunt, ea suauitate & elegantia, vt nisi nimia antiquitatis admiratio iudicia nostra corrumpere, atque vt ait Horatius, meliora dies, vt vina, poemata faceret, cum præstantissimis quibusque veterum meritò conferri possint. Est & alia causa quæ Gregorium ad hoc scribendi genus impulit, de qua vide priorem Epistolam ad Cleodionem in fine, & Gregorium Presbyterum in ipsius vita. Hoc porro carmen scripsit cum imperio paterno à dulcissima Ponti solitudine Nazianzum reuocatus, domesticas omnes curas suscipere coactus fuisset. Quod autè ad intrèpretationis rationem spectat, Aldus Manutius, vir de literis & literarū studiosis optimè meritis, poetica omnia opera excepta Tragedia ita trāstulit, vt singula verba Latina Græcis ex aduerso respōdeant. Molestū sanè negociū, maiorisque tædij quàm laboris, & in quo nō mirū videri debeat, hominē, qui cum verbis miserè colluctari necesse habeat, interdū ambigua vocū significatione falli, præsertim in eo scripti genere, quod allusionibus scatet: ex quarū cognitione, vera & germana dictionū significatio percipiēda est. Ex quo effectum est, vt nonnunquam etiam significationem pro alia acceperit. Vt cum ἐκλινας vertit declinasti, ἀπὸ πταυ attingit, βελίη iaculationi, πληγαί verberibus, χερσίων deteriorum φῶς homini, ζῶων animalium, βοσκομένας pascentes, τροκίηρος factoris, δασμὸς distributio, ἀγκριδὸν egregiè: cum tamen hic κλίην significet in fugam vertere, ἀπὸ πταυ accendi, βελίη diabolum, πληγαί vulnera, χερσίων deteriorem, φῶς lucem, ζῶων viuentem, βοσκομένας depasci, corrodere, τροκίηρος exactorem, δασμὸς tributum, vel tributum pensionem, ἀγκριδὸν distincte, diuise. Quarum rerum te, amice Lector, admonendum non duxissem, nisi Heruagius hos errores, & præter hos etiam alios in sua impressione retinuisset, immò etiam eos, qui operarum incuria & oscitantia inter excudendum irrepserant (neque enim eos Aldo doctis. viro ascribere libet, nec decet) quales sunt diuinis pro diurnis, inspiratus pro insperatus, apte pro aperte, inuadens pro inuidens, impietate pro pietate, tegere pro texere, occludere pro occulere, multique alij eiusdem generis, quos miror ita coniuenter ab Heruagio fuisse transmissos. Nobis autem in hac versione præcipuus hic fuit scopus, vt authoris sensum fideliter redderemus. Quò etiam factum est, vt interdum durius scribere, & quemadmodum Fabius ait, lutulentiores fluere maluerimus, quàm à fidi interpretis officio recedere. Illud verò mihi facile, vt spero, ignoscetur, quod nonnunquam, cum ita res tulit, Græcos versus pluribus Latinis extulerim, magis videlicet sententias appendens, quàm verba numerans. Erat quidem mihi in animo, si non omnia carmina, Heroica certe Latinis verbis reddere. Sed me & valetudinis imbecillitas, & incurfantium subinde negociorum moles, ac denique tam longi laboris tædium coegerunt, vt citius, quàm mihi proposueram, manum de tabula tollerem, velutque receptui canerem, aliisque hanc lampadem traderem, qui me & doctrina & otio superant. Quòd si nemo inuentus fuerit, qui huic nostro labori succedere velit, atque operam hanc nostram tibi gratam acceptamque fuisse senserimus, curabimus fortasse, Deo donante, vt poetica quæ restant, his quæ nunc damus, propediem attextantur. Bene vale optime Lector, & pro mea salute ad Deum preces funde.

G R E G.

suis carmina, quibus nos ad piam vitam & Christo dignam occultè cohortatur.



Hriste potens magni dominator & incolæ cæli,
 Qui quondam confertam aciem,
 densasque cohortes
 Perniciosi Amalec subita formidine tactas

Fregisti, turpique fugæ mandare salutem,
 Tota coegisti regionis castra superba,
 Dum tuus extensas Moses ad sidera palmas
 Signantesque crucem, sublimi in monte iulisset.
 Qui tendente manus etiam Daniele propheta
 In fouea horrendos vngues atque ora leonum
 10 Vinxisti rabidum pellens de corde furorem.
 Per quem etiam magni Ionas è faucibus imis
 Exiit ceti, postquam pia vota precésque
 Fudisset, mediòque manus in ventre leuasset:
 Rosidæque egregios iuuenes nubecula texit,
 Assyria in flamma tendentes brachia sursum.
 Quisque etiam quondam ferentes equorum vndas
 Calcasti, ventosque graues, fluctusque feroces
 Sedasti, dum discipulos urgente periculo
 Extrahis horrendi iactatos turbine venti.
 20 Quisque etiam multorum animas & corpora morbis
 Soluisti: nam cuncta potes terraque marique.
 Mortalis verò factus mortalibus ægris
 Iunctus es, & cuius deitas antiquior omni
 Temporis est spatio, tandem cum corpore nobis
 Visus es, vt miseros vitæ immortalis honori
 Assereres, postquam corpus mortale subisti:
 Sic quoque tu facilis nostræ bone Christe salui,
 Sic quoque tu facilis venias bone Christe vocanti,
 Sic protende manum Deus optime, meque periculo
 30 Eripe, tum bello atque feris, tum turbine seuo
 Ventorum & flammis hostilibus vndique pressum,
 Ac solum in caelos animumque oculosque ferentem.
 Nanque & fluctus atrox & lamentabile bellum,
 Crudelèsq; fera, furibundus & impetus ignis,
 Sunt scelerati homines, vitæ certissima pestis.
 Qui claros virtute viros, numenque colentes
 Insigni pietate, odio insectantur acerbo,
 Nec grauias horrentes æui tormenta futuri,
 Nec quicquam voces hominum vultusque verentes,
 40 Qui mersum vitiiis animum auersantur. Ab istis
 Christe tuum famulum remoue, saluumque tuere.
 Mollibus amplectens alis, animique molestas
 Ærumnas procul à nobis depelle benignus.
 Nec grauium nostram perturbent agmina mentem
 Curarum, quas hic mundus mundi que tyrannus
 Excitat innumeras miseris mortalibus, intus
 Diuinam formam arrodens, miserè que coercens,
 Non secus ac dura teritur rubigine ferrum,
 Atque omni studio adnitens, præstantior vt pars
 50 Turpiter in terram coalescat, sic que recuruum
 Non animus sursum corpus trahat, atque supernis
 Addicat rebus, verum sublime petentem
 Terra animam sternat miseram, studiisque caducis
 Ac limo infectis tam turpi labe notatam,

Vt pro pneumatica iam crassa & carnea fiat.
 Nanque duplex homini patet atra ianua mortis:
 Sunt etenim vitij qui fœdum in pectore fontem
 Producant, quibus est scelus atque iniuria cordi,
 Quis corpus, quis ingluuias, quis perditæ curæ
 Consilia, & sese qui turpiter in genus omne
 60 Extimulant sceleris, tantoque furore tenentur,
 Vt iuuat æterna miseros occumbere morte.
 Ast alij contra purgata mente videntes
 Numinis excelsi radium, mundi que proterui
 Exosi sobolem, cui dat petulantia nomen
 Umbroso procul à mundana corpore vita
 Æui agitant, pedibusque premunt leuioribus orbè,
 Cælestem dominum diuina voce trahentem,
 Atque sacrum flamen mira leuitate sequentes,
 Vitæ cultores abstruse in principe Christo.
 70 Vt postquam illa suæ radios effundere lucis
 Cæperit, ipsi etiam nitido fulgore coruscant.
 Sic tamen & vitæ spinis lacerantur eorum
 Pectora, quippe quibus victum curare necesse,
 Cunctaque degendæ quæ sunt accommoda vitæ.
 Quinetiam vafer innumeros extrinsecus hostis
 Humano generi stimulos laqueosque dolosos
 Mortis adinuenit, specie plerunque decora
 Exitium occultans, quoties formidat apertos
 80 Conflictus, nec perspicuo contendere bello
 Audet. Talem etenim profus mortalibus ipse
 Perniciem texit, qualem in fluuiatibus vndis
 Æs curuū incautus mortè cum piscibus affert,
 Qui vitæ cupidi media in præcordia ferrum
 Pestiferum traxere, suumque hausere repente
 Interitum. haud aliter sanè mihi callidus hostis,
 Hunc quoniam densas cognouimus esse tenebras,
 Accessit pulchro contactus corpore, lucem
 90 Assimulans, vt dum claræ virtutis amore
 Ardeo, vicinum in vitium pestemque propinquam,
 Et mortis barathrum mens inconsculta feratur.
 Non me connubium strinxit (defluxio vitæ)
 Quo nullum maius mortalibus intulit vnquam
 Materies vinculum primæua, onerisque molesti
 Principium: nec me pellexit serica vifis.
 Nec verò impensis conuiuia structa profusis
 Suspexi, variisque cibis differta, voraci
 Indulgens ventri, quibus exitiosa libido
 Gignitur, & fœdi veneris nascuntur amores.
 Nec magnas habitare domos & splendida tecta
 100 Expeti, atque aulas pedibus calcare superbas.
 Nec iucunda meam demulset musica mentem.
 Nec mea femineo maduerunt membra liquore.
 Quin aliis etiam nummos aurique reliqui
 Pondera, quis dulce est animos consumere curis,
 Immenis fixos opibus: breuis atque voluptas
 Ærumnas multas comites habet: at mihi cordi
 Est panis rigidus, mihi grata obsonia præbet
 Sal purum, simplex nullò que instructa labore
 Mensa, dein latices mihi sobria pocula fundunt.
 110 Hæ mihi diuitiæ summæ, Christi que salutis

Author, qui nostras vehit ad sublimia mentes
Sidera frugifera non pingua iugera terra.
Non nemus umbriferum, non grex pinguedine curvus.
Non tardorum armenta bouum, non magna caterua
Seruorum mihi congenerum, quos prius tyrannus
Dissecuit, noménque duplex infanda creauit,
Ingenus seruósque pari tellure profectos,
Aut aequé figmenta Dei, sed iniqua secuta
120 Post ea lex iuris fregit decreta superni.
Nec verò laudes hominum famamque caducam,
Quae leuibus ventis citius dilabitur, unquam
Appetit, nec Caesarea sublimis in aula
Insigni florere gradu, nec iudiciorum
Sedibus excelsis residere, et corpore maius
Ferre supercilium, nec magnum robur in vrbe,
Ciuiibus inque meis multum splendoris habere,
Somnia vana sequens, quae nunquam firma subinde
Nunc hos nunc alios visunt pariterque recedunt,
130 Flumina vel manibus praeterlabentia carpens,
Aut umbram tanquam solidam arripiens, digitóque
In nebulam stultè mittens nil praeter inanem
Umbram complecti manibus, nubemque fugacem.
Tale etc. im genus est hominum, talis quoque mundi
Prosperitas, curuae referens vestigia nauis,
Ante impressa quidem verum delata retrorsum.
Sola meum ardenti pectus stimulauit amore
Doctrina argolica quam gloria gentis Athenae
Quiescere mihi solisque occasus et ortus
140 In qua multum operae posui, multumque laboris
Per multis annis subij. sed et hanc quoque Christi
Ante pedes humilem pronamque iacere coegi,
Diuino verbo cedentem, quod sinuosa
Et varia humanae mentis tegit omnia verba.
Ista quidem fugi: verum vitare nequiu
Demonis inuidiam, speciem fallentis amicae.
Atque mei totam meroris carmine summam
Exequar, ut reliqui sceleratos illius actus
Ac fraudes discant oculo vigilante cauere,
150 Dum latus assidue cingens vtriusque parentis
Fungerer officio nati, senioque fouerem
Afflictos, luctuque graui, quibus iste superstes
Sunt tribus ex natis, spes imbecilla, velutque
Scintilla ex magno tenuis splendore relictus,
Pergratum tibi summe Deus praestare putabam
Officium, legique tuae, mortalibus agris
Qui natos tribuis senij solamen acerbi,
Ut tanquam baculo trepidantia corpora firment.
Ex cunctis etenim, qui te metuntque coluntque,
160 Hi summo studio pietatis munera curant:
Vitantesque huius miseranda incommoda vitae
Legibus edictisque tuis fixere rudentes.
Tunc illis tum principium, tum terminus extas.
Illa quidem à patribus fidei pia semina ducens
Natorum aurata deuinxit colla catena
Feminae in forma mentemque animumque virilem
Gestans, ac terram fluxique negocia mundi
Haec tenus attingens, ut totam ad sidera vitam
Hanc traheret, lenis atque pedem sufferret ad astra.
170 At pater ante quidem foedè simulacra colebat.
Institus at pulchre post haec oleaster oliuae,
Tantum de pingui radice accepit, ut altos
Obregeret montes et dulci pectora fructus

Multorum expleret, verae monitiisque salutis
Instrueret, tum mente senex tum vertice canus:
Lenis dulciloquus, Moses nouus, aut Aaróni
Per similes, medius quoque stas hominumque Deiq;
Atque ministeriis puris, nostrisque sacrorum
Riibus, (interna veluti mens nefcia ferdis
Sacrificat) iungens hominum genus omnipotenti.
180 Hi mihi principium vitae tribuere parentes,
Cum quibus haud fas est quenquam certare, sed illos
Inter se de virtutis contendere palma
Nil vetat. Hos igitur fractos properante senecta
Sollicitè tractans, spem latam corde fouebam,
Ut pote praeclearo perfungens munere iura
Naturaeque sua exoluens, sed scilicet illud!
Verum est, quod barathris tota est via plena malorū:
Quandoquidem officium nobis laudabile noxam
Attulit infaustumque habuit res optima finem.
190 Difficiles etenim cura densoque ruentes
Amine, rodentes animum resolutaque membra,
Me totum in terram, de qua mortale creatum
Est genus, assidue torquent miserique volutant.
Nam primum imperio famulos constringere qualis
Exitij laqueus? dominos qui semper acerbos
Oderunt, contraque pios calcare proterue
Audent, nec prauis placidi, nec iussa bonorum
Explentes, verum male sano in vtroque furore
Ardentes, odiumque animis immane gerentes.
200 Altera iam sequitur patriorum cura bonorum,
Quodque mihi semper manibus perferre necesse est,
Caesareum pondus, vocemque tributa legentis
Audire horrifonam. Collatio nanque tributi
Libera permagno conturbat corda dolore,
Diuitias comitans, ac lingua vincula necit.
Tum circa turbas animum versare forenses,
Atque humanorum subsellia iudiciorum,
Oppositisque graues dictis miscere tumultus,
Ac legum laqueis fallacibus excrucitari.
210 Hic labor, hic infesta acies, hic saepe malorum
Causa bonam superat. Qui verò legibus esse
Praesidio debent, horum venalis vrisque
Et precio est addicta fides, quod si sceleratus
Maiori censu circunfluat, optimus ipse est.
Quisnam inter tales homines, nisi numinis adfit?
Gratia, tot fraudes, quis tot mendacia vitet?
Aut etenim celeri cursu fuga corripienda,
Cunctaque proicienda malis, aut pectora clara
Multiplici errorum fedari labe necesse est.
220 Ut qui se flammæ propius iunxere vaporis,
Aut flammæ aut sumi referunt in corpore signa.
Verum haec perferri possunt: at tristius illa
Dilacerant animum, grauiorque vlcere vexant,
Quae tulimus postquam germanum vita reliquit
Caesarium, atque etiam post hac perferre timeamus.
Nam quos praeter spem res afflixere sinistrae,
Illi vix unquam possunt sperare secundas.
Nominis eximij, dum viueret ille, fructus
splendore (haud etenim nummorum insana cupido
230 Me tenuit, visque vlla animum pellexit amore.)
Ast illo extincto gemitus tristisque dolores
Excepi solus, nam quas quaesierat ille
Diuitias, partim tellus Nicæa dehiscens
Exhaustis, partim manibus fortuna scelestis

In praedam dedit. Ipse autem fera spicula mortis
Vitauit recti coopertus membra ruina,
Auxilij dextram Christo tendente superne.
O mihi Caesarij charum et venerabile nomen;
240 Qui prius ut vtilium fulgebas sidus in aula,
Primam doctrinae laudem vitaeque probatae
Et morum referens, multisque ornatus amicis:
Multorum ipse quidem curasti corpora morbis;
Ac pietate tua multorum tristis egestas
Pulsa est. At vero satiasisti lumine cassus
Multorum ora canum, qui me latratibus vrgent
Vndique cingentes miserum: nec ferre propinqui
Auxilium fracto curarum mole laborant.
Nec mihi se multi veros restantur amicos,
250 Hostibus haud multo meliores, qui ppe priusquam
Accipiant, magno me complectuntur honore:
Verum odij virus, simul ut capere, profundunt.
Non secus ac magnae quercus, quam vis borealis
Strauit humi, ramos rapit hic, rapit ille tenellos,
Utque viatores euerfa saepe nitentem
Purpureis vitem spoliant crudeliter vuis,
Ac truculentens aper syluis nutritus opacis
Et solus degens populatur dente recuruo.
At mihi lucrificus labor est, satiare nec vltra
260 Omnes iam valeo, nec pellere viribus vllis.
Nanque ex quo primum à mundo fallace reuulsam
Ipse salutiferis animam coniungere caepi
Consiliis, tota meditando caelestia mente,
Illaque subuectum procul hinc à carne locauit,
Ac me caelestis scenae penetrabilibus imis
Abdidit: atque oculis lumen mirabile nostris
Fulfit adorandae Triadis, praeclearius omni
Lumine, quae radius lustrat communibus orbem,
Omnibus et rebus, dirimit quas tempus ab arce
270 Aetherea vitae fons et natalis origo est:
Tempore ab hoc mundo sum mortuus, et mihi mundus
Viribus infirmis ego sum, viuumque cadaver
Vita mihi est alibi: verum sub corpore crasso,
Quod mentis tenebras sapientum turba vocauit,
Illachrymo, et gemitus imo de pectore duco,
Atque huius cupio laxatus compede vitae
Et visu nebulofo, et humi reptante solutus
Centu hominum, qui falluntur falluntque vicissim,
Purius aeternis oculis res tangere, non iam,
280 Ut prius, obscura confusus imagine rerum,
Qua vel falluntur peracuta lumina mentis:
Sed pura mentis verum ipsum lumine cernens.
Ast haec posterius nunc autem fumus inanis
Hi sunt et puluis tenuis, quicumque caducam
Hanc vitam atque humilem commutauerit futura,
Quae certa est, et in omne manet durabilis aeuum.
Idcirco me nunc animis hostilibus omnes
Ter miserum sine sine premunt, ac praepete cursu
Obiectam velut ad praedam facilem que feruntur.
290 Heu heu Caesarius, tristis puluisculus, omnes
Qui turbas à me arcebat, curasque fugabat,
Qui mihi dum vitae dono frueretur honoris
Tantum habuit, quantum nec fratri derulit vllus,
Meque instar chari timuit coluitque parentis.
At mihi non tanta est lugendi causa, quod omnis
Census diripitur, manibus dispersus iniquis,
Quem cum pauperibus communem semper habere

Expetij, velut ipse etiam mendicus et exul
Aduenaque in terra, porrecticemque bonorum
Numinis ad dextram supplex mea lumina tollens: 300
Non etiam quod atrox nobis iniuria facta est,
Quae vel mitem animum subitam conuertit in iram,
Atque graui lacerat mortalia corda dolore:
Non quia praeceleri fato mors aspera fratres
Abripuit, miro virtutum flore nitentes:
Quantum animae doleo fatum miserabile nostrae,
Cum velut illustrem dominam formaque decora
Conspiciam, et claris regum natalibus ortam
Aspicio grauius vincam oppressamque catenis,
Quam manus hostilis bello superauit et armis, 310
Seruitioque tenet, marentem et lumina terrae
Figentem lachrymis stillantia. Talia nanque
Sum passus, talémque premo sub corde dolorem.
Fama est iniecto cum quenquam dente momordit
Caeruleus serpens, vulnisque influxit acerbum,
Hunc illis tantum iungi sermone libenter,
Vulnere quos dirus serpens affecit eodem:
Hos etenim tanti solos vim scire doloris.
Haud secus his nostrum nunc comemorare laborem
Fert animus, quibus idem amor est, afflictio compar, 320
Per similibusque dolor. Nanque hi duntaxat amico
Excipient mea verba animo, cordisque gementes
Optima cognoscent mysteria, qui cupientes
Dulce suis humeris pondus plenumque salute
Ferre crucis, partemque in magni regis habentes
Septis atque aula, simul et virtutis amore
Flagrant, et lapsos luctu miserantur acerbo.
Nanque aliis risum narrans mea fata mouerem,
Quorum extrema fide leuiter sunt pectora tincta,
Intima nec validus peruasit corda superni 330
Regis amor, verum totius tempora vitae
Vanis impendunt rebus studiisque caducis.
Sed pereant: quoniam nullo discrimine in omnes
Linguam armant, (telum quo non est promptius
vllum)
Rectos atque malos. At ego indulgere dolori
Non prius absistam, quam me fuga concita triffi
Eripiat vitio, saeuisque affectibus ipse
Clauem animi imponam, quibus omnes hostis acerbus
Nunc portas Belial reserauit, cum prius essent 340
Occlusae, cum me tegeret manus omnipotentis,
Atque esset vitis occasio nulla propinqua,
Quae nimium celerimotu accenduntur, ut ignis
Adiunctus stipulae, donec violentus in altum
Ingentem ventus subuekerit aera flammam.
O vitam ante meos scopulis immanibus artus
Preruptisque locis texissem et montibus altis.
Nam vita, et cura vitae carnisque relicta
Toto animo Christum ferrem, semotus ab omni
Cortu hominum, solique Deo nullis vitiatam
Sordibus atollens mentem, quoad vltima tandem 350
Mors bene speranti spatium mihi clauderet aui.
Rectius hoc equidem fuerat: sed dulce parentum
Me desiderium tenuit, visque acris amoris
Fractum pressit humi, velut aquae pondera librae.
Nec verò tam pressit amor, quam viscera cuncta
Rodens, et medium scindens miseratio pectus,
Passio cunctarum dulcissima nanque mouebat
Maestrate sua mentem mihi cana senectus,

Et mœror grauis, & natis orbata senectus,
 360 In super anxietas animum formidine terrenis,
 Dum mihi perpetuo metuunt, dulcémque laborem
 Semper habent, ac me censent pro lumine vitæ,
 Ærumnis grauibus pressum licet atque gementem.
 Et cui iucunda sacrata volumina curæ
 Antè forent (medio quæ spiritus ore priorum
 Sculpfit, & egregij duro sub cortice scripti
 Gratia fulgorem diffundens pneumatis almi,
 Vtilitasque latens, quam soli cernere possunt
 Qui bene purgarint generosa lumina mentis)
 370 Noctèsq; in somnes gratæ, luctûsq; precèsque
 Angelicique chori, qui psalmis omnipotentem
 Dulciter vsque mouent stantes, arcisq; superne
 Regi mittentes animas in cantibus, atque
 Diuersis eadem modulantes carmina linguis.
 Tum ventris labor authoris fontisque malorum
 Atque oculi, linguæque quies, moderatio risus,
 Et rabies iræ freno compressa tenaci.
 Quin etiam ratio sparsum temerèque vagantem
 Et passim spectantem animum stringebat habena,
 380 Totumque ad Christum referebat, spe melioris
 Allectum vitæ cælique cupidine tactum.
 Omnibus instabat moderatrix sedula membris.
 Diuinam ratio tollens ad sidera formam,
 Et domino sistens, cui iucundissimus iste
 Cordis motus erat, cælum in sublimè volantis
 Ac pro diuitiis fluxu strepituque molesto
 Qui me etiam noctu per inania somnia vexat
 (Visa etenim curas referunt nocturna diurnas)
 Diuinus nostris splendor lucebat ocellis.
 390 Fulgidæque eximij virtus & gloria cætus.
 Omnis at illa animæ peritit preciosa suppellex,
 Quæ prius amplecti clarissima quæque solebati
 Nilque mihi misero mansit nisi sola cupido,
 Ac me præter spem crucians ærumna, profusis
 Sic minor lacrimis, dubius timidusque futuri.
 Me ne iterum ad vitam referet diuina priorem
 Gratia dissolvens curas, onus atque repellens:
 An prius in mediis me fluctibus illa dolorum
 Extrahet hinc, cælo quàm nubila cernere possim
 400 Depulsa, vlcerebusque meis adhibere medelam,
 Ter miserum lucis cupidum post tempora noctis
 Postremæ, cum iam nemo succurrere possit
 Flentibus. Hic etenim nobis est prompta medela?
 Põst autem clausa est omnis medicina salutis.
 Iamque mihi canum caput est, rugosæque membra
 Tristis ad occasum vitæ iam prona feruntur.
 Sed nondum talem subij tantumque laborem,
 Non quando sanis agitatum flatibus æquor
 Sulcabam, ex Pharia litus tellure Pelasgum
 410 Naue petens fragili, Tauri brumalis in ortu,
 Tauri qui tanto nautarum corda pauore
 Afficit, vt pauci retinacula soluere nauis
 Ausint, atque ratem vasto committere ponto.
 Hic ego bis denis & noctibus atque diebus,
 Supplice voce rogans numen cælestè, iacebam
 Ad puppim exanimis. latus autè in vtrunque carinæ
 Aeqorei fluctus spumam rabiémque vomebant,
 Montibus aut scopulis similes, ingensque cadebat
 Vis vndarum in eam, sed & omnia vela moueri
 420 Conspiceres, vento in duos stridente rudentes.

Iam verò nebula tetra caligine cælum
 Fuscabant, crebrisque etiam fulgoribus aether
 Splendebat, validis clamoribus vndique ruptus.
 Tum me donauit Christo, pelagique periculum
 Vitæ, sanctis precibus votisque repulsom.
 Non cum lata graui quateretur Græcia motu,
 Vlla nec auxiliij iam spes alicunde pateret.
 At tremor horribilis gelidos inuaserat artus.
 Nondum etenim sacro Baptismate pectus habebam
 Imbutum, quando irahitur lustralibus vndis
 Cratia, & eximius splendor, quem spiritus adfert.
 Nec mihi cum fauces quondam vis aspera morbi
 Impleset valido flatu, sauiorque dolore
 Opprimeret, vitæque vias, auræque meatu:
 Non etiam tunc cum male sana vimina mente
 Intorquens, oculi punxi temerarius hircum.
 Tum subitus cruor effluxit, lûxque occidit omnis
 (Non secus atque illi, qui cadis crimine dextram
 Polluit) erratum luctûsq; excepit acerbus.
 Nec prius aggredior manibus transmittere sacrum 440
 Spirituale Deo, lacrymis quàm noxa soluta est.
 Non etenim impuro tutum est contingere purum, 44
 Non magis atq; hebetes oculos obuertere soli. 44
 Plurima præterea subij, quis carmine cuncta
 Cômemorare queat, queis me vexansque fauensq;
 Ad se diuinum numen persæpe vocauit?
 Sed nondum tales incur saucere procellæ,
 Quàm quas infelix animus tulit haud ita pridem
 Et quibus exolui miserè expetit, omnia promptè
 Abiiciens, nudus queat vt vitare minacis 450
 Vim flammæ, mundi que manus, facèsque draconis,
 Qui rabido gestit mortalia pectora dente
 Rodere. Nam Belia mea mens dulcissima præbet
 Pabula. Quis capitis liquidas mihi porriget vndas,
 Vt maculas omnes lacrymarum fonte repurgem?
 Luctibus assiduis, vt conuenit, horrida plangens
 Crimina (nanque animæ vitiorum sordibus atræ 46
 Munere nulla Dei melior concessa medela est, 46
 Quàm fletus, tristisque cinis, saccique prementis
 Asperitas) vt si quisquam sua fixerit in me 460
 Lumina, confestim gelido terrore tremiscat,
 Et rapidum studiis melioribus exigat æuum,
 Ægyptum nigram fugiens, duroque labores,
 Et Pharao immitem dominum, gressûsq; supernam
 Conferat ad patriam, nec bello captus in altis
 Chaldaæ maneat campis, lacrymasque profundès
 Fluminis in ripa sedeat, sua musica ponens
 Organa de manibus, ramis salicisq; propinqua
 Appendens, fidibus nec mollia carmina iungens.
 Quin potius seruire iugum, quod colla premebat,
 Effugiens, sacram properet contingere terram,
 Primus & instauret manibus memorabile templum. 470
 Quam semel vt terram fato grauiore reliqui:
 Nulla dies abiit, qua non ardentibus ipsam
 Votis expeterem: canosque hæc tanta cupido
 Infudit capiti, præmaturamque senectam
 Inuexit: vultumque solo demitto, grauique
 Conficior luctu, vereor que hominesque Deumque,
 Vestibus atque animo mærens, vocemque coërens,
 Vt lacrymis placidum reddam mihi numè olympi. 480
 Nanque humiles animos oculo solet ille benigno 48
 Aspiciere, & fastus hominum calcare superbos. 48

Ac

Ac veluti Solymis claram Ierichuntis ad urbem
 Pergens, vt referunt oracula sacra, viator
 Latronum insidiis est interceptus iniquis.
 Vulnere qui misero postquam complura nefanda
 Influxere manu, spoliatum tegmine vestis,
 Seminecémque truci linquunt feritate iacentem.
 490 Protinus in miserum leuites incidit, atque
 Sacrificus quidam: tamen est ab vtroque relictus.
 Ast vt Samarica pertransiit accola terra,
 Illius extemplo casum miseratus acerbum,
 Vulnere sana ligat facilis, properèque caballo
 Impositum in villam duxit, fuditque medelam
 Vlcerebus, curamque ægri, preciumque reliquit
 Discedens famulo. Quid tam mirabile, quàm quod
 Flexit Samaricum, qui non virtutis alumnus
 Flexerat? Haud etenim, quidnã ista recondat imago
 Assèquor, externo siquidem velamine multa
 500 Numinis abscondit sapientia magna superni.
 Haud mihi disparibus misero procumbere fatis
 Contigit, ac sacra venientem nuper ab vrbe
 Sæuus latro, animis qui nostris tempora vitæ
 Inuidet æthereæ, simili feritate cecidit:
 Ac mea diuinis spoliavit pectora donis,
 Non secus atque Adamanturri pulueris huius
 Casûsq; aethorem veriti perceptio ligni,
 Quem sedè deiecit humi, qua texerat ortum.
 At nunc summe parens animæ miserere precantis,
 atque à me mortis miuitantia tela repelle,
 Quem grauius pressum cernens sacer ordo reliquit.
 Vulnere rite liga festinus, ad hospita ducens
 Tecta: dehinc vitam sacram me rursum ad urbem
 Incolumem mittas, maneamque ibi fixus in æuum.
 Submoueasque malos fures, callémque molestum,
 vulneratque, & facta quamuis pietate tumentes
 Sub pietate tamen pectus crudele gerentes.
 Ascendisse duos sacrata volumina quondam
 In templum narrant homines: quorum alter iniquo
 520 Turgebat fastu, primas apud omnipotentem
 Laudes ex cunctis mortalibus, atque decoræ
 Virtutis palmam sibi dans, vhariseus inanis:
 Alter ob iniustos ad iniqua telonia quæstus
 Luctibus atque graui fractus mœrore iacebat,
 Ille quidem inflatus meritorum ex ordine summam
 Subducens, legis decimas, ieiunia crebra
 Instabat, priscisq; viris de laude mouebat
 Certamen, tumido calcans sermone telonen.
 Hic verò lacrymans feriebat pectè ra palmis,
 Nec verò in cælum, sedem Patris altitonantis,
 Spectabat, verum in terram seruili, figens
 Lumina, stansque procul fundebat pectore vocem:
 Parce tuo famulo Deus optime, parce roganti.
 Respice me facilis noxarum mole grauatum.
 Non lex, non decima, non me benefacta tueri,
 Ac dulcem misero poterunt afferre salutem.
 Ficta nec in nostrum caput hic conuicia torfit.
 Quin etiam impuris pedibus contingere templum
 Hoc vereor. Sed me ipse p. iter lenissime serua,
 540 Inque hominem stillet tua gratia sancta prophanû,
 Quæ spes vna malis abs te porrecta refulget.
 Talia dicentes Deus audit, ac miseratur
 Quem videt afflictum luctu, spernitque superbum.
 Hos pater aspiciens confestim tale tulisti

Iudicium: hincque mihi leta est fiducia nata
 Ipse miser fateor, sum pessimus ille Telones,
 Consimiles edo gemitus, idémque iuuamen
 Expecto, veniamque peto, tua numina supplex
 Implorans, si te quondam matèrque patèrque 550
 Luctibus & lacrymis sanctè coluere, precèsque
 Fuderunt, partémque tibi tribuere bonorum:
 Si puris etiam votis sanctisque litarunt,
 (Nunquam etenim quicquam te dignû fecimus ipsi.)
 Sis memor, ac fer opem, curasque repelle nocentes.
 Nec mihi spinarum constringant guttura rami
 Aut iter ad superum tendentem forte morientur:
 Quin potius mea certa Deus tutela salûsq;
 Illa sum me mitte precor, siquidem ipse tuus sum
 Cultor, sum tua fors, teque vnum numen ab ortu
 Perpetuo colui, nam me deuouit ab ipso 560
 Chara tibi genitrix vt ero, quo tempore natum
 Percipiens Annæ præclaris vocibus vsa est.
 Da mihi da puerum summi regnator olympi:
 Ædibus inque tuis omnes tibi seruiet annos.
 Dixerat, & precibus flexus de nocte parenti
 Designans nomen pueri: prolèsque secuta est.
 At vero illa tuis me protinus, vt Samuelem,
 Addixit templis, Samuelem si tamen vnquam
 Expresti, sed nunc conferri posse prophanis
 Ipse mihi videor natis, quos extulit Heli 570
 Qui facta ingluuie sanctas à simplice plebe
 Oblatas solido rapiebant pectore carnes:
 Diuinòque auidis manibus tractare lebetes
 Ausi, luctifica clauserunt lumina morte.
 At mea spem genitrix meliorem corde fouebat,
 Cum te natorum donauit parte suorum.
 Namque manus nostras diuinis sedula libris
 Lustrabat, corpûsq; etiam complexa tenellum
 Talia verba dabat: Lam vir clarissimus olim
 Extitit, intrepidus qui sanctam duxit ad aram 580
 (Res miral) acceptum diuino munere natum,
 Currentem ad cædem, sacrum laudabile, charam
 Tardiparæ sobolem Sarra, generisq; potentis
 Radicem, quam spes sculpfit, promissa que magni
 Numinis. Abrahamus porro graue munus obibat
 Sacrifici, pecudisq; vicem præbebat Isachus.
 Ast ego te viuum Christo charissime munus
 Offero nate, velut promissio nostra ferebat.
 Tu facito vt matris votum promissa que firmes:
 Quæ te concepi precibus, quæque optimus vt sis, 590
 Et vitæ eximiam, flagrantibus expeto votis.
 Hos tibi præclaros & nunc & postea census
 Porrigo, sunt autem multò meliora futura.
 Hoc genitricis erat votum, cui protinus ipse
 Cedendum in tenera quamuis ætate putauit,
 Ac noua molem animum pietatis firma notauit.
 Nutibus at Christi me lotia sacra manebat,
 Abiectum alloquio famulum dignantis aperto.
 Meque pudicitia obuinxit, carnique catenam
 Iniecit, sophiaque ardenti afflauit amore 560
 Cælestis, vitæque huius, que coniugis expers
 Ducitur, æterni referens præludia seclî,
 Nec costam querit (proprium quæ corpus amore
 Cingit & illecebris damnosum ducit ad esum)
 Sed regi supero sanctum transmittit amorem,
 Nec totum Christi dextra omnipotente creatum

Partitur Christo, thalami sociæ que ingalis.
 Qui me per strictum callem plenimque laboris
 Ducit ad angustam salebroso iramite portam,
 610 Quam non multi adeunt humano sanguine creti:
 Atque Deo diuum me vexit in athera, diuum
 Factum non genitum, nigræque ex morte perennem;
 Cùmque Dei socium seruator imagine corpus
 Attrahit, vt magnes durissima pondera ferri.
 Heu miser, heu quam pestiferis, granitèrque luendis
 Mens mea criminibus lesu est! heu gloria inani
 Perfusum mortale genus fastuque proteruo!
 Quam verè leuibus conferrì possimus auris,
 Aut etiam similes Euripifusilis vndis
 620 Voluimur in terra vano splendore tumentes.
 Nec res vlla, manet stabilis mortalibus vsquam:
 Non virtus, non improbitas: callèsque propinqui
 Inter se existunt, vt nec qui crimine mentem
 Polluit, hoc ipsum norit, qui nam exitus illum
 Expectet, nec qui studium amplexantur honesti,
 Virtutem fixam teneant certamque futuri.
 Vtque metus vitium pellit, sic liuor iniquus
 Virtutem exagitat. Voluit nam Christus vtroque
 Incuruari homines: vt non superabile robur
 630 Ipsius asficiens sursum tua lumina tollas.
 Optimus is vero est, graditur qui tramite recto,
 Nec caput ad Sodomæ fumantia tecta retorquet
 Quam scelerata nouo populata est igne libido:
 Sed properè fugit in montem patriosque penates
 Eiicit ex animo, ne posthac fabula vulgi
 Linqatur, saxumque salis concrescar in albi.
 Ipse meus porrò testis queo casibus esse,
 Quam nostrum genus in vitium proclue feratur.
 Nam qui incunda primæ in flore iuuentæ
 640 (Cùm leuis in molli versatur pectore sensus)
 Umbrosa solum ratione, et moribus vtens
 Egregis ducibus sublimia tecta petebam,
 Certa in regali figens vestigia calle:
 Nunc cum collecta est ratio, iamque ipse senectæ
 Ad finem accessi, miser heu velut ebrius erro
 Ac seua obliquus pugna me commouet anguis,
 Et rectè consulti rapit furtimque palamque.
 Interdum mea mens ad regem fertur olympi,
 Interdum in mundum deuexo pondere vergit,
 650 A quo anima grauiter lesa est pars maxima nostræ.
 Sed licet improbitas me totum obtexerit atra,
 Atque in me nigrum virus diffuderit hostis,
 Sepia caruleas vt succo peruomit vndas:
 Hactenus ipse tamen peracuto lumine cerno,
 Vt norim quam productus origine, quòque
 Tendere percipiens, quam sædo gurgite mersus
 Infelix iaceam, quamque alte in viscera terræ
 Corruerim, subterque etiam in spatiosa barathra.
 Nec vero illa meam recreant solatia mentem,
 660 Verbaque decipiunt, que turpes subdola motus,
 Auxilio vitiumque iuuant, prauoque fauore,
 Grandia nec cernens aliorum crimina letor,
 Excelsa tanquam ipse sedens virtutis in arce.
 Quid iuuat ægotum, ferro dum membra secantur,
 Cernere quos grauius cruciet vis aspera ferri?
 Quid iuuat obstrictum vitii scelerator alter?
 Nam bonus ex meliore queat decerpere fructum,
 Non secus atque malus (siquidem qui cernit aperte

Vtilis esse potest oculorum lumine capto)
 At gaudere malis perstricta est improbitatis. 670
 Quod si quis turpi vitiorum labe notatum
 Censeat esse probum: doleo, tacitèque gemisco.
 Malum, cum recto studeam, vitiosus haberi,
 Quam vitio indulgens iusti clarescere fama,
 Mendaxque ignaris mortalibus esse sepulchrum:
 Quod licet internè sententia corpora claudat,
 Calce tamen nitet externa, gratòque colore. 680
 Ille oculus nostras gelida formidine mentes
 Concutiat, radiis qui pallida tartara lustrat,
 Qui fundum pelagi mentisque arcana tuetur.
 Nilque secat tempus, verum præsentia summo
 Cuncta Deo. Quanam porrò sua crimina quisquam
 Contegere arte queat? quisnam locus ille patebit,
 Quo nos extrema trepidantes luce tegamur?
 Quis feret auxilium? quis magni lumina regis
 Fallet, cum rerum purgatrix flamma datura est
 Iudicium, turpis vitii siccamque lenemque
 Naturam absument, et scædas crimine mentes?
 Me lux illa graui noctesque diesque tremore
 Afficit, ethereo cum mentem à Patre fluentem 690
 In terram video, et nigro cum puluere iungi,
 Quem fugere intentis conatibus ipse parabam.
 Ac velut hiberni spatiosa in fluminis ora
 Aut pinum, aut platanum, vernatè fronde perenni
 Vicinis illisa terit radicibus vnda:
 Ac primùm illius retinacula cuncta reuellit,
 Cogitque in præceps pendentem inflectere ramos.
 Mox verò nimium paruæ radiæ retentam
 Funditus abrupit, mediisque in vertice fusam
 Protinus in cautes impellit et aspera saxa: 700
 Hic et colluues, et vis pluuiatilis illam
 Inficit, ad ripamque iacet sine nomine truncus.
 Sic quoque nostram animam, que Christo læta virebat,
 Impete pestifero truculentus perculit hostis.
 Nuncque infelicis iam magna ex parte peremptæ
 Reliquiæ tenues errant, temerèque vagantur.
 Quas vitinam clari summus dominator olympi
 Excitet, ex nihilo qui nos effinxit, et idem
 Extinctos rursus finget, viteque secundæ
 710 Afferet, aut flammis ardentibus excruciantos,
 Aut percepturos æternæ gaudia vite.
 Sint ne omnes autem cælesti luce beandi
 Affirmare meum non est, tibi Christe relinquo.
 Magne Deus quanquam me gens inimica laceffens
 Infirmum exanimemque vocat, motoque latenter
 Vertice prosequitur seuo mala nostra cachinno:
 Ne finito hostili victum procumbere dextra.
 Sed spe cælesti primùm mea pectora fulci.
 Ac ne deficiat mea lux, alimenta ministra,
 720 Humentisque olci nonnullum infunde liquorem,
 Qui lychno auxilium sitienti porrigat, vt lux
 Accenso igne mihi iamiam rediuiua recurrat,
 Et fruatur æternæ præclaro lumine vita.
 Tum verò ærumnas à nobis discute tristes,
 Venisique in latum pelagus committe ferendas:
 Atque auras concede leues. Sat nanque malorum
 Pectoris ipse mei domuisti mole tumorem:
 Seu vindex meritis mulctans mea crimina pænis:
 Seu velut indomitum variis durisque caballum
 730 Cursibus, ingentique dolorum examine frangens:

SEM

Seu fastum reprimens, homines pietatis amicos
 Qui facile inuadit, mentis grauitate carentes,
 Queis bonitas diuina mali est occasio fastus:
 Seu documenta volens per tot mala proderè nostra,
 Vt cuncti vitam viteque aduersa perosi,
 Et dubios casus atque infortunia iustis
 Iniustisque simul venientia, præpete cursu
 Æternum meliusque bonis properamus ad æuum.
 Verum hæc diuinæ sophiæ sunt abdita fundo,
 740 Quæ fluxi documenta ferunt mortalibus eni,
 Tam bona quàm mala: sed Verbo sunt optima cuncta,
 Multa licet fugiant mentis sublimia nostræ
 Crasitiam. Nam tu præclarè vtrinque gubernas
 Clauum huius mundi, quo gens mortalis abacta
 A scopulis, vite malefidas traicit vndas.
 Ast ego iam grauium confectus mole dolorum,
 Te genibus flexis supplex obtestor, vt ad me
 Lazarus extemplo veniat flammisque calentes
 750 Leniat humenti digito, nec chasmate vasto
 Vltreius teneat, sinibusque excludat amænis
 Abrahami, ærumnis locuples pænæque perenni.
 Quin potius mihi mitte manum, tristisque dolores
 Ipse salutifera quamprimùm pelle medela,
 Priscæque nunc in me facilis miracula profert.
 Dic, et sistatur profluxio scæda cruoris:
 Et grege porcorum stimulis furialibus acto
 Proruat in pelagus Legio, procul atque faceffat.
 Excute deformem lepram, cæcisque recurrat
 Lux oculis, rursusque meas vox verberet aures.
 760 Arentesque extende manus, et vincula linguæ
 Solue, pedumque malos firma rex maxime gressus:
 Pane perexiguo satia, compece tremendos
 Æquoris irati fluctus, et sole nitente
 Tu mihi splendidius radia, corpusque grauatum
 Erige sustentemque reduce ad lumina vite.
 Nec veluti sterilem iubeas arefcere ficum.
 Præsidis aliis alij Deus optime fidunt,
 Et genere et cinere exiguo, fastuque fugaci:
 Aut aliam quandam spem complexantur inanem.
 At soli tibi solus ego sum Christe relictus,
 Imperio qui cuncta tenes: in te mihi robur
 Omne situm est, in te fiducia tota salutis.
 Non animi curas depellet sedula coniux
 Que vel mærentem dulci sermone maritum
 Oblectare potest: nec chara gestio prole,
 Quæ subnixæ velut primos renouatur ad annos;

Nec tremulo terram pulsat pede curuâ senectus.
 Sed neque germanis, nec iam delector amicis.
 Nanque illostristi rapuit mors aspera fato:
 780 Hos autem cælo ventorum turbine puro
 Gaudentes simulatque leui thamunfia statu
 Instabilis fidos socios commouerit horror,
 Afficit, et pavidos gelidus tremor obsidet artus.
 Vt verò confecta siti cum cerna propinqua est
 Fontis aquæ gelidæ: sic nobis vna voluptas
 Hæc erat, eximia nimirum laude corusci
 Et virtute graues homines Christumque ferentes.
 Altius in terra viuentes corpore crasso,
 790 Æternum flamen sincera mente colentes,
 Coniugis expertes, contemptoresque caduci
 Fluxarum rerum mundi. Sed et hi quoque de te
 Hinc atque hinc stantes pugnant, et marte nefando
 Contendunt: legemque Dei perfregit iniquus
 Liuor, amicitia felicia vincula soluens:
 Cuius nil nobis superest nisi nomen inane.
 Vt si quis seuum cupiens vitare leonem
 Vnguibus occurrat furibundæ protinus vrsæ:
 Atque illam rursus fugiens, edesque libenter
 Ingressus, paries dum languida brachia firmat,
 800 Præter spem infelix diro feriatur ab angue.
 Sic mihi, cum variis tener mouearque procellis,
 Nulla tamen miseris sanat medicinæ labores.
 Immo etiam quicquid postremum occurrerit, illud
 Intima peruellit grauiori corda dolore.
 Vndique porrò oculos versans, inque omnibus à te
 Afflictus, rursus Deus ad te lumina tollo,
 In quo præsidij spes est mihi tota reposita.
 O qui cuncta potes, nullo generate, nec vllum
 Principium agnoscens, qui principium genuisti
 Æternum natum, lucis similis iubar ingens,
 Ex vno arcana ratione fluentis ad vnum,
 Nate Dei, Verbum, rex, et Sapiencia, veri
 Author, et archetypum referens, Patrique potenti
 Natura equalis, præcellens, Pastor, et Agnus,
 Mortalisque, Deusque, et victima pura, sacerdos,
 Spiritus à summo procedens Patre, tenebras
 Mentibus à nostris pellens, et pectora pura
 Ingrediens, hominique ferens deitatis honorem,
 820 Sis facilis misero, nec non vertentibus annis
 Da precor, vt reliquo mortalis tempore vite,
 Atque etiam tota posthac deitate coruscans,
 Perpetuo laudum celebrem te carmine letus:

SCHOLIA IN PRÆCEDENTEM TRACTATVM.

Verf. 33. Namque et fluctus) Antapodosis est, qua ea que superius de Amalechitis, leonibus, ceto, fornace ignis, et mari fluctibus agitato cecinit, ad propositum accommodat.
 89. Lucem asimulans) Gr. φῶς ἐκ φῶς. φῶς enim hic lucem significat, non hominem vt verterat interpres. Opponit enim hic φῶς ἐκ φῶς. alludens ad illud Apostoli. Satanas se transfiguratur in angelum lucis.
 98. Quibus exitiosa libido) Vetus enim est et tritum illud Græcorum dictum, ἄκτιμι κῶπος ὕδρω. Vnde etiam superius κῶπον ὕδρω vocauit.
 108. Est panis rigidus) Hic se frugali admodum et sine arte mensa delectari indicat Theologus, vt ad cuius stomachum faciat satis sal, panis et aqua, que tria sola quarta feria et prosabbato à Christianis sumi Apostolos præcepisse scribit Epiphanius lib. 3 tom. 1. hæresi. 75. Vfos autem antiquos sale pro obsonio, istud Diogenis indicat, cum Cratero à quo vocabatur ad hospitium respondit, se malle Athenis sale lingere, quam alibi opiparis vesci epulis. Hinc Horatius, Cum sale panis latrarem stomachum bene leniet. Idem alibi Tigellium eantorem ita loquentem inducit. Sit mihi mensa tripes, et concha salis puri. fortasse et eo spectat quod

Cicero in Laelio multos cum eo prius modios salis sumendos praecipit, cum quo amicitiae vinculo coniungi desideras. De sale autem ipso, et cur illum Homerus diuinum, et Plato sacrosanctum vocet, Plutarchus in Symposio disputat decem. 5. problem. 10. Plinius lib. 31. cap. 7. ex Varrone, sale pulmentarii vice vsos veteres, illoque salem cum pane esitasse testis est.

128. Somnia vana) Hoc verbo saepe vtuntur sacri scriptores ad exprimendam rerum humanarum vanitatem. Vt Iob de impij felicitate loquens, Sicut somnium auolans non inuenitur: transiet sicut visio nocturna. Itaque male in impressis codicibus legitur, αμολαντων, i. circumuolantibus, legendum enim est αμολαντων, i. auolantibus: vt et sensus postulat et carminis ratio.

169. Haecenus attingens) Quasi diceret hac vna de causa mater mearum fluxarum curam capebat, vt velut viaticum quoddam sibi ad iter caeleste compararet. Nam hoc quoque loco βίος commodissime pro facultatibus viteque commodis accipi potest. Vt sit sensus, Eam non alio nomine rei familiaris curam habuisse, quam vt haberet vnde egregie de pauperibus mereri posset.

203. Vocemque tributa legentis) φωνή enim idem est quod φωνή, Alludit enim Gregorius ad illud Iobi 39. Non audierunt vocem exactoris. Est enim profecto hominibus tenuis fortunae admodum atrox et horrenda vox eorum qui exigendis tributis praefecti sunt.

227. Nam quos praeter spem) Seneca in Thyeste.

Proprium hoc miseros sequitur vitium
Nunquam rebus credere letis.
Redeat felix fortuna licet,
Tamen afflictos gaudere piget.

Tot fraudes) In Graeco exemplari corrupte legitur δολοποιαις, δολοποιαις enim in substantiuo legendum est. Idque apparet ex eo quod sequitur.

279. Puritas aeternas) εἰσὸς εἰσοῦς, ai lego in neutro plurali, vt opponatur rebus fluxis et fragilibus, non in masculino vt Aldus.

297. Censuram diripitur) βίον σκιδναυδης, et c. βίου enim nomine, hic non vitam, sed opes et facultates significat, quae a centimanis illis Briareis, qui imperatorij fisci curam gerebant, post Casarij mortem crudelissime direpta fuerunt. Quod autem sequitur, πρὸ ζωῶν idem est, ac si dixisset, ὀν κων.

301. Atrox nobis iniuria facta est) Iniuriam hanc innuit, cuius proxima adnotatione mentionem fecimus.

314. Fama est iniecto) Morsus a serpente neminem alloqui sustinet nisi a serpente morsum. Adagium est quo significamus dulcissimam esse eam consolationem, quae ab eo proficitur, qui iisdem calamitatibus affectus est, quibus ille, quem consolatur.

336. Virtutis amore) ἀδιδλω εἰρηουσι. Mihi commodior sensus futurus visus est, si hoc loco ἀδιδλω nō ad rerum humanarum prosperitatem referrem, sed ad rectum et inoffensum virtutis amorem. Hoc enim pulchre congruit cum iis, quae paucis ante versibus de anima sua calamitatibus luctuosē dicebat.

370. Angelicique Chori) Monachos describit quemadmodum et multis aliis locis, sed potissimum in prima oratione de Pace, et in priore inuectiua aduersus Iulianum. Ac beati illi monachi qui huiusmodi exemplar ad viuum exprimunt. Etenim vt est in proverbio, Multi thyrigeri, pauci Bacchi.

375. Ventris auctoris malorum) Nam ex esu interdicti illius pomi mala omnia nobis profluxerunt. Vtrem malorum auctorem vocat in oratione de pauperibus amandis.

379. Quin etiam ratio) Gr. παρῶσι παρῶσι οἷα ῥόν γ' ἔστι εἰς ἑρπε χριστῶ. Sic enim habetur tum in Aldino tum in Herguagiano codice. Ego tamen virgulam non post παρῶσι οἷα, sed post ῥόν pono, et deleo particulam illam inutilē γα.

409. Ex Pharia littus) Gr. γαίης ἐν φάρῳ ἐπ' ἀχαιοῖς. i. ex Alexandria in Graeciam. Pharos enim insula est Alexandria proxima. Et Achaia, alioqui Straboni lib. 8. pars Peloponnesi septentrionalis, hic syncdochicos pro tota Graecia accipitur, quemadmodum et apud Onidium,

Cognita res vati meritam per Achaïdas vrbes
Contulerat fumam, et c.

471. Sacram properet) In Graeco legitur διεργῆς, sed mendosē. Exponit Aldus per sacram, quasi sit διεργῆς, sed profecto legendum δ' εἰρηῆς, vt dicitur aduersatiua particula, non autem δ' εἰρηῆς praepositio.

476. Conficior luctu) Gr. πρὸς αἰεζων luctum laturus. sic enim legitur in duobus impressis exemplaribus. Ego tamen pro αἰεζων substituo αἰεζων, quemadmodum Homerus dicit, πρὸς αἰεζων. Improprie enim hoc loco futurum αἰεζων iungeretur cum tot participij praesentis temporis. Nec enim ait se luctu affectum iri, verum iam in luctu et squallore versari.

506. Terreni pulueris) Quemadmodum enim quoad animam omnes Deum patrem habemus, ita et Adamum quoad corpus. Vnde Apostolus, Qualis terrenus, tales et terreni.

522. Palmam sibi dans) Lego hic ὄσκα, non vt in impressis codicibus ὄσκα. Neque enim Pharisaeus ille primas pietatis apud Deum obtinebat, vt pote qui a Deo propter fastum animique elationem reiectus sit: sed ita cristas attolebat, quasi nemo ad ipsius virtutem animique praestantiam accederet.

607. Partitur Christo.) Gr. χριστῶ τῆ μοιότης. i. ita animum hominis diuidentis, vt partim Christo seruiat, partim vxori.

632. Testa retorquet) Gr. μετὰ σφίφεται. i. caput vertit, oculos refert, vt vxor Loth, non autem volutatur: vt interpres verterat. Aliud enim est μετὰ σφίφεται, aliud χαλινδύεται.

651. Sed licet improbitas) Gr. κακὴ ἐκαλόυμαι καίνα. Lego κακῆς, vt idem sit quod κακία: alioqui quid κακὴ μέλαινα significabit?

681. Nilque fecat tempus) Tempus, inquit, apud Deum nihil fecat, nec futurum a praeterito dirimit. Apud eum enim omnia sunt praesentia.

741. Sed verbo sunt optima cuncta) Gr. λόγῳ δὲ τι πάντα φέρεται. λόγῳ hic pro filio Dei accipio, vt sit sensus, Quamuis nos rebus prosperis bonorum nomen tribuamus, aduersis contra malorum: tamen apud Deum vtraque optima sunt, quippe quae optima ratione mortalibus a Deo immittantur.

768. Fastique fugaci) Gr. εἰσφύϊσθημερον ἔσθ. i. supercilio et fastui breuissimē duraturo.

781. Simulatque leui) Gr. δὴ ἔλω φρίκα τε ἐμῆσσι. i. ad leuissimam quamque amicorum afflictionem et calamitatem animo cohorrescunt; eosque perfidē deserunt. Tritum est illud Ouidij, Cū fueris felix, et c. φρίξ autem initium motus corporis significat: Galli seruata nominis origine, frisson vocant.

792. Hinc atque hinc stantes) Gr. μετὰ ἀμφοῖν ἀεὶ οἷο δὲ κειδῶν, et c. Notat autem intestina Episcoporum dissidia, et faedas de religionis negotio, et diuinitatis cultu concertationes.

CONQUERITVR DE SVIS CALAMITATIBVS.

Sape (fatebor enim) in mentem mihi venit iniqua
Carpere voce Deū. Nanque et seruire frequēter
Murmur fert dominus tacito de pectore manans.

Et lenis genitor nati petulantia verba
Excipit aequo animo, nec iusta exaestuatur ira.

Ergo etiam nostras facili precor aure querelas
Accipe, quas mærens animus scænoque dolore

Obrutus æthereum tibi rex bone mittit ad axem:

Nam iuuat è medio depromere corde dolorem,

Et luctum lenire solet narratio luctus.

Quid me tam dura Deus optime mole malorum
Vexasti, inde ex quo charæ genitricis ab aluo

Fusus ad humanæ veni spiramina vitæ?
Non etenim referam quod me caligine densa

Presisti, in matris gremio durisque catenis;
Cur terra et pelago tot dura aduersaque rerum

Spicula vibrarunt in me simul hostica turba,
Quosque mihi certum fixædus sociarat amoris,

Atque ducum scelerata manus stimulatæ furore?

Cur et nostrates, et gens longinqua palamque,
Et furtim iaciunt in me aduersaria verba,

Ac miseranda petunt saxorum grandine membra?
Quis cuncta exactè referat, viuoque colore

Exprimat, vt tanto non cedant verba dolori?
Omnibus vnus ego notus non arte loquendi,

Nec quia corporeo reliquos ego robore vincam:
Sed me nobilitant gemitus, tristisque dolores.

Ac velut horrendum latratibus vsque leonem,
Vndique me rabido morsu petit impia turba,

Quaque oritur Titan, quaque ignea subtrahit orbi
Lumina, Quinetiam quondam reor esse futurum,

Vt quis contractæ rugas et serua mentis
Discutiens epulis, vel iter fortasse capefcens,

Vel citharæ pulsu curarum nubila pellens,
Fatæque nostra canens muta tristissima voce,

Gregorij nomen memoret, quem parua feraci
Cappadocum in terra tulit vrbis Diocæsariensis.

Sunt quibus immensas tribuas bonus æris acervos,
Sunt quibus egregiam sobolem, formamque nitentem,

Nonnullis decus eloquij, vacuumque timore
Pectus: at ipse mihi nomen famamque parasti

Ob vitæ ærumnas atque agmina seua malorum,
Atque omnes in me fixit tua dextra sagittas.

More quidem Iobi crucior, sed dispare causa.
Non etenim eximij cuiusdam militis instar

Viribus ipse meis fultus cum dæmone seuo

Luctor, vt egregie postquam certauero, palmam
Des mihi, succingasque caput victrice corona.

Nondum ego sum tantus, nec gloria tanta dolores
Consequitur. verum scelera me soluere pœnas

Sentio. Quod verò scelus est ex omnibus illud,
Quod te præ reliquis tam dura concitat ira?

Iam retexam arcana, quod mens altissima claudit.
Crimina nanque tegit, tacita qui voce fatetur.

Cum tibi me totum addixi, penitusque dicaui,
Cunctaque praesentis calcaui commoda vitæ,

Excelsamque tibi tollens ad sidera mentem,
Carnis ab illecebris nexuque et amore remouei.

Cumque animum regeret ratio, doctrinæque sacra,
Omnes ipse mihi longè superare, caputque

Altius in superas sedes efferre videbar.

Quæ res inuidiam peperit mihi, damnæque multa,
Ærumnasque graues, quæ nulla exoluere mentem

Arte queo. sic me tua gloria vexat in altum,
Atque eadem rursus me gloria traxit ab alto.

Nanque tua in mentes semper furit ira superbas,
At verò, et mihi qui cupitis bene, quique maligno

In me animo arderis, quid dicam, attendite quæso,
Et semel acceptum fidis committite chartis,

Omnis vt hoc ætas noscat ventura nepotum.

Ipse recusavi sedem sprenique paternam.
Haud etenim fas est diuina infringere iura.

Illi lex sedem tribuit, plebomque regendam:
Ast ego grandæuis iuuenilia brachia palmis

Suppositui, iussisque patris precibusque putui
Cedendum, patris, quem non ego solus honore

Affeci, sed et ille etiam distabat ouili
Qui procul a nostro, seniumque paræmque senectæ

splendorem venerans animæ, radiosque micantes.
Ast vbi qui nostra moderatur tempora vitæ

Iussit, vt externa Christum regione, sacrumque
Flamen ad ignotas gentes spinosæque ferrem

Arma: licet tenuis pluuiæ sim guttula, magnum
Numinis auxilio popululum tamen ipse rigaui.

Vt verò ad patrios idem remeare penates
Me voluit, morbis natum curisque molestis

(Cura homini porro crux et lethale venenum est)
Exiguè fessos recreaui corporis artus,

Insigni pastore dato, ne praesule cassas
Aggrederetur oues quisquam, raptasque voraret.

At postquam plebisque duces, plebsque ipsa moueri
Cæpit, et incertis animis nutare fidæque,

50

60

70

80

90

Ob desiderium ducis, insultumque ferarum,
Quæ Christo intacta nato de ventre parentis
Amentes metem extorquet, mancumque relinquit,
Pars hominum nostris omnino incredula morbis
Vsq̄ meo tacitum lacerabat murmure nomen,
Meque pium nimio populum contemnere fastu
Censabat, si non verbis iactabat apertis.

100 At cernit nostros, qui cernit cuncta, dolores.
Iudicium de me rursus pars magna ferebat.
Somnia vana sequens, quæ cuique insana cupido
Finxerat, ut plerisque solet componere ludos:
Aut Deus hoc etiam retegebat, dum mihi latum
Obtendat finem, ne spes tristissima mentem
Conscieret, siquidem postremo ætatis in actu
Me quoque dura nimis premerent incommoda rerum.

Ergo demissa supplex ceruice potentem
Christe tuam subeo dextram, captiuamque tendo

110 Brachia. Ius aliis esto vindictæque curæ.
Nil ego iudicium mundi moror atque tribunal.
Quocirca me sancta ferat tua Christe voluntas.
Quo me cunque feret, nullo cum murmure pergam.
En cernis quanto miser obruar ipse dolore.

Vatius ego ritu premor alto pectore cæli:
Reliquias miseræ tenues tibi porrigo vitæ.
At miserere precor, fatique vrgentia tela
Comprime, quid tanta me vexas mole dolorum?
Non etenim his solis, quibus est charissima virtus,

120 Christe saluiferum fudisti in morte cruorem,
(Tempore quo summa cæli delapsus ab arce
Venisti in terras, iunctus (mirabile dictu))

Humanae carni Deus immortalis, et omnes
Corporis atque animæ detergens sanguine labes.)
Nec mea criminibus sola est mens tincta nefandis,
Quippe aliis multis, scelerum quos sarcina maior
Curuabat, veniam facilis laudemque dedisti.
Tres sacra commemorat claros doctrina telonas,
Matthæum, Zachæum, et qui pia vota precæque
Fundebat lachrymis diuina oppressus in æde:
His me sancte velis genitor subiungere quartum.
Corpora tres rursus resoluta habuisse leguntur,
Qui vili in lecto, qui puro in fonte iacebat,
Atque ea, quam misere vinctam afflictamque tenebat
Spiritus: his me iunge pater sanctissime quartum.
Denique tres vita functos ad lumina vitæ
Vox tua restituit, nigroque extorsit Auerno.
Prima surrexit Iairo prognata parente,
Tum viduæ soboles, tumulo postremus opaco
Fætibus, et media consumptus parte repente
Lazarus exiit: tribus his me iungito quartum.
Atque et nunc dulci medicamine pelle dolores,
Et vitæ expleto cursu mihi certius æuum
Annue, meque hilarem semper tua gloria seruet.
Me duce plebs habuit fidei bona pabula sanæ:
Nunc si corporeo mens nostra è carcere migret,
Præsule, Christe, velim posthac meliore fruatur.
Quod si non dabitur melior, Deus optime saltem
Ille minus duris rerum iactetur in vndis.
Nam qui alios grauibus morbis purgare laborat,
Nō decet hunc hominē grauibus lægescere morbis.

SCHOLIUM.

Verf. 54. Crimina nanque tegit) Qui, inquit, priuatim peccata confitetur, tegere potius atque occultare peccatum videtur, quam faceri. In Aldino non xp̄i legitur, sed ap̄i. i. lacerarunt, sed vitiosè, ut opinor. At certe sensus erit: qui peccata retinet, ea potius lacerat quam sanat, sed prior lectio magis arridet.

AERVMNAS SVAS LVGET, CHRISTUMQUE OBSECRAT VT SIBI VITÆ FINEM AFFERAT.

Ponte mihi longè charissime, patria tellus,
Vosque etiā externæ sedes, viridisque iuuetus,
Atque senecta grauis libitina proxima tristis:

O doctrina nimis vano quaesita labore,
O etiam doctrina sacri mihi munere parta
Spiritus. O vrbes atque horrida rupibus antra,
Aeris à nostro pellentia corpore tela,
Omnia quæ subij cupiens me adiungere Christo,
Quis fit ut vnus ego salebroso tramite curram,

10 Ac mea perpetuis quatiatur vita procellis?
Nec semel in terris vestigia figere lata
Concessum est misero: verum perfuncta labore
Membra nouâ rursus cruciantur mole laborum.
O patris æterni sapientia, dic age, quæso,
Dic age, tantorum quæ sit mihi causa dolorum.
Cur labor egregios homines exercet et angit?
Impia cur nullo vexatur turba labore?
Supplicisne scelus meritis tua vindicat ira?
An potius purgas animos fornace dolorum,

20 Eximere ut sordes fuluo solet ignis ab auro?
Anne etiam valido me vis inimica furore,
Ut Iobum prius, aggreditur, pugnaque lacepsit,
Tūque tuum pugilem molli perfundis oliuo,

Nudatumque paras ad magnum et nobile bellum?
Ut postquam illustri tulero certamine palmam,
Me collaudatum dones mercede perenni.
Hæc tibi Christe quid sunt cognita, nanq; gubernas
Arcanis totum sapiens rationibus orbem:
Quarum pertennes radios lucemque tuemur,
Dum luteum gerimus corpus, dum lumina tarda.

30 Ast mihi iā miseros languor grauis occupat artus,
Iamque animam leuis aura tener, iam pallida mortē
Intentat mihi mors, confecto mole malorum,
Quæis me inimica phalanx vrget, quæis me agmen
amicum,

Qui dolor est omni maior grauiorque dolore.
Hinc lachrymæ et medio suspiria pectore manant,
Atque tuis pedibus supplex aduoluo, et oro,
Da vitæ finem iam magna ex parte perempto,
Da requiem fessio: leuius me transir ad æuum,
Quod mihi causa fuit, cur tanta incommoda fortis
Pertulerim, firmoque ingentes corde dolores.
Cæteribus angelicis supera fac iungar in arce,
Iungar in arce precor felix, vbi gloria magna
Numinis illius triplici splendore coruscat.

DE

incertitudine communique omnium fine:

O Vtinā vel hirudo forem, vel more columba
Aëra diuiderem pennis, ut per pete cursu
Labilis effugerem miseranda pericula vitæ.

Aut ego deserto versarer solus in antro,
Cūmque feris agerem, quidquid mihi suppetit æui,
20 (Nanque minus dubia in brutis, minus insidiosa,
Quam genere in nostro, lucet probitasque fidesque)
Inque diem traherem vitam, quæ nescia luctus,
Nescia curarum et pœnæ miserabilis esset:

10 Dum tamen hoc vno præstarem nomine brutis,
Quod mentem æternæ gnaræ deitatis haberem,
Summæque contemptis tendentem ad sidera terris:
Tranquilla ut vita lucem radiisque perennes
Colligerem, speculamque adeo subuectus in altam,
Voce graui cunctis mortalibus ista sonarem.

Mortales homines humenti semine creti,
Cūm nihil omnino sitis, mortique profundæ
Viuentes, fastu mentes inflatis inani,
Nunquamne in vanis rerum et mēdacibus vmbribus
20 Falli fallentes, temere in tellure vagandi
Finis erit vobis: animo nam dispice cunctos
Mortæ meo (mihi nanque ingens rerumque bonarum
Læuarumque Deo donante peritiam parta est)
Mens porro facili defertur ad omnia motu.

Viribus eximiis erat ille, et flore iuuentæ
Conspicuum, sociisque gregis columnæque, decusque,
Alti gradus, valido membrorum robore florens.
Luciferum hic rursus formæ referebat honore,
Cunctorumque oculos ad se mentisque trahebat,

30 Inque viris id erat quod ver in partibus anni.
Hic bello horrendum Mauortem æquabat et armis.
Ille palæstrites clarus, venatibus alter
Nobilis, atque feras doctus prosternere ferò.
Festiuisque epulis alius dapibusque vacabat,
Indomito querens et ab æquore pabula ventri
Et cælo et terra, seruus Gentique gulaque.
Nunc strata vires, vultum quoque ruga senilem
Turpis arat, celeri fluxerunt omnia cursu.
Accessit senium, diffugit grata venustas,

40 Atque voluptates carnis, paulumque moratur
Iam superos apud, at maior ex parte sub orci
Imperio est, mortique caput submisit acerbæ.
Hic rursus varia doctrinæ laude tumescit.
Hic generis splendore sui, magnisque sepulchris;
Aut subito nactus diplomate nobilitatem.
Consilij primas media tenet alter in vrbe,
Illiusque omnes vnâ præconia voce

AD SEIPSVM PER INTERROGATIONEM ET RESPONSIONEM.

S Ermones vbi sunt? vbi linguæ verba disertæ?
In ventos abiere leues. vbi lata iuuentus?
Fluxit vbi mortalis honos et gloria vitæ?
Abscessit, celerique fugam perfida liquit.
Corporeæ vires vbi sunt? vis aspera morbi
Fregit eas. Vbi opes? partim Deus obtinet illas,
Partim etiam manibus liuor sceleratus iniquis
Tradidit. At gemini fratres, sacrique parentes?
Mors rapuit, raptosque leues demisit ad vmbros.
10 Restabat natale solum, sed et hoc quoque seuis
Fluctibus oppressum stygius me depulit hostis.
Nunc procul patriis disiunctus sedibus erro,

Concelebrant, alius stulto inflammatus amore
Condit opes, animosque augendis instat acerbis.
Hunc inuat excelso solio dare iura sedentem,
50 Atque vtrinque pari causas expendere lance.
Sanguineo hic rursus panno et ceruice reuincta,
Imperio totum moderans et legibus orbem,
Ipsa quoque excelsi fastidit culmina cæli,
Ac spes mortalis male sana mente perennes
Concipit, et veluti certo sibi plaudit honore.
Hæc modo, post autem tenuis puluis fulus omnes,
Omnes sorte pari, seruique et sceptra ferentes,
Pauperes quos dura premit, quos copia rerum
Effert, nos omnes eadem caligo domusque
60 Excipiet, nec plus quicquam est in morte superbis
Quam mage quod celebri luctu celebrantur eorum
Funera, magnificumque magis tegit ossa sepulchrum,
Nominæque in grauibus saxis incisa relinquunt:
Et quanquam serò, tandem tamen omnibus vna
Sors iacet, ut morti pensum est fatale tributum,
Ossa infirma sumus cuncti putredine fœda,
Et capita horrenda aspectu, spoliataque carne.
Iam cessat fastus, iam tristem ærumna laborumque,
70 Pauperiem inquit, iam nec febris vlla dolorve
Auditur, nec crimen atrox, nec fœda simultas,
Nec graue flagitium, nec habendi plura cupido.
Omnia nobiscum mors obruit, omnia claudit,
Donec nos aliud tandem comitentur ad æuum,
Credita cogetur cum reddere corpora tellus.

Hæc ita cum se habeant, voces audite monentis,
O mea progenies, natos nam dicere possum
Iure meo, quoniam spatium mihi longius æui
Decursum est, morsque vrget atrox, foribusque pro-

pinquat.
Huc agite huc mundum, quæque hic incerta feruntur
80 Calcantes, fraudesque malas, quas nec tere gaudet
Terrenus princeps, rapiens aliena, cruento
Vulnere qui nostro generi pestemque necemque
Inuexit, celeri vulgi præconia cursu
Linquentes, fastum generis, subsellia magna
Cūmque opibus vanis infidæ prospera vitæ,
Empyreas sedes, æternæque regna petamus,
Plurima vbi sanctæ Triadis præstantium omni
Eloquio lumen clarissima lumina cingunt.

90 Cætera turba hominum talorum more voluta
Huc illucque cadat, damnosaque gaudia captet,
Aut circumfusis oculis caligine densa
Quærat iter, muros priuatæque lumine palpet.

Infelix agitans æuum, infirmamque senectam.
Non mihi iā thronus est, non vrbs, iucundaque proles,
Quin potius natos miseranda torqueo cura.
Inque diem viuo profugus, nec mi datur vsquam
Tuta quies, certaque pedem defigere terra.
Quo iaciam corpus? quis me manet exitus æui?
Quæ tellus, quinam tumulus teget hospitis ossa?
20 Quis porro digitis morientia lumina claudet?
An quisquam pius, et Christi succensus amore?
An vitæ horrendus maculis, vitis que perustus?
Ista quidem leuis aura ferat, nam mente pusilla,
Atque parum forti quis me non diceret esse.

VV

si grauis ista meis hereret cura medullis,
Marmoreone aliquis condat mea membra sepulchro:
An contra tumuli priuatum corpus honore
Præda feris, seuisque auiibus, canibusque futurū est?
30 Quod si etiam libeat, rapidis absumito flammis,
Et lectos cineres in cælum sparge vel altos
Ferreus in scopulos, præruptaque saxa cadauer
Abiice: vel fluiuis etiam putrescat et imbre.
Non ego diuinis oculos ex omnibus vnus
Effugiam, nec, cum mortalis turba coibit
Iudicis æterni vocem auditura tremendam,
Solutus ego è tanto cœru numeroque relinquitur.
Atque vtinam linquitur, nam tum plerisque latere

Vtilius fuerit, quam tanta accedere luci.
Verum, omnes extrema dies à finibus orbis
Colliget, atque Dei iussu coniunget in vnum, 40
Sit licet in cineres quisquam dilapsus et auras,
Membræque perdidit violenti iniuria morbi.
At subeunt gemitus, subeunt luctusque, pauorque,
Dum memori verso diuinum mente tribunal,
Flammisque vndantes fluiuis, et nigra barathra.
At tu Christe meæ moderator maxime vitæ,
Es patria, et vires, et opes mihi, denique cuncta,
In te vtinam extremos sensus, vitamque profundam,
Tūque mihi ærumnas tristes in gaudia verte,
Verte precor, misero tribuens felicius æuum. 50

ADVERSUS DIABOLVM.

Veniisti sceleratè (tuas intelligo fraudes)
Vt me de recto virtutis tramite pulsum
Sedibus æthereis, et dulci lumine priues.
Subdole cum tenebras superes caligine, quid tu
Candidus accedens lucem mentiris amicam?
Nam tua non animum fallent mendacia nostrum.
Cur me tam seuo exceres sine fine duello,
Exitiumque mihi et bello molliris aperto,
Et rem fraude gerens? quo tanto percitus æstro
10 Inuidiæ aggredieris veræ pietatis alumnos,
Inde ex quo manibus fictum patris omnipotentis
Eiecisti Adædam paradisi sede beata,
Insidiisque bonæ struxisti perfide legi,
Vitæque nostra cibo corrupta est dulcis amaro.
Quo te quæso modo fugiam? quanam arte dolores
ipse meos minuam? quanam fomenta parabo?

Tu minimis primò vitis in pectora nostra
Influis, ac velut exiguis illaberis vndis.
At simulatque tibi datus est locus, illico magnus
Irrumpis, rapidèque effluens latissimus amnis. 20
Donec me chaos arripiat barathrumque, profundum.
At verò celeri quamprimùm abscedito cursu,
Atque aliis seuisque manus vngueque nefandos
Inuice: nimirum populis atque vrbibus illis,
Ignotum quibus est stellantis numen olympi.
Nanque ego pars Christi templumque et victima
nunc sum:
Post Deus existam, æterno cum mens mea nexis
Iuncta Deo fuerit. Regi iam cede superno,
Figaretque Dei, tibi sit diuina pauori
Ira, chorusque pius, cælesti latus in arce
30 Diuinas celebrans æterna in secula laudes.

SESE COHORTATUR VT AD
Deum mentem conuertat.

Quid te tam longè à Christo ferus abstulit hostis
O anime infelix, linguam furatus et aures
Atque oculos: quid tu iam longè à luce vagaris,
Et desideris feruens, curisque molestis,
Atque metus vanos metuens et fraudibus illis,
Quas tendit sacer ordo tibi noctesque diesque,
Tabescens, pectusque ardenti concitus ira?
Desine iam mea mens incerta sede vagari:
Nec te cælestis capi, ant obliuia vitæ,
10 Dum carni iete adiungis, vitisque propinquas,
Quæ tibi corporæ tristis contagio massæ

Perpicue tacitèque parit, sed enim omnia vitæ
Commoda versetur tumidis grauibisque procellis,
Omniæque hic tempus talorum more volutet,
Diuitias, famam, vires, formæque nitorem,
Quæ dominos persepe suos malefida relinquunt.
Ast ego sincero complexus pectore Christum,
In spe semper ero, donec mihi cernere detur
Vnitæ Triadis clarum et venerabile lumen:
Cum carni sociata suæ cælestis imago 20
Cælitibus tandem supera iungetur in arce.

CARMEN LVGVBRE PRO SVA ANIMA.

Sæpe suum miserè luget noua nupta maritum,
Quem rapit ante diem grauis inclementia fati,
Tristesque orditur lachrymis perfusa querelas:
Ac lateri hærentes famulæ, æqualesque vicissim
In lachrymas gemitisque ruunt, et carmine tristi
Acria subiiciunt valido fomenta dolori.
Quin etiam raptum properato funere natum
Extulit illachrymans genitrix, seuosque dolores,
Quos sensit pariens, auget grauiore dolore.
10 Est alius patriam qui sedem hostilibus armis
Lugeat oppressam, flagrantisque ignibus ædes,
At mea mens quemnam ipse tuis effundere luctum

Casibus æqualem valeam, quam pestifer anguis
Occidit, formæque Dei miserabile virus
Exitiumque tulit? iam iamque erumpite fletus,
Peccator grauis illachryma, nanque vnica mentem
Hæc ratio curare potest, morbòque leuare.
Mox linguam dulces epulas, charosque sodales,
Mox decus eloquij, mox nobilitatis honorem,
Magnificaque domos, et opes, et prospera mundi. 20
Linguam etiam Phæbi præclarum et amabile lumen,
Ac cælum, et liquido fulgentia sidera cælo.
Hæc mea victuris tandem post funera linquam.
Ast ego deuincta in lecto ceruice iacebo

Lumina

Lumine vitali cassus morientia corda
Lactibus extremis satians, et ab omnibus amplas
Vndique percipiens laudes non tempore multo:
Post lapis, internòque madens fetore cadauer.
Nostratamen leuis hæc tangit præcordia cura.
30 Sed diuina graui mentem formidine libra
Concutit, eheu quid faciam, quanam arte valebo
Effugere obscæne labes et crimina vitæ,
Nubibus in densis latitans, nigrisque cauernis.
Atque vtinam vitio liber locus esset ab omni,
(Omnibus vt memorant vacuas morbisque feris que
Sedes esse aliquas) vt ed fugitiuus abirem:
Vitantur terra magni discrimina ponti,

Obiectaque grauem clypeo vitaueris hastam.
Arcetur tecto nix cana et frigoris æstus:
At vitium late fufum est, nec sedibus vllis
40 Clauditur, vt nulla possit ratione caueri.
Helias igniuomo peruenit ad æthera curru.
Ac pius edictum Moses crudele tyranni
Fugit, inaudita puerili in pectore ferrum
Qui fixit rabie, Ionas in pectore ceri
Obscuram effugit mortem, faucibusque leonum
Eximius vates Daniel, flammamque calentem
Assyrii iuuenes: at qua ratione medebor
Vulneribus magnis anima, vitiumque cauebo?
50 Non opis hoc nostræ: tu me pater optime serua.

MOSIS DECALOGVS.

Hæc patris æterni bis quinque dextera leges
Insculpit saxis: tu verò inscribito cordi.
Nullū aliud tibi numē erit, nec quæ mihi debes
Cultum, diuinumque alij præstabis honorem.
Ne statuas vnquam simulachraque mortua fingas:
Nec tui Domini lingua tere nomen inani.
Sabbata legitima tibi sunt seruanda quiete,

Tam quæ tecta vmbri, quam quæ sublimia sensu.
Felix, si merito cultu venerere parentes.
Ne quenquam occidas. Alieni fœdera lecti
Ne violes, nec te constringas crimine furti.
Nec aliquem testis mendacibus opprime verbis.
Nec cupidus oculis aliorum commoda lima
Hinc etenim obscuræ quæruntur pabula morti.

DE DVODECIM PATRIARCHIS.

Bis senos magnus Patriarchas femore Iacob
Eduxit, primos Ruben Simeon et Leuimque
Et Ludam, tum deinde notho fluxere cubili,

Ancillis nati, Dan, Nephtalimus, Gad, Aferus.
Post autem veris vxoribus Issachar, atque
Zabulon, et Ioseph, postremus Beniamin exit.

DE CHRISTI GENEALOGIA.

Matthæus quondam scripsit, Lucasque disertus:
Verum non simili scripserunt ordine Christi
Natales, quibus ille Adami de sanguine fluxit:
Cur verò plures numerauerit ille parentes,
Hic contra breuius numerum concludat auorum,
Expeditam. Fluxu non dispare currit vterque
Donec peruenitum est clari Dauidis ad annos.
Tramite post bifido currunt, ac denique rursus
In Christo nostræ coeunt authore salutis.
10 Non secus ac fluiuis partes dissectus in ambas,
In mare collectis tandem deuoluitur vndis.
Quod si tu nostris attentas vocibus aures
Præbueris, verum, quod diximus esse videbis.
Dauidæ nanque Nathan fluxit, Solomonque parente,
Quorum alter, veluti magno de flumine riuum
Sic traxit regale genus, sceptrumque superbum:
A patre sacrificum duxit genus alter eodem.
At Christus simul et princeps erat, atque sacerdos.
Ergo Matthæus diuino numine pulsus
20 Enumerat Solomoniadas, seriemque nepotum
Hinc trahit: at contra Lucas Solomone relicto
Arripit insignem Nathanaum, Nathanique nepotes.
Ex duplici porro genere haud mireris oportet,
Vberioris aquæ si riuulus alter ab illo
Manet, ab hoc rursus currat contractior alter.
Quamquam si nobis rectè proprièque loquendum est,
Haudquaquam magis hic contractis labitur vndis:
Sed genus hoc tantum numero minus, amplius illud.
Sic primò sectum genus est, ac deinde coiuit.
30 At quonam pacto duplici patre fluxit Ioseph?

Lex ea Mosis erat, si quem mors atra tulisset,
Hebræa de gente satum, natisque carentem,
Protinus vt frater, vel sanguinitate propinquus
Vxorem extincti capiens, censumque, domumque,
Funderet huic sobolem, ne nulla prole relicta
Obrueret totum tumulus cum corpore nomen.
Quare de Christo arcanum mihi tale repertum est.
Matthæus eximia Solomonis stirpe creatus
Est hæc iunctus erat: quo cæca morte perempto
Duxit eam Melchi, Nathanæo sanguine cretus. 40
Matthæus hac genuit Iacobum, Melchius Elim,
Quem rapuit nulla mors aspera prole relicta.
Ergo domum illius capit vxoremque superstes
Iacobus, frater tantum maternus, eique
Iosephum genuit, sic Ioseph filius eius
Verus erat: tamen hunc tribuit lex optima fratri.
Atque ita Matthæus naturam scribere Christi
Instituens, veram seriem numeravit auorum:
At Lucas populi legem ritumque notauit.
Quare ne verbis concordia scripta laceffe.
50 Cur genus à magno deducit Dauidæ Christus,
Visus vt est nostro Deus immortalis in orbe,
Progrediens castæ per viscera sancta parentis?
Cur pater illius Ioseph de more vocatur,
Cum non Iosepho, sed sit de virgine natus?
Ex Maria porro Leuides, nanque Aaronis
Haud dubiè genus illa suum de stirpe trahebat.
Angelus est testis, siquidem natale propinquum
Dum præcursoris diuæ narrare parenti
Pergit, ab excelso demissus vertice cæli,
60

Ad veterem matrem Aaronem retulit ambas.
 Nil porro commune tribus regalis habebat
 Cum sacra, inter se thalami nec iure coibant.
 Falsum. Nam quamvis distincta erat utraque classis,
 Utraque iure tamen thalami persape coiuit.
 Nanque prius natam thalamo sibi iunxit Aronis
 Nasson ab illustri qui sextus fluxit Iuda:
 Atque iidem Assyria postquam manus impia ferro
 Euerit Solymas, tum nec distinctio certa
 70 Seruata est tribuum generis nec sectio prisca.
 Sic ille ex Maria regali est sanguine cretus.
 Dic age, quo pacto Iosephum habuisse parentem
 Creditus est? Magnus regeter cum legibus orbem

Augustus, cunctos perscribere nomina iussit.
 Ergo suum quisque in prima cum nomen in vrbe
 Scriberet, ex templo Ioseph cum coniuge casta
 Dauidicam, in tabulas ut nomen utrunque referret,
 (Vna etenim tribus amborum) perrexit in urbem.
 Hicque orbis dominum peperit sanctissima virgo. 80
 Sic etiam ad claros reges ex parte paterna
 Ipse sui generis ducit primordia Christus.
 Quinetiam inuerso Christi genus ordine Lucas
 Tradidit, à Christo incipiens, in Adámque quiescens.
 Contra Matthæus, dum telam orditur eandem,
 Incipiens ab Adam in Christo finiuit Iesu. 85

Hoc loco totam Christi Genealogiam, ut est apud Matthæum & Lucam, ver-
 sibus prosequutus est Gregorius. Nobis eandem carminibus exprimere minimè
 visum est: tum quia eam cuius ab Euágelistis petere licet: tum quia tota Hebrai-
 cis nominibus cõstat, à quibus vix dici potest, quantum Latine Musæ abhorreat.

SCHOLIUM.

Vers. 30. At quonam pacto) Quoniam res hæc aliquanto obscurior est in car-
 mine, breui tabula eam illustrare conabimur.

David	
Solomon	Nathan
23 ^o . A Solomone	36. ab hoc
Mathan uxorem Esthan	Melchi, mortuo Mathan, eandem Esthan
ex qua natus est	accepit, ex eaque nascitur
Iacob	Heli, qui sine liberis moritur. Iacob itaque
fratres uterini	frater accepta ex legis præscripto ipsius u-
	xore genuit ei Iosephum.

Ioseph igitur verus Iacobi filius fratri ascribitur.

Altera sequitur tabula ex Damasceno collecta lib. 4. cap. 15. de Orthod. fide.

David	
Solomon à quo 23 ^o .	Nathan à quo tricesimus quintus
Mathan, ex quo uxor pe-	Leui ex quo duo liberi nascuntur.
perit Iacobum, mortuoq;	Melchi Penther ex quo
marito nupsit Melchi, ex	Barpenther, cuius filius fuit
quo Heli procreauit	Ioachim, ex quo
Iacob	Maria Deipara.
uterini fratres Heli	

Reliqua cum priore tabula consentiunt. Hoc autem, inquit August. lib. 2. re-
 tract. in eorum libris inuentum est, qui recenti memoria post Ascensionem Do-
 mini de hac rescripserunt. Nam etiam nomen eiusdem mulieris, quæ peperit Ia-
 cob patrem Ioseph de priore marito Nathan, qui fuit pater Iacob, auus Ioseph se-
 cundum Matthæum, & de marito posteriori Melchi peperit Heli, cuius erat
 adoptiuus Ioseph, non tacuit Aphricanus.

Hæc quæ

MIRACVLA CHRISTI SECVDVM MAT-
 thæum versibus Elegiacis.

Hæc quæ mortali Christus cū carne patrauit,
 Matthæus sacræ prodidit historia.
 Depulit informem primum de corpore lepræ:
 Atque tulit famulo centurionis opem.
 Inde socru Petri violenta febre leuata,
 Ventos & fluctus comprimit æquoreos.
 Dæmonas in porcos Gerasenis mittit in aruis:
 Sustulit & lectum qui resolutus erat.
 Profuuium sistit mira virtute cruentum.
 10 Et redit ad lucem principe nata viro.
 Lucem restituit cæcis, satanæque fugato
 Mutus inassuetos edidit ore sonos.
 Soluitur extemplo granibus manus arida vincis:
 Et pressò à Satana voxque sonusque redit.
 Bis senos cophinos & millia quinque virorum
 Expleuit quibus panibus appositis.
 Hinc pedes affequitur, res nūquam audita, carinam:
 Et cedit pedibus vis truculenta maris.
 Soluitur hoste malo Chananæa matre creata,
 20 Mater ut obnixas misit ab ore preces.
 Panibus ex septem turbis septena redundat

Sporta, quaterque fames mille fugata viris.
 Diuinam formam assumit, solisque videtur
 Lumine discipulis clarior ille suis.
 Inde piis precibus flexus lachrymisque parentis,
 Lunæ actum morbo liberat horribili.
 Post verò egreditur pulchra Ierichuntis ab vrbe:
 Et binis aperit lumina clausa viris.
 Mox etiam cæcis affusa luce medetur:
 Et claudis pedibus fert miseratus opem.
 30 Sed prius à sacra commercia depulit æde,
 Quæstusque impuros, sacrilegamque manum.
 Bethania Solymas pergens arefcere ficum
 Imperat, hanc omni fruge carere videns.
 Denique dum lumen moritur, caligo coorta est:
 Et templi velum scinditur egregij.
 Concutitur tellus, scinduntur saxa dolore:
 Et linquit tumulos excita turba suos.
 Hic verò, ut primum lux tertia fulsit in orbe,
 Surrexit, tumulo prosiliitque suo.
 Discipulisque suis Galilæa rursus in ora
 Spectandum sese non semel exhibuit.

CHRISTI PARABOLAE ET AENIGMATA
 secundum Matthæum.

Accipe iam, siquidem iuuat hoc quoque discere,
 quidnam
 Obscuro Christus tradidit eloquio.
 Fundamenta domus molli iaciuntur arena:
 Semen idem in varios labitur atque locos.
 Semen item egregium, cui noxia miscuit hostis:
 Et sinapis granum tollit in alta caput.
 Conditur in molli fermentum in igne farina:
 Propter thesaurum cedit ager precio.
 Margaritis hinc sequitur, cuius mercator amore
 10 Prædia cuncta lubens vendit, opesque suas.

Omnigenos pisces alto trahit æquore rete:
 Errabunda humeris tollitur atque pecus.
 Crudeli seruo dominus se præstat acerbum:
 Postremis merces soluitur æqua viris.
 Disparibus natis mandat curam colendæ
 Vitæ: hæredem gens truculenta necat.
 Regia conuiujs impletur mensa coactis:
 Virgineisque faces grex vigil vsque gerit.
 Committit Dominus seruis non æqua talenta:
 20 Læua hædi, dextra parte locantur oues.

CHRISTI MIRACVLA SECVDVM MARCVM.

Marcus at Auson iæ Christi miracula genti
 Hæc memorat, Petri nixus sermone, fideque.
 Viribus eiicitur Christi cum dæmone febris,
 Lepra cadit, paralysis abit, manus arida tensa est.
 Et furor æquoreus cum tempestate quiescit:
 victa fugit Legio, siccatur vena cruenta.
 Tum Iauri natam medijs è faucibus orci
 Extrahit, et luci reddit charoque parenti.
 Post pelagi rabiem vinxit, scenâque per vndas
 10 Incedit siccis pedibus. Tum deinde fugato
 Dæmone, sanatur mulier Phænissa, deditque

Sidoniis grande hoc facinus, Tyriisque prophanis.
 Hinc surdo & muto linguamque auremque recludit.
 Septenis rursus turbas expleuit inanes
 Panibus, & cæco charissima lumina reddit.
 Augustoque suo radios è corpore mittit.
 Et Satana eieccto depellit vincula lingue.
 Barnimiisque etiam cæcus Ierichuntis ab vrbe
 Amissam lucem recipit, fructuque carentem
 Omnipotens ficum Christus sterilefcere iussit.
 20 Tum iuxta templum cæcis claudisque medetur.

CHRISTI MIRACVLA SECVDVM LVCAM.

Bis septena refert Lucas miracula Christi,
 Egregium Pauli tutus ob auxilium.
 Et febris, & dæmon, par alysis, lepræque Christo
 Cessit, & est prope mortua tensa manus.
 Centurionis adhæc famulum iam morte propinqua
 Roborat, & natum restituit viduæ.
 Et scelerum tergit maculas sermone potenti,

Illius, vnguentum quæ pedibus dederat.
 Ventorum rabiem sedat fluctusque minaces:
 Cogitur & Legio carpere victa fugam.
 Sanguineum sistit fluxum, Iairoque parente
 Prognatam mortis faucibus ille rapit.
 Hinc homines magno nutrit bonus agmine, quinque
 Panibus & geminis piscibus appositis.

Emicat Augusto rutilans è corpore fulgor:
Et sathanam à puero cogit inire fugam.
Et iubet obfessa muri decedere lingua:
Afflictumque caput femina prona leuat.
Hydropis grauidum pellit de carne tumorem:
20 Leprosisque decem discutit ipse luem.

Dum quoque vicinam tendit Ierichuntis ad urbem,
Quasitam caeco fert miseratus opem.
Denique, more nouo qua tum sunt edita, Christum
Cum dura affixit gens scelerata cruci.
Vtque etiam ad lucem deuicta morte resurgens,
25 Discipulis patuit non semel ipse suis.

PARABOLAE SECVNDVM LVCAM.

Luce has videbis in notis paræmiis.
In rupe prudens vir domum certam fruit:
Qui plura cepit, diligit feruentius.
Iactumque variis spargitur semen locis.
Sentit viator inuolantium manus.
Tum verò amici nocte qui pulsant fores,
Instant orans obtinet quod postulat.
Demon fugatus in domum, quam liquerat,
Maiore rursus cum manu reuertitur.
10 Quid gratulatur vberum spe fructuum
Sibi sceleratus, nec miser capiti videt
Mortem imminentem? Ex nuptiis cum rex bonus
Redibit ad nos, ne sopor nos opprimat.

Munus minister expleat rectè suum.
Fimo iuuetur ficus expers fructuum.
Sinapisque fermentum, et inopes in nuptiis.
Simul vt reperta drachma, ouisque perditæ,
Statim excitatur plausus ingens et nouus.
Lapsus parentem filius lachrymis mouet.
Partem remittit debitorum villicus,
20 Dominumque furto prouido fallit suum.
In morte felix Lazarus, diues miser.
Fatigat acri vidua iudicem prece.
Tum Publicanus et Pharisæus arrogans.
Minasque seruis liquit augendas decem.
25 Mali coloni filium heredem necant

CHRISTI MIRACVLA SECVNDVM IOANNEM.

Ioannes Christi miracula pauca recenset:
At qua diuino mortalibus esidit, ore,
Plurima verba refert. Primum mirabile Cana
Vedicat, ex liquidis cum vinum expromitur vndis.
Dixit, et ex templo curatur regia proles.
Panibus hinc quibus satiat laudabile vulgus.
Atque per iratos figit vestigia fluctus:

Discipulosque suos fulcit, saluosque tuetur.
Post verò hunc curat, qui matris cæcus ab aluo
Exierat, simul ac cæno consperfit ocellos.
10 Quarto à morte die deuicta morte resurgit
Lazarus. Ipse etiam pro nostro crimine Christus
Cæditur, et viuus rediens ad lumina vitæ
Sæpe suos inter fidos versatur amicos.
15

PARABOLAE QVATVOR EVANGELISTARVM.

Rô superi, quantum vereor, ne fortè salutis
Fundamenta meæ tenui iaciens in arena
Disiper à pluuiis fluuiisque et turbine venti:
Aut velut in siccam venientia semina terram,
Protinus ipse quidem exoriar: sed Solis acutis
Percussus radiis siccer, moriarque repente.
Aut etiam placido recreanti membra sopore
Inferat impurum semen mihi liuidus hostis,
Pinguia Zizaniam qui fundit in arua nociuum,
10 Neu prius in præclara manum vitiosaque mittens
Semina, quam messem veniens clamauerit æstus,
Cum tristi lolio semen laudabile perdam.
Pauci nanque manus norunt adhibere peritas,
Hic ubi vicina est vitio pulcherrima virtus.
Quinetiam sinapis semen laudabile duco:
Quod licet exiguum primò, tamen arboris instar
Crescit, et in tantum latissima brachia fundit,
Vt volucres in ea soleant sibi fingere nidos.
Margare mirifici precij, miræque refulgens,
20 Quis det, vt ipse tui magno successus amore
Mercator bonus ille siem, rebisque caducis
Omnibus hanc animam redimam, sedesque beatas:
Diuitiisque omnes, qui vitæ luce fruuntur,
Exuperem, aut etiam defossam nactus in agro
Tibetanum, cursum properato mercer agellum.

Quinetiam mundum includens mihi nota sagena est
Quam circum, ætherei dum Regis iussa capeffunt
Expiscatores hominum, sua retia tendunt,
Exque trahunt fundo pelagi traduntque Tonanti
30 Fluctuagæ salso lapsantes gurgite vitæ.
At tu cum bina capturam parte secabis,
Ne velut insipidum bone me pater abiice piscem:
Quin potius vasis cælestibus iniice, magno
Seruandum Regi. Simul vt lucescere cepit,
In Domini vitem summo regnantis olympo
Sim licet ingressus, plures tulerimque labores:
Præmia postremi referant tamen æqua laborum.
Nanque, quid inuidiâ stimuler, si iudice Christo,
Corporis æquatur laudanda cupido labori?
Ad vitis cultum natos pater ire iubebat:
40 Annuerat senior, verum promissa sefellit:
Abnuat inferior, verum meliore recepta
Mente sui promptus genitoris iussa peregit.
At, nisi fallor, erit iucundior ille parenti,
Qui simul et sese promisso obstrinxit, et omni
Id quod promissit studio prestare laborat.
Heredem iugulent, quos vindex, flamma peruret.
Nati connubium celebrat pater, atque profusas
Regalesque omnino epulas festiuus adornat.
His vitam interfim, cunctisque accumbere detur,
50 Quis

Queis mea chara salus. Ille excludatur ab aula,
Qui vel agrum geminosve boues, thalami ve iugatâ
Federe, non epulis dubitat præponere sanctis.
Atque etiam grauius metuo, cum cætera turba
Connubiis digno decoretur corpus amictu,
Ne, quoniam laceris obuelem corporis artus
Vestibus, abripiar manibus pedibusque reuinctis,
Et thalamo atque epulis charisque extrudar amicis:
At cum casta decas priuans sua lumina somno
60 Ardentesque faces gestans, perfusaque luce
Ætherea Christum venientem ex arce manebit,
Vt splendens claro, sicut decet, obuia fiat,
Adnumeret stulte classi tenuemque micantem
E facibus lucem cernens iam fortè propinqua
Principis æterni sobole, languente lucerna
Tum serò infelix oleum vitale requiram,
Et foribus clausis thalamo miser arcear illo,
In quo pectoribus puris commixtus amore
Christus splendorem tribuit, decus atque perenne.
70 At cum grex ouium nigris dirimetur ab hircis,
Horrendoque die tandem consistet vtrinque
Iustorum cætus perdendaque turba malorum:
Hircorum in numero ne me Deus optime quaeso
Pone, sed inter oues, manuique adiungito dextræ.
Læua relinquatur miseris, qui numinis iram
Criminibus meruere suis, flammisque perennes.
Luceat exterius modio non tecta lucerna.
Nec tamen humanos quisquam sibi querat honores,
Laudarique velit, satis est, vt cognita nostra
80 Sint benefacta Deo, totum qui perspicit orbem.
O vitam Christi magis ac magis vrar amore,
Seu latos rerum successus, seu quid acerbi
Miserit. Est etenim quicquid manus illa supernè
Humano generi mittit, faustumque bonumque.
Quod si Christicola forsan digressus ab vrbe
Vulnerer infandis manibus spoliisque latronum,
Ne sine sacrilegis miserum procumbere dextris.
Quod si etiam grauibus Sathanæ tua gratia vincis

Soluerit hanc animam, ne rursus nactus inertem
Depopuletur atrox magna comitante caterua.
90 Ne sterilem ficum euulsam radicibus imis
Perde pater, sed adhuc spera meliora, tuaque
Erige labentem cura, sterilique medere.
Tum drachmâ nactus pecudemque in montibus altis
Errantem, natumque suas qui turpiter omnes
Consumpsit fugitiuus opes, in tecta paterna
Christe reduc, natisque iterum drachmisque ouibusque
Annuerare velis, primaque in sede locare.
Cumque mihi dominus debenti plurima sese
Præbuerit facilem, noménque remisit omne,
100 Non sinat Omnipotens, vt seua mente reposcam
Debita, queis conserua mihi est obstricta caterua.
Atque vitam Domino prudenti debita mente
Imminuam, et duris queram solatia rebus.
Lazarus in terris, supero sim Lazarus orbe:
Turgeat hic alius fastu, frontemque superbam
Tollat, et aeterno viuat contemptus in æuo,
Pro luxu flammæ subiens tormenta perennis.
Né ve mee vanus texam præconia laudis,
110 Cum vitiis scateam, cum sim miser ille Telones.
Sed lachrymis moueâ Dominum, veniamque rogâdo
Obrineam, miseræque cadat Pharisæus inanis.
Quod si casta viro foribus muliercula nostris
In vanum adiaceat, vel cum cerealia supplex
Munera vel piscem poscat, crudelis in illam
Haud dubitem durum lapidem iactare, vel anguem.
Non aliter mecum faciat dominator Olympi.
Quod si nostra graui partim sint obdita clauæ
Horrea, venturis partim noua frugibus amens
120 Edificem, nox hæc meque et mea somnia perdat.
Nec mihi quod bonitas tribuit diuina talentum,
(Plura licet dederit reliquis) tellure profunda
Occultem; verum fortem cum scænore reddam:
Meque Deus magno cæli dignetur honore,
126 Non autem probrum subeam pænâque futuras.

GREG. NAZIANZENI

Carmen Virginitatis.

ARGVMENTVM.

Hoc tractatu disputatur, vtra vita sit præstantior cælebs an coniugata.
Quod vt magis perspicuum fiat, postquam Virginitatis laudes altius
reperit Gregorius, per profopociam vtranque vitam inducit
causam suam agentem. Tandem vincit coelibatus.



Hesperem thalami nostris ornare co-
ronis
Vitam fert animus, puroque ex pe-
ctore puros
Hymnos et laudis meritos effun-
dere versus.

Hoc etiam nostrae donum est memorabile vitae
(Electro atque ebore et claro fulgentius auro)
Quippe quibus vitam terrenam deicit ardens
Virginitatis amor, mentes ad sidera tollens.

Laudis et exorsum vestro mea gaudia plausu
Excipite o purae mentes et corpora pura.
10 Nanque omnes aequae laus haec pietatis alumnos
Afficit. At quisquis misero liuore teneris,
Esto procul, nostrisque tuas ne versibus aures
Arrige. Quod si quis patulas arrexit, ille
Mente prius curet foedas abstergere sordes.
Salue Virginitas, diuino tradita dono,
Mater inoffensa vitae, bona maxima fundens,
Christi pars et spiritibus sociata supernorum,
Ignarus thalami, nam magnus coniugis expers
Est Deus, atque Dei rutilans chorus omnipotentis.
20 Luminis ille quidem fons est lumenque perenne,
Quod verbis nequit efferri, manibusve teneri.
Sed celeri mentem cursu fugit, atque propinquis
Ex oculis hominum semper subducitur, ut nos
In magis atque magis crescens sublime cupido
Attrahat. Hi vero sunt proxima lumina primo
A Triadis sanctae lumen fulgore trabentes,
Quae lumen splendore suo supereminet omne.
Prima Trias virgo est. Siquidem Patre natus Anarchos
Filius est, nec enim Pater ortum traxit ab illo,
30 (Ut pote principium rerum, et vitalis origo)
More nec humano generavit sanguine natum.
Sed velut igniculos videas ex igne micantes.
At vero ex Nato non iam progignitur alter
Filius, aequalem qui patri carpat honorem.
Nam totus manet ille Pater, manet hic pariterque
Filius, ex solo solus, cum Pneumate sacro,
(Quod Patris aeterni gremio non numine dispar
Progreditur) iuncti natura, nam Deus vnus
Vnumque in triplici collucet lumine numen.
40 Ac talis Triadis natura est vndique pura,
Ex illa porro certissima lucis origo
Ceteribus angelicis, mortali lumine cerni
Qui nequeunt, sedemque Dei soliumque supernum
Cingentes (leuius nil nanque est mentibus illis,
Pneumata sunt etenim, flammæque per aëra purum
Currentes) promptè sublimia iussa capeffunt.
His neque connubium, nec cura, ægrique dolores,
Non motus turbas miseras in corde cientes.
Non etiam membris dirimuntur, et adibus omnes
50 Inter se miro iungit concordia nexu.
Idem quisque sibi: natura est omnibus vna
Vnæque mens, similique Dei rapiuntur amore.
Nec verò natis charisque vxoribus illi
Gaudent, ac dulci exercent sua membra labore.
Nec quæcunquo mali parit irritamina tellus,
Nec pelagus sulcant ratibus, nec vomere terram
Profundum ventris causa, mortalibus ægris

Primigena qui fraude mali genus omne creauit.
Optimus hic cunctis cibus est, ut numine summo
60 Exsatiem mentem, Triadisque ex lumine lucem
Immensam excipiant. Sunt porro coniugis omnes
Expertes, puri regis purique ministri.
His mens et simplex natura est, atque corusca.
Non à carne fluunt (nanque omnis carnea moles
Postquam concreuit, certa est obnoxia morti.)
Nec rursus carnem subeunt nec corpora crassa,
Sed tales remanent, quales sunt ante creati.
70 Hæus Virginitas clasis, promptissima cæli
Semita, consiliiisque Dei sapientibus hærens,
Qui clauo egregie spatiosum temperat orbem,
Humanumque genus, cælo terræque profectum,
Magnanimi, ærumnâsq; ferēs, laudemque decusque
Principis ætherei. Sed iam mysteria magni
Carminibus veneranda Dei nunc persequar, utque
Candida Virginitas postremis fulserit annis.
Omnia nox quondam tenebris horrenda tegebat,
Non erat aurora splendor, non Phœbus Eois
Partibus exoriens currus agitabat æquorum,
80 Gloria nec noctis radiabat in æthere Phœbe.
Sed confusa simul temerarius omnia motus
Voluebat, grauibus tenebrarum vincita catenis,
Quas chaos antiquum toto diffuderat orbe.
At tu consilio parens bone Christe paterno
Singula sede sua rectè discreta locasti.
Condita principio lux est, ut gratior esset
Tota operis moles, iucundo lumine fulgens.
Postea tornasti (facinus mirabile!) cælum,
Perspicuum solis radiis lunæque rubentis.
Nanque illum immensa iussisti luce profusa
90 Fulgere humano generi, cursuque notare
Horas, atque suo distinguere tempora motu:
Hanc itidem fuso tenebras splendore fugare,
Et proferre diem repetita luce secundum.
Quin iussisti etiam terram subsidere cælo,
Finibus et terræ furibundas æquoribus vndas
Iunxisti, terramque mari, nam maximus illum
Oceanus cingens gelidis circumfluit vndis.
Atque ita mundus erant hæc omnia, florida tellus
Et cælum, et pelagus, cælum fulgentibus astris
100 Exultans, tellus animantibus, et mare vastum
Piscibus immensi sulcantibus æquoris vndas:
Quæ Pater excelsa postquam conspexit ab arce,
Chari gaudebat Nati concordibus actis,
Quærebátque aliquem regeret qui terrea sceptra,
Nosceret ac summam Sophiam, verumque parentem.
Talia dehinc fatur, iam puri aëoque perennes
Cultores habitant excelsa palatia cæli
Angelici egregij cætus, mentesque beatæ,
Atque meam celebrant mansuram in secula laudē.
110 Insuper et brutis animantibus arida gestit.
Nunc mihi compositum genus ex vrisque creare
Fixum animo est hominem, rationis lumine clarum,
Inter mortales medium, mentesque supernas,
Qui lato mea facta animo consideret, atque
Ardua siderei discat mysteria cæli,
Terreæque imperio teneat, sitque angelus alter.
E terra mentemque meam dextramque potentem
Laudibus assiduis celebrans, cantique sonoro.
120 Hæc ait, et terræ, quam paulo struxerat antè,
Particulam

Particulam quandam capiens, limbumque tepentem
Æternis manibus corpus mortale creauit.
Exiguamque suæ vitæ partem indidit illi:
Pneuma etenim infudit, quod numine fluxit ab alto.
Sic partim terra partim spiramine molli
Primus homo efficitur, Patris immortalis imago.
Nam princeps mentis natura in vtroque relucet.
Quos fit ut ex duplici vita mihi corporis ergo
130 Altera perplaceat: magna que cupidine rursus
Propter diuinam me vulneret altera partem.
Ast vbi figmentum in terra cæse videri,
Et viridis pulchro Paradisi caput in horto
(Nec dum etenim similis referens vestigia formæ
Vlla erat adiutrix vitæ, consorsque laboris)
Protinus aggreditur facinus marabile Verbum.
Nanque hominē primū, quem latum ut cerneret orbē
Condiderat, vitæ semen genitale, meique
Radice generis, partes discendit in ambas,
Et tenerum costa truncat latus illius vna,
140 Fœminicumque manu format genus omnipotentē:
Ambobusque parem miscens in pectora flammam
Iussit in amplexus inque oscula mutua ferri.
Nec confusa tamen permisit corpora iungi,
Concubituque vago: sed frenum iniecit amori.
Coniugium, carnis temerè immodicæque vagantis
Vincula: ne petulans atque effrenata libido,
Nobis inter nos nullo discriminæ iunctis,
Ex libito coitu, thalami nec lege iugato
Rumperet humani generis consortia sacra,
150 Ac temerè stultæque ruens incerta voluptas
Innumeras turbas atque horrida bella moueret.
Ergo dum generis tellus erat indiga nostri,
Nec decus illa suum mundumque acceperat omnem;
Atque etiam culpæque suæ, seuque draconis
Inuidia, vetitum ligni exitialis ob esum
Infelix Adamus Paradiso pulsus amœno
Pelliceo in terram cecidit depressus amictu:
Tantis per quoque mollis erat coniunctio carnis
Optima, connubiumque ferax, lectusque iugalis.
160 Nanque alius morti iugulum præbeatibus atræ;
Vitalisque alius rursus carpentibus auras,
Vita trahatur violenti fluminis instar,
Labilis obduræ fatali spicula mortis,
Fixaque perpetuo numero se semine prolis.
At postquam terræ gremium, finisque remoti,
Ortusque Occiduumque latus, quæque humidus
Auster
Et boreas flatu glaciali concutit orbem,
Impletum est genere humano, vitiisque nefandis
Corporeæ cepit massæ feruescere cœnum
170 Pluribus atque modis domitum genus antè rebelle,
(Dissectis linguis, et aquis et vindice flamma
Et scriptæ legis documentis atque Prophetis.)
Excutere antiquæ renuebat vincula noxæ.
Quin potius solidis carni complexibus hærens
In Bacchum et Venere simulacræque muta ruebat.
Consilio tandem magno Patris omnipotentis
Atque opera Nati talem sortitur honorem.
Nanque Deus quicquid cæleste in carne locarat,
Totum pestifero lacerari crimine cernens,
180 Obliquumque hominū generi dare iura draconem:
Ut nos afflictos vitiis miseræque iacentes

Erigeret, non iam morbi committere curam
Sustinuit medicis aliis (nam parua medella
Pelendis grauibus non est accommoda morbis)
Sed sese euacuans (licet immutabilis esset
Et cæli dominus Patris et cælestis imago)
More hominum simul, et mortali lege reuulsa,
Virginis in casto conceptus ventre puellæ
(Res mira infirmis animis, terræque volutis
Non factura fidem) Deus et mortalis in orbem
190 Venit, naturam duplicem complexus in vnum:
Altera mortales hominum fugiebat ocellos:
Alter per spicuo feriebat lumina sensu.
Illa Deus sublimis erat, dominator olympi:
Hæc nostræ causa tandem producta salutis,
Tunc cum mortali Deus est in corpore iunctus
Vnus vtrique Deus. Deitati nanque supernæ
Iunctus homo, deitasque homini simul addita christus
Hæc porro ratione noua est commixtio facta:
Quæd prior à nobis fœdè calcata fuisset.
200 Primum ego diuinæ traxi spiracula vitæ:
Post animam Christus suscepit, et omnia membra
Corporis, atque adamum subiit, sed qualis in ortu,
Cum nondum vitiis infectum pectus haberet,
Nec dulci alloquio diri serpentis et astu
Pellectus, fructum, stygiamque in viscera mortem
Misisset, supera sed mentem pasceret esca,
Simplicibusque cibis meditans cælestia, clarus
Discipulisque Dei, diuinæque sola volutans.
Hunc renouare volens humanum Christus in æuum
210 Prodiit, ut pugnans, et acerba morte latronem
Crudelem superans, et gustu fellis amari
Pestiferum ligni gustum, dextrisque nefandas
Clauis, et dulcem sanctæ crucis arbore plantam,
Atque salutiferæ crucis alto stipite terram,
Vitæ adamum antiquæ reddat, lucique priori.
Quinetiam expandens sacrati corporis artus
In fines orbis, mortale ex finibus orbis
Collegit genus, atque hominem contraxit in vnum,
220 Et medius magnæ posuit deitatis in vlnis,
Expurgans fœdas agnino sanguine sordes,
Ac scelus è medio tollens quod clauserat astra.
Quis reperire tuæ, bone Rex, queat abdita mētis,
Cui pluuia guttæ, cui cognitus omnis arena
Est numerus, ventique vitæ? Quis noscere magni
Ardua consilij rursus vestigia posuit?
Omnipotens qui cuncta vides, et cuncta gubernas,
Quæcunque hic mundus claudit latissimus, in te
Mens hominum defixa breui splendore refulget:
Non secus ac fulgur rapidum, quod protinus ortum
230 Protinus emoritur, perstrictæque lumina linquit.
Nec tamen hoc dubium est, quin per tua vulnera
nobis
Redditæ libertas fuerit, vitæque prioris
Sordibus excusis æuo meliore fruamur.
Ac prius in terra spargebat semina mundus,
Atque ingens mundi cingebat turba tyrannum,
Quam vaser à magno distractam rege tenebat:
Nunc autem fœdo vitiis gurgite Christus
Extractam; Regi meliorique afferit æuo
240 Illud connubium, contra hoc mortalibus affert
Splendida virginitas, terræ decus illud: at ista
Numinis est summi, latæque patentis olympi.

Vt verò in tabulis pictor dum corpora fingit,
Obscuris primum ora notis leuibusque figurat,
Mox formis studet omnigenos adhibere colores,
Atque opus inceptum numeris polit omnibus artis:
Sic quoque virginitas, magni pars inclyta Christi,
Antè quidem vmbroso in paucis splendore micabat,
Dum lex iura daret terris, et in orbe vigeret,
250 Exiguus spectanda notis, paucisque liceret
Lucis ad interna radios penetrare coruscos.
At postquam Christus per castæ viscera matris,
Absque patre et tedis vitæ progressus in auras,
Lustrauit muliebre genus, primamque parentem
Depulit, et carnis leges abscedere iussit,
Spiritusque nouo submitit littera fasces,
Gratiæque in medium venit: tum denique nostro
Virginitas generi præclaro lumine fulsit,
Instabilem mundum abrumpens, abruptaque mûdo,
260 Connubium tantum exuperans, et vincula vitæ,
Quantum animus carni præstat, cælumque rotundum
Tellurem pretio vincit, quantumque fugaci
Illud in æternum durans præstantius æuum est,
Quantò mortali melior Deus. Ac chorus ingens,
Carpere quem nequeas, regem latissimus ambit,
Cælestis, studioque omni Deus esse laborans,
Christifer, atque crucis seruus, mundi que ruentis
Contempor, tota meditans cælestia mente,
Perspicuum lucis speculum, lux fulgida mundi,
270 Quisque Dei, cuiusque Deus, quem cernit aperit.
Vos quibus est cordi thalamus, et que iugales,
Que sublimè caput geritis, vultusque procaces,
Intextumque aurum gemmis, que mollibus artus
Vestibus integitis, prodite, et dicite prima,
Que bona coniugium pariat, que commoda portet:
Post autem innuptæ pro se quoque dicere parti
Fas erit. Ergo illæ tumido sic ore loquentur.
Audite o dulcis thalami charissima proles,
Qui terram imperio terrenaque cuncta gubernat.
280 Nos, quibus est curæ thalamus thalamique voluptas.
Legem, quam generi humano nostroque cruori
Numinis æterni soboles sanctissima fixit,
(Inde ex quo primum lateri coniunxit amico
Primigenum illi Adamum, et costæ sociavit ademptæ,
Nempe hominè ut producat homo, natosque creâdo,
Mortalis licet ipse, tamen sibi proroget æuum,
Ut solet in viridi reuirefcere semen arista.)
Hanc legem et thalami genialia iura colentes
Vinimus inter nos iunctim, terraque create
290 Antiquam sequimur legem terraque Deique.
Nam mentes, que cælum habitant, scælesque beatas,
Coniugis expertes viuunt, motusque grauesque
Ignorant curas. Mortali sanguine cretis
Vile coniugium est, ramorum certaque radix
Pulchrorum, dulcis vitæ columenque decusque.
Ac primum Deus est rerum generator et author:
Mox amor et thalamus. siquidè mare, tellus et aer,
Munera connubij producta prole virefcunt.
Quin, si vera ferunt, nec palma cupidinis expers.
300 Nanque maritata sub verni temporis horam,
Egregios tum deinde solent producere fructus.
Quod si etiam ex coitu saxorum saxa creantur,
Ut memorant, lapidum quibus est perfecta facultas,
Res quoque tangit Amor rigidas, vitæque carentes.

Sed quid ego externos verbis complector amores?
Perspice incundæ quænam sint munera tedæ.
Quis Sophiam docuit? quis repperit abdita cuncta,
Que mare, que tellus, cælumque volubile claudit?
Quis grauibus claras instruxit legibus vrbes:
Oppida quis struxit? quis doctas repperit artes?
310 Quis fora, quisue domos impleuit, quisue palæstras,
Conuiuus epulas, armatâ bella cohorte,
Quis cætusque, Dei præconia magna canentes?
Quis sine connubio vitam morsque ferinos
Depulit, et docuit proscindere vomere terram?
Quis plantas serere, et nauem committere ponto,
Sulcantem gelidas rapidis Aquilonibus vndas?
Quis mare cum terris vndoso tramite vinxit,
Et multum inter se disiuncta elementa ligauit?
Ac ne præsentem tantum prodesse putetur
320 Coniugium vitæ, non hic sua commoda sistit.
Nam merita illius multo maiora supersunt.
Præstat enim ut nobis auresque manusque vicissim
Atque pedes simus: languentes corporis artus
Roborat, ingentique hostilia corda dolore
Angit, lætitiâ contrâ diffundit amicos,
Afflictis animis communis cura medetur:
Delectatque magis communis utrunque voluptas.
Gratior in thalamo concordia copiarerum:
330 Rursusque in thalamo melius toleratur egestas.
Tuta pudicitia, Veneris quoque clauis virique
Coniugium, obsignans violenti fœdus amoris.
Vnus amicitia pullus, qui pectora saltu
Exhilet, proprii sintque vnica pocula fontis,
Qui nec cuiquam alij pateat, nec diffuat extrâ.
In thalamo concors animus, concordia membra,
Inque vices aciuunt solidæ pietatis amorem.
Nam neque coniugium à Christo veraque salute
Abducit: verum stimulos quoque subdit et vrget.
340 Ut que perexiguam venti vis paruula puppim
Incitat, expasiss velis maria alta secantem,
Aut etiam remis impulsâ, per æquora cursu
Fertur: at ingentem non fert leuis aura carinam,
Que nisi pergrauibus ventis agitata quiescit.
Sic etiam innupti, quoniam leuioribus æuum
Traiciunt pedibus, leuiore videntur egere
Numinis æterni auxilio, afflatuque minore.
At qui consortem thalami, qui pignora chara
Curat, opesque suas, et vastum nauigat æquor,
Arctius ille Deo, quia pluribus indiget, heret.
350 Hæc thalamus. Contrâ manca est sine coniuge vita,
Dura, petis montes, improvidaque et laris expers,
Non animi morbis adhibet senioque medelam,
Non facit ut primos vitæ renouentur ad annos,
Atque repubescant suscepta prole parcentes:
Non dulcem in terra contendit figere vitam.
Non fora delectant miseram, non prodiga mensa,
Non epulæ: verum in lacrymis luctuque perenni
Versatur, fluxique horret contagia mundi,
Et cum sit vitæ, tamen odit semina vitæ,
360 Denique cum reliquis animo non viuunt eodem.
Ac ne fortè thoro, virtutis amore, iugali
Abstineat quisquam, thalamo contermina virtus:
Non modo quod sanctis thalamus mortalibus olim
Cunctis charus erat, contempta cælibe vita,
Verum etiam thalamo quia sunt genitore creati

Vates,

Vates, sacrifici, doctores et Patriarchæ,
Laurigeri reges, omni virtute grauesque.
Non etenim egregios homines, ut vasta gigantum
370 Corpora commemorant, luci dedit arida tellus.
Omnes sunt sacra fœtusque et gloria tedæ.
Quis generi humano numen patefcit Olympi
Omnipotens, supera quæuis procul absit ab arce?
Quis mentes hominum diuino impleuit amore,
Et terra abstractas tulit ad præstantius æuum?
Quis claras animas purgauit sordibus atris?
Alma fides pietasque ad sidera vexit Enochum.
Noe perexiguo numero et semente palante
Mortiferis orbem totum seruauit ab vndis.
380 Inclytus Abrahamus, numerosæ gentis origo,
Haud trepidus natum mactandum admouit ad aram.
Quinetiam Moses miracula magna patrauit,
Dum populum ærumnis, duraque tyrannide pressum
Extrahit, et sanctas leges, mandatæque saxis
Iura capit, numenque aduerso lumine cernit.
Inter sacrificos veteres fulgebat Aaron.
Et Phæbæ et Phæbo cursum produxit Iesus,
Dum sequitur fractas fuscisque per arua cohortes.
390 Tu quoque fidus eras, Anna prognate, sacerdos,
Et Domini Christi cornuque oleumque ferebas.
Quid David? quo non regum præstantior vllus.
Quid Solomon? sophia vertex, omnisque propheta,
Ardentique Elias abreptus ad æthera curru?
Quis non suspiciat veterisque nouique sequestrum
Fœderis, et qui mox ventura luce suprema,
Nuncia læta ferens mortalibus antè cucurrit?
Quis non discipulos Christi, fidoque sequaces?
Quis non cælipetæ robur mirabile Pauli?
Atque omnes alios, quorum clarissima virtus
400 Vel prius illuxit, vel nostro tempore fulget,
Præsidium fidei, plebis columen, decus orbis,
Quos omnes nobis Christus thalamusque dedere?
sed neque fæmineo in sexu, quocunque potentem
Egregia pietate Deum coluere, fideque,
(Quarum non paruum numerum Scriptura recenset)
Sunt sine coniugio tam magna laude potite.
Ut que etiam in thalami quiddam genialis honorem
Alius adiciam, licet omni labe carenti,
Attamen humano Christus se corpore iunxit,
410 Et desponsata per viscera casta parentis
Fluxit, coniugique humani cum deitate
Dimidium iunxit. Sed et hic quoque maxima nobis
Vis posita est, quod si superet pars coniugis expers,
Huic tamen à nobis genus et vitalis origo est.
Non etenim ex agamis ortum traxere iugati:
Verum illi contrâ nexu fluxere iugali.
Quocirca nati quamprimum sistite pugnam.
Quænam etenim patrum minime vos nomè habetis:
Attamen à patribus traxistis semina vitæ.
420 Hæc vbi verba dedit, siluit pars coniuge gaudes.
Tum mæsto vultu, atque hirsutis horrida pannis,
Infirmis membris, macie confecta, pedesque
Nuda, solo fixis oculis immobilis hærens
Virginitas, paulum diducens labra pudore,
Purpureoque suam perfundens sanguine frontem
È capite extracto clam sese obuelet amictu.
Hanc igitur tali pauidam sermone cohortans
Alloquar. O celsi proles generosa parentis

Interno splendore nitens, o cæteribus adstans
Angelicus, regem laudantibus usque supernum,
430 In terra licet ac mortali corpore versans:
Huc age, depositoque metu sancta ora resolue.
Ipse tibi patronus ero: nam tu mihi sanè
Tu mihi cælesti venisti munere diua.
Sæpius atque vtinam venias, veniasque benigna.
Protinus hæc tales emittat pectore voces.
Quis verò inuitam me sedibus admouet istis?
Quis vitæ probitate Deo seruire parantem,
Nocturnisque hymnis, sudoribus atque diurnis,
Atque piis lustris, lachrymarum et fonte perenni,
440 Ad pugnam et rixas verborum adducit inanes?
Non apud humanos vis nostra est atque facultas.
Non lingua valeo, strepitus nec quero forenses.
Non animos etiam mihi gratia iudicis effert.
Iudicibus siquidem recti tenuissima cura est,
Per paucisque viris. Nam partem in utramque scelesti
Iustitiæ persepe solent inflectere libram.
Sint alius huius dulcissima commoda vitæ:
Hæc lex vna mihi, scopus hic est vnus, amore
450 Ut correpta Dei terris excedere possim.
Cætera, queis vanè vanissima pectora surgent,
Que que citò veniunt, subita pereuntque ruina,
Non magis afficiunt animum, quam fumus inanis,
Quam vapor et vêtus, concussa que turbine venti,
Et passim distracta effusa que mollis arena,
Aut etiam in lato puppis vestigia ponto.
Atque apud humanos ingloria viuere malim,
Inter cælicos dum sit mihi gloria quædam:
Quam terræ imperio fulgens procul arce superna
Excidere, atque per secula cuncta carere,
460 At vereor ne quis non firma Virginitatis
Æthera percutiens ala, sermonibus istis
Concidat in terram pronus, soliumque relinquat.
Quocirca ut vobis, Christo donante periculum
Submoueam, vestram aggrediar defendere causam.
Ac primum dicam, que sunt dicenda parenti.
Vera quidem fateor, carnis coniunctio, narras,
Misticeque probo (nanque hinc exordiar, vnde
Dicere cessasti) quod radix Virginitatis
Coniugium. Radix nanque est et origo perennis.
470 (Ecquis enim sana genitores mente negarit?)
Attamen haud verè dixisti cuncta, sed æqua
Aure precor genitrix cordatum percipe dictum,
Ortuque in nostro sophiæ mysteria magna,
Abdita cælestis mihi quam doctrina retexit.
Non homo totum hominè, veluti de more loquuntur,
Progignit: verum crasse tantummodo carnis
Est pater, et calidi dat semina prima cruoris:
480 Quorum utrumque graui corruptum morte peribit.
Ast anima in corpus diuino condita flatu
Immeat externè (nouit rex ille supernus,
Quo primum pacto flauit, terræque iugauit
Augustam effigiem.) Porro ne dicere falsa
Censear ipsa tuo locuples mihi testis amore
Esse potes: nec enim perfectus et integer ille est.
Non etenim natorum animas, sed corpora sola
Diligis, et magno, cum sunt malè sana, dolore
Afficeris, rursus gaudes florentibus illis.
Nam multò grauius mentes utriusque parentis
490 Excruciat vel parua lues que membra suorum

Inficiat, quàm magna animi labèsque luesque.
 Cur? quia non animas illi, sed corpora gignunt.
 Quòd si cum mihi pars duntaxat vilior abs te
 Nascat, nomen tibi non inuita parentis
 Ipsa tamen tribuo, quoniam tua pectora liuor
 Occupat, ut prius natos meliore parente?
 Ergo patri magno genitrix iam cede libenter,
 Virgineæ meritis vitæ iam defer honores,
 Vt pote quæ superum complectitur vsque parentem.
 500 Hæc mihi sufficiat chara dixisse parenti.
 Ast ego, cælicolæ soboles dulcissima patris,
 Hanc legem venerans humili tellure relicta
 Tota immortalis Domini succendor amore,
 Quam satus æterno genitore ac cælibe Christus
 Insiuit, tunc cum paradisi in sede locauit
 Primigeni illum a dami, thalami consorte carente.
 Dehinc legem tribuens veneris præcepit ab vsu
 Vt se plebs certis cohiberet tota diebus.
 Quinetiam partus purgari lege recentes
 510 iussit, sacrificisque ornauit nobile templum,
 Corpore qui puro diuinum minus obibant
 Pro vice quisque sua. Testis mihi prodeat ille
 Zacharias, nec enim, quem sacra accepit in æde
 Luminis immensi mundo iucunda ferentem
 Nuncia, produxit natum, diuina priusquam
 Omnia virgineis celebrasset festa diebus.
 Iam verò Christus, quo Lex veniente sepulta est,
 Humano generi mixtus de Virgine fluxit:
 Vergeret ut posthac in terram vxoria vita.
 520 Ac sic illa quidem cessit, mundusque repente
 Exorians melior terris lucescere cæpit.
 Et per primigenam gradiens mors aspera carnem,
 Atque homines fluído nascentes semine patrum,
 Ac prole educta linquentes lumina vitæ,
 Virgineam in vitam misera incidit, atque necata est.
 Quales in abruptos scopulos insana procella
 Incidit, aut in aquas rapidissima flamma niuales.
 Quis porro latas vrbes infirmaque iura,
 Atque forum lætus sequitur, fluctusque feroces?
 530 Publica quis magnis certamina laudibus effert,
 Quæ propter iuuenes properata morte cadentes
 Fabula confinxit? quis lætæ feracula mensæ
 Prædicat et sôphie præconia pandit inanis,
 Quæ partim in manibus, partim in sermone caduco
 Est sita, qui subito natus vanescit in auras?
 His inquam, quisnam gaudet, plantisque serendis
 Incubat, et pelagus gestit sulcare carina?
 Non ea connubium docuit, sed paruula pars sunt
 Huius supplicij, quo primi noxa parentis
 540 Iudicio est mulctata Dei, quibus anguis acerbus
 Obrepit, plantamque meam peruertere tentat.
 Quòd si connubio cuiquam hæc tribuenda videtur,
 Iam valeant, nec enim, mihi dum migrare necesse est
 E vita atque hominum cætu, comitantur euntem.
 Sed quacunque suo complexu terra coercent,
 Vel nunc, vel tandem mundo labente peribunt.
 Fluxus enim fluxæ tu traicis æquora vitæ,
 Hanc leniter tangens, celeri cursuque fluentem
 Præteriens. Quòd si claros probitate fidæque
 550 Ex te progenitos gaudes, atque inde tumescis,
 Quin tu consimili vitium ratione malorum
 Accipis? hominum etenim radix es, certa parensque

Ex te profluxitque Cain, Sodomeque coloni,
 Quosque etiam aggressos sceleratam condere turrim
 Diuisit Christus, quosque imber missus ab alto
 Extinxit, terras simul atque animantia purgans.
 Quis nã viperæ Pharaonæ, Achabumque furætem,
 Et regum Assyriæ rabiem nutriuit et iram,
 Et sauum Herodem, pueros qui cæde nefanda
 Sustulit, ac natæ lasciuæ membra mouenti
 560 Baptistæ caput ille dedit, iustumque cruorem.
 Quis Christi regis summi, vitæque parentis
 Carnifices, aliosque omnes qui tempore primo,
 Qui post, quique etiam extremis crudeliter annis
 Insigni pietate Deum studioque colentes
 Vexarunt? quorum in numero Iulianus habendus,
 Vltimus ille quidem serie, sed crimine primus,
 Perspicuum sathanæ barathrû, pestisque animarû.
 Quo, quia sacrilegis Christi tentauerat armis
 Expugnare fidem, diuino vulnere cæso,
 570 Feruet adhuc cinis ipse, timor non paruus iniquis.
 Quis reliquos memoret, quos iã dedit atque daturus est
 Connubium mundo, mendacia verba loquentes,
 Versutos, fædæ maculatos crimine cædis,
 Ore venenato periuria dira vomentes,
 Raptores, thalamique alieni iura terentes?
 Perspicuum siquidem est cunctis, quòd puluis et
 aurum
 Excedit numero, sic iustos turba malorum
 Exuperat, nec enim similis calcatur vtriusque
 Semita. nanque malis prona est atque vndique fusæ.
 580 Difficilis contra iustis, salebrosa, molesta.
 Quò sit ut egregios homines manus impia multum
 Exuperet. Quòd si de te sentire superbe
 Ob sobolem tandem cesses, vitæque superno
 Coniunctam regi mancam infirmamque vocare,
 Hic finem faciam, dubiam tibi carpere laudem
 Iam liceat, nec enim terreno filia patri
 Inuideo. Verum si summo nata parente,
 Vilia mirificis præfers, primisque secundæ,
 Vera quid tibi dicta dabo, sed acerba. Quis vnquã
 590 Hoc animo voluit, iustum producere natum?
 Quæ rursus quisquam possit ratione creare
 Deformem vitium? ab imagine pictor eandem
 Picturam ducit: plastes non dispare forma
 Propositam reddit formam, manibusque peritis,
 Quoquo mens tulerit, tractatum ducitur aurum.
 Exque bono segetem telluris cultor opimam
 Semine ferre solet, nec spem deplorat inanem.
 Ast homini, quidnam iacta semente creabit,
 Non liquet, et proliis quænam natura futura est.
 600 Nescius est etenim, qui Paulum laudibus æquat,
 Carnificemne suo producet semine Christi,
 Aut Annam, aut Caipham, vel crimine proditionis
 Consimilem in dæ, quique in scelus omne feratur.
 Rursus qui vitium, ut proditor ille nefandus,
 Tinctum pectus habet, quis scit Paulumne beatum
 Proferet aut Petrum gignet, petramque perennem,
 Cui fuit à Christo clauis concredita cæli?
 Nescit enim genitor natum natamve creabit:
 Sed coitu rabiem tantum restringere carnis
 610 Cogitat. Ex vno siquidem fluxere parente
 Immitisque Cain, Zeloque accensus Abelus,
 Gratæque sacra Deo faciens, Esau scelerato,

Et Iacob pietate graui pater extitit idem.
 Quòdque etiam maius, quòd eodem patre gemelli
 Moribus aduersis prorsus studijque fuere.
 Quin etiam Solomon, quo non sapientior alter
 Extiterat, tandem thalamis illectus iniquis
 Addixit vitium animum virtute relicta.
 620 At contra Paulus Christum, quem spreuerat antè,
 Postquam ardorem animi Zelus laudabilis acrem
 Exceptit, toto notum nox reddidit orbe.
 Horum quid thalamo tribuimus? nil ego certè.
 Non etenim tædæ cocuntes dulcis imago
 Consequitur, virtusque animi, vitiumque profanum.
 Sed veluti fallax recreat quem tessera, talos
 Ille quidem mittit: rectum tamen aut superantem
 Non manus adducit numerum, sed fortè voluti
 Id faciunt lapides inopina sorte cadentes:
 630 Sic neque connubium prudentes atque scelestos
 Produxit, verum docuit natura vel vsus.
 Quin si vera cupis cognoscere, quisquis honesti
 Corripitur studio, rectique tenetur amore,
 Talis ab æterno formatur Pneumate, talis
 Vi verbi efficitur, pietatis nanque sepulta
 In nobis scintilla latet, velut igneus ardor
 Inclusus saxi. Vt porro sepe terendo
 De rigido tandem ferrum silice excutit ignem:
 Haud aliter pietas latitans sermone salutis
 640 Attrita in medium prodit, claræque refulget.
 At qui perfricta facie scelus omne sequuntur,
 Sunt magis coniugij, nanque hoc plus gignit in æuo,
 Et mundi fragilis clauus sociusque comesque,
 Clauus humi carnem stringens, animamque deorsum
 Plumbi more trahens atque omnis census iisdem
 Partibus ad natos heredes morte parentum
 Delabens, vitæ nec limite longior huius.
 Verum age, sic tecum mater veneranda paciscar,
 Vt neque tu iustos homines producere pergas,
 650 Ipsa nec iniustos memorem, fileantur vtrique.
 Ast aliis rebus facile est cognoscere quantum
 Præstet Virginitas, si crasse carnis amorem,
 Atque Dei spectes, naturam si bene mundi
 Excutias, æquo duplicemque examine finem
 Perpendas. nam si nubem tenebræque molestias
 Tantillum ex oculis discusserit, atque micantes
 Ad solis radios pateant sua lumina nostri,
 Et bene purgata lustraueris omnia mente:
 Inuenies vitam thalami consorte carentem
 660 Totam cælesti, vice muneris, esse parenti
 Appensam, sacræque, electrum, aurumque nitore
 Vincentem, pennis celerem, miræque serenam
 Prudentemque leuemque, excelsum vertice, claram
 Vndique, non terræ fixam, immersamque profundo:
 Ætherea sed in vrbe proculque à carne manentem,
 Dextra amplexantem cælum, vitæque senectæ
 Ignaram, læuæque manu decus, atque perennes
 Diuitias, non testaceo sub pondere lentis.
 Passibus in morem domi portæ membra trahentem.
 670 Non carnis Christi simul mandata sequentem,
 Non, velut amphibis mos est, in mollibus vndis
 Degentem, atque etiam in terra nocturne diuque,
 Ardua sed totam mittentem ad sidera mentem:
 Et spe, cui prolis generatio carnea cedit,
 Cælitus innecta lætam, semperque virentem,

Ac puris animi conceptibus, æthere ab alto
 Largiter immisis, puroque à numine fufis.
 Contra connubium à Christo vel prorsus aberrat,
 Æstibus abstractum carnis, variisque caduci
 680 Immersum curis mundi, vel numen olympi
 Exiguè attingit, leuibusque amplexibus vrget.
 Nanque duplex veluti cernens caput, oraque bina,
 Aut etiam geminas spectans in codice chartas,
 Non totam verè poterit comprehendere formam,
 Id licet obnixè studeat, sed parte retenta
 Effugiet sparsum et tenuem pars altera visum:
 Sic Christo et mundo quisquis partitur amorem,
 Huius amor planè leuis est et frigidus: at qui
 Totam animi flammam penitus defixit in vno,
 Ille procul dubio constans et certus amator.
 690 Nanque vel ardenti Christi succensus amore,
 Coniugis amplexus spernit tædæque iugales:
 Vel Christum ex animo, carnem dum deperit, arcet.
 Quinetiam latomi solertes, quique fabrilem
 In lignis artem exercent, cum linea recta
 Quæritur, exactæque opera captatur amussis,
 Ex oculis vnum claudunt, et lumine toto
 In socium fuso, visus acieque coacta,
 Recta sequente tenent duro vestigia ferro:
 sic collectus amor propius coniungit amantum
 700 Pectora casta Deo, cupientem qui cupit atque
 Cernentem cernit, sique obuius aduenient.
 Quæ quò plus quisquã cupit, hoc magis cernit eundè:
 Quòque magis cernit, tantò magis expetit illum
 Cernere. sicque bonus semper conuoluitur orbis.
 Hunc ego deperiens, præsentis commoda vitæ
 Deserui, nec quoquam aliò mea lumina quiui
 Flectere, sed dulci teneor iam compe de vincula,
 Eximia illius succensa cupidine formæ,
 Vulnere quæ dulci mentem transfixit, et acres
 Clarasque in medio sudit mihi pectore flammæ,
 710 Et totam pulchram effecit, totamque cornuscam.
 Nanque hic solus amor formosum reddit amantem,
 Quòdque magis mirum est, ab amato nascitur illi
 Gratia, quam quisquis susceperit, ille beatus.
 At tibi cum mediis etiam altera flamma frontibus
 Insidat, tumidam tamen audes tollere medullam,
 Vt magis ad cælum accedens, sedesque beatas,
 Ob natos, et opes, grandæque etate parentes,
 Tanquam sint leuia hæc, verum sapientis amores
 720 Non leuia aspiciunt, sed dura et acerba sequuntur.
 Parua ratis, paruus tractus, nec commoda magna
 Rerum, quæ pereunt, nec habet durable quicquam.
 Ast immensa tibi est huius traiectio ponti.
 An freta parua secans, sinuatis te quoque velis
 Possè per Ionium pelagus ductare carinam
 Iactanter dices? hac vento flante mouentur,
 Ac tantò melius, quantum præstantior ille
 Extiterit, quòd si fuerint contraria venti
 Flamina, nõ liquidis genus est graue mortis in vndis.
 730 Ast animus contra spatiosum nauigat æquor
 Indiget atque bono flatu, quem spiritus edit.
 Huius ego tota metuo dum mente saluti,
 Arcetius amplector Christum, rebisque secundis
 Non minus hunc cupio, qui nunquam fallit amantes.
 At quem pauperies rerumque penuria cogit
 Implorare Deum, simulatque penuria tristis

740 Egerit, ex templo diuinum linquet amorem.
 Quod si te supera Christus transfigat ab arce,
 Atque saluifera penetret tua corda sagitta,
 Seiunctumque duos bene contempleris amores,
 Perspicies facile, quantum rex summus amantis
 Dulcius extimulet pectus, mentemque beatam.
 Quid sequitur? natus senium curantibus egrum
 Canicie posita rursus florere parentes
 Incipiunt, vxor que viro, contra que maritus
 Subsidio vxoris primos renouatur ad annos.
 Communis porro magis est iucunda voluptas.
 Communes curæ minus angunt, atque fractus,
 750 Et recte gradiens titubantem fulcit amicum.
 Hæc ais. at contra ipsa meos ego iudico patres,
 Virtutis quicunque mihi documenta dedere.
 Rursus pro natis habeo, quoscunque salutis
 Instruxi monitis: demum pro coniuge Christum.
 (Præ reliquis adamat qui Virginitatis alumnos:
 Sit licet ob cunctos natus, crucis atque dolores
 Pertulerit) qui me, licet aspera duraque mittat,
 Explet lætitia, leuiorem mole dolorum
 Efficiens instar vitiatæ sordibus auri,
 760 Ignea quod fornax purgat, reddit que nitore.
 Atque pudicitia, cuius tibi septa coercet
 Coniugij vinculum, Christus mihi, non caro tutrix,
 Et diuinus amor superans, qui depulit omnem
 Flammam aliam, celerique fuga decedere iussit,
 Non secus atque feris leuibus leo feruidus adstans.
 Concordes etenim affectus motusque caduca
 Corpora habent: ideoque sciunt sibi mutua ferre
 Gaudia, quæ veneris parit illecebrosa voluptas.
 Mensa tibi grauis est epulis, me frustula pascunt,
 770 Per loca sola velut numerose millia turba
 Multa Dei quondam pauit clarissima proles.
 Pocula læta tibi vitis fœcunda ministrat:
 At fontes fluuiisque sitim puteisque pererennes
 Nostram depellunt, effusaque pocula præbent.
 Est tibi præpinguis facies, ornatæque vestis:
 Sordida cæsaries decor est mihi, vilis amictus,
 Vestis, quam mirè mouet aurea fimbria, Christus
 Est mihi, rectorum animæ decus, ornatuque refulgens.
 Te iuuat in molli noctem consumere lecto:
 780 At saccus mea membra tegit, mihi stragula præbet
 Lectulus, inque solo, lachrymis persusaque terra.
 In precio est auri tibi vis: mihi puluis amori.
 Est tua, quam vituli teneri lasciuia maior:
 Tristis ego in terram merentia lumina flecto.
 Rides atque genas soluis petulante cachinno:
 In mollem risum minime gena nostra soluta est.
 Te misera incendit fama laudisque cupido:
 At mea non humilem querit sibi gloria terram.
 Atque animo postquam lustraueris ista sagaci,
 790 Perspice quanta premant seruos incommoda carnis.
 Fœmina non parua mercatur dote maritum,
 Quodque etiam grauius, vitiosum sæpe et inertem.
 Rursus emenda viro coniux, nec moribus illa
 Prædita sæpe bonis, quæ sita, accersita pestis,
 Quam nulla valeas à te ratione fugare.
 Nam si concordēs animis iustique coirent
 Iure thori, leuius sulcarent æquora vitæ,
 Nimirum duplici vento impellente carinam.
 At vitius fœdos thalamus cum fœdere iungit,

Immanis labor est, dolor hic præcordia rodit.
 Omnia dissiidiis flagrant: nec enim inter iniquos
 Firma coire potest concordia, certus amorque.
 Aspera quinetiam thalamos per sepe recentes
 Fata subiuerunt: nunc sponsus, deinde cadauer.
 Nunc thalamus tumulus, lætis iunguntur acerba.
 Exiguum cantum sequitur mox nœnia tristis.
 Connubij tedas alius succendit, easdem
 Extinxit manus alterius, fœdusque iugale
 Sustulit. Hic tenera pater est à prole vocatus:
 Ille repente rogo sobolem dedit, ac sterile fecit.
 Non secus ac ramus ventorum turbine fractus.
 Nunc virgo, coniux demum, mox orba marito:
 Vno hæc sæpe die, sunt vna hæc nocte frequenter.
 Dilaniatque comas, sponsalemque eicit à se
 Ornatum, laceratque genas, seuoque dolore
 Perdita virginem pellit de corde pudorem,
 Extinctumque vocat miseranda morte maritum,
 Desertamque domum luget, viduumque cubile
 Et præmaturo sublato funere deslet.
 Nec verò partus pergam memorare dolores,
 Atque onera in matrum vuluis extincta referre,
 Et tristes fructus, et fœtus matre carentes,
 Quæ prius est tumulus natis, ac denique mater,
 Infætoque etiam fœtus, partuque priores
 Interitus. Taceo eductos ad lumina vitæ
 Ante diem, mentisque inopes, atque horrida mostra,
 Deducus humani generis, ludibria carnis.
 Quæ si cui vera libeat perpenderelance,
 Perspicies facile, quantum mea vita feratur
 Altiis ad regni moderantem sceptrâ superni,
 Cunctis nota viris, decorat quos inclita virtus.
 Quinetiam partis labes vtriusque silebo.
 Virginitatis enim decet os conuitia castum
 Effugere. At mihi si tentes aspergere labem,
 Si quis forte meam maculauit crimine vitam
 Et probro Christi tunicam, quæ nescia sordis,
 Iunxerit, idque bonum, quo non præstantius vllum
 Est tibi, complexus fuerit cum crimine fœdo,
 Vxorem serò accipiens, vitamque beatam
 Effugiens, blandæ quæ respuit oscula carnis:
 Ipsa quoque obscænum contra memorabo cubile,
 Quod furtim rapiunt calcata lege, minisque,
 Quas Deus intentat, mæchorum perdita turba.
 Rebus in humanis etenim mage noxia pestis
 Nulla est, nec grauius quæ mollia pectora rodat,
 Quam cum non proprio lecto versutus adulter
 Iungitur, et dubio fœcundat semine mæcham.
 An cum te minime remoretur adultera turba,
 Impediâtque, thoro quit subdas colla iugali,
 Immo etiam vxorem ducat, qui vindice dextra
 Lethiferum mæchi demisit in ilia ferrum,
 840 Totus adhuc stillans admixta sanguine cædis,
 Quicque fuga celeri minitantia spicula fugit.
 Me contra à Christo quorundam insana libido
 Distrahet, atque meum de corde fugabit amorem,
 Et lapis exiguus latissima flumina sistet?
 Haud decet, haud fas est. nã multo præstat, vt ingens
 Dum numerus leuibus petit ardua sidera pennis,
 Æthere labantur quidam, si dicere fas est,
 Quam fixi in terra maneant, iaceantque supini,
 850 Dum metuumt, ne penna nimis sublata liquecat,
 In terramque

800
 810
 820
 830
 840
 850

In terramque cadant, temerè dum sidera quærunt.
 Nanque homines virtute graues sunt gloria Christi:
 800 Contra qui vitium animum immergere nefandis,
 Non aliter quam qui coniecit in aëra saxum,
 810 Verticibus vitium capiunt sordisque malignas.
 Angelus antè fuit miro splendore eoruscus
 Lucifer: ast illo cælesti ex arce ruente,
 Cælitibus tamen incolumis sua gloria mansit.
 820 Sic neque discipulis scelerati casus Iudæ
 Opprobrio fuit, ille quidem de sede bonorum
 Protinus eiectus, nigrum detrusus in Orcum est.
 At reliqui cursum recti tenuere priorem
 Sic postquam æquoreæ quendam rapere procellæ,
 Vela alius pandens vento tumefacta furenti
 Nauigat, extincti prospectans triste sepulchrum.
 Aut etiam à tumulo puppis retinacula soluit.
 Linquere mène inbes vitam sic alta petentem
 Chara parens, verbisne meis imponere finem
 830 Incipiam, quoniam obtinuit tua filia causam?
 Vici ego, dilectique itidem vicere parentes.
 Quod si, te quoniam cælebs prognata parente
 Vita est, lætitia tanta diffunderis: inde
 Colligitur facile, quantum mea gloria maior.
 Nonne vides omnes, quorum à te mentio facta est,
 Præstantes virtute viros à coniuge vita
 Productos superasse tamen virtute parentes?
 Christus enim quamuis Maria de virgine natus,
 Partibus innumeris vincit tamen ille parentem,
 840 Et quoscunque alios obuoluit carnea moles,
 Quasque tegit mentes conuexi regia cæli.
 Quinetiam tenui de semine crescit arista,
 Eximiumque aurum vili profertur arena,
 Ad summam à nobis quædam statuetur imago,
 Quæ velut in tabula vitam pingemus vtramque:
 Atque ita tu nostri finem sermonis habebis.
 Bruma niues profert, flores sunt veris amœni:
 Dat senium rugas, vires generosa inuentus:
 Sed tamen et brumæ spectantur tempore flores,

Atque niues gelidæ vernis quandoque diebus:
 Protulit et canos iuuenis, viridemque senectam
 900 Vidi, et vincentem iuuenilia robore membra.
 Haud aliter, quamuis sit terræ vxoria vita,
 Castæque virginitas decoretur coniuge Christo:
 Interdum tamen in terram depressa recumbit
 Virginitas, contra thalamus ferit æthera pennis.
 Vtraque sic simulans, specie mentitur inani,
 Illa quidem tedas, hæc contra Virginitatem.
 At vos o patres et Virginitatis alumni
 910 Quantisper tardæ quæso testudinis instar,
 Aut velut obliquo gradientes tramite cancri,
 Aut velut oblongi sinuosè membra trahentes
 Angues, vinctis depressi pondere carnis?
 Huc agite, atque aures Christo præbete monenti.
 Formam, splendorem, censum, genus, omnia terræ
 Commoda, et horrendo de crimine gaudia nata
 Pellentes procul à nobis, tendamus in altum,
 Et leue sectemur vite genus, atque beatis
 Cætibus angelicis æqualiter afficiamur,
 Et nos coniungat puris purissima vita
 920 Mentibus æternis vt Regem Dominumque sequentes
 Lætis ipsi animis carmen solenne canamus.
 Vtque in coniugium, paradisi sede beata
 Pulsi, desimus, terramque labore referam,
 Atque ea quæ rigida perfunctos morte sequuntur:
 Sic decus ad primum nos innuba vita reducat,
 Et nemus egregium, mihi quod vœcordia clausit.
 Hæc quoque Virginitas diuino protulit ore.
 At qui iudicio præsumt, licet vrat eorum
 Pectus hymen et amor tedæ, thalami que cupido,
 930 Non tamen idcirco facient, quin candida vitæ
 Tempora virginæ cingant victrice corona.
 Ac statuens etiam sua præmia Christus vtrique,
 Hanc mage condecorans in dextra parte locabit:
 Illam autem à læua considerare parte iubebit.
 Nam nec honor leuis hic, nec gloria parua putanda
 est.

SCHOLIA IN PRECED. TRACT.

Verf. 155. Vetitum ligni exitialis) Gr. αὐτοφθόνοιο φυτόν. Ab effectu arborem hanc pestiferam vocat, non quod naturâ exitiosi esset. Vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona.
 197. Vnus vtrique Deus) ἕς θεός ἀμφοτέρωθεν, non quod ex vtraque natura sit Deus: sed quia Deus et homo vnus est Christus, ac proinde Deus.
 219. Atque hominem contraxit in vnum) Alludere videtur ad id quod ait Apostolus Ephes. 2. Christum ideò mortem pertulisse, vt duos homines conderet in semetipso in vnum nouum hominem.
 264. Ac chorus ingens) Descriptio est eorum, qui contemptis mundi huius illecebris, carnisque lenociniis, totos se pietatis colendæ studio deuouerunt.
 270. Quiq; Dei, cuiusque Deus) Quâuis omnes à Deo creati sint, ac proinde sint Dei: hi tamè potissimè Dei sunt, qui ad ipsius præcepta omnes vite suæ rationes exigunt. Eodem modo quamuis Deus omnium in vniuersum sit Deus: præcipuè tamen optimi cuiusque Deus est. Sic se Deū Abrahæ et Isaac et Iacob appellat.
 296. Ac primum Deus est) In Græco, αὐτοῦ θεός πρῶτον ἑαυτοῦ, καὶ ἑαυτοῦ θεός, καὶ ἑαυτοῦ θεός. Quid autem significant hæc verba, καὶ ἑαυτοῦ θεός, cum sequenti versu, quis que commodus sensus ex his erui possit, non video. Itaque expungenda ea in versione mea iudicavi, idque non sine doctissimi cuiusdam viri consilio, qui hæc planè obreptitia temerè que inserta censet. Alioqui ita hæc per parenthesis extulisset, Tūque mihi quæso sis optimè Christe benignus, Si tua lex, mundo tandem mage pura refulsit. Sed hæc verba sensu carent, et vt ille ait, dans sine mente sonum.
 299. Palma cupidinis expers) Plinius lib. 13. Nat. Hist. cap. 4. de palmarum natura tractans in hæc verba loquitur: Cæterum non sine maribus gignere fœminas sponte edito nemore confirmant, etc.

302. Ex coitu saxorum) Theophrastus & Mutianus, ut est apud eundem Plinium lib. 36. cap. 18. esse aliquos lapides, qui pariant, credunt. Solinus cap. 56. Conchæ, inquit, in quibus hoc lapidum genus reperitur, quæ certo anni tempore luxuriante conceptu sitiunt rorem velut maritum, cuius desiderio hiant. Et cum lunares maxime liquuntur aspergines, oscitatione quadam hauriunt humorem concipitum. Sic concipiunt gravidæque fiunt &c.

328. Communis voluptas) Gr. Ἐρμῆμα μὴ γ' ἀμυθεῖσσι, ἀλλὰ δὲ πὶ δὲσμενέεσσι. Alludit autem ad illud Homeri Odyss. ζ.

οὐ μὲν γὰρ τὸ γὰ κρείσσει καὶ ἀρεῖον
Ἡ δὲ πὶ δὲσμενέεσσι τὴν νομίαν δίκην ἔχουσαν
Ἀνὴρ δὲ γὰρ μὴ, πῶλλ' ἀλγία δὲσμενέεσσι,
Χερμῆμα μὴ γ' ἀμυθεῖσσι, ἀλλὰ δὲ πὶ δὲσμενέεσσι.

Quæ verba hoc loco transferre nihil attinet,

cum ea fere ad verbum ex Gregorio traduxerim.

332. Obsignans violenti fœdus amoris. Efficit ut uterque matrimonij finibus se contineat, nec venereo æstui medicinam foris quærat, cum libidinis ardore domi sedare possit. Quod autem seq. versu ait. Pullus amicitia, videtur alludere ad id, quod habetur Prou. 5. Letare cum muliere adolescentiæ tuæ: cerua charissima, & gratissimus hinnulus, &c.

335. Vnus amicitia pullus. Videtur alludere ad eundem locum. Letare cum muliere adolescentiæ tuæ. Cerua charissima, & gratissimus hinnulus, quemadmodum & sequentii versu ad illud eod. cap. In plateis aquas tuas diuide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui.

369. Vasta Gigantium) Gigantes à Poëtis finguntur fuisse filij Terræ & Titanis. ἄλλ' ἔς Græci vocant.

519. Zacharias, nec enim. Id colligit ex verbis Lucæ, qui cap. 1. de Zacharia loquens his verbis utitur. Et factum est, ut impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam.

551. Quin tu consimili) si tu idcirco tibi præstantissimorum virorū gloriam vendicas, quia ex matrimonio procreati sunt: eodem quoque modo sceleratorum hominum crimina in te recidant, necesse est, quandoquidem ipsi etiam ex coniugio nati sunt.

566. Iulianus habendus.) Vide secundam inuectivam aduersus Iulianum Imperatorem.

580. Nanque malis prona est) Alludit, ut opinor, ad illud peruulgatissimum Hesiodi, qui in libro cui titulus est Opera & Dies, virtutem in arduo positam esse ait, vitium autem in procliu:

Τὸ μὲν γὰρ ἐσκατόπιτα καὶ ἰσχυρὸν ἐστὶν ἐλάσσει.

589. Si summo nata parente.) Gr. εἰ δὲ θεοῖο λαχοῦσα, &c. ὅτι λαχοῦσα filiam interpretor, (quemadmodum & λαχέσσει pro filio accipitur.) non autem sortitam, ut Aldus, repugnante sensu.

649. Ut neque tu iustos homines) Gr. ἀλλὰ ἔμπερ πύλαι, &c. In quibus verbis si Heruagijs correctioni Aldino oculos adieciisset, τῶν αἰώνων possiisset, non πύλαι, &c. In quibus verbis si Heruagijs correctioni Aldino oculos adieciisset, τῶν αἰώνων possiisset, non πύλαι, &c. In quibus verbis si Heruagijs correctioni Aldino oculos adieciisset, τῶν αἰώνων possiisset, non πύλαι, &c. In quibus verbis si Heruagijs correctioni Aldino oculos adieciisset, τῶν αἰώνων possiisset, non πύλαι, &c.

658. Lustraueris omnia mente.) Hic etiam refragantibus & Hexuagiano & Aldino codicibus, ἀλλ' ὅσπερ λέγο, non λυσέας. Hoc enim vult Virginitas, coniugatam vitam, si bene purgato mentis oculo rem perspexerit, comperturam esse, quantis partibus superior sit coniugio calibatus.

671. Velut amphibis mos est) Amphibia animalia sunt, idè dicta authore Columella lib. 8. cap. 19. quòd non tantum terrestria, sed & aquatilia desiderant pabula, nec magis humo quàm stagno & mari consuecunt: cuius generis Suidas vult esse Hippopotamum, crocodilum, & etiam hominem. Raris etiam ἀμφίβιον τοῦ μύλου, id est, ambiguum pastum esse ait Homerus in sua Batrachom.

806. Sequitur mox nenia) In utroque exemplari legitur, μικρὸν ἀείσμα παροίπερον ἐδλὸν αὐτοῦ. ὅτι carmen ipsum corruptum se clamat, nimirum vna syllaba resültans. Itaque pro ἐδλὸν, quod sensui absurditatem affert, lego ἐς αὐτοῦ.

837. Idque bonum, quo non præstantius) Gr. σὺν ἀγαθῶν τὸ ἀεὶ καλόν. Venercum autem congressum significat.

900. Quandoque diebus) Legendum enim πῶτε, non πῶτε.

909. At vos o patres) Gr. ἀλλὰ οἱ τοὶ θεοὶ. Hic nihil temerè mutare ausus sum. Id tamen admonebo mihi pro θεοῖς, πῶτε substituendum videri, coniecturam facienti ex eo quod inferius subiicit, ἔμπαλι δὲ ἀδελτοῖο βίου πῶτε καὶ ἰσχυρὸν, quod nullo modo coniugatis quadrare potest.

911. Gradientes tramite cancri) Gr. πῶτε ἰσχυρὸν. Vaguros enim cancrerū genus esse scribit Plinius lib. 9. cap. 31. Quòd autem cancos λεζοδάκτυς & ὀκλάπιδας vocat Theologus, conuenit cum eodem Plinio, qui cancris omnibus pedes octonos in obliquum flexos esse ait.

913. Viuetis depressi) ὡς enim vnico verbo lego, non ὡς π, ut in impressis codicibus.

918. Et leue sectemur vitæ genus) i. facile & expeditum, nec vitæ huiusce curis depressum.

G R E G.

ARGUMENTVM.

Quoniam præcedenti tractatu Virginitatem laudibus extulit, cōmodè nunc ad Virgines orationem confert, easque salutiferis præceptis instruit, atque ad veræ & præcipuæ virginitatis studium cohortatur. Nec verò quisquam miretur, quòd cum prima fronte ad sacras duntaxat Virgines hic tractatus spectare videatur, masculino tamen genere aliquoties utamur. Græca enim secuti sumus, quæ nunc ad viros, nunc ad sacrosanctas puellas orationem conuertunt. Atque ipsa quoque inscriptio satis ostendit hoc opusculum ad omnes vtriusque sexus pertinere, qui virginitatis studium profitentur. Nec enim fœmineum articulum affixum habet: sed absolutè ac citra vllam distinctionem Virginitatis consilium pollicetur.

Bis tua non dubiè victrix sententia causa: Sicque vel in tenera quisquis defixit amorem Carne suum, statuet. sed enim clarissima Virgo,

Consilioque valens, nostris sermonibus aures, Arrige quæso tuas, mediòque in pectore fige.

Optima sunt etenim curuæ præcepta senectæ.

Motibus immodicis ne mens elata cruento Vulnere te feriat, vigilanti prospice cura.

Nanque hominem haud raro casus prouexit in altum:

Atque itidem fixæ est sublatio causa ruinæ.

Nam lex ista Dei est, dulci gemebunda furore

Pectora complecti, & mentes calcare superbas.

Néve tuam exiguo librans examine vitam, Si quosdam erroneos vel aperta fronte scelestos Prætereas, idè esse putes virtutis in arce.

Non etenim summa est paruos præcellere laudis. Sit tibi lex diuina modus, sit rector Olympi,

Qui, quamuis alios cursu præcedere possis, Te tamen immensè exuperat, retròque relinquit.

Nec, cum non impar numerus virtutis honore Te superet, quam qui laudis tibi porrigit herbam, Sic animos tollas, quasi non sit par tibi quisquam:

Te supra excelsi latissima regia cœli: Tu verò inter humi fusos pronòsque iacentes

Altius assurgens quid laude efferris inani? Ut sol in nitidis Phæbèque & sidera lymphis

Piscibus irradiant, quanquam non illa, sed vmbra Vanæque prospiciunt veri simulachra remoti,

Letanturque vmbri & imagine lucis inani. Letanturque vmbri & imagine lucis inani.

(Non ab aquis etenim caput erexere profundis, Perspicere ut verè splendentia corpora possint.

Nanque aliàs illis esset dignoscere promptum, Quodnam sit verum lumen, quæ ludicra lucis.)

Haud aliter quidam, quia magni culmina regis Nunquam lustrarunt oculis nec imagine mentis,

Si paulum assurgant, fastigia laudis habere Cuncta putant. At tu complexu condita quedam

Iam retines, quedam speras, ad cætera magno

Tende gradu semper scandens spectansque priora. Stare loco mala res. Ergo torpore reiecto

Ut capias, propera: donec virtutis ad arcem, Supremumque gradum peruenis auspice Christo.

Aduigila, ne te Momus sceleratæque lingua A tergo incautam feriat, famamque veneno

Inficiat laudisque tuas, carpâtque malignè. Nanque duplex duplici vita est obnoxia probro:

Altera criminibus grauis est, nec dispere sine Clauditur: egregium contra tenet altera cursum,

Tandemque optatus, sicut decet, exitus illam Excipit. At Momus petulans arrodit vtramque

Dente pari. Quid enim lingua præstantius esset,

Pectora sit tantum morsu vitiosa proteruo Impeteret? Verum nullo discrimine in omnem

Euomit hæc rabiem. Quæ, ut prudentem vtramque Explorare tuum est, ac totis viribus illam

Effugere, in scelerata suum quæ pectora virus Diffundit, puramque tueri à crimine mentem,

Commoda quod linguis furialibus arma ministrat. Altera, qua recti lacerat malus hostis alumnos,

Non magis te turbet, quam vis asferrima venti Æquoreos agitat scopulos, vnde æque minaces,

Quas facile infringit petra firmissima moles. Nec verò turbæ captans popularis amorem

Turpe quid admittas: nec recti desere curam. Sit licet hoc illis odio, quos improba vita

Delectat. cura quæ sunt dignissima laude: Si tamen illa tuis meritis comes esse recuset;

Non te discruciet mendax oratio: verum Prompta per affuetos vestigia figito gressus:

Quamlibet oblatrent, atque ora impura resoluant, (Lædere nil vnquam, quod sit cæleste, valebunt)

Ipsorumque oculos liuor iustissimus vrat.

Nec verò Sodomam fugiens mundique famillas, Horribilisque minas labentis ab æthere flammæ,

Ad Sodomam flectas oculos: ne fortè repente Concrescas salis in statuam, cunctisque columna

Publica tum vitij prostes, tum mortis acerbæ. Nec Sodomam liquisse fuga contentus, in aruis

Vicinis desige gradum, flammæque propinquis:

- 80 Sed celer in montem propera, ne te igneus imber
Obruat, & saeuos pariat mora longa dolores.
Nec tibi sit nimio carnis natura pauidi,
Tanquam illam nequeas vlla ratione domare.
(Non etenim timor hic diuina manat ab arce,
Qui mentes hominum tam dura compede necsit)
Nec rursus carni plus aequo, frena relaxa:
Ne te insperato abripiat, terraque volutet.
Durum iter & salebris infestum carpe libenter,
Conscendensque vide, ne quid vestigia fallat:
90 Vt tibi propositam pedibus contingere metam
Detur inoffensis, arctaque incedere porta
Ad sedes superas: vbi gloria luxque perennis,
Et iucunda quies nullo interrupta dolore.
Si metuis, stipulam quia paruulus excitat ignis:
Pone metum, flammam ingentem tibi calicis imber
Sopiet, atque preces, gemitus, lachrymaeque diurnae,
Atque graues curis noctes, totisque supernum
Ad regem contentus amor, sedesque beatas.
Talia virgineae sunt optima pharicama vitae,
100 Quae neque tu nudas species curabis amoris
Corporei miscere animo: sed mente pudica
Esse laborabis, velut alti numinis aedes
Pneumatis & radius supero demissus ab axe.
Virgo sis oculis, sis ore atque auribus ipsis
Virgo. nam tribus his facile est decedere recto.
Egregiis tantum pateant sermonibus aures:
Turpibus & fatuis claudatur ianua verbis.
Quinetiam velut in thalamo tua lumina claude
Inuolucris demincta suis: nec motibus illa
110 Lasciuus stimulent uasano pectus amore.
Vtque latet rosa uerna suo putamine clausa,
Sic os vincla ferat, validisque arctetur habenis,
Indicatque suis proluxa silentia labris.
Iam vero terram pedibus calcare superbis
Quisquis amat, graditurque ferox: is uirginitatem
Mentitur, sed atque suum quodammodo corpus.
Deditas etiam laceratque amplectere vestes,
Deliciis uacuumque caput, non serica fila.
Ornentur gemmis aliae, decorentur & auro,
120 Quod fulgore suo collustrat corporis artus.
Haec inquam his placeant, quarum depicta colore
Multiplici est facies, mortali que arte manuque
Condita, caelestique ab imagine turpis imago
Disita, calcatum prodens sine uoce pudorem.
Viuentes tabulae, mysteria noctis opaca
Externaeque nitens labes, pulchrumque sepulchrum
Interno fetore madens & sordibus atris.
A quibus o uirgo Christum sortita maritum,
Quam decor occultus decorat, quam tecta uenustas,
130 Esto procil, turpemque ornatum a corpore pelle.
Lumina luminibus, uerbis coniugito uerba,
Pura tamen puris: non risus uisibus autem,
Adacisque animos audacibus atque proteruis.
Hinc etenim humanos uestigia lubrica fallunt.
Cumque uiros omnes, tum nullos ocyus illis
Effuge, quos inductitios de nomine dicunt.
Crede mihi uirgo, Merrhae salissimus amnis,
Firmior ille licet sit saxo, purior auro.
Nanque duplex metus est, si te fiducia carnis
140 Efficit intrepidam (quis enim confidere membris
Aussit, que tecto semper clauduntur eodem?)

Ne tibi pura quidem sit mens, oculique pudici,
Sed uersuta tegat quicquam mens altera carnis,
Spiritusque neget pacem dulcemque quietem.
Ex humili ad superam migraisti corpore mentem:
Cur rursus tenera laudans consortia carnis,
Sacrum de decoras Sponsum, qui teque tuamque
Mirifice affectat formam, nec sustinet vllum
Riualem adiungi: nec te timor occupat ille,
Ne tandem iratus sacro te priuet amore:
Vt pote quam duplici conspiceret poplite claudam?
Christus amore tui flagrat: ne forma uirilis
Te premat, & medio sedem sibi pectore figat:
Illius auxilio quid opus tibi (dic age) qui non
Sufficit ipse sibi, sed opem conquirat amicam?
Charus equo quauis sit equus, ceruo quoque ceruus,
Et sturni sturnus, & uir pius egregiusque
Egregia pietate uir: tamen ipsa cauet, o
Ne te, quantum uis prudentem animoque sagacem,
Artibus atque dolis in fraudem pertrahat hostis.
Nam grauiore animos bello insectatur acutus,
Exque bono per sepe bonis mala subdolis affert.
Nunc splendet, tenebris nunc est adopertus opacis:
Mors grauis interius, dulcissimaque esca supernae:
Blanditiis mulcet, tecto perimiturque ueneno.
Saepe animis & mente pares collegit in unum,
Et lucis speciem praese tulit, atque decorum
Cognomentum Agapes subiit: mox callidus omnem
Ex animo ad carnes uicinas flectit amorem,
Et flammam aut flammam tristissima signa reliquit:
Vtque etiam flamma non signa impresserit vlla:
At celer ipsa tamen lethali pectus eorum
Uulnere concuties, in te qui lumina torquent.
Ad uitium si quidem ferimur procliuus omnes:
Non secus ac per prona solet rapidissimus amnis.
At domus & mensa & vestis, tristisque senectus
Corpusque inuolidum labi praetexitur istic.
Maxima cum minimis permutas, aurea ferro:
Si uita claro perfusa lumine paruas
Ipsa uoluptates praefers minimisque decentes.
Non mihi si grandes auri donaris acruos,
Electrumque nitens, immensaque iugera terra,
Et latas vestes, & splendida tecta, simulque
Alcinoi regis mensam, non denique uita
Altera si detur rugose ignara senectae:
Sic tamen amplectar deformem crimine uitam,
Turpiter atque uelim deserto uiuere Christo.
Exiguus mihi sit panis, sint pocula lymphae,
Et ficus foliis, primos uelut ante parentes,
Me tegat, & uili corpus conuoluat amictu,
Ac mihi sit quaedam tecti uice concana rupes,
Aut fagi latebra: sit simplex uita leuisque,
Atque feris prorsus similis, uel ad atria quaedam
Diuitis ipse iacens, incommoda sarcina terra,
Pauper & uiceribus plenus languentia membra
Miserentemque traham uitam, luctuque refertam.
Ista quidem in terris: post uero chasma profundum:
Atque uoluptates uindex rogus excipit omnes.
Sis saturo tu uentre, meos dolor occupet artus:
Omnia post paulo memori de mente recedent.
Vnum omnes erimus tumultato corpore, puluis
Vnus, & aequalis locus est, sedesque parata
Regibus & seruis: terram properamus ad unam.
Quocirca

- Quocirca nec te praesentis commoda uita
Immodice oblectent, nec rursus tristia frangant.
Tristia quippe tibi simul & iucunda neceffe est
Linquere cuncta breui, quid enim, mihi dicit, longum
Haec mortalibus habet fati quoque obnoxia uita?
Hospes es in misera peregrinus & incola terra:
210 Post uero ad patriam diuinae potentia sedem
Te uehet, in fragili postquam certaueris aeuo.
Praemia sunt porro longe maiora labore.
Tuque etiam Ionadab sublimi praedite mente,
Vitam, qua nulla est homini felicior usquam,
Accelerans natus hanc legem & uerba dedisti.
O nati, quas nec genitor mihi prebuit inquam,
Nec soboli pater uillus opes sine fine manentes,
Percipite, ac laeti caelestia carpente regna.
Vos primum nullis concludite corpora tectis,
220 Vomere nec terram perstringite, uinea uobis
Nulla sit, atque uicem tecti tentoria praesent.
Nec uero dulci gutturo perfunde Lyaeo,
O mea progenies, sed regi uineae superno,
Diuitiasque omnes in eo censumque repone,
Censum, qui cunctos stabilis perdurat in annos.
Haec ait, atque patris nati pia iussa faceffunt.
Quid memorem populum Iacobo patre creatum,
Pergentem ad sedes diuinae uoce dicatas?
Cui flammam monstrauit iter nubisque columna
230 Per deserta trahens, quae nempe trauerat ante,
Cui cessit pelagus, cui dulcia pabula caelum,
Duraque petra dedit latices, gelidisque retrorsum
Territus abcessit fluiuius, cursuque represso:
Longior in terris fixit sua lumina Titan?
Et manibus tensis hostilia castra fugauit
Vnus homo, Crucis in formam pia brachia fingens,
Ac gladio ferrumque fides hostile retudit.
Eximiumque Eliam corui pauere rapaces:
Iisque etiam uiduam fractamque senilibus annis
240 Sidoniae haud magnis epulis nutriuit in urbe.
Pauper enim dulcem semper dabat arca farinam,
Atque olei tantum pleno manabat ab utro,
Quo unum de dolio detraxerat hospitis alitrix.
Quid dicam Hebraeos pueros alimenta scorsim
Poscentes: ne si regis mensaque cibisque
Implerent uentrem, feda se labe notarent?
Quique etiam leto Chaldaeis pectore flammis
Insiliunt, redeuntque domum non corpore laso?
Ipse feris Daniel rabidis proiectus in escam,
250 Non aluit saeuos lacerata carne leones:
Sed postquam fuditque preces, palmasque tetendit,
Aera per medium delata est esca prophetae.
Quinetiam aequoreus medio de pectore piscis
Euomuit Ionam (dictu mirabile!) qualem
Miserat in vastas fluitibus ante diebus.
Nanque fides in uentre ferae comes extirrit illi.
Melle famem agresti repulit uilique locusta
Zacharia genitore satus, texitque cameli
Membra pilis, habuitque domum uersatile caelum;
260 Atque in humo dura corpus dabat ipse soperi.
Quis Theclam necis eripuit flammamque periculo?
Quis ualidos unguis uinxit rabiemque ferarum?
Virginitas (o res omni mirabilis aeuo!)
Virginitas fuluos potuit soperire leones!
Dente nec impuro generosus uirginis artus

Ausi sunt premere, & rigido discerpere morsu!
Nec uero praecleara mihi Susanna tacenda est,
Iure licet thalami fuerit sociata marito.
Illa pudicitiae tanto flagrauit amore,
Vt ueritatem fugiens uenerem dextrisque nefandas,
Iudicio iniusto decretae proxima morti
Consilio iuuenis tanto discrimine uita
Eruta sit, cani mentem, ingenique sagacis,
Ore suo qui Presbyteros Babylonis iniquos
Conuicit, dulcique orbauit lumine uita,
Ipse tibi Paulus longo sermone recenset,
Quot mala, quot tristes curas durisque labores
Externis pressus simul & ciuilibus armis
Sustinuit pelago & terra: tum deinde coruscis
Tertia peruenit gaudens ad culmina caeli:
Dulcibus & totum laqueis innexuit orbem.
Tristibus ille magis gestit, quam rebus opimis
Caetera turba hominum soleat, flaturque secundo,
In medio porro uirtus est fixa malorum.
Haud secus ac spinas inter rosa mollis acutas.
Haec memori uolens animo pulcherrima uirgo,
Spe comitata bona, te uita semper ab omni
Parte Deo studeas puram sanctamque tueri.
Nec quae uel facile prudentia pectora frangit,
Vnquam te fallat duris in rebus egestas.
Quippe etiam Christum dum tenet callidus hostis
Esurie pressum cernens, durissima saxa
Protinus in dulces iubet illum uertere panes:
Vt sic pestiferis laqueis inuoluas egentem.
Vanus at in Christo fuit illius impetus omnis.
Ergo mortiferis, Christum uelut ante salutis
Authorem, illecebris humines mulcere laborat.
Sed te iunge Deo, procul hostem pelle malignum,
Christi tota manens, tenere nec subdita carni.
Nec uelut in lepidae curuo solet orbe choreae,
Huc dextra, huc laeva teneas, quantumque propinqua,
Tantum etiam a Christo sis Omnipotente remota:
Et simul addidas animum carnique Deoque.
Aequora uel celeri sulcans infida carina,
Non nimium tumidas Aquilone agitante procellas,
Committite ut cursum ratis anchora iacta retardet:
Aut etiam ut terra trahito hac, segnemque per undas
Carpe uiam aequoreae similem similemque pedestri.
Nec uita ipsa tuae iacis Echeneidae carnem,
Quae uelut iniecta properantem compede puppim
Detinet, ac tantam cogit subsistere molem.
Vtque arcto nimium decurrens unda meatu,
Plumbeus ut primum lymphalabente canalis
Plenus aquas ultra nullas capit, illico uincta
Accliuisque salit vi propulsante retrorsum.
Non secus ipse tuum, qui mente arctatur, amorem
Te iubeat ad Christum sublato tollere fluctu,
Aut pulchram quandam pinguemque obducere terram.
Nam si huc atque illuc liquidas diffuderis undas,
In rupes, in prata, in torrentes, in arenas:
Optimus haud dubie fluxus tibi, uirgo, peribit:
Dispersis quoniam lentis deuoluitur undis.
Aetherea quoniam genitor charissimus aura
Si fruitur qui te donauit lumine uita,
Aut dulcis genitrix: amor hic a crimine tutus,
Atque iidem fratrum si tu fulciris amore,
Si defixus amor tuus est in utroque parente,

Qui vel opem natis possint afferre, vel horum
Auxiliis egeant, illis conuiuere nulla
330 Inuidia est, oculos nec ob id tibi **M**onus acerbos
Iniiciet, soleas non raro stridere dicens.
Hoc quoque non fuerit mediocriter vtile, Virgo,
Cum malus hostiles in te contorquet ocellos:
Inuidus ille licet iaciat, tu pectore firmo
Semper eris, nec te lior maculabit iniquus.
Nil alienus amor tibi sit, nil extera flamma.
Aut si quosdam alios casto amplexaris amore,
Saltem ne recti ius sit commune cauetur.
Corporibusque nocens sanis fiducia fallax,
340 **Q**uoniam potius presbis manibus complectere Christum,
Aeternisque illi te iungat nexus amoris.
Nec tibi virginea quicquam clarescere laude
Profuerit, vitium habeas si pectus apertum
Virginitate tumes. Grauius scelus istud habendum est,
Nascitur ex virtute malum cum demonis astu.
Non tam etenim ut dulces thalamos nexumque iugalem,
Quo genus humanum Deus immortalis adauget,
Effugiam, quam ut criminibus mentique medelam
Quæram, virgineæ vitæ delectior amore.
350 **Q**uæ si forte meam purgarit crimine mentem,
Egregie de me merita est, gratisque rependo.
At si cum validis conclusa sit area septis,
Porta feris pateat ravidis, pateantque fenestæ:
Aut cum parte aliqua sepes molimine magno
Condita vim nullam metuat, pars altera rursus
Tota viatrici teneatur aperta cateruæ:
Quid mihi profuerit? nec enim minus area seuium
Latronem excipiet, qui parte irrupit ab omni,
Et mea peruigili circumspicit omnia mente,
360 **S**edulius obseruans, quoniam mea vulnere membra
Sauciet, externo telumque in corpore figat,
Quidque etiam interius rapiat. Nunc sciuus aperto
Marte furit: nunc insidiis adoritur inermem.
Quis nisi presidio Christi subnixus acerbum
Effugiat Satanam, et turpis contagia vitæ?
Nec verò in vitium quicquam paruique leuisque
Ponderis esse putes. Qui paruos erroris ibit,
Is nunquam præceps scelera in grauiora feretur.
Optima quæque libes audi: loquere optima quæque,
370 **P**auca tamen. Visus facilis promptusque feratur,
Verum ad opus celer extimulet. Iungantur amicè
Visus et auditus, sermo finisque loquendi.
Utque bonam messem facias bona semina funde.
Sed neque furuos mundi secteris amores,
Atque fidem Christo iuratam perfida fallas.
Hanc porrò fallit, sacratæque fœdera rumpit,
Quisquis vel tenuem radicem criminis in se
Excipit. Innumeros nam paruo tempore ramos
Hinc atque hinc obscura solet diffundere radix.
380 **E**t succo exiguo densatur copia lactis.
Et lapidem si quis tranquillæ iactet in vnda,
Egregios turbat latices, vitiatque colorem,
Multiplicisque orbis summa nascuntur in vnda:
Qui simul ac pacantur aquæ, soluantur inanes.
Quinetiam paruo liuescit vulnere totum
Corpus, et ingentes subeunt cruciantque dolores.
Exiguusque cibis mihi mortem inuexit acerbam.
Nam scelus hoc scelerum densissima turba secuta est:
Non aliter quam cum perruptis mœnibus urbem

Ingreditur miles, sequiturque exercitus omnis.
Apsidis haud grande est vulnus: tamen illa soporem 390
Mortiferum extemplo inducit, vacuusque dolore
Intertit, excepit qui tetrum corpore virus.
Ergo caue, ne vel labes tenuissima mentem
Inficiat, minimasque etiam procul abice noxas.
Venter claustra ferens vitij contagia forsan
Euitare queat: sed si laxentur habenæ,
Ianuæque huic omnis pateat, metus imminet ingens,
Ne furtim obrepat carnis lasciuia quadam.
Corpore cum domito facile Cytheræa domatur. 400
Vinum virginitatis probrum est obscenius ira:
Turpius ira malum grauiusque in virgine crimen,
Quam furor in reliquis. iter hoc ad tartara ducit.
Nec verò quia membra tegit tibi sordida vestis,
Inde supercilium tollas. Nam gloria vana
Interdum tacite in viles irrepit amictus.
Nec gena pestiferum fœdis subsultibus hostem
Excitet. His etiam petulantes lingue cachinnos
Letitiamque vagam, faciunt quæ corpore questum.
At tibi soluat leni gena candida risu, 410
Purpureisque rubor confestim gaudia fallat.
Nam qui virginea cernunt in fronte ruborem,
His cadit exorto petulantia victa rubore.
Fœmina pauca loqui de summo numine debet,
Hactenus ut Triadis naturam intelligat vnam
In tribus. haud enim pietatis verba tacere
Vtilius fuerit: sed plura admittat in aures.
Atque vtrumque pio faciat tremefacta pauore,
Et niuei externæ velum ferat usque pudoris,
Pugnet docta cohors, aduersaque verba profundat, 420
Sternat, et hæreticam cogat dare terga cohortem.
Ne tibi curarum moles densissima Christum
Eripiat, quæ vel mentem in sublime volantem
Deirahit, atque humili cogit subscdere terra.
Nec velut indomitus solet in certamine pullus
Currere calce procul: sic in diuersa feratur
Mens tua, et à Christo procul excidat omnipotente.
Fraude tamen Elia si mens fortasse vagetur,
Flecte celer cursum, dubioque errore relicto
Protinus extremam studeas contingere metam. 430
In manibus tibi sint radij, sit candida lana,
Inque super tibi sint diuina oracula curæ,
Cœlestisque etiam sapientia, cantica sancta,
Et tenuis vocis prudens sonus, atque susurrum
Tam leue, ut admotas haudquaquã verberet aures:
Quod minus in labris habeat, quam pectore fixum.
Sæpe etiam in surdas hostis malus insilit aures.
Sed neque cum redas sis aspernata iugales,
Et quæ famincos animos incommoda vexant,
Diuinisque semel virgo castissima flammis 440
Arferis: externos thalamos male sana sequaris,
Et quæ sunt thalamo coniuncta negotia, quæras:
Coniugis et sancta referas pro virgine nomen.
Aut etiam asideas alienis improba testis,
Atque epulis, interque grege verferis ineptè
Seruorum, turbasque domus strepitusque molestos,
Pròque fame expleta verba obsequiosa rependas.
Hospitalibus porrò tibi sit modus excipiendis:
Si procul à turba, si quis virtutis amicus, 450
Huic facito, ut pateant angusti limina tecti.
Ducetur tibi parua domus desertique laudi.

Hospite

Hospite præstiterit si quidem tibi Virgo carere,
Quam sine delectu cunctos admittere tectos.
Nam ceru in magno facilis iactura pudoris,
Atque hinc virginea in vita graue de decus hæret.
Colligere ergo fidem caueas à finibus orbis.
Quinetiam canos hominis seniumque verere,
Et mores imitare graues. Cordata senecta
Commoda plura feret, quam stulta leuisque iuuetas. 520
Nec verò ardenti pietatis concita celo
Cum leuibus discurre viris, oblita decori,
Adque sacras edes procul à te peregeremotus.
In cuiusque domo Deus est, cunctisque propinquus
Pectoreque in medio semper versatur amantis.
In primis venerare Deum, tum deinde sacratum
Pontificem, in terris fungentem munere Christi:
Quo duce certa teris fluxæ vestigia vitæ.
Huic tu præpetibus comitem te adiungito pennis,
Huic taciturna tuum Virgo submitto collum,
470 Hoc gaude alta tenens, hinc labens cede doléque:
Te pauor ut rursus tractam subducere in altum.
Mortua sis cunctis aliis, veluti que sepulta.
Nanque hoc virginitatis melius, quam ducere vitam
Expositam cunctorum oculis fœdèque reiectam.
Illa mihi mulier, quam nescit turba virilis,
Quæ procul à mundo vinit, quæque abdita Christo
Cernitur, illa mihi dignissima laude videtur.
Magna quidem tua sit pietas, præclaræque virtus:
Nec tamen idcirco pietatis laude tumescas.
480 Laudè etenim captans hominū famamque, caducam;
Egregiam laudem amittes noménque perenne.
Famineo è sexu fastus tollatur inanis.
Quem tu virtutis meritis fulgere videbis,
Hunc feruenter ama, et tota complectere mente:
Contra quem vitium tinctum perspexeris, illum
Insectare odio. Non est in dispare culpa,
Qui premit inuidia motus virtutis alumnos,
Quam vitio addictis qui se proficitur amicum.
Nec tranquilla malis cum prospicis omnia, rectum
490 Desere iter: iustos nec cum mala plurima vexant,
Te sciuus dolor excruciet, mentemque perurat.
Hi vitæ lusis, hæc fallax alea mundi.
Quocirca extremos rerum vigil inspicere fines.
Dum mare cœruleum arripit, fluctusque quiescunt;
Latitæ moderare tuæ, nam forte propinqua
Tempus puppim quatiet, mergetque profundo.
Aut igitur timeas instantem Virgo procellam,
Aut dubios casus incertæque tempora vitæ.
Certius iniusto vestigia fige cadente:
500 Quod si etiam iusti studium complexus et æqui
Corruat, ipsa tuæ tantò magis prospice vitæ.
Cum etiam insignes homines titubentque, cadantque,
Ardua inoffensam res est traducere vitam.
Ut pedibus carbo, tota hæc tibi vita caduca est:
Per medios graderis laqueos, per mille pericla.
Ac timor incessit mentem, ne fortè salutis
Fundamenta meæ molli iaciens in arena,
Odiar à pluuiis fluuisque et turbine venti:
Aut velut in siccam labentia flumina terram,
510 Protinus ipse quidem exoriar, sed solis acutis
Arescam radiis tactus, moriarque repente,
Aut etiam placido recreanti membra sopore
Inferat impurum semen mihi liuidus hostis,

Pinguis Zanium qui fundit in arua nociuum.
Aut cum casta decas priuans sua lumina, somno,
Ardentemque faces gestans, perfusaque luce,
Ætherea Christum venientem ex arce manebit,
Ut splendens rutilo, veluti decet, obuia fiat,
Annumerer stultæ classis, tenuemque micantem 520
E facibus lucem cernens, iam fortè propinqua
Principis æterni sobole: languente lucerna
Tum serò infelix oleum vitale requiram,
Et foribus clausis thalamo miser arcear illo,
In quo pectoribus puris commixtus amore
Christus splendorem tribuit famamque perennem.
Nati connubium celebrat pater, atque profusus
Regalesque omnino epulas festiuus adornat.
His vti nam interfim, cunctisque accumbere detur,
Queis mea chara salus. Ille excludatur ab aula,
Qui villam geminose boues, thalamumue iugalem 530
Non epulis stultus dubitat præponere sanctis.
Atque etiam grauius metuo, cum cætera turba
Connubiis digno decoretur corpus amictu,
Ne quoniam laceris obualem corporis artus
Vestibus, abripiar manibus pedibusque reuinctis,
Et thalamo atque epulis charisque excludar amicis.
Cumque meus dominus thalamo thalamique relictis
Deliciis tandem cœlesti ex arce redibit,
Ac subito adueniens toto spectabitur orbe,
O vti nam inter eos numerer, qui mente parata 540
Illius aduentum expectant: laudetque timorem
Ipse meum, famulumque bonū vocet atque fidelem:
Ut qui seruæ lenem facilemque cateruæ
Me præstem, fideique illis alimenta ministrum,
Sedulus et partes frumenti partiar aquas.
Hæc veluti natis genitor charissimus, ipse
Virginitatis mando: vos charum audite parentem
Et dulces nati et natæ, pulcherrima proles,
Gratia si qua mihi affulget. (nam fortè resfulget)
Nec velut Helidæ contemnit iussu parentis: 550
Ne scelus horrendum non dispar pena sequatur.
Nunc alios demum verbis affabor apertis,
Æqua vtrisque tenens exactæ pondera libere
Cælibibus, thalamique iugo quæ colla dedere:
Ac mihi sit testis magnus moderator Olympi.
Quanto Virginitas melior quam vita iugalis,
Tanto etiam dubium præcedit virginitatem
Coniugij sancti nexus castumque cubile.
Ergo virgineam vel procius dilige vitam,
Si genus hoc vitæ arripit, vel membra domare 560
Si nequeas, thalamo cernicem innecte iugali.
Ut que is qui ratibus secat æquora vasta, secundum
Sic teneas cursum, primo et meliore negato.
A si fœdam vitæ mixturam vtriusque cauetur,
Nec cernum vino, nec felli dulcia mella,
Nec sacris Samaram Solyms misceto nefandam.
Non etenim ut vano torquet sua membra labore,
Qui relegit gressus, pedibus quos triuerat antè,
Vel ferit emissâ stultus loca densa sagittâ,
Aut illam ante pedes laxato proicit arcu, 570
Nec quod tendebat, temere volutantia fixit
Spicula: sic etiam qui Christo virginitatem,
Spirituale velut sacrum vacuamque cruore,
Obtulit, atque pedem referens connubia querit.
Non illi hoc facinus tantum iactura futurum est,

Sed casus grauis & morti vicina ruina,
 Et probum ac labes omni durabilis aeo.
 Non secus ac si quis praeupto è vertice montis,
 Quem sudore graui reptans ascenderat, aurum
 580 Vi foderet, cursu ve feras agitaret atroces,
 In terram subita lapsus cadat ille ruina.
 Quis porro pœnam Ananiae Saphiræque tremendam
 Cum legit, occultos nummos qui morte luerunt:
 Non, euiam leuiter, metuit perfringere vota?
 Is quæ etiam in linguam effictum qui sustulit aurum,
 Vestesque, & paucos ignaro principe nummos,
 Sacrilego totam constrinxit crimine gentem.
 Virginitas haud leuius crimen, quæ perfida cursum
 Egregium linquens, miserè in contraria fertur.
 590 Immo etiam quando melior res prædita vita,
 Tantò etiam furto grauiori astricta tenetur.
 Ac pereat thalamus, pereat coniunctio vitæ,
 Quam non lex thalami, non connubialia iura
 Sanxerunt: verum ille animas qui recta tenentes
 Inuidus obtorto collo in diuersa retorquet,
 Vt premat imperij maiorem compede turbam.
 Primus ab aethereo ad terram splendore volutus,
 Ac tumida mentis pœnam, graue dedecus, atque
 Immortale tulit probum, quem nocte dieque
 600 Obserua, stimulum tibi ne defigat acerbum.
 Vos ego conuerso iam nunc sermone parentes
 Alloquar, in quorum manibus iacet arbitrioque
 Gloria virginæ vel fœda infamia prolis.
 Ac simul ad charos etiam dabo dicta propinquos,
 Et quibus ætatis commissa est cura tenelle.
 Haud decet, haud fas est magni signa parentis
 Cogere, nanque omnes ab origine fluximus vna,
 Et rex & regi qui vectigalia pendit,
 Diues, inops, altis qui thronis insidet, & qui
 610 Vergit humi, florensque annis fractusque senecta,
 Omnes eiusdem soboles patris, omnibus idem
 Spiritus, ad regem cuncti properamus eundem,
 Omnibus est natus, mortem tulit omnibus æquæ
 Christus, & ad vitam rediit, vitamque beatam
 Obtulit & rutili conuexa palatia cæli.
 Nemo igitur stolidæ vanissima gaudia carnis
 Dum sequitur, Christi quæ flagret amore, puellam
 Inuitam ad thalamos reuocet, Veneremque molestam:
 Ac velut harentem saxo affixumque rigenti
 620 Pulypon, aut volucrem tentet depellere nido,
 Quin tua si potius transfixus pectora Christus,
 Atque ea diuino Pater immortalis amore
 Impleuit, Christo ne sit graue sistere nympham,
 Aut puerum, vt quòdam gremio quem fuderat, Anna,
 Quo nullum semen sacratius, hostia viua
 Primitiis cunctis præstantior, omnibus vuis,
 Et spicis, manus agricolæ quas sedula carpit,
 Primitiis frugum dum cæli numen adorat.
 Quòd si inter Christum mundique incedis amorem,
 630 Lance pari studeas vtranque expendere vitam,
 Quæq; bona, & quæ sint vtriusque incommoda partis,
 Egrejijs verbis referens, quæque vtraque finem
 Spectet: tum demum tulerit quocunq; voluntas
 Illius, huc sequere, ac thalamo vel porridge dextram
 Auxilij, vel diuinæ succurririo flammæ.
 At quæ maturis iam vite adoleuerit annis,
 Vt vel mortali possit, vel nubere Christo:

(Vt vir enim uxori, sic natae vincula parentes:
 Atque vtrique Deum metuunt, sed Virgo timore
 Depulso, flammis cælestibus ardet in illo.)
 640 Hanc neque connubij cupidam cœtusque virilis
 Reprime: nec rursus cupientem nubere Christo,
 In thalamos compelle graues, & trade marito.
 Nec tamen impedio, quin tentes nonnihil illam,
 Quamq; habeat mentem, explores, faciâsq; periculum.
 At verò totam si tu mentemque manumque
 Connubio dederis, thalamos epulâque, chorosque
 Instituens, corpore latius, cursuque molestum
 650 Talibus excutens senium, miserèque fugata
 Virginitas cælos repetat, Christoque querelas
 Deferat, vt quondam terris Astræa relictis
 In cælum rediit, cum bos est casus arator.
 Quam vereor ne iudicij Pater almus iniquis
 Offensus iusta facinus graue vindicet ira!
 Cui natura omnis cedit terrena, pauetque,
 Cera velut rapidis flammis admota liquefcit,
 Et mentes hominum terret, versatque tremore.
 In terris porro qui sanctè numen adorat,
 Hic similis superis, hic dixum proximus ædi.
 660 Is verò haud dubiè fœdo se crimine vinxit,
 Qui teneræ carni naturam carne vacantem
 Miscuit, angelicòque eduxit amore gigantes,
 Criminibusque Deum purgavit atrocibus orbem.
 Hæc Græci fingant, quorum vœsania diuos
 Condidit authores vitij scelerumque patronos,
 Fures, androgynos, mæchos, pestesque virorum,
 Carnifices, natos tollentes morte patrisque.
 Quòdque etiâ multò grauius, templisque sacrisque
 Crimina non puduit miseris ornare nefanda.
 670 Perspice, quam varias proles Saturnia formas
 Sumpserit, insanæ veneri dum laxat habenas.
 Nunc auis efficitur, nunc serpens atque maritus,
 Nunc taurus niue candidior, nunc cygnus & aurum:
 Et quascunq; iubet natus Cythereide formas
 Arripit, & pueri quam primum iussa facefcit.
 His sanè dulcis, carnis domitrixque teratur
 Virginitas, illis nullo celebretur honore:
 Hi fieri non posse putent, vt carnea massa
 Fulgeat, expendunt proprii qui sordibus omnes.
 680 At ægri est oculi nigrantia cernere cæli
 Sidera, sic tellus, quamuis immota quiescat,
 Voluitur ipsa tamen cæca vertigine captis.
 At nos virginæam probris conscindere vitam
 Haud decet, & duris insontem carpere verbis.
 Quid mirum in medio si fixus corpore Christus
 Humanos omnes pellat violentus amores?
 Sanguineum ægrote solo velut antè represit
 Profluuium tactu (Nanque est furata salutem
 Illa volente Deo, siccatæque vena cruoris.)
 Aut gladios vndâque graues flammâque feroces
 690 Immanesque feras lamiantes corpora sancta,
 Christicolis animus circum præcordia maior
 Exilit, infestus quoties mouet arma tyrannus,
 Persequiturque fidem Christi, bellòque lacefcit.
 Tum vitam insomnem ducunt tectòque carentem:
 Tū gemitus lachrymæque, fluunt, tum vota precèsque,
 Tum dulces hymnos nocturne diuque canentes
 Sidera summa petunt, mundòque & carne relictis,
 Tum tenui victu sustentant corporis artus:

Antra

700 Antra vicem tecti præbent vastæque cauernæ,
 Strata lapis, mollesque herbe, ramique viroris
 Expertes: siluâque truces atque inuia quærunt,
 Cùmque feris habitant fugientes vincula carnis.
 Vt Phœnix moriens primos reuiscit ad annos,
 In medijs flammis post plurima lustra renascens,
 Atque nouum veteri surgit de corpore corpus:
 Haud secus egregia redduntur morte perennes,
 Dum pia diuinus ardescunt pectora flammis.
 710 Viribus afflictis vis est subnixa bonorum.
 Hæc qui quisque bene perspiciet, cum corpore fœdus
 Non feriet, postquam meliore exarserit igni.
 O rerum natura parens, ô maxime diuum,
 Arbitrio qui cuncta regis, miracula pandam
 Iam tua, quæ terris lucent vastumque per æquor.
 Vt semel est dulci turtur viduata marito,
 Extinctum gemit assidue, luctuque requirit.
 O verè sapiens volucris! Mortalibus autem
 720 Quando Virginitas tandem præstare putanda est?
 Garrula quinetiam cornix orbata marito
 Tristis agit vitam, cunctòque exhorret amores.
 Nec verò multi circum connubia pisces
 Finibus excedunt legum, temerèque feruntur
 In venerem: vitam sed magna ex parte pudicam
 Traducunt, thalamosque & iura vxoria curant.
 Nanque etiam in magno legis viget æquore regnum.
 Sunt quibus est vno partu contenta libido:
 Sunt qui duntaxat sub verni temporis horam
 Fœmineo coitu gaudent, natura modumque
 Imposuit veneri, & rabidos frenauit amores.
 730 Omnibus ac rursus coeundi temporis certa,
 Aëris, quæque in terra versantur, & alto,
 Nanque animal nullum fines excedit amoris,
 Sed tempestiuâ stimulata libidine cuncta
 In venerem exorto turgentia vere feruntur.
 Ac quædam mixtim coeunt discrimine nullo.
 Cætera legitimo coitu desinit amorem
 Turba, suis rabidos sedans vxoribus ignes.
 Sunt etiam quibus est vnum satis edere fœtum,
 Vt scriptis retulere suis, quos noscere iuuat.
 740 Quòque quæquam variis pariant animatâ fetus.
 Ergo pudicitia cum quadam animalia curam
 Bruta gerant: tu quem summus Dominator Olympi
 Omnipotente manu finxit, non compede totam
 Astringes carnem, modò sit tibi prompta voluntas?
 Sic etenim es factus rationi vt cedere rectæ
 Non minus ipse queas, quam ferrum cedere flammis.
 Quòd si vt me diuum effecit cælestis imago,
 Non itidem tenet imperio mens optima carnem:
 Dic mihi, quid tandem nobis animalia cedunt,
 750 Motibus omnino si nos agitamus isdem?
 Quamquã autè multi affectus rapiuntur in omnes:
 Communis tamen haud dubiè natura frequenter
 Vincitur, & mandata lubens diuina facefcit.
 Nam mihi nec corpus dispar, nec carnea moles:
 Et tamen extractum mundo crux compede firma
 Vinxit, eique meos affixi corporis artus.
 Nanque ego cum Christo cupio decedere vita,
 Vt simul ad vitam redeam, simul æthera tangam,
 Cuncta ferens Christi, Verbum, carnemque caducam,
 760 Clauos, & mortem, & rediuiua lumina vitæ.
 Sponte domant alij carnem, non cælite flamma

Incensæ, quare nec Virginitatis honore,
 Nec titulo digna est talis compressio carnis.
 Nec tamen æterni vehit hoc sine numine Patris,
 Vt qui quæquam veneris fœdæque libidinis expers
 Viuat, & hoc fragili maneat tranquillus in æuo.
 Inuenies etiam, qui dulcia vina cibosque,
 Quos alij quærunt, exhorreat, atque liquores.
 Sunt alij rursus generis consortia nostri
 Qui fugiant, hominumque odio loca sola sequantur. 770
 At in cælibus tu tantum incredulus hæres.
 Quamquam incredulitas, nisi fallit opinio mentem,
 Non adeo in causa est, quod timor occupat artus:
 Nec memor es, thalamus quot secum incòmoda portet.
 Paruula flammigeros currit Salamandra per ignes,
 Ac velut in gelida figit vestigia terra.
 Empyrius est piscis, qui nunquam absumitur igne:
 Verum ardens medijs effulget in æquoris vndis.
 Nonne etiam cogit magnes assurgere ferrum?
 Nonne adamus manet indomitus, nec viribus vllis 780
 Frangitur: in saxis quædam tam dura videbis,
 Ictibus vt nequeat ferrum his extingui flammam.
 Infusus aliud lymphis citò concipit ignem:
 Quasque etiam saxo flammam expresserit vnda,
 Protinus infusus liquor has extinguet oliui.
 Cætera de genere hoc, nã plurima dicere propriè est,
 Quis tandem numerare queat miracula Verbi?
 Mens etenim sapiens ludit, speciesque creatas
 Temperat arbitrio, & toto commiscet in orbe.
 Ex multis nunc pauca tamen referenda videntur, 790
 Quæ partim his oculis vidi, partim auribus hausi,
 Partim etiam monumenta fidem mihi prisca dedere.
 An non declinui labuntur flumina cursu?
 An non littoribus sæuam constringitur æquor?
 An non flamma leuis naturâ fertur in altum?
 Et tamen est fluuius, qui salas permecet vndas,
 Nec quicquam miscetur aquis aqua dulcis amaris.
 Ac licet è pelago nautis haurire fluenta
 Dulcia, si refluxum ratis admoueat ad annem.
 Iam verò Euboicum vidi tractumque fretumque, 800
 Quod furit insanis crebro redeuntibus vndis:
 Vnda fluit refluxitque, & cursum versa recurrit,
 Ac modò deserta repetit cuius æquora terra
 Oceanus, rapido nunc verberat impete terram.
 Cimmeriæque itidem in ripa nunc humida tellus
 Cernitur æquoreis, nunc contra obducitur vndis.
 Est alius rursus flammis ardentibus amnis,
 Si modo vera feruat, Ætnæo vertice manans.
 Mirum profluuium: nexu sociatur amico
 Ignis aqua, coeunt Christi contraria iussu. 810
 Quinetiam in paruis eadem miracula lucent.
 Esse ferunt semen, quod solum ex omnibus illis,
 Vbere que gremio tellus largissima fundit,
 Corpus habet rigidum, nec terra soluitur vnquam,
 Imbre nec aethereo pinguet, sed tempus in omne
 Defixum siccumque manet, nec cornibus vllis
 Duritie quicquam cedit, quod scilicet ìctum est
 Cornibus obduris validi bouis, arua colonus
 Dum ferit, & certo Cererem committit agello.
 Atque hinc naturam cum nomine traxit eandem: 820
 Ni tamen est doctis præstantior altera causa
 Nota viris, nostræ quæ fallit mentis acumen.
 Hæc natura facit. Iam verò perspice, quantum

Ars hominum efficiat, naturae iura resoluens.
 Sturnus enim nostras condiscit reddere voces,
 Atque aliena suo garritu verba profari,
 Quae visa in speculo sturni depicta figura
 Edocuit, virque ingenio praecclarus et arte
 Stans retro, sturnum sturnique in imagine fallens,
 837 Dum sua furtiva modulatur carmina voce.
 Nec minus humanum videas effingere cornos
 Eloquium, ac nostris crebro sermonibus vti.
 Sic etiam in cauea pulcher canit ore recurvo
 Psittacus, et voces hominum mentitur, et aures
 Cantu saepe suo nostras auis improba fallit.
 Pendulus est etiam funis plerunque caballis,
 Per quem, non aliter quam lato tramite terrae
 Fortia membra trahunt: liquidumque per aera fertur
 Vt sa, sedensque grauis velut ad subsellia iudex,
 840 Iuris, ut apparet, rectissima pondera librat
 Anteriore pede, et simulat fera bellua mentem.
 Arsque hominum docuit, quod ei natura negarat.
 Quinetiam haerentem spectari saepe leonis.
 Dorso hominē, saeuamque feram manus vna domabat.
 Ille quidem aurige ritu tractabat habenas:
 At fera pestiferum linquens asperima flatum
 Parebat, dominumque suum mulcebat amicē.
 Insuper horribiles ducit manus Indica barrhos,
 Exiguisque puer stimulis mitescere cogit,
 850 Sessorque intrepidus validissima membra gubernat:
 Non secus ac clauo regitur latissima puppis
 Audax qui rabiem primus mollire ferinam
 Tentauit, duroque iugum graue nectere collo,
 Nec portentosum trepidauit ducere currum.
 Ergo hominis generi vitam praefere ferinam
 Non dubitas: si cum naturam inflectat earum
 Vis hominum, labor assiduus doctrinaeque longa:
 Hi contra indociles perstent, nec flectere mentem
 Ad meliora queant, quantumuis sermo propinquus
 860 Insonet, et recti praeccepta instillet in aures.
 Barbare quid tantum regis figmenta superni
 Deprimis, et tantā pergis conspergere labe?
 Tamne suo generi quis barbarus extitit hostis?
 At mihi non animus, non est sententia talis,
 Nec cuiuis alij, ratio quem recta gubernet.
 Noui ego caelestes animis, et corpore puros
 Viroque in sexu multos, nam femina solum
 Robore membrorum cedit: communis utrosque
 Inflammat virtutis amor: communis utriusque
 870 Est via, fiderei quae caeli tendit ad axem.
 Is porro melior, cuius mage prompta voluntas,
 Quisque manus agiles habet addictasque labori.
 Ass in caelibibus tutantum incredulus haeres:

Quaquam incredulitas (nisi fallit opinio mentem)
 Non adeo in causa est, quam quod paucor obsidet artus:
 Nec memor es, thalamus quot secum incommoda portet.
 Haec ego cognatis nunc impero caelibetarum.

At tu Virginitas flagranti adnitere cura,
 Undique praesidio septa ut sis, et pede recto
 Incedas, placeasque Deo, perfectaque viuas,
 Margaritis in saxis, atque inter sidera caeli
 Lucifer, in siluis frondosae ramus oliuae,
 Liliū in herbosis campis, auibusque columba,
 Tranquilloque secans fluctus tutissima puppis.
 Virgo mundum omnem fugitiuaeque gaudia vitae
 Abiciens, claro celeri pede iungere Christo.

Et manibus complexa manus inducito letum
 In thalamum, grato perfusaque tota liquore:
 Ut tuus infuso caelesti ex arce liquori

Iungatur liquor, et sancto societur amori
 Sanctus amor, tectusque decor miraque et resurgens
 Attrahit occultum plenum radiisque decorum:

Atque tuae Christus formae correptus amore
 Te sibi desponsit, veloque a fronte remoto
 Obstupeat, forma cernens elegante puellam,
 Sanctam, gemmatam, caput in sublime ferentem:
 Amplificetque tuae largissima munera formae

Dulcis amans, letumque suas perducit ad aedes
 Inque choris sanctis, in cantibus atque supernis
 Magnificis thalamicque epulis sibi sedere iungat,
 Atque venustatis cingat tua tempora serico,

Nectaris aetherei saecundaque pocula fundat,
 Abditaeque ostendat sophiae mysteria summae,
 (Cuius ut in speculo tenues nunc cernimus umbras)

Lumina vera animi radio cernentis aperto.
 Spiritui nam tum crassissima corpora cedent,
 Ac leuia aeternae potientur munere vitae.

At nos o chari iuuenes charaque puella,
 Quorum sanctus amor Christi pia pectora cepit,
 Connubium Patris aeterni celebremus ouantes:

Atque suas omnes accensas usque lucernas
 In manibus teneant, diuinae imitamina lucis.
 Quas sermo et morum vitaeque elegantia semper
 Excitet, in caelos, ut lucida flamma feratur.

Tu quoque sancta Trias nobis accede benigna,
 Tu bona quae so veni nobis, quae semper in vnum
 Ex vno cois, et claras hic lumine mentes
 Perstringis, radios at verò splendorios
 Nobis aetherea tandem iactabis in aula:

Quis Deus effulget vnus, Genitor, Genitrixque
 Spiritus atque sacer. Deitas nanque integra sese
 Sedit in integrā Triadis numeroque fideque.

SCHOLIA.

Verf. 13. Néve tuam exiguo) Exiguo modulo ac pede se metiuntur, qui ad sceleratorum hominum vitam tanquam ad certum examen, vitae suae rationes exigunt, sibi que mirifice gratulantur, si a grauisimis quibusdam criminibus, quae in altis perspiciant, immunes se esse arbitrentur. Atqui non est haec verè libra, ad quam verus Christianus se expendere debet, sed doctrina illa, quam nobis sequendam Christus proposuit.
 38. Ad caetera magno) Alludit ad illud Pauli Coloss. 3. Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sum: sequor tamen, si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Iesu. Et paulo post, Vnum autē, quae quidē retro sunt, obliuiscēs, ad ea autē quae sunt priora, me ipsum extendens, ad destinatum persequor.
 63. Nec verò turba) His verbis locum eum attingere videtur, qui Exod. 23. habetur, Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiae, ut a vero denies.

76. Cunctisque columna) Quam enim nos salis statuam vocamus, in quam vxor Lothi concreuit, Genes. 19 septuaginta interpretes σάλω. i. columnam appellant.

91. Arctaque incedere porta) Matth. 7. Contendite intrare per angustam portam. In Graeco pro στενωπὸς hoc loco legendum διεξελθόντες.

108. Velut in thalamo) Lego ὡς νυμφῶσι, non ἐν νυμφῶσι. sic enim locus hic restituendus est, vel Niceta ipso iudice, qui in Comment. Orat. de Dominica noua haec verba poetice numeris soluens in hunc modum loquitur, ἢ ἰδὴ οὐδὲ ὁ μῦθος ἔτι πᾶσι φρονιτέεισιν, ὡς ἀπερὶ τῶν νυμφῶσι τῶν βλεφάρων παρθενηῶν διαλαμύσθη, significans coercendos esse oculos, ut palpebris quasi cubiculo quodam nuptiali teneantur.

116. Fœdaturque suum) Vnica literula iactura densissimam huic loco caliginem offudit. Quis enim vel ex ipsa metri ratione nō videat, non πορῶν (tametsi ita legatur in vtroque exemplari et Aldino et Heruagiano) sed πορῶν legendum esse? Hoc enim vult Gregorius ei castitatis pudicitiaeque laudem constare non posse, quae superbe et arroganter incedat: quamuis alioqui re ipsa nullas libidinis sordes contraxerit. Virginitatem enim non in eo solum consistere, ut corpus castum inuolatumque seruetur, sed potissimum in animi virtute mentisque puritate. Consimilis error in Monostichis obrepit: Vbi enim legitur, μὴ πορῶν γέλωτος, reponendum est πορῶν. Loquitur enim de obsceno ac petulanti risu. Alioqui enim quis vnquam Aetium verbum πορῶν apud vllum authorem legit?

122. Multiplici est facies) picta, inquit, et fucata facies argumentum certissimum est impuri et flagitiosi animi, tacitisque indiciis libidinem prodit: atque idcirco eas, quae huiusmodi fucus oblectantur, κινεῖται πικρὰς τῶν πρὸς τῶν ἁγίων ad differentiam τῶν ἀμύμων, hoc est viuas tabulas vocat, quemadmodum et aliis quibusdam locis, ut in Gorgoniana.

136. Quos inductitias) Hi a Graecis οὐνοειδῶν dicuntur: qui autem sint, quamque huiusmodi hominum genus detestati sint optimi Patres, alibi iam diximus. Hoc verò loco Virginibus earum excusationum laruam detrahit, quas turpissima suae probrique plenissima cum viris consuetudine vitae contubernioque pratexere solebant.

168. Cognomentum Agapes) Ita rei turpissima honestissimum nomen imponebant. ἀγάπη enim charitatem significat, ac pro Christiano et sancto amore olim accipiebatur. Agaparum meminit Clemens lib. 2. Constit. A post. cap. 32. eoque nomine appellabantur illa conuiuia, quae olim in Ecclesia celebrabantur. Meminit etiam Tertul. lib. 2. ad vxorem.

170. Et flammam aut flammam) Hoc est, Ex illo turpi atque infami contubernio vel in libidinem proues: vel animum ipsum stupri cogitatione voluptatisque titillatione commaculabis, vel hominibus certè offendiculi ansam porriges.

176. At domus) In Graeco vitiosè legitur δὲς μῦσι, legendum enim δόμοι, ut et carminis lex poscit, et sensus. Atque etiam tacite huic obiectioni respondens Theologus ait, ἢ δόμοι ἐγγυημένα.

178. Aurea ferro) Alludit ad Homericum Glaucum, qui per vxoriam aurea arma areis cum Diomede permutauit. Vide Iliad. ζ.

184. Alcinoi regis mēsam) De Alcinoi mēsa, et quo modo abierit in proverbium, diximus in Annot. in Epist. 227. Quid memorem populum) Quoniam φασδαρῶν, illae virgines hoc quoque pratendebant se ob vsus vitae necessarios, variaque incommoda subinde occurrentia contubernales viros ascendere: idcirco plurimis exemplis a Scriptura petitis ostendit Gregorius, iis qui cum pietate et iustitia viuunt, Deum nunquam deesse: sed omnia quae ad vitam ducendam necessaria sunt, benigne suppeditare.

284. In medio porro virtus) Aristoteles Ethic. lib. 2. cap. 6. Virtutē mediocritatē esse definiuit. Vnde Horat. Virtus est medium vitiorum vtrinque reductum.

309. Echeneida carnem) Eleganter carnem Echeneida vocat. Quemadmodum enim Echeneis piscis cursum nauis inhibere ac remorari dicitur (ab eoque etiā et Graecè ἐχένησι et Latine Remora vocatur) ita etiā corpus velut iniectis compedibus animam premit, nec eam in caelum sese efferre sinit. De Echeneide autem, ut hoc obiter admoneam, in ea sententia est Plutarchus Problem. Sympos. decade 2. cap. 7. eam non tam causam esse, cur nauis tardè feratur, quam additamentum et consecrarium esse principis causae, quae tarditatem inuexit, nimirum humiditatem. Remoram porro magnitudinis cubitum habere, fusco colore, similemque anguillis, scribit Oppianus lib. 1. de Piscibus.

331. Soleas non raro) Apud Liliū Gyraldum Syntagm. 1. de Diis Genium, Momus dicitur conuicij, maledicentiae, ac reprehensionis Deus, quem ex Nocte natum dixerit Hesiodus: qui tantae libertatis fuerit in reprehendendo, ut et sandalia et crepidas Veneris reprehenderit. De illius mordacitate passim vide apud Lucianum.

346. Non tam etenim) Qui virginitatem amplectitur, non matrimonij odio et execratione eam colere debet, sed ut plus virium habeat ad comprimendas animi perturbationes vitiaque propellenda ac profliganda, quibus si nihilominus scateat, quid tandem illi virginitatis studium profuerit?

E 391. Aspidis haud grande) Mors quae aspidis ictu infertur, lenissima est, quemadmodum Cleopatra ipsa periclitatione percepit. Nam cum in conuiuio a quibusdam exquiret, quodnam mortis genus doloris acerbissimo sensu careret, responsum est, tam eam quae gladio quam quae veneno inferretur, grauem et acerbam esse: eam verò quae aspidum morfu constat, lenitudinis plenam esse. Ac proinde id quoque mortis genus praeceteris elegit, ut est apud Suetonium in Augusto, et Gillium Aeliani excerptorem. Non tamen omnes aspidem hanc vim habent, sed ea tantum quae ob id Hypnale vocatur, quod somno necet. Vide Solinum cap. 35.

796. Et tamen est fluvius) Alpheum significat, de quo in Basiliana, & in priore inuentione aduersus Iulianum verba fecimus.

800. Iam verò Euboicum) Euryrum intelligit, eiusque reciprocationem describit, de quo nos alio iam loco diximus, quemadmodum & de Aetnao igne.

812. Esse ferunt semen) Quod semina bouum cornibus obuia incoctilem quandam duritiem contrahant, Theophrastus asserit: sed causam eius rei perobscurā esse ait. Hanc rimans Plutarchus in Coniualibus quaest. decad. 7. quaest. 2. Incoctilem contumaciam frugibus leguminibusque à frigore inuehi censet: ex eoque fieri ut semina illa, quae in bouum cornua inciderint, quia non assequuntur conuenientissimam illam, ut Hesiodus inquit, positionem, sed potius neglectim proiectorum, quam seminatum similitudinem habeant, à frigore aut in vniuersum aboleantur, & intereant, aut aegre augeantur, atque exucca & lignosa euadant. Horum seminum meminit Greg. Nyssenus ad finem libri de immortalitate animae.

IACOB. BILLIUS CANDIDO LECTORI. S.

Cum versio haec nostra superiore anno postridie assumpta Virginis excudi coepit, diuque postea, contra quam opinabar, ob Gallicos tumultus intermissa, tandem aliquando sub incudem reuocata fuisset, libenter equidem fecissem, ut quicquid ex Gregorij carminibus supererat, carmine quoque redditum in lucem efferrem, si mihi non tam extincto, ut nunc videmus & experimur, quam utcumque sopito belli incendio, ex hac urbe, in quam, multis variisque calamitatibus, velut grauissima tempestate iactatus, taquam in portum confugeram, excedere, meque ad meos recipere, ac iusto studiorum otio frui contigisset. Quod quoniam mihi per eos minime licuit, quibus non dulce pacis nomen, non fides data, non denique regis imperia, nec de animis odia, nec de manibus arma unquam extorquere potuerunt: nihil me à publicis commodis alienum facturum putavi, si in tam exiguo otio, quod mihi superpetebat, ea quae vertenda restabant, oratione soluta transferrem. Id quod profectò nemini mirum atque insolens videri debet. Vetus enim haec est stili exercendi ratio, ut, quemadmodum ea, quae oratione prosa conscripta sunt, interdum carmine reddantur, ita etiam vicissim ea, quae versibus mandata sunt, solutis numeris efferantur. Atque hoc exemplum memoria nostra Vitus Amerbachius non sine laude renouauit: quippe qui aduersarias Aiakis & Ulyssis orationes poetiis numeris solutas adeo feliciter expresserit, ut qui authorem Ouidiū ignoret, sic existimaturus sit, eas non à Poeta quodam, sed ab Oratore primùm fluxisse. Quod mihi eo magis in Nazianzeno concedendum est, quod carminum ipsius tale argumentum est, ut non minus commodè prosa, quam versibus tractari possit. Nam si numeros ipsos, carminisque leges exceperis, nihil hinc omnino poeti cum inuenies, hoc est, nihil vanum & inane, nihil absurdum ac fabulosum. Omnia grauitatis, pietatis, philosophiaeque Christianae plena sunt. Nunc hominis naturam fragilem & inconstantem graphicè depingit: nunc ardentissimas ad Deum preces mittit: nunc optima & saluberrima vitae praecepta regulasque tradit. Accipies ergo haec aequo animo, candidè Lector, tantisperque his fruere, quoad aliquis meliora in communem utilitatem attulerit. Vale. Nannetibus 3. Non. Decembr. 1568.

ANIMAE

ANIMAE SVAE CALAMITATES
deplorat.



ME miserum, quàm grauiam patior! qui luctus, qui lachrymarum fontes, quae carminatantae calamitati paria esse poterunt? Nemo unquam filiorum aut parentum, aut charissimae uxoris interitum, aut dulcis patriae conflagrationem & vastitatem, aut corporis morbos pari animi dolore deplorauit, atque ego animam meam graui calamitate affectam lugeo (proh me miserum!) pereunte in me imagine caelesti. Nam profectò **A** Dei magni signum atque imago est homo, diuinitus ad Deum proficiscens, quisquis sursum tendens, carnemque spiritus vinculis coercens, Christum benignum ac placidum vitae suae ducem habet, seque ita comparauit, ut facultates omnes suas, & linguam, & aures, mentemque adeo ipsam, atque omne corporis robur futurae vitae addicat, mūdōque, quicquid aduersarius Belial alienorum raptor occupabat, extorqueat, atque in horrea ferat, terrenis longè praestantiora, quae vel à furibus compilantur, vel vi aliqua maiore subuertuntur. Ex eo enim hoc assequetur, ut Deum ipsum cernat, immodè etiam ipse exuta dura illa & renitente carnis crassitie in Deum ac Spiritum euadat, atque ad angelorum classem ordinemque prouehatur, multoque maiora quamlibet magnis grauiisque laboribus premia ferat, **B** non iam, ut prius, leuem veteris tabernaculi figuram, nec pictam, ac fluxam & perituram legis imaginem spectans, sed veritatem ipsam purae mentis oculis perspiciens, tantumque laetum & festiuum edens. Hic vitae humanae finis est: huc acerbissima Christi passio mortales tollit: qui cum Deo, vitamque arbiter, ac saeculis omnibus sublimior, exactissimaque sempiterni patris imago esset, serui tamen formam induere, mortisque periculum facere non dubitauit, posteaque ad vitam rediit, ut seruile iugum à me depelleret, meque à mortis vinculis ad praestantioram vitam vindicaret. At verò sacrosancta Dei mysteria minimè custodiui, idque cum animam haberem caelestis ascensus cognitione praeditam atque imbutam. Sed me carnis moles deprimit, nec è luto emergere, oculosque in lucem conuicere **C** finit. Quanquam equidem conieci: verum interfusa nubes, hoc est caro cum terreno spiritu in salutem meam insurgens, oculos meos obtexit, prospectumque omnem ademit. Nam dum animus incassum vagatur, multiplices curae hinc atque illinc pectus versant, Christum, Deum Verbum procul pellentes. Nec enim sponsus ille cum anima alienis amoribus irretita consuetudinem habere sustinet. Multa deinde in lingua perniciose venena sita sunt. Lingua enim dimidiam humanorum vitiorum partem sibi vendicat: ut pote quae iram, nudum malum, euomat. Ira porro, si vehementius inflammetur, hominem de mentis gradu deicit atque exturbat. quod si in apertam iram non prorumpit, versutam certè ac subdolam cogitationem in imo pectore occultat: atque interim molles & suaues **D** ore sermones fundit. Quod utinam ianua quaedam oculis auribusque meis haud rectè apertis imposta esset, ut ea duntaxat, quae bona sunt oculis & auribus exciperem, malis autem vtrunque sponte sua clauderetur. Iam verò preclarissimum manuum officium est, ut eas puras semper in caelum attollamus, legibusque diuinis addictas habeamus. Pedes denique munere suo probè funguntur, cum plana rectaque via incedunt, non super spinas & scopulos, callēque iniquum ac prophanum. At enim uerò Deus bona quidem omnia membra mihi ob opera bona concessit: sed vitium ex iis arma mortis in me comparauit. Heu qua lege vrgeor! quomodo carnis vinculis in terra constringor? quomodo corpus leui spiritui adiunctum est? nec totus mens sum, hoc est pura natura, nec totus rursus **E** caro, natura deterior: verum ex vtraque conflatus aliud tamen quiddam sum & vtrunque. Quo etiam fit, ut perpetuos belli tumultus patiar, carne nimirum & anima castra ex aduerso habentibus. Imago sum Dei, & in vitium obtorto collo trahor, deteriore parte aduersus praestantiorē iniquè decertante: aut non

Quis verè
imaginem
Dei gerat.

Piorū prae-
miū quale.

Caro ani-
mae remora

Linguae
mala.

Ira homi-
nem insa-
nū reddit.

1. Tim. 2.

Pugna ex-
terioris ho-
minis cum
interiore.

sine magno labore ac diuturna colluctatione Deiq; manu atque auxilio vitium fugio & resisto. Est enim, est mihi mēs duplex, altera bona & boni sequax: altera mala & mali confectatrix. Illa Christo impigrè ac libenter paret lucemque petit: hæc contrà carni & sanguini dedita est, Beliamque ad tenebras pertrahentem excipere parata. Ita fit, vt hæc quidem terrenis rebus tanquam bonis, fluxisq; & fragilibus huius vitæ commodis oblectetur, comestationesq; & odia & ingluuiem tenebrosarumque actionum obscœnitatem & versutias amet, latâque via ingrediatur, tantâque stultitiæ caligine circumfusa sit, vt ex pernicie sua voluptatem sibi fingat. Illa autem cœlestibus rebus atque in spe positis exultet, spemque vitæ in solo Deo positam habeat, mūdique huius commoda aliis atque aliis casibus subinde obnoxia pro vili atq; abiecto fumo ducat, paupertatem & labores & laudabiles curas amet, angustumque vitæ iter carpat: his porrò inter se confligentibus inspector Dei oculus cœlitus spiritui adiumento fuit, corporis molesti tumultum sedans, perturbationum insurgentes fluctus consopiens. Sic quoque tamen furibundo quodam robore sæuit caro, nec vnquam à bello conuiescit, ancēpsque est huius belli alea. Interdum enim caro à spiritu edomatur: interdum rursus mens inuita carnem sequitur. Et quamuis id quod melius est, concupiscat: id tamen quod odit, facit, grauēque feruitutem, primigeni parentis errorem, ac matris ex qua libido nostra nata est, deceptionem mœrore prosequitur: obliqui etiam serpentis, qui peccatis hominum gaudet, imposturam, ac lignum illud pestiferumque generi humano arboris fructum, & gustum exitialem, & mortis portas, atque adeò turpem & obscœnam membrorum nuditatem, ignominiosamq; à paradiso & vitæ ligno expulsionem luget. hæc inquam mens ægra luget ac quiritatur. At verò caro ad generis nostri authores plantamque homicidam oculos confert, ac dulces omnes escas amplexatur, quas amarulentus ille perniciosusq; serpens, vt hac illecebra me in fraudem impellat, mihi ostendit. Quamobrem in luctu & squalore versor, cœlestemq; illum Regem, qui omnia imperio tenet, ac veluti lancea perpedit, supplex obtestor, vt corporis animæque cōtrouersiam benignè disceptet, bellumq; comprimat. Nimirū prestabiliori parti deteriorem (vt æquum est) subiiciens (hoc enim vtrique parti lōge melius atque vtilius est) ne alioqui anima corporis pondere degrauata, non secus ac plumbum in profundum sidens, in terram vergit, quin potius caro spiritui leui, atque imagini diuinæ fasces submittat, vitio scilicet, ceræ instar, ad ignem liquefcente. Has ego preces fundo, permultaque medicamenta carni affero, vt grauem hunc morbum à me depellam, eiūque robur, non aliter ac periculosissimæ atque infidissimæ cuiusdam belluæ firmissimis vinculis compescam, perniciosos fluctus extimescēs. ventri claustra impono, animum mœrore conficio, lachrymarumque vim profundo, sempiterno regi fracta & debilitata genua flecto, ac sordidatus incedo. Atque alij quidem epulis totos se tradunt, choreas agunt, rident, comestantur, florentis ætatis lusus confectantur. Alij rursus vxoribus ac liberis, fluxaque & caduca diuitiarum gloria exultant. Alij denique foro & nemoribus & balneis gaudent, incredibilique voluptate afficiuntur, cum superbū quiddam in vrbibus spirant, ingentique caterua stipati procedūt, atque è mollibus & delicatis vehiculis fastum præ se ferunt, hominumque laudibus & acclamationibus celebrantur. Multæ siquidem multiplicis huius vitæ sunt voluptates: malisq; iucunditas admixta est. At ego huic vitæ mortuus sum, ac perexiguam quiddam in terra spiritum duco. vrbes enim hominumque cœtus fugio, atque inter feras & scopulos versans, & ab omni hominum frequentia remotus in aspera quædam & impolita rupe habito, vnam tātummodo vestem habens, calceisq; ac foco carens, solâque spe viuens, atque eò redactus, vt omnium mortalium⁹ probri parteam. Pro lecto mihi torus est, pro linteis cilicium & pauimentum lachrymis perfusum. Ac plerique sub ferreis vinculis ingemiscunt. Alij rursus pro cibo cineres habent. sunt etiam, quibus potus lachrymis temperetur. Alij hibernis niuibus impetiti

Corporis
rebellio
quibus re-
bus coer-
ceatur.

impetiti quadraginta dies; totidemque noctes, velut arbores quædam perstant, corde nempe à terra migrantes, deumque solum in mente habentes. nec deest, qui labra sua vinculis premat, linguæque frenum iniiciat: Qui tamen haudquaquam ad omnia constrictam ac freno compressam linguam habet: Solis quippe Dei laudibus ea patet non aliter ac viua quædam cithara à Spiritu sancto pulsata. Nam quid de his dicam, qui caput suum Christo consecrarunt, piique voti causa intonsum seruant? Quid eos denique commemorē, qui oculos claudunt, & aures velut pessulo quodam obdunt, ne aculeus quispiam mortis furtim irrepat? Atque hæc medicamenta carni, hosti meo propino. Quibus etiā ad profligandas animi perturbationes senectutis auxilium accedit. Ne quid interim dicam de calamitatum procellis, quæ nec opinantem animum versant, grauissimisque doloribus excruciant. Nec quicquam tamen hæc omnia adhibetur. Nec enim illa sermonibus vllis obtemperat, laboribus vllis frangitur, vlla temporis longinquitate flectitur & emollitur. Sed semper aduersus vitam cæcis oculis properat, ac præcipitia legionis illius in morem concupiscit. Quod si nunquam aut Dei timori, aut laboribus, aut oraculis diuinitus inspiratis vel tantillum cedere sibi imperarit, rursus tamen, non secus ac planta quædam confitoris manibus detorta, in pristinum vitium rursus curuatur. O nos mortis huius nomine miseros! O nos absurdos ac præposteros, qui, cum vitiis laceremur, nostro tamen furore atque amentia oblectamur: vtpote qui nec internam eam rationē veremur, quā Deus, vitæ semē afferens, nascētibus nobis iniecit, nec legē eam reformidamus, quam Christus, prius quidē lapideis tabulis cum veritatem obuelaret & adumbraret, post autem in cordibus quoque nostris, Spiritus sancti fulgore prolustratis, insculpsit: ac denique contraria Christi passionibus confilia inimus, quibus ille nos ex turbidis animi motibus extraxit, cum carnem assumpsit crucique affixus est, simulque hominum peccatū Belieq; imperiū fixit, vt nos rediuiui ac è tumultu proficientes, Christi gloriæ in cœlo participes simus. Ac multa quidem mortalibus omnibus à Deo beneficia contigerunt, & sanè tot ac tanta, vt nemo ea oratione complecti queat! Siue enim me flagitiosè ac nefariè viuentem verberibus afficiat, siue¹⁰ amicè ac leniter arrideat, vtroque modo me ad vitam trahit. Omnia etenim humana amico ac beneuolo animo gubernat: tamen si altissima ipsius sapientia nobis obscura atque incognita sit. ¹¹ Densa quippe caligo inter genus humanum ac Deum interiecta est, quam pauci perspicacissima oculorum acie præditi, traiciunt, ac puri puram sapientiam attingunt. At mihi Christus eximiam gloriā afferens, primū quidē patri meæ obnixis precibus atque intimo corde filium à se petenti, me dono dedit, vicissimque à parentibus accepit: quando quidem in omnibus opibus suis, nihil filio præstantius habebant. Deinde verò per nocturnum visum castioris vitæ me amore inflammavit. Quod quoniam commemoratione dignum censeo, arrigite aures, quicumque pietatis studio flagratis. Qui autem prophanis animis estis, eas sermoni nostro obserite. Puer eram, nec tamen admodum puer, verum ea ætate, qua virtutum ac vitiorum imagines in animo inscribuntur, mēnsque nondum firmam & solidam cogitationum formam habet, sed alienis primū institutis ac moribus informatur. Et quidem parentes mei eam haud quaquam malis coloribus depingebant, nimirum ad optimum quodque me virtutis genus erudiētes. Eximia enim illi atque omnibus hominibus admirabili virtutis laude florebat, ¹² concordibusque animis pietatem colebant, ac non minus morum integritate, quàm senectute atque annis humanæ vitæ modum excedebant: hic quidē olim ab ecclesiæ ouili, cui nunc præest, longo interuallo dissitus, primū non ouis; deinde præstantissima ouis, mox ex oue pastor, ac nunc demum pater pastorumque Ecclesiæ pastor. ¹³ Qui tamen si ad vberissimam illam aream non adeò manè accesserit, priores tamen laboris magnitudine admodum obscuravit ac superavit. Hæc autem sacrorum parentum sacra soboles, atque à sancta radice sancto-

Nazaraei.

Carnis contumacia.

Marc. 5.

Cur Christus passus sit.

rúmque ramorum stirpe exorta, nihilóque illis inferior, quæ Christum suscep-
runt, ac resurgentem conspexerunt: Ambo exiguum quiddam in terra, carne ita
cogente, spirantes: cæterum maiorem vitæ partem in cælo habentes. Ab his
nouus ac rudis animus meus effectus est, caseique recentis instar quali formam
statim accepit. Ac mihi in somnis aliquando huiusmodi quiddam videre visus
sum, ex quo facile in virginitatis amorem exarsi. Virgines duæ in propinquo
stabant candidis vestibus indutæ, ambæ formosæ, atque eiusdem ætatis, ambæ
incomptæ, atque inornatæ, ac proinde ornatæ. Ornatus enim contemptio mu-
lieribus elegantiam decúsque conciliat. non auro, non hyacintho collum earum
decorabatur, nõ sericæ illis vestes, nõ tenui ac molli lino textæ erant: nõ fuco im-
buti oculi sublucebant, non quicquam eorum, quæ libidinis ciendæ artifices in mu-
lierum formis excogitarunt. Non flauæ comæ humeris diffusæ cum lenissima
aura colludebant. Quin potius egregiæ vestes zona substringebantur, seque ad
talos vsque demittebant. Ad hæc ipsæ capitis velo non modo caput, sed genas
quoque ipsas obtexerant, oculóque in terram defixos tenebant. Quin vtrique
non parum venustatis afferebat oris verecundia, ruboréque tincta facies, quan-
tum quidem trans earum vestes mihi prospicere licebat. Atque insuper, vt rosâ
folliculis suis, sic vtriusque labra silentio premebantur. Quarum ex aspectu mira
sanè voluptate perfusus sum. Sic enim mihi persuadebam, eas humana condi-
tione multò maiores atque augustiores esse. Hæc porrò quoniam me aspectu sui
exhilaratum senserunt, erga me quoque beneuolentia affici, meque perinde
ac filium suum amplecti cœperunt. Percunctantique mihi quænam essent, &
vnde venissent, altera castitatem sibi nomen esse dixit, altera temperantiam: que
Christo Regi assistentes cælestium virginum pulchritudine delectarentur. Atque
ad me conuersæ, Age, inquebant, fili, mentibus nostris mentem tuam, & facibus
faciem iunge: ita futurum est, vt exiguo quodam ac singulari splendore prædi-
tum in cælum feramus, ac iuxta immortalis Trinitatis fulgorem collocemus.
Hac oratione habita per cælum ferebantur, oculis que ipse volâtes insequerbar.
sed hæc non nisi in somniis mihi conspicuæ erant. Diu verò animus meus graui
huiusmodi & præclaro noctis simulacro, candidæque virginitatis imagine ob-
lectabatur. Ac mihi iam tum earum sermo in mente colligebatur, cum virtutum
ac vitiorum cognitio hominibus verè planèque imprimatur: ac mens cupiditati
ducem se præbebat, nocturnæque visionis pulchritudo obscurior aliquantò cer-
nebatur. Quemadmodum autem occulta quædam ignis scintilla stipulam ari-
dam internè depascens, statim collucet, flammæque exigua in magnum deinde
incendium crescit: sic ego, cum nocturno viso incensus essem, confestim amor
splenduit, atque in omnium oculis emicuit, vt pote qui in intimis animi recess-
sibus occultari iam non posset. Primùm itaque cum his hominibus vitæ consue-
tudinem contraxi, qui matrimonij vincula fugerunt, seque à mundi conta-
gione abruperunt, vt Christum Regem animi pennis sequantur, hinc non sine
magna gloria pedem efferentes. hos ego singulari amore ac toto pectore com-
plectens, spei cælestis duces habebam. Ac postea graue matrimonij iugum à me
submoui, ad excelsam videlicet eorum, qui perpetua virginitate florent, classem
ordinemque aspirans. Cælestes enim omnes naturæ coniugij perturbationumque
animi expertes viuunt. Deus primùm, deinde angeli prope cum stantes, qui
primis puri Dei radiis penitus collustrati, mortalibus postea lucem suppeditant.
At qui duplici natura, nempe ex animo & corpore constant, ij carne cum ima-
gine diuina pugnante, coniugium experunt atque ad corporum stationem pro-
cliues sunt. Cæterum Christus præstantiorem partem ducens, longe à carne eam
remouit, & ab impostore mundo abstractam cum immortalibus mètibus, quæ à ma-
trimonij vinculis liberæ sunt, adiunxit. Ergo amoris ego desideriique stimulis
incitatus eò tendebam, nec vestigium in terra figere iam sustinebam: mihi que
idem accidebat, quod iis qui lactis vel mellis dulcedinem quoquomodo degu-
starunt.

Gregorij
somnia.Mulierum
ornatus est
ornatum
aspernari

simile.

Cælibum
laus.

simil.

starunt. Sic enim ipse quoque degustata chori illius suauitate, nullo iam modo
adduci poteram, vt ad acerbum illum cibum, hoc est pestiferum animæ vitium,
quod in hac vita nascitur, accederem. Non iam conuiuia, & quæ iuuenili ætati
curæ esse solent, non mollis vestis, non delicata coma, non turpium atque
obscenorum verborum inuenustus lepos, non petulantes risus, non inimici car-
nis æstus mihi arridebant. Quinetiam scopulos & montes, & hinnientes equos,
& canum venaticorum greges aliis missos feci, excussaque omni huius vitæ bea-
titudine, temperantiæ ac frugalitati collum subieci. Quæquidem mei curam
gerebat, me amabat, me ad amplissimam gloriam prouehabat, me denique in
Christi manibus accuratè collocabat. Ah Pater summe, atque Verbum, & splen-
dide Spiritus, infirmæ & fragilis vitæ nostræ subsidium, ne me quæso finas hostis
mei, qui spei in te positæ aduersatur, manibus opprimi. Nec verò permitte, vt
instar nauis rectum ac prosperum cursum tenentis iamque non longè à portu
remotæ, in expassa vela repente procella irruat, ventique permolesti me rursus
in vitam retroagant, variis grauibusque calamitatibus æstuantem: ne alioqui fa-
lutis meæ ratis ad occultos quosdam scopulos allisa perfringatur. Talia enim in-
uidi Belix mens est, nec vnquam aliud ingenium induet. Semper enim humano
generi infensus atque infestus est, nec, cum ipse ob nefarium consilium suum è
cælo in terram præceps actus sit, ex terra cœlites fieri pati potest: miserimus
sanè, qui primariæ excellentissimæque pulchritudinis gloriam, summumque ac
regium Dei honorem affectans, nihil aliud est consecutus, quàm vt pro luce te-
nebris obregeretur. Eoque fit vt tenebrosis actionibus continenter oblectetur,
tetricæ & caliginosi vitij principatû in terra teneat. Duplicis porrò ille formæ
est, atque obliquo & versipelli consilio alios aliosque subinde laqueos necit. Est
quidem ille caligo obscurissima. Sed si tenebras suas cognitatas ac deprehensas in-
telligat, confestim se in angelum lucis conuertit, sicque leuiter arridens animum
demulcet. Ac tum demum maxima circumspectio est adhibenda, ne alioqui dū
ad lucem accedere studemus, ad mortem impingamus. Perspicuum etenim vi-
tium fugere potest etiam homo inferioris notæ: vitium etenim apertum plerif-
que odio esse solet. At magna cum laude dignum censeo, qui perspicacissimis
spiritus oculis velut in sylua latitantem & insidiantem hostem prospicit, ac de-
prehendit. Verùm senectutem quæso meam, optime Deus, canumque hoc caput
serua, vitæque finem optatum concede: quemadmodum me prius sedulo fo-
uebas, continuosque & prosperos rerum successus dabas, spem meliorem mihi
præferens. Ac me tum ex importunis hostium insultibus, tum ex grauibus curis
in tranquillum regni tui portum ducito: vt te cum illustribus illis & immortalibus
mentibus celebrans, in cælestis Regni partem ipse quoque veniam.

simile.

Diaboli
peruersitas.

2. Cor. 11.

SCHOLIA IN CARMEN PRECED.

- D** 1 Alienorum raptor) Alludere videtur ad illud quod est apud Luc. cap. 4. diabolus ad Christum dicebat: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa. Hoc enim falso affirmabat.
- 2 Ad angelorum classem) Hoc est quod aiebat Christus ad Sadducæos Matthei 22. In Resurrectione neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut angeli Dei in cælo.
- 3 Veteris tabernaculi figuram) Huic enim tabernaculo Paulus Hebr. 8. verum tabernaculum opponit: quod non homo, sed Deus fixit. Et cap. seq. Manufacta sancta cælestium exemplaria, hoc est figuram appellat.
- 4 Cantumque letum & festiuum) Alludit ad illud Davidis Psal. 88. Sicut omnium letantium habitatio est in te.
- 5 Ob opera bona) Vt ait Paulus Ephes. 2. Creati in Christo Iesu in virtutibus & bonis.
- 6 Arma mortis) Hæc à Paulo mutuatus, qui Rom. 7. his verbis vitur: peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem.
- E** 7 Est enim mihi duplex mens) Hoc est, quod ait Apost. Rom. 7. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuam me in lege peccati, quæ est in membris meis.

8 E delicatis vehiculis.) ἡ δὲ οὐκ αὐτὴν. hoc enim loco αὐτὴν per synecdochen pro toto vehiculo, accipi puto: nisi forte, ut vir quidam doctissimus legendum censet, pro αὐτὴν ἑνὶν reponamus: qua voce pro vehiculo delicato Homerus in hymnis vitur, aliique cōplures: cui quidem coniectura si locus datur, αὐτὴν quoque vir idem legendum existimat. Quamquam mihi nihil necesse esse videtur, quicquam in hac dictione immutare.

9 Probris pateam) ἡ δὲ ἄν apud Græcos interdum extremum contemptum ac dedecus notat. Sic apud Homerum Hector Paridem turpiter ex acie fugientem ἡ δὲ ἄν αὐτὴν vocat, id est, omnium probris expositum. Hoc ergo vult Gregorius, eō res suas recidisse, ut omnes cum iam quasi lepra laborantem, immō tanquam insanstum quoddam & inauspicatum omen auersentur. Ut David Christum loquentem inducit, Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis, id est, ἡ δὲ ἄν.

10 Sive amicē ac leniter irrideat) Hoc loco cum Aldi emendatione ἡ δὲ ἄν lego potius quā ἡ δὲ ἄν, ut ἀντιῆσθαι respondeat. Quamquam altera quoque lectio non incommodum sensum habet.

11 Densa quippe caligo) Posuit enim Deus tenebras Latibulum suum, ut habetur psal. 17.

12 Concordibusque animis) In Græco pro εἰς, ἡ δὲ ἄν legendum est.

13 Qui tametsi) De hoc vide pag. 134. 40. & 50. Hic porro alludit ad parabolam illam de qua Matth. 20.

14 Duplici natura) Gr. καὶ δὲ αὐτὴν ἡ δὲ ἄν ἡ δὲ ἄν, quo loco nihil equidē dubito, quin mēdum irrepsit. Alioquin velim mihi quispiam dicat, quomodo homo δὲ αὐτὴν dici possit, quēmq; commodum sensum vox ἡ δὲ ἄν habere queat. Itaque haud dubiē sic legendum est, καὶ δὲ αὐτὴν εἰς, ἡ δὲ ἄν ἡ δὲ ἄν. hic autem sensus est. Quoniam homo duplici natura constat, carne cum mente ad imaginem Dei creata bellum gerente. Idcirco coniugij cupiditate gestit atque incitatur.

15 Qui primarie) Vera enim Aldini codicis emendatio est, qui αὐτὴν non αὐτὴν habet.

INSOMNIUM DE ANASTASIAE Ecclesia, quam ipse Constantinopoli fixit.

SVauiter equidem dormiebam cum repente Anastasia, cuius ego desiderio interdum languebam, sese mihi in somnis obtulit. Quæ prima summum Dei verbum, quod prius in radicibus manebat, ad supremum mentis cacumen euexit, ob idque Anastasie nomen adepta est: Anaitana inquam illa, laboriosæ manus meæ insigne opus. Ergo sublimes quidem throno, sed non item elato aut supercilioso animo (neque enim, ne per somnum quidem, superbiam vnquam & arrogantiam colui) insidere mihi videbar: vtrinque porro inferioribus tamē subselliis, presbyteri, hoc est gregis Christiani duces, confidebant. At verò Diaconi candidis vestibus ornati stabant, angelici splendoris speciem præ se ferentes. Plebs autem partim circum cancellos apud more fusa erat (certatim enim omnes incumbebant, ut proximum quemque suggesto nostro locum obtinerent) partim ad me audiendum confluentem, vestibuli angustia premebatur, auribus nimirum ac pedibus æquē festinans: partim ex foro vicisq; vrbis ad sermones meos accurrebat. At verò sanctæ virginis vnà cum grauib; matronis, è sublimes tecto castissimas sermonibus meis aures inclinabant. Nam hunc quoque mihi ludum nox fingebat. Distinctim autē plebs stabat, sermonis nostri audiendi cupiditate flagrans. Alij humilem faciliemque exposcebant, ij nempe qui sursum tendere vel nolebant vel certè nesciebant. Alij contra excelsum ac volubile dicendi genus flagitabant, hi nimirum quibus altissima quæque tam sacræ quàm profanæ sapiētiae dogmata inuestigare ac perscrutari curæ erat. Ita fiebat, ut distracta pugnantibus inter se desideriis oratio magnos vtrinque clamores excitaret. Mihi verò sola adoranda Trinitas triplici pulchritudine splendens ex ore fluebat: idque & robusta voce firmisque lateribus & vehementi aduersariorum dogmatum insectatione faciebam. Atque alij quidem sermonem nostrum miris laudibus efferebant: Alij silentio atque admiratione defixi tenebantur: Alij partim verbis, partim animo solo stridebant, muta videlicet emoriente loquendi cupiditate, atque ut ira dicam parturigine: Alij denique, velut fluctus quidam vento excitati pugnantibus. Omnes tamē difertos homines quàm doctrinæ sacræ peritos, tam nostrates quàm externos, eōsque qui longè ab ouili Christiano disuncti simulachra imbecillia colunt, orationis

tionis suauitate demulcebam. Ac quemadmodum vna solis radii colorata, nec prorsus acerba est, nec prorsus matura, sed partim nigra, partim purpurea, partim fuliginosa, partim acerba: ad eundem modum ipsi quoque maturescen- te vitio diuersa inter se conditione erant. Iamque etiam torcularium latitudine gestiebam. Hac ego voluptate perfruebar, cum subito mihi gallorum cantus somnum simulq; cum somno Anastasiam ex oculis excussit. Atque aliquantisper quidem visio hæc visione alia mihi representata est: Sed & ipsa quoque confestim marcescens ex animo effugit, ac solus dolor cum tristi senectute mihi reliquus fuit. O Trinitas mea! ô proles mea, ô liuor, quo me malo affecisti? tantas acerbitates mihi intulisti: ne quæso grauius quicquā in miserā hanc vitam statuas. Nā cum multa & præclara Imperatricis vrbis decora atque ornamenta sint: tum verò ea egregiis potissimum templis exultat, templis (inquam) quondā meis, nunc verò alienis. Quorum in numero templum quoque est Christi discipulis dicatum & consecratum, lateribus crucis pictura insignitis quadrifariam insectū. Nec tamen tanto huius templi, quanto nouæ illius Bethlehem, hoc est Anastasie desiderio excrucior. Quamuis enim multos & terra & mari labores pertulerim, cum amicis & hostibus, cum pastoribus & lupis, cum grauissimo morbo & curua senectute pugnans: Nunquam tamen ante hoc tempus in tantum dolorem incidi. Non victi Israëlitæ cum è patriis sedibus in longinquam terram ab Assyriis captiui ducerentur, excisum atque dirutum templum, non arcam diuinam à Philisteis captam, non Iacob charissimum filium furto ablatum, non leocatulos à venatoribus interemptos, non bubulcus pereuntes boues, non auis nidum, quem inuita liquit: Non denique polypus cubile suum tanto animi dolore deplorauit: quanto ego nunc quoque templū recens extructum, quo alius, laborum meorum fructum metens, fruitur, lugeo atque deploro. O dulcissima Anastasia, si vnquam me tui obliuio capiat, aut si quid vnquam prius in ore habuero, mei velim, obliuiscatur Christus. Sæpenumero etiam sine magnis sacrificiis & sacrosancta mensa Anastasie plebem, quamuis corpore ab ea longe remotus, lustrari, incorporeum scilicet templum in animo mihi fingens, visisque diuinitus mihi occurrentibus lachrymas libans. O virgines, ô sacri cantores, ô iucundi atque amabiles tam exterorum quàm nostratum chori, ô viduæ, orphani, mendici de meis tanquam de Dei manibus pendentes, ô dulces domus ac senectutis altrices, nunquam ego, ne si velim quidem, amicitie vestre obliuiscar. Quod si quid adhuc mei ærumnosi in animis vestris memoriæ reliquum est, Trinitati gratiam habeo. Nam plerique animo ita comparati sunt, ut quod tempus inclinatur, eò quoque ipsi propendeant: leuēsque homines & inconstantes in oculis duntaxat pudorem habent. Illud autem supplex à te peto, ô adoranda Trinitas, ut in teneris recensque pietati insitis animis diuinum numen tuum perpetua memoria colatur. Valete Imperatores, qui plerunque calamitoso mihi opem attulistis. Valete Oriens & Occasus, mutuo bello inter vos grassantes. Valete Sacerdotes, intestinis dissidiis conflagentes. Vale præfecturæ factus. Vale ciuitas magna. Ego quidem terrenis subselliis superior sum, nec quicquam præter immortalem gloriam expeto. Tu verò me charissima Trinitas serua. Postremò autē, vbi puræ & sanctæ Anastasie sedes sit, videbimus. Hic Gregorij luctus est, Anastasie, qua per inuidiam orbatus est, desiderio languentis.

SCHOLIA.

- 1 Animo solo stridebant) Triplici modo inquit, fidei aduersarij, cum me concionantem audirent, affiebantur. Alij enim animo solo murmurabant: Alij verbis quoque indignationem animi testabantur: alij denique aperte repugnabant.
- 2 Christi discipulorum) Vide paginam 313. Schol. 87.
- 3 Bethlechem) Anastasias aptissime Bethlehem vocat. quoniam ut Christus in ea ciuitate natus est, sic etiam saluifera ipsius doctrina ab hæreticis oppressa ac velut extincta in Anastasie templo Gregorij labore atque industria in lucem est reuocata.

Templum dicatum Christi discipulis.

4 Leuisque homines & inconstantes) Vulgatum est proverbium, pudor in oculis, de quo Erasmi. in Chil. Alio tamen sensu hoc adagium usurpat Gregor. per pudorem quippe hoc loco omnia humanitatis officia intelligit. Quod enim ait eum in leuium hominum oculis situm esse, non hoc vult, eum in huiusmodi hominibus elucere (in nullis enim minus elucet:) Verum hoc significat, homines leuitate & inconstantia laborantes simul atque i quibuscuq; amicitiam contraxerunt, ex eorum oculis excefferint, amorem omnem beneuolentiamque ex animo euicere solere. in eandem significationem hoc proverbium usurpat infra in carmine ad Nemes.

DE VITAE DIFFERENTIIS, & contra falsos Sacerdotes.



Primus ille pictor habendus est, non qui multiplices & egregios colores frustra miscens, pictum in tabula pratum ostendit, sed qui veras formas ac viuum quiddam intuentes in tabulis pingit. Nauem rursus eam laudo, non quæ adulterina pulchritudine, aut puppi floribus picturata splendet, sed quæ clavis optimè compacta est, fluctibusque tutò committi potest. Fortissimus itidem exercitus pulchro, & domus firma claræ atque eleganti domui anteferri debet. Ad eundem modum ex duplici mortalium vita, altera præclarissima est, nimirum ea quam timor ad Christum ducit, quæque à vitio abhorret, firmaque ac certa est, lucusque expers: Altera sceleratissima, internè imbecilla, externis viribus, sed breui perituris prædita, furentibusque similis, qui præ animi iactatione omnia verti ac circumagi putant. Haud dispar profectò Christi sacerdotibus est animus. Alij quippe mortalibus potentia atque autoritate florentibus se in seruitutem addicunt, ac pro temporibus, non secus atque arundo quæ variè à ventis inflectitur, aliter aliterque se gerunt, vitorumque omnium exemplum, nedum medicina sunt. Alij contra tremulis piisque manibus dona offerunt, Christi que carni magnisque suppliciis, quæ ipse vt nos ab inueteratis animi perturbationibus liberaret, in terra pertulit, grati animi significationem edunt, ipsique foli viuunt, voluptates omnes suas in ipso positas habent, animum suum à rebus terrenis abstractum & erectum ipsi mancipant, hominibus probis & honestis mentem suam tradunt, calamitatibusque nihilo magis inflectuntur, quàm rigidus adamas ad ferri duritiam. Nec verò diuitias altaque subsellia gloriamque humanam fluxam humique reptantem curant: non etiam Regiam leonis pellem prætendentes, vulpinam seruitutem intus celant, cadauerum voraces, callidi ac versipelles, impij & nefarij, apud alios aliisque alij atque alij, omnigenisque vitij generibus homines fallentes. Quin potius mentem puris cogitationibus quotidie augentes, iam ipsam quoque Trinitatem attingunt, cuius formam & effigiem in animis suis fixerunt, vnam in triplici pulchritudine gloriam cernentes, plebemque puris sacrificiis deiformem efficientes, ac postremò incruentas animorum suorum victimas Deo offerentes. Quo ego in numero quin esse concupierim, non inficias ibo, quippe qui pedem iam intra vestibulum haberem. Posteaquam autem infanda flagitia, grauè que ac veteratoriam malitiam perspexi: pedem statim reuولي ac recessi. Et quidem inter alios etiam ab orthodoxa fide alienos, quorum aures vocibus adhuc nostris personant multas ærumnas exantlaui. Lapidem mei erant: illorum autem Trinitatis numen recens fixum ac fundatum. Huiusmodi muneribus nos inuicem complexi sumus. sic quoque tamen cessi: sed ita, vt fidei doctrinam haud iam dubiam atque incertam relinquerem: Cessi inquam, cum à nostratibus, quasi fluctibus quibusdam vndique iactarer. Iaceo, insulta, insulta male liuor: vtique fortasse extremis orbis finibus absconsus impetum tuum compefcam, vel etiam tenebrosis ceti marini visceribus, instar Ionæ illius, inclusus. Coërceatur sanè belluinis visceribus corpus: mens certè ipsa quamlibet pressa atque impedita, libero tamen impetu, quò volet, perrectura est. Hoc enim vnum prohi homines virtutè que præstantes habent, quod nec vinculis ac seruitute

Ion. 2.
in animum
nihil tyrā-
nis licet.

tute premi, nec vi vlla teneri atque arripi potest, nimirum mentem ad Christum sublatam & erectam. Esto autem, non iam Imperatori vt prius contubernalis erit Gregorius, vtri suo non nihil gratificans, atque inter medios epulones tristis & tacitus accumbens, ægré que anhelitum ducens, ac feruilem in modum edens. Non me subsellio iudex honorabit, nimirum, vel æquo, vel humiliori spiritui modum imponens: nec verò, vt leue aliquod beneficium impetrem, crudeles & sanguinarias manus osculabor, ac barbam supplex prehendam. Non insuper ad sacrum aliquod epulum, vel natalitium, vel funebre, vel connubiale cum pluribus currens, omnia partim ipse comedam, partim asseclis, hoc est rapacibus Briarei manibus obiciam, serò que cibis onustus, ac viuum quoddam sepulchrum trahens, aqualiculo miserè distento atque vexato, domum redibo, vix præ saturitate spiritum ducens, & tamen ad alias epulas nondum exhalata ac discussa priore crapula festinās. Nec verò in sacris locis aut solus, aut multis in vnò coactis honoratiore subsellio sedens, proiecta spirituali doctrina, in hoc tantum elaborabo, vt auribus grata proloquar, eaque ratione comitatis laudè vulgique beneuolentiæ mihi conciliè, plausibus gaudens, ac velut in theatris tripudians, funambulisque, vt ita dicam, in verbis athletarum more colluctantibus, insanisque aurigis Circensi certamine inter se contententibus haud quaquam absimilis, nihil minus curans, quàm vt iracundiam ex auditorum animis euellā, corporis ætuantis rabiem sedem, manū aliena omnia furiosè rapientem sermone coërceam atque constringam, inanem gloriam è corde excutiam, intumescentem fastum salubribus documentis in terrā prosternā, vberima lachrymarū profusione lachrymas aliis exprimā. Verum ipse potius venenū vnum grauiissimum habeam, animum nempe honoris cupiditate flagrantem, eumque modis omnibus aucupantem: venenum, inquam, sanè pestiferum ac præsentissimum. Mihi enim verò certum est deliberatumque, nunquam posthac anserum aut gruū temerè inter se pugnantium synodis interesse: in quibus omnia contentione ac bello ardent, flagitiaque prius obscura atque incognita in vnum collecta ab inimicis in lucem profertur. horum enim causa inter humiles ac plebeios sedeo. Proinde que nihil absurdi facio, qui morbi expers, aliorum morbis mederi studeam. Non enim canæ meæ senectutis est lustrare, turpiterque me ob thronos in seruitutem dare: de quibus ipsi confluctantes scinduntur, orbemque vniuersum nefariè scindunt. O graues & acerbos nostros dolores! hæc quidem faciant qui volent: ac penes Cercopes victoria sit. Ego autem quietus ac tranquillus Christo explebor. Quod si qui piæ plebis habenas abiicere malum esse periculosumque dicant, sint sanè illi eorum, à quibus excussus sum, capita: vt animi furor non aliter ac celerem equum, frenique excussorem in præcipitia, vel scopulos trahat. Equidem ipse votis omnibus opto, quæ Deo grata sunt, ea ipsis curæ esse. Sin autem deteriora his placent, aures procul ab iis remotas habere.

SCHOLIA.

1. Calamitatibusque) κακότης. quod etiam in masculino genere pro malis & sceleratis hominibus accipi potest, nisi quod verbum κακότης non satis aptè iungitur cum nomine personæ, nisi præpositio accedat.
2. Nec leoninam pellem) His verbis eos insectatur, qui ad altum dignitatis Ecclesiasticæ gradum euecti, subdolo tamen animo in seruitutem sese hominibus addicebant, vel lucrum inde, vel auram popularem captantes. Leoninam pellem prætere, proverbialilocutione idem est, quod aperta vi grassari. vulpinam autem prætere, idem quod astu atque ex insidiis rem gerere. Vnde Horatius de versutus ac simulatis hominibus, Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes. Alludit autem, vt opinor, Gregorius ad illud Byсандri, qui cum leonina pellis nihil proficeret, tum demum assuendam esse vulpinam dicitabat, id est, cum aperta vis nihil posset, ad artem fraudemque confugiendum esse.
3. Lapidem mei) ab hereticis enim saxi impetitus est. vide pag. 314. Scho. vlt. & Greg. in eius vita.
4. Vtri suo) δουλάκιον. sic ventrem vel etiam corpus totum vocat, Anaxarchi philosophi exemplo, qui cum à Nicocreonte Cypriorum tyranno in pila saxea ferreis malleis consunderetur, tunde, inquit, Anaxarchi ventrem (corpus videlicet significans) nam Anaxarchum non tundis.
5. Non me subsellio) Potest hic locus ad hunc quoque modum transferri. Non me index vel æquo, vel

inferiore subfello honorabit, spiritui videlicet meo modum imponens.

6. Briarei manibus) Vide pag. 151. Schol. 6.

7. Vinum sepulchrum) Vinum sepulchrum circumfert, qui corpus cibo meroque distentum atque obrutum gestat.

8. In theatris tripudians) His verbis eos graphicè depinxit, qui ad ostentationem solam ac gloriam, non autem ad auditorum utilitatem conciones suas conferebant.

9. Vt iracundiam) In Heruagiano, & Aldino codicibus corruptè legitur ἔχ' ἄλοι. legendum enim ἔχ' ἄλοι quemadmodum quibus facillè iudicare potest.

10. Anserum aut gruuum) Concilia anserum & gruuum vocat ea, in quibus nihil rectè atque ordine, nihil grauius agebatur: sed confusis pugnantium inter se hominum clamoribus omnia perstrepebant. Vide Epist. ad Procopium.

11. Cercopes) Cercopes vocat astutos & veteratorie cuiusdam improbitatis Episcopos, qui artibus suis ac dolis concilia omnia perturbabant. Vide prouerbiū, cercopum cætus, apud Eras. in Chiliad.

AD EPISCOPOS.

ARGUMENTVM.

Quoniam plerisque locis in eos acerrimè inuehitur Gregorius, qui præcipiti ac temerario impetu ad ecclesiasticas dignitates prosiliebat, publicamque pacem priuatis suis odiis contentionibusque nefarie perturbabant: nusquam tamen id pari verborum amarulentia hoc facit, quàm in hoc Carmine. Ex eoque facillè perspicitur, quanto erga ecclesiæ pacem ordinemque zelo vir optimus estuaret.



Sacerdotes incruenta sacrificia mittentes, ô illustres animarum B
custodes, ô magni Dei¹ figmentum in manibus vestris gestantes, ô Deum hominibus concilians. O mundi fundamenta, vitæ lumina, Christianæ fidei columina, immortalis vitæ doctores, Christiferi, claris subselliis insidentes, sublimes, ² speciosis theatris gaudentes, scenici ludiones, ³ ligneis pedibus insidentes, sub alienis personis imbecilliter hiscentes: quod autem ad internam pietatem sanctimoniâque attinet, nihilo reliquis hominibus superiores, vobis quidè per me tanquã in scena ludere liceat, vt ipsi quoque turpiter sanè atq; indecorè facitis, grauiq; & superbo orationis genere vti, cum interim admodum leuia sint, quæ geritis. Ego verò et si me sceleratum & impium omnes vno consensu existimetis, crebrisque ac densis C
verborum telis partim apertè partim tectè & obscurè (id quod libentius facitis) impetitū atq; confixū procul à vestro cœtu arceatis, ea tamē ad quæ me animus impellit adigitque, proloquar. Non libenter id quidem, sed tamen ex animo hic sermo prorumpet, non secus atque vnda quædam acerrimo vento externè compressa, subterraneosque specus subiens obscurum strepitum edit, alicubi etiã æstu quodam in altum effertur. Idē enim mihi quoque accidit. Tãta quippe doloris mei vis & magnitudo est, vt per os iam erumpat, nec irã animo inclusam tenere ac coercere queã. Quod si quid fortasse, quod vos suboffendat ac mordeat, mihi præ mœrore exciderit, æquis hoc quæso placidisque animis excipite. Nonnullã enim cõsolationem affert, vel aëri ipsi dolores nostros exponere atque D
impertire. Eramus quondam Christi corpus, eximiūque Regis immortalis decus, populus vniuersæ terræ rex, ⁴ gens præstantissima. At nunc, mutatis rerum vicibus, Dei peculiū, non aliter ac maris fluctus aut planta grauissimis ventis agitata, huc illucque concutitur, populus inquam ille, ob quem è cœlestibus sedibus Deus venit, gloriãque suam in visceribus humanis exinaniuit, mortalibusque iunctus est, ac diuinam naturam cum humana copulauit, magnūque pretium, acerbissimos toto corpore dolores ferens, persoluit, & sacrosanctum cruorem suum, vt nos à peccati labe expiãtos in libertatem assereret, effudit: multasque præterea victimas alias addidit, hoc est eos, qui post ipsius in cœlum ascensum pietatis Christianæ doctrinam mortalium omnium animis inseuerunt, dulcisque E
morti, vt & verbis Verbū, & sanguinis profusione sanguinem fuscum honorarēt, ire obuiam non dubitarunt. Quisnã porrò hoc corpus agitar atque perturbat? vnde mihi tantum oneris molestiæque illatum est? Quoniam modo aper ille solitarius

simile.

psal. 79.

litarius vineam meam peruastauit. Quoniam modo nox illunis tantam gloriam obscurauit? Quoniam, inquam, modo sceleratus ille & infanus hostis tantam perturbationem inuexit? quandoquidem iam inde ab eo tempore generi nostro inuidere cœpit, quo Adamum pernicioso ac pestifero cibo delinitum & circumuentum è paradiso, vitæque immortalis exturbauit. Quoniam autem nunquam postea homines multis grauibisque impulsibus perturbare destitit: non tamen, quod summopere cupiebat, vniuersum genus nostrum artibus suis deicere ac profligare potuit. Quin potius orthodoxæ fidei scintilla in luculentam flammam aucta vniuersum orbem peruagata est. Nam tyranni Ecclesiam insectando, firmiorem etiam ipsam reddiderunt, martyrum videlicet triumphis magis magisque compactam & corroboratam. Quod cum versipellis ille animaduertisset, exercitūque fortem ac strenuum esse perspexisset, aliam fraudem excogitauit, inimicitiasque, & funesta dissidia inter duces ipsos excitauit. Duce enim cadente vniuersus exercitus languet animisque concidit, ventusque aduersus nauem gubernatore carentem facillè deprimit, aut scopulis allisam frangit: ac denique ducis imperitia domos, vrbes, choros, boues, currus, ouium greges magnis grauibisque detrimentis afficit. Ad eos loquor, quibus nostra, id est populi præfectorum & antistitum, improbitas perspecta est & explorata. Atque olim quidem his qui cædem perpetrassent, certæ vrbes ad exulandum constitutæ B
erant. Eodem modo iis quoque sacrificiis, quæ auertendorum malorum causa fiebant, suus locus lege præscriptus erat. Postremis etiam diebus⁵ acerbioris, & sanguinis locus erat, illius iniquam Christi sanguinis, quem scelerati homines ac nefarij, non quidem præter ipsius voluntatem, (Deus quippe nullis manibus, nisi ita velit, comprehendi potest) sed tamen mercede parua & iniqua effuderunt. Nunc verò (proh deum immortalem!) vnum omnes tam Christiani, quàm externi ac prophani sceleris mortisque locum norunt, augustã nempe ac quondam sapientia duntaxat virtutēque præstantium virorum sedem, sacrarium angelicis choris florens, ⁶ cancellos inter duos mundos, hoc est inter fluxū & semipiternum interiectos, diuosque à mortalibus dirimentes. Verum sedes illa grauitatis antè plenissima ridicula iam effecta est: posteaquam omnibus promiscuè C
apertis foribus ad eam cursus patet, ob idque præconem quendam mihi audire videor, in medio improborum cœtu ad hunc modum clamantem.⁷ Huc accedite sceleratissimi quique, atque hominum probra & dedecora, helluones, lata ceruice præditi, proterui, arrogantes, ebriosi, impostores, cauillatores, molliter vestiti, mendaces, cõtumeliosi, facillè peierantes, plebiuori, rapaces, manus in aliena bona inicientes, inuidi, subdoli, infidi, ⁸ potentibus hominibus assentantes, humiles & abiecti, atq; interim humilibus leones, dubij atque ancipites tēporisque serui, polypi propinque petre colorē imitantes, recens coniugio mancipati, libidinis æstu perciti, adhuc primam lanuginē proferentes, ⁹ aut naturalis ignis fures, obscuram libidinem oculis fouentes, cum ab aperto scelere abstinetis, cœlestis doctrinæ rudes & ignari, nuperrimè baptismi splendore collustrati, immò potius ob improbitatē simul cum præclaro spiritu ingredientē fuliginosi. Huc inquam magno atq; intrepido animo accedite, ac iuueniles poplites ¹⁰ dextris submittite: quibusuis enim illæ, etiam minimè cupientibus porrectæ sunt. En ¹¹ manna rursus, noua, inquam, illa miranda pluuia cadit: hanc suo quisque sinu partim vberius, partim minori copia colligite. Quod si ita videatur, ne sabbato quidem parcite. Quoniam verendum, ne in manibus inexplibilibus putrescat. Quemadmodum aër omnibus est communis, terra etiam D
& cœlum, quæque cœlum oculis nostris ostentat, communis insuper maris utilitas: sic ecclesiastica quoque subsellia omnibus communia sunt. Res mirabilis Saul quidem à gratia alienus est: verum prophetæ nomine obit. Nullus ergo iam sit agricola, nullus architectus, nullus coriarius, nullus venator aut faber ferrarius procul maneat, nec ducem alium in rebus sacris & diu-

inuidi adit
boli in ho-
minem.

Persecutio-
nes Ecclesiæ
clariorem
effecerunt.

Diabolus
schismata
in Ecclesiâ
serit.
simil.

Num. 35.
Leuit. 16.

Cancellos Ec-
clesiæ quid
significent.

Omnes Ec-
clesiæ pre-
esse affectat
Saul inter
prophetas.

nis habere sustinent. Præclarius enim est imperare, quàm imperatoris iussa exequi. quin potius hic securim, ille stiuam, alius pellem, alius ligna, alius denique forcipem abiiciat, seque huc conferat, aliúsque alium circum mensam hanc sacrosanctam protrudat, atque comprimat: qui viribus valet proximum quenque propellat, sæpe etiam optimum virum omnique genere virtutis excellentem, quique diu multumque thronis insudarit, prouectæque admodum ætatis sit, corporéque fractus & exhaustus, cœlitum vitam in terris imitans, mundi contemptor, partem cum Deo habens, inter viuos mortuus, egregius denique Dei sacerdos. Et quibem qui¹² imaginem aliquam pingendam susceperunt, exemplar ipsum sibi ante oculos ponunt, indèque formam in tabula exprimunt. Ac quisquis me inspexerit, contraria omnino via incedendū sibi censeat. Hæc enim vna utilitas ex vitio nostro percipi potest. Atque ad hunc sanè modum Stentorea quadam voce præco clamat. Mihi verò maximū terrorem illud iniicit, quod de Mose scriptura sacra commemorat, qui solus Deum intra nubem aduersa facie perspexit: reliqui autem ad montis radices manere iussi sunt, atque ita se comparare, vt perpurgatis non solū animis, sed etiam vestibus cum magno tremore diuinam vocem duntaxat audirent. Alioqui non modo ipsis, sed brutis etiam animantibus pro calcato monte, hoc est diuino solo lapidationis pœnam certò expectandam esse. Quin me filiorum Aaronis interitus exterreret, qui ob alienum ignem diuinis sacrificiis adhibitum, nouo quoque & inusitato mortis genere de medio sublatis sunt, protinúsque sacrificiorum locus mortis locus effectus est. Nec eos magnus ille pater Aaron ab extremi supplicij acerbitate vindicare potuit. Quid de filiis Heli dicam? quibus ingluuies pestem & exitiū accersiuit, quòd prophanas manus sacris ollis intecissent? Quin ne ipse quidē Heli mortē effugit. Nam huic quoque tametsi alioqui viro bono ac iusto impia filiorū ingluuies perniciem inuexit, quamlibet eos asperioribus verbis, probrisque insectari non destitisset. Quòd si tantula peccata tam grauis ira Dei subsecuta est, quanto tandem eam in pluribus maioribusque flagitiis grauiorem acerbiorémque fore existimandum est? Nec verò Arca illa silentio præteriri debet, quam qui labantem manu prophana fulcire tentauit, subita morte oppressus est. Denique Dei templum externis parietum subsidiis fultum legimus, ne manibus hominum tangeretur. Quocirca lugeo & ingemisco, atque ad pedes tuos Christe supplex aduoluo, téque rogo & obsecro, ne secedentem me in molestiam vllā incurrete sinas. Animo & corpore fractus confectusque sum, dum & cum lupis gregem ingulantibus, & cum pastoribus ipsis diuturnum bellum habeo. Animus ipse è curuis senioque contractis membris iam euolauit: Laboribusque ac probris nostri ordinis vexatus perexiguum quiddam spiro. Alij enim pro sacris sedibus inter se digladiantur, mutuóque fluctus excitant, ac densissimis malis conuictis se mutuo incessunt, tantóque belli ardore flagrant, vt nulla vi frangi domarique possint. Nil aliud quàm pacem crepant, & interim de sanguine gloriantur. Qui vtinam eodem quo¹³ Gethæi cruciatu doloris angerentur, sedentariæque pœna afficerentur: vt insana eorū præsidendi cupiditas congruēti supplicio vindicaretur. Alij rursus in vtranque partem diuisi, Orientem & Occasum perturbant, Deoque relicto ad carnem deuoluuntur. A quibus sceleratissimè inter se dimicantibus, alij nuncupari volunt. Paulus meus est Deus, Petrus tuus, illius autem Apollo. Ita Christus, frustra clavis confixus est. nō enim à Christo, cuius beneficio, sanguinisque profusione gloriam adepti sumus, sed ab hominibus iam censemur, & appellamur. Tantas vel inanis gloriæ, vel opum amor, vel denique rabidus luor ac malis gaudens, mentemque iusto dolore conficiens, oculis nostris tenebras offudit. Idq; hoc quidē prærextu facimus, quasi Trinitatis causa moueamur. Reuera autem infestissimis odiis incitamus. Fuco ac simulationi quisque studet, subque oue lupum celat. æri vtique non absimilis, sub pabuli illecebra piscibus mortem occultanti. Atque hæc duces & antistites

Exod. 19.

Leuit. 10.

1. Reg. 2. 4.

2. Reg. 6.

sacra dissidia.

1. Re. 3.

tes admittunt: populus autem eos à tergo sequitur, vt pote qui, etiam si dux desit, in vitium tamen sponte sua feratur. Non iam boni & mali, non cordatæ senectutis & stultæ iuuentutis, non laboriosæ, eximæque vitæ & mollis ac dissolutæ delectus vllus habetur. Hæc lex vna est, vt sceleratissimus quisque superiora omnia habeat. Vtinam miserè ille pereat, qui flagitiosos ac nefarios homines ad Ecclesiæ thronum primus euexit. Sed enim horum sit mundus, horum Deus, eaque omnia, quæ pro honestissimæ sanctissimæque actæ vitæ præmio optimi ac præstantissimi viri consequentur. Boni contra inanibus laboribus se conficiant. Ita iudices nostri censuerunt: ius omne hinc exulet, omnia in vnum coeant, Christus & homo, sol & stella, lux & tenebræ, Angelus bonus & iam lucis expers Lucifer. Nihilo inferiore conditione sit Iudas Christi necis author, quàm Petrus, nec scelestæ atque impia Samaria, quàm Hierusalem. Eodem pretio sit aurum quo argentum, ac ferrū: eodem margaritum, quo filex, eodem fontes quo torrentes. Et, ne longior sum, omnia inter se permisceantur & confundantur, vt quondam rerum status erat, cum primigena materia mundum adhuc parturiret, nec vlla rebus distinctio adhibita esset. Ac Moabitis quidē & Ammonitis, quòd Israëliticum exercitum afflixissent, aditus templi præclusus erat. Alios etiam Iosue quòd ab ipsis deceptus ac circumscriptus fuisset, in eorum qui aquam ac ligna ferebant, numerum ascripsit. Sic cum improbis hominibus actum est. At verò Leuitis hic honor habitus est, vt cœlestis tabernaculi ministri constituerentur. Atque hic quoque sacrificiis & limini ac labori sua lex, suúsque ordo constabat. Alij enim alij cuiquam operi manus admouebant, & tam ea quæ templi erant, quàm quæ externa procurabāt. Huiusmodi illi legibus virtutem tuebantur. Nos contra vitio præmia constituimus. O grauem mortem & horrendam! quis luctuum ciendorum artem ita caller, vt hæc pro rei atrocitate deplorare queat? Eia ò amici impetum istum cohibeamus, improbitatis studio nosmetipsos fatigare desinamus: Deum aliquando tandem piis sacrificiis colamus. Quòd si animos vestros hæc oratio permouerit, consilióque nostro parendum vobis esse statueritis, maxima vtique utilitas consequetur. Sin autem iuuenum vel potius graculorum stultè temeréque crocitantium impudentia, velut perniciofa quadam nube circumfusa, sermonem meum canitiéque contexerit, immortalis Dei manum, atrumque illum Diem, qui leuem omnem materiam igni depasturus est, restor, me nec sedis, nec operis, nec consilij, nec nauigationis, nec postremò itineris vllius societatem cum illis initurum. Qua via illi cœperunt, pergant sanè si volent. Ego autem Noë arcam quæro, vt grauem mortem eitem, ac deinde longè à malis remotus acerbum illum atque igneum Sodomorum imbrem fugiam, cum iisque consuetudinem habeam, qui vagam mentem velut compedibus quibusdam astrictam intus collegerunt, mundi que procellas, quæ etiam prudentum hominum ora turpiter inficiunt, quasi que obiecto puluere fordidant, totam oculorum aciem in animo defixam habent. Ex quo hoc assequar, vt diuina sensa pellucida, nec deterioribus cogitationibus permixta semper in mente insculpens, festinatique desiderio ad triplici splendore radiantem deitatem accedens, ad immortalis Dei sedem, vbi omnia clara & perspicua futura sunt, tandem perueniam. Tum verò pro merito quisque, vel præmiis, vel pœnis afficietur, cum iustissimam lancem Deus manibus versare cœperit.

Homines naturā ad malū proclives

Ironia.

Deut. 23.

SCHOLIA.

E

1 Figmentum Dei) Id est generis humani gubernacula tenentes.

2 Speciosis Theatris) Sic malos Episcopos coloribus suis pingit, qui scenorum more, pietatis sanctimoniamque laruam præferunt, cum interim ipsorum animus fœdissimis quibusque flagitiis criminibusque scateat.

3 Ligneis pedibus insistentes) Grallas Nonius vocat, nos gal. echaffes. Persistit enim Gregorius in sua

descriptione, qua malos Episcopos falsissimè perstringit, obstaculis suis moribus inanem pietatis speciem prætexentes.

4 Gens præstantissima) αἱ εἰς οὖν ἐν τῷ ἑλληνικῷ ἔστιν ἡ ἀριστοτέρα. Alludit enim ad illud 1. Pet. 2. Vos autem genus electum, Regale sacerdotium, gens sancta. Id quod etiam ex antithesi sequenti clarissimè patet.

5 Acerbitatis & sanguinis) Ἄγρῳ ἡ ἀκρότης ἢ ἡ ἀσπιλίτις, quos impij sacerdotes Iudæ pro nefariæ proditionis præmio persoluerant, in sepulturam peregrinorum emptus fuit.

6 Cancellus) Exponit quid cancelli illi templorum, quibus plebs à clericis arceatur, mysticè designent, nimirum distinctionem mundi huius fluxi ac perituri, & alterius certi, atque æterni.

7 Huc accedite) tota hæc sermocinatio amarulentis ironiis constat: fingit enim se sceleratissimos quosque ad obeundos episcopatus inuitare, cum tamen huiusmodi homines à tantu muneris susceptione quam longissimè auertere conetur.

8 Potentibus hominibus) Commodius fortasse fuerit in Græco incisum non post ἐκείνων, sed post χαμαὶ ponere: ut sic legamus, ὁ ὤπις ἐκείνων χαμαὶ οἰ, χαμαὶ ἢ κίοντις, ita enim plus gratiæ habitura est hæc antithesis, cui similis est illa Salustij, inimicis blandus, amicis contumeliosus. Item illa in bello cerni, in pace leones.

9 Aut naturalis ignis fures) Naturalis ignis fures eos vocat, qui tametsi ab ipso libidinis opere abstineant, animo tamen flagitium admittunt, libidinisque simulachrum sibi fingunt, aut etiam procaces atque impudicos oculos habent. Ac fortasse his verbis quodammodo alludit ad Prometheum, quem caelestem ignem surripuisse, hominibusque attulisse Poëta fingunt.


10 Dextris) Corpus etenim in humilitatis argumentum curuant, qui ad sacros ordines prouehuntur. Ac sum Episcopi manu extensa ipsis bene precari solent.

11 Manna rursus) Ut, inquit, manna olim omnibus æquè fundebatur: sic nunc tanta rerum perturbatio est, ut omnes sibi æquè licere putent Ecclesiæ gubernacula tractare.

12 Imaginem) Nihil aculeatius acerbiusque hac collatione dici potuit. Paucis enim verbis quanta esset complurium sui temporis Episcoporum improbitas, luculenter expressit. Nam si is qui vitam eorum intuetur, contraria omnino via incedere debet, nemini dubium esse potest, quin turpissima & flagitiosissima sit eorum vitæ ratio. Fabius figuram hanc, ratiocinationem vocat. Atque vtinam tota hæc oratio non in nos quoque & quidem aptissimè torqueri possit. Hic enim profectò locum habet illud Horatii, Tantalus à labris sitiens fugientia captat Elumina, quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur.

13 Gethæi) Gethæi, ut habetur 1. Reg. cap. 5. Cum ut ceteri quoque Philistæi, ob captam Dei arcam in secretiori natium parte percussi fuissent, ut huic malo quoquomodo mederentur, inito consilio pelliceas sedes sibi fecerunt. Ait igitur Gregorius, nullo modo congruentius in malos Episcopos sibi que Ecclesiæ clauum tam impudenter temerè que deposcentes, animaduerti posse, quam si ob adeò impotentem & effrenatam thronorum cupiditatem, eadem qua Gethæi pœna mulcentur, vulgatum enim est illud scripturæ, Per quem quis peccat, per hæc etiam punietur.

AD CONSTANTINOPOLITANOS Sacerdotes, & Urbem ipsam.

 Sacerdotes incruenta sacrificia mittentes vnitateque magnæ in Trinitate cultores, ô leges, ô imperatores pietatis gloria florentes, ô illustri Constantini magni sedes, noua Roma, tantum vrbes omnes antecellens, quantum cœlum terræ præstat, vos, inquam, pietatis studiosos, vestramque fidem obtestor. Heu quam acerbè mecum **D** egit inuidia! quam longè me à spiritualibus filiis abstraxit! Idque post longa certamina exhausta, post probatam doctrinæ cœlestis faciem, profusamque de petra vndam. Quam autem æquitatem habet, ut ipse quidem in imbuenda pietatis orthodoxæ rudimentis ciuitate labores omnes terrorè que subierim: alius autem ad alienam sedem, ad quam me Deus, Deique egregij cultores euexerant, repètè sublatus laboribus meis oblectetur. Hæc mihi morbus permolestus, hæc ministri Dei conflarūt, qui tristi contentione inter se decertantes, non aliam ob causam alieno à me animo ac voluntate sunt, quam quòd neutri parti memet adiunxi, nec Christo quicquam anteferre sustinui. Ita peccatum hoc meum est, quòd non eodem cum aliis peccato me obstrinxi, nec velut parua ratis cum **E** oneraria naue collidendum duxi. Eodem modo in leuium quoque hominum odium atque offensionem incurri, qui temporis amicis sacrarium nefariè impiè que aperuerunt. Verùm hæc quidem sempiterna obliuione obruantur. Ego autem **tem**

tem hinc excedens, animi tranquillitate oblectabor, aulam, vrbes, & sacerdotes, alià que omnia, non minus libenti animo fugiēs, quam cum expetebam, cum Deus per nocturna insomnia, marisque terrores me ad munus sacrum euocauit. Quocirca lætissimo animo inuidiam effugi, ac velut ex magna & graui tempestate in stabili portu rudentem fixi: vbi puris cogitationibus animū efferens, ut prius sermonis, ita postea silentij victimam Deo consecrabo. Hæc Gregorij verba sunt, quem Cappadocia aluit, qui que se facultatibus omnibus suis orbauit, ut eas Christo offerat.

SCHOLIUM.

I. Quam autem æquitatē habet) Acrius enim hæc verba afficiunt cum per interrogationem efferuntur. **A** Et certè Aldus in emend. legit πῶς δὲ, non τῶς. soluta oratione Græci dicunt, πῶς δὲ λόγῳ ἔχει, quod Cicero quodam loco ad verbum transfert, quam rationem habet. Gal. quelle raison y a il.

DE HVMANA NATURA.



Esterno die doloribus fractus ac debilitatus in imbroso quodam atque ab arbitris remoto nemore sedebam, animum mœrore pascēs. Hanc enim mihi medicinam in calamitatibus adhibere soleo: nempe ut cum animo ipse meo colloquium habeam. Ac dulcis quidam ventus susurrabat, simul que canoræ aues, mihi licet grauissimo mœrore profligato, egregium ex arborū ramis somnū largientes. Porro cicadæ tantū stridorē edebāt, ut earum cātu totū nemus vndique personaret. Quinetiā gelida aqua iuxtà erat, quæ leniter per nemus fluens pedes meos abluebat. Ac ego toto corpore atque animo in dolore fixus huiusmodi oblectamenta nihil morabar. mens etenim multiplici egritudine oppressa, voluptates omnes repudiat & auer- **« Animus « eger vo- luptates respuit. Hominis vanitas.**

fatatur: verum ipse animo cogitationibus sese volutante, talem aduersariorum verborum pugnam experiebar. Quis fuerim, quis sim, quid denique futurus sim, haudquaquam exploratum habeo, ac nec is quidem, qui me sapientia longè antecellit: Quin potius velut densissima nube circumfusus huc atque illuc oberro, nihil, ne per somnium quidem, habens eorum quæ concupisco. Omnes enim, quibus carnis nubes incumbit, abiecti sunt atque erronei. Ei verò sapientiæ laude non grauatim cedo, qui cordis sui præcipitem ad loquendum imposturam plus aliis refellit. Sum: dic quidnam hoc? Pars enim mei iam effluxit. Aliud nunc sum: aliud autem ero. Si tamen ero, nihil in me fixum & certum est: sed turbidi cuiusdam amnis instar perpetuo cursu feror, nec firmum & stabile quicquam habeo. Quid autem hæc ex me percōtaris? quid tibi superest? Sum dices, hoc doce. Immo verò etiam atque etiam vide, ne dum hic maneo, te effugiam. Quemadmodum enim fieri nequit, ut bis eandem fluuij vndam traicias: sic nec etiā fieri potest, ut hominem quem prius videris, eundem postea cōspicias. In patris corpore prius eram: postea me mater excepit: tum communis vtriusque caro extiti, & quidem confusa humanitatique expers, atque informis quædam fœditas, nec **D** mentis nec rationis particeps, matrè que tumuli vice habens. O nos duplicis sepulturæ nomine miseros, atque in corruptionem interitumque viuentes! vita enim quam traducimus, annos nostros absūmit, mihi que senectutem inuexit. Quod si me confecto huius vitæ curriculo, immortale æuum, ut scriptura pollicetur, excepturum est, haud scio an hæc vita nostra mors potius dicenda sit, ac mors contrà vitæ nomine appellanda: tametsi aliter vulgò videatur. Inaniter immò nihil planè sum: quid ergo calamitatibus vexor, tanquam aliquid firmum ac validum? hoc enim vnum est in mortalium vita certum nobis que ingenitum, nec vnquam consensescens: iam inde ex quo matris sinu lapsus primam lachrymam emisi. Tanquam scilicet diuinarem in quot quàm que graues & acerbis calamitates incurfus eram, priusquam vitam attingerem, illachrymans. Ferunt regionem quædam ferarum omnino expertem esse: nam id de Creta memoriæ proditum est: Aliam rursus esse, quæ nullis niuibis conspergatur. Ac nemo est mor- **simil.**

Vita hæc mors potius dicenda & contrà. Nihil in hac vita certū præter calamitates. Creta ferarū expers.

Vite huius
miseria.

Caro hostis
blandus.

Cur Chri-
stus passus.

Mortis ipse
nostrae au-
thores su-
mus.

Impij ho-
mines pae-
nas eter-
nas pro fa-
bulis du-
cunt.

talium, qui gloriari possit, se huius vitae laborum & ærumnarum expertem esse vitam discessisse. Imbecillitas, egestas, partus, mors, inimicitia, impij ac facinorosi homines, maris terræque belluæ, corporis dolores, omnia, inquam, hæc mortalis vita fert. Ac permultas quidem calamitates nulla omnino delectatione mitigatas comperi: ac nullam vnquam prosperitatem mihi videre contigit, quæ non dolore aliquo diluta & vitata esset: Inde aded ex quo mihi perniciosus primorum parentum gustus, Satanæque invidia velut Erinnyum quædam mihi impressit. Ac tibi quidem, caro, hæc à nobis dicta sint, tibi, inquam, graui & difficili morbo laboranti, blando hosti, perpetuoque bello me lacestanti: tibi, inquam, immanissimæ feræ, & tamen me blandè demulcenti, igni, quod valde mirandum est, frigus afferenti. Et verò admodum mirabor, si extrema saltem ætate benevolentia erga me affici cœperis. Age iam ô anima (nam te quoque congruenti oratione affabor) Quænam es? quæ tua origo? quid etiam ipsa es? Quis tibi tam duram necessitatem imposuit, vt cadauer passim circumferas? Quis permolestis vitæ compedibus ita te astrinxit, vt perpetuo nutu in terram propendeas? Quo tandè modo spiritus crassitie, mens carni: leuis graui mixta es? hæc enim inter se velut ex diametro pugnant. Nam si vnà cum carne fata, in vitam lucemque prodiisti, heu quàm pridem exitiosa est huiusmodi commixtio! Imago enim sum Dei, & obscenitatis filius factus sum. Est itaque cur me pudeat, libidinem honoris mei dignitatisque matrem habere. Genitali quippe profluio satus sum: quodque corruptum erat, nunc homo est: rursus autem non homo, sed puluis erit. En spes nostras postremas. Sin autem coelestis es, quæ tandem atque vnde originem traxeris, ex te scire aueo. Si Dei spiraculum & pars es, vt existimas, quin tu improbitatem abiicis, vt fidem verbis tuis adhibeam? nec enim vel leuissima labe aspersam esse conuenit quæ de puro authore gloriatur. Nec enim caligo à sole vnquam ortum habuit: nec contra spiritus illustris & splendidus à malo spiritu originem duxit. Qui verò sit, vt cum coelesti spiritu coniuncta, Belia tamen impulsibus tam graui exagiteris & percellaris? Nam si cum tibi tale auxilium præsto sit, in terram tamen vergis, heu quàm effusam quàmque perditam ac deploratam improbitatem tuam esse necesse est! Sin autem diuinitus minimè extitisti, quæ tandem natura tua est? Quàm vereor, ne falsa quadam & inani gloria intumescam! hinc Dei figmentum, paradus, Eden, gloria, spes, mandatum. Altera ex parte pluuia orbem delens, igneusque imber. Lex deinde, hoc est scripta medicina, secuta est. Post autem Christus, formam suam nostræ adiungens, vt passione sua vitis meis mederetur, ac per formam suam mortalem mihi diuinitatem afferret. Sed quid tum? Nec enim propterea frangitur atque emollitur animi mei contumacia: sed præcipiti quodam furore, velut aper in ferrum ruo, mihi que necis meæ author sum. Ecquid vitæ humanæ bonum est? Dei lumen, at ab hoc quoque inuidus & tenebrosus ille spiritus me excludit. Nihilo melius ob virtutis studium mecum agitur. Quin potius mali meliora omnia & secundiora habent. Vtinam enim in tot tantisque laboribus, quibus pene conficior, pari saltem cum illis conditione mihi vti liceret. Imbecillis & languidus iaceo, diuino timore perculsus atque inflexus. Diurnis nocturnisque curis opprimor. Atque superbus ille daemon me etiam supinè retrò impulit, calcibusque impetiuit. Iam quid horrida omnia pœnarum genera commemorem, Tartarum tenebrosum, ardentia flagra, & demones, qui pœnas ab animabus nostris expetunt? Hæc omnia perniciosi homines pro fabulis ducunt, atque id solum, quod ad pedes est, optimum censent, nec cruciatus, & tormentorum acerbitates quicquam curant. Melius porro ac præstabilius esset sceleratis hominibus in altero æuo scelerum pœnas minimè expendere, quàm mihi nunc vitij damna lugere ac deplorare. Verùm quid mortalium ærumnas ac dolores tantopere cano atque exaggero? nullæ huius vitæ res sunt, quæ non incommodo aliquo laborent. non mihi tremoris expers est terra: quippe quæ à ventis moueatur & infestetur. Anni partes sibi inuicem loco cedunt.

Nox

Nox diei finem imponit, tempestas nubibus cœlum obducit: sol siderum, nubes Solis pulchritudinem obscurat: luna subinde lumen amissum recipit: Cœlum denique media tantum sui parte oculis nostris patet: Quin tu quoque obtrectator & inuide hostis, lucifer quondam angelicis choris eras: verùm postea à cœlestium illarum & beatarum mentium cœtu turpiter excidisti. In optimam partem hoc accipe quæso Trinitas sancta, ne ipsa quidem stultorum hominum linguam profus effugisti. Pater primùm, deinde Filius, ac denique Spiritus sanctus contumeliosis verbis incessuntur. Sed quò tandem me, ô inconsulta cura, hinc abreptum feres? Siste gradum, omnia Deo inferiora sunt: Verbo cede. Non me Deus temere in lucem produxit. (Orationem enim iam sub finem retexo) stulta est hæc nostra cogitatio. Nunc quidem omnia caligine inuoluta sunt: Et postea ratio ipsa elucescet, cunctaque intelliges, vel Deum cernens, vel igne æstuans. Hæc posteaquam mens chara mihi accinuit, cecidit dolor: sicque ab vmbroso nemore serò domum me recepi, alias risu, alias pugnatè videlicet secum animo, luctu lachrymisque diuersa sentientes prosequens.

SCHOLIA.

1. Animum macore pascens) Ad verbum, animum edens. Alludit enim ad illud Homericum de Bellerophote, δὲ θυμὸν καὶ σῆμα, πῶτον αὖ σπῶπτον ἀλαεῖναιον. quod Cicero ita transtulit, Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.
2. Præcipitem ad loquendum) Gr. ἄδῶς ἐπιμολόγησεν. Ille cordis sui imposturam refellit, qui rectè atque incorruptè de rebus iudicat, nec falsis & inanibus cogitationibus animum pascit. Veriloquum Aldus interpretatur, quasi in Græco esset ἐπιμολόγησεν. Et sanè satis commoda esset sententia si in participio legeremus ἐπιμολόγησεν, & secunda syllaba produceretur.
3. In patris corpore) Alludit ad id quod ait Apostolus. Hebr. 7. Adhuc Leui erat in lumbis Abrahæ (id est nondum natus erat) cum obuiauit ei Melchisedech.
4. Haud scio) Hoc est, quod apud Ciceronem in somnio Scip. dicebat Africanus, vita hæc quam dicitis, mors est.
5. De Creta) Nullum in Creta animal noxium, serpens ibi nulla, nulla noctua: aut si inuenitur, statim moritur. Vide Ioan. Boëm. lib. 3. de moribus.
6. Nullis niuibus) Alludere videtur ad campos illos Elysios, quos Homer. libr. 4. Odyss. niuium expertes esse scribit.
7. Nam si vnà) Si, inquit, anima vnà cum corpore seritur, est profectò cur nos pudeat. parentum libidinem honoris illius, quem ex eo quod ad Dei imaginem procreamur, sumus consecuti, causam existere. sed prior hæc pars falsa est: quemadmodum ex sequentibus patet.
8. Obscenitatis filius) Id est, ex venereo congressu natus sum.
9. Melius porro ac præst.) Id est, vt apertius loquar, Tametsi impij & nefarij homines de huiusce vitæ prosperitate sibi gratulentur, me contra miserum existimare soleant, qui multis in hoc vitæ curriculo calamitatibus afficiar: reuera tamen præstabilius est magisque expetendum, in hac vita excruciar, quàm scelerum pœnas in altero æuo expendere.
10. Cecidit dolor) potest etiam non minus commodè verti ἐπὶ πόντον concoxit, vt sit sensus, mens mea huiusmodi meditatione prementem dolorem concoxit ac depulit.

DE VITAE ITINERIBVS, Argumentum.

Ostendit in hoc carmine nullum esse vitæ humanæ genus ab ærumnis molestisque liberum. Ac videtur certare cum illo Epigrammate Græco, quod Posidippo, vel Crateti ascribitur, in quo cuiusque vitæ generis incommoda breuiter describuntur. Cui tamen alterum ex diametro oppositum subiungitur, in quo vitæ humana ab huiusmodi obtrectatione vindicatur.

Vis sum? vnde in vitam veni? quis rursus, posteaquam aliquantisper terræ gremio retectus, à puluere ad vitam rediero, futurus sum? Vbinam tandem me Deus collocabit? an me scilicet hinc subuectum in tranquillum portum ducet? Multæ quippe ærumnosæ vitæ huius vitæ sunt, aliæque cum aliis rerum difficultatibus calamitatibusque conflictatur: nec vllum apud homines bonum est, quod non aliquid vitij admixtum habeat. At-

Nullum bonum in hac vitæ purâ.

Vanitas rerum vite huius.

que utinam non maiorem quoque partem mala sibi vendicarent. Infidæ sunt opes, sublimiumque thronorum & dignitatum fastus mera sunt infomnia. Imperio alterius subesse, graue ac molestum, paupertas pedica. Pulchritudo porro breuis atque fulgetri gratiæ similis, iuuentus nihil aliud quam temporis feruor, canities tristis vitæ occasus. Sermones verè alati, gloria aer, nobilitas vetus sanguis, robur cum apris commune, satietas petulans, matrimonium vinculum, liberorum copia curæ necessariæ mater, orbitas morbus, forum vitiorum schola, quies imbecillitas, artes abiectorum hominum, angustus alienus panis, agricultura labor, nauigantium maior pars in Orco, patria proprium barathrum, externa regio probrum: omnia denique mortalibus laboriosa sunt, omnia humana metus, risus, lanugo, umbra, ros, flatu, volatus, vapor, infomnium, fluctus, nauis vestigiū, A aura, puluis, orbis quidam perpetua cōuersione similia omnia voluens, nunc stabilis, nunc rotans, nunc labilis, nunc fixus, anni temporibus, diebus, noctibus, laboribus, morte, mœroribus, voluptatibus, morbis, calamitatibus, secundisque rerum successibus. Nec verò sine magna sapientia hoc à te, Christe, constitutum est, ut res omnes huius vitæ incertæ atque instabiles sint: Nempe ut rerum firmiterum stabiliumque amore ac desiderio inardescamus. Omnia enim uerò tam prisca quàm recentia animi pennis perlustrari: nec tamen quicquam hominibus imbecillius usquam inueni. Vnum hoc hominibus bonum ac firmum est, nimirum sublata cruce hinc pedem efferre, lachrymas etiam fundere atque ingemiscere, mentem diuinarum rerum studio mancipare, cœlestium bonorum spem pectore fouere, ita se B comparare, ut Trinitatis splendor, qui puris animis impertiri solet, nobis illucescat: à stultæ insuper carnis contagione mentem abrumpere, imaginemque illam, quam diuinitus accepimus, puram atque integram conseruare, vitam ab hac vita alienam ducere, ac denique cum altero mundo mundum hunc commutando difficultates omnes huius vitæ molestiasque forti animo perferre.

Quid hæc vita.

Cur res huius vite instabiles.

SCHOLIA.

- 1 Pulchritudo) Coniungendus est enim genit. ἀσπομένης cū eo quod sequitur ἡδὴ χάρις, ut sensus ipse indicat.
- 2 sermones alati) Hoc epithetum sermonibus passim tribuit Homerus, vel quod nihil iis lenius sit, vel quod semel emissum volet irrenocabile verbum.
- 3 Angustus alienus) Proverbium elegans de iis qui duriore fortuna consistantur facultatibusque suis lapsi sunt, qui sanè aliorum mensam admodum angustam experiuntur, hospitiibusque suis in fastidii citò veniunt.
- 4 Nauigantium) Alludit ad illud, quod de quodam circumfertur, qui percunctante quopiam maior ne viuorum an mortuorum numerus esset, quaesivit ipse, quo in numero ponendos censeret eos, qui nauigarent. quibus verbis aperte ostendebat eos in grauisimo vitæ discrimine versari.

DE EXTERNI HOMINIS VILITATE.



Vis fui? quis sum? quid aliquanto post ero? quodque tandem loco figmentum magnum si modo quicquam in rebus magnum est) Deus immortalis collocabis? quam inaniter, mea quidem sententia, cum nihil omnino simus, supercilium efferimus, si quidem hoc solum esse mus, quod plerisque apparet, nec vita hac fluxa & caduca amplius aliquid haberemus. Nam si cum animantibus rationis expertibus in contentionem veniamus, primum bos ut è parētis utero prodierit, confestim exilit, dulcesque ipsius mamillas exagitat, & exprimit: tertioque vitæ anno iugum induit, graueque plaustrum pondus trahit, ac ceruicem collari supponit. Hinnulus deinde vix è materno ventre in terram lapsus est, cum illico pedem suum matris pedibus iungit, canesque sæuos, ac celeres equos cursu fugit atque in cunis densissimæ syluæ latebris occultatur. Vrsi verò & capri, leones, tigrides & pardi ad ferri conspectum iuba protinus ac setis inhorrescunt, atque in venatores impetum faciunt. E. Iam verò auicula ea, quæ pennis nuperrimè carebat, non ita multo post pulcherrimis alis prædita, altissimèque supra nidum euecta aërem pererrat. Quinetiam

Homo quod ad hanc vitam attinet, animantium omnium miserimus.

apis relicto specu domum construit, amensque floribus eam implet. Omnia autem ipsis vnius anni labore conficiuntur & absoluuntur: cibus omnibus sponte, ac solius terræ beneficio contingit. Non truculentum mare fulcant, non terram excolunt: nulli illis promi condi sunt, nulli pincernæ. Et auem pennæ celeritas, & valles feram paruo ac breui labore nutriunt: nec victus curam vitæ diei spacium porrigunt. Nam quid de leone dicam, qui ut mihi narratum est, postquam de fera ea, quam interimat, tantum comedit, quantum depellendæ fami satis fuerit, prædæ suæ reliquias fastidit & auersatur? De quo etiam illud commemoratur, quod alternis interdum diebus cibo, alternis item potione vititur, ventrique ita moderatur. Aded illis facilior minisque ærumnosa viuendi ratio concessa est: In rupibus & dumetis paratas semper ex tempore domos habent. Integra corporis valetudine viribusque ac pulchritudine, quandiu viuunt, fruuntur. Quod si morbi grauitate opprimantur, sine mœrore vlllo animam exhalant. Non ad eorum interitum alij aliunde cadauer circumstant, atque in luctu & mœrore versantur, nec amici præ dolore crinem vellunt. Atque ut quod maioris momenti est, dicam, nullo metu in morte perterrentur. Neque enim bellua vlla quicquam mali post mortem extimescit. Perspice iam quoque altera ex parte atque expende hominum genus, atque haud dubiè cum poeta, nihil hominibus imbecillius esse affirmabis. Primum genitrici semine editus sum: deinde me non sine magno labore mater mea in lucem eduxit, eductumque aluit. Atque in illis vitæ rudimentis, vlnis ego primum maternis, dulcis nimirum sarcina, gestabar: postea autem terram non sine magna corporis vexatione radebam: mox quadrupedum more per solum incedebam. Hinc demum tremulis incessibus, manibusque alienis furtim suffultus in pedes steti. Ac cum exiguis quibusdam inarticulatæ vocis vestigiis mens mea sub lucere cœpit. Post autem sub doctrinæ artiumque magistris diu mihi collachrymadum fuit. Vicesimo ætatis anno robur collegi, in multas tamen calamitates, athletæ instar antè prolapsus. Hæc iam effluerunt: nunc me alia vrgent: ad alia autem, o anima mea, minimè tibi dubitandum est, quin hanc vitam, hoc est tractum admodum infidum, ac periculosum, torrem rapidum, & agrestem maris fluctum hinc inde frequentibus ventis æstuantem traiciens, in multos labores & ærumnas incurras. Præter id enim quod mea me stultitia exagitat, Saranas quoque vitæ nostræ hostis multas nobis calamitates importauit. Etenim si omnes huius vitæ iucunditates cum eiusdem ærumnis molestiisque perpenderis, lanx certè illa, qua mala continentur, multis partibus præponderabit: Ac contra lanx ea, in qua vitæ commoda existunt, leuitate sua sursum tendet. Prælia, mare, terra, mors, latrocinia, opes, vectigalium impositores, clamosi exactores, rhetores, libri, iudices, principes, perniciosi homines, vniuersa inquam ista vitæ nostræ ludibria sunt. Videamus iam si lubet ea quoque, quæ comitem habere voluptatem videntur. Saturitas, corporis grauitas, cantus, risus, se pulchrum foetidis cadaveribus perpetuò refectum, sponsalia, nuptiæ, iterum nuptiæ prioribus videlicet solutis, adulteri, adulterici dæ: filiorum procreatio, suspectus dolor: pulchritudo, infida amoris illecebra: suspitionis ac metus expertus malus, deformitas: Egregij atque honesti filij parētibus curam, nequam & improbi dolorem afferunt. Diuitiæ & paupertates duplex malum: ex altero insolentia contumeliæque oritur, ex altero ægritudo. Vtrunque pilæ instar est, quam iuuenes inter se mittunt, ac remittunt. Quæ cum ita se habeant, discrucior animo, si quis præstantissimum id existimat, quod plus incommodi quam commodi habet. Non tibi lachrymæ fluunt, cum præcorum quoque hominum calamitates audis? Haud equidem scio earum commemoratio lachrymasne potius an risum tibi expressura sit. Duo enim hæc duobus sapientibus viris conuenisse memoriæ proditum est: quorum alteri lachrymas, alteri risum res huiusce vitæ mouebant. Quidni autem? cum secum vterque cogitaret, quemadmodum Græci & Troiani mutuo impetu sese meretricis causa contrucidarint: Curetes etiam & rei militaris arte præstantes A Etoli

Animantis omnia in diè viuunt præter hominem. Leonis mos.

Bruta animantia post mortem nihil inueniunt. Hominis consideratio.

Multo plus in hac vita molestiæ quam voluptatis.

Græcorum & Troianorum amentia. Curetes & Aetolorum bellum.

de aprī capite & fetis graui praelio decertarint. Nam quid de ⁹ Aeacidis dicam, quorū alter inter hostes furiosae manus telo confectus occubuit: alter impudicæ vxoris dolo circumuētus periit. Sed & ipse ¹⁰ Hercules vir summa gloria summōque splendore, qui omnia monstra delebat, acerbissimam mortem ex virulenta veste contraxit. Nec verò Cyrus & Cræsus vim mortis effugerunt, nec tot Imperatores nostri, qui heri adhuc, vt dici solet, & nudius tertius imperio fugebantur. **Quin** tibi quoque ¹¹ anguigena, atque inuictō quodam animi corporisque robore prædite Alexander, vniuersum terrarum orbem peragranti vinum exitium attulit. Ecquid porrò inter mortuos est, quo alius alium antecellat? Idem puluis, eadem ossa sunt heros Agamemnon & Irus mendicus, Constantinus Imperator & famulus meus, pauper & diues: idem sepulchrum multos excipit. **Atque** ad hunc modum res huiusce vitæ se habent. **Quod** verò tantum ingenij flumen reperiri potest, vt sequentis xui statum oratione complecti queat, quæque extremus dies impiis & sceleratis hominibus allaturus est? Ignis crepitans, graues tenebræ, procūque à luce diffusæ, vermīs scelerum nobis memoriam sine vlla intermissione refricans. Melius itaque tecum, quisquis nequiter & flagitiosè viuīs, ageretur, si aut vitæ portas nunquam traiecisses, aut si omnino traiciendæ erant, totus certè, ferarum instar, in morte extinguereris: quippe qui præter tot tantōque dolores, quibus hīc afficeris, multò adhuc grauiores acerbiorēsque postea subiturus sis. Vbi tandem magna illa primigeni parentis gloria est? Interdicti cibi esu periit. **Quis** inficias ire possit, quin Salomon sapientiæ laude multum hominibus omnibus præstiterit? & tamen à mulierculis superatus est. Vbi Iudas ille, qui duodecim apostolorum numerum explebat? perexigui quæstus causa tenebris circumfusus est. O rex Christe, oro te atque obsecro, vt me famulum tuum hinc sublatum malis liberēs, auxiliōque mihi præsto sis. Ac profectò nullum aliud hominis firmum ac solidū est bonum, quàm spes cœlestes, quibus non nihil spiro. Nam aliorum omnium bonorum, quæ in terra voluntur, magna me satietas tenet. Hominibus omnia relinquere gestio, patriam & externam regionem, sublimes thronos & ¹² humilioris subsellij gloriam, propinquos & alienos, pios & impios, apertos homines & tectos atque insidiosos, inuidiæ expertes & vitio parentis sui carnifice internè contabescentes. Fruantur sanè alij vitæ huius oblectamentis: ego verò ea prompto animo vitabo. Heu me, quàm longas ac diuturnas hæc vita calamitates habet. **Quem** ad vsque finem stercoreibus animū adiciam? Verè profectò omnia vitæ nostræ bona ancipitem voluptatem habent. Demensum in diem nunc capere, nūc eiicere necesse est. Paruum quiddam guttur habet: ¹³ alia autem omnia cloaca. Hyems ac rursus æstas, ver vicissim & autumnus: ¹⁴ dies & noctes duplicia vitæ insomnia sunt. Nec cœlum, nec terra, nec mare nouitate sua me afficiunt: nec quæ fixa sunt, nec quæ in orbem voluntur. Horum fastidio iam teneor: aliam proinde mihi vitam aliūmque mundum dato, cum nimirum cuius adipiscendi causa calamitates omnes prompto atque alacri animo fero. Vtinam verò tum extinctus fuisset, cum me maternis visceribus tanquam vinculis quibusdam astrinxisti: quippe cui & statim offusæ tenebræ, & in lucem prodeunti obortæ lachrymæ fuerunt. **Quæ** (malum) hæc vita est: è tumulo profiliens ad tumulum iterum contendo: à sepulchro autem rediuius acerbissimo rursus ¹⁵ igne obruar. **Quin** illud etiam ipsum quod spiro, instar rapidissimæ vndæ est, semper effluentis ac retrorsum influentis, nec firmum ac stabile quicquam habentis: nihilque prorsus aliud quàm puluis ¹⁶ oculos meos feriens, vt à Dei splendore procul excidam, parietēsque cæcorum more palpans atque huc illūcque oberrans, vita illa excelsa & immortalī caream. Audacius quidem fortasse, sed verè tamen hoc dicam: Dei ludus est homo, ludus inquam cuipiam eorum non absimilis, qui in vrbibus spectari solēt. Larua enim quædā, manu atque arte fabricata, externè conspicitur: qua sublata, pudore iam suffundor, vt qui repēte non idem qui prius appaream. Talis vniuersa miserorum mortalium vita est, qui spes vanas somniisq; similes

Vinum Alexandrum perdidit.

Impiorum pena.

Inuidia parentis sui carnifex.

Dubia anceps bonorum huius vitæ voluptas.

Homo Dei ludus.

similes curant. His ergo ad breue tempus fruantur, quibus ita collibebit. Ego verò Christum semel amplexus, nunquam ab huius mortalis vitæ contagione animam abrumpere desinam. Duplici quippe natura cōsto: Corpus è terra procreatum est, ob idque in terram suapte natura vergit. At anima Dei spiraculum est: eoque fit, vt perpetua cupiditate ad præstantiorem illam cœlestium bonorū partem aspiret. Sic nimirum fontis quidem vnda pronum ac decliuem cursum habet: ignis contrà ad superiores duntaxat partes tendit. Papæ quàm magnus est homo: immò angelus potius quàm homo dicendus est, si ¹⁷ serpentis in morè exuta senectute hinc sese in altum extulerit. Exilite iam gaudio sacerdotes, exultate etiam scelerati vicini: nam ego iam è viuīs excessi: non iam me, vt antè, pertimescetis. Vobis quidem ipsis Dei immortalis templum asserite atque affirmate: ego autem relictis omnibus rebus crucem vnam habeo, quæ tanquam ¹⁸ clarissima quædam columna vitæ meæ perluceat. **Quod** si hinc sublatus fuero, cœlestia quoque (ad quæ inuidiæ, hoc est intestino atque occulto malo, aditus omnis præclusus est) sacrificia obibo. Ac tum demum pro inuidis etiam meis ipse inuidiæ expers, orationes fundam.

Pij viri angeli potius dicendi sunt, quàm homines.

SCHOLIA.

- 1 Minus ærumnosa vita est) βίος enim legendum, non vt Aldus in emend. πόνος.
- 2 Hominibus nihil imbecillius) Alludit ad illud Hom. Odyss. 6. Οὐδὲν ἀνδρῶν ἄλλο γὰρ ἢ τὸ εἶναι ἀνθρώπιον. Πάντων δὲ αὐτὸ τὸ γένος ἕσπευει τὸ εἶναι. Nullum animal toto spiratque & serpit in orbe, Quo mortale genus non imbecillius extet.
- 3 Non sine magno dolore) ἡρώδης δὲ τὴν γυναικὸν ἠέτηρ. Deus enim mulieri ob violatum præceptum hanè penam inflixit, vt non sine magno grauiusque doloribus partu defungeretur. Quamquam potest hic quoque datiuus μόγῳ, vt ad laborem, iuxta illud Iobi, Homo nascitur ad laborem.
- 4 Clamosi exactores) In Græco malè distinguitur adiectiuum δὲ πύλοισι, cū epithetum sit ἀεγκλῖ' πῶρ. de quo vide pag. 295. Schol. 4.
- 5 Filiorum procreatio suspectus dolor) ὁ πῶλον ἀχεῖ. nisi fortasse ἀνοε, legendum sit. ὁ πῶλον enim, quod nos suspectum dicimus, vix fere ungitur, nisi cum his rebus, quæ boni speciei habent, vt ὁ πῶλος φιλία, ὀργισία, & simil. Sensus autem authoris est: Qui liberos procrearunt, de vxoris pudicitia nonnunquam in suspitionem veniunt, vel etiam interdum extimescunt, ne illi insidias vitæ suæ sternant, patriōque, vt Ouidij verbo vtar, in annos inquirant.
- 6 Pile instar) Nec enim hīc agit Gregorius de hominum studijs, atque oblectamentis: sed similitudine à pile ludo ducta ostendit rerum humanarum varietatem & inconstantiam: vt qui hesternō die opibus copijsq; omnibus circumfluebant, hodie in summa egestate versentur, & contrà.
- 7 Alteri lachrymas) Democritum & Heraclitum intelligit, quorum alter perpetuo risu, alter perpetuis lachrymis vitæ humane inconstantiam, fortunæque ludibria prosequatur.
- 8 Curetes) Κρητῆς τ' ἐμαχόντο, καὶ αἱ τῶλοι μὲν ἔρποντο. qui versus ab Homero sumptus est, Iliad. 10. vbi Phœnix narrat, quemadmodum circa Apri Calydonij caput inter Curetes & Actolos grauisimum prelium commissum sit.
- 9 Aeacidae) Achille & Agamemnonē intelligit. Ille enim à Paride interfectus est: hic confectō bello Troiano domum reuersus ab Aegisto, Clytemnestra vxore per adulterium abutente, trucidatus est.
- 10 Hercules) de morte Hercules iam à nobis dictum est.
- 11 Anguigena) Historiæ proditum est, visum fuisse draconem cum Olympiade Alexandri matre congregientem. Vnde etiam Iouis Hammonis filius haberi voluit. de quo vide Lucian. in dialog. mort.
- 12 Humilioris subsellij gloriam) καὶ ἀποθρόνον δόξος. quæ tamen sit huiusmodi gloria, non satis intelligo. Ex quo etiam factum est, vt Aldus verterit, ex sedibus gloriam. quasi in Græco esset ἀπο θρόνων: cū tamen Græca vox ἀποθρόνος eum significet, qui throno exturbatus est. Præpositio enim ἀπο, cum nominibus constructa, plerunque priuationis vim habet, vt ἀπο νόμου, ἀπο νότου, ἀπο μαχίρας, ἀπο ῥήματος, &c. Præterea quis non videt ἀποθρόνον θρόνον opponi, quemadmodum & terram exteram patriæ, & propinquos alienis, & pios impijs? Quare pro δόξος, ἀίξος legendum censuerim. Videtur enim hæc eò dixisse, ne quis putaret eum animo discrucari, quod Constantinopolitana sede per summam contumeliam eiectus fuisset. At igitur se ab omnibus rebus humanis animo ac voluntate migrasse, vt iam eodem loco patriam & externam regionem, sublimes thronos & infimas sedes habeat.
- 13 Alia autem omnia cloaca) Id est pars corporis excipiendis fæcibus à natura destinata.
- 14 Dies & noctes) Vitæ vanitatem paucissimis verbis apertissime describit, cū ait non modò noctu, sed etiam interdiu nos quasdam duntaxat rerum vmbra amplecti, nec quicquam certò tenere.

15 Igne obruat) Ignem illum vindicem, qui sceleratos homines manet, mihi significare videtur. Loquitur enim in persona peccatoris scelerum pœnas post hanc vitam subituri.

16 Oculos feriens) In Græco legendum βάλω, non ut hactenus βάλω.

17 Serpentis in morem) Senectus ea quam serpentes exuunt est cutis vltima & primi ortus operculum. Hanc porro quomodo exuunt serpentes, vide Aristotel. libro octauo de Historia animal. cap. 17. & Erasmi in Chiliad.

18 Clarissima columna) Alludit ad illam nubis columnam, quæ Israelitis olim ex Aegypto egressis iter præmonstrabat. Vide 13. cap. Exod.

DIVERSORVM VITAE generum beatitudines.

A

Beatus ille est, qui solitariam vitam & ab hominum humi repentium commercio ac societate semotam agit, mentique quasi diuinitatem quandam comparauit. Beatus etiam, qui in frequenti hominum cœtu versans, non tamen multis negotiis volutatur, sed pectus totum Deo transmisit. Beatus qui facultatibus omnibus copiisque suis Christum emit, ac pro omnibus opibus crucem habet, eamque sublimiter gestat. Beatus itidem, qui facultatibus suis honesta ratione quæsitis imperat, egentibusque opem & adiumentum affert. Beatus qui cœlibem vitam ducit, excussâque carne, diuinitati puræ atque incorruptæ iungitur. Beatus etiam qui matrimonij legibus paulum obsequens, maiorem amoris sui partem Christo consecrauit. Beatus ille qui plebis curam & imperium gerens magnis piisque sacrificiis Christum mortalibus conciliat. ¹ Beatus quoque, qui cœlestis gregis ouis existens, suo loco ac sorte acquiescit, seque perfectissimam pecudem Christo exhibet. Beatus ille qui sublimi puræ mentis agitatione cœlestium luminum splendorem intuetur: sed ne ille quidem à beatitudine alienus est, qui manuum labore atque opificio Deum honorat, vulgòque legis instar est. His quippe omnibus cœlestia illa horrea, quæ animarum nostrarum fruges suscipiunt, cumulantur: alia nimirum virtute ad aliam sedem ducente. Varia quippe ac multiplicia variis multiplicibusque vitæ generibus domicilia in cœlo sunt constituta. **B**eatus qui magnum & excelsum animum ² perturbationum inopem ostendit, qui cum luctu & mœrore vitæ huius curriculum conficit, qui tanta cœlestis cibi auiditate correptus tenetur, vt eo animam explere nequeat: qui lenitate atque clementia magnorum bonorum hæreditatem adipisci studet, qui humanitate & cômiseratione sua Dei misericordiam sibi conciliat, qui pacis amicus est, puròque pectore præditus, qui etiam acerbissimos dolores Christi causa perpetitur, ob idque magna quoque gloria perfructur. Ex multis his viis quas volens ingredi. si quidem omnes, præstantissimum id sane: si autem paucas, præstantissimo proximum: si verò vnâ duntaxat, modò egregiè, hoc quoque gratum atque iucundum. Stationes quidè pro cuiusque dignitate omnibus, tam perfectioribus quàm inferioribus contingent. Nam ipsa quoque Raab, alioqui parum honestæ vitæ mulier, tamen ex numeris omnibus absoluto hospitalitatis officio summam gloriam affecuta est. Eodem modo Publicanus ille hoc duntaxat nomine, superbò illo Phariseo superior extitit, quòd de se humiliter abiectèque sentiret. Præstantior virginitas, inquires, vtique præstantior: verùm ea, quæ mundo ac terræ adiuncta est, coniugio casto inferior existimari debet. Excelsa quidem eorum qui abiectis atque contemptis omnibus opibus montes colunt, vita est: verùm hos quoque fastus humi sæpe in terram prostrauit. Quam in fraudem non ob aliud incidunt, quàm quòd virtutem suam ad excellentissimorum hominum normam non exigentes, indiscretò fastu sese nonnunquam extollunt. Atque etiam se penumero immodico quodam animi feruore, non secus ac præferuidi quidam equulei, E procul à curriculo præcipientes feruntur. Proinde vel pennis omnino leuibibus in altum tendere: vel vt periculi expers tibi cursus sit, inferiori loco manere: ne alioqui pondere suo pennæ deprimantur, tuncque altius quàm par erat elatus, miserimo tandem casu

Ioan. 14.

Virtus vna
numeris omnibus
absoluta ple-
risque saluti
fuit.
Hebr. II.
Luc. 18.

Cur qui
excellens-
simam vi-
tæ genus
proficitur,
interdum
corruunt,
simile.

casu corruas. Exigua etenim ratis densissimis clauis compacta onus grauius gestat, quàm vel amplissima nauis, quæquidem reuulsas compages habeat. Angusta quidem diuinæ portæ est via: cæterum multæ femitæ ad eam vnâ ducunt. Quocirca ad quod quisque viæ genus natura sua procliuior est, hoc sanè suscipiat: modò hoc omnibus curæ sit, vt angustum capeant. Vt enim non omnibus idem cibi genus arridet: ita nec Christianis omnibus vnâ idemque vitæ institutum conuenit. Quamquam omnibus in vniuersum optimæ vtilissimæque sunt lachrymæ, vigiliæ, labores, optimum item affectuum rabiem coercere, ingluuiem profligare, sub potenti Christi manu humiles animos gerere, diemque aduentantem extimescere. Quòd si callem illum summè excellentem sine vlla offensione teneas, non iam te in mortalium, sed in cœlitum numerum aggregandum censo.

Simile.

Non idem
omnibus
vitæ insti-
tutum con-
uenit.
1. Per. 5.

SCHOLIA.

1 Beatus qui cœlestis gregis) Nemo est aded obtuso iudicio qui non facile perspiciat pro εὐ, legendum esse εὐ. Hic enim præfecturæ ecclesiasticæ priuati hominis vitam opponit, atque in vtraque vita salutis negotium commodè procurari posse affirmat. Quod autem sequitur in pentametro Græco, ἡ χάρις ἀπὸ τοῦ εὐ, existimo post verbum collocandam virgulam. Quamquam neutro modo satis mihi coherere videtur hæc constructio: nam neque ἡ χάρις ἀπὸ τοῦ εὐ, idem est quod εὐ ἡ χάρις ἀπὸ τοῦ εὐ, vel, vt Aristoph. in Ranis, εὐ ἡ χάρις ἀπὸ τοῦ εὐ: nec ἀπὸ τοῦ εὐ idem quod pergere, nos tamen eam sententiam quæ authoris proposito magis conuenire videbatur, secuti sumus. Pastori enim Ecclesiæ priuatum hominem opponit, eumque beatum prædicat, si in ea vocatione qua vocatus est, maneat, suoque loco consistat.

2 Perturbationum inopem) Hoc versu exprimit id quod ait Christus Matth. 5. Beati pauperes spiritu &c. quemadmodum & reliqua beatitudinum genera sequentibus versibus prosequitur.

IVSIVRANDVM GREGORII, VEL potius votum iurifurandi forma conceptum.

Verbum ipsum iuravi (qui mihi maximus est Deus, principium ex principio, ex Patre genitus, exemplaris sui imago, eiusdemque cum patre naturæ, qui è cœlo ad mortales venit) verbum, inquam, ipsum iuravi, me nec sublimem illam & sempiternam ¹ Mentè hostili mente & cogitatione, nec Verbū alieno atque inimico sermone proiecturum. Si temporum nutum secutus sanctissimum Trinitatis numen incidero: si excelsi cuiuspiam throni cupiditate aliquando exarfero, ² aut etiam aliis huiusmodi cupiditate flagrantibus, suppetias tulero: Si hominū potius opem atque adiumentum quàm Dei præsidium quæsiuero, imbecilli fragilique rupi vitæ meæ rudentes alligans: Si vel in secundis rebus superbo atque insolenti, vel rursus in aduersis & grauibus demisso abiectòque animo fuero: Si in disceptandis controuersis ab æquitatis norma deflexero: Si superstitiosos & arrogantes homines piis viris plures fecero: Si vel malorum tranquillitatem, vel bonorum scopulos tempestatemque perspiciens dextrum propterea iter tenere destitero: Si liuore infectum pectus habuero, si vel ex nefariorum hominum calamitate risum mihi finxero, perinde atque ipse extra casus aleam positus, si ira obrutus animus corruerit, si effrenato impetu lingua cucurrerit, si impudico animo mulierem inspexero, si quenquam immeritò odero, si iniuriam mihi ab inimico illatam vel occultè vel apertè vindicaro, si pauperis manum à domo mea inanem remisero, si animæ diuini verbi siti confectæ cupiditatem frustratus fuero, si quid, inquam, horum admisero, non equidem recuso, quin exorabilem se Christus aliis præbeat, mihi verò labores omnes, quos ab ineunte etate ad extremam vsque senectutem tuli, cassos irritosque reddat. His legibus vitam meam obstrinxi. Quòd si mihi votis meis potiri liceat, tibi Deus immortalis gratia habenda erit.

SCHOLIA.

1 Mentem hostili) Id est interposito iurifurando affirmanti, me omni studio curaturum vt nec in sermonem,

nec in mentem quicquam admittam, quod cum Dei legibus & præceptis pugnet. Appositè autem cum de cogitatione sua loquitur, daturum se operam ostendit, ne magnam illam mentem offendat (Deus enim pater vix appellari solet.) cum autè de sermone, studio sibi fore pollicetur, ne in τὸ λόγῳ, id est Filij offensionem incurrat. 2. Aut etiam alius) Vide pag. 93. 20. & 30. Hic enim eos notat, qui amicos etiam in rebus iniquis & flagitiosis iuvant. Amicus enim amicitia munera præstare debet, sed vsque ad aras.

ADVERSUS CARNEM.

Carnis descriptiones.



Caro perniciofa maligni Belia fluctus, caro perniciofa multiplicium vitiorum radix, caro perniciofa fluxi abiectionis huius mundi socialis, caro perniciofa coelestis vitæ hostis, caro hostis simul & amica, dulce bellum, infidum bonum, homicidam plantam nunquam non gustans: Coenum, lutea pedica, plumbum deorsum vergens, fera indomita, pugnantis materiae proles, feruor male, tuæq; heræ ac coelestis imaginis, quam à Deo accepimus, vinculum & sepulchrum, non improbitati tandem tuæ impudentiæque finem impones, non spiritui ac senectuti iam cana stulta miseraque te submittes? Idque cum te solam Christus (quo tempore rudem illam, & inconditam materiam verbo suo exornabat) fuisset manibus effinxerit, ac postremo cum diuinitate coniunxerit, vt charissimo figmento grauissimis modis à Belia vexato salutem, vitæque beatæ hæreditatem afferret, morteq; sua ex morte extraheret. Quocirca verere me tandem, ac libidinem istam petulantiamque compesce, nec in animæ meæ perniciem perpetuo furore debacchare. Alioqui nisi quamprimùm apprehensa Christi fimbria pestiferum improbitatis tuæ profuuum compresseris, immortalis Dei manum diemque illum, qui omnia hominum dicta factaq; in vnum collecturus est, testor, fore vt te acerrimè oppugnam, omnique dolorum genere frangam, atque cadauere imbecilliozem reddam. Venite iam & quidem magna copia scelerum expiatrix lachrymæ, veni laboriosum tam mentis quam corporis peruiugium: vt flammæ meæ ardorem minuatis, foetidamque vitiorum putredinem abstergetis, venter satietatem ableget, genua humi flexa obrigescant, puluis cibi loco sit, asperimus saccus mollia membra vndique tegat, vexatæq; animæ meæ suppetias ferat. Veni tristis cura, carnis domitrix, futura supplicia mihi semper ob oculos ponens. Atque hæc quidem stoliditati meæ recordiaque medicamenta ipse adhibeo. Tua verò Christe est & vita pura, & reditus ad vitam. Quis primum vitij generisque nostri parentem, posteaquam interdicti ligni esum atque imposturam luxit, miseratione complexus est? Quis Manassis Regis flagitia vitæque sordes lachrymis purgavit? Quis Dauidem grauissimi criminis vinculo liberavit? Quis squallentem luctuque confectam atque prostratam Niniuem impendenti periculo eripuit? Quis ob filium illum natu minorem ac decoctorem collachrymauit? Quis tamen si hominum puritate vitæq; innocentia gaudens, tanta tamen facilitate clementiaque fuit, vt ne publicanos quidem procul à se submoueret? Quis errantem ouem humeris sustulit? Quis homines lepra laborantes sanauit, singularique beneficio grauissimos tam à corporibus quam ab animis morbos depulit? Tua, ô beatissime Christe, ac mortalium lumen, dona hæc sunt. Velim ergo super mare nostrum ambules: & statim iactari desinamus.

Math. 9.

Psal. 101.

2. Reg. 12.

Ion. 1.

Luc. 15.

Ibidem.

Math. 14.

DIABOLVM ASE AVERTIT, Christique opem implorat.

Diaboli descriptio.

FVge à meo pectore, hostis versute, fuge quamprimùm: fuge à meis membris, fuge à mea vita. Fur, serpens, ignis, Belial, scelus, mors, hiatus, draco, bellua, nox, insidia, rabies, chaos, inuide, homicida. Qui primis etiam generis mei auctoribus perniciem inuexisti, in mentem videlicet ipsis immittens, vt vitium ac mortem degustaret. Christus te vel in mare, vel in scopulos vel denique in porcorum gregem,

Marc. 5.

gregem, quemadmodum illam dæmonum legionem, fugam corripere iubet. Proinde cede, ne te cruce, ad quam omnia contremiscunt, feriam. Crucem in membris meis fero, crucem in incessu, crucem in pectore: in cruce demum gloria mea omnis sita est. Non mihi tandem malè feriate insidias parare desines? non præcipitia, non Sodomam, non impiorum hominum, diuinitatem nefariè concidentium, greges potius, quam canitiem meam animùmque obseruabis? Semperne me caliginosis cogitationibus inficies, nec Dei numen, nec sacrificia nostra pertimescens? Non te mouet, quod Trinitatis quoque ipsius vocalissimus præco extiterim, nuncque metam prospiciam? Quocirca cœnose spiritus etiam atque etiam caue, ne me inficias: vt purus, puris illis & clarissimis angelis occurrã, cum coelestis splendor vitæ meæ illucescere cœperit. En manus protendo: cœlites me suscipite. Vale tu munde, vale erumnarum ferax, remissiusq; cū posteris meis age.

Crucem vbi que gestat Gregorius.

SCHOLIA.

1 Trinitatis quoque) In Græcis codicibus legitur, & Τριῳδοῦς ἐπέμ, &c. Ego tamen pro τὸς, legendum puto τῶς, vt hoc velit Gregorius se ab ipsa iuuentute Trinitatis præconem extitisse. 2 Puris illis & clarissimis angelis) φάσα enim apud hunc auctorem quemadmodum & apud omnes ferè Theologos Christianos in plurali numero saepe pro angelis accipitur.

LAMENTATIO.

Heu me miserum! quem in cœlum Deique sedem omni celeritate properantem corpus hoc moratur ac retinet. Nec verò mihi ex vaga hac & instabili vita, infestoque vitio, quod me per improbas curas animi pulchritudinem ac venustatem exedentes, vndique tumultuans, humi astrinxit, exitus vsquam pater. At me Rex omnipotens terrenis hisce vinculis solue, atque in chorum illum coelestem ascribe.

AD SVVM ANIMVM.

ANime oculos in cœlũ erige, terrenaque omnia obliuiscere: nec committe, vt te corpus ad vitiũ trahat. Breuis & exigua hæc vita est: ac qui opibus circumfluit, inanem certè ex illis, velut in somnis voluptatem capit: alique in aliam calamitatem incidunt. At sola ea vita, quæ puritatem colit, firma & sempiterna est, proindeque magis expetenda.

DE HVMANAE NATVRAE fragilitate.

MVnde amice, non tamen omnino amice, quid me in contrarium proficisci contendetem trochi cuiuspiam instar versas, nec profectò aliter quam paruum quãdam formicam, iactationem hanc permolestè ferentem: & tamen tantum me tantulus fers. non quidem me fugit, te à Deo procreatum esse, Deique gloriam in te elucere. At ipse quoque Dei manu conditus sum, ex coelestibus terrenisque conflatus. Corpus quippe ex terra constat: anima autem præstantissimæ illius mentis est spiraculum. Nec propterea tamen multis hinc inde calamitatibus vrgeri, partimque à meipso, partim ab hoste meo exagitari desino. Sic, perinde ac delphinus in terrã delatus, vi aëris opprimor, atque extingor. Munde ego præterij: plebem à vulneribus immunem transmittite.

SCHOLIA.

1 Tantum me tantulus fers) Hoc nimirum est quod apertius dicit in orationibus Daneg. vbi hominem non, vt Democritus, μικρόν καὶ σμικρόν, sed μέγαν καὶ σμικρόν, id est, non paruum, sed magnum mundum appellat. 2 Delphinus) Et tamen Aristoteles lib. 8. cap. 2. de Histor. Animal. ait Delphinum diutius in terra viuere posse, quod spirandi facultate præditus sit. Itaque hic videtur Gregorius Delphini nomine pisces omnes à genere intelligere.

ALIVD CARMEN EIVSDEM

Argumenti.

EGo & tempus, non secus atque aues aut naues in mari, nos inuicem præterimus, firmum ac stabile nihil habentes. Ac non item illud quod peccaui, præterit, sed manet: quo quidem in vita nihil est calamitosius. Nec sanè quid potius optem, fatis constitutum habeo, vitam nimirum an mortem: vtrinque enim periculum impendet. Sic enim velim consideres. Vitam mihi grauem & molestem peccata efficiunt. Sin autem mortem obeam, heu heu, nulla iam prioribus vitiis medendi ratio mihi reliqua erit. Proinde cum & vita peccatorum sarcina **A** grauis nihil mihi læti portendat, ac ne ipsa quidem animi corporisque separatio finem ærumnarum afferat, sed vtraque ex parte præcipitia sint, quid tandem faciam? nihil vtique melius ac consultius, quam ex te vno, Deus optime maxime, benignitatique tuæ præsidio pendere.

Gregorius addubitat vitamne an mortem potius optare debeat.

GREGORII DEI DESIDERIO

æstuantis carmen.

Mater mea, quid me tam ærumnosum in lucem extulisti? Quid me in hanc vitam spinarum plenam edidisti? Nam si eam, velut carnis expers, omni molestia vacuum transmisisti, est sanè quod vehementer admirer. Si autem tu quoque **B** huiusce vitæ calamitates experta es, profecto parum amicè erga me affecta eras, cum pareres. Alius enim uerò aliud quoddam vitæ iter capessit, alius terrâ aratro profcindit, alius nauibus maria transmittit, alius venationi dat operam, alius hastam manu vibrat, alius musicam, alius palæstrâ callet. At mihi Deus pars est, dolorisque multiplices, & vita grauissimo morbo pene confecta & extincta. Lacera me, lacera ô scelerate ad breue tempus: Statim enim te vnâ cum calamitatibus omnibus lætus relinqû. Mater mea cur me miserû peperisti, utpote qui Deum nec intelligentia percipere, nec eloqui prout animus gestit, queo. Exiguus quidem Trinitatis splendor mentis meæ aciem perstrinxit: maior autem pars non sine meo graui dolore dilapsa est, non secus ac fulgetrum quoddam, priusquam **C** me lumine satiarit, confestim auolans. Quod si te in alio æuo, Trinitas mihi longè charissima, tenuero, non iam matris meæ vtero succensebo: faustissimo enim omine progenitus ero. At serua me, serua me, Dei Verbum, lutoque extractum ad aliam vitam ducito: in qua mens pura circa te lucidissimum choreas agit, non iam vmbrosa nube occultata.

LAMENTATIONES.

Heu heu graues meas calamitates. Quod tandem facinus admisi? An ego solus pura tua sacrificia impurè attingo? Ob eamne causam me excrucias, vt vitiorum meorum sordes tanquam adhibito igne deleas? An vt aliorum factum hac ratione coërceas? An denique hoc agis, vt me tanquam athletam vestibus **D** exutum, aduersus hostem in arenam producas? hæc tu quidem, Christe, pro arbitrio moderaris. Ego autem exiguum ac propemodum extremum spiritum in terra duco. lachrymas omnes effudi: tota vita mea in luctu cõsumitur. Quousque tandem impiorum manibus ac potestati subiiciar? At tu me beate, quamuis malum, sacerdotem tamen, quæso fulci: ne cuiuspiam alioqui animus ob calamitates nostras offendatur. Perit mihi gloria: vtinâ carnis quoque dolores pereant. Perit Anastasia: finem quoque peccatum habeat. Heu me miserum! Lachrymæ mihi ex oculis fluunt, interno dolore pectus conficitur: duplicem morbû, Christe, depelle, depelle inquam, aut de nobis actû est. An verò soli famulo tuo **E** Gregorio misericordia præclusa est? Aut ergo miseriarum cursum mihi siste, seruoque tuo propitius esto: aut mihi certè has vires affer, quibus æquo fortique animo incommoda omnia feram.

CARMEN

CARMEN SVPPLEX.

Christe mortalium lumen, ignea columna, Gregorij animæ per huius vitæ desertum oberranti prælucens, malignum Pharaonem, & sæuos atque inhumanos operum exactores coërce, hostibusque meis grauissimis verberibus affectis & profligatis è luto grauique Aegypto me extrahe, leuèque ac planum iter concede. Quod si me quoque celerrimè insequens hostis assequutus fuerit, rubrum mare mihi scinde, vt durum siccumque mare traiciam, ad terram sanctâ, quam mihi partem fore pollicitus es, omni celeritate contendens: ac fluminum immenso cursu cohibe, furentemque Philistæorum hastam inflecte. Quod **A** si terram sanctam ingredi mihi contigerit, perpetuis hymnis nomen tuum celebrabo. Christe Rex cur me carnis huius retibus vinxisti? cur huic vitæ, ac cœnoso barathro astrinxisti? si modò verè Deus sum parsque tua, vt ex scriptura audiui. Mihi iam omnium membrorum robur periit, non me genua sequuntur, quippe & vitæ diurnitate & morbo tabem corpori afferente, & curarum mole (ne quid de amicis parum amicè erga me affectis dicam) fracta & dissoluta. At verò tantum abest vt peccata cedant, vt leuius etiam perniciosiusque quàm antè gradiatur, meque vt leporem aut ceruum audissimi canes in orbè cingant. O Deus vel vitium siste, mihi que propitium te & exorabilem præbe: aut me post longa certamina suscipe, doloribusque modum constitue: aut denique obliuionis nubem animo meo offunde. **B**

EPITAPHIVM ET COMPENDIVM vitæ Gregorij.

Christe Rex, cur me huius vitæ laqueis astrinxisti? Cur me aduersariæ huic vitæ subiecisti? Eximio patre ac diuina quadam virtute prædito natus sum, nec parua & ignobili matre: cuius etiam precibus in huius vitæ lucem veni. Me porrò ipsa, vt votum suum persolueret, ab incunabulis ipsis cultui tuo cõsecrauit. Mihi insuper nocturna quædam visio ardentissimum virginittatis desiderium iniecit. Atque hæc quidem Christi beneficio mihi contigerunt. **C** Quid autem postea accidit? calamitatum fluctibus æstuaui, rapidissimis manibus præda fui, corporis morbis oppressus sum. Cum pastoribus minimè amicis commercium habui, ea offendi quibus vix à quoquam fides adhiberi possit. Filiis orbatus sum, calamitatibus cedens, pedemque referens. Hæc Gregorij vita est. Quæ autem deinceps sequentur, Christo vitæ auctori curæ erunt. Saxis hæc insculpite.

POENITENTIS CARMEN

et exhortantis.

Ex extremum vitæ certamen imminet: malam navigationem exegi. Iam ipsam quoque scelerum poenam cerno, tartarum caligine horrendum, ignis flammam, altissimam noctem, rerumque earum fœditatem, quæ nunc tectæ atque incognitæ, in lucem postea proferentur. At Deus beate, mei quæso te miserescat: ac pro benignitate tua effice, vt hoc saltem quod superest vitæ, mihi faustû ac felix sit. Multa perpeffus sum, atque animo vereor, ne iustitiæ tuæ libra insectari iam me incipiat. Feram quidem ipse quoque mortem meam, ex hac vita migrans: promptèque & alacriter calamitatibus cedens. Vobis autem posteris meis hoc mando. Nulla huius vitæ est vtilitas: quamlibet enim ea prorogetur, finem tamen est habitura. **E**

ADVERSUS DIABOLVM.

FVge ab hac linea, ô barbare, ac mihi molestus esse define: fugite improbi omnes: Christus mihi describitur. Fugite, inquam, ne mihi cogitatio animo collecta elabatur. Abite in malam rem omnes quos Christus à rebus terrenis procul non abducit.

DE VERIS AC GENUINIS SCRIPTURÆ DIUINITUS INSPIRATÆ LIBRIS.

IN diuinis oraculis animo & lingua dies noctesque versare. Aut enim Deus **A** hanc laboribus nostris mercedem repedit, ut occultum quoddam lumen in ipsis cernamus: Aut, quod præstantissimum est, ut salutiferis ipsius legibus ac præceptis ad virtutem incitemur: aut postremo huiuscemodi cura & moderatione mens nostra à terrenarum rerum studiis auocatur. Cæterum ne te alieni ac peregrini libri fallant, (multi quippe erronei libri obiter inserti sunt) verum & legitimum librorum numerum accipe. Historici antiquioris Hæbræorum, sapientiæ libri sunt duodecim, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iosue, Iudices, Ruth, ¹ Regum duo, Paralipomenon vnus, Esdras postremus. **B** Quinque versibus constant, Iob, Dauidis psalmi, Salomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes & Cantica canticorum. Atque hi quinque æquè spiritus prophetici sunt. Iam verò **B** vno volumine duodecim continentur, Osee, Amos, Michæas, Ioel, Ionas, Abdias, Naum, Habacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias. Vno itidem volumine comprehenduntur, Esaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel. ⁴ Sic veteris Testamenti viginti duo libri sunt, totidem videlicet, quot apud Hæbræos elementa. Numeremus iam noui quoque testamenti libros. Matthæus Christi miracula Hæbræis conscripsit, Marcus Italis, Lucas Græcis, Magnus autem ille & cœlipeta præco Ioannes vniuersis. Post Euangelia autem deinceps sequuntur Apostolorum Acta, deinde Pauli Epistolæ quatuordecim, tum septem catholicæ, Iacobi vna, Petri duæ Ioannis rursus tres, Iudæ vna, quæ & catholicorum septima ac postrema est. Omnes sacræ scripturæ libros habes. Si quid extra hæc inuenitur, **C** ² inter adulterinos libros numerandum est.

SCHOLIA.

1. Regum duo) Ad verbum, Nonus & decimus acta Regum. Vbi per nonum duos priores libros Regum, qui Samuëlis ab Hæbræis inscribuntur, intelligi necesse est. Per decimum autem duos posteriores.
2. Inter adulterinos) Multi libri hic à verorum & genuinorum catalogo excluduntur, quos tamen Ecclesia sancta veros ac legitimos esse pronunciauit, ac velut natalibus suis restituit. Sed scilicet Gregorij tempestate, nondum quicquam certi de hac re pronunciatum fuerat.

ÆGYPTI PLAGÆ.

AEgypti plagæ nunquam tibi è memoria discedant. Ita enim fiet, ut ad inuisibilissimum Dei robur contremiscas. Aqua primum cruore tincta est: pestiferas **D** deinde ranas velut æstu quodam extulit. Tertio, aër & terra culcibus cooperata sunt. Quarto Cynomia repente exitit. Quinto quadrupedes oppressæ sunt. Sexto vesicæ hominum corpora infecerunt. Septimo grando igneo imbri permixta cecidit. Octauo quicquid virebat, locusta depasta est. Nono caliginosa nox Aegyptum obruit. Decimum ac postremum supplicium primogenitorum mors fuit.

DE DVO DECIM APOSTOLIS.

DVodecim Christi discipuli exciterunt, Petrus, Andreas, Ioannes, Iacobus, **E** Philippus, Bartholomæus, Matthæus, Thomas, Iacobus, Alphæi, Iudas, Simon & nefandus alter Iudas.

AD

AD MONACHOS COENOBITAS.

SI vitæ sodalitiū & contubernium viri iuxta ac mulieres sub vnus eiusdemque voluntatis vinculis comprobare atque amplecti voluerint, concordem parēque circa benignum illum & sempiternum Regem, chorique cælestis principem, gloriam habentes: præstabilius id quidem fuerit. Nullum quippe bonum seorsum spectari vult. Neque enim quicquam optimum dici potest, nisi habita ad aliquod minus bonum comparatione. Atque angustæ exiguisque finibus conscriptæ amicitia parua est gratia: quemadmodum contrā promiscua amicitia turpis & cœnosa est. Cæterum chaos maximum interici iubeo, hoc est **A** ut viri ac mulieres, quæ se colendæ pietatis studio deuouerunt, distinctis sedibus habitent, gloriāque solum communem habeant. Neque enim eos tantum, qui ab omni hominum frequentia se remouerunt, inuidia vexat: sed multò etiā magis eos, qui in sodalitiū viuunt. ¹ Nam ipsis infestior hostis imminet Satan. Quod si solitariam vitam agere, nec vllum alium, præter Christum, hospitem habere concupiscas, id quoque præclarum ac laude dignum cenfeo. Cæterum ut mihi, sic omnibus quoque simul tum ab hostis colluctatione, tum à pernicioso casu periculum imminere, non est dubitandum.

SCHOL.

- B** i. Nam ipsis) Cr. πλείων δὲ κακοῦ μέρους. Hoc loco κακοῦ pro acerbissimo illo & atrocissimo generis nostri hoste accipiendum puto. Quemadmodum etiam linea proximè præcedenti, inuidia pro eodem non incommodè accipi potest. Vide pag. 286. Schol. 4. fortasse etiā sine vlla distinctionis nota ita in Græco legendū est, ἀλλ' ἐν πολλοῖς πλείονος πλείων τε καὶ κακοῦ μέρους, ut sit sensus: Non est quod quisquam existimet inuidiam, vel potius inuidiæ parentem, eos tantum qui solitariam vitam profitentur, appetere: nam eos quoque, qui vitæ societatem cum aliis coiuerunt, & quidem acriore impetu aggreditur.

AD HELLENIVM DE MONACHIS
exhortatorium Carmen.

ARGVMENTVM.

G Idem ab Hellenio petit, quod à Iuliano tributis imponendis præfecto postulabat. De quo vide pag. 48.



QVæris tu quidem vim dicendi meam, quæ ab eo tempore nulla in me est, quo huic mûdo languere ac propemodum emori cœpi, dulcēque crucis farcinam, qua mihi salus allata est, humeris ferre, Christumque cum rebus omnibus humanis commutare. At verò sermones mei nec admodum molles sunt, nec aures illecebris suis blanditiis que mulcent. Nam ne præstantiori quidem Verbo hoc gratum est. **D** Proinde non genus tuum, non opes & copias, quæ stultis hominibus supercilium attollunt, non igneam eloquentiæ vim ac facultatem, non denique magnam illam & illustrem tuam fratrisque tui, quorum vtriusque consilio & prudentia vrbes gubernantur, gloriam prædicabunt. Sint hæc fanè inanum orationum argumenta. Nam meorum sermonum longè alia est ratio. Nec enim eò tendunt, ut amicorum animos voluptate aliqua deliniant: verum ut eos potius egregiis sanctissimisque præceptis meliores reddant. Proinde benignas mihi aures præbe. Ac fortasse præclarā verbis meis mercedem rependes, nimirum ut de compluribus hominibus optimè merearis, nedū de iis decē opem tuam implorantibus, quos mihi hesternò die, vir eximie, promisisti, magnus scilicet vir hominūculum vilem magno atque insigni beneficio complectens. Ergo sermones hos meos, quos ex cælestibus libris haustos ex intimo corde ad te habiturus sum, nō negligenter auscultā. Alij aurum & argentum, alij fericas telas Deo offerunt,

Alij seipſos, hoc est puriſſimas victimas Christo consecrant. Alij sanctas lachrymas eidem libant. Abs te verò Deus hoc munus consequatur. Sunt Dei serui, qui tranquilla mente perfectisq̄ animis ingentem hominum multitudinem in altum subuehunt. cœlestibusq̄ rebus inſiſtunt. His tu plenissimam libertatem velim, concedas, atque omnibus Christum gestantibus, qui supra terram assurgunt, coniugiiq̄ expertes viuunt, commerciiq̄ quàm minimum cum mundo habent, ac vitæ rationem ita compararunt, vt Deum piis hymnis noctes diésq̄ celebrent, atque à terrenis opibus, quibus mundi huius princeps miserorū mortalium animos eludere, quãq̄ ad alios aliósq̄ subinde transferre solet, omnino abhorreant, sp̄mque bonorū eorū, quæ nec vnquã dominos suos deserunt, instar omnium opum habeant, nec costam illam corpus suum adaman-
A tem desiderent, nec nouæ liberorū manui innitantur, nec in fratribus sociisq̄ hoc est in sanguine & cinere iam iamque perituro fiduciam suam collocent, nec ob vrbes ciuiumque frequentiam, id est infirmorum ventorum robur, sese efferrant, nec denique gloriam humanam celerrimè auolantem voluptatiq̄ nocturnæ non dissimilem, concupiscant: quin potius mentem suam Deo penitus addicant, eiq̄que tanquam firmiſſimæ petre rudentes suos alligent, vitæq̄ in Christo abscondite inſiſtent: vt cum illa illuxerit, ipsi quoque vndique colluceant, purum trinitatis in vnum collecte rursusq̄ puriſſimis oculis sese aperientis lumen, magnamque cœlestis exercitus gloriam, non iam obscura quadam specie, nec exiguis veritatis vestigiis, sed purè ac liquidò intuentes. Sed hæc
B quidem postea: nunc autem vilis quidam fumus aut puluis sunt, qui cœlestem vitam in honore ac precio habent. Ipsi enim partim antris, solitriusq̄ & ad terram stratis rudibusq̄ cubilibus delectantur, à domibus abhorrent, urbium frequentiam fugiunt, cognatamque cœlestis sapientiæ quietem amplectuntur: partim ferreis compedibus sese excruciant, vt vitium vnà cum corpore conficiant. Alij rursus ferarum ritu paruis angustisq̄ domibus inclusi, ne mortalis quidem cuiusdam vultum inspiciunt: ac sæpe etiam totos viginti dies totidemque noctes a cibo abſtinet, dimidiaque ex parte Christi ieiunium imitantur. Vtque non nihil ipse glorioſè prædicem, quidam illorum gregis mei ovis erat, hinc
C paruo quodam oppido egressus. Sunt insuper, qui garrulam linguam quasi vinculis quibusdam astringant, labraque silentio comprimant, summamq̄ illi menti laudis sacrificium sola mente offerant. Est etiam qui annos integros in templo stans, puras ad Deum manus expanderit, nec, quod vix cuiquam fidem facturum est, vel tantillum obdormierit, sed viui lapidis instar, Christo defixus steterit, ac velut obriguerit. Huic porro exigui cibi reliquias vicinus coruus impertiebat, panemque integrum, si fortè duo simul essent, afferebat. Quinctiam
D quo tempore Christus salutifero illo supplicio perfunctus, mortales reliquit, inuentus est quidam, qui hinc in diuinum montem ascenderet, ibique & sermone & mente & membris immotus stans, ventis niuibusq̄ iactaretur, nec, quam alioqui complures pij viri eum circumstarent, ab eoque obnixè contenderent, vt aliquam corporis sui rationem haberet, precibus tamen vllis moueretur: sed Christum Regem fortissimè, consertisq̄, vt dici solet, manibus retineret, mētem suam ab hominibus abstractam in sublime attollens, quoadusque domum nouam morienti circumstruxit, cum ne pollinctoris quidem manum ipse vllò modo curaret. Mihi enim verò animum horror subit, cum piis monachis, quos tametsi quamplurimis hominibus notos, nonnulli tamen vt feruentiores, quàm piorum hominum ratio postulare videatur, aspernari ac sugillare non dubitant, hanc legem vitæq̄ consuetudinem esse audio. Cum vir quidam pius ad eos accessit, nostræ legis institutiq̄ nostri prorsus ignarus, primum eum tecto
E perhumanè honorificèque accipiunt, omnique benevolentia genere complectuntur, atque ipsius animum diuinis & à spiritu sculptis sermonibus in altum efferunt, luculentas epulas ipsi apponentes. Tum verò in medio cœtu quispiam duræ

Piorum Mo-
nachorum
vita.

Quies cœ-
lestis sapi-
entia cognata

Admiranda
inediæ lon-
guitudo.

Mira tole-
rantia.

duræ acerbæque legis mentionem facit, quæstionemque huiusmodi profert: An honestum ac laudabile sit piis hominibus pro Deo mortem oppetere? hac videlicet oratione occultè id agens, vt amarulentum aliquod verbum ab eo eliciat. Quòd si ille præ imperitia mortem huiusmodi laudandam esse respondeat, Atqui subiunget quæstionis author, multas ipsi partim sua manu, partim fame atque inedia mortes & quidem alacri animo ferunt, atque in scopulis & rupibus, in profundis ac reconditis cauernis, mediisq̄ pluuiis veritati testimonium dicunt, mortalique hac vita non secus ac tristi & luctuoso bello defungi, alióque migrare gestiunt. At ô Christe animis illis propitius esto, piis quidem fateor, cæterum non satis consultis & circumspicis, perindèque affectis, vt equi illi in
A decursionibus militaribus, qui pernitate pedum freti extra curriculum feruntur, nec freno vllò coërceri possunt. Iam verò alius alio virtutis genere gaudet: nec mirum, cum multæ sint in cœlo mansiones, multa quoque esse in terris vitæ genera & instituta. Quid autem singula recensere pergo? angustam enim illam viam, quam perpauca in hac vita sequuntur, ipsi conficiunt, atque ad honorum portam multis grauibusq̄ laboribus grassantur. Talis est Christi pars, talis passionum Christi fructus, quem ipse è terra ad Patrem defert: religionis, inquam, Christianæ columen, populi decus, mundi fundamentum, cum cœlestibus pulchritudinibus elegancia propemodum certans. Quorū mihi quoque genus splendidissimum est: faceſcat enim inuidia. Hos tu quæſo benevolentia tua & fauore prosequere, Cledonium primum, qui pauperibus viuit, Christoque seipsum primò, deinde facultates suas omnes consecrauit, nec terrenæ
B huic vitæ quicquã reliqui fecit, Cledonium inquam, Margaritum inter gēmas, inter sydera luciferum, ver inter anni partes, rosam inter flores. Qui cum summam quondam in terreni principis aula gloriã obtinuerit, maiore nunc tamen atque illustriore gloria nominisq̄ splendore in caulis nostris fruitur, vt pote Christo regi astans. Eulalium deinde, æqualium omnium longè præstantissimum. Què quidem haud ita pridem velut dimidia sui parte truncatum relinquens magnus ille ac potens frater Helladius, ad cœtum eum, quem omnibus vobis exoptabat, auolauit: solusque hic relictus est Eulalius, & quidem eò redactus, vt quoquo oculos vertat, nihil Helladio melius excellentiusq̄ perspicere queat. Ac præterea matrem suam grauissimo morbo vexatam, mortique proximam sedulo curauit. Quam autem scēnam dico? Vix enim vllò quantumuis prolixo sermone laudes illius complecti possem: proinde vno verbo dicere satis fuerit, dignam talibus filiis parentem. Iam verò Carterium tametsi alij à Deo donatum, tu tamen, ô amice, in sociorum fauorem benevolentia tua comprehēdes. Carterium inquam, cuius gloria inter cœlites viros maxima est, quippe qui animum à carnis contagione abstractum in cœlum perpetuò efferat. Indulgētius quoque cum Nicomede agas velim (si modo eius nomē ad tuas aures peruenit) qui mortalem vitam cœlesti addixit, veterisq̄ illius patris Abrahæ
C sacrificij exemplum retulit, vtramque videlicet prolem ad spirituale sacrificium properantem, sanctificans. Ita quauis ipse matrimonium contraxerit, palmam tamen coronæque decus virginitati tribuit, nec furculos vllos terræ reliquit: hoc nimirum agens, vt totus huiusce vitæ vinculis solutus, ad sublimem terram proficisceretur. Et sanè præcellentem tum inter viros tum inter mulieres fructum obtulit: inter viros quidem charissimum filium, inter mulieres autem filiam, duplicem nimirum spicam suam, cœlestibus horreis, nisi me spes fallit, dignam, florentissimósq̄ ramos à suauissima stirpe productos choro nostro adiungens. An autem parentibus quoque præstantiores aliquãdo futuri sint, hoc scilicet in manibus Dei positum sit, qui sp̄s magnas & excelsas magno quoque & excelso fine concludit. Nunc quidem pater liberis suis non secus ac perniciosissima quædam aquila pullis suis aduolitans, recens enatas, timidèque adhuc sese per aërem
D agitantes eorum pennas dirigit. Quibus cum permulta rectè honestèque vi-
E

Laus Cle-
donij.

simile.

*Paupertas
comodissi-
mum vir-
tutis orga-
num.*

*Scala Iacob
Gen. 28.*

*Fastus om-
nibus fere
dominatur*

*Pij homines
astra carne
conuestua.*

*Vita verè
Christiana.*

*Venter ma-
lorū author*

*Amicitia
lex, omnia
inter ami-
cos comu-
nia esse
vult.*

*Virgines
Deo sacræ,
earumq; vi-
ræ ratio.*

uendi præcepta tradat: tum verò nullum melius commodiſque virtutis docu-
mentum ipsis præbere poteſt, quàm ſi virtutem eis ſuam ad imitandum propo-
nat, quippe qui liberos ſuos diuinis verbis ſanctiſſimiſque moribus iam inde à
teneris, vt dicitur, vnguiculis conſecrarit, egregièque fulcierit, ipſiſque maximæ
cuiuſdam hereditatis inſtar paupertatem ſacram, velut commodiſſimum virtu-
tis organum reliquerit. Habes qualis hæc domus ſit, meum meique ouilis decus
& ornamentum, hæc inquam domus, mihi ſanguine coniuncta. Sed nec inter
poſtremos habendus eſt Theognius, qui tamen corpore in terra verſetur, cœ-
lum tamen animo attingit, blandus, dicendi ſuauitate præditus, ex vultu per-
petuò virenti perſpicuum omnibus faciès, quæ ſit animi ipſius benignitas ac pul-
chritudo. Nec verò fictum quendã velut que ſuco in ſuperficiem illitum, vt mū-
lierculis mos eſt, virtutis colorè oſtentat (nam huiuſmodi elegantia facile ſe pro-
dit) verum Dei timorè intimo animo coërcet, ei ſoli cui res occultæ cognitæ at-
que exploratæ ſunt, perſpicuum. Res certè admiratione cum primis digna. Po-
ſtremus enim virtutis ſtadium ingreſſus, heu quanto interuallo priores celerrimis
pedibus anteuertit: deguſtataque ſapientia, vtra vitæ ratio alteri præſtaret,
filiis indicauit, conſenſaque, vt Deum ſummum cœleſtium luminum fontem
cerneret, ſcala ea, quam è terra in cœlum porrectam Iacob olim aſpexit, ita ſe
comparaſcit, vt ex illius gradibus alium iam ſcanderit, alium pedibus terat, alij
manu hæreat, ad alium denique aſpiret, oculorumque aciem intendat. Huiuſ-
modi quippe mortalibus via eſt, talèſque gentiles meos nobiliſſimus pater ad
Chriſtum euehit. Multos etiam Euander, non tam ſenectute quàm prudentia
canus, virtutis theſauros in animo conditos habet. Iam verò quis, niſi planè mē-
tis impos, Aſterij, fratrumque ipſius, ſacræ, inquam, illius Triadis obliuiſcatur?
quos communis ſapientia, comuniſque vitæ ratio in vnum iungit: tamenſi cor-
poribus ob ſempiterni regni ſpem inter ſe diſiungantur. Philadelphum interim,
corculum meum, illuſtri genere ortum, tacebo. Quis Macrobiuſ gregis noſtri
ouem, amicūque meum ſilentio prætereat? quem Chriſtus pro ſua erga eum
beneuolentia magnis alis ſuis ambit, ac fouet, quémque in tot tantique virtuti-
bus nullus omnino factus, qui alioqui omnibus fere mortalibus dominatur, in-
flauit. Quis Rheginuſ Leontiuſ, Heliodoruſ, qui ſummū Chriſtianæ ſapientia
verticem attigerunt, per obliuionem tranſmittat? quis reliquos omnes inter
agreſtes homines clariffima ſidera, tamenſi plerique mortalium ignota atque
obſcura, præſtantiffima Chriſti membra? Quis autem immortalis Dei ſigilla,
quis aſtra carne conueſtita enumerando recenſere queat? Omnes enim illi, ſuo
quiſque pietatis genere perfecti, numeris que omnibus abſoluti, potentiſſimi Dei
famuli ſunt, leuiſſimis pedum veſtigiis terram calcantes, egregiæ pecudes dextre
manui deſtinatæ, magnique templi lapides, quos Chriſtus iucunda ſpiritus cō-
page inter ſe coagmentauit. Qui huic vitæ perexiguè viuunt, ac ventri malorum
authori minimum indulgent, grauémque perturbationum animi tumultum,
atròſque inſurgentiſque Belia fluctus compeſcunt: ſermoni lancem, ſilentio mo-
dum adhibent: riſui, auribus atque oculis vincula iniiciunt: Excalciati, aridi,
trifteſ, vnam veſtem habentes, terræ mortui, animis in cœlo viuenteſ, maiuſ-
que Dei lumen, cœleſtémque piarum animarum chorum ſibi antè oculos per-
petuò proponenteſ. Quin tu prudentiſſimas etiam illaſ virgineſ, quæ Regiuſ
ſponſum, puriſſimis cordibus ſeſe miſcentem, laudibus celebrant, Chriſtūque
cum lucernis nunquam emorientibus peruigileſ expectant, honore afficiendaſ
duxiſti, poſteaquam eximium illud meum decus noſti: ſi modo illuſtriſſimum
illud caulæ noſtræ lumen honore complexuſ eſ. Cùm enim bonorum quiſpiã
beneficio aliquo afficitur, communem omneſ ex ea re voluptatem capiunt: ni-
mirum amicitia lege communia omnia inter amicos eſſe iubente. Ac proſectò
hæ quoque magna & generoſa mente præditæ ſunt, vt pote quæ forti ac verè
maſculo animo ſubdolam illam Euam è pectore abiciant. Quòd ſi earum vitæ
rationem

rationem quæriſ, ipſiſ etiam cilicium carni hæret, humuſque pro lecto eſt, opti-
ma ſcilicet tuendæ caſtitati medicamenta. hiſ preceſ & gemituſ, & nocteſ in-
ſomneſ, & fonteſ lachrymarum ex intimo pectore fluenteſ grati ſunt. Genua
porrò ſua corroborarunt, atque ex ſimbria Chriſti contactu priſtinæ omniſ im-
becillitateſ obliuionè contraxerunt. Ad hæc teneræ carneſ præclaræque veſteſ, ac
verna illa corporiſ pulchritudo quàm celerrimè marceſcens, tam natiua, quàm
fucata & aſcitiua, mentis ſapientiaſ ceſſerunt. Nec verò mulieribuſ nimium tri-
buo, cùm eaſ vt ſapientiaſ laude, ita corporiſ etiam robore viriſ æqualeſ facio.
Nam ipſæ Chriſtum cum carne humana in terram venienteſ maximo morta-
lium omnium bono in lucem extulerunt, per virginem nimirum matrem, vt le-
gem humanam, citra omnem tamen corruptionem, expleret, prodeunteſ.
Eundem etiam triduo poſtquam mortem obiſſet, è tumulo proſilienteſ, acio-
ribuſ deſiderij ſtimuliſ incitataſ, ante omneſ conſpexerunt, lætiſſimūque de
ipſiſ ad vitam redituſ nuntiuſ ad diſcipuloſ pertulerunt, Chriſti videlicet gu-
ſtatione priorem illum guſtatum ſananteſ. Ac multas quidem in omnibuſ illiſ
regionibuſ, quaſ ſalutiſfera Chriſti doctrina peragrauit, inuenire eſt, quæ partim
in ſodalitio viuunt, eandémque cœleſtiſ vitæ cupiditateſ fouent, atque idem
vitæ inſtitutuſ ſequuntur: partim inſirmiſ ſuiſ parentibuſ, aut fratribuſ, quos
caſtitateſ ſuæ teſteſ habent, ſedulæ aſſident. Mihi quidem eſſi paruſ eſt huiuſ-
modi mulierum numeruſ: cœleſtibuſ tamen pulcherrimiſque Chriſti ſideribuſ
adede geſtio atque exulto, vt pro paucis hiſ meiſ de virtutiſ præſtantia cum mul-
tò pluribuſ in contentioneſ venire non dubitem. Lydiuſ olim ramentiſ au-
reſ abundaſſe, opèſque illiſ fluminis cuiuſdam beneficio affluſiſſe poëtæ fabu-
lantur. Auriferas etiam formicaſ Indiuſ è cauâ arena diuitiaſ haurire ſolitaſ tra-
dunt. Niluſ itidem fertilibuſ campibuſ tempeſtiuè illabent opulentiffimam Aegy-
ptuſ reddidit. Vtque rem in pauca contraham, aliuſ auibuſ, aliuſ ſtirpibuſ, aliuſ
iucundiſ internòque ſplendore prædituſ gemmiſ maiorem in modum delecta-
tur. At me Chriſtuſ excellentiſſimo omniuſ honore cumulauit, vtpote cuiuſ mu-
nere hoc mihi conſeſſuſ eſt, vt multorum hominuſ pietatiſ laude florentium
corona gloriari queam. Et certè vera eſt vetuſ illa Dei pollicitatio, qua ſe factu-
rum recepit, vt gratiam ſuam paruiſ & abiectiſ hominibuſ impertiret. Quam-
obrem non immeritò exigua hæc mea ciuitaſ, Bethlehem eſt nuncupata. Vt
enim antiquior illa ex Chriſti natiuitate nominis celebritateſ accepit: ſic hæc
noſtra ab amicis Dei maximum ſplendorem eſt conſeſcuta. En chorum aliuſ è
terra mea elucenteſ, ei vti que ſimileſ, quem Armenia patria tua, egregia ſo-
bole beata, procreauit. Quæ cùm omnibuſ nominibuſ omneſ terræ regioneſ
antecellat: tum verò cœlibuſ copia opibuſque potiſſimum gloriatur. Qui-
buſ ſi gratificari in animum induxiſ, non tam hercle mihi, quàm tibi ipſi benig-
nè facieſ, vitæque æternæ ſpem, cum qua nullæ huiuſ mundi opèſ cōparandæ
ſunt, liberis tuiſ chariſſimæque vxori comparabiſ. Quòd ſi forte veteriſ quoque
amicitiæ, ô ſodalium omnium ſuauiffime ac facillime, vlla apud te eſt memoria
(non enim in ſanctorum ac pietate inſigniuſ virorum numeruſ nomen vnquã
meuſ referam) preceſ meoſ quæſo ne aſperneriſ. Hoc enim ab amiciſ officio ab-
horret. Quin potiùſ in gratiam meam ſodaleſ meoſ honore ac beneficio affice.
Nam noſ quoque apud multoſ loco aliquo ac numero ſumuſ. Quòd ſi etiam nõ
apud ita multoſ eſſeſ, te tamen præ ceteriſ amicitia noſtra moueri oporteret.
Id ſi feceriſ, cùm amicis omnibuſ meiſ, quibuſ honor piis hominibuſ habituſ
æquè ac mihi gratuſ ac iucunduſ eſt, rem gratiſſimam feceriſ, tum Baſilio præ-
ſertim, quem Chriſtuſ primo honore cumulauit: qui que velut ſequeſter inter
noſ exiſtens, extremeſ amicos diſſitoſ in vnum iungit, noſque communi deſide-
rio multò meliùſ aſtrinxit. Cui tu in omnibuſ rebuſ gratificari optimo iure de-
beſ, ad id que moueri, tum patriæ ipſiſ amore, tum ſtudioſuſ ſocietate, tum de-
nique ſacrificiorum puritate, vitæque ſublimitate. Quorum vtrunque ſecundo

Matth. 9.

*Mulierum
laus.*

Lydiæ opes

*Formicæ In-
diæ opes aſ-
ferunt.*

Iac. 4.

Baſilij laus

illi Aaroni hoc præstat, vt intra tabernaculum, aliorum omnium pedibus inaccessum, stans, Deumque aduersis oculis cernens, precibus suis mortales immortalitati Deo conciliet. Qui quidem sanè, quicquid in me contuleris, expensum sibi feret: quicquid rursus in eum, id Christus in se collatum interpretabitur: quicquid autem in Christum, perinde erit, ac si in Patrem ipsum contulisses. Pro animabus, & cœlesti vita te obsecro: pro membris quæ à spiritu lacerantur rogo atque obsecro. Da hoc diurnis laboribus hymnisque nocturnis. Da lectulo ad terram strato, da luctibus & lachrymis. Da hoc laceris pannis, oculisque tabe confectis. Da puræ menti: da sacris sermonibus: ita fiet, vt dum virtuti honorem habes, pluribus iter ad virtutem munias, maioremque virtutem diuinitus consequaris: ac stabilem minimèque diffluentem in hac vita sementem faciens, immortalem quoque cœlestium bonorum fructum metas, multò vti que semente ampliorem. Moueat te quoque augusta patris mei, non capitis magis, quàm morum canicies: cuius si laudes oratione prosequi vellem, historia proculdubio admiratione plena existeret. Postremò corporis imbecillitate fractus ita tecum agam. Gregi nostro parce, gregi inquam nostro, cuius ovis es, parce: pro quo non sine causa contremisco. Multos quippe in eo pascendo labores pertulisti: eiusque curam Deus mihi in multas annorum decades commisit. Tibi verò Deus, cum alia omnia quæ piis hominibus impertiri solet, tum hoc etiam concedat, vt ad extremam vsque senectutem vita tua porrigatur. Atque hæc quidem patris mei nomine dicta sint. Ego verò ex scriptura sacra ad hunc modum loquar. Dei mensuræ mensuris nostris æquantur: qualiaque inter nos in hac vita menti fuerimus, eadem Deus quoque vicissim nobis rependit. Utinam autem erga alios eiusmodi mensuram adhibeamus, vt nobis à Deo quoque, & nunc, & in altera vita melior mensura expectanda sit. Nunc vitæ huius caducæ vel bonum vel malum fundamentum hominibus iacitur: ac magnæ cœli opes ad paruam trutinam expenduntur, atque huc subinde illucque libra propendet. Quinetiam Christus indicti tributi tempore hominibus iunctus est: tum videlicet cum Cæsar vniuersum orbem in tabulas referret. Atque ad eum ipse, hoc est sempiternus Deus, mortali tributum persoluit: vt hac ratione hominibus consolationem seruitutis afferret. Proinde Christi gratiam venerare, ac cum populo indulgenter age: venerare, inquam, atque humanissimo lenissimòque descriptionis genere erga alios vtens, hoc assequere, vt ipse quoque in eximio illo cœli libro describaris. Sin contrà agere decreuisti, quid inde sequetur, dicere super se deo: ne quid animosum hic sermo habeat. Hoc vnum dicam consultius te facturum, si piè sanctèque alios descriperis. An non satis superque est, quòd primum Adami vitium & exitiosa planta, & serpentis inuidia & mulieris facinus perniciosusque aduersariæ scientiæ gustatus (qui mihi moriendi necessitatem attulit, atque in terram ex qua creatus sum, denuo redigens, tristem omnino mihi molestamque vitam effecit, eoque me adduxit, vt varij multiplicésque dolores præliaque mihi subeunda sint, ipseque laboribus oppressus curuo corpore in terram vergam) annò inquam satis superque est, quòd hæc omnia graue mortalibus iugum inuenerunt: nisi me quoque frater meus, hoc est idem puluis, ac sub eodem peccato positus, pluribus me doloribus cumulet? Non decet, non fas est: multò quippe fatius æquiúsque est, medicinam ægrotis, quàm laborem afferre. Atque hospitale hoc munus, vir omnibus virtutibus ornatissime, à sodalitiis nostris habes, & quidem eiusmodi, quod nulla temporis vetustas delebit: habes inquam Helleni Armeniæ decus: cui forte obrigit, vt regioni nostræ tributa constituas. Atque utinam cum Dei ope atque adiumento sanctè, integrèque in hoc munere verferis, nec te turpi ac nefario quæstu vinci patiaris. Nam si perspicacissimum illum Dei oculum metuens, æquam omnibus lancem proposueris, parue quidem vrbis hoc est Diocæsareæ ciues sumus: cæterum haud paruum nomini tuo apud homines splendorem afferemus: tabulisque hæc verba inscribemus. Hic est ille vir, hic ille est qui æquiorem lancem habet, quàm vt ei vel ipse Momus obtrectare possit.

Dei mensuræ mensuris nostris æquantur. Matth. 7.

Matth. 17.

SCHOLIA.

1. Costam illam) Mulierem intelligit, quòd ea ex viri latere sumpta sit. Genes. 2.
2. Coruus vicinus) De Paulo primo Eremita verba facere videtur, quem cum Antonius inuississet, coruus integrum panem ante eos deposuit. Tunc Paulus: sexaginta, inquit, anni sunt, quibus dimidiatum semper panem accipio: nunc ad aduentum tuum militibus suis Christus duplicauit annonam. Hier. in ipsius vita.
3. Cum cœlestibus pulchritudinibus) Per cœlestes pulchritudines, quemadmodum etiam in Nicobuli responsio per καλὰ ἀσκήματα angelos intelligit. Eodem modo infra καλὰ ἀσκήματα, id est, angelos carnigeros, vel certè astra carne conuestita, homines sanctos, & in terra Diuorum vitam imitantes appellat.
4. Cledonium) Sic enim corrigit Aldus in emendationibus. Cledonium enim illum intelligit, ad quem duas Epistolas scripsit.
- A 5. Margaritum) Quatuor similitudinibus conglobatis eximiam quandam & singularem Cledonij gloriam posteris testatam reliquit Gregorius.
6. Eulalium) Hic fuit fortasse, quem Gregorius ætate iam admodum prouectus Nazianzænæ Ecclesiæ præfecit. Helladius autem, ni fallor, fuit ille, qui demortuo Basilio, Cæsariensi Archiepiscopo successit.
7. Causa lumen) Id est præclarissimam atque omnibus virtutis partibus perfectam & expletam. Hoc enim luminis, vel oculi potius vox interdum significat, quemadmodum infra ostendemus in Scholiis Carminis illius, quo Nicobulus pater filio respondet.
8. Cum enim bonorum) Hoc est quod præcipit Apostolus, vt cum gaudentibus gaudeamus, cum flentibus lugeamus.
9. Priorem) Gustum interditi pomi intelligit, de quo Genes. 3.
10. Lydius) Lydia regio est minoris Asiæ, Cræso rege & Pactolo aurifero flumine nobilis. Vnde etiam χρυσόπηρα annis ille dictus est. De quo vide Fulgen. lib. 2. Mytholog. cap. de Mida rege & Pactolo.
- B 11. Indis) Indicæ formicæ, vt scribit Plin. lib. 11. cap. 31. aurum ex cauernis terræ egerunt in regione Septentrionalium Indorum, qui Dardæ vocantur. Erutum hoc ab eis tempore hyberno, Indi furantur astius feruore, conditis propter vaporem in cuniculos formicis.

AD IULIANVM.

Stribundam terram pluuia perfudit idem Propheta, qui eam constringerat. Alius orbem vniuersum ex diluuiis eripuit. Alius morbos à corporibus depulit. Alius ex belli periculo exercitum liberauit. Alius ingentem populum cœlitus demisso cibo aluit. Tibi autem clarissimè Iuliane, vt prius æquam atque incorruptam iustitiæ libram, ita nunc vectigalium lancem tradidit. At, vir optime, parce calamo tuo, pauperibus quæso parce: quos morbus miseris carnibus exelis grauissimè fauciat. Parce, inquam, & da operam, vt cœlestibus paginis ipse inscribaris. Qualia enim nos hominibus in hac vita metimur, eadem etiam Deus nobis vicissim rependit. Proinde mortalibus fer opem, ipse quoque mortalis, corporèque cõuestitus. En Lazarus pro foribus tuis iacet: alienas micas dato. Hoc quoque tecum reputes, velim, Christum eo tempore, quo tributa constituebantur, mortalem formam induisse. Quocirca te moueat æqualis Christi descriptio. Moueat te mater tua pauperum alendorum studiosissima, piisque parentibus nata. Moueat te domus, quæ miseros homines omni benignitatis genere complecti consuevit. Moueat te quoque, ô amice, opes meæ, quas omnes crucis ferendæ desiderio pauperibus erogauit. Quemadmodum enim portus omnibus nauigantibus communes sunt: ita hæc bonorum ac facultatum pars egentibus omnibus commune est auxilium. Opes nostræ sunt, tua autem descriptio. Cura igitur vt studij erga pauperes alendos mercedem eandem vterque consequamur. Multis quidem te Deus tam internis quàm externis dõibus ornauit, totque ac tanta in te contulit, vt pauci paribus beneficiis ab ipso affecti sint. Sacrosancto genere natus es: doctrina & eloquentia flores: opibus ac potentia, corporisque forma excellis: Romanarumque legum peritia in iure dicendo polles. Nihil tamen horum tibi ad gloriam tam amplum atque illustre existimare debes, quàm si auxiliarem Dei manum insepultis cadaueribus afferas.

3. Reg. 17.
Genes. 8.

Exod. 16.

1. Quos morbus) Hinc colligere licet, metum quandam incessisse Gregorio, ne Iulianus, cui tributorum imponendorum cura à principe mandata fuerat, Diocefariense valetudinarium, in quod opes suas & facultates omnes effuderat, tributo aliquo premeret. Quod ne faciat, hoc carmine ab eo contendit.

2. Insepultis) Insepulta cadauera vocat, homines diuturnis grauib'que ac deploratis morbis intabescētes, magnaque iam ex parte mortuos.

AD NICOBVLVM PATREM

Nicobuli filij nomine.

ARGVMENTVM.

Nicobulus vir clarus atque apud imperatorem gratia & autoritate florens, Gregorij consobrinam (nisi ai ead. in 2. Epist. ad Nectar. neptem potius significet, vt vs. μίτρα respondeat. Nam ita in hoc carmine Gregorius appellatur) uxorem duxerat. Ab eo sub filij persona obtinere Theologus conatur, vt ipsum doctrina cupiditate flagrantem in celebrem quandam Academiam mittat, quò literarum studiis commodius operam impendere, ac disciplinarum orbem felicius obire atque absoluere possit.



Naturalis
omniū ani-
mantū er-
ga prolem
amor.

Pater quòd me procrearis, non ita magnum beneficium censerī debet. Omnium etenim iam inde à prima rerum origine tam hominum quàm mutorum animalium natura hoc fert, vt veneræ voluptatis illecebris inflectatur. Idque non sine summo sapientissimi illius Verbi consilio, nimirum vt animantibus nunc nascentibus nunc gignentibus mortalis hæc vita propagetur, morientēque vt semē in spica sua viuant. At postea aluisti? Quid tum? nonne vituli fortissimis etiam bobus vbera capite succutiunt, ipsis interim iucunda quadam vi ac dulci necessitate laborem ferentibus? Auis itidem supra nidum suum volitans, circum pullos suos adhuc implumes stridorem edit, nec sine magna vexatione hinc atque hinc escam illis quærit, ipsa licet inanis ac ieiuna. Parentes enim ac liberos arctissimo amoris vinculo natura inter se deuinxit, atque hoc parentibus medicamentum ac solatium excogitauit, vt graues acerbosque dolores amoris lenitate mollirent. Quò fit, vt & bos pro iuuenca sua, & canis pro teneris catulis, & aues pro pullis suis acerrimum certamen suscipiant, & panthera magno animi impetu è sylua prorumpat, & aper incredibili furore inflammetur, horrescant iubæ, ardeant oculi, dentes sese inuicem acuentes vaporem edant, spuma genas obruat, dum proli suæ opem ferre vel mortem oppetere contendunt. Amoris quippe stimulus hoc ipsis sine vllius legis magisterio persuasit. Vespæ insuper rupibus insidentes, si quem propius conspexerint, etiam si alioqui teneræ suæ soboli nihil mali moliat, protinus tamen è petris sese effundunt, confertoque exercitu circa eum bombilant, transeuntēque acerbissimis aculeis incessunt. Quin huiusmodi amoris lex quoque sua in mari constat: si modo verum est, quod de piscium rege Delphino quidam scriptis prodidere. ferunt enim eum, si quando cetum quandam teneræ atque imbecilli proli suæ adnātem perspexerit, confestim eam genis expāsīs rursus accipere, cibique cuiusdam instar, ne piscibus prædæ sit, in fauces admittere, nec mirabilem illam, ac pene incredibilem sarcinam prius egerere, quàm valentissimi ceti minas effugerit: tum autem leni illo enixu defungi ac prole euomere. Proinde nihil est, quod mihi procreationem, exiguamque alimoniā, quam seruis quoque tuis bobusque impertiris, tanquam insigne aliquod beneficiū proferas. Præstantius quippiā à te, vir omnibus virtutis numeris absolute, requiro, vt pote homo, optimiq; patris filius. Tu verò ignoscas velim, si quid fortasse dixero, quod animū tuū suboffendat, ac mordeat. Nec volentē me progenuisti, nec progenitū, nisi vi naturæ cōpulsus, aluisti. Quòd si procreatū me relinquis, mortalē utiq; mortalis loco genuisti. Nō aurū, non argentū, nō sericās vestes, nō perspicuas & illustres gēmas, nō vberimā latifundia, Aegyptiorumque aruorum feracitatem adæquantia, non famulorum & quadrupedum

Memorabilis de Delphino historia.

drupedum greges concupisco. Sublime porrò matrimonium, heram secum, hoc est honoratum onus, agens, excelsusque thronus, qui paucos homines calcans à plerisque & quidem deterioribus hominibus, id quod iniquiore animo ferò, calcatur, aliis curæ sint. Quanquam enim alij aliis rebus insolenter exultent: reuera tamen humiles omnes atque abiecti sumus: Nihil, quod in crastinum nobis certum sit, habentes, externis atque alienis voluptatibus celerrimè auolantibus intumescētes. Valeat ergo quicquid acerbius huiusce vitæ turbo fert puluerem omnibus infidum & incertum huc atque illuc agitans. Hæc etenim, etsi imbecilliori adhuc mente præditus, iam tamen animaduerti atque ex sapientibus hominibus audiui: ac tempus etiam, quod magistri vice hominibus esse omnes dicitant, amplius aliquid allaturum est. O pater vnum est quod expeto, nimirum eloquentiam atque doctrinam. Præclara est tum in foro, tum in iudiciis, tum in celebrandis hominum laudibus rhetoricæ vis atque facultas. Præclarum est mentem historiarū cognitione instructam ac refertam habere. Historia enim conglobata quædam & coaceruata sapientia est, hominumque multorum mens in vnum collecta. Nec verò paruam laudem Grammatica meretur, quæ sermonem barbarosque vocum sonos expolit, Græcæque linguæ nobilitati maximum adiumentum affert. Præclara quoque Logicæ disciplinæ certamina sunt, quibus veritas primū occultatur: disputatione deinde trita in lucem profertur. Præclara itidem ea philosophiæ pars, quæ de moribus pertractat, hominēque, non secus ac caseum textilis quali notas referentem, ad virtutem informat. Ad hæc ea omnia quæ sapientes & eruditi viri sublimi mente subtilibusque curis rerum omnium profunda perscrutantes animaduenterunt, memoriæque prodiderunt, atque tam eorū quæ aëre, quàm quæ terra ac mari viuunt animantium naturam indagarunt. Insuper Dei mentem, nempe quomodo vniuersam hanc rerum molem gubernet, quam progressionem, quēque tandem finem totus hic mundus multiplici ornatu internè decoratus, habiturus est, hæc inquam vel didicerunt, vel in cogitationem admiserunt, quæ cogitare atque intelligere supra humanum modum erat. Quæ posteaquam iuuenili ætate percurerero, tum diuini spiritui animum tradam, sacrarūque literarum studio incumbam, pulchritudines eas omnes, quas ipse non omnibus patere voluit, inuestigans, semperque ad lucem contendens, diuinusque afflatus pro vitæ norma ac regula habens. Sic enim futurum est, vt opitulatorem, comitem, ducēque Christum habens, leuissima spe, tanquam alis quibusdam, instructus, à terra in altum erigar, puramque & immortalem vitam adipiscar, non iam adumbrata quædam veritatis simulachra, quasi per speculum & aquam eminus cernens, sed veritatem ipsam, cuius Trinitas, vna adoratione colenda, lumēque vnum triplici splendore constans, principem postremūque locum tenet, pura oculorum acie perspiciens. Magnum illum matris meæ auunculum tibi ob oculos pone, qui multiplici disciplinarum cognitione supra omnes homines ornatus, quam in multis iisque non vnus eiusdemque linguæ regionibus commoratus, tam in Oriente quàm Occidente collegit, eruditioni tandem suæ Christum vitamque illam excelsam & sempiternam colophonis cuiusdam instar apposuit. Ad hunc, mi pater, oculos meos conuerto. Quòd si humilius aliquantò mihi subsidendum sit: prudentis tamen & cordati viri est, magna mensura vitam suam metiri: atque ad excellentium virorum imitationē sese componere. Præstat quippe secundas inter homines magnos & locupletes ferre, quàm primas inter pauperes & abiectos. Quemadmodum utique maioris gloriæ est, paulò infra aquilam quàm supra humiles alaudas volare. Hæc mi pater, cupiditatis meæ summa est, quam vt expleas, te rogo atque obsecro. En tibi hoc nomine supplicium, barbā tuā prehendo, fidem tuā imploro atq; obtestor: occasionē arripiamus, quæ vt accedens capi ac teneri potest, ita semel lapsa, frustra postea conquiretur. Consilio suū tempus habet, suū agricultura, suum nauigatio, suum venatio: suum

vxor hō-
noratum
onus.

Humana
omnia du-
bia & in-
certa.

Tēpus ho-
minū ma-
gister.

Historia cō-
globata
quædam est
sapientia.

Prudentis
est sese ad
optimorum
quorumq;
vitam exi-
gere.

“
“
Occasio
calua.

*iuuenilis
etas litera-
rii studiis
aptissima.*

etiam bello, suum floribus tempus est. Eundem in modum literarum doctrinaeque studiis nullum aliud accommodatius tempus fingi potest, quam cum animorum amor maximè viget, nec multiplicibus formis pectus⁴ adhuc impressum est, sed egregiis duntaxat recensque depictis imaginibus floret: vitæque in terra fundamentum siue bonum siue malum ac pestiferum adolescentes iaciunt. Id quod sanè etiam atque etiam considerare operæpretium est. Mouent ne te, mi pater, quæ diximus? an maius meliusque aliquid adiungemus? Doctrinam tuam facundiamque admiror ac veneror, qua, versatili lingua, aure ac mente, tam soluta quam numeris astricta oratione insigniter excellis, idque non magno admodum labore, quod perquam mirum videri debet. Nec verò me fugit, te imperatorum latus in bello cinxisse, atque in hominum rei militaris peritissimorum numero habitum fuisse, cum furentem hastam aduersus Achæmenidas intorqueres. Quin opibus quoque & generis nobilitate prudentiæque laude flores. Nam quod ad formæ elegantiam, corporisque magnitudinem attinet, veteres illos Aeacidæ, aut Aetolum Meleagrum refers. Nec tamen quicquam horum tantum nomini tuo splendoris attulit, quantum doctrina dicendique facultas, quæ tibi firmam, ac solidam nec vnquam intermorituram, sed in singulos annos auctiorem futuram gloriam peperit. Quocirca vt Spartani quondam paternam lanceam, vt⁵ Pelopidæ Pelopis humerum, vt Reges paternum sceptrum, vt denique⁶ Cecropidæ indigenæ cicadam capillis intextam ferrebant: sic ipse quoque doctrinæ tuæ patrimonium affecto. Nec mirum cum vel ore solo patrem referre amplum ac gloriosum haberi soleat. Indulge quæso huic meo tam honesto desiderio. Vidi ipse quosdam patres, qui flagitiosis etiam ac nefariis filiorum cupiditatibus morem interdum gererent,⁷ (vt quidam olim, dū filij morbo mederetur) ac iucunda salutiferis admiscerent, vt bonarum rerum acerbiter suauitate aliqua temperarent, nonnihilque noxij ipsis concederent, vt hac ratione vim morbi propulserent. Vidi etiam qui tamen doctrinæ rudis & expers esset, filij tamen literarum amore flagrantis, cupiditati cederet, eumque desiderij, à quo ipse abhorrebat, compotem faceret, sobolisque suæ bono delectaretur. At ego, charissime pater, à te hoc peto, vt cupiditati meæ ita demum obsequaris opemque feras, si optima quæque concupiscam. sin autem me malis rebus studiisque delectari perspexeris, causam haud dico, quin me è liberorum numero expungas, procul ableges: non secus ac si ad⁸ Rheni aquas notus, ac spurius, aut ad Solis radios falsus & adulterinus⁹ aquilæ foetus iudicatus es. Ac profectò nō minus tua quam mea interest, me abs te id quod peto, impetrare: quippe quum huiusmodi beneficium à filio in patrem reuoluatur. Vt enim parentum gloria filijs honori ac gloriæ est: ita rursus filiorum gloria parentibus gloriam nominisque splendorem affert. Communis vtrorumque est gratia, commune probrum & dedecus. Ac nonnulli quidem inanes sanè homines in stadiis opes omnes suas consumpserunt, dum flagitiosas saltationes, hominumque ac belluarum cædem amant, vt sibi ciuium suorum gratiam beneuolentiamque concilient, cæterosque gloria antecellant, vulgi que ore nō in multum tempus celebrentur. Alij in athletas, inani labore circa puluerem sese fatigantes, & in aurigas sub spectatoribus in contraria studia districtis, atque aërem vtrinque verberantibus, certatim insanientes, facultates omnes suas & copias effuderunt. Aliis flagitiosa virorum ac muliercularum obscenitas atque adumbratæ mimorum alapæ (quibus detecta gena pro tristi ridiculum strepitum edit) oblectamentum ac voluptatem afferunt. Hæc enim stulti ac vecordes homines perpetrant, sceleratam vitam suam in medio hominum cœtu per ludum repræsentantes. Nec mirum, si ea docent, quæ didicerunt. Hoc verò grauissimum & indignissimum est, quod ipsi soli pro sceleris mercede non modò pœnas capite non expendunt, sed opes etiam & copias idcirco ferunt, quia vitia fouent atque adiuuant. Facile est porrò nefarius perditisque hominibus inter stultos & dementes

simile.

*Vel ore solo
patrem referre,
gloriosum.*

dementes excellere, munerisque suo præclare fungi. Atque illi quidem huiusmodi rebus studiisque dediti sunt, eaque quæ iniustissimis artibus quæsierunt, iusto Dei iudicio sceleratius profundunt, ac dilapidant. Tibi verò Deus, id quod ipse quoque, nimirum vir optimus, cupis, concedat, vt filiis tuis, iisque, in quos beneficia melius conferuntur, auxiliarem manum porrigas. Aliis itaque superfluas opes, nobis autem eximias, easque quæ ad bene beatæque viuendum conducunt, præbe. Nec enim hoc ambio, vt opibus circumfluam: verum hoc potius, vt quam optimus ipse ac præstantissimus existam, nec à parentum virtute longè absum. Quæ tandem hæc tibi voluptas erit, si simiam, animal homini quidem simile, ceterum turpe ac foedum, habeas, quamlibet alioqui aureis funibus redimitam? Nec enim tantum ei afferre potest hic ornatus, vt ridiculam leuitatisque plenam ipsius formam immutet. Quid gratiæ asino inde accedit, quod maximum auri pondus ferat? Asinus quippe non ideò rudere atque ingratisimum sonum edere desinit, quod multiplici auro exornetur. Quid denique attinet, plumbeos enses, quorum nullus in bello vsus est, argenteis vaginis cõdere atque occultare? Nec enim his dissimilis est, qui externis duntaxat bonis effertur ac gloriatur. Vt finem faciam, hoc audi: Deus autem testis sit. Nam Deus quoque Verbum est, mortalium principatum tenens. Hæc sunt, quæ à me conferri atque impendi oportet, natura, mores, maximus labor, tanta denique studiorum assiduitas, vt diès cum noctibus coniungantur. Reliqua beneficio tuo mihi contingent, Deus videlicet, tempus, spes melior, salutiferæque sodalium admonitiones, quibus animum meum acuere ac inflammare non intermittas. Nam & lignorum excifori maximum robur addit securis. Ne te mare, ne viæ longitudo terreat. Nec opibus tuis, nec alij cuiquam rei parcas, vnde mortaliū virtuti cumulus aliquis accedat. Multis enim diuitiis, vt de me non nihil gloriosè prædicem, melior excellentiorque tibi esse debeo. Omnium enim filiorum tuorum maximus natus sum: mihi que primo (si tamen hoc cuiusdam apud parentes momenti esse debet, quemadmodum existimo) paternum nomen impositum est. Quod si vel opum cupiditate teneris, vel muliebri quodam & molli ac materno planè affectu filij desiderium, quod tamè vt citò accenditur, ita etiam quam citissimè, non secus ac stipulæ flamma, emoritur, ferre non potes: inuitus quidem, sed tamen, quando me huc adigis, dicam. Nunquam tibi, pater, boni atque indulgentis parentis nomen tribuam. At, o pater, Deum te mihi pro homine præbe. Noli committere, vt¹¹ fons magnum fluuium parturiens, obstruatur, vt lucernæ lumen olei penuria extinguatur, vt denique humoris inopia planta marcescat. Fontem aperi, lumen ale, plantam riga: vt in iustam magnitudinem excrescant. Mater mea, precibus meis ipsa quoque fer opem: vt sit, quam obrem vtrique vestrum gratias habeam. Sic fiet, vt vos non¹² luti solùm (vt nonnullis loqui placuit, quod parentes carni soli metuere consultumque velle perspicerent) sed immortalium etiam animarum parentes appellem.

SCHOLIA IN CARMEN PRÆCEDENS.

- 1 Vt semen in spica) Vt enim semen terræ mandatum mortuumque, in exoriente spica quodammodo viuit: ita homines per liberorum procreationem vitam suam propagare, ac speciem quandam immortalitatis assequi videntur.
- 2 Delphinus) De eximio quodam delphini erga fetus suos amore quædam Aristot. lib. 6. cap. 11. de histor. anim. Plinius multa commemorat. De eo tamen quod hic ait Gregorius, nullum vterque verbum facit.
- 3 Qui paucos calcans) Hoc de ijs intelligendum existimo, quorum virtus illustrissimas quasque dignitates promeretur, quique sedes eas in quibus collocati sunt, pulcherrimè implent. Libet enim Pliniano verbo vti: alioqui non thronus homines calcatur, sed ab hominibus calcatur.
- 4 Adhuc impressum est) In emendationibus Aldinis pro $\chi\alpha\pi\alpha\sigma\epsilon$, reponitur $\chi\alpha\pi\epsilon$, sed vitiosè, prior enim lectio vera est.
- 5 Vt Pelopidæ Pelopis humerum) Hic locus explicatur à Niceta in Orat. in sancta lumina. pag. 405. C
- 6 Vt denique Cecropidæ) Cecropidas Athenienses vocat, quod à Cecrope generis originem traxissent, eosque $\chi\alpha\pi\epsilon\tau\alpha\varsigma$ appellat, hoc est $\alpha\iota\tau\chi\theta\iota\alpha\varsigma$, nos indigenas dicimus, quod aduenæ non essent. eoque nomine

*similitudines egre-
giae.*

Cohortationes plurimum valens.

Veteres Athenienses (vt testatur Thucyd. lib. i. quauis in Latino Cycladas legatur, sed corrupte) cicadae capillis implicatas de more gestabant, quod velut e terra extitissent, vt cicadae, ob idque πρὸς τοὺς ποδοὺς dicebantur. Sensus ergo est: Doctrina tua atque eruditionis heres esse cupio, vt Lacedaemonij paternae lanceae, vt pelopidae humeri eburnei, vt Reges paterni sceptri, & antiqui Athenienses paternae cicadae.

7 Vt quidam olim dum filij morbo Antiochus infano Stratonice nonercae amore correptus, cum non modò nefariam cupiditatem expleret, sed ne eam quidem cuiquam patefacere pra pudore auderet, in grauissimum ac periculosissimum morbum incidit. Cuius causam cum tandem aliquando Seleucus pater Erasistrati medici arte ac solertia comperisset, quamlibet adamatae uxoris complexu carere maluit, quam filio orbari. Itaque eam ipsi matrimonio iunxit. vide Plutarch. in vita Demetrii,

8 Rheni Rhenus nobilis fluius Germaniam à Gallia Belgica distinguit. In hunc scribit Galenus lib. i. de sanit. tuend. moris fuisse Germanis infantulos suos statim vt in lucem prodissent, deferre, atque in vndas, contrahendi scilicet maioris roboris causa, iniicere. Atque eum morem vt barbarum & crudelem grauissimis verbis infectatur. At verò Sirabo & nosler Gregorius, immò etiam Iulianus apostata, in epist. aliam Germanis causam fuisse tradunt, cur infantes in flumen proijcerent. Hoc enim monumentis suis prodiderunt, quod quisquis adulterij suspectam uxorem habebat, editos in lucem infantes fluminis vndis exponebat. Ac si quidem crimine mater vacabat, nullum ipsis à flumine periculum imminerebat: sin autem adulterij scelus admisisset, confestim pessum ibant. Ad eundem ergo modum se explorari vult Nicobulus filius, vt si optimus quibusque studijs animum addicat, pro vero ac legitimo censeatur: sin autem vitiorum acturpium voluptatum illecebris sese dedat, vt spurius abdicetur.

9 Aquilae fetus) Aquilarum genus illud quod marinum appellatur, ita pullos suos pro legitimis agnoscit, si solis radios inconniuentibus oculis cernant. Quod si ob oculorum imbecillitatem hoc nequeunt, tanquam adulterinos abiiciunt: immò etià eum qui primis lachrymarit, occidit. Vide Arist. lib. 9. cap. 34. de hist. animal.

10 Si simiam) Vetus est paræmia, Simia est semper simia, etià si purpura vestiatur. eiusdem formae est ea quae proximè sequitur, A sinus etiam auro onustus rudere propterea non desinit.

11 Fons magnum fluium) Fons magnum fluium parturiens obstruendus non est, prouerbialis locutio, q. d. animus ingentem eruditionem parturiens impediri non debet.

12 Luti solum) Appositè patres luti dici possunt, qui tantum corporis filiorum, quod e limo terrae coagmentatum est, rationem habent, interim in exornandis tum eruditione, tum virtute animis eorum nihil laboris operaeque suscipientes.

NICOBVLI AD FILIUM.

In tituli nomine apertissimum mendum est. Nicobuli enim legendum, non Nicocli (neque enim Graeci dicunt ο Νικολός sed Νικολάος καίος) vt apparet ex praecedenti Carmine, in quo Nicobulus filius paternum sibi nomen impositum fuisse ait.

Hili mi, doctrinam eloquentiamque expetens, optimam proculdubio rem expetis. Nam ipse quoque doctrina sermonibusque oblector, quos Christus, vitae lumen, eximio ac planè caelesti beneficio mortalibus dedit. Nec enim ille, cum tot alioqui nomina habeat, villo tamè alio perinde gaudet, quam cum Verbù appellatur. At verò sermonem meum audi. Patris enim admonitio longè optima & saluberrima est, ac senectus plus aliquid habet, quam iuuenilis aetas. Vt enim tempus historiae genuit: sic rursus historia sapientiam procreauit. Quocirca verba mea (id enim e re tua fuerit) diligenter audi. Quod ad alia quidem attinet, mi fili, sis sanè patre tuo melior ac prestantior. Volupe est enim patri ab egregio filio superari: maioremque ex ea re voluptatem capit, quam si inter alios omnes virtutis principatum obtineret. Ita enim leges diuinae tulerunt, quibus quasi vinculis quibusdam parès ille maximus vniuersum astrinxit, Verbóque suo (tátus est ipseus erga possessionem suam amor) confirmauit ac stabiliuit. Ceterum hoc nomine, fili mi, parètem tuam expressius referas velim: nimirum vt plus aliquantò in te pudoris eluceat, quam cuius nunc specimen parètibz edidisti. Nam & ipse optimo patre ortus sum: nec tamen vquam huiusmodi verbum, vtpote ipsi quoque Deo ingratum, mihi ore excidit, immò ne tacitè quidem tale quicquà immurmuraui. O pater, quod me in lucem produxeris, non magno aestimandù duco: non enim vt mihi, sed vt cupiditati tuae carnifq; libidini indulgeres, abs te sum procreatus. At aluisti postea? quidni enim, quem procrearas? Proh Deum immortalem, quam ingratitudinis plena vox ista est, talisque, vt & mundum ipsum, & magnam illam sublimemque generationem euerteret. Est quidem ita, quod natura parètes ac filios arctissimo amore deuinxit: ne alio-

Patri iucundum est à filio superari.

ne alioqui labor ille, quem filiorum causa suscipimus, nos prorsus opprimat & conficiat, atque in mortem duntaxat gignamus, curam videlicet omnem proli nostrae abiicientes. Quò efficitur, vt acerrimum quoque bellum parentes omnes pro liberis suis ineant, atque ad extremum vsque spiritum (hoc enim verissimè abs te dictum est) vespa, pàthera, boues, apri, pisces, aues, ac potissimum homines decertèt. Quò si huiusmodi lex abrogata fuerit, de vita humana prorsus actum erit. Quis enim iam vel filium exosculabitur, vel optima quaeque ipsi precabitur, vel doctrinae, aut cuiuspiam alius rei cupiditate flagranti morem geret? Quis ei bonorum partem, vt aequum est, tribuet, si quod filius à patre accipit, non beneficium, sed debitum appellandum est? ac nihil quidem à patre consecutus, pudoris legem valere iubeat, frontemque perfricet, beneficio autem affectus, ingratum se & animo & lingua praebat? Tu verò etiam atque etiam vidè, ne quis prudens & cordatus vir tibi in hunc modum occurrat. Non hominum tantum, sed Dei quoque, immò Dei prius quam hominum filij sumus. Patres quippe secundas duntaxat in gignendo partes tenent, diuinæq; generationis velut organa quaedam sunt. Terram ille sumpsit, eique metem indidit: genusque vnum ex duplici natura cõflatum, in lucem extulit, terrenum regem, nihil nisi corpus, cum animo vitii affectum habet, Deum adoptiuum, cum pietatis studiù colit, multis malis calamitatibusque hinc inde iactatum: vt inter multiplices rerum acerbitates animi firmitatem constantiamque teneamus. Nec tamen quisquam ita vquam mète excidit, tantumque iuuenili animi impetu abreptus est, vt in impiam hanc vocem aduersus eum erumperet. Non me volentem procreasti: postquam autem procreasti, non mirum, si me charum habeas. Quò si post creationem me pro derelicto habueris, quid aliud feceris, quam quòd pro mortali mortalem finxeris? Da sapientiam, da opes: compluribus enim dedisti. Da corporis proceritatem, formæque elegantiam. Da vt primarium honoris autoritatique gradum in vrbibus teneam. Da vt furentem hastam in hostem vibrem. Da corpus morbis minimè obnoxium, caeteraque, quibus homines vulgò beatitudinem meriuntur. Quòd nisi feceris, sacrificiis precibusque te honorare desinam. Nec enim alioqui persuaderi mihi poterit, te commodi mei causa animam meam corpori alligasse, sed gloriae tantum tuae rationem habuisse, atque vt caetera omnia, sic me quoque non aliam ob causam in lucem produxisse, quam vt inter terrenas animantes clarum ac celebre nomen tuum esset. Verum huiusmodi oratio ad stultos, Deoque inuisos homines, qui diuitias pro Deo habent, vitiique fictori se in seruitutem addixerunt, reiiciatur. At nos omnibus in rebus tam prosperis, quam aduersis Deum, vt probos filios decet, ac post primum illum regem terrenos parentes celebremus: qui me luce perfuderunt, quorumque beneficio atque opera Trinitas animo meo illuxit, omnibusque conspicua facta est. Magnù illum mudi orbem tacebo, caelumque clarissimo lumine collucens: mare etiam ipsum, quod non sine magna mea admiratione inter tot fluctus ac procellas suo loco stat. Nihil de terra dicam, nihil de fluminis cursu, nihil de spirabili aère, nihil de anni partibus, amoenissimis floribus, mortaliu aërorumque natura, caeterisque omnibus rebus, quas Deus oculis meis velut mensam quandam apposuit. Hæc enim omnia pater meus à summo illo & immortalis patre accepta mihi tradidit. Proinde nunquam tibi in mentem veniat, parenti tuo pro suis erga te beneficiis huiusmodi gratiam referre, tantumque fidentiae pra te ferre: fidentia quippe nisi modus adsit, in audaciam impudentiamque desciscit. Alioqui verendum tibi est, ne praferuidus quispiam pater hæc tibi nomine nostro ingerat. Quemadmodum natura hoc comparatù est, vt patres filios suos ament charosque habeant: sic eiusdem quoque naturae interdicto cauetur, ne eos qui alieno à nobis animo ac voluntate sunt, amemus: Honestius est filio patrem, durius iniquiusque cum eo agerem, placidè ferre, ex eoque solo pèdere, quam alioru beneficiis vti. Quid enim? si pauper, si mente captus essem, si corporis membris non satis confisterem, quid

Non hominum tantum sed etiam Dei filij sumus. Patres Dei tantum organa sunt.

Deus aspectabilium rerum pulchritudinè tanquam mensam quandam nobis apposuit.

faceres? non mihi scipionis vicem præberes, non humeris tuis sublatû, vt Aeneas patrê Anchisen, procul efferres? an his verbis vtereris? Quid me procreasti? Quid mihi seruire munus iniungis? Quod si piscibus, auibus, terrenisque animalibus loquendi facultas cõcedatur, Deumne his verbis alloquetur delphinus? Quid me, ô Rex summe, ita condidisti, vt mihi vita in mari traducenda sit? Nolebam falsum vitæ iter fulcare, sempërque in mari oberrare, aëremque & humidum haurire, & obscurum intueri. Bouis opera, & montes, & latos humeros, & eandem, vt equi, cum hominibus vitam malo, quàm piscibus omnibus imperare. Sed nec boues marini itineris desiderio anguntur: nec serpens sinuosis ventris nexibus laborans in hæc verba prorumpet: Quid me in terram prostrauisti, eamque mihi cibum esse voluisti? Quid me, cum recto corpore esse cuperem, toto ventre voluisti? A Nec verò coruus eodem cum aëquilis modo per aërem volitare ac circumferri quærit, formamque suam cum forma auium omnium principe commutare. Verùm animantes omnes, quod cuique vitæ genus datum est, eo acquiescunt. Nec denique figlinum vas fictori vnquam suo dicet, Quid me, ô scelerate, tam turpiter fœdèque tornasti? Atque hæc mihi, charissime fili, ad inflectendum animum tuum dicta sufficiant: vt sermones tuos ad lancem expendere, eòsque velut fune tenere condiscas, atque ita te comparare, vt quod superfluum est, abiicias ac refeces: quod autem sufficit, retineas: nec iuuenilis ætatis impetui nimium indulgeas, quin cum potius comprimas & coërceas. Multò enim satius est magnam eorum quæ commodè dici possunt, partem animo inclusam tenere, quàm vt aliquid, quod rateri præstiterat, in aërem effundatur. Nullus enim labor ad hoc impendendus est, vt sermo sub labris maneat. Neque enim est, quod verearis, ne idem tibi accidat, quod viperino fœtui, matris vëtre in paternæ necis vltionẽ dirumpenti & corrodenti. Enimuerò vt huic tuæ cupiditati terrorem iniiciam, paternæque lenitate temeritatem tuam insolentiãque compescam, his verbis vti libet. Non vna tantum ac simplex vitæ semita est, ô nate, quemadmodum nec vna eadẽque omnium natura atque indoles. Alia enim insignis & egregia est, alia flagitiosa & belluina, alia ex vtraque conflata ac permixta. Sic nimirum triplicem quoque agricolæ terram norunt. Alia enim feracissima & vberissima est: alia prorsus infrugifera: alia denique fruges simul ac spinas profert. Ad eundem ergo modum triplex via est, triplẽque terminus. Prima humilis est, vulgique vestigiis trita, lata etiam ac mollis, atque ad tristem & miserum finem, & præcipitia, tenebrososque recessus ac grauem tartarum ducens: vbi ignei fluij sunt, & dæmones sæui ac truculenti, & vbi perniciosi homines sempiternas scelerum pœnas pendunt. Altera aspera, ardua, arida, angusta atque obliqua est, omnique ex parte præceps & abrupta, paucisque peruia, ad lætum tamen faustumque finem ducens, sydereum nempe cœlum, magnam gloriam, pulchritudinesque corpore vacantes, immò ad veritatem ipsam purã, nullisque vmbri inuolutam, eoque hominem virtute præstantem subuehens, vt non antè ascendendi finem faciat, quàm ad summum illud præstantissimumque lumen peruenerit. Tertia media via est, proindeque in mercedis ratione medium quendam locum tenet, vt quæ nec admodum ærumnosa sit, nec rursus admodum splendida & gloriosa, quemadmodum si noctis obscuritas matutina luce diluatur: quod quidem mixtionis genus *ἀμικτὸν*, hoc est sublustrem noctem, qualis antelucano tempore esse solet, eruditi appellant. Ac facilem quidem viam sceleratissimi quique traiciunt, mendaces, homicidæ, adulteri, periuri, cinædi, parricidæ, raptores, lurcones, paludibusque inexplebilibus similes, qui mortu viuunt, suoque interitu exitioque delectantur. Quod vitæ genus vtinam non nisi inimicis contingat. Contrà præclara via ij omnes incedunt, quibus iam vita minimè in terra est: ter certè quaterque beati homines, in terra sublunariore terra vitam agentes, cœlibes, mundi contemptores, cœlipetæ, pauperes, tristes, humi cubantes, vnam vestem habentes, exiguum quiddam spirantes, macilenti, tecto carentes, vnam hanc gloriam agnoscetes, vt omnem

Rom. 9.

Plus æquo
tacere satius
est,
quàm immodicè loqui.
Inclusus sermo animum non arrodit.

Triplex vitæ via.

Dan. 7.

Media communis vitæ noctis sublustri similis.
Qui via facili incedant.

Qui optima via incedant.

nem huius vitæ gloriam contemnant, ac pro nihilo putent: omnes item opes in eo positas arbitrentur, vt paupertatem colant, oculosque ad Deum vnum erectos habeant. Hos ego deorsum vergens extimesco, ac velut Deum ipsum, cum ad homines accedit, perhorresco: vt qui longè supra mortales omnes assurrexerint. At verò nos medium quodammodo iter tenemus, vtpote qui nec vitiis oblectemur, & leuiter duntaxat Deum attingamus, nos inquam quibus & vxores, & liberi, & gloria, & facultates curæ sunt, charumque id omne est, quod in manus venerit. Huius porrò vitæ primaria laus, meo quidem iudicio, doctrinæ eloquentiæque tribuenda est, quippe quæ egregias opes habeat, atque eiusmodi, vt nec furto intercipi, nec latrocinio extorqueri possint: etiã si mihi per omnia doctrinæ genera, vt cupiebã, grassari, ac velis expallis totû literarij laboris pelagus emetiri minimè contigerit. Non enim verbis tuis assentior: nec laudibus quas mihi tribuisti, deliniri me ac decipi sinam. Nec enim me fugit, laudes eas, quæ à propinquis & consanguineis profiscuntur, eius esse generis, vt iis parum fidei adhiberi debeat. Sed tamen, ô illustris eloquentia, præ cæteris omnibus rebus te colo. Eloquentia nanque vitæ veluti fundamenta iecit, mēque à feris separauit. Huius opera vrbes conditæ, leges inuētæ sunt. Hac Dei laudes celebros: hac virtutem laudibus in cœlum fero: hac vitij robur frango: hac mundos diuido, cœlestem nimirum, & eum qui ad interitum tēdit: hac, etiamnum hîc versans, animum à corpore disiungo, vtque à formis imagines, sic ego alterius vitæ naturam ab altera, finemque beatum ab exitioso fine distingo. Quæ enim Deus docuit, hæc & sapientium virorum sermo confirmauit, & fides ipsa fulciuit: nempe ex literarum monumentis ostendens, quomodo & boni pro virtutis studio cultuque immortalē postremis diebus gloriam consequuntur, & malis sempiterna ignominia nota inuretur. Erudita eloquentia & ei, qui solitariam vitam agit, hoc præstat, vt nulla re, quæ ad degendam vitam necessaria sit, indigeat: & ei, qui in hominum luce ac splendore viuit, sublimis spiritus gerit, corona est, & quidem vernis floribus, qui sub auroram decerpuntur, ac postea ante solis occasum marcescunt, longè excellentior. Erudita eloquentia perturbationibus animi sedandis eximia medicina est. Hac vehementius æstuantem iram, quæ menti nebulas offundit, emollio: hac mœrorem cõsopio, lætitiæque modum impono: sic videlicet me regens, vt nec aduersis rebus immodicè angar & excrucier, nec rursus lætis ac secundis rerum successibus nimium extollar: verum vtrique ab altero adiuuētum afferam, in acerbis nimirum rebus spe animum muniens, in tranquillis autem timorem adhibens. Erudita eloquentia & Reges, quò vult, ducit, & populos trahit. In foro ac concionibus floret, in epulis regnat, bella comprimit, seque & crudeles homines clementes reddit, eòsque quamlibet robustos, non aliter quàm ignis ferrum, emollit. Nec verò Orphica illa cithara, mea quidem sententia, quicquam aliud erat, quàm eloquentia, quæ tam bonos quàm malos homines carminis suauitate ducebat. Nec etiam illa Amphionis lyra, quæ lapides, hoc est contumaces & saxeos homines permouebat. Quin illud quoque perspectum habeo, nihil aliud quàm disertam quandam & elegantem orationem fuisse medicamentum illud, quod Mercurius Vlyssi ad Circen se conferenti porrexit, tum vt sociis suis in porcos mutatis opem ferret, tum ne ipse quoque in porcum verteretur. Nam quid aliud fuisse dicam Nepenthes illud, malorum omnium obliuionem inducens, quod Polydamna Aegyptia Thonis vxor temperauit, Helenæque hospitalis cuiusdam muneris loco dedit, quàm facundam orationem egregiæque perpolitam? Quinetiam sæpe accidit, vt quispiam è grauissimo prælio acerbissimamque tempestate Deo propitio ereptus, solas has opes vnã cum corpore suo incolumes seruet, hisque impetiis, quàm alius quispiam plurimis opibus, delectetur. Eloquentia enim alumnis suis venerandam quandam maiestatem apud homines conciliat. Huius rei coniecturam ex Vlyssè facere licet, quem grauissima tempestate iactatum, ac nudum in littus eiectum, membrisque lacerum &

Qui mediã via ingrediuntur.

Mediæ vitæ primariã laus eruditio.

Laus à propinquis generisq; coniuictis proficiscens suscipione nõ caret.

Eloquentiæ laudes.

Ira menti nebulam offundit.

Eloquentia Amphionis lyra.

Eloquentia Moly Homericum.

Eloquentia Nepenthes Homericum.

Eloquentia veneratiõnem amicis suis conciliat.

mendicum, egregia tamen ac regia virgo, quod prudenti oratione ipsius opem implorasset, veneratione persecuta est, Phæacibusque & Alcino regi hospitem naufragum aliis omnibus augustiorem ostendit. Eloquentia liuore quoque ipso, qui alioqui infestissimis oculis plerosque mortalium aspicit, superior existit. Non enim cum præstantissimis viris, sed cum his qui repentina quadam felicitate inrumescunt, conflictari solet. O eloquentia, ad cuius laudes prædicandas eloquentiâ mihi opus foret, quàm cuperem parem facundiæ tuæ orationem afferre posse! Verùm quæ ad laudem tuam faciebant, partim arripui, partim arripere nequeo: partim denique charissima filij mei lingua in hac iuuenili ætate iam cana, virgente desiderio recensuit. Id quod acriores quoque animo meo stimulos addit. Proinde & parentum & tuis ipsius ad Deum precibus fretus, quod tua te voluntas feret, perge, & quidem promptus & incolumis, spèque optima subnixus: optimusque patris tui dux te vti nam ducat: neque enim apud me dubium est, quin Deus vitam nostram inspiciat ac moderetur. Ergo siue te⁸ Attica lusciniâ, siue⁹ clarissima Phœnicie ciuitas, in qua sibi Romanæ leges domiciliû fixerunt, siue denique Alexandria, ex qua¹⁰ mercibus onusti permulti homines domum redeunt, magis oblectat, faxit Deus, ut & quæuis terra celeberrimis pedibus tuis planam cursilemque se præbeat, amœnissimosque flores producat: & fluuij dulci quodam strepitu decurrant, & maria omnia leuissimis ventis nauem in portum ducant: Delphinus etiam super extrema tranquillæ maris vnda sinuosus orbibus volutetur, viamque subsultando commonstret: quemadmodum olim¹¹ nobilem quendam citharædum dorso exceptum tulit. Faxit Deus, ut te¹² eloquentiæ doctrinæque velut oculum præceptores habeant, ac primo quoque tempore inter classicos ascribant, tæque æquæ ac liberos suos ament. Faxit, inquam, ut doctrinæ poculum & quidem merum auidissima mente ad fundum vsque ipsum haurias. Faxit denique, ut aureæ literæ manu tua in plicatilibus tabulis conscribantur, atque è libro tuo mel fluat. Quod si verna temperie, qua tenues auræ mortales dulcius afflare consueuerunt, aut Sole ardentibus radiis suis caput feriente, sub arborum ramis sedens, tota mente in literarum studio elaborares, animoque fatifcas, vti nã garrulæ cicadæ cum reliquo auium grege suauissimis cantibus suis afflictum corpus tuum recreent ac reficiant, tæque garritu suo velut ad certamen prouocent. Ego autem te, non aliter ac equuleû suapte natura acrem celeriterque currentem amicis quibusdam sibilis acrius adhuc ad cursum incitabo, victoriæque cupiditate incendam: aut etiã senes athletas imitabor, qui fortissimos luctatores¹³ in Pisæo puluere ad palæstram scita oratione inhortantur. Nil enim est quod malim, quàm filium meum in amplissimo hominû cætu oleastro insignitû videre. Nec verò opibus vllis, ut mones, nec labori vlli, quem à parentibus suscipi par sit, nec denique rei cuiquam alij parcam, ex qua virtus mortalibus comparetur. Sapientem enim doctamque paupertatem sceleratis opibus antepono. Non fontem fluuium magnum continentem obstruam. Non committam ut olei penuria lucernæ lumen emoriatur, humorisque inopia ingenij tui planta exarescat. At verò, ne nullo munere discedentem te prosequar, hæc tibi præcepta dabo. Primùm igitur hoc cura, ut Christum vitæ studiorumque ducem habeas, viuum inquam illud verbum, quod sermones omnes dignitate longè antecellit. Caue deinde, ne malû vllum flagitiosumque hominem sodalem tibi asciscas. Pestis quippe etiam validissima ac robustissima membra inuadit. Non modò enim virtutem ipsi tuam non imperties: sed ipsius etiam obscenitatem vitæque sordes contrahes. Da operam, ut pudicitiam sociam ac familiarem habeas, eaque vna delesteris: ne alioqui optimum amorem sceleratus amor extrudat. Vnum denique est, quod doctrinæ anteferre debes, nimirum morum sapietiam ac probitatem. Quod si expleto tandem sperata eruditione animo ad nos reditum pares, vti nam idem tibi dux itineris præsto sit, qui discedenti comitem viæ se adiunxerit. Parètibis porrò pro mercede gratia rependatur, noménque optimum.

Atque

Cū quibus
invidia bel-
lum gerat.

simile.

simile.

Christus et
vitæ & stu-
diorum dux
esse debet.
Vitanda
improborum
hominum
societas.
Vitæ pro-
bitas do-
ctrinæ præ-
ferenda.

Atque hæc ô fili à me habeto. Quod si etiam¹⁴ vltra Gades nauigare libeat, eò quoque dux tibi Deus sit. Neque enim incredibile haberi debet, sapientem hominè altissimos doctrinæ gurgites sub doctissimis magistris, qualem tu quendam nobis generis necessitudine coniunctum nominasti, assidue conquirentem ad ipsum tandem summi boni fundum peruenire.

SCHOLI A.

- 1 Nihil nisi corpus) Ea, inquit, est hominis conditio, ut si quidem flagitiose ac nefarie vitam instituat, nihil iam nisi caro sit: si autem pie atque ex virtutis præscripto viuât, in Deum euadat, non quidem natura, sed gratia & adoptione.
- 2 Non me volentem) His verbis inducitur impius quidam & ingratus Deum communem omnium parentem alloquens.
- 3 Viperino fœtui) Vipera, inquit Plinius lib. 10. cap. 62. tertia die intra vterum catulos excludit. Deinde singulis diebus singulos parit, viginti ferè numero. Itaque cetera tarditatis impatientes perrumpunt latera, occisa parente. hæc ille. Negat ergo Nicobulus verendum filio esse, ne sermo pectore diutius aliquanto compressus ipsi exitium afferat. Quod autem sequitur, in paternæ necis &c. hoc eò dicit, quod viperæ mas, ut eodem loco Plinius narrat, caput inserit in os fœminæ, quod illa abrodit voluptatis dulcedine.
- 4 Hominem virtute præstantem) Post ἀσπίον in Græco distinctio ponenda est, ac pro accusatiuo ἐ δὸν, ἐ δὴ legendum. Alioqui genitiuus sequens ἐχρως ad quid referretur?
- 5 Tertia media via est) Eos, medium vitæ iter tenerè dicit, qui matrimonium contraxerunt, variisque huius vitæ curis distracti non ita commodè pietati operam dare possunt, ut qui se totos, suaque omnia Deo deuouerunt. Itaque eleganter huiusmodi vitam nocti ἀμυδύκη. i. subluistri, qualis sub aurora exortum esse solet, comparandam censet.
- 6 Orphica illa cithara) Orpheus citharæ pulsu feras etiam ipsas atque arbores post se traxisse fertur. Amphionem etiam testudine sua suaves adeò sonos edidisse narrant, ut saxa quoque moueret, vnde Horat. in arte: Dictus & Amphion Thèbanæ conditor arcis Saxa mouere sono testudinis & prece blanda Ducere quò vellet. Quod autem subdit Nicobulus de eo munere quo Mercurius aduersus Circes veneficia vlysseni præueniuit, moly illud intelligit de quo Homerus Odyss. II. Eiusdè poëtæ est Nepethes illud, quod conuiuis inter epulas collachrymantibus ad discutiendam mæsticiam Helena temperauit. Vide Odyss. 4. Hæc autem omnia allegorico sensu ita explicat Nicobulus, ut per ea nihil aliud significari existimet, quam eruditam atque omnibus elegantia muneris absolutam orationem, cuius tanta vis facultasque sit, ut & ferinos saxoque ipso duriores hominum animos mitiget atque emolliat, & ab impura sordidaque viuendi ratione ad meliorem honestioremque traducat, & eos denique marore fractos ac debilitatos ita recreet, ut nulla in eis calamitatum suarum memoria resideat.
- 7 Coniecturam ex vlysse) Vide 5. & 6. homericæ Odyssæ.
- 8 Attica lusciniâ) Per Atticam lusciniam Athenas ipsas intelligit, doctrinæ, eloquentiæque nomine celeberrimas.
- 9 Clarissima Phœnicie ciuitas) Phœnicie metropolis Tyrus fuit, de qua vix adduci possum ut credam hoc loco Nicobulum loqui. neque enim in ea vnquam literarum studia floruisse legi: cum tota eius nobilitas (ut Plinij verbis vtar lib. 5. cap. 19.) conchilio ac purpura constet.
- 10 Mercibus onusti) Vitiosa est Aldi emendatio, pro φερνδα reponentis φερνδα.
- 11 Nobilem citharædum) Arionem intelligit, de quo elegantem fabulam habes apud Herodotum lib. 1.
- 12 Eloquentia oculum) Oculum tam apud Græcos, quàm apud Latinos præstantiæ interdum significati- nem habet: ut hoc loco eloquentiæ doctrinæque oculus pro viro eximia eloquentia doctrinæque prædico accipitur. Et supra in carmine ad Hellen. virginem quandam singulari virtute ac pietate ornatam caula suæ oculum vocat. Et infra Nemesium iustitiæ oculû appellat. vnde Lysander cum Athenas vi atque armis cepisset, multique eam urbem excidendam ac delendam censèrent, negauit committendum esse, ut è duobus Græciæ oculis (hoc est Lacedæmone atque Athenis) alter erueretur.
- 13 In Pisæo puluere) Id est in Olympico certamine. Pisa enim ciuitas erat in Elide, Peloponnesi regione, iuxta Alpheum amnem, circa quam quinto quoque anno celebrabantur certamina Ioni sacra, quæ Olympia dicebantur. vnde etiam hanc urbem Olympiam postea appellatam Stephanus tradit. Qui autem in hoc certamine victor extitisset, oleæ ramum ferebat. vide pag. 163. schol. vlt.
- 14 Vltra Gades) Hoc prouerbiu explicatum est in scholiis Orat. in Basilium.

AD VITALIANVM FILIORVM

ipsius nomine.

ARGVMENTVM.

Vitalianus leues quasdam ob causas tanto filiorum suorum odio tenebatur, vt eos nec alloqui nec videre sustineret. Huius igitur animum sub eorum persona placare nititur Gregorius.

Parētes ve-
lut dij qui-
dam sunt.



Pater ¹ quem Deus increatus atque immortalis creatum ac mortalem Deum mihi hic dedit, vt homines honore & gloria afficeret (quemadmodum enim Christus vniuersarum rerum procreator est optimusque gubernator, magnoque & sapienti consilio suo mundū volutat: sic liberis quoque suis pater Deivice est) verba mea paternis hoc est diuinis visceribus accipe. ² Nam ne Deus quidem ipse, mortalium, quorum causa mortem oppetiit, quos fecū à morte ad vitam reuocauit, ad quos denique extremo die, vt omnium dicta factaque expendat, venturus est, sermones reiicit & aspernatur. Quid tu aded grauem & acerbum filiis tuis dentem iniecisti? Quæ infesta atque inuida furia in domum tuam insiliit? quæ Erinny felicitatem tantam excussit & euertit? Certè & bonis parentibus ortus es, & tuum ipsius nomen inter homines illustre est: omninoque tui curam Deus gerit, qui eos à quibus amatur vicissim amat, sceleratosque odio infectatur. At hæc quidem prius Dei lex erat. Vehementer itaque miror te in eadem, ³ in quas impij ac Deo inuisi homines, calamitates incidisse, ⁴ nimirū vt tua ipse manu te vulneres ac conficias. Aliis improuisos natura dolores infert, mortalium genus huc illucque agitans: nec cuiquam exploratum esse potest, quem procellosa hæc vita finem habitura, quoque nauis mea tandem appulsura sit. Alium mare oppressit, aut ita in terram viuum eiecit, vt qui prius opibus affluebat, idem nunc omnibus suis facultatibus naufragio amissis, ne vestem quidem ac pannum vllum habeat, miserèque oberrare ac stipem quærere cogatur. Alius ab hostibus in prælio interemptus est, vel captiuus abductus. Alium reges bonis omnibus spoliarunt, eodemque die felicem abiectumque reddiderunt. Idem alij à latronibus furibusque vel aperto scelere, vel nocturna fraude accidit. Aliorum membra depastus est morbus. Tibi verò ab his omnibus quæ enumeravi, summa tranquillitas Dei munere concessa est: atque vtinam in posterū quoque ipsius benignitate concedatur: tibi que ipse tam animi corporisque, quàm externa bona fulcit atque obfirmat, nulla te calamitate vexari finit, insigni robore te donauit. Cæterum hoc vnum tibi negauit, nempe vt filiis tuis auxilium feras, in hacque vna re te vt pupillam oculi minimè custodiuit: credo, ne quis vitæ pelagus traiciens his verbis vtatur, Mihi vni vitæ mala & acerbitates effugere contigit. ⁶ O Polycrates quondam Samiorum rex, quale consilium inieras! Perpetuum felicitatis cursum metuens, annulum tibi charissimum in mare conieceras, vt inuidiam hac ratione placares. Recepisti porrò tu quidem illum: sed mortem haudquaquam ⁷ effugisti. At verò nullum pro calamitatis auersione munus à nobis habet inuidia. Quo minus mirandum est, si nostræ quoque domui nonnihil nebularum offuderit. Verè enim hoc apteque nebula appellari potest, aut obscuritas quædam inter liberos optimumque patrem interfusa. Ecquis cantor luctus ciendi artè aded callet, vt hæc pro rei atrocitate satis deplorare queat: ⁸ quomodo calamitatibus nostris fabulæ materiã veteribus

Proverb. 8.

Vita hu-
mane in-
certus finis.

Nemo in
hac vita
calamita-
tū expers.

ribus porreximus? ⁹ Formæ suæ amore quidam olim exarsit, atque in fontem insiliit, causamque mortis ex pulchritudine sua in speculo perspecta contraxit: At qui carnes suas odio haberet, nemo vnquam inuentus est. Ferunt etiam ¹⁰ matrem quandam vrsania correptam, filium, quem vnice amabat, quasi feram aliquam (nam feram sibi cernere videbatur) interfecisse. Quæ simulatque errorem suum intellexit, non iam feram, sed filium à se interemptum lachrymis luctuque profecuta est. Quin ¹¹ alia quoque mater aduersus virum suum ob pellicatum nouosque ipsius amores iræ cæstro percita, filiorum pectora gladio transfixit. Ac postremò ¹² venator quidã à canibus suis, quos magnopere diligebat, instar cerui laniatus est. Ne committe, mi pater, vt cantor aliquis parētum vitia commemorans, bellique ciuilibus & intestini cladibus, atque hominum genere propinquorum diffidia conflictationesque decantans, in eorum numero nomen quoque tuum reponat. Vereor ego: nam culpa quidem mea est, sed culpa etiam patris: immodè quoque maiore in culpa est, quod & ætate & morum honestate filios antecedit. Atque vt nulla omnino ipsius culpa sit, graue tamen est sinistra fama laborare, quæ bonos etiam viros sæpe perculit humique prostrauit. Tametsi enim plerisque rei veritas nota sit: plerique tamen opinionem hominum spectant. Id quod etiam atque etiam vt consideres, moneo. Cupio siquidem, ita iubente natura (etsi alioqui graui ira commotus) patrem omnibus virtutum ornamentis homines omnes superare, atque insigni & eximia quadam gloria florentem, in sublimi ferri. Ecquis, pater, adduci vnquam poterit, vt te externo atque ignoto homini benignum ac facilem fore existimet, cum tuismet filiis tam acerbè succenses? filiis inquam tuis, quos procreasti, quos quondam supplex à Deo postulasti, quos denique in lucem editos illustribus nominibus exornasti? Petrus enim ipse vocor: frater meus ¹³ Phocas: quibus nominibus duo Christi discipuli appellati sunt. Indignatio autem postea secuta, omnia necessitudinis ac benevolentie pignora obliuione deleuit. Ecquis, pater optime, pari benignitate ac suauitate filios suos recens natos complexus, adultis postea tam sæuum acerbumque se præstitit? Quod si fas esset, vel mortales cum Deo, vel filios cum patribus in contentionem venire, oratione quadam fortasse calamitatibus nostris patrocinium inuenissem. Quoniã autem id sine scelere fieri nõ potest, hoc duntaxat orationis genere vtetur. Siue boni, siue mali simus, o pater, tui sumus. ¹⁴ AEquū est enim sementi spicam ascribi. Tua gloria; tuum dedecus sum, siue probitate præstem, siue sceleribus omnibus coopertus sim. Illud autem apud omnes constat, eum qui virtute præditus sit, amandum & complectendum: malum contrà supposita manu fulciendum ac subleuandum esse. Neque enim qui medicinæ artem profitentur, sanis & incolumi valetudine hominibus, sed his, qui morbo vexantur, adhibere medicamenta consueuerunt. Nec quisquam auem arboris ramo insidentem, aut per aërem volitantem miseratur: verum eam, quæ ex alto nido procidit, aut curuis accipitris vnguibus transfixa, tristem quendam pedibus stridorem edit. In hoc beneficium tuum & gratia lucet, cum filium licet flagitiosissimum, paterno tamen affectu complecteris. Nam si erga bonum duntaxat, egregiūque filij officio fungentem, te talem præbeas, nil aliud facis, ¹⁵ quàm quod lex patribus præscribit. Etenim præstantissimi quique exteris etiam & alienis suaues ac iucundi esse solent. Nec verò in hoc potissimum Dei gratia consistit, vt optimos homines ac virtute præstantes sibi adiungat, sed vt sceleratissimo cuique benignum facilemque se præbeat, manibusque à terra erectum in sublime attollat. Neque enim Christus, cum in terram venit, humanamque naturam cum diuina coniunxit, pro iustis, iisque qui minimè prolapsi sunt, mortem obiit: sed pro abiectis, humique prouolutis, quique ab Adamo mortem contraxerunt. An te fugit filium illum natu minorem relicto patre in exteram terram sese contulisse, ibique luxu & ganea paternas omnes opes dilapidasse? At idem

Sinistra fama laborare graue. Plerique opinionis publice præiudicium sequuntur.

Mali cum omni animi lenitate in viam reducendi. simile.

In quo potissimum Dei gratia consistat. Christus pro peccatoribus humanam formam assumpsit.

tamen grauissima fame oppressus, simulatque domū rediit, genibusque patris sese aduoluit, statim improbum ac decoctorem filium miseratus, ipsius collum manibus strinxit, lachrymasque fudit, eumque lautissimo conuiuio excepit. Eodem modo pastor ille bonus oue vna à grege separata, cæteras omnes relinquit, eamque è vestigio sequitur. Quòd si eam vel in montium verticibus, vel in syluis oberrantem inuenerit, humeris sublatam gregi lætissimus adiungit. Hæc Christi mei lex est, qui contemptis superbis hominibus, benignè clementerque cum humilibus omnibus agere solet. Peccati quippe vel sola confessio hominibus sæpe salutis fuit, acerbissimisque lachrymis graues noxas abluit, animamque vitio tetram obscenamque purgavit. Septuagies septies **A** Deum peccatoribus noxam remittere, oracula ipsius testantur, ac Spiritus sanctus docuit. Quis in toto mortalium genere Manasse sceleratior? Quæ vrbs Nini vrbe flagitiosior? quæ manus publicanorum manu ad rem audior, minusque pecunia explebilis? At hos quoque tamen Christus, cum peccata lugerent, miseratione persecutus est. Sed quid ego Christum, quid humanum amorem, quem natura parentibus erga prolem suam insequit, commemoro? Nónne ipsæ quoque feræ fœtus suos arctissimè amant? Nihilne fando vnquam de pardis, apris, bouumque armentis audiisti, quanto cum tremore eorum salutem consulant, pro iisque & in belluas, & in homines inimicos impetum faciant? Ita tibi quàm hominibus, quàm feris etiam ipsis perniciosior **B** ac virulentior ira est. At tu, quæso, animum istum magnum doma & coërce: alioqui haud dubiè te rupes aluerunt, aut mare: utpote qui adamante ipso durior in pectore iram habeas. Alij opibus tuis delectantur, nostrates, exteri, Dei timore præditi, stulti etiam & dementes. Domus etenim tua egentibus omnibus communis portus est. Mensa tua ¹⁶ Alcinoi quoque nemore amœnior & iucundior est, amicis abundans, cibis affluens, tam qui ab aère, quàm qui à terra atque aquis petuntur. At nos quotidie ad alienas fores auidi, algore confecti, nudique passim oberramus, nec vlla mœroris medicina affertur. Tanta enim est nostra calamitas, ut tanto iam tempore, quo te iratum experimur, ne paternum quidem vultum tuum nobis, etsi id auidissimè cupientibus, **C** conspici licuerit: quem tamen seruis quoque tuis, licet iratus, ostendis. Verùm rudibus mensis miseri insidemus, ne exiguas quidem, ut Lazarus ille apud superbum epulonem, micæ è mensa sublegentes, similesque saltem canibus cibum auferentes. Ac multi quidem tua causa nos auersantur: multi rursus in gratiam tui honorem nobis habent. Res mira, pater contemptu filiorum honoratur, quos in luctu & squallore versantes, exiguum quoddam poculum recrearet ac reficeret. ¹⁷ Nam qui dolorem nostrum consolatione aliqua mitigare student, hi vtrique nostrum dolore ipso acerbiores sunt. Alij porrò nec qui, nec quo parente nati sumus, sciunt. quandoquidem ne patris quidem nomen proferre præ pudore sustinemus. Sunt tamen duo **D** qui nos beneuolentia sua & benignitate complecti non grauentur, alienamque vicem ac miseriam dolentes, suæ ipsi miseræ prospiciant: hunc videlicet commiserationis suæ fructum ferentes, ut vel in calamitatem minimè incidant, vel certè in calamitate sua, si quando aduersos illis fluctus dæmon excitarit, aliorum ope subsidiòque fulciantur. Atque, ut maiora proferam, (tu verò pater ignosce, quæso, dolorique nostro hætenus saltem medere, ut ne sermonem nostrum coërceas) filiabus quidem tuis patrem te ac facilem suauemque præbes, ut decet eum qui Deum parentem agnoscat. Non equidem inuidemus: nec enim æquum est fratres ¹⁸ sororum commodis inuidere. Has domi teneras aluisti, has opera, quæ puellas decent, edocuisti: has sub matrimonij radicibus nobilis matronæ ac ¹⁹ fœmineæ cuiusdam Chironis manibus ad **E** virtutem morumque grauitatem informasti: egregiis viris eas matrimonio iunxisti:

sola peccati confessio multis sæpe salutem attulit.

Fœmineæ Chiron.

iunxisti: in vrbus splendorumque esse voluisti: bonam denique tuam prolixam manu ipsis impertuisti. At nos, quos ex vna eademque optima, pietatisque laude clarissima, atque omnibus hominibus admiranda matre genuisti, cuius te interitum lachrymis etiamnum prosequenter videre videor, nos inquam maiores natu filios (quod apud patres plurimum valere solet) non minore odio insectaris, domoque eiicis, quàm erga illos clementis & benigni animi specimen edidisti. *Maiores natu filiis plusculum amoris, quàm cæteris debent parentes.* Inuitus quidem dicam, sed dicam tamen: ne me sermo animo inclusus constrictusque dirumpat. Magnifico conuiuio fororis nuptiæ celebrantur, læta omnia erant, munera sponsalia, coniugales sermones, iucundi matrimonij lus. Multi **A** tam generis necessitudine nobiscum coniuncti, quàm vicini atque apud Imperatorem gloria & autoritate florentes, præsentia sua conuiuium honestabant: illustres etiam sacerdotes atque antistites pro coniugali animorum concordia vota faciebant, coronasque adhibebant. Ac sodales quidem circa formosum & elegantem maritum saliebant, eumque pulcherrimo ramo similem prædicabant: ²⁰ mulieres autem sponsam ad nuptias adornabant, patre interim maximam ex liberis voluptatem capiente. Nos verò tanquam feræ quædam aut fues, aut perinde ac si crudeli quodam dæmonis fato corporis formam amissemus, fororis domo inclusi, acerbum in hanc vitam ingressum execrabamur. Atque utinam, dicebamus, in matris visceribus nunquam compacti essemus, aut certè **B** inter ipsos partus dolores extincti fuisset. Quòd si vitæ portæ omnino traiciendæ erant, pestiferque spiritus hauriendus, Deus utinam fecisset, ut primus ille fletus noster, mortis quoque fletus extitisset. Non enim in tot tantisque vitæ molestias & rerum acerbitates incidissemus. Illud autem me incredibili luctu conficit, quòd cum cantillandi artem tenerem, fororisque nuptias lectumque genialem canere, epithalamiique carminis suauitate paternam iram sanare percuperem, hoc quoque voto meo, ò omnium perniciosissime dæmon, quasi facinorosus quispiam & impius excidi. Alius ²¹ pulchritudinem meam, nigrumque sub flauis crinibus supercilium, argenteasque genas cecinit. ²² Vesperum alius, luciferum alius, ac ne is quidem satis peritus cantor, decantauit. Ego autem **C** temptus & vocis expers, luctusque nube contactus, iacebam: ac nec saltem, ut ²³ Echo illa, Pane carmina pastoralia in montibus modulante, extrema è scopulis verba repetebam. Primigenorum itaque carminum meorum interitum deplorabo. Non iam vltra canam. Valete mihi libri, Musæ valete: Quid versus cedere iuuat, si ad patris aures non veniant? si non, ut Orpheus ille in Odrysiis scopulis, lapides, feras, & volucres procul attrahant. Hoc quoque tibi, infestissima inuidia dabo: cessate cantus. Absit autem, optime pater, ut tibi Deus, vel sodalis quispiam talia rependat. Quin hic quoque metus animum meum agitat. Nec enim nos amas, vir præstantissime, nec filias ipsas: tametsi eas ²⁴ manibus geras, altissimèque prouehas. Ut enim tuas nobis ædes tuumque conspectum præcludisti: ita eas vicissim omnibus in offensionem & odium adduxisti. Non enim Deo gratum est, patrem animo ita comparatum esse, ut alteri liberorum lenem, alteri grauem acerbumque se præbeat. Ob eamque præsertim causam sæpe accidit, ut Christus lance in contrarium propendente, filios eos, quos patres in deliciis habent, calamitate deprimat, iramque à parentibus in liberos transferat. Sed hæc ²⁵ in maris profundum cadant, proculque à domo nostra sint: nec doloribus dolor accedat. Satis enim superque est, quòd in filios natu grandiores Erinnyes sæuiit. Cæterum, ò pater, ita velim existimes, parentes omnes ac filios tibi sæuitiæ huius acerbisatque nomine succensere. Vitæ enim abruptio *Vitæ abruptio patris ira.* **E** certissimaque pestis est patris indignatio, quem matrimonio atque amore coniunctum, perniciose Bellona diuisit. Porrò cum omnes, qui dignum aliquid Deo vel fecerunt vel perpeffi sunt, tum sacerdotes imprimis maxima calamitatis nostræ miseratione commouentur. Quos tu etiam si muneribus ornas,

domoque honorifice excipis : absentes tamen , atque interdum etiam præ-
sentes ob eam causam aspernaris , ignominiaque afficis , quod te non modo
leni admonitione , blandoque vultu , sed asperioribus quoque nonnunquam
verbis insectantur , Gregorius primum nomini suo ²⁶ vigilantia vitæ respon-
dens, vnámque in tribus personis naturam diuinitatémque prædicans: Bosporius
deinde & Amphilocheus egregia animi magnitudine præditus . Qui precibus
suis Trinitatisque cultu ac sacrificiis morborum molestiam frangunt , ac propul-
sant. Tu contra ita animo obduruisti , vt nec precibus nec sacrificiis flecti & e-
molliri queas. Nec verò ²⁷ martyribus ipsis hoc beneficium concedis, quos tu
profusissima manu quotannis, & sacrario, & donis, & epulis, & choris, multisque
fragrantissimi vini poculis, magnisque thoris honorans, Dei legem hac in parte
contemnens ac pro nihilo ducis. Atqui præstat Deo cum exiguo munere victi-
mam cordis offerre, quam cum impuro ac sordido animo sacrificiis omnibus eum
honorare : Nullum profecto Deo satis dignum munus offerri potest, ne si omnia
quidem in vnum congereris, quæ terra hæc & mare ac cælum hominibus fe-
runt. Omnia quippe Dei sunt. quid autem est quod homo extra hæc inuenire
possit? At verò solius animæ purum est sacrificium, quo plerunque vsu venit, vt
pauper aliquis copiosum hominem appriméque locupletem antecellat. Nec ve-
rò me, pater, magnanimum illud cõsiliu leuiter afficit, quo multos homines di-
uino consilio superasti. Non vnum ac simplex est hominibus natiuitatis genus,
nimirum id quod à carne ac sanguine manat, eamque cõditionem habet, vt post-
quam huius vitæ lucem ingressi sumus, quam celerrimè sit nobis è vita disceden-
dum. Primum quidem est hoc genus. Alterum illud est, quo ex spiritu sancto na-
scimur, tum videlicet, cum ablutis aqua salutifera sordibus diuinitus illustramur.
Postremum in lachrymis animique dolore situm est, quibus imago diuina vitij
maculis obscurata pristino splendori restituitur. Harum natiuitatum primam à
parentibus habes, alteram à Deo : postremæ parens ipse es, facémque egregiam
vitæ humanæ præfers. Perruptis enim huius vitæ vinculis, pedéque è luto ex-
tracto, atque igne conflagrantibus Sodomis, humilibusque campis fuga relicta,
Segor ingressus es, non iam ad vrbes concrematas & in cinerem redactas oculos
referens. Omnes tuas opes & facultates cum vna illa præclara margarita com-
mutasti: Christumque atque animi puritatem in solitudine collegisti. Ad hæc nu-
bem supernè induisti, tæque velut intermedio quodam muro extructo à terreni
huius mundi contagione abruptisti: ventris, hoc est inexplabile barathri petulan-
tiam libidinémque compressisti : superciliosos thronos contempsisti, inaném-
que superbi animi tumorem abiiecisti : omnem gloriam tuam in Christo positam
habes, pietatisque nobilitatem ²⁸ generis nobilitati longè multumque antepo-
nis. Cruci omnia cedere iussisti, eique latronem mundum affixisti. Nocturnis hy-
mnis diurnisque cantibus Dei splendorem triplici luce fulgentem concelebras.
Egregia hæc sunt, pater, nec longè ab optima meta remota ac disita. Meta nan-
que est Deus, non iam in speculo, sed perspicua specie sese spectandum præbens.
Sola ira, hoc est iucunda perniciēs, in præcordiis adhuc hæret, animumque tuum,
nō secus ac rubigo ferrū, abrodit. Id quod equidè facile ascribo versuti illius fer-
pētis iræ, qui primos etiā parētes nostros exiguo cibo inescatos paradiso expulit,
ac diuinitate, qua ipse exciderat, spoliavit. At, ô pater, grauè istā iracundiā frāge.
Regem quoque Christū habemus: cuius ne tu quidem beneuolētia carere potes.
Quocirca, talem te, licet parum prudentes, filij erga se experiantur : qualem ipse
Deum in calamitatibus tuis, si quando in grauissimum aliquem mœrorem inci-
deris, experiri cupis. Non solus liberos procreasti: nec te vnum filiorum contu-
macia excruciat. Vidi ego saepe, pertinacibus etiam grauibusque filij flagitiis
patrem cedentem & indulgentem. Alius immodico alex studio, alius perniciosis
computationibus, obscœnisque amoribus totam suam domum euerterat. Alius
cum

Deus cor-
dis victi-
mam mu-
neribus om-
nibus &
sacrificiis
anteponit.

Triplex na-
tuitatis
genus.

Venter in-
explebile
barathri.

Meta cur-
riculi hu-
mani Deus.
Ira iucunda
perniciēs.

cum patre etiam corrumpi, eumque aspera oratione incessere, immo furiosam
quoque manum aduersus eum intentare minimè dubitarat. Et tamen ipsis be-
nignus pater noxam remisit, iramque ex animo eiecit. ³⁰ Regina enim necessitas,
ac violentia scriptarum legum ignara parentes filiis placat. Quod sit vt multa quæ
vident, videre se dissimulent: multa se minimè audisse fingant, quæ auribus in-
fixa habent. Verendum enim sibi esse intelligunt, ne si ob quæuis errata filios
coarguant, frontem tandem ipsi perfricent, absterisioque omni pudore, ³¹ qui nō
leue parentibus adiumentum affert, temerè in scelus omne prorumpant. Con-
tumacia enim impudentiam atque audaciam parit: ³² clementia contra hoc effi-
cit, vt hi, quibus noxa condonata est, parcius in postremum peccent. Quod cū
in omnibus hominibus locum habeat, tum præsertim in filiis, qui cū propinquū
paternæ gloriæ exemplum habeant, non tam violenta manu coercendi sunt,
quam beneuolentiæ vinculis constringendi, ac retinendi. Nec sanè cuiquam rei
commodiùs, quam flammæ stipulæ patris ira celerrimè desinens comparari po-
test. Lingua ad iram exarsit? statim miseratio subsequuta, flammam extinguit. Pa-
ter filium ore execratus est, dirisque omnibus deuouit: animus interim nihil præ-
ter auxilium loquitur. Onus aliquod humeris ipsius imposuit? confestim ad eius
dolorem illachrymat, eumque amplexatur. Sic nimirum David Israëliticorum
Regum illustrissimus cū erga omnes mirè facilis & clemens erat, tum verò
filios suos tanta animi mansuetudine prosequabatur, vt iis etiam à quibus vita ip-
sius ferro atque armis appetita fuerat, placaretur, iramque concoqueret. Huius
rei coniecturam hinc facere potes, quod ³³ Regem eum, qui aduersa acie instru-
cta, mulo vectus, arbori cuidam in densissima sylua implicitus perierat, non mo-
dò velut optimum quendam virum acerbissimè luxit: sed eum etiam, qui mor-
tis nuncium ad se pertulerat, extremo supplicio affici iussi. Tu verò parum sano
hac quidem in parte consilio vteris. Quodnam enim tam graue, immò quodnam
omnino crimen in te admisisimus, vt indomita ista ira tantas in animo tuo radices
agat? Non te paterno honore spoliauimus, non in terræ tuæ fruges, aut boum
armenta, aut ouium greges, aut in equos imperum fecimus. Non lectum, à quo
tuus animus abhorreret, conscendimus: non denique cum inimicis tuis versuti
aliquod consilium iniuimus. Nam si quid horum perpetratum à nobis esset, ver-
bum haud vllum diceremus, quin iustam irascendi causam haberes. Vnum filio-
rum tuorum crimen est: pulcherrimo patre (neque enim cuiquam vel formæ
elegantia, vel corporis proceritate cedis) deteriores exitimus. Nec satis rectè
volubilis ac disertus nobis sermo est, verum lingua velut vinculis quibusdam
astringitur, & coercetur. Vtrius tandem hoc peccatum imputari debet? nobisne,
an tibi? vt qui meliores nobis naturæ dotes concedere nolueris? Atque vt hîc
orationi nostræ finem imponamus, ô Pater summe, ô Fili maxime, da manum,
precibusque nostris exoratus patrem nobis clementem placidumque redde.
En tuam tanquam, ipsius Dei barbam, en genua manibus contingimus. Sine nos
Dei conspectu frui. Non nuptias, non opes, non amplam domum petimus. Hoc
tantum poscimus, vt nobis manum porrigas, benignumque vultum ostendas.
Mater mea, quam mihi in somnis videre videor patri adstantem, precibusque
iram admiscentem, eisque genialis thalami, iucundique coniugij memoriam
renouantem, supplici quæso oratione hoc à marito contende, vt filiis suis facilis
clemensque sit. ³⁴ Et cantus enim, & molesti belli fatietas oboriri debet. Quod si
animum tuum hoc carmine fleximus, satis malorum exhaustum est: sin te nihil
sermo noster mouit, hoc habeto, vt parentibus, sic ³⁵ suum quoque filiis Deum
esse. Incertis sedibus, vt prius, vagabimur. Gloria tua hæc erit, siue omni cura
tua vacui deseramur, siue etiam è vita migremus. Vtinam saltem patris be-
nignius erga nos affecti lachrymas, si non in vita, post mortem saltem habea-
mus.

Ignoscere
& ad quæ-
dam errata
conuincere
interdum
expedit
nimia in-
castigando
seueritas
impuden-
tiam parit.

Patris ira
stipulæ flā-
ma.

Davidis cle-
mentia &
ad ignoscē-
dum faci-
litas.

Omnium re-
rum fatietas.

- 1 Quem mihi Deus Deum) Patrem honoris causa Deum appellant, quod parentes in procreando Deum quodammodo imitentur. Deum autem progenitum ac mortalem vocant, ut eum a sempiterno Deo distinguant.
- 2 Nam ne Deus quidem) Quasi dicat, Non est quod alienū à tua dignitate atque autoritate putes, aures nobis præbere. Nam ne ipse quidem Christus Deus verus, supplices hominum preces aspernatur.
- 3 Calamitates) Recta est Aldini codicis emendatio. Pro ἰσθία enim legendum ἰσθία, quemadmodum etiam paulo inferius.
- 4 Ut tua ipsius) Irouerbiali figura se conuulnerat, ac suo se gladio ingulat, quisquis sibi ipsi malum accersit, ac velut architectus est sua miseria.
- 5 Nulla te) Lego enim ἢ δὲ πρὸς δὸν, ut legendum apparet ex eo quod sequitur ἐν δὲ, &c. Quod si quis ab impressorum codicum lectione recedere nolit, retinendumque putat ἢ δὲ, ita transferenda hæc erunt: Quod si te aliquando dolor quispiam premat, insigni animi robore te Deus aduersus eum obsepsit.
- 6 O Polycrates) De hoc vide infra in carmine de silentio.
- 7 Nullum pro calamitatis) Gr. ἡ ἰσθία ἢ δὲ ἄπαινος ἐξ ἠφρονας. Hic quoque φθόνος ἀπὸ τῆς φθονεῖας δαίμονος accipi debet. Sensus est: Polycrates ille Samiorum tyrannus olim inuidiam placare summo studio contendit: nec tamen propterea ignominiose & calamitose mortis periculum effugit. Non est itaque mirandum, nos quoque, qui nullo munere inuidiam placare studuimus, ipsius quoque speculum sensisse.
- 8 Quomodo calamitatus) Quasi dicat, Res profecto lachrymis digna, commissum à nobis esse, ut veteres poeta sub fabularum inuolucris veram nostram calamitatem tanto antè decantarint.
- 9 Formæ suæ) Narcissum intelligit, qui cum formæ suæ elegantiam in purissimo fonte conspexisset, confestim sui ipsius amore exarsit, miseræque perit.
- 10 Matrem quandam) Agæe Barchico furore afflata Pentheum filium, quem in illo mentis errore aprum esse existimabat, crudelissima morte affecit. Ouid. Metam. 3.
- 11 Alia quoque mater) De Medea loquitur, quæ cum rationem maritum nouis amoribus animum addixisset perspexisset, ut iniuriam suam vlcisceretur, inaudita feritate communes liberos obruncauit.
- 12 Venator) Notissima est Actæonis fabula, qui à canibus suis sub cerui specie ob Dianam nudam conspectam immanissimè discerptus est. Ouid. Metam. 3.
- 13 Phocas) Cum Phocas hoc loco discipulus Christi vocatur, discipuli vox generali significatione accipienda est pro quouis Christiano. Neque enim Dorotheus, qui de 12. Apostolorum & 70. discipulorum vita synopsis edidit, vllam Phocæ mentionem facit. In Græco quidem Horologio hieromartyr dicitur, festumque ipsius 10. Cal. Octob. celebratur.
- 14 Equum est enim) Hoc est filiorum gloria vel dedecus in patrem redundat. Ut enim egregia spica argumentum est, bonum semen terræ mandatū fuisse, & contrà: sic liberorum virtus parentibus gloriam conciliat, contràque ex eorum vitio nonnulla labes patrum nomini aspergitur.
- 15 Quam quod lex patribus præscribit.) Gr. τὸ πᾶσι εἰς εὐαὶ νόμος, id est, si ita demum, ac non aliàs, mecum benignè agere meque charum habere instituiti, si virtutis studium amplectar, quid facis, quod non alienissimi quoque faciant? Nam boni viri, iis etiam, quibuscum nulla ipsis necessitudo intercedit, chari esse solent. Ex quo perspicuè patet, in eo quod sequitur in Græco, αὶ ἰδὲ ἀεὶ τοῖς καλῶσι, ἀεὶ ὡς ἐπὶ εἰς πασιβὴν accipiendum esse, cum tamen actiuam significationem habere soleat.
- 16 Alcinoi nemore) Hic locus in Epistolarum annotationibus explicatur.
- 17 Nam qui dolorem nostrum) Græca sic habent Οὐκ ἔστιν ἄλλο πᾶσι βραὺν πρὸς αἰὸς ἰδὲ ἰσθία ἢ δὲ ἀπαινος ἐξ ἠφρονας. Vbi & constructionis & carminis ipsius ratio apertissimè mendum irrepisse ostendunt. Quis enim vnquam ἰσθία nisi absoluta significatione legit? Trochæus autem ἰσθία nonne carminis vitium perspicuè demonstrat? Quod si post ἰσθία punctum statuatur, & pro ἰσθία ἰσθία reponatur, nec in constructione nec in carmine vitium existet, & commodissima inde sententia colligetur. Hoc enim volunt Vitalliani filij, dolorem, quem ex abalienato à se patris animo capiunt, tantum esse, ut qui eum consolatione aliqua lenire student, eum potius exulcerent, quam mitigent. Quo etiam modo Iob amicos suos παρακλητήρας κακῶν appellabat.
- 18 Sororum commodis inuidere) Hoc loco pro κακῶν ἰσθία fæmineum subsistere non dubitavi. Satis enim apparet ex his, quæ sequuntur, de sororibus sermonem haberi, quarum commodis cum tanto studio consulerit pater, iniquum esse filij affirmant tam durè acerbèque secum agi. Emendationem nostram comprobatur id quod interiectis aliquot versibus sequitur ὁσάντιον καὶ ἰσθία. Quod etiam in causa fuit, cur paulo superius κακῶν filibus verterim, ut perspicuitati studerem.
- 19 Fæminæ cuiusdam Chironis) Ἡλυπῆρας ἰσθία Aldus vertit fæminæ deterioris, quasi in Græco sit ἰσθία. Alludit autem Gregorius ad centaurem illum Chironem Heroum suæ tempestatis magistrum. Proinde matronam eam, quæ puellas ad virtutem informaret, opificiæque mulieribus digna edoceret, aptissimo nomine fæmineam Chironem appellauit.
- 20 Mulieres autem) αὶ enim legendum non οἱ. Mulierum enim semper officium fuit, sponsas in nuptiis adornare.
- 21 Pulchritudinem meam) Id est, pulchritudinem sororis meæ.

- 22 Vesperum) Vesperus & Lucifer (quem etiam phosphorum Græca voce Martialis appellat) vna eademque stella est, nimirum Veneris sidus. Quod quidem si sero luceat, Vesperus dicitur: si mane, Lucifer. Quoniam autem clarissima hæc stella est, idcirco duplici eius nomine sororis pulchritudinem ornat.
- 23 Echo) De Echus amoribus vide Ouidij Metamorph. Quod autem ad huius loci explicationem attinet, vide pag. 204. Schol. 101.
- 24 Manibus geris) Manibus gerere, id est arctissimo amore complecti, quemadmodum etiam οἱ φθάλμους φέρειν. quod pari elegantia Latini dicunt, in oculis ferre.
- 25 In maris profundum cadant) Prouerbiale est hoc apud Græcos loquendi genus, quo euentum eius rei, de qua verba fecerunt, deprecantur. Huic simile est illud, quo etiam interdum Gregorius vitur, ἴσθία ἢ δὲ ἀπαινος ἐξ ἠφρονας, id est, hæc in ventos abeant.
- 29 Vigilantia vitæ) Gregorij nomen ἀπὸ τῆς γρηγορίας ducitur, id est vigilare. Hic autem multiplex est constructionis vitium in Græcis exemplaribus. Nos tamen sententiam fideliter, ut puto, reddidimus.
- 27 Nec verò martyribus) Quid, inquit, prodest in martyrum honorem tot sumptus facere, si interim animus tuus perpetua ira aduersus filios tuos aestuet? Nihil enim hoc aliud est quam culicem colare, & camelam deglutire.
- 28 Generis nobilitati) αὶ δὲ ἰσθία ἢ δὲ ἀπαινος. Potest etiam his verbis generis propinquitas & consanguinitas significari.
- 29 Incunda pernicies) Alludit, ut opinor ad eam descriptionem, qua Homerus ire naturam eleganter explicat lib. Iliad. 18.
Ὅστι πολλὸν γλοῦκων ἰσθία κατὰ τὸ στήθος
Ἀνδρῶν οἱ ἐπὶ τῶν ἀέξετα ἠὲ τὸ κενόσκιον. Iram ait liquido melle dulciorem in hominum pectoribus fumi instar augeri.
- 30 Regina enim necessitas) Gr. ἡ βασιλίσσα ἢ βασιλίσσα τοῦ μὲν ἀδελφῶν ἀδελφῶν. Potest etiam hic locus sic exponi, ut βασιλίσσα regat genituum ἰσθία ἢ δὲ ἀπαινος, sitque hic sensus, Necessitas, id est necessarius, atque non cuiusquam magisterio, sed natura insitus amor scriptis legibus est superior. Nam cum scriptæ leges vindicanda maxime peccata ea censeant, quæ filij aduersus patres admittunt: tanta tamen vis est paterni amoris (φιλίας Græci significantius dicunt) ut nullum tam graue filiorum scelus esse possit, cuius non facillè veniam à parentibus filij obtineant.
- 31 Qui non leue adiumentum) Quandiu enim incolumis filijs pudor manet, facillè paterna iura ab iis parentes obtinent. Quò magis cauere debent, ne nimium crebris obiurgationibus eos ita iactent, atque obruant, ut ad omnem tandem castigationem obdurescant, callumque impudentiæ ducant. Præclarè enim Gregorius noster infra in Parenetico ad Olympiadem,
Αἰδῶς δὲ οἱ ἰσθία πᾶσι πᾶσι ἢ ἐπὶ τῶν κακῶν. Id est, Protinus extincto subeunt mala cuncta pudore.
- 32 Clementia contrà hoc efficit) sic per periphrasim extuli Græca ὀνειν δὲ τὸ φειδῶ. Videndum tamen, num simplicior, immò rector futurus sit sensus si ὀνειν legamus, & φειδῶ nominandi casu accipiatur, actiuamque significationem, ut ferme semper, habeat. Talis enim esset sententia. Ut patrum acerbitas & importunitas audaciam filijs parit: ita contrà indulgentia mansuetudinem ipsis persepe ingenerat.
- 33 Regem eum) Hic non satis animum aduertisse videtur Gregorius. Neque enim is qui Absalonis cædè Dauidi nunciavit, capitali supplicio affectus esse scribitur: verum hi duo qui saulem & filium Isboseth interemptos nunciarunt. Nam quod hoc loco de Absalone verba faciat, ex eo constat, quod muli ipsius meminit, ac rami, cui in sylua caput eius adhaesit. Vide Reg. 2. cap. 18.
- 34 Et cantus) Nam cum nulla in hac vita sit res adeò suavis atque incunda, quin huius tandem fastidium contrahamus: multò profectò æquius est nobis in rebus odiosis & acerbis idem fastidium oboriri. Ad Homerum autem his verbis alludi ostendimus pag. 101. Schol. 5.
- 35 Suum quoque filijs Deum esse) Hoc est Deum non parentum duntaxat curam gerere, sed filiorum quoque rationem habere, atque ipsorum saluti amantissimè consulere.

IN NOBILEM MALE

moratum.



Vidam olim probis quidem parentibus natus, verum omni vitiorum genere infamis, alij cuiquam, ut genere non admodum clario ac splendido, ita eximia virtute prædito maiores suos insolentius proferebat. Ille autem perquam suauiter arridens, verbum memoria dignum pronunciauit. Mihi, inquit, probro genus meum est: tu autem generi tuo. Quod dictum, ne tibi ex animo effluat, caue. Ita enim fiet, ut nihil vnquam virtuti anteponas. Etenim si quis tibi oris deformitatem aut odoris fæditatem per contumeliam obiiceret, nihilne aliud responderes, quam quod pater tuus formæ pulchritudine excelluisset, aut suauissimè olere

simile.

solutus esset? Age verò si quis te vt timidum & ignauū cauillis incesset, nihilne aliud dicturus esses, quàm quòd maiores tui sæpenuero in Olympia vicissent? Proinde si quis te improbitatis & amentia conuincat, ne mihi parentes tuos, ne cadauera proferas. Accidit enim haud rarò, vt quis pulcherrimam auròque vndique tectam citharam habens, pessimè fides pulset: alius contrà à vili ac vulgari egregios modulos fundat. Vtrum porrò horum meliorem citharcedum esse censet? nōne eum qui eruditus pulsibus concentum seruat? Ergo aureis tu quidem, vt dici solet, parentibus natus sis: si tamen ipse improbus es, quid nobilitatis titulo gloriaris? Hoccine aded clarum atque illustre genus existimas, nimirum proauos mortuos & fabulosa atque anilia figmenta? ludisne? Ipse equidē te vnum intueor atque explorò, num iustus sis, an iniustus. Nam quod ad generis nostri originem attinet, lutum idem omnes sumus, iisdem omnes pellibus cōtecti: atque interim opibus, gloria, patriæque splendore intumescimus. Quare quid mihi patrem, quid generis claritatem, quid, inquam, hæc inania proferis? non fabulis, non sepulchris delector: te ipsum spectro & excutio. Puluis vnus omnes sumus: ab eodē fictore genus omnes ducimus. In duas partes nō natura, sed tyrannis homines secuit ac distinxit. Mihi seruus est, quisquis turpiter ac flagitiosè viuunt: mihi liber est, quisquis virtute vitæque integritate præstat. Quod si tu fastu laboras, quid hoc ad genus? Ecquid quæso ignominia mulis ex eo affertur, quòd ex asinis orti sint? nihil sanè. Quid contrà gloria asinis ex eo accedit, quòd mulos genuerunt? nōne etiam¹ aquilæ pullos, quos in lucem ediderunt, abiiciunt. Quid est igitur quòd te ipso relicto patrestantum commemoras? Præstat in obscuritate generis virtute, quàm in maiorum claritate vitiis cumulari. Nam & rosa, licet ex aspera planta nascatur, fragrantissimum tamen odorem afflat. Tu contrà si è molli terra nihil aliud quàm spina existas, ignem vtique promereris. Qui fit itaque, o² asine molarie, equi fastum atque insolentiam habens, vt in hac pessima ac profligatissima vita ob maiores tantopere glorieris?

Homines omnes idē lutū sunt.

Quis verè seruus aut liber.

simile.

simile.

SCHOLIA.

¹ Aquilæ) Quod de aquilū ait, simpliciter accipiendum non est: sed ita demum, si fetus adulterinos cognoscant. Quoniam autem modo id agnoscant, à nobis iam dictum est.
² O asine molarie.) Prouerbiū de iis qui ob quasdam corporis vel fortuna dotes insolefcunt, verorum interim bonorum, quæ in animo sita sunt, prorsus expertes.

GREGORII PEREGRE PRO-
fecturi Oratio ad Christum.

Christe Rex, qui quoduis bonum hominibus existis, atque in omnibus rebus via recta es, qui per ignem ac nubem amplissimis copiis iter cōmonstrasti, qui inciso mari aquisque obruto Pharaone, viam amicis tuis patefecisti, nouum panem cœlitus porrexisti, aquam è durissima petra (ò insigne miraculum!) in deserto expressisti, qui trophæum de hominibus tam demum erexisti, cum Moses manus in crucis, hoc est opis meæ, formam composuisset: qui Solis Lunæque cursum repressisti: Itidemque vt fluuius ipsis festinantibus cederet, ad eamque terram, quam illis te daturum receperas, facilem ipsis viam præberet, effecisti: qui etiam postremò hominibus iter ad cœlum ostendisti, veterique semitæ nouam adiunxisti, cum videlicet Deus idemque homo huc ad nos profectus, ac deinde hinc in cœlum euectus, manifestior, quàm prius, nobis id avidissimè cupientibus, apparuisti: qui præterea & mare conscendisti, & pedum tuorum contactu fluctus grauiissimis ventis excitatos sedasti, Christe, inquam, beate mihi quoque opem tuam imploranti hodierno die comitem viæ te adiunge, prosperumque iter, ac bonum angelum ducem, malorum depulsores, adiutorumque concede, vt

D

E

me ab omnibus diurnis nocturnisque malis procul remouens, faustumque viæ finem laboranti præstans, domum tandem me sanum & incolumè reducat, propinquisque meis & amicis, idem vitæ genus colentibus, reddat: vbi animo libero ac tranquillo noctes diésque preces tibi fundam, vitam à scelerum contagione puram ducens, celeremque mentem perpetuò ad te attollens: quoadusque tandem extremam illam omnibusque communem viam confecero, atque ad domicilium illud pertenero, in quo pij homines laborum omnium finem facturi sunt. Tibi viuo, tibi loquor, tibi Christe, sedeo, tibi incedo: Quando quidem me manu tegis. Te igitur oro atque obsecro, vt me ad lætum ac prosperum viæ finem perducas.

A

IN QUADRAGESIMI IEIUNII
silentium.

ARGUMENTVM.

Gregorius totò Quadragesimæ tempore silentium indixerat. Hic itaque consilij sui causam exponit, quantaque mala è lingua oriantur, docet: vt ad eam summo studio frenandam excitetur.

B

Comprime te charissima lingua atque obmutesce: tu verò calame silentij verba cōscribe, animique mei sensa¹ scripto eloquere. Quo tempore Christi passionibus mysticum sacrificium agens, vt vitæ huic morerer, carnem meam vinxit, totòque, vt Christi legibus inseruirem, quadraginta dies in corporis afflictione consumpsi, non videlicet ignorans quanta corporum purgationem medicina consequatur: eo inquam tempore primùm vt animam obfirmarem, ab hominum cœtu ac frequentia me in solitudinem asserui, dolorisque nube contactus palantem mentem domum reuocaui, atque ita collegi, vt nulla ei ab externis rebus impostura fieri posset. Tum deinde piorum virorum præscriptis obtemperans, labra mea quasi pessulo quodam obdidi. Cuius facti mei si causam quæris, idcirco à sermone profus abstinui, vt sermonibus meis moderari discam. Etenim, vt res similitudine illustrior fiat, is qui in ingentem hominum numerum furibundam hastam vibrarit, idem haud dubiè paucos quoque facile profligabit: & qui ex longo interuallo sagittam mittens, scopum tamen attigerit, ille vtique propius collimans, à scopo haudquaquam aberrabit: ac denique is qui amplissima maria nauis transmiserit, idem quoque² vicina littora legere minimè dubitabit. Nam qui res paruas assequitur, haud fatis certum est, an magnas quoque, etiam si admodum cupiat, assecuturus sit. At qui in maioribus rebus superior existit, perspicuum sanè est, eum minores quoque, si ita libeat, egregiè confecturum. Atque hæc mihi causa fuit, cur sermonis vim omnino constringerem. Sic enim fore speraui, vt non iam ex ore meo immodicus sermo exudet. Ac certè nulla res est, quæ maiore hominibus perniciè afferat, quàm lingua. Equus est perpetuo cursu mentem anteuertens, telum promptissimū ac paratissimū. Omnia quidem oculi cernunt: manus eā duntaxat, quæ ad pedes sunt, idque haud admodum, tenent: pedes demum vniuersam terram haudquaquam percurrunt. Labor sicarios vregget, adulteris rabies sua³ terrorè iniicit, diem fures horrent. opes ipsæ labore non carent. Vix enim eas teneo, cum statim mihi non secus atque aqua compressa, de manibus effluunt.⁴ Nunc maris, nunc terræ pericula subeunda sunt: nunc fortunis meis vitæque infesti prædones imminet. Alius inexplebili avaritia æstuans acerbum ac virulentum oculum in alienas facultates iacit. Hæc enim incommoda eos omnes, qui auri cupiditate flagrant, sequuntur. Vtque rem breui complectar, tam bonos quàm malos suos labor exercet. At linguam loqui properantem non homo, non nix, non torrens, non scopulus, non denique res vlla

Cur à sermone abstinerit. simile.

Nulla res maiore hominibus perniciem affert, quàm lingua telum paratiss. simile.

Linguam nihil coërere potest.

E

coercere potest. In propinquo est sagittarius, pestifera sagitta in arcu est: nervi ipsi quam maximè intensi. Protinus ut mens tela emiserit, statim prouolant, omniaque feriunt, cœlites, terrestres, viuentes, posteros, non minus eos qui ab huiusmodi sagittis sibi cauent, easque sedulo obseruant, quam qui nihil mali suspicantur, non minus bonos quam malos, non minus amicos quam hostes, non minus exteros longèque distitos, quam propinquos: denique nihil est, quod à linguæ sagitta tutum atque immune sit. Quam quisquis domuerit, is nimirum sapientiæ arcem & principatum tenet. Hac quippe libidinosi homines fœda multa eruētant: ut ridiculi ipsi procacem risum hominibus moueant, tum subsultantes ipsi tum alios ad eundem modum afficientes, diuinæque imagini dedecus afferentes. Hac multa, quæ recta atque occulta esse oportebat, in hominum aures A euomuntur. hæc sæpè ex animo perturbato grauique ira percito, conuictorum omnis generis velut spumâ quandâ extrâ diffundit. Sæpe rursus insidioso animo suauitatem beneuolentiæque præfert, eaque labiis gerit, à quibus animus abhorret, ac sub sermonis illecebris, sub fraude & mendacio cædes occultat. Quis autem quot mala ex ea oriantur, oratione consequi possit? Domum cum domo, si ita voluerit, urbem cum vrbe, principem cum populo, populum rursus cum principe statim ac sine vilo negotio committit, non aliter atque igniculus stipulæ admotus in magnum incendium citò excreescens. Conuectores, filios, parentes, fratres, amicos, vxores, maritos, omnes denique perfacile in mutuam perniciem armat. Sceleratum hominem bonum asserit: bonum contra calculo suo B perdit: subindèque sententiam suam retextit atque inuertit. Quis parem linguæ vim habet? Quamuis enim ea tenuis & exigua sit: nulli tamèn retantùm roboris inest. Quæ vtinam improbis ac flagitiosis hominibus confestim interiret. Sed cum stultis omnibus mala & perniciosa lingua sit: tum potissimum iis, quibus cœlestis sacrificij mysterium commissum est. Organum Dei sum, ac bene modulatatis carminibus, Dei, quem omnia contremiscunt, laudes cano. Cano inquam, non Troiam, non Argonautas, non aprinum caput, non celebrem Herculem, non quomodo aptissima compage terra cum mari cohæreat, non gemmarum splendorem, non cœlestium orbium cursum, non furiosos amores, non eximiam iuuenum, lyram prioribus digitis molliter pulsantium, formam: verùm Deum illum magnum Trinitatisque lumen cano, magnosque angelorum hymnos, quibus propius stantes certatim Deum celebrant. Cano etiam mundi concentum, & quidem præsentis vitæ concentu longè præstantiorem: quem omnibus rebus ad vnum finem properantibus auidè expecto. Cano insuper immortalem Christi passionem gloriam, quibus me, humanam formam cœlesti admiscens, diuinitate affecit. Mixtionem meam & temperationem cano: neque enim creationis meæ ratio vilo sermone pro dignitate explicari potest, quòque pacto ex cœlesti & terrena natura concinnatus sim. Hominiibus postremò Dei legem, mundi que facinora & consilia, reique vtriusque fidem cano: ut nimirum & illam animo tuo condas, & ab his quam longissimè fugias, diemque aduentantem extimescas. D Hæc sunt quæ lingua mea citharæ cuiusdam instar modulatur. Quo magis nobis, qui sacerdotij manus obimus, providendum est, ne quem vllum sonum edamus, qui ab huiusmodi concentu discrepet. Equidem ipse puris sacrificiis, quibus magnum illum Regem mortalibus concilio, puram linguam seruabo. Neque enim comittam, ut ab aliena lingua, fœdæque atque obscœna mente viuificū illud sacrificium purissimo Deo mittam. Ex vno eodemque fonte non simul & dulcis & amarulenta aqua scaturiet: purpureæ vesti cœnum minimè conuenit. Quid enim? nonne sacerdotis filiis ignis alienus olim exitium attulit, quòd sacrificio manus suas impurè admouissent? Nonne sacrosancta Dei arca mortem ei accersit, qui labantem & inclinatum contrectaret? His exemplis commoueor, E grauiusque vereor, ne quid mihi mali puram Trinitatem impurè attingenti diuinitus accidat. Atque vtinam sceleratam quoque mentem, dies multos huc illucque

simile.

Nihil à linguæ sagittæ tutum.

sapientiæ arcem tenet qui linguam domuit.

Linguæ male descriptio.

simile.

simile.

Nihil linguæ fortius

Quod sacerdotis linguæ munus sit.

simile.

Iac. 3.

Leu. 10.

1. Reg. 6.

illucque temerè vagantem, velut freno quodam propius ad metam cogere atque inflectere, aut certè à fraude & impostura omnino liberam in pectore retinere liceret. Nam si haud procul à Christo ipsa cursu efferretur, magni utique illius luminis fulgore colluceret. Sed tamen ea, quia intus manet, non tantum mali perpetrat: etiam si longè à Deo interdum aberret. Neque enim ignis, si firmissimis petris compressus atque coërcitus internè æstuet, densam tyliam vel aream populatur: verùm intus clausus & obstrusus imbecilliter tantùm dimidiatque ex parte viuit. At verò sermo simulatque è lingua eruperit, effrenato quodam impetu furit, nec iam vnquam regreditur. Proinde quemadmodum si quis A obliquam plantam manu paulatim in contrariam partem inflectat, hoc assequitur, ut quamprimùm violentam ab ea manum subdlexerit, rigida stet, nec iam pristino obliquitatis vitio laboret: sic ego cum præcipitis sermonis impetum mediocritatis regulam excessisse perspicerem (mihi enim quondam tota vita in sermone, dicendique studio posita erat) nullum melius remediū inueni, quam ut eum excelso pectore premerem: ut lingua mea & quæ dicenda, & quæ tacenda sunt, addisceret. Ob eam itaque causam silentio prorsus acquieuit: ut benè tantum commodèque posthac loquatur. Omni eam loquendi facultate ad certum tempus orbauit: sic fiet, ut mediocritatè postea minimè aspernetur. Hæc lex omnibus B immodicè erga rem aliquam affectis posita sit: O quantum vtilitatis fructum affert; pulsato intus atque incitato pectore linguam loqui gestientem cohibere. Sermonem domito ac represso, iræ quoque fluctus non quidem facile, sed tamen domatur. Nam si eum in mœrore atque iracundia tumentem ac ferocientem compresseris, iniuriam utique disicias ac dissipabis. Duce extincto perturbatio omnium grauius confestim cedit: atque hac ratione à permolesta animi iactatione & tempestate respirabis. Quæ quidem omnia Christi primùm ductu ac auspiciis, post autem mentis quoque nostræ clauo indigent. Nam si tibi dux ille defuerit, nec è silentio, nec ex maiore vilo alio tolerantia genere fructum vllum feres. Quod nisi tu linguæ frenum inieceris, idem tibi accidet, quod ei, qui angustum stagni cuiusdam os manu clausum atque obstructum rursus aperit. C statim enim confestim aqua omnis effluit. Quocirca clarissimum Dei verbum hinc tibi auspicandum præcipit: si modo vitiorum omnium fluctus inhibere studes. Habes, clarissime Lector, quæ silentij nostri meditatio fuerit: quam nunc manus, suscepta mente, proloquitur. Hæc mea nauigatio est. tu sanè, si lubet, aliam nauigationem in eas: alius etiam alio vento perflatus ad portum tendat. Quod si vos omnes, tam qui mihi infensū estis, quam qui amicum erga me animum geritis, aliam adhuc silentij nostri causam audire vultis, hanc quoque in medium proponam. Fuit quondam illud tempus, cum inter iuuenes & æquales meos nullus mihi robore par erat. Ac me Christus & fide adamante ipso duriore præditum, & validissimis armis vndique septum, atque munitum aduersus D hostem in certamen educebat. Et quidem ego diuinis oraculis euoluendis mentis puritatem collegi, ex sacris nimirum literis spiritum exprimens. Quarum lectio hoc mihi præstitit, ut amaram prophætorum librorum, qui antea fucata, ac non nisi fictis coloribus inducta pulchritudine animū meum demulcebant, falsuginem expuerem. Adhæc carnem meam ætatis flore lasciuientem & æstuantem multis & crebris laboribus attriui. Ventris satietatem vicinamque rabiem sustuli: oculos temperantiæ adiumento palpebris infixi: iram abrupti, membra deuinxit, risum deplorauit. Omnia Christo cesserunt, priora omnia conciderunt. Terra mihi lectus fuit: asperrima vestis membra contexit: peruigilia etiam & lachrymarum imbres adhibui. Interdum labori humeros subiunxi: hymnis tota nocte concinendis corpus, instar statuæ, defixi, nullam omnino humanam voluptatem ne in animum quidem & cogitationem admittēs. Atque hoc quondam mihi vitæ institutum erat: caro quippe feruebat, cuius cura omnis in hoc versatur, ut hominem cœlesti ascensu prohibeat. Quinetiam graue diuitiarum modum d.

simile.

simile.

sermone domito, iræ domita est. simile.

lem abieci: vt onere omni excusso leuis ad Deū ferar. Nunc verò & morbo affectus & senectute fractus ac debilitatus in aliā calamitatē incidi, indomitā linguā præcipitūque loquendi celeritate volubilē habens, quæ me inuidi hostis mei manibus semper tradidit, innumerisque incōmodis affectit. Nec verò in cuiusquā sedem impetū feci, nec quenquā patria expuli, aut fraudē ei struxi: neminē maledica lingua infectatus sum; nec sacrificiis nostris quicquam indignum admisi (scit hoc Christus) nulli denique homini, nedum Episcopo iniurię quicquam intuli. Quandoquidē omnibus populi ducibus ac præfectis succensco, de quibus talia prædicantur, qualia nunc & terrā, & mare, idque non sine acerbissimo animi mei dolore compleuerunt. Verūm perniciosus sermo mihi fraudi fuit: non id quidem primò existimabam, sed me tamen in fraudem impulit: vt pote cui amicorum omnium inuidiam conflarit. Quamobrem vt liuor quoque à me aliquid habeat, ò lingua mea mihi chara, comprime te quæso: parumper, inquā, te ò lingua comprime: non enim perpetuis vinculis te astringam: non tantum à me ille Verbi inimicus accepturus est. Ferunt quendam ¹³ Samiorum regem, cum ei perpetuus & inoffensus felicitatis cursus suspicionem ac metum iniecisset, placandæ inuidiæ causa ¹⁴ huiusmodi doloris materiam sibi excogitasse. Paternum annulum, quem plurimi faciebat, in mare proiecit. Ita autem tulit casus, vt à pisce quodam exciperetur, piscis que ipse postea in piscatoris cuiusdam rete incideret. Ac piscator capturam suam principi obtulit: Princeps rursus coquo suo tradidit: à quo in piscis præcordiis annulus est inuentus: Ita & venter piscem & manus, etiam nolens, (ò rem miram) annulum excepit. Ex quo in grauiissimam tandem calamitatem prolapsus est. Eadem mea est ratio. Nam quia perpetuus liuor sermones meos inimico atque infesto oculo perspèctat, idcirco faciendum mihi censui, vt silentio acquiescerem. ¹⁵ Hactenusque Samium illum refero. Quænam autem deinceps fors mea futura sit, haud certum habeo: num scilicet bonus ac iucundus, an malus & infaustus mihi vitæ finis continger. At ò Christe, certissime hominum medice, liuorem quæso cōpescce: mēque ab acerbis & virulentis linguis extractum, ad splendorem tuum perducito: vbi te ¹⁶ cū immortalibus luminibus honorans, concinnum ore sonum edam. Tu verò, Lector, tacita hæc manus verba accipe: vt vocale silentij mei monumentum habeas.

Polycratis historia.

SCHOLIA.

- 1 Scripto eloquere) In vtroque codice impresso legitur καὶ φέρου ὀμματα τὰ κραδίνης. Vbi apertissimum est mendium. γράμματα enim legendum, non ὀμματα.
- 2 Vicinalittora) βαδὼν adverbialiter lego, non βαδῶν, reclamante carminis lege.
- 3 Terrorem iniicit) Hic quoque in Græco mendium obrepit, μοιχαῖ δὲ π & ἔπιπτοι λύσαν ἐλῶ. Pro ἔπιπτοι enim ἔπιπτοι legendum est. Hoc enim vult Gregorius fieri non posse, quin adulteri, dum nefariæ libidini indulgēt, magno timore discrucietur, metuētēs videlicet, ne à marito deprehēsi iustas sceleris pœnas persoluāt.
- 4 Nunc maris) ὁδοπορίαν legendum. sensus enim Gregorij est, iis, qui congerendis opibus incumbunt, labores innumeros terra marique subeundos esse, nec eas tanto studio ac diligentia conseruari posse, quin sæpe vel latrocinio, vel hominum inuidia ipsi eripiantur.
- 5 Argonautas) Argo nauis ea fuit, qua Iason ad vellus aureum rapiendum cum multis clarissimis viris vectus est. Vnde etiam Argonautæ dicti sunt. Quorum expeditionem Apollonius poëta conscripsit.
- 6 Aprinum caput) Aprum Calydonium intelligit, de quo quædam annotauimus in tractatu De externa hominis vilitate.
- 7 Sic ego cum) Hic versus sic in Græco imperfectus legitur, ὡς ἐγὼ μὲν εὐχρηστικῶς ἐρωτῶ, Explebitur autē versus si post ὡς, coniunctio ponatur, ὡς καὶ ἐγὼ, &c.
- 8 Nec ex maiore) In Græcis codicibus manifestum est mendium, οὐ πὶ ἢ καὶ πτελὲς ἀμνηστος ἔσ' ὀφελος. Pro ἀμνηστος enim μνηστος legendum. Hoc autem loco per καὶ πτελὲς ea omnia intelligit, quæ domando corpori à pijs hominibus adhibentur, vt silentium, ieiuniū, chameunia, lachrymæ, cæteraque asperioris vitæ genera.
- 9 Hæc mea nauigatio) His verbis proverbiali figura vti licet ad eos qui illud vitæ genus, quod sibi delegerūt, miris laudibus efferūt: cætera omnia damnāt: quasi nō in omni vitæ genere salutis negociū agi possit.
- 10 Vicinamque rabiem) Per rabiem, ingluuiem vicinam veneream voluptatē intelligit: quod venter cibis distentus in libidinem, vt ait scriptura, faciliè despumet.
- 11 Iram abrupti) Quod genus loquendi sit in Græco βρυζὰ χόλοι alij viderint. Ego certè non βρυζὰ sed ῥιζὰ legendum censo.

- 12 Asperrima vestis) Græca sic habent, πλεῖστον ἄχος, ἡματα λυπεῖα φάρμακον ἀχρῦπίνης χῶρος ἐμὸς δὲ κῆρυξ. Vbi primò neminem fore confido, qui non mihi hoc facile assentiatur, pro ἡματα reponendum esse ἔματα. Alioqui vt de sensu, qui hoc apertissimè postulat, nihil dicam: quid attineret sequenti versus dicere ἡματα ἰὼτα ἔματα, &c. Atque haud scio an pro ἄχος, ἄχος quoque legi debeat, vt cum eo conueniat, quòd postea sequitur, φάρμακον ἀχρῦπίνης, atque hæc ita distinguenda sint, καὶ ἡ κῆρυξ ἐμὸς πλεῖστον ἄχος ἔματα λυπεῖα φάρμακον ἀχρῦπίνης. hoc est vt lateribus meis, quæ molliter habita, lasciuire solent, medear, humi cubo: vt peruigilem noctem traducere queam, sacco corpus tegeo. Saccus enim asperitate sua, quominus corpus somno acquiescat, impedimento est. Quod autem sequitur χῶρος ἐμὸς δὲ κῆρυξ, hunc sensum habet, Gregorium tantam vim copiàmque lachrymarum profundere consueuisse, vt cubiculi solum iis prorsus commaderet. Quemadmodum dicebat Dauid, lauabo per singulas noctes lectum meum, vel secundum Hebr. naturæ facio omni nocte lectum meum.
- A 13 Samiorum regem) Polycratem intelligit, cui, vt perpetuum atque inoffensum felicitatis cursum molestia aliqua interrumpere, author fuerat Amasis Rex Egypti, immodicas vitæ prosperitates, vt corporum habitudines ad extremum bonitatis perductas, admodum periculosas esse censens. quemadmodum in ipso Polycrate apparuit, de cuius miserrimo vitæ fine vide Herodotum. Præclare itaque Philippus rex Macedonum, cui cum vno eodémque die tres lætissimæ res nunciatæ fuissent, O Fortuna, inquit, leui aliquo malo me mulcta.
- 14 Huiusmodi doloris) μὴ σαρπτο τῶν ἄχων. Potest quidem hæc lectio defendi. Satis enim commodum sensum habet: fortasse tamen hic quoque legendum ἄχος, vt sit sensus, Polycratem placandæ inuidiæ causa hoc remedium excogitasse.
- 15 Hactenusque) Gr. ἄχρι ἐμὸς ἔμους. Vbi legendum existimo σάμιος. Hæc enim est sententia. Polycrates ad placandam inuidiam egregium annulum in mare abiecit. Post tamen eum recepit, ac tandem ignominiosa morte affectus est. Ego itidem leniendæ inuidiæ causa sermonem, qui mihi hominum inuidiam conflauit, premendum duxi, ac Polycratem hactenus imitatus sum. An autem vt illi, sic mihi quòque calamitosus vitæ finis futurus sit, incertum habeo.
- B 16 Cum immortalibus) Id est cum angelis.

HYMNI AD CHRISTVM POST silentium die Paschæ habiti.

C Hriste Rex, posteaquam sermonem diu animo retentum, in aërē emisi, te primū eloquor, verba hæc è mente mea, tanquam victimam sanctam à sanctissimo sacrificio profundens. O patris lux, magnæ mentis Verbum, omni sermone præstantius, lucis summæ lux summa, vnigenite, patris immortalis effigies, ortu carentis sigillum, cum spiritu magno lucens, sæculorum finis, illustrissime, opum dator, sublimi throno insidens, cœlestis, omnipotens, valentissime, sempiternæ mentis anhelitus, mundi gubernator, vitalem vim rebus afferens, omnium quæ sunt ac futura sunt, effector (tibi quippe res omnes curæ sunt) qui orbis fundamenta, & quæcunque in rerum natura sunt, quasi vinculis quibusdā astriccta, nutu tuo sine vilo errore fers. Tibi Christe tribuendum, quòd sol igneum orbem supereminens, sidera omnia, vt tu beatas illas mentes, splendore suo obscurat. Tibi ascribendum, quòd luna, hoc est noctis lumen viuut, vicissimque moritur, ac rursus pleno lumine perfusa cursum suum conficit. Tibi assignandum, quòd circulus ille, quem ¹ signiferum dicimus, choreæque cœlestis moderata ratio partibus anni benignè ac sensim inter se temperatis atque commixtis modum præscribit. Stellæ etiam tam fixæ quàm errantes retrorsum currentes, admirabilem sapientiam tuam prædicant. Lux tua sunt omnes illæ cœlestes mentes, quæ Trinitatis gloriam decantant. Tua rursus gloria homo est, quem angelum in terra collocasti, splendoris tui, ò clarissimum lumen, cantorem, ac præconem. O immortalis, ac mea causa mortalis bis genite, sublimitas carnis expers, quique postremò ad profliganda hominum mala carnem gestasti, tibi viuo, tibi loquor, tibi viua sum victima, quæ sola ex omnibus facultatibus meis mihi reliqua est. Tibi & Linguam meam deuinxi, & eam nunc soluo: quòd vtrunque vt piè faciam, te supplex rogo atque obsecro. Loquar quæ loqui conuenit: quæ **E** autem nefas est loqui, ne animo quidem & cogitatione complectar. ² Depulso cœno margaritā fundā: ab arena aurū, ab asperrima spina rosam, ab aristis denique relicta stipula triticum legam. Atque has tibi laboris nostri primitias lingua

primū eructat & consecrat. Hodierno die Christus à mortuis, quibus mixtus est, reuixit, mortisque aculeum obtudit ac dissipauit: perruptisque tenebrosi inferni portis animas in libertatem asseruit. Hodierna luce è tumultu profiliens, hominibus, quorum causa natus est, mortemque obiit, ac resurrexit, conspiciendum se præbuit: vt nos regeniti atque à morte profugi cum eo hinc in cælum ascendamus. Hodie splendidus angelorum chorus lætissimus te, Christe circumstat, Epiniciūque carmen tibi canit. Hodie abiecto silentio sonum edidi, tuasque laudes citharæ cuiusdam instar³ personui. Interna mente Mentem illam magnam sonui, sermone Verbum: post autem magni quoque Spiritus laudes, siquidem hoc ipsi gratum fuerit, crepabo.

SCHOLIA.

1 Signiferum) Vel vt iam protrito vocabulo Græco dicimus, Zodiacum, qui quidem obliquus ille circulus est, qui duodecim signa cælestia continet.

2 Depulso cæno) Proiecto cæno margaritum fundere, ex arena aurum, ex spinis rosam, è spicis triticum relicto culmo legere, proverbiali genere loquendi idem significant quod relictis deterioribus meliora complecti.

3 Personui) Hic in Græco vitiose legitur ἐπέξα, quemadmodum et sequenti versu πέξα. ἐπέξα enim et πέξα legendum. Nam hoc verbum citharæ proprium est. Mente ergo, inquit, mentem id est Deum patrem sonui: Verbum etiam, hoc est Filium sermone celebraui. Postea autem Spiritum sanctum canam.

PARAENETICVM CARMEN

ad Olympiadem.

ARGVMENTVM.

Hoc carmen Paraeneticū simpliciter in Græco inscribitur. Ego autem perspicuitatis causa, ad quam scribat Gregorius adiiciendū censui. Scribit autem ad Olympiadem Anysii, vt opinor, filiam. Nam in secunda epistola, quam ad eum scribit, petit ab eo, ne molestè ferat, quòd aureæ filia sue Olympiadis nuptiis minime interfuerit. Hoc porro carmine regulas ei ac præcepta tradit, quibus honestè sanctèque in matrimonio viuat.



Ata mea Olympias, munus hoc à Gregorio patre tuo accipe. nam patris admonitio longè optima ac saluberrima est. Non aurum nobilibus gemmis immixtum mulieribus ornamentum affert: nec regia facies turpiter iucundis coloribus tincta, perniciosaque alia facie obducta. Purpureæ porro & aureæ eximiaeque & splendidae vestes his demum conueniunt, quibus nullus vitæ splendor, nullum virtutis decus suppetit. At tibi pudicitia curæ sit, pulchritudoque etiam clausis oculis admiranda. Mores autem præclaræque famam optimum certissimūque florem existima. Deum quidem primò, deinde autem maritum, vitæ tuæ oculum, consiliique tui arbitrum ac ducem cole, ac venerare. Hunc vnum ama, huic placere stude: idque eo impensius, quò perfectiori arctiorique amoris nexu cum erga te deuinctum perspexeris. Atque illud tibi prouidendum est, ne tantum fiducia libertatisque capias, quantum tibi viri cupiditas offert: sed quantum honestas ipsa concedit. Quàdoquidem omnium rerum satietas & fastidium oboritur: omnium, inquam, rerum, sed potissimum amoris, à quo satietatem omni ratione arceri expedit. Caue ne cum fœminam te natura produxerit, in virilem tumorem fastumque prorumpas: ne generis tui nobilitatem proferas: ne ob vestitiū elegantiam supercilium tollas: ne sapientiæ nomine glories. Sapientia mulieris est, matrimonii legibus obtemperare. Omnia etenim matrimonij vinculum communia inter virum & vxorem fecit. Excandescenti marito cede: laboranti

Quibus e-
gregiæ ve-
stes conue-
niant.
Virtutis flos
optimus.

Satietas in
amore po-
tissimū ar-
cenda.

Quæ sapi-
entiam mulieris

fer.

fer opem, eumque & molli oratione, & optimis admonitionibus iuua. Nam nec is, cui leonum cura commissa est, ira æstuantis ac rugientis belluæ robur corporis viribus frangit: sed eam blanda manu mollique verborum sono permulsam domat. Nunquam tibi accidat, vt detrimentum vllum iacturamque, etiam grauisima ira percita, viro exprobres. Nam ipse multò pluris tibi esse debet, quàm omnes facultates. Nec si qua res contrà ei cesserit, quàm ipse sibi proposuerat, id ei obiicias. nec enim æquum est te eum hoc nomine infectari. Sæpe enim dæmonis malitia hoc vsu venit, vt ea etiam quæ prudentissimè cogitata sint, teterrimè cadant. Corporis etiam imbecillitatem ei probro ne vertas.

A sis quippe satis virium habet. Illud quoque tibi cauendum cenfeo, ne quemquā marito tuo parum amicū laudes, vt per comparisonem versuta eum oratione perstringas. Nā etiā alioqui nobiles viros ac mulieres, præsertim tamen mulieres morū simplicitas decet. Voluptates eius omnes, eius dolores, eius denique curas tuas etiā ducito: nihil enim est, quod rem familiarem auctiorem reddat. Quòd si res aliqua occurrat, quæ consilio opus habeat, quin ipsa quoque quid cenfeas dicas minimè prohibeo: sed viri tui sententiam vim maiorem semper obtinere volo. Mœrente marito nonnullo ipsa etiam mœrore afficere. (Nam amicorum mœror ad doloris leuationem plurimum momenti habet.) cæterum statim frontis serenitate recepta, animi illius anxietatem ægritudinēque depelle.

B Marito enim in mœrorem aliquem prolapsō commodissimus portus est vxor. Iam quod ad vitæ occupationes attinet, radio & lanæ operam da, atque in oraculorum sacrorum meditatione versare. Externa negotia viro committe. Noli pedem tuum limine crebro efferre, nec ad publicos ludos, turbamque inconditam proficisci. Id enim pudorem verecundis etiam excutit, oculōsque oculis iungit. Pudoris autem iactura flagitiorū omniū certissima est parēs. Ad honestos autem & laudaliles cœtus cum prudentibus fœminis te conferas, iubeo: vt egregium aliquem sermonem in animo tuo insculpas, quo vel vitia tua deleas, vel virtutes arctius amplectaris. Domus tibi vrbis ac nemorum instar sit. Ne aspectus tui copiam aliis facias, quàm propinquis tuis, iisque grauibus & honestis, & sacerdoti, ac senectuti iuuentute præstantiori. Nec verò earum mulierum consuetudine vtēre, quibus & procerum ac delicatum collum est, & forma popularis & meretricia: immò nec in piorum virorum, quos tamen maritus tuus à domo sua arceat, conspectum prodeas, quamlibet alioqui eos charos habeas, honorèque prosequaris. Quid enim tantum vtilitatis afferre potest, quantum probus maritus, si in eo solo amorem defixeris? Iam verò per me quidem tibi licet animo alto atque excelso esse, modò ab insolentia superbiæque abhorreas. Fœminas eas laudo, quæ maribus prorsus incognitæ sunt. Sed & illud te admonitam velim, vt nec ad nuptiale, nec ad natalitium conuiuium properes, vbi & perpotatur, & saltatur, & ridetur, ac denique infacetis facetiis indulgetur.

C Hæc enim eiusmodi sunt, vt vel pudicum pectus delinire ac demulcere queant, non secus ac Solis radius ceram quàm citissimè penetrans. Nec verò vel præsentē, vel absente marito computationes domi excita. Venter quippe modum tenens, perturbationibus animi fortasse ac libidini dominari queat: helluonem autem ingluuiēque laborantem, non ego solū, sed maritus quoque ipse pertimescit. Quin illud quoque cauere operæ precium est, ne vel lasciuis subsultationibus, vel iræ æstu genæ tuæ palpitent. Hoc enim cum omnibus hominibus, tum præcipuè mulieribus turpe ac fœdum est, formæque venustatem labefactat. Aurium tuarum ornatus non in margaritis, sed in eo situs sit, vt optima quæque verba excipiant: malis autem & perniciosis, animi clavis imponatur, sicque tam clausis, quàm apertis auribus sua pudicitia constet. Cura præterea, vt virgineus pudor egregium sub palpebris tuis ruborem marito fundat: vtque etiam ad hominū aspectum erubescas, oculos cæcos, superciliūque humi depressum habens. Hoc insuper tibi summo studio cauendum, ne lingua tua præcipiti atque

simile.

Dæmonis
malitia sæ-
pe ea quæ
rectissimè
cogitatasunt, teter-
rimè cadūt.
Mulieres po-
tissimū mo-
rū simpli-
citas decet.condolen-
tia amicorū
maxima in
dolore cō-
solatio.
Viro in mœ-
rore portus
est vxor.Pudoris ia-
ctura sceler-
um omniū
mater.

simile.

Frugalitas
mulieribus
ad pudici-
tiam cōser-
uandam
vtilissima.

Linguae pro
cacitas in-
nocentes etia
alioqui ho-
mines adit

effrenato impetu feratur, eamque ob causam tibi mariti odium confles. Linguae enim procacitas innocentibus etiam hominibus noxam saepe inuexit. Tacere itaque praestat, cum loqui utile est: quam loqui, cum tempus indecoro atque inhonesto sermoni silentium indicit. Quo magis tibi in eo elaborandum est, ut raro loquendo, sermonis tui desiderium semper in hominum animis infixum relin-
 10 Pedes porro superbe incedentes, pudicitiam metiuntur: gressibusque etiam ipsis libido inesse potest. Ad haec ita te compara, ut carnis impetum minime indomitum habeas, lectoque geniali tibi quouis tempore indulgendum putes. Maritum eo adducito, 11 ut sanctorum dierum rationem habeat. Aequum
 12 est enim Dei imaginem diuinis legibus obsecundare: tametsi Christus conjugalem legem generi nostro dederit, ut videlicet partim abeuntibus, partim in lucem prodeuntibus hominibus genus nostrum fluuii cuiusdam instar decurrat ac propagetur, ut per mortem fluxum ac fragile, ita per filiorum procreationem stabile ac perenne. Sed quid ego haec sigillatim persequor? Est in promptu admonitio vna multis partibus nostra praestantior. 13 Theodosiam, o elegantissima mulier habes: haec tibi & sermonis omnis, & actionis velut quaedam imago ad imitandum proposita sit: foeminea inquam illa 14 Chironis sub matrimonij radicibus. Quae te a patre acceptam, optimis moribus imbuit, 15 Amphilo-
 16 chij Episcopi soror, quem vna cum sancta Thecla ad Deum misit, verae atque orthodoxae doctrinae praecone, decusque meum & ornamentum. Quod si quando sermonem aliquem meum excepisti, hunc animo tuo condas, omnique studio retineas, velim. 17 Sic enim fiet, ut mariti, urbis patroni, gratiam tibi concilies. Ac nunc hoc dono te afficio. si autem optimum hoc futurum est, a Deo quoque sup-
 18 plex peto, ut luculentam prolem in lucem edas: ut Deus, cui & nascimur, & a vita migramus, a pluribus celebretur.

simile.

Cur expe-
tenda proles

SCHOLIA.

- 1 Nec regia facies) Id est imago diuina.
- 2 Ne tantum fiducia) Sunt quidam homines adeo obsceni ac belluini, ut nullum alium fructum matrimonij, quam effrenatam quandam ac porcinam voluptatem agnoscant: vsquadeo ut vxoribus quoque suis, nisi meretricio more lasciuant, irascantur. Qualis erat impurus ille poeta qui dicebat, Lucretia toto sis licet vsque die, Thaida nocte volo. Admonet itaque Gregorius Olympiadem, ut etiamsi plusculum aliquando licentiae ipsi maritus asserat, pudoris tamen fines ne excedat, nec committat, ut expleta ipsius auditas in fastidium tandem desinat. Obiter autem hic quoque admonebo in Graeco αἰσχροῦ legendum non αἰσχρῶν in plurali.
- 3 Omnium rerum) Graecum prouerbium est, παντομοῖον πᾶσι. Id est, omnium rerum satietas oritur. De quo vide Erasmus in Adagijs. Proinde summo studio cauendum esse mulieribus censet Gregorius, ne fastidium sui maritis obrepere sinant. Quod quidem omnino accidet, si ipsis expetita voluptate ad satietatem vsque frui contingat.
- 4 Ut ea etiam) Hoc loco ad explendum carmen post φέρει ponenda coniunctio.
- 5 Ensis quippe) Hic quoque pro κραταιόντι, κρατιώντι legendum. Est enim sensus, Nihil esse, cur vxor maritum ob corporis imbecillitatem contemnat. Gladium enim, quo ipse cinctus est, infirmitatem illam facile compensare. Ab hoc non multum abluat elegans illa similitudo, quam affert Cicero in Oratione pro Sextio: ubi fortissimum etiam virum ipsa acie ferri a quamlibet imbecilli puero vulnerari posse ait, si ad nudum pectus accesserit.
- 6 Praesertim tamen) in Graeco post μαλιστα addendum δε, ut carmini suus numerus constet.
- 7 Doloris leuationem) Hic in Graeco pro αἰσχος, αἰσχος reponendum est, ut ex precedenti versu patet. Vult enim Gregorius nullam esse iucundiorum doloris medicinam, quam amicorum condolentiam.
- 8 Oculo (que oculis) Id est efficit ut muliere virorum orationem non erubescat. Recta autem est Aldi emendatio. Pro μίση enim μίσθη tertia persona legendum.
- 9 Foeminas eas) Praeclara est, inquit, earum matronarum laus, quae hominum coetus ita fugiunt, ut ne illud quidem mares sciant, an vite huius luce fruantur. Insigne enim pudicitiae argumentum hoc est.
- 10 Pedes porro) Hunc locum exposuimus in Praeceptis ad Virgines.
- 11 Ut sanctorum) Alludit ad Paulum qui conjugatis suadet, ut orationis causa interdum a re vxoria abstineant.
- 12 Theodosiam) Gr. θεῖς πρὸς ἡμᾶς ἔσται θεὸς ἡμῶν, quod vno verbo Theodosiam reddidimus, quemadmodum vnica dictione Constantinopolim dicimus, quam Graeci καισαριάνη πᾶσι duabus vocibus dicunt.
- 13 Chironis)

- 13 Chironis) De foeminea Chirone vide in Scholijs poematis ad Vualianum.
- 14 Amphilo-
chij) Amphilo-
chius hic Iconij Episcopus erat: ad quem egregium de Spiritu sancto opus scripsit Basilius.
- 15 Sic enim fiet) In Graeco pro ὡς εἴ αὖ, legendum ὡς εἴ αὖ.

DE SE IPSO POST QUAM CON-
stantinopoli in patriam redisset.

Venio iam relictis magnis maris huius vitae fluctibus, grauissimis ventis hinc inde iactatus. Atque ita venio, ut ea quae perpetravi habeam, quae autem cum labore gessi reliquerim: quorum alterum mihi terrorem, alterum voluptatem affert. Nihil incundi reliqui, cuius desiderio excruciariqueam. Ab illis nolens, ab his volens domitus ac victus sum. Sola mihi haec possessio, solae haec opes iucundissimae mihi erant, solum mihi hoc fomentum laborum obliuionem inducebat, nimirum communis magnae Trinitatis splendor, quam ego indicans atque exponens, vsque etiam ad exteros patritios perrexi. Non id quidem omnino citra vulnera, (quandoquidem facinorosi cuiusdam hominis instar faxis exceptus sum: quo nomine gratiam tibi o Trinitas habeo) sed tamen patefeci ac declaravi, velutque circulus circa centrum, omnes pietatis verbis atque doctrina tornavi. Atque egregio quidem cursu ferebar: sed me & labor & morbus perculerunt, inuido daemone, qui sanctum partus mei foetum recens compactum atque in vitae vestibulo stantem excussit, grauiter succensentem. Et nunc Trinitas mea rursus & in foro & in choris ab impuris & nefariis linguis scinditur: ac meretricij sermones superiores sunt. Proh Deum immortalem, quis Phinees tam re quam nomine zelator, scortum hoc gladio transiget: quis Moses Hebraeis dogmatibus iniquè exagitatis & conculcatis suppetias feret, doctrinamque Aegyptiaca quamprimùm extincta, ingentem gloriam apud amplissimum populum reportabit? Quis totam diuinitatem animo suo ita infiget, ut nihil ex tota Trinitate imminuat? Aut quis prudenti mente validissimisque argumentis contrariam doctrinam disiciet ac profligabit? Quis belli tempore firmam & stabilem fidem habebit, atque in mutabilibus imperijs idem semper sui que similis manebit, ac non Euripi in morem varie sese inflectet? Quis horridum sacerdotum bellum comprimet, charitatisque propugnatores inter se conciliabit? huius quidem rei summa cupiditate flagrabam: quidni autem, cum Christus hominum medicus passionis suae legibus hoc sanxerit, ut pote qui per crucem suam tam bonos quam malos, tam eos qui a caelesti regno procul disuncti, quam qui propinqui erant, amoris nexu copularit? Ob idque lapidis angularis vtriusque superiectus est, ambos videlicet populos amoris benevolentiaeque compage in vnum iungens. huius inquam rei miro desiderio tenebar. Verum ij, qui me antea infenso animo oderant, contemptui me habuerunt, nec consilio nostro villo modo permoti sunt. Atque vti nã Trinitas ipsa belli expertus esset: nam eam quoque impij homines crebris sagittis incessunt. O Trinitas bellum hoc siste. Da, quaeso, ut perniciosum hoc bellum neminem vulneret: laboribusque nostris commodum finem concede: Tuque vale, o illustris Anastasiae sedes, quae oppressam & extinctam fidem sermonum meorum opera in lucem reuocasti. Tui certè ne mortuus quidem obliuiscar: sed cum praestantissimis quibusque te collocabo, Trinitati sanctae pro filiorum meorum salute supplicans.

SCHOLIA.

- 1 Venio) In primo verbo Graeco obrepit. Legendum enim ἐρχομαι non ἀρχομαι. Verba enim sunt hominis ex longa peregrinatione in patriam reuertentis. Idem verbum repetit sequenti disticho.
- 2 Atque ita venio) Gr. ἐρχομαι ἔχων ὅσ' ἐπέτα, &c. Quibus verbis tacite alludit ad ea carmina quae Sardanapalus, homo ventris ac libidinum omnium seruus, sepulchro suo insculpenda mandauit. ἄνω τ' ἐχὼ ὅσ' ἐπέτα, & ἔρῳ βέλεια ἕως ἔσθ' ἔρω τ' ἐπέτα, & ἔρω τ' ἐπέτα, & ἔρω τ' ἐπέτα, & ἔρω τ' ἐπέτα. Quae Tullius ad hunc modum

Latina fecit: Hac habeo, quæ edi, quæque exaturata libido hausit, at illa manet multa & præclara relicta.
 3 Charitatisque propugn.) Absurdum est eos, qui Dei, hoc est ipsissime charitatis propugnatores se profitentur, similitates inter se exercere.
 4 Bellum hoc fuisse) In Græco pro ἰσοῦ legendum ἰσοῦ.
 5 Neminem vulneret) Hic quoque in Græco manifestus est error. Ut enim carminis vitium taceam, quis horum verborum sensus est, μὴ δὲ ἀφ' ἑσέως καὶ οὐκ ἀφ' αὐτοῦ? At si legamus μὴ δὲ ἀφ' αὐτοῦ, &c. & ex carmine vitium & ex sensu absurditas tollitur.

DE SE IPSO.

Cupiditas
 nō expleta
 animi ex-
 eruciat.
 simile.



Irtutis quidem summa cupiditate teneor: verum ipsa, cuiusmodi sit, quoque modo ea potiri queam, me tamen id avidissime expetentem, haudquaquam edocuit. ^A Cupiditas porro quæ non expletur, animum angit & excruciat. Nam si virtutis latex purus est, nec hibernis aquis aut torrētibus ex pluvia collectis permixtus, quæro quis cum in terra inueniatur? Aut enim cœnum animus ipse egerit: aut certe excipit, ut pote qui grauem corporis molem trahat, externæque etiam à teterrimo vitæ nostræ hoste ac lutulento barathro turbetur. Neque enim conueniebat ut qui è genitalis seminis profluuium coagmentatus esset, ac per vitam fluxam decurreret, fluxionis ipse expers esset. Sin autē virtus non pura omnino, ac liquida vnda est, eum deterioribus commiscetur, fœdēque confunditur, quonam modo virtutis nomen sustinerē ac retinere queat, etiam atque etiam expende. ^B Quod enim ad me attinet, ancipitem in vtranque partem animum volo. Nam nix quidem natura sua frigida & candida est, ignis rursus calidus ac rubore fulgens: nec ea inter se vnquam miscentur. Prius enim per vim dissoluuntur, quàm quisquam ea commiscere possit. Qui fit ergo ut peccati labes ac turpitudine superueniens, virtutem inficiat, Deique magni imaginem labefactet, si modo verè Deus sum, atque hoc nomine gloriari possum, quod ipsius pars sum? Ferunt ^C Alpheum amnem per mare, id quod maxima admiratione dignum est, fluentem, dulcedinem tamen suam retinere, nec saluginis quicquam & corruptelæ inde contrahere. Corruptelæ porro, ut aëris nubes, & corporis morbus, ita virtutis quoque nox nostra & caligo est. Sæpe pedem in cœlum sustuli: sed me grauis & tabida cura in terram deiecit. Sæpe hoc mihi accidit, ut sancto diuinitatis lumine perstringerem: sed protinus interfusa quadā nube splendor ille se subduxit, meque iam luci propinquum effugit, incredibilique mœrore confecit. Quam tandē huius rei causam esse dicam? An hoc lex mortalium poscit, ut perpetuo ipsius desiderio ardeam? an potius, quia hoc mihi melius conducibiliusque est, ut quod magno studio & labore adeptus fuerim, magno quoque studio ac labore conseruem? hoc quippe fixum ac stabile esse solet, in quo mens admodum elaborauit. Sæpe etiam, ut callidissima quædam fera vestigia vestigiis inducit, sic impurus ille hostis boni malique delectum mihi ademit: ut huiusmodi fraude virtutis venatorem in errorem induceret. Huc accedit, quod aliud mihi caro præscribit, id nempe quod mihi suauitate aliqua arridet, aliud lex: aliud Deus, aliud luor: aliud tempus, aliud æuum. ^D Quo fit, ut ea, quæ odi, perpetrem, malisque oblecter, risuque plane Sardonio conceptam in præcordiis mortem rideam, mihi que ex pernicie mea voluptatem fingam. Nunc humilis sum: nunc sublimis & excelsus. Hodie ab insolentia & contumelia abhorreo, crastino die insolens & contumeliosus futurus: ac pro temporis varietate subinde immutor, non aliter ac Polypus petra, cui adhæsit, colorem referens. Calentes lachrymas fundo: sed peccatum non simul fluit. Et quamuis lachrymas omnes effuderim: nouis tamen peccatis admittendis nouas in pectore ^E lachrymas accumulo, ac medicinæ pharmaca proiicio. Corpore virgo sum: an autem etiam animo, haud certum habeo. Pudor plerunque oculos obteggit: sed mens impudens se effert. Ad aliena vitia perspicax, in meis prorsus cæcus sum: sermone cœlestis, animo terrenus. Tranquillus ac pacatus sum: verum si vel leuissimus

Disimile.

Simile.
 Quæ virtus
 corruptela.
 hominis
 conductio.

Hoc fixum
 & stabile
 esse solet,
 in quo mens
 elaborauit.
 simile.

Humana
 vitæ incō-
 stantia.
 Polypus.

Virginitatis
 cultor
 Gregorius.

uissimus vetus flare cœperit, tumidis statim fluctibus attollor, nec nisi sedata tempestate æstus ille conuiescit. tum verò iram cadere non admodum mirum videri debet. Sæpe rectè & cum optima spe currentem iamque ultra mediam ac popularem virtutem omni animi nixu contendentem, confestim pestifer ille hostis resupinum ad imas radices ac præcipitem egit, non vti que aliter, atque iis accidit, qui lubrico pede per arenam incedunt, ac subinde fallente vestigio cadunt. ^{simile.} Rursus ascendo, & rursus in tergum cado, fœdiusque, quàm antè, miser corruo. Semper incedens, semper trepidus, vix passus aliquot progredior: at celerrimè prolabor. Longa vitæ spatia confeci: nec tamen è vita exire cupio, medicinam videlicet expetens. Verum à medicina procul absum, ut pote qui diutius viuendo nihil aliud assequar, quàm ut ^A maiorem vitiorum aceruum colligam. Quocirca generi nostro dogma hoc fixum sit. Prima Trinitatis natura pura est: secunda etiam, hoc est angelica: tertia verò, nempe mortalium, dubia atque anceps, inter vitam ac mortem posita, opulentum illa quidem finem habens, cæterum ærumnosum, etià si perniciosæ vitæ ianuam non nihil aperui: hoc enim certamen Deus menti meæ propositum esse voluit. Quamobrem ⁷ optimus ille censendus est, qui inter plurimos malos paucioribus vitiis obnoxius est, ⁸ virtutemque à tergo sequitur, perinde ac fluuius aliquis, fluuium alteri aspero turbido ac sæuo vim afferens: aut si ei admisceatur, maiore puritatis copia lutulentam vndam occultans. ⁹ Talis hominum animo & corpore constantium virtus est. Nam maior puritas mortalium modulum excedit, cœlitumque tantum est. Quod si quis apud mortales adhuc agens, vel oculis Deum perspexit, vel graui carne hinc in cœlum sublata, ad Deum euolauit: ¹⁰ hic honor Dei est: mortalibus interim modus impositus sit. Age verò hunc quoque sermonem animo tuo infigam, nempe quo modo ad virtutis, quæ sola puro Deo pura victima est, summum culmen peruenire queas. Non quod in hac vita te hoc assequi posse putem (multiplex enim hic fumus oculis incumbit) sed bene mecum agi putabo, si vitia vnà cum hac vita reliquero. Virtus itaque non Dei solum, tamen imaginem suam eximio amore complectatur, beneficio contingit. (Nam tua quoque cura accedat necesse est) nec rursus folius hominis studio atque industria comparatur (maiores enim vires ea requirit) ^C quemadmodum nec oculus solum meus, quamlibet acutus & perspicax, ea quæ in aspectum cadunt, cernit, nisi Solis lumen accedat, quod simul & oculos collustrat, & oculis illucet. Verum ad virtutis adeptionem, Dei partes duæ sunt, prima & postrema: ¹¹ vnà autem à me quoque præstari necesse est. Ille siquidem & boni capacem me fecit, & vires mihi ad id suppeditat: at ego intermedius, tanquam in stadio cursor, non admodum leuis incedo, nec sine præmij spe pedes distendo, Christum pro afflatu, Christum pro robore atque ¹² amplissimis opibus habens, cuius beneficio & oculorum acie valeo, & recto cursu feror. Nam sine ipsius ope omnes nos inania ludibria sumus, & viua, ut ita dicam, cadauera scelestisque fœrida. Ut enim nec avis sine aëre volat, nec delphinus sine aqua natat: ^D ita nec homo sine Christi adminiculo pedem terra efferre potest. Quamobrem nihil est, cur magni aliquid de te existimes, aut sapietiae tuæ, quantumuis eximiae atque excellentis, viribus fretus sis: aut si abiectiorem aliquem tibi que virtute imparem videas, animum protinus tollas, perinde ac palmam omnibus præripueris, nec à meta procul absis. ¹³ Intra metam etenim ille haud dubiè subsistet, qui curriculi metam non prospexerit. ¹⁴ Animo quidem sublimis & excelsus, cæterum ab insolentia superbiæque alienus esto. Ut enim animi magnitudo & sublimitas hominem in cœlum tollit: sic rursus animi elatio atque arrogantia eundem in terram deiicit: ac Deus perpetua ira superbos insectatur. Iam verò in rebus honestis ac laude dignis ita te compara, ut alias iam manu arripias ac teneas, alias speres, aliis denique cedas. Nam id quoque temperantis animi est. Par quodammodo malum est, virtutis spem abiicere animumque despondere: & nimiam securitatem fiduciamque præ se ferre, tanquam cuius promptum & facile sit vir-

Quis vir
 optimus.

Virtus quo
 modo com-
 paretur.

Sine Dei o-
 pe nihil a-
 liud est ho-
 mo, quàm
 ludibrium
 ac viuum
 cadaver.

Deus per-
 petua ira
 superbos
 insectatur.

tutem adipisci¹ Vtrouis enim modo affectus fueris, perniciosè utique in via subsistes. Da operam ut sagittam ita semper manu teneas, ut ad destinatum scopum tendat: sic quidem, ut nec ultra Christi mandatum, nec citra eiusdem præcepta eam mittas. Neutro enim modo virtutis album feries. Sæpe etiam accidit, ut immodici studij nullus fructus extet: nempe cum nouæ cuiusdam ac singularis gloriæ cupiditate incensi, supra modum intento arcu sagittam emittimus. Si nimis elato animo fueris, in memoriâ tibi reducâ, unde in vitam veneris,¹⁶ quidnam antè eras, quid etiam tum, cum in maternis visceribus conditus iaceres, quid denique postea futurus sis, nimirum puluis, vermiûmque pabulum, nihil amplius tecum in Orcum ferès, quàm vel tenuissimus atque imbecillissimus quisque. Sin autem nimis demissè abiectèque de te fenseris, hoc tibi proponam, te Christi figmentum, spiraculum,¹⁷ augustam partem esse, ex eoque cœlestem simul & terrenum,¹⁸ Deûmque factitium extitisse (opus certè nullis obliuionis tenebris obruendum) ac per Christi passiones ad immortalē gloriam eniti. Quocirca carnis voluptatibus ne indulgeas, nec superflua commoda huius vitæ ames: sed in excellentiori templo extruendo elabora. Homo etenim Dei magni templum est, quod quidem tum ædificat, cum pedem terra effert, perpetuòque motu ad cœlum fertur. Hoc igitur templum ita custodi, ut suauissimis actionibus sermonibusque perpetuò fragret, Deûsque in eo semper habitet. Illud etiam moneo, ut reipsa semper, non hominum opinione quam optimus esse studeas, nec rubricatam tantum elegantibusque coloribus tinctam, aut adulterina pulchritudine nitentem nauim, sed clauis optimè compactam, egregièque ad nauigandum accommodatam, ac fluctus celerrimè fũlcantem, mari committas. Omnes quidem procedere ac progredi fatagant: cæterum Deo, tanquam certissimo funi, omnes tam sapientes quàm fortes, tam diuites quàm pauperes hæreant. Illic suos quisque rudentes appendat: ac potissimum ego, qui per sacrificia plebem ad cœlum ducens, sublimi throno insideo, in eaque causa sum, ut mihi non minus oneris molestièque incumbat, Christum animo atro atque impuro contemnentem, quàm gloriæ ac splendoris, ad Deum¹⁹ per sacerdotij munus accedenti. Ut enim Dei mensuram vitæ nostræ mensura sequitur: ita vitæ quoque nostræ mensuræ Dei mensura respondet. Hoc si animo fueris, tum vitæ huius curriculum certò conficies: tum etiam postea cum meliori Dei pompa, solutis videlicet ad Dei splendorem huius vitæ umbris, ad alteram vitam migrabis.

simile. Virtutis mediocritas optima.

Homo post mortem vermium pabulum.

Homo Dei templum.

studendum ut optimus simus non ut videamur.

SCHOLIA.

- 1 Cupiditas porro) Alludit, ut opinor, ad illud scripturæ, spes qua differtur affligit hominem.
- 2 Alpheum) Vide pag. 199. schol. 35.
- 3 Risuque plane sardonio) Sardonium risum ridere, est voluptatem ex pestifera atque exitiosa aliqua re capere. Vide Erasmus in Chiliad.
- 4 Lachrymas accumulo) Probabilius enim est, legendum esse in Græco ἀγρίω quàm ἐγρίω, ut respondeat verbo ἄετέωσα.
- 5 Estus conquiscit) In Græco vitiosè legitur ἀπέρηξε pro ἀπέρηξε.
- 6 Maiorem vitiorum acervum) In Græco pro καλόπαις lege καλόπαις.
- 7 Optimus ille est) Eodè modo Horat. Nā vitius nemo sine nascitur: optimus ille est, qui minimis urgetur.
- 8 Virtutèque) Claudicat vno pede versus Græcus βαὶ ἀφέρει καλῆς, δὲ πὶ νῶ πὶ δῶλον. Integritati autem suæ restituetur, si post καλῆς ἀφέρει collocemus: id quod sensus apertissimè postulat.
- 9 Talis hominum) Sic enim mihi reddendum videtur quod est in Græco ἡ ἀρετὴν ἀετέωσα, ut cælitibus opponatur.
- 10 Hic honor Dei est) τὸ πὶ θεῷ γὰρ ἐστὶ. Videtur loqui de his, quorum animus in cœlum vnà cum corpore raptus est, ut Enoch & Elias. Nam Paulus de se non audeat affirmare.
- 11 Vnam autem à me quoque) Vide pag. 326. schol. 6.
- 12 Amplissimis opibus) Gr. δὲ κατὰ τὸν ἄριστον ὅτι τὰ μὲν ἀγαθὰ ἔχοντες, ὅτι τὰ κατὰ τὸν ἄριστον ἔχοντες, ὅτι τὰ κατὰ τὸν ἄριστον ἔχοντες. Vbi satis apparet pro οὐδὲ legendum esse idè, tum quia non patitur lex carminis ut prior syllaba verbi οὐδὲ breuietur: tum quia ex huiusmodi commutatione clarior mihi sensus futurus videtur. Erit enim hæc sententia. Tamest non longe absis à meta, inanis tamen

A

B

C

D

E

tamen erit tibi omnis labor, nisi metam ipsam attigeris. Quid enim prodest homini in aquis periclitanti, ad ripam usque propemodum enatasse, si intra ripam tamen subsistat, ac pessum eat?¹⁴ Animo quidem excelsus) ἄνω δὲ ἔσται. Hoc quoque loco, quauis repugnantibus Græcis codicibus, pro ἔσται, φρονέει reponere non dubitavi. Nam ita etiam legitur hic versus sup. in Parenet. ad Olymp. & in Præceptis ad Virg. ἄνω δὲ ἔσται, ἄνω δὲ πὶ μὴ βλαμείναι. Alioqui quid attineret opponere πὶ ἔσται πὶ μὴ βλαμείναι cum idem significet. At quo modo hunc locum restituiimus, sensus erit: Velim quidem te magno atque excelso animo esse, non tamen superbo atque arroganti. Idque non modò huic carmini, sed etiam proximè sequenti lucem afferet: quod ita habet. Εἰς γὰρ ὕψος ἔθηναι, ἐς ἔσται ὕψος ἀετέ. Hic enim explicans id quod prima fronte absurdum fortasse videri poterat, nimirum ad animi magnitudinem simul & humilitatem aliquem adhortari, ait duplicem esse animi elationem, alteram præclarā & cum laude coniunctā, qua homo res omnes fluxas & fragiles despiciens in cœlum sic effert: alteram turpem ac vitiosā quæ hominem tandem in terram deiicit.

A 15 Vtrouis enim) Nam si desperes te virtutem adipisci posse, profectò nec ad eam adipiscendam quicquam laboris suscipies, si autem opinionis errore adeptu facilem tibi virtutem finxeris, remissiore ac languidiore animo in eius studium incumbes.

16 Quidnam ante eras) carmen Græcum ita legi debet, τίς μὲν ἔης ἑταίροισι, τίς δὲ ἀπαλόχοισι ἐκείνου.

17 Augustamque partem) ἀετέωσις in Græco legendum; non ἀετέωσιον. quemadmodum sequenti versu pro ἐργῶν ἀλλοίων, ἀρίστον reponendum puto: tametsi impressorum codicum lectionem in versione secutus sim: ne quis me nimis in emendando curiosum existimet.

18 Deum factitium) id est procreatum. Impropriè enim hic Dei nomen usurpatur.

19 Per sacerdotij munus) Hæc verba addidi, ut perspicuitati consulerem. Hoc enim loco accedere ad Deû idem est, quod sacerdotis munere fungi.

A

B

C

D

E

IN MONACHOS HYPOCRITAS.



Vper quidam stultus, deliciis que perditus, diuesque atque insolens delicias mihi vitæque mollitiem obiectabat, cum alia multa dicens; tum etiam illud, me diuitem & copiosum esse, ut qui & hortum, & otium, & mediocrem fontem habeam. Quid verò, inquam, ô miser, lachrymasne taces, & ventris frenum, & genuum vulnera, noctesque infomnes, quibus monachi (de veris loquor: nam stulti ac præposterii ad coruos proiciantur) corpora sua conficiunt atque enecant? Quantum porro laboris molestiæque animas eorum subire existimas, cum corpore bellum gerentes, castraque è regione mundi habentes? Audite verò ô mundi amici, qui que supercilium magnum illud quidem, sed breui periturum attollitis, quid monachi dicat. Amplissima prædia possidetis, opibus affluitis: matrimonium, liberi, omnes denique vitæ iucunditates & oblectamenta, tam quæ terra quàm quæ mare fert, vestra sunt. Nos contrà, si fontem vel hortulū vel exiguam auram, vel umbrosū quoddam nemusculum, res utique leuissimas, possideamus, protinus id delicias interpretamini. Quid? an ne respirare quidem Christianis licet, hocque vno nomine vobis iniuriâ fieri contenditis? vna lex est, vnus Deus, vnum nomen: omnes æquè Christus exuta carne salutem consequi vult. At nos in Christianæ perfectionis, angustias à vobis compellimur, perinde ac nihil hominibus debeamus. Nā quid Deo, scit ipse: minimèque æquum est, te grauioribus vulneribus affectum in vitia mea inquirere, iudicisque munus usurpare. At enim uerò quàm mæstus es, ô iuuenis, quàm pallidus, calceisque carens, quàm squalet coma, quàm egrè loqueris. Tunica etiam ipsa per zonam effluit, vestisque atra ad talos usque pendet. Ad hæc ego: siquidem ista ob fidei ardorem fiunt, tota vita index ac testis est: Si autem per fucum & simulationem, laudet sanè qui volet: nam ego nunquam laudabo. Alioqui non iam quisquam aratrum, non ligonem curet: non tributa pendat, non parentes alat. Modò tibi barba densa fit, & cilicina vestis² collum obte- rat, nihil iam superest, nisi ut noua dogmata per orbè feras. Quòd si solocismum admittas, omnesque simul³ lapidibus infecteris, angeli nomen obtinebis, nec exiguam crines tui vim habebunt. Siquis nunc flagitiosè atque impurè viuuit, si plus habendi cupiditate flagrat, si sanguinarias manus aut etiam legionem illam magnam habet: si nec corporis extenuatione, nec lachrymis, nec laboribus vitæ

fordes abstergat, hæc iam omnia pro meris fabulis habentur. ¹ libros tantum euoluat, verbisque hinc inde collectis hæresin quandam inducat: hac vna re vitia sua omnia delebit. Non quidem nego, quin omnibus utilissimum ac saluberrimum sit, obefam carnem ieiuniis, curis, peruigiliis, omni denique ratione tūdere ac domare. Hinc enim verisimile est fore, ut & qui purus est, puritatis accessionem faciat, & qui malus est, de vitiis suis aliquid deterat. Sed si quis est, qui simulatè tantum, ac non ex animo hoc faciat, ⁶ mihi quoque non displicet, eum ad hunc modum sese excruciare: ut imposturæ suæ pœnas luat. Crassas verò carnes & tumidum ventrem, ac prominentem angusta illa porta capere nequit.

S G H O L I A.

A

¹ Perinde ac nihil hominibus debeamus) Id est, perinde atque humana omnia à nobis aliena existimare debeamus: nec fas sit monacho quicquam oblectamenti capere.

² Collum obterat) Lego enim ἄντην ἄω, non ut in impressis codicibus, ἄντη ἄω. quid enim hoc ad fucam vitæ asperitatem?

³ Lapidibus insecteris) Id est, conuictus obruas. Hæc autem ironice dicuntur.

⁴ Nec laboribus) Vera enim est Aldi emendatio, pro πένον, πόνον substituentis. Loquitur enim non de benignitate atque humanitate in pauperibus complectendis, sed de vitæ asperitate, quæ in carnis maceratione, lachrymis, laboribusque consistit.

⁵ Libros tantum euoluat) βίβλους enim lego non βίους. Loquitur enim de eo, qui hinc inde sententias quasdam excerpit, quibus hæresim instituat.

⁶ Mihi quidem non displicet) Quis enim non videt hinc ἀπέσκει legendum, non ἀπέσκει. Ait enim Gregorius sibi gratum ac iucundum esse, quod hypocritæ omni asperitatis genere se conficiant, ut hypocrisis suæ a seip-sis pœnas expetant.

I N M O R B V M.

Quo ten-
dât satanæ
conatus.

Rursus ad me venisti, ô astute ac versipellis: sed non ita calidè atque obscurè, quin fraudem tuam satis animaduverterim. Totus enim conatus tuus eò tendit, ut intimum pectus meum depascaris, ac multis validissimisque huius vitæ impulsionebus tanquam ariete quodam sacrosanctam Dei imaginem labefactes ac deiicias. In robustas carnes impetum fecisti, meque à capite ad pedes vsque lacerasti, ¹ solutis nimirum humoris illius vinculis, quo Deus sapientia sua mundi procreatrice, siccam naturam madefecit, quemadmodum calidam quoque naturam frigida temperauit: ut ² æquabilitatis nexus integrum atque incolume corpus conseruaret, nôsque hinc vitæ dissidium & inæquabilitatem fugere disceremus. Pestifera mente venisti, atque in me, ô miser, totum malitiæ tuæ virus effudisti. Parum erat, credo, me tristissimos senectutis dolores, onusque ³ Siculis scopulis grauius perferre, nisi me quoque acerbissimus morbus absumeret, membraque mea tabe quotannis recurrente conficeret. Proinde non aliter lugeo & ingemisco, ac fortissimus quidam leo venatorum retibus implicitus. Nec verò ea mihi luctus causa est, quòd ⁴ vel sermonum lasciuia, vel æqualium consuetudinem omnibus iucundam & amabilem, vel conuiuia, vel vrbiû fora, vel nemora, vel balnea, vel denique quicquam eorum, quæ pro dolosæ huius vitæ floribus habentur, desiderem. Hæc enim iam inde mihi grata esse deseruit, ex quo memet à terrenis rebus longissimè abducens, Christum vlnis complexus sum. Verum ob id ingemisco, quòd vitalis Dei oculus, cui olim curæ erã, quique me in maternis etiã visceribus illustrauit, & maris periculo grauibusque perturbationibus liberauit, me tandem deseruit. Hoc, inquam, nomine ingemisco, quia populi habenas ⁴ non quidem proieci, sed tamen ieci: nec enim iam eas manu fero. Qui prius quidem sermonibus nostris, quos de Trinitate habebamus, exultabat: nunc verò, ut puerulus à lacte auulsus in vlnis parentis suæ, siccam mammam arentibus labris incassum fugit: sic ipse quoque à lingua mea pendet, fontis illius nostri, multis antè fluentis, desiderio æstuans,

simile.

æstuans, cuius nunc nec perexiguam auribus guttam haurit. Alij quidem dulcem vndam fundunt: interim tamen auditores paterna voce orbatim animo discruciantur. Vbi mihi nocturnarum cantionum statio, quibus vel solus cum Christo commercium habens, vel in hominum cœtu alternatim cantilladis hymnis mentem oblectans pedes sustentabam, ac viui cuiusdam lapidis instar obrigebam? Vbi flexorum genuû dulcis labor, quo calentes lachrymas prius fundes, caliginosam mentem colligebam? Vbi pauperû altrices manus, morbû confouetes? Quò tandem infirmorum membrorum maceratio abiit? Non iam ad sancta sacrificia manus attollo, magnis Christi passionibus meipsum immiscens. Non iam gratam martyribus choream statuo, atque oratione in eorum laudem instituta præclarum sanguinem veneror. Situ carieque libri mei obfusi sunt: lucubrationes meæ rudes adhuc & inchoatæ: quibus quis tandem amicorum extremam manum apponet? Omnia etiamnum viuenti mortua sunt: vitæque etiam mea naue ea imbecillior est, quam compages liquerunt. Vt cunque tamen me grauissime dæmon, insecteris, nunquam coram te cordis mei genua flectam: verum illæsus & infractus terram, matrem meam subibo. habeat sanè vermis quod serpens consumpsit: pellè pro arbitrio tuo ac libidine tunde: anima quippe nullis vulneribus affici potest. Imaginem diuinã, quam accepi, Christo sistam. Nam tu quoque prius magnū illum Iob multiplici calamitatum genere constrinxisti: sed tamen victus recessisti. Ipsum enim magnus ille certaminis arbiter corona donauit, luculentoque præconio victorem pronunciauit, eique omnia, quæ disieceras conduplicauit. Talis enim clementiæ Christi lex est. At me, quæso, aliquando tandem incolumem esse iube. Nam solo sermone morbo meo mederi potes. Ego inter mortuos Lazarus alter sum: clama, obsecro, Surge: Et sermonis tui vi mortuus ad vitam redibit. Paralyticus nouus ego sum, lectoque teneor: clama, Consolidare: Et protinus lecto humeris sublato incedam. Recuperandæ sanitatis causa simbrîã tuam manu furtim tango: Tu marcescentibus carnibus ⁶ sanguinis profluuium confestim siste. Tibi ego, hoc est, tua fors, ut Chananæa illa curua, totoque corpore contracta, inclinoritu me erige. Furit mare, tu somno dulci acquiescis: at quàm celerrimè expergiscere, tuoque sermone tempestatem sedita. Est quidem mihi dolori corporis morbus: nec enim humanorum affectuum profus expers sum, nec quisquam alius. Quandoquidem Deus ita iubet, ne quis in mortali conditione velut cœlestis sese efferat: verum omnes ad Dei auxilium coniectos oculos habeamus, necessitatèque & egestate compulsi acrius ad pietatem extimulemur. Non tamen tam graui me luctu morbus afficit (morbus quippe prudenti homini nonnullam etiam labis absterfionem habet, qua vel fortissimi quique homines indigēt. Corporis enim animæque vinculum mortalibus caliginis aliquid vehit) quantum in hoc meo dolore humilium atque infirmorum rationem habeo, hoc nimirum metuens, ne quis calamitatibus nostris offendatur. Pauci enim homines animi firmitate præditi sunt, qui videlicet tam iucunda, quàm aduersa æquò ac libenti animo à Deo accipiunt: nec dubitant, quin omnia ille cum ratione faciat, etiam si sapientiæ suæ altitudinem occultam esse velit. At verò plerique piis quidem, cæterum non firmis insultant, perinde ac nullum pietatis suæ præmium ferentibus: aut etiã turpem omnino scædamque cognitionem animo suscipiunt, nimirum vniuersam rerum molem temerè ferri, nec Dei prouidentia res humanas administrari: Neque enim alioqui cum rerum nostrarum clauum ita gubernaturum. Horum Christe memor esto, famulòque tuo fer opem. Nec scædo atque ignominioso sine vitam meam claudere. Tuus cultor ego sum, tuis donis manus immitto, capitique eorum, qui mihi sese substernunt, morborumque suorum depulsores me profitentur. Proprius esto Christe: aut si medicinam negas, eas ⁷ saltem mihi vires suppedita, quibus morbum fortiter feram. Ne me penitus infamem & ærumnosum esse sine: sed ita me rege, ut nec freni omnino expers sim, nec rursus omni calamitatum genere conflictet. Aculeo me, ô beate, non

Nulla vox
ouibus gra-
tior pastoris
voce.

simile.

Multi ad
piorum ca-
lamitates
animū de-
mittunt, at-
que offen-
diculū pa-
tiuntur.

simile.

lancea punge, atque ita de me statue, vt naus cuiusdam instar, nec nimis leuis, nec rursus nimis onustus huiusce vitæ mari committar. Nam & nimia prosperitas insolentiam parit: & dolor animi lumen obscurat. Quare hoc à te peto, vt pœnam indulgentia temperes, atque compenses. Compescuisti me superbum & arrogantem: nunc grauius laborantis te misereat. Nam adhuc clementiæ tempus est, ô optime iudex. Canitiem meam & membra spontaneo cruciatu confecta, ac denique sacrificia ipsa vereor, tot tantisque calamitatibus vexatus: idque diuinitus. Sed quid ego hæc superflua. Quid legem Deo præscribere aggredior? Tu me, Christe, seruum tuum, quò voles, feras.

SCHOLIA.

- 1 Solutis nimirum) ῥήματα δεσµὰ λύσαι. Non enim defluuio, sed siccitate potius ac tæbe laborabat Gregor.
- 2 Æquabilitatis nexus) ἰσοστασίης enim lego, non ἰσοστάσις, quemadmodum satis ostendit carminis sensus.
- 3 Siculis scopulis grauius) Sic Cicero in lib. de Senect. onus Aetna grauius senectutem vocat.
- 4 Non quidem proiecisti) Proiicere hoc loco sponte abiicere significat. Nec enim Constantinopolitano Archiepiscopatui idcirco se abdicauit, quòd eum huiusmodi Ecclesiæ clauum tenere pigeret: sed quia multorum hominum inuidiæ hac ratione occurrendum, corporisque iam effecti rationem habendam existimaret.
- 5 Non iam ad sancta sacrificia) Periphrasis elegans sacrosanctæ liturgiæ.
- 6 Sanguinis profluum, ἀίματος in Græco legendum, non ἀλματος.
- 7 Nimis onustus) ὑπερβαρὺς legendum, vt respondeat τῷ κούφω.

AD NEMESIUM.

ARGUMENTVM.

Nemesius vir cetera clarus, atque in multis Reip. muneribus magna cum laude versatus, adhuc tamen in Ethnicismi cæno hærebat. Hunc igitur, vt abiectis impiis erroribus, pietatis Christianæ cultum suscipiat, Gregorius hortatur.



Nemesi iustitiæ doctrinæque lumen, qui ob tuam in iure dicendo fidem & integritatem, summa apud Imperatorem gloria florens, Romanis primùm legibus, aduersaria voce 'malam causam refutando, magnum robur conciliaisti, nunc verò apud Cappadoces præturæ munere fungeris, iustitiæque tuæ primitias tanquam radios quosdam effundis, alij quidem fidibus & carminibus, igneaque dicendi vi & facultate, quatuor mortales omnes longissimè post te reliquisti, laudes tuas prædicent. quandoquidem virtus tua, non aliter ac magni cuiusdam amnis alueus in multas partes dissectus, satis vberem & copiosam pluribus oratoribus materiam suppeditare potest, si laudes tuas inter se partiri ac distinctè sigillatimque recensere voluerint. Alij rursus mutum Nemesium, licet alioqui facundum imprimis & eloquentem, vel in sublimi tabula pictum, vel ære exsculptum in sublimi loco collocantes, urbem ornent & illustrent. Nam egregiorum ducum ac præfectorum statuarum quoque ipsæ ciuitatibus apud posteros gloriæ atque ornamento esse solent. Ego autem (me etenim Deus cœlestium & humanarum rerum cognitione donauit: ac mens per omnia fertur, altissima ac reconditissima quæque cum Spiritus sancti luce splendorèque peruestigans) ea proloquar, quæ proloqui decet hominem sacerdotij munus obeuntem, veritatibusque præconem, ac discipulum eorum, qui orbem vniuersum dulci Dei sagena construxerunt, non eloquentiæ præsidio freti, non opum robore inflati, non denique prius clari atque illustres: nimirum vt omnes apertè confiteantur, totâ huius victoriæ gloriâ ad Deum Verbum esse referendam. Age igitur attenta mente orationem nostrâ accipe: & qui sermonibus illis, qui inani quadâ voluptate animû deliniant, fictaque duntaxat, vt adulterarum facies, pulchritudine nitet, aures tandiu præbuisisti, eandem quoque parumper ad verba mea attentas habe: quorum pulchritudo, & quidè eiusmodi, vt nec deleri, nec vi aliqua labefactari queat, mæs eorum ac sententia est, purissimis oculis clarissimû lumè infundens.

Cur Christus indotus homines atque abiectos discipulos elegerit.

dens. Etenim si Christus mentem tuam cœlitus feriret, mediâque salutifera sagitta configeret: vtrunque amorem seorsim considerans atque expendens, scires vtique quantò dulciorem Deus aculeum infigat. Mihi quidem canis iam caput oblitum est, & rugis arata membra ad vitæ vesperum occasumque vergunt. Atque in tam longo vitæ curriculo, vt in multas ærumnas & acerbitates incidi, ita vicissim, breues quidè illas, multas tamen vitæ iucunditates mihi experiri contigit. Nullam porrò tantam talèmque gloriam vidi, quanta quàmque eximia eius hominis gloria est, qui sanctissimo Dei numini propius se adiungit. Sola mihi doctrinæ eloquentiæque gloria chara erat, quam ortus & occasus, & Græciæ decus,

Dulcis diuini amoris aculeus.

A Athenæ mihi collegerunt, cuiusque studio multos diuturnosque labores exhausti. Sed & hanc quoque ad Christi pedes prostravi, magno Dei verbo cedentem, quod quidem sinuosos omnes mentis humanæ sermones non minus quàm sol sidera alia obscurat atque obruit. Quocirca verbis meis animum diligenter aduertere. hoc enim melius tibi conducibiliusque futurum est. Iniquum ac nefas est, hominem à Deo procreatum, qui que cœlestis verbi præclara & immortalis imago est, & quidem intelligentia prædita, rerumque earum, quæ ratione sola atque animo capiuntur, perita, atque in sublime tendens, inanibus piscium belluarum animique simulachris subiici ac proclinari, vilissimisque figuris ex fluxa fragiliq; materia confectis, hoc est, manus humanæ ludibriis, rubigini tineisque laborantis.

Verbum Dei sermones omnes humanos superat.

B Quæquidem materia, partim in cultu ac veneratione est, partim ignobilis & ingloria iacet. Sed ne cœlestibus quidem corporibus (nec enim dii sunt, quantalibet gloria prædita sint, verum Dei rerum omnium effectoris opificia) animus sine summo scelere prosterni potest: Lunæ, inquam, & Soli, ac sideribus cœlum exornantibus, immò ne ipsi quidem cœlo, in orbem licet volubili, variisque internè rebus decorato atque illustrato. Quod quidem etsi muto, admodum tamen exaudibili præconio artem illam decantat, qua vniuersa hæc rerum moles coagmentata, miròque concentu connexa est: vt rerum aspectabilium adiumento, ad earum rerum, quæ oculorum aspectum fugiunt, cognitionem mortales perueniant. Nanque & qui amplissimam aliquam domum cernit, protinus ipsius quoque architectum animo intuetur: & nauis tacita voce extructorem suum prædicat. At tu deorum factor, nouorumque cœlitum pater, eò quoque iam proruisisti, vt impio & execrando cultu dæmonibus inanitis genua flecteres, bonosque ac malos appellares: Cùm tamen omnes mali sint, egregiique figmenti hostes, inuidi, dæmonum amantes, sæui ac feroces, carnibus sacrificiorumque nidore gaudentes, lutulenti. Quos Christus magni Dei Verbum, inuictusque Deus, tum cùm carne assumpta apud homines versaretur, diuturna tyrannide, qua orbem oppressum tenuerant, exturbatos fudit ac profligauit: cruoreque sacrosancto nefarium cruorem sustulit, mentisque sacrificium aperuit, quod prius non nisi per paucis hominibus cognitum erat. Nec verò tantas Christi vires extitisse mirandum est. Nam ipse quoque qui Christo nomen dedi, augustum illud nomen vix plerunque pronunciaui, cùm statim dæmon non sine stridore grauisimoque dolore longissimè se proripit Dei immortalis vim ac potentiâ clamans. Quod etiam ipsum mihi sæpe vsu venit, cùm crucem ne in tabula quidem, sed in medio tantum aère descripsissem. Nam sola figura trophæum erexit: quemadmodum olim accidisse legimus, cùm Moses manus in crucis formam composuisset. Vellem equidem mihi liceret ex altissima quadâ specula vniuerso hominum generi hæc verba intonare. Homines mortales, atque eorum, quæ nihil sunt, effectores, quousque tandem diurnis & falsis rerum insomniis falsi, vicissim fallentesque, temere in terra errabitis? Stulti idolorum cultores, qui hoc vitiis vestris subsidium excogitastis, vt flagitiosos, mendaces, sicarios, versutos & flexuosos, periuros, raptores, cinædos, adulteros, prædicones deos vobis fingeretis. Perspice, quæso, quot in formas princeps eorum Iuppiter libidinis cestro percitus subinde se immutat. Nunc taurus, nunc cygnus, nunc aurum, serpens, maritus, vsus efficitur, ac deni-

Quis fructus ex mundi pulchritudine capiendus. simile.

C que architectum animo intuetur: & nauis tacita voce extructorem suum prædicat. At tu deorum factor, nouorumque cœlitum pater, eò quoque iam proruisisti, vt impio & execrando cultu dæmonibus inanitis genua flecteres, bonosque ac malos appellares: Cùm tamen omnes mali sint, egregiique figmenti hostes, inuidi, dæmonum amantes, sæui ac feroces, carnibus sacrificiorumque nidore gaudentes, lutulenti. Quos Christus magni Dei Verbum, inuictusque Deus, tum cùm carne assumpta apud homines versaretur, diuturna tyrannide, qua orbem oppressum tenuerant, exturbatos fudit ac profligauit: cruoreque sacrosancto nefarium cruorem sustulit, mentisque sacrificium aperuit, quod prius non nisi per paucis hominibus cognitum erat. Nec verò tantas Christi vires extitisse mirandum est. Nam ipse quoque qui Christo nomen dedi, augustum illud nomen vix plerunque pronunciaui, cùm statim dæmon non sine stridore grauisimoque dolore longissimè se proripit Dei immortalis vim ac potentiâ clamans. Quod etiam ipsum mihi sæpe vsu venit, cùm crucem ne in tabula quidem, sed in medio tantum aère descripsissem. Nam sola figura trophæum erexit: quemadmodum olim accidisse legimus, cùm Moses manus in crucis formam composuisset. Vellem equidem mihi liceret ex altissima quadâ specula vniuerso hominum generi hæc verba intonare. Homines mortales, atque eorum, quæ nihil sunt, effectores, quousque tandem diurnis & falsis rerum insomniis falsi, vicissim fallentesque, temere in terra errabitis? Stulti idolorum cultores, qui hoc vitiis vestris subsidium excogitastis, vt flagitiosos, mendaces, sicarios, versutos & flexuosos, periuros, raptores, cinædos, adulteros, prædicones deos vobis fingeretis. Perspice, quæso, quot in formas princeps eorum Iuppiter libidinis cestro percitus subinde se immutat. Nunc taurus, nunc cygnus, nunc aurum, serpens, maritus, vsus efficitur, ac deni-

Piorum hominum vis ac potentia.

Signi crucis vis.

D Nam ipse quoque qui Christo nomen dedi, augustum illud nomen vix plerunque pronunciaui, cùm statim dæmon non sine stridore grauisimoque dolore longissimè se proripit Dei immortalis vim ac potentiâ clamans. Quod etiam ipsum mihi sæpe vsu venit, cùm crucem ne in tabula quidem, sed in medio tantum aère descripsissem. Nam sola figura trophæum erexit: quemadmodum olim accidisse legimus, cùm Moses manus in crucis formam composuisset. Vellem equidem mihi liceret ex altissima quadâ specula vniuerso hominum generi hæc verba intonare. Homines mortales, atque eorum, quæ nihil sunt, effectores, quousque tandem diurnis & falsis rerum insomniis falsi, vicissim fallentesque, temere in terra errabitis? Stulti idolorum cultores, qui hoc vitiis vestris subsidium excogitastis, vt flagitiosos, mendaces, sicarios, versutos & flexuosos, periuros, raptores, cinædos, adulteros, prædicones deos vobis fingeretis. Perspice, quæso, quot in formas princeps eorum Iuppiter libidinis cestro percitus subinde se immutat. Nunc taurus, nunc cygnus, nunc aurum, serpens, maritus, vsus efficitur, ac deni-

E Nunc taurus, nunc cygnus, nunc aurum, serpens, maritus, vsus efficitur, ac deni-

*gentilium
vacordia.*

que⁷ in omnia, quæ Cupido puer imbecillis iusserit, statim vertitur: ut ipsimet distant, qui deos condiderunt. Nec eò contenti, vitis etiam ipsis sacra instituitis, alios nimirum atque alios, aliis aliisque sceleribus flagitiisque nobiles ac præpotentes diuinis honoribus afficientes. Ex quo illud efficitur, ut non solum impunitum maneat quoduis crimen, sed etiam laudabile atque honestum habeatur, velut Deo, qui id coluit gratum ac iucundum. Alium iam mihi præclarorum defensorum exercitum animo perpende,⁸ Ithyphallos cornutos, colli expertes, media corporis parte dracones, belluas, multiplicésque feras in vnum corpus compactas, aspectuque ridiculas huiusmodi monstrorum cultoribus quid aliud imprecer, quam ut qualia numina tales quoque filios habeant, qualésque vitis suis patronos asciscunt, tali ipsi amicis suis præsidio sint, talésque vicissim in amicis si-
A quod bellum ingruat, præsidium collocatum habeant. Sed quid ego hæc sigillatim recensere, atque ex ore sacro spurcitiem tantam effundere pergo? Ut igitur ad id quod omnium maximum est veniam (modò verbum orationem meam clauis instar fulciat) nos quidem sacrosanctis libris, diuinis que prophetis, ac postremo internuncij Christi doctrina informati, spiritusque splendore perfusi, purisque animis Deum magnum intuentes (qua vna ratione deitas alioqui inuisibilis, cerni ac percipi potest) cælestium rerum scientiam callemus, diuinitusque collustrati ad supera contendimus, quãtùm quidem nobis in hac mortali vita Deum cognitione assequi datum est. (Non enim vel perspicacissima oculi acies nubem
B aspectu facile penetrare potest) vberior autem pleniorque cognitio nobis postremò concedetur. Hæc enim acerrimi desiderij nostri merces erit, ut quod summa animi auiditate expetiimus consequamur. Quod si qui vestrũ pari animorum attentione⁹ nobis auscultandum duxerint, ac prius fabulis vestris, pestiferisque cultibus solebãt, ò tẽrque quaterque beatos homines: ut pote qui nec malis consentiunt, & iusto ac congruenti vltionis genere vtuntur. Quales enim à vobis tam aris, quam publicis hymnis & sacrificiis honorantur: tales ipsi¹⁰ rapacibus coruis sæpenumero in prædam obiecerunt. Quod si, ut Theologis vestris placuit (Nam sunt quoque apud vos, qui diuinos cantus interpretentur) hæc quidem inanem tantum cantilenam esse, atque, ut suavis musicæ leges ferunt, carnem cum iocosa fabula coniunctam fatemini: cæterum illud contẽditis, grauem
C quendam sensum prudentibus duntaxat viris, ingenijque acumine præditis conspicuum, sub obscena & meretricia verborum specie abstrusum latere, quasiq; duplici facie constare, ac, quod de¹¹ Mercurio aiunt, aliũ à fronte, alium à tergo esse: vide quã inuisita hoc quoque te ratione ineluctabili que argumento constringam. Est etiam in scripturis nostris duplex sensus, alter internus ac spiritalis, alter externus, nec literæ corticem excedens. Ille à paucis perspicitur: hic à plerisque intelligi potest. Quod ea ratione factum puto,¹² ut sapiẽtes meliori quã cæteri conditione sint, aut quod non sine labore ac negotio acceperunt, studiose quoque conseruent ac retineant. Quod enim aliquis celeriter faciléque adeptus est, id ne retinere quidem magnopere curat. Verum hanc sermones nostri rationem habet, quod & corpus ipsis illustre est, & anima præclara atque diuina: aptissimè ut conferri cum duplici veste possint, externè nimirum purpurea, internè autem eximio candore pellucida. Nullius omnino turpitudinis, nullius obscenitatis velo Deus mihi tegitur atque occultatur. Puderet enim me sanè fabulæ adiumento ad diuinitatis cognitionem niti. Quis tibi hanc necessitatem affert, ut¹³ per Scyllæos scopulos, per crudelem Charybdim, vbi fortasse naufragiũ facturum es, ad Ithacam properes: Quis te cogit, ut ad purissimum diuinitatis fontem pergens, cæno immereris? Sic enim fiet, ut dum luto adhærescis, limpidissima interim aqua dilabatur. Quin hoc etiam queso animaduerte. Multò maxima
E hominum pars vitis addicta est, atque etiam si dux desit, spõte tamen sua in scelus fertur. Per pauci omnino ad virtutẽ tendunt. Fluminis porrò rapidum cursum sistere, magni laboris mihi res esse videtur. In pronũ autẽ ac decliue ferri, per facile.

Cur spiritalis scriptura sensus obscurus sit.

Cui rei similitudo scriptura facta.

Homines magna ex parte mali.

cile: Quocirca si deos sceleris principes antistitesque constituas, priusquã obscuræ fabulæ caliginem prudenti oratione discussis, fabulæ cultorem ad lucem contendentem opprimes. Quid pluribus verbis opus est? Age iam, licet alioqui ea sis ingenij solertia, ut alios quoque coarguere ac disputandi arte superare queas, vide¹⁴ num ex hoc dilemnate te extricare atque elabi possis. Si dij illi, quibus statuas erexisti, fabulæ sunt, quin tu hos disturbas, humique proicis? Quid enim tam absurdum ac præposterum,¹⁵ quã obscenitatem eam, quam ipse non credis, opibus tuis honorare, atque interea Deum patrem vitæque authorem aspernari? Sin autem nullum doctrinæ vestræ inuolucrum, nullamque caliginem fabula offundit (ne alioqui æquè ac verulæ, quæ poculis noctibusque insomnibus delectantur, fabulas comminisci videamini) prodigiosa hæc omnis superstitione in profundissimum maris gurgitem demergatur, quemadmodum magna quoque iam ex parte deleta atque extincta est. Christus enim ab orbis finibus omnia occupauit, posteaquã manibus suis, quas quondam in cruce expandit, terræ fines in vnum coniunxit. Quod si, quoniam meus etiam Deus è virgine matre nouo atque inaudito generationis modo prodierit, atque ut passionibus meis, vitioque, quod me in terrã prostrauerat, mederetur, mortem oppetierit, mortuisque iunctus fuerit, ac deinde reuixerit, hoc tibi parum graue atque honestum videtur. Age, quãdo quidem, ò mundi amice, pueros deos ex puris procreatos
B colis, hodierno die, quod antehac minimè fecisti, verbis meis, quæ Christus Deus meus mihi inspirauit, aurem accommoda.¹⁶ In multorum hominum ore hic sermo versatur Dei hominem¹⁷ ex virginis sinu ortum esse, quem spiritus sanctus cum Dei magni templo coagmentauit,¹⁸ templum sanctum extruens: mater etenim virgo templum Christi fuit: Christus autem Verbi. Hoc quippe fixum & constitutum erat, ut quoniam pestifer ille serpens naturam nostram sub transgressione tenebat, diuinius hominis procreatione vitium pelleretur, grauisimumque nefarij draconis imperium quali vinculis quibusdam premeretur. Quocirca virginis ventrem subiit,¹⁹ dimidiãque generationis nostræ parte relicta, dimidiam honorauit: quatenus nimirum eum virgo mater peperit. Postquã autem Spiritus sanctus eum condidit, atque in ipsis visceribus²⁰ diuinitate affecit: expleto eo temporis spatio, quo alio gestandus erat, in lucem produxit. Tum verò Christus crassam carnem induit, templumque pura diuinitate compleuit. Duplex enim natura Deus vnus erat, ut quidem ipse certissima fide teneo. Neque enim pars mortalis immortalis parti implenti celsit. Volens porrò mortem oppetiit, ad breue quoddam tempus tumulo corpus suum commendans, ut ea ratione à morte ad vitam excitatus, mortuos ad vitam reuocaret, durissimum ferrum instar Magnetis sursum trahens. Me namque totum cum humanis omnibus conditionibus Christus assumpsit, carnem, partum, formam, contumeliam, sepulturam, gloriam, resurrectionem arripiens. Proinde effrenatum istum orationis impetum
D aduerfus me bellum geritis: & cum cœnum quo toti obliti estis, minimè perspicatis, guttulas tamen meas sollicitè ac diligenter obseruatis. Quod si verum sermonem attenda aure audire cupis, etsi non dubito quin plerisque parum grata hæc oratio futura sit (neque enim in plerisque ratio integra est, qui vanis opinionibus hærentes nulla veritatis cura tanguntur) aperte tamen id quod certissimum est, dicam, licet alioqui purissimam candidissimamque vitam in primis concupiscam. Nihil præter vitium turpe atque inhonestum est: præter virtutem nihil bonum & eximium. Alia omnia in bonorum ac malorum medio posita sunt, atque à nostra voluntate pendent. Ex quò efficitur, ut ea & bonis commoda & præclara sint, & malis turpia & inconcinna. Quo in genere illud quoque materiam
E meam mysterium ponendum est, membris nimirum accedente immortalis Dei figura. Neque enim ille odio impulsus hominem diuinitatis suæ testem, regemque terræ, regisque sempiterni decus, procreauit. Nec verò hominem amans,
 ee ;

Dilemma aduersus Gentes.

Maria virgo Christi templum.

simile.

Nihil præter vitium turpe.

simile.

²¹ tristem & miseram ei generationem præbuisse: Alioqui loquendi finem fac, mentemque tuam & cogitationem à Deo auerte. Nam si per purum atque incorruptum ventrem in lucem Christus minimè prodiit, purus utique non fuit: quod enim purum est impuro corpore capi nequit. Sed fuerit sanè, si ita lubet, impuro partu editus. Illud tamen apud omnes, qui quidem sana mente sunt, perspicuè constat, solem iis omnibus ad quos accesserit lucem afferre, omnesque, qui suavi quodam optimèque fragranti unguento delibuti fuerint, statim optimè redolere: tantum abest ut vel sol, vel unguentum sordes vllas spurcitiè contrahat. Ad eundem quoque modum Deus per puram matrem prodiens, ad eò ipsius visceribus nihil fœdatus ac conspurcatus est, ut ea etiam perpurgarit. Eodem modo cum mortis imperium morte sua sustulit, ac deleuit, nec ipse, quantum ad diuinitatem attinet, aliquid à morte perpeffus est, & ipsam oppressit atque extinxit. Ac talis quidem oratio mea est. Tu verò linguam tuam antea indomitam atque effrenatam, nunc tandem coërce ac doma. En sic Christus meus loquitur (vide autem, ut lingua faucas, ac bene ominosa verba loquaris:) Hyems præterit, ver aduenit, luculenta est cœli serenitas. Agendum, igitur, immenso lumine vosmetipsos explete. Quousque tandem in caliginosis speculis vincti tenebimini? En tempus illud adest, quod Spiritus sanctus vobis olim affuturum promisit. Huc agite, & viuite, nouumque expiationis modum suscipite. Cessate cantores, cessate, inquam, & infani dæmones nefarios cantus miseris inspirantes. ²² Orpheus feras ducat: Aescræus ²³ Hesiodus Perfi suo canat: Troiã & dolores Homerus cætet: ²⁴ Musæus & Linus poëtices antiquissimè laude celebres, carmina sua, quibus deorum laudes complectuntur, secum efferrant. Ter maximus ille ²⁵ Mercurius inuitus etiam ac repugnans orationi meæ opem ferat, crucemque carminibus suis ²⁶ Sibylla colat ac veneretur. Ita nimirum vtrunque horum spiculis suis incitante maximo illo Dei numine atque afflatu. Nec verò me quicquam hoc mouet, quod propius aliquando, quàm nonnulli alij, ad veritatem interdum accedant. Non enim id diuinitus ipsis contingit: sed quia ²⁷ libros nostros velut limis oculis inspexerunt. Ipsi enim partim luminis omnes expertes fuerunt: partim quasi micanti quodam fulgore perstrikti, eo statim or-
C bati sunt. Quocirca doctrinæ nostræ tandem aliquando cedite, melioremque mentem induite. Apollo extinctorum deorum mortem vaticinetur. ²⁸ Sibi enim pater, matrisque ac conceptionis expers est ille, qui postremo suo cantu perniciosum meum robur euertit. ²⁹ Castalia, Daphne, quercus oracula iaceant, nec iam apud stolidos & væcordes homines vigeant. Iaceat Ammon, ³⁰ vaniloquus ille dæmon, quem Aegyptij pro Deo colunt. Iaceant insuper ³¹ Branchidæ, & ³² superciliosus Epidaurius. Iaceant sacra & ceremoniæ tam occultæ, quàm perspicuæ. Atque in primis nocturna ³³ Eleusiniorum sacrorum obscenitas, furiosusque in sacerdotum executione Phrygiarum tiliarum sonus submoueantur. ³⁴ Di-
D ctæi deinde Corybantes cum armis insanientes, ac Bacchantium agmen Semeles prolem circumstantes atque in montibus versans, procul ablegentur. Iaceant nocturna eaque perniciofa ³⁵ Hecatæ spectra, itidemque scelerata Mithræi templi facinora, atque orgia nulli iam ignota. Iaceant ³⁶ Gallæ Cybeles ululatus, iique omnes honores, quibus turpissimi atq; effœminatissimi homines Nilû frugû datorem prosequuntur. Isis & Osiridis mugitus tristes, & Serapis, lignum aridum, cum pestifera sua fabula explodantur. Iaceat Apis vitulus obesissimus à stultis Memphitibus adoratus. Nam quid te ³⁷ Lacæna misera commemorem, ad cuius aram adolescètes verberibus sese inuicem proscindebant: Quid te Getice ³⁸ Zamolxis, per turbam sagittas mittens: Quid etiam hospitibus perniciosum Tauroscytharum sacrificium referam: Quid Deum illum, ³⁹ Prosymni, formosi adolescentis, ligneum veretrum adamantem? Quid lasciuum illud & impudicum,
E quæstuosum tamen festum, quod in Cypriæ veneris honorem celebrabatur? Quid denique de Lindiis illis sacris, quæ acerbissimis quibusdam conuitiis, verborumque

Zamolxis.
 Tauroscy-
 tharum in
 hospites
 crudelitas.
 Lindia sa-
 cra.

borumque contumeliis magna ex parte constabant? Omnia Christus verus simul ac nouus (id quod maxime mirandum est) sacrosancto suo cruore sustulit. Te quidem Empedocle, inanis gloriæ studio inflatum, ignis Aetnæi crateres, æreis leuissimi ac stultissimi Dei calceis flammæ æstu sursum eiectis, mortalem prodiderunt: ac per funestum saltum ad immortalem gloriam aspirantem, sempiterna apud homines infamia notarunt. Vos quoque ô Hercule, Empedotime, Trophoni, inanisque ac fastuose Aristæ, fabulis vestris finem imponite. Ipsi quidem non diuos, sed mortales vos esse, per ea quæ perpeffi estis, ostendistis: atque aliquandiu ab hominum oculis conspectuque vosipfos subducentes, diurna fraude, vestratumque commentis & fabulis adulterinam gloriam arripuistis. At Christus nec paucorum hominum vocibus circumscriptus fuit: nec illius fama temporis longinquitate imminuta atque obscurata est, quemadmodum fumus, qui in aère confestim euanescit. Hæc enim inanis & infirmæ gloriæ natura est, ut statim decidat. Quin potius celebrior in dies apud homines futurus est, ipsiusque nominis splendor in omnem posteritatem crescet. Ex eoque tandem fore confido, ut orbem vniuersum vinculis suis astrictum teneat. ⁴⁰ Sic enim diuinitus constitutum ac decretum est: ac iam oraculum illud in opus prodiit. Sed ⁴¹ hæc in Dei arbitrio posita sint: Ego autem, quæ me Deus, lumen meum, edocuit, narro, ac doctrinæ nostræ fundamenta omnibus refero: Deitatem nempe, orbisque creationem, quòque modo clauum mundi Christus, magni Dei Verbum, gubernet, resque omnes administret. Atque hæc cursim paucisque, ut mei moris est, versibus perstrinxim: quæ autem ⁴² ultra Gades sunt, proieci. At, ô amicorum præstantissime Nemesi, hoc à me amoris erga te mei pignus, donumque omnium iucundissimum, quod mihi ex omnibus facultatibus meis vnum superest, quæso accipe. Accipe, inquam, non Cygni, cum in seniles pennas ventus inciderit, mortem suam deplorantis, cantum, nec tristes hyemis tempore, quo canoræ omnes aues obmutescunt, Luscinæ modulos: verum cationem eiusmodi, quæ diuinitatem hominibus afferat, ex Christifero ore manantem. Quocirca hoc tibi pro his omnibus beneficiis rependo, quæ in me & senectute fractum & morbo laborantem contulisti, quibusque me eruditionis ergò, cuius ipse laude excellis, supra alios omnes affecisti, idque quod valde mirum videri debet, priusquam tibi de facie notus essem. ⁴³ Vulgus enim hominum pudorem fere non nisi in oculis habet. Quod si tu admonitioni huic nostræ parueris, velisque nostris nauigationem dederis, ô te & ductus & metæ nomine mirè fortunatum. Sin autem verbis nostris minimè obtemperadum duxeris, teque inuidus ille spiritus, vnum hominem omnes felicitatis numeros explere non sustinens, vsque ad eò fallat ac circumscribat: præclarum hoc certè Gregorij monumentum te vti nam consecetur. Postea enim futurum fortasse est, ut orationem meam comprobet, ex paruo nimirum igniculo ingentem flammam in aërem attollens. Quod si contingat, ad hunc modum quispiam loquetur: Nemesis excellenti animi magnitudine præditus, iudicis munere apud Cappadoces integerrimè functus, non aurum, non argentum, non generosos & pernicitatis gloria florentissimos equos (nec enim opibus vllis virtus ipsius labefactari ac vulnerari potest) è prouincia decedens, abstulit. Sed pro omnibus rebus Christum compilauit, magnam, inquam, illam splendidamque Margaritam, qua Cappadoces prouinciales mei (verè hoc nomine gloriabor) mortales omnes antecellunt. Atque vti nam, ô Nemesi, ut nunc nostris, sic cœlestibus quoque paginis nobiscum inscribaris.

Empedo-
clis vanitasinanis glo-
ria statim
euanescit.

SCHOLIA.

- E** 1 Malam causam) Gr. ἡσυχία μὲν δὲν, id est inferiorem orationem, de quo vide Scholia in priorem inuectiuam aduersus Iulianum.
 2 Altissima ac) Alludit ad illud Pauli, Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

3 Quaequidem materia) Cr. av to av' bñ d'ca qmā, & c. Absurditatem Ethnicorum ex eo ostendit, quod idem lignum partim in Deum effingerent, partim in ignem conuicerent, aut etiam prorsus vt inutile abiicerent, sic Horatius: Olim truncus eram ficulnus inutile lignum, Cum faber ignarus, scamnum faceretue Priapum, Maluit esse Deum.

4 Egregij figmenti) Hominis scilicet.

5 Nefarium cruorem) Victimarum cruorem intelligit, quas homines amentes demonibus mactabant.

6 Cum cruce) Et tamen audent impij homines, & verè Christi crucis inimici sacrilego ore in eos debacchari, qui pium illum signandæ frontis ritum ab ipsis Apostolorum temporibus ad nos vsque perpetua successione transmissum, retinere malunt, quàm cum ipsis diuina omnia susque deque miscere. Vide Schol. prioris inuect. aduers. Iul.

7 In omnia quæ Cupido) Vide Lucian. in Dial. Iouis & Cupid.

8 Ithyphallos & c.) De Ithyphallis à nobis dictum est. Per cornutos Panem fortasse intelligit, qui cornutus ab antiquis pingebatur, vt est apud Albricum in libello de Deorum imaginibus. Atque etiam Hyginus in libro Fabularum cap. 196. eum Ægoceron, id est, capricornum dictum fuisse scribit, quod se in Capram aliquando conuertisset.

9 Nobis auscultandum) n. m. enim legendum esse sensus ipse ostendit: quemadmodum & præcedenti versu pro μὲν μὲν dicit.

10 Rapacibus coruis) Id est, extremo supplicio affecerunt. sensus est: Quæ hæc absurditas ac vacordia est, adulteros atque impios in parentes vt Ionem, fures vt Mercurium, & c. pro diis colere: cum in optima quaque Rep. homines huiusmodi criminibus constricti acerbissimis penis excrucientur.

12 Vt sapientes) Lego enim cum Aldina emendatione ως καί, non vt in impressis codicibus ος καί.

13 Per scyllæos scopulos) Per scyllæos scopulos & Charybdim ad Ithacam properare, & per cænum ad fontem sese conferre, proverbiali locutione dici possunt, qui rem aliquam honestam & egregiam parum honesta ratione persequuntur.

14 Num ex hoc dilemmate) Locus est in Græco corruptus, à me vt opinor restitutus: Græca sic habent, ἀλλὰ τί μὲν παρόντων, οὐδέ μὲν λόγον αὐτὸς ἀλλόθεν. Ἀμφὶ δὲ τὸν πινυτὶς ὡς εἰσὶν, ἄλλοι ἐλέγξαν. Quæ verba quid significant, alij viderint. Ego post εἰσὶν vnica dictione ἀμφὶθεν lego, comm odissima, nisi me multum opinio fallit, sententia. λόγον enim ἀμφὶθεν vocat argumentum ex vtraque parte aduersarium ita vrgens, vt ex eo sese explicare nullo modo possit.

15 Quam obscenitatem eam) Verbi gratia, si Nemesio Phallos & Phallagogiam, aut Deorum coitus, atque incestas nuptias probri loco obiecero, ille statim occinet, se non ita bardum ac stolidum esse, vt res huiusmodi veras esse existimet. Tum ego, si his rebus fidem nullam adhibes, quid ergo afferre potes, cur in huiusce turpitudinis cultu facultates tuas expendas?

16 In multorum hominum ore) Quoniam hæc & quæ sequuntur in Græco ita obscure ponuntur, vt non admodum facile sit ex iis authoris sententiam assequi: non alienum erit paucis verbis ipsius sensum indicare. Obiiciebat Nemesius turpe & Deo indignum esse, eodem modo, quo ceteri mortales, ex matris alio in lucem prodire. Hoc vt refutet Gregorius, primò quorundam opinionem profert, qui Christum non per matris vterum, sed per sinum in lucem editum fuisse asserbant. Quam tamen opinionem sibi parum probari aperte ostendit. Aliam ergo rationem & quidem verissimam ac firmissimam affert, cur Gentilibus turpe videri minimè debeat, Christum è matris vtero produsse: atque præter vitium nihil turpe atque inhonestum existimandum esse: proinde nec modum eum quo mortales in lucem educuntur, sædum atque impurum censeri debere. Et hæc omnibus hominibus in genere conueniunt. Ad tuendam autem salutiferi partus puritatem validissimam rationem duplicemq; similitudinem adducit. Ad hunc enim modum argumentatur: si per impurum venterum Christus fluxit, impurus quoque ipse sit necesse est. Prob. Quod enim impurum est, puri capax esse non potest. Consequens est falsum. Ergo & antecedens. Postea optimæ causæ fiducia hoc quoque ἀλλόθεν aduersariis concedit, non purum fuisse pariendi modum. Ac duplici similitudine ostendit, quod etiam si hoc ipsis detur, nihil tamen inde diuinæ maiestati decessurum.

17 Ex virginis sinu) Hæc non simpliciter idem significant, quod ex virgine nasci. Alioqui cur hoc diceret, in multorum, ac non potius in omnium ore versari? Quis enim Christianorum dubitat, immò non aperte proficitur Christum nostræ salutis authorem ex virgine natum esse? Cur etiam aliquot post versibus, his verbis vteretur. Quod si verum, & c. An enim verius est illud quod eo loco ait, quam quod Christus à virgine in lucem editus fuit? Ita igitur omnino hic locus intelligendus est, quemadmodum proxima annotatione demonstraui.

18 Templum sanctum extruens) εἰς ἄρῳ enim lego non ἀρῳ, vt quatuor versibus interiectis δὲ ὅσῳ pro ἡ ὅσῳ.

19 Dimidiæque generationis nostræ parte) His verbis significat in humanitatis Christi procreatione nullam viri operam intercessisse: sed eum ex purissimis virginis sanguinibus obumbrante spiritu sancto extitisse.

20 Diuinitate affecti) De humana Christi parte hæc intelligenda sunt.

21 Tristem ac miseram ei generationem) Cum inquit, constet, Deum amore non odio adductum esse, vt hominem in lucem proferret: verisimile non est, ab eo hanc illi conditionem impostam fuisse, vt sine peccati læbe in lucem edi non posset.

22 Orpheus) De Orphica cithara iam alibi diximus. Eleganter autem ait, Orpheus feras ducat, q. d. impius ille poeta, ac nefariorum sacrorum author de manibus hominum ponatur, atque ad belluas relegatur, vel certè à belluinis tantum hominibus legatur.

23 Hesiodus) Hesiodus libellus, cui titulus est, Opera & dies, ad Persem fratrem scripsit. Aseræus autè dicitur ab Asera vico natali, qui est in Bæotia.

24 Musæus & Linus) Musæus antiquissimus poeta Leandri & Erus amores versibus heroicis mandauit, qui adhuc extant. Huius honorificam mentionem facit Vergil. lib. 6. Æneid. Linus Orphei præceptor fuit, primusque, vt multi tradunt, à Phœnice ad Græcos literas attulit. Hermodotus Platonius lib. 1. discipl. operum eius catalogum textit.

25 Mercurius) Hermes Trimegistus, quem Latine Mercurium ter maximum dicimus, in dialogo eo vbi Asclepius introducit, Deum vnum omnino opinatur rerum omnium conditorem, errorèmq; fatetur parentum suorum, qui superstitiones idolorum inuenerunt.

26 Sibylla) Sibyllas decem fuisse scribit Varro, & postea Suidas: qui etiam, quod ad vaticinia de Christo attinet, primam Laudem Chaldææ nomine Sambetæ tribuit.

27 Libros nostros) Christianis olim ab Ethnicis quibusdam obiectum est, multa in libris diuinitas inspiratis inueniri, quæ à Platone aliisque authoribus accepta immò surrepta essent. Sed falsum hoc plagij crimen iuste in eosdem retorquent cum alij multi, tum in primis Clemens Alexandrinus, qui in libris Stromat. innumera loca scripturæ sacræ producit, quæ Ethnici scriptores in volumina sua transtulerunt.

28 Sibi enim pater) Christus si humanam ipsius naturam consideremus, cum pater est, vel potius, vt cum Paulo dicam Heb. 7. ἀπ᾽ αὐτοῦ. sin autem eiusdem diuinitatem spectemus, ἀμὴν & ὁμοῦς, id est, matris expers, conceptionisque nesciens.

29 Castalia) De his vide Scholia in priorem Inuect.

30 Vaniloquus Ammon) Iuppiter Ammonis in desertis Libyæ sub arietis forma colebatur: eoque stultissimi homines consulendi oracula causa vndique confluebant. Hunc Ammonium Iouem Gregorius Ægypti demonem vocat, qui Alexandrum Regem gloriæ cupiditate flagrantem falsa diuinitatis opinione imbuir.

31 Branchidæ) Branchidæ Didymæi Apollinis sacerdotes erant apud Posideum promontorium & oppidum Ionie, qui locus prius oraculum Branchidarum dicebatur, nunc Didymæ Apollinis. Plin. lib. 5. cap. 29. Huius meminit Strab. lib. 4. Hos Milesium templum Xerxi prodidisse, nepotisque eorum sacrilegi sceleris pœnas exoluisse scribit Suidas.

32 Superciliosus Epidaurius) Per superciliosum Epidaurium Æsculapium intelligere videtur, qui ob artis medicinæ præstantiam Deorum numero ascriptus est. Epidaurius autem dicitur, quod illic summa religione vel potius superstitione colebatur.

33 Eleuiniotum (sacrorum) De his vide Scholia in priorem Inuect. quemadmodum & de tibijs Phrygijs.

34 Dictæi Corybantes) Corybantes & Curetes eosdem facit, quemadmodum & plerique alij. Hi sacro correpti furore cymbala pulsabant, capitæque inter saltandum iactantes, alios in similem rabiem agebant.

35 Nocturna Hecate) Hecate, vt est apud Suidam, his qui imprecationibus quibusdam eam euocabant, prodigijs & absurda specie apparebat. Ipsorum enim oculis homines draconum capita habentes, atque inusitata corporis magnitudine præditos obiiciebat: vt huiusmodi spectaculo terrorem illis afferret. Quod de Mithra sequitur, iam exposuimus.

36 Galla Cybeles) Galla Cybele dicitur à Gallo Phrygiæ fluuio. De ea iam alibi diximus, quemadmodum & de his quæ quatuor versibus sequentibus continentur.

37 Lacena misera, Dianam Orthiam intelligit, eamque ideo Lacenam vocat, quod apud Lacedæmonios summa totius populi veneratione colebatur. Ad eius aram adolescentes verberibus sese inuicem lacerebant, vt iam alibi dictum est. Qui in eo certamine vicissent, βουγιῶν appellabantur.

38 Zamolxis) Zamolxis vnicus Getarum Deus erat: ad quem proficisci existimabant eos qui è vita decederent. Nonnunquã etiam sorte ex viujs aliquot deligebant, quos de rebus suis Zamolxidi nuntios mitteret: quos post mandata quæ illi nuntiata cupiebant, in sublime iactatos gladijs excipiebant, atque ita interfectos rectè ad Zamolxin proficisci credebant. Zamolxin autem quidem Pythagoræ seruum fuisse existimant, qui quod cetas ad cultiorem vitam reduxisset, ab iis habitus est pro numine. Vide Herodot. lib. 4.

39 Profymni) Hæc & omnia quæ sequuntur iam exposuimus: nihil vt necesse sit eadem nunc repetere.

40 Sic enim diuinitus) In omnem enim terram Apostolorum sonum diffundendum esse prædixit David. Et Christus ipse Matth. 24. prædicatum iri affirmat Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus.

41 Hæc in Dei arbitrio posita sunt) Ad verbum, in genibus Dei sita sint, quæ verba sunt hominis diuinæ prouidentie se submittentis.

42 Ultra Gades) Vide Schol. in Basil.

43 Vulgus enim hominum) Vide Schol. in Insomnium de Anastasia, Schol. vlt.

GREGORII SENTENTIAE

Distichis versibus comprehensa.

Vdus omnino vitæ pelagus sulca: nec naus cuiuspiam instar, nimis onustus mari te committe, alioqui iam iamque pessum iturus. Mortem velut præsentem semper tibi ob oculos pone: ita enim fiet vt cum ipsi occurrendum erit, superior existas. Perpetuum tibi sit hoc studium, vt mentem tuam templum Deo extruas. Hinc enim assequeris, vt eum pro spiritali statua in intimo corde habeas. Nosce te ipsum, vir præstantissimè, hoc est & vnde originem duxeris, & qua dignitate præditus sis. Sic enim facillè primarium illud pulchritudinis exemplar consequeris. Dies ad diem te transmittit, leuissimèque voluitur: At constantis hominis sententia sempiternum diem habet. Quisquis venientibus vicissimèque abeuntibus rebus confidit, ille vtique fluuius perennè labenti confidit. Par meo quidem iudicio malum est, vita & oratio scelerata: vtram earum habueris, alteram quoque profecto es habiturus. Flagitium est, hominem impurum sacrificiis adstare: Flagitiosus autem omnes mortuorum reliquias venerari. Caue vnquam in virtutis via subsistas. Tibi enim, qui à vitiosa vita excessisti, perinde esse puto consistere, ac si in imum vitij gurgitem laberis. Videns cæcus est, qui vitij sui exitium minimè intuetur: Contra qui beluæ vestigia sedulo indagat, hunc perspicacissimum esse iudico. Cùm ad vitiorum profligationem medici opera indigeas, si vitia celes, perniciosam certè putredinem nunquam effugies. Tuus sermo est, opus meum: qui facinus haudquaquam honestum admiserit, ex honesta oratione nihil aliud commodi feret, quàm vt pro focia aduersariam habeat. Contumeliæ atque insolentiæ parens est satietas: tu verò, me quidem authore, in hoc elaborabis, vt animus natura sua perpetuò volubilis in te fixus & constans sit. Curabis etiam, vt solas diuinitatis opes tibi compares, mundumque vniuersum araneorum telis similem semper arbitreris. Cætera omnia, quæ homines possident, aliena ab hac vita sunt. Nam, si verè dicendum est, sola vitæ virtus, dicenda est. Venite igitur (omnibus Verbum inelamat) atque ad Trinitatis cognitionem properate. Animis vestris hoc infigite, quicumque matrimonium contraxistis, vt vberiore atque ampliore frugem in cœlestia horrea inferatis. Quæcunque rursus pro spòso Christum cõplexæ estis, virginitatísque studium profitemini, omnia Deo offerte. Splendor præclarus est Monachus: verum animum à mundo abducat, atque à mulieribus quàm longissimè absit. Contumelia est fidem in corporis superficie ac non in corde habere. Quod enim altè impressum non est, facillè obliterari potest. Id demum mihi placet, quod altissimas in animo radices egit. Caue ne vel nimis rigidam iustitiam, vel incuruam ac versutam prudentiam habeas. Optimus enim omnibus in rebus est modus. Animi prædientiam rege, ne alioqui à fortitudine ad temeritatem desciscat. Nam temperantis animi est, nonnihil quoque ferentis præ se ferre. Diuinis oraculis mentè assidue patere vtilissimum est: hac enim ratione diuinarum legum scientia comparatur. Optimus esse contende: displice his, quibus displicere quàm placere præstat. Fœda enim est gloria, vitio delectari. Turpe est eum, qui virtute excellit, nefariorum hominum patronum se profiteri: quod perinde esse puto, ac si pedem ipse tuum intra vitium habeas. Quemadmodum aurum fornace, ita vir bonus afflictione exploratur: ac plerunque dolor incolumitate leuior est, magisque expetendus. Deum ille facillè abiurarit, qui parentem suum negat. Scito autem pietatis quoque magistrum patris loco tibi colendum esse. Tineæ omnia abrodunt: Sepulchris opes tuas ne relinquant. Nullus enim funebris honor eum præclara fama comparari potest. Hospitibus nostratibus parce, potissimè autem mortuis, qui humana omnia morte reliquerunt. Age verò deserto vniuerso hoc mundo, mundique sarcinis excussis, ad vitam cœlestem vela pande. Atque omnia quidè egregia:

Mundus araneorum telis similis

simile.

egregia opera, vt Deo dignum est, exequere: sed præsertim Trinitas tibi curæ sit. Amens est ille, qui sempiternum Dei Verbum non æquè ac Patrem adorat. Amens itidem, qui Verbum hominem hinc visum non æquè ac cœlestem Verbum colit: verum aut Verbum à Patre, aut formam humanam crassitiemque nostram à Verbo disiungit. Deus erat, sed compactus est. Patris Verbum est, homo noster: vt huiusmodi mixtione Deum hominibus misceat. Vnus vtrinque Deus est, hæcenus homo effectus, vt me ex mortali Deum efficiat. (Parce quæso primarie Deus hoc verbo vrenti.) Atque hæc nobis dixisse sufficiat. Quid enim genus, mixtionemque omni oratione sublimiorem indagare aggrediar? O mortales cùm de Deo agitur, sermonis mediocritate contenti estote. Ac siquidem tibi fidem nostra oratio fecit, bene se res habet: Sin tu multis versuum millibus charitam inficere obstinasti, huc age, in tabulis tuis paucos hos versus calamo meo atroris omnis experti, cõscribã. * Virgo & oculis, & abditi corporis partibus, virgo esto, nec marem vllum curatorem tibi asciscas. Christum amicum habes, viros omnes aspernare. Quid tibi mortiferum toxicum intus habere opus est? Equidem in hac canitie corpus lanio, oculos premo, diurnis nocturnisque curis ter miseram animam conficio, vt eam à flamma extraham: ne sic quidem tamen nisi admodum ægrè corpus in potestate teneo. ⁸ Quanam ergo fronte tu & ætate florens, & carnes elephante ipso latiores excitans, postea mihi delicias facis, perinde atque egregia quadam puritate præditus, atque amasiam tuam spiritali duntaxat amore complectens: O auerandum amorem, quem Christus fastidit. Monachi monasticam vitam ducite. Nam si cum amasiis vitæ consuetudinem habeatis, non iam monachi estis. ¹⁰ Societas enim à monachismo abhorret: Angelicæ gloriæ imago est vnitas: quod si amasiis oblectamini, mortalis vtique dualitatis amici estis. Virgo Christum habes immortalem adiutorem, sponsum desiderabilem, erga cœlestem formam tuam zelotypum. Proinde caue, ne carnem rursus, ¹¹ carnisque scelus accipias: flagitiosarumque rerum curatorem fuge. Immaculatam Christi tunicam turpitudini miscere noli: ne alioqui virginibus omnibus probrum ignominiaque notam inuras. Quàm difficile est ei, quæ carnes propinquas habet, libidinis tumultus effugere! Quocirca monachi procul à fœminis vos remouete: ¹² multa quippe matrimonij, etiam ante contractum matrimonium, arcana sunt, quibus mulier animam suam conspuat, soloque aspectu semen trahit. Ignis stipulæ propinquus parum tuta res: nihilo tutius, ¹³ ò monache, tibi fuerit, mulierem virginem contubernalem habere. Marem & fœminam spes melior separauit. At natura occultum morbum intus habet. Si procul à fœmina abfueris, manet scintilla: si autem vitæ commercium cum ea habeas, ex paruo vento incendium magnum excitabis. Inter album & nigrum fuscus color interiectus est: inter vitam & mortem nihil est tertium. ¹⁴ *σωεσθεσεως* autem, sic enim omnes appellant, haud satis certum habeo, inter coniugatos, an inter cœlibes numerare debeamus: an eos medium quiddam inter utrosque esse statuemus. Quamlibet enim me maledictis incessatis, nunquam tamen rem huiusmodi comprobabo. Marem omnem fuge, imprimis autem *σωεσθεσεως*: ¹⁴ Merræ, mihi crede virgo, amarulenta est aqua. Alij aurum, alij argentum, alij opiparè instructas mensas, hoc est, vitæ ludibria, alij sericas telas, alij frugiferas terras, alij denique quadrupedum greges in pretio habent. Ego verò Christum amplissimarum opum instar duco: quem vtinam aliquando nuda mente purè mihi intueri contingat: cætera autem mundus habeat.

SCHOLIA.

E A eo loco, quem nos asterisco notauimus, omnia vsque ad finem temerè ac nullo cum iudicio quispiam superioribus attextit. Fit enim subita & quidem perpetua digressio, vel potius aberratio ab eo quod titulus in fronte pollicetur. Relictis enim sententiis suis in alio prorsus alieno argumento versatur, nimirum in turpibus illis contuberniis insectandis, quæ nonnulli pseudomonachi cum sororculis quibusdam, quas,

specioso videlicet nomine ἀζαρπίαε vocabant, nō sine magno omnium offendiculo contrahebāt. De quo vā de pag. 317. Schol. 4. In hac porro digressione post aliquot Elegiacos Heroici versus inferuntur, semelque atque iterum carminis genus immutatum reperitur. Id quod perspicuo argumento est, Gregorium hęc, vt forte in animum veniebant, in charta quadam scripsisse, quę postea quidam, quoniam eandem materiam complectebantur, vt coniuncta reperit, ita coniuncta quoque primo cuique tractatui assuere non dubitavit.

1 Ita enim fiet) Quid enim morti tantas aduersus hominem vires suppeditat, quā quod nunquam nobis moriendum esse cogitamus? Quare non mirandum si improuisus ipsius impetus animos nostros frangat, metuque debiliet. fortasse etiam alludit Gregorius ad illud scripturę, Memorare nonissima tua, & in eternum non peccabis.

2 Omnes mortuorum reliquias) De falsis diis hęc accipienda sunt. Neque enim hęc habent heretici quod arrodant. Tantum enim ab eo abest Gregorius vt cum honorem, qui sanctorum corporum reliquiis a piis hominibus haberi solet, exagitantum putet, vt Cypriani cineres innumera miracula edere solitos scribat, ἀπείρα, inquit, δειμάτων κωπριασθῶν ἢ ἡ γωνίης μὲν τῆς πίστεως. Id est, vt exponit Nicetas ἐὰν πρὸς ἀποστολῆς μὲν πίστεως. Quę omnia, inquit, efficere possent ipsi etiam Cypriani cineres, dumtaxat si quis cum fide accedat.

3 Ac si in inum) In Græco legendum κακὸς ἐς βυθὸν ἔρπον δὸι πῶτος, Hoc est enim quod vulgò dicitur, in virtutis via non progredi, regredi est.

4 Quam vt pro socia aduersariam habeat) ἀπὲρ θεῶν lego, non ἀμφότερον. Hoc enim vult Gregorius eum, qui in flagitiosa vitæ ratione præclaros interim sermones habet, de ore suo, vt Christus dicebat, seipsum indicare, atque condemnare. Quod si quis erit, cui ἀμφότερον retinere libeat, honesta & grauis oratio homini sceleratè viuenti σὺμπαχος ἀμφότερος erit, id est, dubiam opem afferet. Quatenus enim pulchra ea & laudabilis est, ipsius partes tueri videtur. Quatenus autem à vita moribusque discrepat, eidem aduersatur.

5 Ampliorem frugem) His verbis coniugatos admonet, vt nihil aliud in liberorum procreatione sibi proponant, quā vt maior sit eorum copia, qui Dei sempiternum numen laudent. Quemadmodum & in Patrenet. ad Olymp. Hunc præclari matrimonij finem esse debere ostendit. Potest tamen ad hunc quoque modum hic locus explicari, vt his verbis, eos qui in matrimonio viuunt admonet, vt non tam curent filios multos in lucem edere, quā vt ipsi virtutibus augeantur atque egregios animi factus in lucem profierant.

6 Hactenus homo effectus) Corruptus est haud dubiè hic locus in Græcis codicibus, ἐὶς θεὸς ἀμφοτέρων ὁ ἀμύροπος sic, vt opinor restituendus, ἐὶς θεὸς ἀμφοτέρων, Ἦσσα βροτῆς, & c. Quemadmodum ait in carmine de Human. nat. Christum idcirco carnem induisse, ὡς με θεὸν πλάσσει εἶδει τῶ βροτῶ. Sententia ergo Gregorij talis est, vt Christus homo factus est: ita nos quoque dii efficiamur. Et oratione de Filio, causam natiuitatis Christi afferens, ἦα, inquit, ἡμῶν πατρῶν θεός, ὁπὸ ἐκείνος ἀδραστεῖς. id est, vt tantum efficiar Deus, quantum ille homo. nec enim aliam ob causam humanam naturam assumpsit, quā vt nos diuinitate afficeret.

7 Atroris omnis experti) Vox Græca μύρον & nigrorem significat, & atramentum. hęc autem metaphorice per nigrorem, atram ac virulentam hereticorum doctrinam intelligit.

8 Quanam ergo fronte) Hęc repente mutata persona mares alloquitur.

9 Amasiam tuam) Gr. ἀζαρπία. Nec enim aliud aptius verbum in præsentia occurrit, quod Græco respondere queat. ἀζαρπία sororculæ erant, quę cum monachis quibusdam, non libidinis explendæ causa, vt quidem præ se ferebant, sed ad solitudinis solatium, vitæ consuetudinem habebant.

10 Societas enim) Ad verbum dualitas, quę à monachismo abhorret, vt nomen ipsum aperte declarat. μοναχός enim est, qui solus viuuit.

11 Carnisque scelus) Gr. μὴ σάρκα πάλιν σαρκός τε πρὸς αὐτὸν δέξῃ. Quo loco quid significet πρὸς αὐτὸν, alij viderint. Ego pro πρὸς αὐτὸν lego πρὸς αὐτὸν. si cui hęc emendatio non placet, meliorem afferat, & ei gratiam habituri sumus.

12 Multa quippe matrimonij) q. d. Non est quod tibi virginitatis laudem arroges, etiamsi corporis tui copiam nulli viro feceris: nisi animo quoque & oculis sensibusque omnibus castitatem colas.

13 σιωπησὶ κλοῖς.) De hac voce vide pag. 317. Schol. 4.

14 Merra) Mara vocatur hic fluuius Exod. 15. Sensus Gregorij talis est. Vt fluuius ille licet pulchras ac lymphidas, amaras tamen aquas habebat: sic monachus ille contubernalis tuus, ex cuius consuetudine plurima tibi vitæ solatia atque oblectamenta proponis, magnę tandem acerbitati tibi futurus est. q. d. sub sancti ac spiritalis contubernij specie te in fraudem inducet, tibi que tandem, id quod vita ipsa charius esse debet, eripiet.

ADVERSVS

ADVERSVS MULIERES AMBITIOSAS

sus sese ornantes & excolentes.



Aucte, ô mulieres, ne caput vestrum nothiis & adulterinis criminibus, tanquam turribus quibusdam muniatis, mollia colla è scopulis delicatè ostentantes: neu Dei formas fœdis coloribus inungatis, sic vt iam non facies, sed laruas gestetis. Neque enim mulieri nudum caput viro conspiciendum præbere fas est, dum vel coma auro stringitur, vel certè omnino soluta, humerisque hinc atque illinc pendens, mollibusque ventis agitata, Mænadis cuiusdam instar, subsultat. Nec verò cristam illi, galeis similè, superne ferre licet, proculque conspicuam speculam viris collucentem, casariam nimirum tenuissimo lino pellucidam, simulque occultam ac perspicuam, quaque parte velo minimè obregitur, flauum quiddam coruscantem: ita vt manus opus & labor appareat: tum videlicet, cum formæ magistram oculorum sensu carentem, hoc est, imaginem vitæ expertem sibi constituens, pulchritudinis exemplum illinc petit. Quin potius, ô mulieres, si naturæ beneficio formæ elegantia vobis concessa est, pigmentis eam ne occultate: verum puram eam solis maritis vestris conseruate, nec procaces & impudicos oculos aliis quibusquam iniicite. Oculos quippe cor nefariè sequi solet. Sin autem pulchritudo vobis à natura negata est, secundam deformitatem fugite. Sic enim pulchritudinem eam voco, quæ manibus atque arte, comparatur: pulchritudinem, inquam, eam, quæ à terra producitur, atque à triuialibus mulierculis, & quidem paucis obolis emi potest. Pulchritudinem, inquam, quæ absterfa, in terram fluit, nec ad risum consistere potest, simulatque effusior lætitia genas totas soluerit: quæ etiam lachrymarum riuiis proditur, & humido timore, guttisque exiguis adeò labefactatur atque deletur, vt gena, quæ prius gratissimo quodam nitore prædita erat, eadem repente non sine magno hominum risu bicolor, subatra, mar-morea, nigra, miniòque tincta appareat. Non ergo te pudet, pulchritudinem, quæ tam faciliè prodi atque obliterari potest, retinere? Atqui hęc non statuis viuis motuque præditis conueniunt: ob idque turpe & flagitiosum tibi est, portabilem formam multisque modis debilem habere. Sic alterum corpus Dei est, alterum manus: illud vetus, hoc nouum ac recens. Dicas pratum quoddam esse, duplices flores, iucundos nimirum, vicissimque ingratos & inamœnos ferens, aut vestem quandam bicolorem, pluribus zonis tractam. Quocirca pictum ac fucatum corpus, vel fuge, vel conserua: nec turpe atque obicœnum tibi formæ adiumentum ascisce. Quid enim alioqui agis, quā quod Penelopes instar telam noctu soluis, interdium texit, internèque Hecubam, externè Helenam refers. Enimuero si qua arte hoc consequi potes, vt fucum maritus minimè perfentiat, non tamen ferendum est, te formam diuinam mortali forma obducere atque occultare. Verendum enim est, ne Deus iratus te huiusmodi verbis alloquatur. Dic, age, ô aliena mulier, ecquis tandem & vndenam est tuus fictor & procreator? Non te depinxi, canis: sed imaginem mei finxi. Qui fit igitur, vt pro chara imagine idolum habeam? Verum huic morbo aliquid sanè concedamus. Sin autem efficere non potes, quin homineste, velut tabulam quandam pictorum, formam formæ superiectam habere faciliè perspiciant, hisce pigmentis nihil aliud, mihi crede, consequeris, quā vt forma illa, quam tu ingenij viribus viuam depingis, apertissimam tibi apud homines contumeliæ notam inurat. Venustas hæc Adonidis hortus est, citò marcescens, Polypi color, literæ in arena conscriptæ. An tu cum graculi formam habeas, non timentes, ne detractis tibi alienis pennis, risum tandem moueas? Non postremam de-

Oculos cor sequitur!

Fucata pulchritudinis descriptio.

Simile.

Oratio De ad fucatas mulieres. Mulier fucata idolū.

Simile.

Fucata pulchritudo cuius similitudo.

formitatem curas, cum pulchritudo tua vna cum ætatis flore extincta fuerit? An verò elegantiam hanc tibi constantem ac perpetuam fore existimas? Breui perspicias, quantus ex aliena atque adulterina pulchritudine mœror existat. Nam si vera sunt quæ audio, hoc commodi fucus habet, quòd posteaquam senilis ætas formam prius florentem rugis contraxerit, tum demum, cum iam fucus ac pigmēta membris adhiberi desierunt, carnis reliquias velut igni adustas relinqui. Tumque, sed nimis serò, anus illas fraudem suam imposturamque deplorare, cum id quod superest carnis densissimis rugis¹³ simiam propulerit. Talis cōmentitia corporis venustas est. Ac nunc, ò præstantissima mulier, formæ speculum, vt prius solebas, statue. Vix equidem verum speculum esse credo: Tu certè priusquam ei faciem admoueas, ne vnum quidem ex iis oculos habere oprabis, qui te antea superbis gressibus huc illucque procedentem laudibus in cœlum ferebant, oculosque in te defixos habebant. Iam quàm ridiculum illud est, quòd fucum tuum viris minimè subolere cupis, cum tamè viros formę tuæ mystas ascueris. Viri etenim pharmaca hæc, quibus gaudes, contriuerunt, domorum prædones¹⁴ insanixque ipsi suæ fabri & architecti. Hæc artificia non pudicitix sunt, sed lasciuix ac libidinis. Quicquid enim in virorum gratiam comminisceris, corporis libidinem prodit.¹⁵ Ferunt insolentem pauonem, cum curuato collo, pennisque gemmantibus circulum efficit, fœminas clangore suo ad venerem inuitare. Eodem modo admodum mirabor, si tu aliam ob causam formam pingas, quàm vt nitidorum & salacium virorum oculos ad te conuertas. Etenim si mariti amore flagras, vt ille tui, iam inde ex quo te florentem puellam matrimonio sibi sociavit: id gratissimum habet. Sin autem aliis oculis placere studes, hoc iam maritus execratur.¹⁶ Membrorum elegantiam domi occultare præstat, quàm commentitiam & adulterinam pulchritudinem nefariè proferre. Marito sufficit natiua tua pulchritudo: si autem ea pluribus viris, non secus ac rete auium gregibus prostat, quid inde accidet? Delectabit te ille, qui tua forma delectatur: aspectumque aspectui repēdes. Mox risus mutuūque colloquium, idque furtiuum primò, deinde liberum atque intrepidum: caue porrò loquax lingua, ne quæ deinceps sequuntur, eloquaris. Cæterum hoc verè dicam, nihil ex omnibus iis, quæ mulieres cum iuuenibus ioco dicunt, vel faciunt, aculeo caret. Omnia enim inter se coharēt, non aliter ac ferrum à magnete tractum, alia multa deinceps ducit. Atque vtinam stolidi viri, mulierum loco, cerussa & fuco, & quidem abūde, reniderent. Qui tantam turpitudinem contubernalem ob oculos habentes, tantas sibiipsis nebulas offuderunt, vt vitio suo delectentur. Et cum alias fuco nitentes sannis ac dieteris incessant, ipsi tamen in propria labe atque obscenitate porci sint. Atque etiam fortasse in tenebrosas haras deciderent,¹⁷ feriparis Circes vnctionibus inclusi: quippe qui huiusmodi fucos adeò non auersantur, vt etiam tanquam aridam materiam flammis iniiciant, quàm extrahere vtique satius esset, quàm inferre. Etenim de vxorum ornatu inter se contendunt, quaque amentia præditi sunt, in ea re quisque superior esse gestit. Plerunque etiam tenues homines abiectæque fortunæ, vt vxorum strarum libidinem vehementius excitent, labores multos suscipiunt. Quid porrò tam stultum atque absurdum, quàm¹⁸ hosti gladium, quo tibi necem afferat, porrigere, aut torrenti facilem ad segetes tuas aditum aperire? ¹⁹ Pandoram aiunt, cum ignis à prometheo furtim sublatu fuisse, vindicandi huius sceleris causa mortalibus aduenisse, pro bono videlicet atque vtili igne, ignem alium malum ac pestiferum. Quoque ardentius hominum animos inflammaret, omni eam pulchritudinis genere à diis instructam & exornatam fuisse. Ita, cum suum quisque illecebræ ac fraudis genus in vnum contulisset, tum verò confertam & cumulatam imposturam hominibus inuectā esse, versutam nempe mulierculā, impudentem, dicendi suauitate præditā, perniciosum oblectamentum,²⁰ facem perpetuò ardentē. Nō quidem

simile.

Pauonis mos. simile.

Libido fuci mater.

simile.

simile.

stupidos maritos insectatur.

simile.

Pandora.

A

B

C

D

E

quidem fabulis fidem adhibere: sed si tamè ita iubes, etiam atque etiam vide, ne tu varia illa Pandora existas. Pandora quippe filix sunt procaces omnes mulierculæ, perfrixtæque frontis. At tu Christi imago, da operam, vt pudicitia prudentiæque clareas. Sed iam missis fabulis verba mea audi, quæ ex diuinis oraculis tibi depromam. An te fugit, quemadmodum primogenitum parentem tuum exitiosæ atque homicidæ arboris pulchritudo in fraudem impulerit, eumque hostis dolo, vxorisque consilio circumuentum, ex virenti paradiso præcipitem statim eiecerit? Ab eo tempore, ò filia mea, tibi paterna lege cautum est, ne pulchritudini tuæ vnquam confidas. Omnem formæ elegantiam mihi breue ver affer: eamque hyemis asperitas proinus extinguit. Aut enim eam præmaturè morbus frangit ac debilitat: aut ipsa certè senectus delet atque obliterat. Hoc verò magis adhuc ridiculum. Videas enim mulierem in deformitatis suæ conscientia adeò insolentem, vt turpitudine sua gloriatur,²¹ Danaenque præse contemnat. Quod autem turpius (vt quidem aiunt peruersi huius artificij periti: mihi enim hoc minimè exploratum est.) communi morbo laborant, & eum inter se celatum volunt. Quid hoc morbo grauius excogitari potest? Faber fabri opus scit, cantor musicæ peritum, fur furem nouit: at hæc ea, quæ in aliis deprehendunt, in se deprehendi nolunt. Quàm verum est illud, quod dici solet, vitium oculis cæcitatem afferre. Consimilem in modum viri, facies eas, quas rident, honore cultuque prosequuntur, viuarum tabularum coloribus sese oblectantes. Quanquam non tam eos tabulis huiusmodi delectari existimo; quàm virorum arte atque ingenio, cuius colores testes sunt. Quidam olim, vt poëtæ fingunt, inanis & informis²² Echus amore captus, per montes ac scopulos oberrabat. Alius²³ formam suam deperiens, ad amplexandum pulchritudinis exitiosæ simulachrum in fontem insiliit. Alius rursus perdito quodam atque infano fluminis cuiuspiam amore flagrabat, nec pedem vnquam ab adamata ripa referebat. Aquam lambebat, manibus hauriebat, spumam arripiebat: nec tamen vndis vllis amoris ardor extingui poterat. Tam cæca & præpostera res est amor! Quamobrem nihil est, cur quispiam magnopere miretur, si tu quoque ita nitens mollitèrque vestita, tamque roseis digitis, excelsoque capite, iuuenum aliquem mentis errore afficias. Quid autem vnum aliquem dico? Immo omnes eos, quorum causa faciem pingis. Iam mihi fidem illud facit, quod de insigni quodam pictore commemoratur, qui ligneam iuuenecam omnibus artis coloribus ita depinxit, vt²⁴ taurus elusus ad eam tanquam ad veram iuuenecam accederet (²⁵ ò nouum & inauditum amoris genus! viua animantia ad inanimas formas currunt) quandoquidem tu quoque iuuenibus tale scelus moliris. Atque Orpheus quidem feras fletebat: tu autem viros eos, qui belluina mente sunt, insanoque mulierum amore præcipites feruntur. Quòd si non vt carnis libidini, sed vt oculis tantum obsequaris, atque à viris specteris, fuco tibi vtendum putas, aëreum quoque amorem in morbo ac vitio esse scito. At prorsus à vulneribus tuta es? credo equidem: sed ne hoc quidem pulchrum atque honestum mihi videtur,²⁶ inanis vitij suspitione laborare. Sic enim, quamlibet alioqui prudens & cordata, plerisque tamen mulierculis turpem & indecoram legem institues. Ad vitium quippe facilis cursus patet. Aliarum est vitæ sordes ac spurcitiem arte occultare: ²⁷ tuæ autem pudicitix conuenit, non nihil quoque nigri ferre. Nam si pudicæ mulieres nitida & renidentifacie esse studeant: nunquam profectò mulieres aliæ adduci poterunt, vt pudicitiam amplectantur. Præclara est itaque lex hæc nostra, qua cauetur, ne quis adultero animo²⁸ in alienam vxorem oculos iniiciat. Impudentis enim amoris origo, impudens aspectus est: quem si quis fugerit, idem proculdubio scelus quoque fugiet. Qui porrò fieri potest, ò mulier, vt tantum²⁹ amoris cestum ad illicitos viros tecum circumferens, ab adulterij crimine procul absis? Age verò, fabulam quo-

Pandora filix quæ.

pulchritudini minime confidendum.

Mulieres fucū inter se studiosè celant. vitium cæcitatem afferit.

Cæcus amor.

Aëreus qui in vitio est.

Impudens amor ex impudēti aspectu origine trahit.

*senectutis
vitium lo-
quacitas.*

que vestrae turpidini congruentem referam. Ignoscetis autem, nam senectus natura sua loquax esse consuevit. Tanta olim, ut fama fert, inter homines erat perturbatio, ut optimi à sceleratissimis nullo modo internosci possent. Ac multi quidem praestantissimi homines iniusti ac nefarii habebantur: multi contra, cum stulti ac vecordes essent, probitatis tamen existimatione florebant. Infimos ac abiectissimos homunciones gloria, excellentissimos quosque contemptus sequebatur: utrisque nimirum iniquam vitij virtutisque mercedem ferentibus. At Deus improbitatem meliori conditione esse, principatumque obtinere perspicuus, eamque rem aegre ferens, tandem aliquando his verbis usus est. Haudquaquam equum est bonos ac malos eadem gloria frui: sic enim vitium in dies augetur.

*Pudor viris
bonis adiun-
tor datus.*

Quocirca praclarum signum ipsis imponam, quo perspicue cognosci queat, quis bonus, quis malus sit. Hac oratione habita bonorum quidem genas rubore tinxit, suffuso scilicet pelli sanguine, quoties turpitudine aliqua animam adoriri pararet. Quem etiam ipsum mulieribus, quia & rariore cute, & molli pectore sunt, vberius infudit. At verò malis sanguinem condensavit, immotumque intus tenuit: eoque efficitur, ut ad nullam turpitudinem erubescant. Quo in numero te pono quaecunque variis coloribus tincta es. Nec enim tuus iste rubor me mouet: quamlibet copiosus in superficiem luceat. Ex impudentia enim oritur hic rubor, quem pristinus ille Sodomorum imber obruit. Proinde ne faciem tuam pingas, o improba mulier, nec cuti tuae imposturam facias. Nullam enim ipse aliam pulchritudinem agnosco, quam eam, quae naturae dono contingit. Nam & praestantiores eas opes esse iudico, quas pater mihi reliquit, quam quas manus mea iniustis artibus collegit, tametsi alioqui multis partibus illas superent. Eodem modo mulierem quoque marito suo acquiescentem, adulterae longè antepono. Itidemque liberi illi, quos aliquis procreavit, pictis liberis longè praefereudi sunt: etiam si picti illi veris elegantiores in tabula videantur. Hæc tu memori animo voluens, corpus tuum quale creatum est, custodi, nec alia pro alia videri affecta. Ut ³⁰ Galli ad Rheni vndas foetus in lucem editos explorant, ut ignis de auri puritate certissimus index est: sic ego animi tui pudicitiam ad incomptam fucique expertem formae elegantiam expendo. Verendum enim alioqui, ne te fuliginosus ille Belial pingat. Aut enim totam in cineres rediget: aut certè nomini tuo fumum offundet: ac pro exigua voluptate miserè te deformabit. Non nobilibus foeminis charissimum aurum gemmis intextum, suoque splendore oculorum aciem perstringens, non collare aureum pectus ambiens, aurumque gemmea sarcina deprimens, non etiam aurum illud, quod adornando capiti adhibetur, non aurò abundans vestis, non opera tenuissimo filo scitè & eleganter elaborata, tam purpurea, quam aurea, ac pellucida, eximiaque arte confecta, non perniciofa genarum pigmenta, non purpurea labra mulieribus ornatum afferunt. Nihil etiam tibi venustatis ex eo accedit, quòd pictarum palpebrarum supercilium attollas, humidisque pupillas intus voluas, quòd lasciuia voce beneuolas aures allicias, quòd manus, ac pedes aureo vinculo constringas, ³¹ feruilique gloria fruaris, quòd mollibus vnguentis corpus tuum, aut caput vngas (³² cadauera enim vultures curant) ³³ quòd cibum ab esu alienum madas, atque huc illucque metum agites, perinde ac pudicas & graues foeminas contempnas, quòd dentibus humidoque ore spumam emittas. Nec verò eam rem tibi ornamento fore existimes, si lecticarum fulgore gestias, atque per varias elegantisque fenestras formam tuam obiter ostendas, spectantesque conspicias. Nihil est insuper, cur tibi famulorum greges, aut

*Nulla alia
pulchritudo
quam
naturalis.
simile.*

*Corpustale
custodiendum
quale creatum
est.
simile.*

*Ornamentum
mulierum
in quo consistat.*

*Ancillae pe-
toris domi-
narum ima-
gines.
simile.*

imagines tui pectoris ancillae animos tollat. Ut enim hirudines veris, flores fructuum nuncij sunt: sic de herae moribus ex ancillis iudicari potest. Id quod tibi diligenter expendendum puto. Hæc enim tametsi singula non graue dedecus afferant: omnia tamen in vnum coacta certissimum exitium accersunt. Vnicus color in

lor in mulieribus amabilis est, nimirum rubor ille, quem pudor gignit: qui quidem à ³⁴ pictore nostro pingitur. Dabimus etiam, si ita lubet, & alterum: nempe ut pulchritudini tuae pallorem asciscas, Christi que laboribus intabescas, atque & precibus, & lachrymis, & diurnis nocturnisque peruigiliis teipsam maceres. Nam hæc remedia non virginibus tantum, sed etiam coniugatis profunt. Colores verò parietibus relinquamus, iisque mulierculis, quæ cœno suo iuuenes in rabiem agunt. Illæ sanè & impudenter saltent, & rideant. At nos meretrices ne intueri quidem sine scelere possumus. Mulierum ornamentum est, morum probitate & elegantia florere, domi ut plurimum manere, colloquium cum diuinis oraculis habere, fuso ac lanæ operam dare (hoc enim foeminarum munus est) ancillis opera mandare, ac seruos vitare, labiis, oculis, ac genis vinculum iniicere, pedem limine non admodum frequenter efferre, pudicis quidem omnibus mulieribus oblectari, cæterum eo duntaxat viro, qui tibi legitimo matrimonio virgineam zonam soluit. ³⁶ Quin ipsi quoque licentiæ audaciæque modus imponendus est. Sic enim ipsi fidem facies, te ab alienis oculis & amoribus abhorrere. Enimuero quis primus Dei figmentum illinere aggressus est? Pereat quisquis ille fuit, qui primus coloribus atque pigmentis impudentiam adiunxit. Ut enim impudentes vrinatores, virorumque nomine indigni, larua primum faciem tegunt, atque ita deinde sequuntur, quæ inhonestæ rei conueniunt, saltitationes videlicet, ac turpis membrorum solutio stultis hominibus gratissima: ad eundem modum hæc quoque, postquam alienam formam externè induerint, (scenicum nempe, non sacrum pudoris integumentum) ita demum ut picta illa & fucata forma dignum est, mouentur. His fores laborant, his claues, specula, pigmenta, pictrices: ne rectum quidem ipsum tremoris est expers. Atque hæc affert inanis formæ pictura. Pudica autem & incompta pulchritudine nihil minus laboriosum. Quòd si ob ascitiam pulchritudinem adeò insolescis, nunquam certè pudicum erga eum, qui fucum auerfatur, animum habebis. ³⁷ Esther quidem elegantiam formæ sibi arte conciliauit. Sed quis huius elegantiae fructus extitit? totius Iudæorum gentis salus. Fornicaria quoque ac ferox ³⁸ Iezabel oculos pinxit: cæterum meretricio crimine meretrices perfudit. Tibi autem nec regia iræ sedandæ negotium incumbit, nec inter meretrices pars est. Itaque nihil obstat quominus pudicitiae tuae parcas. Non sacerdotes extimescis, dum caput, tanquam laruam quandam oppositis inter se formis lucentem illis submittis? Non horrescunt manus, cum eas ad ³⁹ mysticum cibum extendis, quibus tu ⁴⁰ luctuosam pulchritudinem pingis? Iam quomodo martyribus, quibus populus, in pretiosi sanguinis honorem & venerationem choreas agminatim instituit, faciem vulgus inescantem geris, non secus ac forum quoddam in medio vrbium populares attrahens, aut velut ferarum ostendentes, qui serpentes è tenebrosis cubilibus suis trepida manu proferunt. At

mulier sermonibus nostris obtempera: ⁴¹ nec tibi mens manus ad faciem ducens vulnus infligat. Caue o filia, ne cum talibus mulieribus vel nauiges, vel consilium in eas, vel denique contubernij necessitudinem contrahas. Aliis superuacanea relinque: tu verò etiam virorum ore celebrari erubescere. Nam in hoc mulierum gloria sita est. Si tibi vita à matrimonij vinculis libera est, omnibus huius vitæ negotiis excussis, vni Deo viuere, splendida virgo, prudens, consilio clara, animæ tuæ sponsum Verbum habens. ⁴² Sin autem te lateris illius, à quo secta es, cupiditas cepit, vnicum saltem illud latus tuum complectere, ac praclarum & laudabilem amorem foue: aliis autem affectibus ne per somnium quidem indulge. At tu, quæ Deo magno astas, non est, quod obscurum & occultum id fore existimes, si humili atque abiecto vitæ generi foemineum quiddam admisceas. Sunt enim, sunt quoque interdum in

fordidis vestibus deliciae: contra in mollibus grauitas nonnunquam inueni-

lor in mulieribus amabilis est, nimirum rubor ille, quem pudor gignit: qui quidem à ³⁴ pictore nostro pingitur. Dabimus etiam, si ita lubet, & alterum: nempe ut pulchritudini tuae pallorem asciscas, Christi que laboribus intabescas, atque & precibus, & lachrymis, & diurnis nocturnisque peruigiliis teipsam maceres. Nam hæc remedia non virginibus tantum, sed etiam coniugatis profunt. Colores verò parietibus relinquamus, iisque mulierculis, quæ cœno suo iuuenes in rabiem agunt. Illæ sanè & impudenter saltent, & rideant. At nos meretrices ne intueri quidem sine scelere possumus. Mulierum ornamentum est, morum probitate & elegantia florere, domi ut plurimum manere, colloquium cum diuinis oraculis habere, fuso ac lanæ operam dare (hoc enim foeminarum munus est) ancillis opera mandare, ac seruos vitare, labiis, oculis, ac genis vinculum iniicere, pedem limine non admodum frequenter efferre, pudicis quidem omnibus mulieribus oblectari, cæterum eo duntaxat viro, qui tibi legitimo matrimonio virgineam zonam soluit. ³⁶ Quin ipsi quoque licentiæ audaciæque modus imponendus est. Sic enim ipsi fidem facies, te ab alienis oculis & amoribus abhorrere. Enimuero quis primus Dei figmentum illinere aggressus est? Pereat quisquis ille fuit, qui primus coloribus atque pigmentis impudentiam adiunxit. Ut enim impudentes vrinatores, virorumque nomine indigni, larua primum faciem tegunt, atque ita deinde sequuntur, quæ inhonestæ rei conueniunt, saltitationes videlicet, ac turpis membrorum solutio stultis hominibus gratissima: ad eundem modum hæc quoque, postquam alienam formam externè induerint, (scenicum nempe, non sacrum pudoris integumentum) ita demum ut picta illa & fucata forma dignum est, mouentur. His fores laborant, his claues, specula, pigmenta, pictrices: ne rectum quidem ipsum tremoris est expers. Atque hæc affert inanis formæ pictura. Pudica autem & incompta pulchritudine nihil minus laboriosum. Quòd si ob ascitiam pulchritudinem adeò insolescis, nunquam certè pudicum erga eum, qui fucum auerfatur, animum habebis. ³⁷ Esther quidem elegantiam formæ sibi arte conciliauit. Sed quis huius elegantiae fructus extitit? totius Iudæorum gentis salus. Fornicaria quoque ac ferox ³⁸ Iezabel oculos pinxit: cæterum meretricio crimine meretrices perfudit. Tibi autem nec regia iræ sedandæ negotium incumbit, nec inter meretrices pars est. Itaque nihil obstat quominus pudicitiae tuae parcas. Non sacerdotes extimescis, dum caput, tanquam laruam quandam oppositis inter se formis lucentem illis submittis? Non horrescunt manus, cum eas ad ³⁹ mysticum cibum extendis, quibus tu ⁴⁰ luctuosam pulchritudinem pingis? Iam quomodo martyribus, quibus populus, in pretiosi sanguinis honorem & venerationem choreas agminatim instituit, faciem vulgus inescantem geris, non secus ac forum quoddam in medio vrbium populares attrahens, aut velut ferarum ostendentes, qui serpentes è tenebrosis cubilibus suis trepida manu proferunt. At

mulier sermonibus nostris obtempera: ⁴¹ nec tibi mens manus ad faciem ducens vulnus infligat. Caue o filia, ne cum talibus mulieribus vel nauiges, vel consilium in eas, vel denique contubernij necessitudinem contrahas. Aliis superuacanea relinque: tu verò etiam virorum ore celebrari erubescere. Nam in hoc mulierum gloria sita est. Si tibi vita à matrimonij vinculis libera est, omnibus huius vitæ negotiis excussis, vni Deo viuere, splendida virgo, prudens, consilio clara, animæ tuæ sponsum Verbum habens. ⁴² Sin autem te lateris illius, à quo secta es, cupiditas cepit, vnicum saltem illud latus tuum complectere, ac praclarum & laudabilem amorem foue: aliis autem affectibus ne per somnium quidem indulge. At tu, quæ Deo magno astas, non est, quod obscurum & occultum id fore existimes, si humili atque abiecto vitæ generi foemineum quiddam admisceas. Sunt enim, sunt quoque interdum in

fordidis vestibus deliciae: contra in mollibus grauitas nonnunquam inueni-

ff 3

*Vnicus ille
rubor qui
ex pudore
nascitur,
amabilis
est.
Pallor egre-
gius color.
Meretrices
ne aspici
quidè sine
scelere pos-
sunt.*

Egregia similitudo!

Mulieres fucato gaudentes ut plurimum impudicæ.

simile.

interfordidas quoque vestes deliciae interdum sunt, & contra.

His qui se Deo vouerunt ruga vnica turpior est quam aliis grauisima vulnera. tur, quemadmodum multi norunt. Atque illud quoque velim ne ignores, rugam vniam tibi turpiorem esse, quam maxima & grauisima vulnera iis, qui in mundo viuunt. Quo maiore studio tibi prospiciendum est, ne quid professione tua indignum admittas. Neque enim tam notabilem ac conspicuam in fordibus, quam in puris vniuersque & eiusdem coloris vestibus, labes aliqua foeditatem habet. Hæc si tibi oratio nostra persuasit, vtilitatem allatura esse confido. Sin tu faciem obfirmare decreuisti, per me sanè tibi licet, si ita vis, tanto adhuc magis, & auro & electro & argento & ebore collucere. Talia enim nouis istis elegantiae pictricibus largior. Columna parata est: ego autem hæc verba insculpam. Huc quisquis volet, se conferat, ⁴³ pulchritudinèque oblectetur. **A**

SCHOLIA.

- 1 **Vt iam non facies)** Perit hic interpreti agnominatiōis gratia. *αὐτῶν* enim faciem significat: *αὐτῶν* autem laruam.
- 2 **Magistram oculorum sensu carentem)** Simulacrum quoddam intelligere videtur omnibus elegantiae numeris absolutum, ad cuius imitationem lasciuiores mulierculæ formam suam componere solebant. Neque enim hæc de speculo commodè intelligi posse existimo. non enim ab eo pulchritudinis exemplum peti solet. Vnde etiam inferius non formæ *ἄρῃ* dicitur, sed *ἔκλυτον* quemadmodum *ἔκλυτον*, scilicet *ἐπιμαρτυρίαν* annuli, est forma in cera impressa.
- 3 **Ne occultate)** *κρυπτή* enim legendum ex emendatione codicis Aldini.
- 4 **Oculos enim)** Difficile est enim, vt si oculi conspectu alicuius viri delectentur, non itidem pectus ipsum delectetur.
- 5 **Portatilem formam)** *φορητὴν μορφὴν* opponit *κινητὴν*, id est, *κίνητον ἔχουσαν*, quemadmodum à nobis ostensum est, cum quid sit *κινητὸς πῖναξ* explicaremus. *φορητὴ μορφή* est non natura, sed arte quaesita pulchritudo.
- 6 **Alteram corpus Dei est)** Dei corpus vel potius formam, eam vocat, quæ talis conseruatur, qualis à Deo creata est. corpus autem manus, externum illum fucum quo facies oblinitur.
- 7 **Penelopes telam)** Penelopes telam retexere prouerbiū est de his qui inanem operam sumunt, & rursum destruunt, quod effecerunt. Vide Eras. in Chiliad. Gregorius autem faciem fucō imbutam ac nitentem eleganter Penelopes telam vocat: quod, tela illius instar, subinde retexatur, nec quicquam certi ac solidi habeat.
- 8 **Internèque Hecubam)** Id est, internè deformem, externè autem formosam & elegantem. Neque enim hic de pudicitia aut impudicitia Gregorius loquitur, sed de vera aut ficta fluxaque pulchritudine. Apposita itaque mulierem parum honesta forma præditam, interim tamen pigmentis pulchritudinem sibi conciliare studentem, internè Hecubam, externè Helenam referre ait.
- 9 **Ingenij viribus)** Gr. *μορφῶν, ἢ σὺ χεῖρες ἐμπροσθεν Ἀλκινόου*. Vbi pro *Ἀλκινόου* haud dubiè mihi legendum videtur *ἀπὸ νόου*. Neque enim de vna Alcinoi forma vsquam me quicquam legisse memini.
- 10 **Adonidis hortus)** Prouerbiū de rebus leuiculis, parumque frugiferis breuèque voluptatem habentibus. De quo Eras. in Chiliad. Eleganter autem ita vocat Gregorius formas fucatas, utpote quarum pulchritudo breui marcescat & intereat.
- 11 **Polypi color)** De Polypi natura superius diximus. Polypi autem color, & literæ in aquis conscriptæ, prouerbia sunt de rebus fluxis & inconstantibus. Apertissimè autem hæc ad fucatam pulchritudinem transfert, quod vt nihil inanius est literis in aqua scriptis: vt nihil mutabilius Polypo, ita nihil citius diffinit, ac dissoluitur quam picta pulchritudo.
- 12 **Graculi formam)** Ita vocat pulchritudinem fucō ac pigmentis contractam. q. d. vt *Ἄεσοι* graculus alienis plumis, quibus insolebat, sibi detractis risum omnibus auibus excitauit: sic tibi quoque videndum, ne si quis varia illa formæ artificia atque pigmenta tibi detraxerit, omnibus postea risui ac ludibrio sis. Horatius in epistolis graculi loco corniculam posuit.
- 13 **Simiam propulerit)** Id est, ementitam pulchritudinem, quæ vera pulchritudo videri volebat. Vt enim simia hominum gestus imitari gestit, sic fucata mulieres pigmentis suis facièque medicationibus hoc agunt, vt verè pulchræ videantur.
- 14 **Insanie ipsi suæ)** Medicamenta enim illa conficiunt, quæ mulierum faciei adhibita elegantiores eas reddant. Ex eoque efficitur, vt in amoris laqueos incidant.
- 15 **Ferunt pauonem)** Elegantissima similitudine ostendit, quo animo corporis ornatum mulieres affectent, vt, inquit, pauo cum gemmas suas ambitiose ostentat, fæminas ad Venerem prouocare fertur: ita nullà aliam ob causam fucata huiusmodi elegantiae studere mulieres videntur, quam vt viros ad congressum inuident.
- 16 **Memborum elegantiam)** *μυλων* enim legendum non *βελων*, sicque ex secundo codice restituit Aldus.
- 16 **Alia multa deinceps ducit)** *ἀλλὰ* enim lego cum Aldinico codice emendatione, non *ἄλλο*.
- 17 **Feriparis Circes)** Stolidos maritos, qui vxoribus suis fucum faciei suæ adhibere permittunt, falsissimè perstringit.

- perstringit.** Tanta est, inquit, eorum vœcordia, vt idem propemodum illis ab vxoribus suis accidat, quod Vlysis sociis à Circe: Quemadmodum enim illa veneficiis suis Vlysis socios in suos mutauit: sic lasciuæ mulierculæ fucō suo ac pigmentis maritos adeo dementant, vt pene ex hominum natura migrasse, ac belluinam formam induisse videantur. De Circeæ fabula vide Homer. lib. 11. Odyss.
- 18 **Hosti gladium porrigere)** Hosti gladium porrigere, & torrenti in proprias segetes iter aperire, prouerbia sunt, quæ in eos commodè torqueri possunt, qui sibi ipsi malum quoddam accersunt.
- 19 **Pandoram)** Pandora puellæ nomen est apud Hesiodum in libro qui inscribitur Opera & dies, sic dicta, quod dii omnes donum aliquod in eam contulissent. Hanc ob cælestem ignem à Prometheo surreptum è cælo in terram demissam fuisse poëta ille fingit, vt homines philtis suis ac fucis in exitium impelleret. De ea enim hæc Iouis ad Prometheum verba sunt.
*Σοὶ δὲ τοῖ ἀπὸ τῆς πύρας δώσω καὶ τὸ ἄσπετον
Τέρπρωτον κτλ. Σομὸν, ἢ ἐν μύρον ἀμφοτέρωτες.*
At tibi pro flamma dabitur vir subdole pestis,
Grata tamen miseris, proprium qui pectore cæco
Exitium, & mortem male sana mente fouebunt.
- Commodè itaque fucatas mulieres, atque vnguētis delibutas Pandoræ confert:** utpote quæ philtis suis & ementita pulchritudine ita stultos homines capiunt, vt scientes & videntes, quod dici solet, in perniciem suam ruant, easque, quasi boues ad victimam ducti sequantur. Huiusmodi Pandorarum egregiam descriptionem habes apud Solomonem prou. 7.
- 20 **Facem perpetuò ardentem)** Alludit ad Hesiodum, qui de mala vxore loquens, ait, *ὄν ἀπὸ δακῶν, ἔω μὴ γῆεσι δῶκεν*, sine face, inquit, hominem inflammat, eique præmaturam mortem accersit.
- 21 **Danaénque)** Danae Acrisij filia pulchritudinis suæ præstantia Iouem ad sui amorem allexit, ab eoque sub aureo imbre tandem compressa est. Ait ergo Gregorius: Quid tam ridiculum, quam quod mulieres quædam, licet fœdissima ipsæ facie præditæ sint, elegantissimas tamen sugillare atque obtinere non dubitant, seque illis anteferre?
- 22 **Echo)** Narrat quidem Ouid. 3. Metam. quemadmodum Echo Narcisi amore correpta fuerit, sed quisnam ipsam Echo deperierit non addit.
- 23 **Formam suam)** Narcissum intelligit, de quo iam dictum est.
- 24 **Vt taurus elusius)** Simile quiddam de Parrhasio pictore commemoratur, qui arte sua atque industria pietas vnas ita ad viuum expressit, vt aues ad eas tanquam ad veras vnas aduolarint.
- 25 **O nouum & inauditum amoris genus)** Gr. *ἕνός ἔρωτος*. Fortasse tamen legendum *ἕνός*, vt præcedentis distichi ratio reddatur, negèque Gregorius mirandum si taurus præstantia artis deceptus in pictam iuuenecam impetum fecerit. Hoc enim ipsi commune esse cum stultis viris, qui fucata formæ elegantia plerunque inescati, in luculentam fraudem incidant.
- 26 **Inanis vtiij suspitione)** Neque enim ansam cuiquam dare debemus, fame nostræ obtrectandi. Vnde sapienter nos admonet Paulus vt bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus provideamus.
- 27 **Tua autem pudicitia)** *σωφροσύνη* nominandi casu legi debet.
- 28 **In alienam vxorem)** Vera enim est lectio *ὅτι ἐπὶ ἀμορεῖλω*, vt cunque in emendatione Aldina legatur *ὅτι ἐπὶ ἀμορεῖλω*, vt patet ex Mattheo cap. 5. Qui viderit mulierem, &c.
- 29 **Amoris cestum)** Cestus cingulum erat Veneris, conciliandæ gratiæ vim habens, quod quidem Iuno apud Homerum Iliad. 14. à Venere mutuata est, vt Iouem amore sui inflammatum in fraudem induceret.
- 30 **Galli)** Vide scholia in carmen Nicobuli ad Patrem.
- 31 **Seruilique gloria fruaris)** Vt enim malæ fidei mancipia vinculis ferreis coërceri solent: sic huiusmodi mulierculæ catenis, licet aureis, corpus suum constringunt.
- 32 **Cadanera enim vultures curant)** Non satis perspicio, quam rectè conueniant hæc verba cum his quæ præcedunt. Hoc tamen mihi significare videtur Gregorius, vnguētis non viuorum sed mortuorum potius corporibus adhiberi debere.
- 33 **Quod cibum ab esu alienum)** Moris erat hoc quoque lasciuis mulieribus, vt ciendæ saluæ causa vel lignum aliquod vel aliquid eiusmodi dētibus premerent: credo, vt humoris illius emissionē vegetius os redderetur. Ad hunc igitur morem exagitantem ita hæc describit, quasi de equis verba faciat. Equorum enim proprium est *ἀλέρωσθαι ἐδωδὸν μάλα σφοδρῶς*, G. ronger son frein, ac maxillas huc illucque distorquere, spumamque ore emittere.
- 34 **Imagines tui pectoris)** Eleganter ancillas herarū suarum imagines vocat, quod quales heræ, tales quoque ancillæ esse soleant. Vnde prouerbiū Qualis domina, talis canis.
- 35 **A pictore nostro)** Per pictorem nostrum vel Christum ipsum, vel scripturam sacram, vel quemlibet pietatis magistrum intelligit.
- 36 **Quin ipsi quoque licentiæ)** Vide schol. parænet. ad Olymp. schol. 2.
- 37 **Esiber)** Vide cap. 2. Esth. sic etiam Iudith cap. 10. myrto optimo se vnxisse legitur. Sed vtraque earum non libidinis, sed conseruandæ patriæ causa hoc faciebat.
- 38 **Meretrix Iezabel)** Quemadmodum Iezabel introitu Iehu audito depinxerit oculos suos sibi, caputque suum ornauerit, atque ab Eunuchis præcipitata fuerit, habes lib. 4. Reg. cap. 9. Meretricem porrò eam vocat Gregorius, quod à Dei cultu & religione ad idololatriam desciuisset. Huiusmodi enim nomine tales homines appellare, scripturæ familiare est, vide pag. 202. schol. 68. Quod autem ait eam sanguine suo meretrix

trices imbuisse, allusio est ad id quod quidam de impudente homine dicebat, cum non habere in oculis uide, sed in pueri. uox enim significat puellam, et nitidum illud quod est in oculo. Hoc itaque uult Gregorius impudens Iezabelem impudens os suum oculisque cadendo cruentasse.

39 Ad mysticum cibum) Id est, ad sacrosanctam Eucharistiam, quæ olim manibus accipi solebat, ut alio loco à nobis dictum est.

40 Luctuosam pulchritudinem) Id est, luctificam, quemadmodum pallida mors dicitur, quod pallidos homines reddat.

41 Ne tibi mens) ita uertit ut Græca habent μή σε νόος τῶν ἁγίων ἡ παρὰ τὴν εἶδος ἀγορεύει, fortasse tamen pro νόος νόος legendum, ut sit sensus, cauendum esse mulieri, ne eius animam iuuenis quoque quispiam vulneret, uoluentis quibusdam faciem suam illinens.

42 Sinautem te lateris) Id est, costæ. uide scholia in carmen ad Helen schol. 1.

43 Pulchritudinēque oblectetur) Hoc est, ueniat tanquam ad cupidinis forum. Omnes enim penē muliercula quæ ascititia pulchritudine delectantur, longam pudicitie saluam dixisse, amatorisque uelut euocare uidentur.

BASILII MAGNI EPITAPHIA.



Basili, Christi serue, prius equidem antehac fore existimabam, ut corpus sine anima uiueret, quam ut ego sine te uiuere possem. Et tamen hoc tuli, ac mansi: quid iam in terris moror? non me hinc sublatum in tuo aliorumque cœlitum choro collocabis? Ne me, ne me, inquam, linquas: tumulum tuum testor, nunquam, ne si cupiam quidem, tui obliuiscar. Gregorij hoc dictum est. Quo tempore Trinitas Basilij, hinc libentissimè excedentis, spiritum rapuit, totus quidem cœlestis exercitus ad eius profectioem gaudio exiliit: omnes autem Cappadocię vrbes ingemuerunt. Nec uerò Cappadocia sola luctum excitauit: sed orbis quoque uniuersus alta uoce inclamauit. Obiit præco, obiit pulcherrimæ pacis uinculum. Mundus totus, potentissimæ Trinitatis pars contrariis doctrinis turpissimè concutitur ac labefactatur. Ah uerò, ah silentio clausa Basilij labia sunt. Excitare, quæso, tuisque sermonibus & sacrificiis tempestatem feda. Tu quippe solus & vitam doctrinæ, & vitæ doctrinam æquasti. Ut unus est Deus altè regnans: ita unum te, Basili, dignum pontificem nostra ætas uidit, ueritatis uocalissimum nuncium, clarissimum Christianorum oculum, animæ multiplici pulchritudine lucentem, Pontique & Cappadocum etiamnum illustre decus & ornamentum. Te supplex oro, ut pro mundo stes, donaque offeras. Atque etiam ipsum epitaphij sui authorem indicamus. Hic me Basilius Archiepiscopus, Basilij filium, Cæsarienses condiderunt, Gregorij amicū, quem ego toto pectore amaui: cui utinā Deus tum prospera omnia alia concedat, tum hoc etiam, ut quamprimū uita beata atque immortalis fruatur. Quid profuerit, diutius in terra morantem angere, ac cœlestis amicitie recordatione contabescere? O Basili paulum adhuc in terra spirabas: omnia Christo dono obtuleras, animam, corpus, sermonem, manus. Basili magna Christi gloria, sacerdotum ueritatisque, nunc in multas partes dissectæ columen O doctrinæ & eloquentiæ studia. O amicitie contuberniū, ô charæ Athenæ! O vitæ piæ sancteque instituentæ pacta iam olim inita! Notū hoc uobis sit, quod Basilius in cœlum, ut cupiebat, euolauit: Gregorius autem in terra uersatur, labiis uinculum ferens. O clarissime Basili, maximique apud Cæsarienses nominis, tonitruum erat oratio tua, fulgur uita. Nihilominus tamē sedem sacram reliquisti: ita uisum est Christo, ut te cœlitibus quamacelerrimè iungeret. Omnia spiritus profunda noras: prophanam omnem eruditionem perceperas: uia etiam uictima existebas. Octo annos pij populi habenas tenuisti: hoc unum Basili, in tuis rebus paruum ac breue fuit. Vale, ô Basili, etiam si nos reliquisti: à Gregorio epitaphiū habes, sermonemque, quem charissimum habebas. Amicitie debitum tibi persolutum est: tuisque cineribus donum, mihi sanè triste, funebre hoc carmen obtuli.

Præclara
laus.
simile.

Egregium
præconiū.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

1 Donaque offeras) Alludit ad illud Pauli Hebr. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis.

2 Tonitruum erat) Paucissimis uerbis excellentem Basilij uirtutem complexus est. Ut, inquit, nec tonitruo quicquam exaudibilis est, nec fulgore splendidius: ita Basilius tum dicendi sublimitate, tum uitæ puritate & claritate omnibus mortalibus præstitit.

GREGORII SENTENTIAE DISTICHIS elegiacis comprehensæ.

A Ræclari principij præclarum quoque finem esse, rerum exitus rectè probant. Principium porrò illud, quod egregium mortalibus finem parit, uitæ puritas est, pio studio exculta. Verborum pennis fretus, ne sine pennis uola: Nam ne aues quidem ipsæ absque pennis uolant. Eruditio maximum est hominibus in hac uita decus atque ornamentum: cæterum his qui ea abutuntur, perniciofa. Caue ne te inanis gloriæ cupiditas ullo modo abripiat: ea enim simplicioribus animis callidè insidiari solet. Cum rectè atque ex uirtute aliquid facies, da operam, ut in eo perstes: celer enim ad uitiū cursus est. Risus compefcatur, ira finem capiat: otiosus autè sermo profusus arceatur. Deū primū time, parentes cole, sacerdotes lauda, senes reuerere.

B Ne filius cum patre quoquo modo expostulet, cum lex interdixit, tum ante leges ipsa natura. Quæcunque tibi ab alio fieri non uis, eadem nec ipse alij facere in animum inducas. Non grauis ira iris uideri debet, qui grauia perpetrarunt: uindex enim numen eadem iisdem rependit. E sapientis labiis iucundissimi sermones fluunt: amarulentū autem guttur pugnas eructat: è facunda lingua suauissimi latices manant: sermones malos præceps, iudicii que expers os gignit. Amici ea quoque, quæ amicis chara sunt, amant: inimici autem amicos turpiter contemunt. Diuitum fores pauperibus amicis clausæ sunt: luculentæ autem aula diuitibus semper amicæ sunt. Aqua, portio optima, menti bonam temperiem & habitudinem comparat: crapula contra, arreptam mentem turbat atque inficit. Vinum natura sua sobrietatem nescit: quin potius voluptates ciet atque irritat.

C Mētis subtilitatem crassus uenter expellit: contraria enim contrariis aduersantur. Melior est mediocris cibus, modo suppeditet: quam delicata cœna, quam sibi quis insomnij errore confinxit. Stulti maioribus opibus per somnium affluunt, quam qui infinitam pecuniarum vim habent. Liberis carere præstat, quam stultos ac uæcordes filios procreare. Ille enim liberorū quidem expers est: hi autem multi ac mali. Cuius homini morienti terra quælibet sepulchrum est: nam quicquid ex terra ortum est, terra quoque est, atque in terram redibit. Pastor hircos etiam, si uelit, mulgeat: uerum pro lacte cruoris duntaxat fontem exprimet. Sus epulas inspectans, mensæ fines minime confundit: eodem quoque tu modo præcipites & temerarios homines coërce, ne decorum ordinem legibusque compositum euertant. Quisquis leges tuendas suscepisti, timorem omnem ex animo pelle: omnis enim cui legum custodia mandata est, metu uacare debet. Ut peritus gubernator tempestat, quoad eius fieri potest, uita: sic sapientis animus graua omnia & periculosa. Nihil in animum admitte, quod cum optima uitæ ratione pugnet: perspicuè enim in uicio est omnis error. Ut incus maxima ictus non pertimescit: sic mens sapiens omnè detrimētum extrudit. Ut foliorum strepitus lepores exterrant: ita rerum umbræ timidos homines atque ignauos. Odi pauperem diuiti donatē: nec minus eum, qui bona quidem uerba dat, interim tamen egentē alere obliuiscitur. Orator improbus leges labefactat, bonus autem atque innocens apta & concinna est harmonia. Rident locupletes orphanorū probra: atque aded Dei animaduersionem risu prosequuntur. Legibus inuoluetur ac miserè peribit, qui leges non legitimè sancit. Pauperibus hoc à natura comparatum est, ut minimè magnificè de se sentiāt: at diuitibus & copiosis ne curæ qui-

dem est, vnde viuant. Stultos pro naturæ ipsorum captu institue: præter spem enim tuam fortasse prudentiam colligent. ¹⁴ Vt ferrum attritu suo lapides quoque accendit: sic durum & asperum pectus coërcere virga solet. Iusiurandum dare & accipere pessimum est: vtroque enim modo iustitiam æquè offenderis. In sempiternum æuum thesauriza: Nam huius vitæ thesauri, plerunque etiam ante mortem nos deserunt. Opes eas ne ama, quas tempus delet: Nam quicquid tempus extruxit, idem etiã euertet. Turpe est mulieribus, masculos mores præ se ferre: honestis enim & grauibus hominibus ordo in pudore consistit. Voluptati indulgentibus, procliuis est voluptas: quæ protinus vt accessit, lapidis instar cadens, perit. Nullæ opes his, qui in dolore versantur, sanitate sunt potiores: sapienter hæc quoque natura semper appetit. Sonitus maris viri stulti sermones sunt: Ita enim ripas premunt, vt meliora interim ac ¹⁵ pinguiora prata non reddant. Munera faciunt, vt sapientes quoque viri hallucinentur: atque, vt aues laqueo, sic homines auro capiuntur. Mærores præcocem senectutem mortalibus pariunt. Neque enim ea vnquam tempus instaurabit, quæ moribus diruta fuerint ac prostrata. Opum copia malis celerrimè inferuit: potentia quippe ad flagitium prompta est & expedita. Nullæ facultates amico præstantiores sunt: improbum autem hominem nunquam tibi amicum asciscas. Ordo colatur, roborique præeat: Robur enim in se est perpetuûque roboris custos. ¹⁶ Mens sollicita tineæ instar ossa corrodit: corpus autem curas omnes valere iubens, eximiè floret. Quemadmodum hoc fert ignis natura, vt ad subiectam materiam ardeat: sic etiam natura comparatum est, vt immodicam satietatem libido comitetur. Vt influens materia flammæ vires addit: ita vinum languentem libidinem excitat. ¹⁷ Fugiunt iras, qui in lites incidere timent. Iram enim sæpenumero lites accendunt. Graue est laboribus vexato labores addere: sed tamen labor labores plerunque sedat. Sunt qui aliorum labores reformidant, atque interim ipsi aliis laboribus non sine periculo conflictantur. Perpetuam sempiternæ gloriæ curam habe: Nam hæc præsens quotidie homines fallit. Nemo iratus tutò deliberationes habet. Quæ enim cum ira geruntur, consilio adhuc carent. Horredii sunt dracones, subdola æspides: vtriusque feræ vim mulier complexa est. Ossa nuda spectata nos admonent, ne quid huius vitæ nobis proprium ac certum esse credamus. ¹⁸ An cancrorum foetus obliquè gradiantur, ex maternis incessibus experimentum capere licet. Quod si ¹⁹ naturæ tuæ vim attuleris, bonos proculdubio ex malis magistris discipulos edes. Præclaris ²⁰ virtutum dotibus te ipsum exorna: nec interim pauperem orphanum contemne. Deo dante nihil potest liuor: eodem abnuente nihil potest labor. ²¹ Paris vipera? partus dolores ne time: materni quippe partus experimentum habes. Nemo apertè ignauus bellica vnquam laude floruit: victoriæ enim suo quodam iure laudes exposcunt. Vir somno atque inertiae deditus somnia inuenit: somnus enim non res ipsas, sed inania rerum simulachra oculis obiicit. Nolentibus vis persuadet: ea enim gigantes etiam sæpe cogit ac premit. ²² Populo decepto atque in errorem abducto circulator quiuis incipit: ²³ porro ex perturbato rerum ordine malorum agmen oritur. Opus nihil ad rem faciens, nullo modo opus voco: quæ enim nihil ad rem faciunt, contemni quoque debent. ²⁴ Canini cætus erga mortua abiectorum, humique prouolutorum hominum membra, ordo laudatur. Auro loquente iners est omnis oratio: persuadet enim illud, etiam si vocem nullam edat. ²⁵ Desinent nunc quoque pacis tranquillitatisque commodo frui, qui insana quadam fluxorum & caducorum huius vitæ bonorum cupiditate flagrant. Rota est incertè fixa, breuis hæc & multiplex vita. Surfum mouetur ac deorsum trahitur: neque enim stabilis est, quantumuis ita videatur. fugiens tenetur & manes effugit: saltat plerunque, nec tamen fugere potest. ²⁶ stationem suam motu trahit ac retrahit. Quocirca ipsius inanitas nullo modo rectius describi potest, quàm si vel fumus, vel insomnium, vel herbæ flos appelletur. Atque olim quidem avarus quispiam his verbis vsus esse fertur: fortunæ

A

B

C

D

E

tinæ guttam malo, ²⁷ quàm mentis dolium. Sed ei præclare sapiens quidam hoc opposuit, Mentis guttam pluris facio, quàm fortunæ dolium.

SCHOLIA.

- 1 Verborum pennis) Admonet Gregorius ne vanis adulatorum sermonibus nos decipi sinamus, dumque illis de nobis (vt Flacci verbis vtar) plus quam nobis credimus, eiusmodi res aggrediamur, quas perficere nequeamus. Quod autem ait Gregorius, λόγους κερωθεις, etc. non dissimile est Horatiano illi, crescentem tumidis inflant sermonibus virem.
- 2 Maximum est hominibus) βροτῶν legendum, vt Aldus in emendationibus.
- 3 Ne filius cum patre expostulet) διχρημα λέγειν, hoc loco idem est quod διχρημονοῦν, hoc est, ius suum defendere. Ait igitur Gregorius ex filij officio esse, ne in optima quidem causa cum patre contendere: verum eum, iniquens etiam interdum & asperius agentem patienter ferre.
- 4 Amici ea quoque) Gr. φίλοι φίλοις & τῶν φίλων φίλα. In emendationibus tamen Aldinis aliter legitur hic versus, φίλοι καλῶς τῶν φίλων ἀγαπῶ φίλα, hoc est, Amici amicis ea dicunt, quæ ipsis grata sunt.
- 5 Semper amicae sunt) Hoc est, semper patent. Respondet enim hic versus præcedenti.
- 6 Menti bonam temperiem) Gr. ἀκραιψῶν φρένας, sicque legendum non vt in Aldinis emendationibus ἀκραιψῶν φρένας, vt patet ex antithesi sequente.
- 7 Mentis subtilitatem) Gr. νοῦς λεπτός δὲ πῶν ἐκ δυνάμει γαστρός. Aliter tamè hoc carmen legitur in Ald. emend. νοῦς λεπτός δὲ πῶν, etc. Verum vtraque lectio eodem recidit. Vt enim mens tenuis molem & crassitiam corporis expellit: ita corporis moles & crassities mentis tenuitatem & acumen exturbat.
- 8 Pastor hircos) Mulgès hircum sanguinem exprimet, proverbium est, quo admonemur, etiam atque etiam videndum esse, in quorum gratiam labores suscipiamus: ne pro speratis vnus nihil præter labruscas colligamus. Hoc etiam adagio non ineptè quispiam admoneri poterit, ne fidei pietatem ab hereticis sugat, quippe qui pro lacte, id est, salutifera doctrina, non nisi cruentos ac pestiferos errores proferunt.
- 9 Error in vitio est) Hoc vult Gregorius, eum qui à facta viuendi ratione aberrat sine vlla dubitatione in vitio esse. Itaque ἀεθῆλας lego in adverb.
- 10 Maxima incus ictus non pertimescit) Proverbium de homine firmo atque constanti, aduersaque & graui omnia forti animo perferente.
- 11 Foliorum strepitus lepores exterrunt) Aliud proverbium superiori contrarium, quod in eos torquere licebit, qui sine causa pericula fingunt, vt ait Psalmista, trepidant timore, vbi non est timor.
- 12 Ipsam Dei animaduersionem rident) ὡ τῶν lego, vt Aldus in emend. vt sit sensus, malos diuites Dei minas, propositaque pœnarum acerbitates in risu materiam trahere, tantum abest, vt eas reformident. Quod si quis impressorum codicum fidem sequi atque ὡ τῶν legere malit, sic explicandus erit hic locus, vt hoc significare velit Theologus, tantam quorundam diuitem crudelitatem atque amentiam esse, vt non modò humanitatis ac beneficentiæ officia pauperibus negent, sed paupertatem etiam ipsis exprobrent, perinde atque in pœnam illis à Deo immisam. Atque hæc sententia non abhorrebit ab eo quod ait Gregorius in Orat. de pauperum amore, pag. 136. 20.
- 13 At diuitibus) τῶν πλουσίων γὰρ δὲ φροντὶς τῶν βίβ. Non mirum est, inquit, homines maximis opibus præditos animis efferri, vt quibus in amplissima diuitiarum copia, nullum etiam laborem nullamque curam subeuntibus, vitæ tamen degendæ facultates abundè suppetant. βίος enim hoc loco ita exponi debet. Alioqui absurdum esset dicere, homines opibus affluentes hanc vitam nihil curare, cum illi magna ex parte huic vitæ ad dicti affixique esse soleant.
- 14 Vt ferrum) Pulchra hæc similitudine admonemur, ne de vllis ingeniis quamlibet tardis atque obtusis desperemus. In sequenti versus pro σκληρῶν, σκληρῶν legendum cum Aldi emend.
- 15 Herbas pingues non reddunt) χλοῶν enim legendum, vt in Ald. emendat. non χλοῶν. Vt, inquit Gregorius, mare non sine fragore ripam alluens, propinquis herbis nullam vtilitatem affert: ita stulti hominis quamlibet clamorosa, inuulilis tamen est omnis oratio.
- 16 Mens sollicita) Quod Solomon κεραιψῶν ἀνδραμῶν vocat, hoc Gregorius νοῦς ἐμπεμπῶν, hoc est, animum variis curis distractum ac sollicitum.
- 17 Fugiunt iras) Hoc, inquit, compendij faciunt, qui à litibus forensibusque controuersis abhorrent, quod simul quoque animorum suorum lenitati tranquillitatisque consulunt.
- 18 An oblique) Vix enim fieri potest, vt ij quibus mali vitæ magistri contigerunt, non ipsi quoque mali & flagitiosi existant. Vnde illud, Mali corui malum ouum.
- 19 Si nature tuæ) Nam cum homo natura sua iam inde ab ipsa adolescentia ad malum pronus sit, profecto qui natiuæ ad vitium procliuuitati vim afferens, præclare vitam instituit, bonos discipulos ex malo magistro, hoc est, boni ouum ex malo coruo edit. Itaque rectior est vulgata lectio, δῶς ἀεθῆλας ἐκ βίβλας τῶν φόντων quàm vt emendat Aldus, δῶς ἀεθῆλας ἐκ βίβλας τῶν φόντων.
- 20 Virtutum dotibus) ῥακα sic habent τῶν σμεισκαυτῶν τῶν καλοῦ πικρῶν εἰσῶν. Quid autem sit, ornare seipsum πικρῶν, alij viderint. Mihi pro πικρῶν, κακῶν legendum videtur, aut aliquid eiusmodi.
- 21 Paris vipera) De vipera partu supra iam diximus. His autem verbis obscure hoc ostēdit, non esse quod quisquam queratur, si eodem modo alij cum ipso agant, quo ipse cum aliis prius egit. Vt si quis eodè supplicio

quo alios afficere solebat, postea excrucietur: aut si quis in parentes contumax filios quoque in se contumaces experiatur.

22 Populo decepto) Gr. Δῆμος παραλέτας πᾶς ἀγύρτης ἀρχεται. quid autem incipiat, non subiicitur. Quare pro ἀρχεται fortasse ἐρχεται legendum, id est, in medium prodit, ut sit sensus: simulatque miscellaneum vulgus in fraudem aliquam incidit, statim honestorum grauiumque rhetorum loco praestigiatos atque impostores in medium prodire.

23 Populus porro ex perturbato) Graeca ita habebant, Δῆμος δὲ πᾶσι καλῶν ἀπαξία. Quam autem recte dici possit ἀπαξία καλῶν ἀπαξία, est enim hoc loco neutrius generis, velim mihi quispiam explicet. Dicimus quidem ἀπαξία simpliciter, vel πῶτος ἀπαξία, sed ἀπαξία καλῶν nunquam legere me memini. At si pro καλῶν κακῶν legamus, commodissimus profecto sensus existet. Perturbatio, inquit, ac temeritas populus est malorum, id est, confertissimum quoddam agmen malorum, quemadmodum alibi orthodoxos idcirco à triplicis essentiae, in Trinitate, assertionem abhorreere ait, ἵνα μὴ διμωρθεῶν εἰσαρχῶσι. G. à ce qu'ils n'introduisissent vng monde de dieux. sic versus hic cum superiori optime coharebit, docens videlicet, quantum mali secum afferat vulgi imperium, Graeci ὀχλοκρατίαν vocant.

24 Canum canini cætus) Verba Graeca fideliter, ut puto, reddidi. Quid tamen his verbis sibi velit Gregorius, quemque congregatorum canum ordinem intelligat, ingenue fateor mihi nō liquere. suspicor tamē cum de canibus Lazari vlcera lingentibus hoc loco agere.

25 Desinent nunc quoque) Tantum, inquit, abest, ut qui fluxis & fragilibus huius vitæ oblectamentis totos se tradiderunt, quicquam in posterum æuū sibi polliceri debeant, ut ne in hac quidem vitā veram ac solidam pacem sint habiituri. ἄρα enim hoc loco καὶ εἰς expono, sensu ita postulante.

26 Stationem suam) Versiculus integer hoc loco in Graecis desideratur: eoque fit ut ne in versione quidem nostra satis integra sit sententia.

27 Quam mentis dolium) Hoc loco perspicuum est, in Graeco pro βυθός πῆος legendum, tum ut patet respondeat, tum quia hoc poscit antistrophes ratio, cui omnis gratia perit, nisi eadem verba, nonnihil tamen inuersa, repetantur. Versus autem Graecos, quia memoria digni sunt, ascribere hic libuit,

Αὐαριὶν ὑερσὺς, Θείω τῶς σαλαζμῶν, ἢ φρετῶν πῆος
Sapientis antistrophe, Πανὶς φρετῶν μοι μὲν, ἢ πῆος τῶς.

SENTENTIAE TETRASTICHIS

versibus constantes.

Vtram alteri præferendam censes, actionem an contemplationem? Illa plurimum est: hæc perfectorum. Atque ambæ quidem commodæ sunt, & amicæ.

Tu verò ad quam naturâ comparatus es, ei magis incumbere: Spiritualem quandam quæstionem mihi nuper quispiam proponebat. At ego, Ita demum tibi satisfaciam, inquam, si prius animum perpurgaris. Tum ille, Mente, inquit, valeo. Ego verò rursus, Si prius animum perpurgaris. Nam nunc lustratione tibi opus esse video. ¹ Fætido porro atque impuro vasculo vnguentum minimè committi solet.

Purido vasculo vnguentum non committendū.

Omnibus sermonibus nec reluctare, nec assentire: sed iis demum quos scias: quatenusque & quando id expedit. A Deo autem magis pende, ² quàm eius causam defendendam suscipe. Sermoni quippe omni sermo alius aduersari potest: vitæ autem egregiæ quis tandem erit, qui aduersetur?

Melius persuadet vitæ quàm oratio.

Aut à ³ docendi munere abstine, aut moribus vitæque probitate doce: ne alioqui discipulos ⁴ altera manu trahas, altera repellas. Minus tibi sermone opus erit, quæ facta opus sunt, facienti. Pictor non tam sermone, quàm penicillo atque exemplo docet.

Non bene loquentes sed bene viuētes Deo grati sunt. Impiorum munera Deus repudiat.

Vobis potissimum, qui Ecclesiæ gubernacula tenetis, prouidendum censeo, ne oculus tenebris plenus sitis: ne alioqui vitij antistites existatis. Nam si lumen ipsum obscurum fuerit, quanta tandem tenebrarum caligo futura est?

Mutum opus ocioso atque inertis sermone præstantius habendum est. Nam sine vita nemo vnquam in altum subuectus est: sine disertis autem elegantemque sonum edente sermone, permulti. ⁵ Non enim loquentibus sed bene viuētibz gratiam suam Deus impertit.

Præclarissimum Deo munus est morū integritas. Etiam si facultates omnes tuas obtuleris, nihil tamen satis dignum obtuleris. Itaque ⁶ hoc offer, quod pauper

per quoque porrigere potest. ⁷ Meretriciæ mercedis putus Deus particeps esse non vult.

Nihil ⁸ vnquam quamlibet exiguum Deo voue. Dei nanque est, prius etiam quàm accipiat. Quid ergo dico? furti crimine obstrictus teneris, quum quæ tua sunt, non das. O nouum & inauditum debiti genus, inquires: Ananias & Saphira hoc tibi persuadeant.

Mercatum hanc vitam existima. Si negotiatus fueris, quæstū facies. Vt enim parua magnis, sic sempiterna fluxis fragilibusque rebus cōmutantur. Quòd si nūdinarum tempus tibi fluere sinas, nullum aliud postea es habiturus. *Mercatus vita hæc.*

Ingens quidem nobis cursus propositus est: cæterum ingentius præmium. Tibi itaque cauendum, ne curriculum totum simul aspiciens, à toto excidas, totamque nauigationem simul obeas. Nam hoc quoque sæpe ab hostis nostri tentatione nobis accidit.

Nec supra modum confide, nec rursus nimis animum desponde. Illud enim te emollit, ac dissoluit: hoc prorsus euertit. Quare aliud consequere atque omnibus numeris absolue: in aliud incumbere: aliud si assequi nequis, non tamen est quòd verearis, ⁹ ne id quod superest viæ, præteritum laborem irritum atque inane reddat.

Noli præcipiti animi impetu res aggredi: sed in his quæ semel tibi statuta sunt, persta. ¹⁰ Paulatim progredi satius est, quàm virtutis aliquid incidere. Malos etenim vocamus, non humiles atque abiectos homines, sed eos qui posteaquam, sublimè euecti sunt, grauius corrunt.

Ingentem flammam perexigua quoque scintilla excitat: & viperæ semen homini sæpe exitium inuexit. Proinde cura ut leuissimam quoque noxam effugias. Tametsi enim ea primò exigua & minuta sit: postea tamen in ingentem magnitudinem excrescit. *Etiā aleuissimus peccatis cauendum.*

Accuratori studio in teipsum, quàm in aliorum vitam inquire: illo enim modo fructus ad te redierit: hoc verò ad alios. Melius est vitæ morum & actionum, quàm pecuniarum rationem subducere: Hæ quippe caducæ corruptionique obnoxia sunt: illæ firmæ & stabiles.

Perpetua ea tibi cura sit, ut mens tua diuinis cogitationibus salutiferisque sermonibus informetur. Linguam autem coërce. Ipsa enim & ad lædendum procliuor est, & quamlibet egregiè moueatur, minorem tamen vtilitatem parit.

Aspectus me abripuit, inquires: verum eum statim compefcui, nec peccati simulachrum mihi finxi. Sed esto, ¹¹ simulachrum animus finxerit: ab actione tamen ac scelere abstinui. Quid tum? hæc enim velut quidam gradus sunt, quibus tibi fraudem hostis molitur.

Ad turpes & vitiosos sermones, atque inconcinnos iucundarum cantionum modulos ¹² aures velut cera obstructas habe: bonis contra & præclaris semper pateant. Inter sermonem, auditionem, & actionem, haud magnū interuallū est.

Nec odorum muliebres lasciuia, nec læuium & politarum rerum contactus, nec denique ciborum suauitas cupediaque admodum te emolliant. Quid enim vnquam strenuo viro dignum gerere queas, si ab huiusmodi rebus te vincis finas? Distincta quippe ¹³ mulierum ac virorum oblectamenta sunt.

Da, venter ait. Dabo equidem libenter, si cum acceperis, temperanter tegeras. ¹⁴ Si autem inferioribus partibus dare institueris, fimum, nec eum quidē vberem & copiosum accipies. Si verò retineas, copiosum quoque porrigemus.

Prudentibus & cordatis viris, cum omnis risus, tum præcipue meretricius risu dignus est. Risus solutus ac petulans lachrymas quoque producit. Præstat moribus tristibus & inamœnis esse, quàm lasciuis & delicatis.

Pulchritudinem existima mentis elegantiam, non quam manus pingunt, aut temporis diurnitas delet, sed quæ ex prudentis mentis aspectu innotescit. Deformitatem contra ¹⁵ mentis dedecus esse cense.

Mærores & voluptates prodierunt, fiducia & timores, opes & paupertas, gloria & ignominia, throni fluant ut libuerit. Virum constantia præditum nihil rerum fluxarum ac fragilium attingit.

Nemo legem Dei exacte assequitur. 23 Vita potius ac moribus quam animo te attolle. Illud enim tibi diuinitatem affert: hoc deiicit atque prosternit. Id autem assequeris, si non parua mensura te ipsum metiaris. Quamlibet enim altè assurrexeris, infra tamen Dei legem es.

Inanis gloria fugienda 24 Nec quamlibet gloriam, nec magnopere consecrare. Præstat bonum esse, quam videri. Quod si nimium cupido animo es, at certè nec inanem nec nouam gloriam capta. Quid enim simiæ prodest, si Leo existimetur? **A**

Alij non temerè laudandi. 25 Alios quidem lauda: laudatus autem ipse, ne animos tollas. Metuendū enim est, ne ab iis laudibus, quæ tibi tribuuntur, absis. Nec verò alium statim laudes, priusquam eius periculum feceris: ne alioqu岸 malus ipse comperiat, erubescas

26 Male audire satius est, quam male loqui. Quoties apud te quispiam alium disteris ac sannis infectatus fuerit, ut animum tuum hac ratione oblectet, te ipsum fugillari existima. Sic enim futurum est, ut huiusmodi sermone grauissimè offenda ris.

27 Nequid prosperè nauigans, magnifice dicas, antequam ad portum appuleris. Multis enim hoc accidit, ut cum secundo cursu nauigassent, in ipso portu naufragium fecerint. Plerique rursus ex grauissima tempestate in portum applicuerunt. Vna securitas est, calamitates aliis non exprobrare. **B**

28 Oportabilius est bene viuere, atque inter laborum asperitates ¹⁶ liberius aliquando Deum alloqui: quam virtutum floribus carentem, pœnis affici: etiam si omnia summa cum ratione ab eo gubernantur.

29 Omnia tua profunde, Deumque vnum acquire. Alienorum enim bonorū es dispensator. Quod si non omnia vis, maiorem saltem partem profunde: si ne hoc quidem abs te impetrari potest, superuacaneis certè opibus pietatè exerce.

30 Præclarum est aliquid tineis atque inuidiæ eripere. Debitorem Christum habere præstat, quam omnia possidere: qui Regnum etiam cœleste pro vnico panis frusto elargitur. Pauperem alens, Christum regis & alis.

31 Pauper accessit abiitque nihil à me consecutus: Vereor Christe, ne ipse quoque ope tua indigens, iuxta legem eam, quam in me sanxi, egens atque inanis recedam. Nam quod quis non dedit, nec ipse speret. **C**

32 Paupere verò nihil est tutius. Ad Deum vnum tendit, eum vnum intuetur. Tu verò, qui opibus affluis, obuiis vlnis ipsum complectere. Nam & aquila, ut crebro sermone iactatur, tenuem auiculam nido fouet.

Improbis hominibus improbitas mors est. 33 Ut morbus perniciofa sanitate melior est: ita paupertas opibus iniusta ratione quæstis. Vix quisquam fame vnquam interiit. Contrà flagitiosis & consceleratis hominibus improbitas mors est.

34 Quid herus, quid seruus, mala inquam hæc sectio? Vnus omnibus fictor, lex vna, iudicium vnum. sit sanè qui tibi ministret: hunc tamen ut conseruum aspice. **D** Cum autem corporis vinculis solutus fueris, tum denique præstator apparebis:

Liberos & seruos mores efficiunt. 35 Quid porrò serui, ac præsertim Dei? Heros suos ¹⁶ beneuolentia cõplecti nõ recusent. Ingenuum ac seruum mores efficiunt. Nam Christus quoque seruus conspectus est, qui tamen alios in libertatem afferebat.

Nobilitatè posteris reliquere præstat, quam maioribus accepta labefactare. 36 Malum te non obscurum atque ignobilem vocari pudeat. Generis enim nobilitas ab iis ortum habet, qui iam olim computruerunt. Nobilitatis authorem posteris esse præstat, quam à maioribus acceptam labefactare: quemadmodum bonum esse satius est, quam à bonis originem traxisse. **E**

37 Dei solius rerumque diuinarum inexplebili cupiditate flagra, qui iis, qui acceperunt, plura in dies impertit, ¹⁷ siti nimirum sitiens vberimèque ac perenniter fluens. In reliquis autem rebus superari te æquo animo feras.

Cedere interdum expedit. 38 Nec in omnibus rebus, nec semper victoriam adipisci contende. Rectè vincit præstat, quam malam victoriam obtinere. Nam & in palæstra non is vtique semper

per vincitur, qui humi iacet: sed plerunque superior existit.

39 Interdum detrimento aliquo affici sustine. Nam id non raro in lucrum cedit: quemadmodum & plantæ, ut vberiores fructus ferant, putari solent. Quod si facultatibus tuis aliquid iniuste addideris, perinde sanè feceris, ac si vel lignis ignem, vel corpori morbum afferas.

40 Si nulli supplicio apud Deum obnoxius es, non recuso quominus his qui tibi debent, misericordiam neges. Si autem debitorem te agnoscis, clementiam prius eroga. misericordia enim lenitate, ac misericordia apud Deum expenditur:

41 Si quando animus tuus acceptæ iniuriæ dolore exarserit, facti tibi Christus, Christi que vulnera in memoriam veniant, quantulâque pars hæc sint eorum, *iniuria nõ referenda.*

A quæ Dominus tuus perpeffus est. Hac ratione animi dolorem velut asperfa aqua extinxeris.

42 Libido, ebrietas, intuidia, dæmon, æqualia sunt. Ad quencunque enim, horum aliquid accesserit, mentem obruit. Horum remedia, corporis maceratio, oratio, lachrymæ. Huiusmodi quippe medicamentis morbi mei depelluntur.

43 ¹⁸ Iusuradumom ne fuge. Quonam ergo modo quæ volumus persuadebimus? sermone ac moribus sermoni fidem conciliantibus. Periurium Dei abiuratio est. Quid tibi Deum testem adhibere necesse est? mores tantum interponc.

44 Quodnam benignitatis compendiosius præceptum est? Talem te erga amicos ac proximos præbe, quales eos erga te experiri cupis. Quod si compendio- **B** sius adhuc aliquid quæris, Christi passiones habes.

45 Fido ac certo amico nihil par esse existima, quem non poculum, sed aduersa tempestat explorauit, quique amico non ad voluptatem, sed ad vtilitatem obsequitur. Inimicitia modus finisque tibi sit, amicitia autem nullus. *Inimicitia modus sit, amicitia nullus.*

46 Alia cernens oculus se ipsum non cernit: immò ne alia quidem, si lippitudine laboret. Proinde ad omnes res aliquem in consilium adhibe. Nam & manus manu, & pes pedis auxilio indiget. *Nemo sibi sufficere potest.*

47 ¹⁹ Si bonorum admonitionem sequaris, non te à malis irrideri pudebit. Cum quid turpe cogitas, multos tibi adesse existima, ²⁰ teque ipsum verere.

48 Bonos malis semper antepone. Cum malis consuetudinem habens, malus vtique futurus es. **C** A malo homine nunquam beneficium accipe. Huiusmodi enim benignitate nihil aliud, quam sceleribus suis impunitatem quærit.

49 Ego ex hoste quoque non nihil vtilitatis capio. Ob id enim, ne ille in me ansam habeat, cautius vitam instituo. Interim tamen & medicina huius acerbitatem perhorresco, & suauius medicamentum improbo.

50 Bonis gratiam refer: malos aspernare: vel potius hoc eos beneficio affice, ut nihil mali ipsis inferas. Sic enim ipsos quoque temporis progressu bonos efficies. Homini æquanimitate prædito egregium munus est benignitas & clementia.

51 Omnibus quidem, si fieri potest, benignum te præbe: propinquos autem **D** prolixiori benignitate complectere. Quis enim alioqui adduci poterit ut credat te exteris bonum fore, si erga eos, quibus benignitas iure debetur, iustitiam minimè colas?

52 Quid nos omnibus in rebus miserum hostem accusamus, eique noxas omnes nostras ascribimus, cum ipsi scelerata nostra viuendi ratione potestatem demus? Tibi ipsi vel soli vel potissimum succense. ²¹ Ignis enim noster est: flamma autem aduersi spiritus. *In peccatis non demones accusandi, sed nos ipsi.*

53 Infomniorum ludibria ne admodum sequaris: nec mens tua quarumlibet rerum cupiditate concitetur: nec denique secundarum rerum specie nimium te attollas. Hæ enim plerunque hostis nostri sunt insidiæ. **E**

54 Finis omnis boni lætissimam tibi spem propone. Nam cum spes nonnulla improbis quoque adiumento sit: quanto tandem ea magis probos fouere debet? Neque enim ferendum est improbitatem virtute superiorem esse.

55 Prudentiam fortuna tutiorem esse cense. Hæc enim rerum leuis ac temerarius est impetus: illa gubernatrix. Nec rursus quicquam eruditione præstabilis esse iudica: quippe quæ sola dominorum propria sit.

Lædere facere est.

56 Potentiam tuam agendiq; facultatem non in inferendo malo, sed in bene merendo ostēde: si modo Deus esse cupis. Hoc enim eius est, qui cognationem suam exploratam habet. Facile autem & 23 pastinaca & scorpium mortē inferūt.

In senectute potissimum pietas colenda.

57 Turpe est iuuenē sene imbecilliorē esse, senem autem iuvene stultiorem. Cæterum ita uterque comparatus sit, ut senex quidem omni sapientiæ genere excellat: iuuenis autem ad corporis vires prudentiam quoq; interdum adiungat.

58 Cū semper salutis studio incumbendum est, tum verò eo præsertim tempore, quo vitæ finis impendet. Senectus venit, discessum præco clamat. Quilibet se præparet: iudicium enim propinquum est.

59 Ut finem faciam, duplici modo Deus abiuratur, sermone ac vita. Proinde ne in fraudem incidas circumspecte (clandestino enim certamine semper te hostis infectatur): ne alioqui 24 postrema lustratione opus habeas.

SCHOLIA.

1 Fætido porro) Gr. Eleganter μωρον δοχεῖον σαωεργῆς πικρῆς. sic Horatius, Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis acescit, Et Christus ipse in Evangelio vetat, ne vinum nouum in vtres veteres condatur.

2 Quam eius causam) Non hoc vult Gregorius, pietatis Christianæ doctrinam aduersus hereticos strenuè atque constanter tuendā non esse: sed fidei propugnatores admonet, ut non tam eruditionis suæ, q̄ rectæ & honestæ vitæ, Deique præsidio nitantur. αεσατεν enim hoc loco nec præesse nec præire significat, sed tueri ac defendere. Vnde etiā Nicetas ἡ ἐξέχου exponit αεσατεν (corrupte enim legitur αεσατεν) ἢ αεσατεν αὐτῶ.

3 Aut docendi) In Græco legendum ἡ μὴ, ut Aldus in emend.

4 Altera manu trahas) Altera manu trahere, altera repellere proverbiū de his qui sibi ipsis minimè constant, quòdque sermone struunt, moribus euertunt. Finitimum illi Græco τῆ μὴ ὑδωρ φορεῖς, τῆ δὲ τῆρ τὸ πῦρ. i. altera manu fert aquam, altera ignem.

5 Non enim loquentium) Regnum enim Dei, ut, inquit Paulus, in virtute, non in sermone consistit.

6 Hoc offer quod nuper) hoc est præclarissimas quasque virtutes, quæ pauperibus æquè ac diuitibus in promptu esse possunt: vel, ut exponit Nicetas, fidem per charitatem operantem.

7 Meretriciæ mercedis) Hoc est, munus ab impuro & scelerato animo proficiscens Deus auersatur. quem admodum Psal. 40. non patitur ab homine iniquo & flagitioso laudes suas prædicari. Alludit autem hoc loco Gregorius ad illud Deuter. 23. Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini tui, quicquid illud est quod voverint, &c. Per meretricem autem allegoricè intelligit Theologus vitiosam animam libidinèque affectam, ut Nicetas exponit, quæ per carnalem & mundanam cupiditatem aliquid elucrat, idque Deo offert. Quod quidem munus ipsi execrationi est. His autem verbis non hoc agit author noster, ut improbos ac flagitiosos homines à misericordia & liberalitate erga pauperes auertat ac deterreat: sed eos admonet, ne hunc sibi beneficentiæ scopum proponant, ut sibi licere putent, in scelerata vitæ ratione perstare, modò de pauperibus bene mereantur.

8 Nihil vnquam Deo) sententia huius tetraſtichi hæc est, omnes mudi opes Dei esse, proindeq; nihil ei propriè voueri posse: ex eoque effici ut qui concessas sibi à Deo facultates in pios vsus minimè conuertunt, furte crimen effugere nequeant. In tribus autem huius tetraſtichi versibus error est in Græco. In primo pro τῶν, τῶν legendum: in sequenti pro λέγων, λέγων, in tertio pro δοῦ, δίδου. Nimum violenta ac detorta mihi videtur Græca Nicetæ interpretatio, qui post τὴ οὐδ interrogationis notam ponit, & subaudiendum esse ait, Polliceri domino quæ sua sunt: quòdque sceleratius est, ne ipsa quidem vota præstas. Eodem modo sequenti versu duplicem lectionem affert. Ait enim in quibusdam codicibus καὶ legi, in nonnullis autem καὶ. sed in neutrius lectionis explicatione mihi satisfacit. Illud enim verò te, Lector, admonendum habeo, Gregorium hoc Tetraſticho minimè vota improbare: sed hoc docere velle, ei, qui Deo aliquid vouere in animū induxerit, cauendum esse, ne hac falsa opinione imbuatur, quasi ipsi aliquid det, quod non prius ipsius fuerit. Domini enim est terra & plenitudo eius. Alioqui non tam literarum sacrarum rudis erat, quin præter innumera alia scripturæ testimonia, illud quoque Davidis memoriæ ipsius insideret, Vouete, & reddite domino, &c. & illud Solomonis Eccles. 5. Quodcumque voveris reddde, &c.

9 Ne id quod superest) Ne inquit, idcirco animo concidas, spemque omnem salutis abiicias, si numeros omnes virtutis explere nequeas. Est enim mediocri quoque virtute præditis in cælo sua sedes constituta. Multæ quippe sunt apud patrem mansiones, ut ait Christus in Evangelio. Non enim iter aliquod facientium, & ad salutem contententium eadem est ratio. Illis enim, nisi ad eum locum quem sibi proposuerunt, peruenierint, irritus est omnis labor: at non item ei qui in honesta viuēdi ratione versatur, atque, ut Davidis verbis utar, ascensiones in corde suo disponit. Nec enim, si supremum virtutis apicem non attingerit, propterea desperatione frangi debet, perinde ac laborū omnium quos exhausserit, nullus omnino futurus sit fructus. Ita ferè Nicetas.

10 Paulatim progredi.) Perit interpreti allusionis gratia quæ est in verbis Græcis κόπην & αεσατεν. Nicetas ἡ κόπην τὸ καλῶς, exponit, ἡ τῆς ἀποστολῆς καὶ σπουδῆς ἢ ὑποσπουδῆς ὅρμητος ἀκούσθαι ἢ ὁ ἀκρίβεια καλῶς. Præstat, inquit, paulatim in virtute progredi, paulatimque quotidie accessiones facere, quàm per animi negligentiam & temeritatem hoc quoque bonum, quod labore quæsiueras, excidere.

11 simulachrum animus finxerit) Gr. εἰδωλὸν ἐστὶ πῖραι, delendum πῖραι, ut & sensus & ipsa carminis lex clamat, sicque in emend. Ald.

12 Cera obstructas) Alludit ad Ulysses, qui Odyss. 14. sociorum suorum aures aduersus Sireneos cantus, imposita cera præmunivit. Hic autem in Græco pro λιγισμάτων λιγισματα legendum est.

13 Mulierum ac.) Allegoricè hoc loco Nicetas per mulierem, animam ignaram & effæminatam intelligit, quæque eas tantum voluptates agnoscat, quæ sensibus percipiuntur, nec commune quicquam habent cum forti ac virili anima, iisque oblectamentis, quæ in earum rerum, quæ animò solo & ratione intelliguntur, contemplatione sita sunt.

14 Si autem inferioribus partibus) id est, si copiosus liberaliùsque nutritus in libidinem prorumpas, parcius te alant, nec committam, ut ciborum copia distentus ad Venerem inferneſcas. q. d. Tantulum à me alimenti accipies quod alui meatu excerni possit, non autem quod genitale quoque semen tibi augere, teque ad libidinem inflammare queat.

15 Mentis dedecus) id est, animi turpitudinem morumque obscenitatem. In Græco pro τῆ ἀνομιᾶ τῶ ἀκαταστατου legendum: sicque Aldus in emend.

16 Liberius aliquanto Deum alloqui) De hac piorum libertate, quam Græci παρρησίαν vocant, vide pag. 77. Schol. 14.

16 Benevolentia complecti) In Græco pro ἀνοεῖν, ἀνοεῖν lege, pro χριστὸς χριστὸς, & primo versu sequentis tetraſtichi pro καλῶς καλῶς, sicque in emend. Ald.

17 Sitiens sitiri) Gr. διψῶν τὸ διψᾶσαι sitiens sitiri, hoc est, ut ait Nicetas, vehementer cupiens se ab hominibus inquiri, quòd ea re mortalibus salus comparatur. A notat tamen in quibusdam codicibus scriptum reperiri διψῶντα διψᾶ. Verùm utraque lectio eundem sensum habet.

18 Iusiurandum omne) In Græco legendum ὅρκων non ὄρον, quemadmodum infra pro σὺμβολον σὺμβολον.

18 Et suauius medicamentum) id est, fuciatam ac simulatam benevolentiam.

19 si bonorum) τῶ καλῶς utroque modo exponit Nicetas, ut & sit masculini generis & neutrius. Mihi tamen simplicior videtur prior expositio.

20 Te ipsum verere) id est, animam tuam, quæ ad imaginem Dei creata est. Animus enim quisque ipse dicitur. Aliud enim ipsi sumus, aliud nostrum, aliud quæ circa nos sunt. Nos enim animus est & mens. Ad imaginem enim Dei conditi sumus: nostrum autem corpus, sensusque per ipsum manantes: quæ autem circa nos sunt, pecuniæ, artes, & reliqua vitæ instrumenta. Hæc ex Basilio Nicetas affert.

21 Ignis noster est) Gr. τὸ πῦρ ὃ ἐν ἡμῶν ἢ δὲ φλόξ τῆ πλῆματος. Nunquam enim teterrimus illè hostis noster scelerum flammam in nobis excitare posset, nisi prius ignis à nobis accensus esset. Vnde illud propheta, Ambulate in igne quem vobis accendistis.

22 Qui cognationem suam) hoc est, qui Deum procreatorem agnoscat. Nam ille vim suam ac potentiam non nocendo, sed bene de omnibus merendo quotidie demonstrat.

23 Pastinaca) Pastinaca piscis est de numero venenatorum, Arist. lib. 5. de hist. anim. cap. 3. Hoc autem vult Gregorius, nihil esse, cur quispiam præclarum sibi, atque ad laudem nominisque splendorem amplum esse putet, quòd nocendi facultatem habeat: cum lenissima quoque animalia mortem afferre possint. Huic autem simile est illud quod Cicero Tuscul. 5. de Theodoro refert, qui Lysimacho mortem ipsi mimitanti, Magnum, inquit, effecisti, si chantaridis vim consecutus es: Vel, ut refert senec. lib. de tranquill. vitæ, Habes cur tibi placeas, hemina sanguinis in tua potestate est. Et sanè multò difficilius, ac proinde præclarus est prodesse, quàm nocere. Vnde grauius quidam olim, cui cum euersam à Philippo Mæcedonum rege Olynthum esset nunciatum, At hercle, inquit, multis annis talem urbem non extruet.

24 Postrema lustratione) Gr. ἡ πῶς δεινῆς ἐξαπατῶν καὶ ἀπορίων, id est, ut exponit Nicetas, τῆς εἰς τὸ πῶς καὶ ἀπορίων, τῆς ἐξαπατῆς, τῆς μὴ ἐχούσης τέλος, ἢ τῆς εἰς ἀέριον τοῖς ἀμφοτεροῖς & τοῖς ἀσθενεῖς. i. ne opus habeas vltima illa ac sempiterna per ignem purgatione, quæ peccatores & impios exceptura est. Vox tamen καὶ ἀπορίων & ἀπορίων improprie hoc loco vsurpatur. Nec enim sempiternus ille ignis impiorum labes & noxas expiat, sed punit.

MONOSTICHA GREG. NAZIANZENI

secundum ordinem Alphabeti.

- 1 Αρχὴ αὐτῶν καὶ τέλος ποιοῦ θεόν.
2 Βίου ὁ κέρδος ἐκβιοῦ καὶ ἡμέραν.
3 Γίνωσκε πάντα τῶν καλῶν καὶ δράματα.
4 Δφόν πένεσται, χεῖρον δὲ ὑπορεῖν κακῶς.
5 Εὐεργετῶν νόμιζε μιμείσται θεόν.
6 Ζητεῖ θεὸς ἡ χρηστότητα χρηστὸς ὢν.
7 Η ἄρξ κρατεῖσται καὶ δαμασσεῖσται καλῶς.
8 Θυμὸν χαλίνου, μὴ φρενῶν ἔξωπέσης.
9 Ἰση μὲν ὄμμα, γλῶσσαι δὲ σαθρῶν ἔχει.
10 Κλείς ὡς κείσται, μηδὲ ποριβῶσι γέλως.
11 Λύχνος βίου ἡ πῶτος ἡ γείσται λόγος.
12 Μὴ ἡ δὲ εἶ τῶν δοκεῖν ὑπορέοι.
13 Νόσ τῶν πῶτα, πῶσε δὲ ἄ πῶσε ἡ γέμεις.
14 Ξένοι σαυτὸν ἴσθαι, καὶ ἡμα ξένοις.
15 Ὅτ' ὑπολοεῖς, μάλιστ' ἀμνησθὲς ἄλλης.
16 Παιτ' ὑπολοεῖσται καὶ δὲ χεῖσται τὰκ θεοῦ.
17 Ρᾶδδὸς δικαίου πλείον ἢ ἡμὴ κακῶ.
18 Σοφῶν ὑπολοεῖσται, πλοισίων δὲ μὴ.
19 Τὸ μικρὸν ἢ μικρὸν, ὅττω ἐκφέρη μέγα.
20 Ὑβερὸν χαλίνου, καὶ μέγας ἔσθαι ἡ φῶς.
21 Φύλασσε σαυτὸν, πῶμα δὲ ἄλλου μὴ γέλα.
22 Χάρις φθονεῖσται, ὅ φθονεῖν δὲ ἄλλος μέγα.
23 Ψυχῶν ὑπολοεῖσται μᾶλλον ἢ ὅ πῶν θεῶ.
24 Ω ἡς φυλάσσει τῶντα, καὶ φθονεῖσται.

E A D E M L A T I N E.

- 1 Principium tibi sit, tibi finiat omnia Christus.
2 Optimus hic vita quaestus, decretere censu.
3 Omnia fac tibi sint bene cognita gesta bonorum.
4 Paupertas grauis est, grauior mala copia rerum.
5 Aemulus ille Dei est, quisquis prodesse laborat.
6 Esto bonus, Dominum sic experiere benignum.
7 Tu facito carnem egregie teneasque domesque.
8 Ira tenenda tibi est, ne mentem insania vexet.
9 Siste oculum, linguae lancemque adhibere memento.
10 Lascium cohibe risum, sit clavis in aure.
11 Dux tibi totius sit vitae oratio semper.
12 Virtutis fama virtus tibi charior esto.
13 Omnia nosce quidem, sed tantum amplectere iusta.

15 Ipse

- 14 Ipse peregrinos, cum sis peregrinus honora.
15 Turbinis esto memor, dum tuta per aquora ferris.
16 Omnia de Domini manibus capienda libenter.
17 Virga boni melior, quam quo malus ornat honore.
18 Prudentis portas, non diuitis ostia pulsa.
19 Paruum non paruum est, si quid produxerit ingens.
20 Esse cupis sapiens, frenanda est dira libido.
21 Labentes plora, lapsum tamen ipse cauet.
22 Iucundum est liuore premi, liuere pudendum.
23 Sacrificare Deo mentem, quam caetera praestat.
24 Huius certa salus quisquis seruauerit ista.

SCHOL.

2. vers. Decrescere censu.) Verbum Graecum ἐκβιοῦ duplici modo exponit Nicetas. Priore modo quemadmodum vertimus: posteriore ut idem significet, quod ἀποθνήσκειν, id est, mori. Iuxta illud Apostoli, Quotidie morior. Hunc autem Nicetae commentarium libens tibi, optime lector, Latinum exhibuissim, nisi, dum codicem Graecum à Villierio meo quotidie expectarem, repente, in caenobij nostri expugnatione, cum omnibus libris meis ipsum quoque Villierium amississem, virum praestanti ingenio, doctrina, memoria, atque excimia quadam vitae integritate praeditum. In cuius impia caede respub. literaria, immodè Dei Ecclesia, gravissimum vulnus accepit.

PROVERBIA QUIBUS IN HOC

opere Gregorius vitur.

Illois manibus profanisque in sancta mysteria se inferre, pag. 4. lin. 18.
Saul inter prophetas, ibid. lin. 29.
Aliis mederi velle, cum ipsi ulceribus scateamus, 5. lin. 41.
Nudo capite in omne flagitium prorumpere, 7. 31.
Procul à meta cursitare, 9. 45.
Via Regia incedere, 10. 35.
Figlinam in dolio addiscere, 13. 47.
Priusquam lanuginem primam abiecerimus, puerilique more balbutire desierimus, 14. 15.
Semina in petras fundere, aut in aures surdorum loqui, ibid. lin. vlt.
Magno lumine paruum domum illustrare, aut virilibus armis puerile corpus obtegere, 25. 27.
Post cladem auxilium, post tempestatem gubernator, post cicatricem medicina, 39. 51.
Quid palea cum tritico? 41. 7.
Ab umbra statuam laudare aut Leonem ab unguibus, 70. 44.
Cum coccum seminassim spicas collegi, 81. 40.
In eadem morbum relabi, et ad vomitum suum reverti, 85. 35.
Vulneribus confectus vibices alius obiciis: faedissimè corruens offendicula exprobras: totus caeno oblitus maculis aliorum oblectaris, 88. lin. vlt.
Relicto capite ad pedes currere, praeterito Aaronè Eleazarum in medium producere, 102. 13.
Pro tritico egrediatur mihi vrtica, pro ordeo rubus, 120. 44.
Simul cum offa et fufuribus, 124. 4.
Etiam si non protinus admissio scelere, pag. ead. l. 29.
proverbialis est Graeca locutio, καὶ πῶτα ἐπαρῶν τῶν δεινῶν.
Secundo vento nauigare, 125. 52.
Rerum humanarum alia forma aliaque gubernatio.
in Graeco paremia illustrior, ἐν τῶν πῶτων καὶ ἀγαθῶν ἐπέεσσι, 127. 12.
Briareï manus iniicere, 135. 20.
Curta assidue cadens lapidem excauat, 137. 20.
Huic ne Atlanticum quidè pelagus sufficeret, 140. 30.
Ne à decem millibus emotus fuisset, 142. 10.
Res in nouacula acie sita, 146. 40.
Ponere manum suam ad os suum, 148. 40. et 153. 41.
Post festum accedere, 154. 40. et 161. schol. 4.
Cupidis dies vna vitae instar est, 154. 40. et 161. schol. 3.
Malo malū extrudere, et insania insaniam sanare, 157. 40.
Virtus laudata crescit, 164. 48.
Mare fluminum aquis non eget, 165. 27.
Ab orationis scopo aliena fore. Magis perspicuum est Graecum Adagium, ἔξω σκοποῦ βαλλῆται τὸν λόγον, 168. 25.
Asinas quarens, regnum inueni, 170. 5.
Velut excomposito, 170. 22.
Remigationem ad puppim conuertere, 171. 40.
Ad Lydium currum currere, 173. 26.
Ad metam (vel curriculum potius) orationem reducere, ibid. 40.
Ultra Gades nauigare, 174. 25.
Salsam aquam dulci admiscere, 185. 19.

Modus optimus, 187.47
 In montis radicibus versatur, à vertice remoti: ad-
 huc fretum traicimus relicto magno Oceano,
 190.32
 Statua in umbris, vox Echus resonabilis, 195.25
 In vinea quoque spina nascitur, 215.43
 Alij tragœdiæ actores erant: manus tamen Absalonis
 cum illis erat, 215.50
 Statua ad omnes pertranscuentes sese obuertens, com-
 munitis utriusque pedis cothurnus, cribratio ad
 omnem ventum, 218.32
 Si non flammæ, fumi certè particeps, 218.49
 Luto lutum purgare, 245.9
 Frigidam aspergere, ibid.20
 Aranearum fila, 246.44
 Platonis legibus frigidiora, 247. schol.8
 Arenam in precio habere, & mundi lumina contu-
 melijs afficere: conchas aggerere, & margaritas
 contemnere, 250.24
 Eiusdem sodalitiij sunt Gr. melius, τὸ ἀπὸ τῆς φωνῆς,
 251.50
 Aurum in arena nascitur, & gemmæ in petris, 254.4
 Cor panefulcire sufficit: obsonia copiosis relinquan-
 tur, 266.18
 Sapientes die vno exorti, Gr. ἀπὸ μιᾶς ἡμέρας 271.21
 Carbones adhuc molesti sunt, etiam si flammam effu-
 gimus, 283.33
 Spontaneis pedibus accurrere, Gr. ἀπὸ τῶν ποδῶν
 288.8
 Bibunt ut sitiant, de auaris, 291.41
 Guttulis aquæ aliquem petere, aut ventis ferire, aut
 in somnijs ludere, de inani conatu, 294.36
 Navis vestigia aquis impressa, de rebu inanihus,
 299.10
 Forceps propter currum efficitur, 303.11
 Mulge lac, & erit butyrum, 310.36
 Splendide vestis luculentiores sunt sordes, 322.18
 Deformibus literis elegantes literas, cænoque vn-
 guentum admiscere, 330.28
 Hieme intempestiui flores, 330. lin. vlt.
 Procul extra metam ferri, 331.6
 Manibus vinculis linguam armare, in inani loquaci-
 tate laborantes, ibid.45
 Aranearum telis infirmiores illaqueare, 332.44
 Crabrones contra fidem excitare, de hereticos ad
 disputationem provocantibus, ibid.45
 Epicuri atomis absurdus, 337.37
 Secundam navigationem inire, 340.25
 Paruo organo res magnas moliri, 343.13
 Ciatho mare metiri, 346.23
 Vita non vitalis, 369.7
 Malorum magistrorum mala doctrina, malorum se-
 minum mala seges, 384.29
 Ante lanuginem senes docere, 415.32
 Vna hirundo non facit ver, nec linea vna Geome-
 triam, nec navigatio vna nautam, ibid.37
 Dum secundo vento nauigas naufragiū time, 431.44
 Aduersus habentem pugna, 431.17
 Ab ipsis vnguiculis, 436.9
 A teneris vnguibus, 440.4
 In medio fonte sitis cruciati vexari, 442.49
 Miserum est cum manna præterierit, cibum appetere,
 443.16
 Quandiu calet ferrum, frigida obduretur, 444.41
 Stimula equū ad carceres, i. redi ad ppositū, 498.17
 Vtroque poplite claudicare, 543.19
 Quid flammæ materia opus est, aut belluæ copiosi
 alimento: in nimium delicatè viuentes, 547.24
 Alio itinere ad idem diuersoriū ferri, id est, alijs ver-
 bis idem dicere, 560.12
 Luto margaritam, imbecillæ auri tonitruū sonum, so-
 lem infirmis oculis, lactantibus solidum cibū com-
 mittere, 557.54
 Leoninæ pelli vulpinam, aut Minois laruam summæ
 iniustitiæ prætexere, 607.23
 Melampus & Proteus, de inconstantibus, 608.25
 Echeto & Phalaride crudelior, 612.3
 Orci galea & Gygis annulus, 613.9
 Quis Mercurius Logius hoc tibi in mentem immisit?
 615.16
 In Cynosarges, 616.24
 Alij hominum motus, alie simiarum imitationes,
 618.16
 In beatam iacere, ibid.38
 Cum nugantibus nugandum, ibid.41
 Amorum cestus, 619.47
 Per cænum ad urbem ducere, aut per saxa & scopu-
 los ad portum contendere, 620.44
 Sine ere Phæbus non diuinat, 621.31
 Tum cygni cantabunt, cum graculi tacuerint, 698.c
 Calypsius insula, 700.b
 Fortunatorum insula, 701.e
 Tantalica vita, 702.a
 Lotophagorum paupertas, & Alcinoi mensa, 702.d
 Fabulosa fortunata, 705.a
 Non rore solo viuunt cicadæ, ibidem
 Bis ad eundem lapidem impingere, 706.a
 A lare, 707.a
 Fabula factus sum, 708.a
 Altera manu caput demulcere, altera ferire, 709.b
 Mare aqua non eget, 712.d
 Graculus graculo asidet, 725.d
 Portus tempestate iactatorum sunt, ægotantiū phar-
 maca, 726.d
 Comice se gerere non potest, qui tragicè se habet,
 730.d
 Qualia dixeris talia audies, 732.b
 Radentem vicissim radere nil prohibet, ibid.
 Cum satis amplæ sunt opes, virtus colenda, 732.c
 Cum ariete caluo non est arietandum, 733.a
 Qui equitandi artem didicerit, ne cantet, 733.d
 Contra torrentem ne nitare, 733.d
 Inter graculos excellere ne sustineas, cum aquila es
 se possis, 734.a
 Graculi sunt, & aquilarum volatū explorant, 737.c
 Lucifer splendore non eget, 742.b
 Morsus à serpente non alloquitur, nisi morsis à ser-
 pente, 773.314. versf.
 Firmior saxo, auro purior, 798.138
 Aurea ferro commutare, pag. eadem. versf. 178
 Pudor in oculis, 815.c
 Vulpinam pellem aut leoninam assuere, 816.c
 Inferum & gruum concilia, 817.b
 Cercopum cæuis, 817.c
 Id solum

Id solum quod ad pedes est optimum censere, 824.d
 Heri & nudius tertius, 828.a
 Cadauere imbecillior, 832.b
 Gloriosus est infra aquilam volare, quam supra
 alaudas, 845.e
 Simiam auro adornare nil refert, 847.a
 Plumbeum ensẽ argentea vagina condere, ibid.13
 Fons magnum fluiuium parturiens non obstruendus,
 ibidem.c
 Luti patres, pag. 848. schol. vlt.
 Pestis etiam robustissima corpora inuadit, de fugien-
 do malorum contubernio, 852.d
 Sua manu se vulnerare, 854.c
 Manibus gerere, 857.c
 Sed hæc in profundum maris cadant, ibid.d
 Asinus molaris equi fastum habens, 862.b
 Purpuream vestem cænum non decet, 864.d
 Hæc mea navigatio est: tu aliam si voles inito, 865.c
 Adamante durior, ibid.
 Depulso cæno margaritam fundere, ab arena aurū,
 à spina rosam, ab aristis relicta stipula triticum
 legere, 867.e
 Sardonius risus, 872.d
 Ad cornos projicere, 875.b
 Siculis scopulus grauius, 876.c
 Per Scyllæos scopulos & Charybdim ad Ithacam
 nauigare, 880.d
 Cæno oblitus guttulas meas diligenter obseruauis, 881.d
 Elephante latior, 887.a
 Penelope tela, 889.c
 Internè Hecuba, externè Helena, ibid.
 Adonidis hortus, Polypi color, litere in aquis conscri-
 ptæ, ibid.e
 Hosti gladium porrigere, aut torrenti ad segetes no-
 stras aditum aperire, 890.d
 Deformis est, & tamen Danaen præ se contēnit, 891.a
 Amoris cestus, ibid.e
 Hircum mulgens nil nisi sanguinem exprimet, 897.c
 Maxima incus ictus non timet, ibid.d
 Foliorum strepitus lepores exterrēt, ibid.
 Fætido vasculo non committendum vnguentum,
 900.c
 Altera manu trahere, altera repellere, ibid.d
 Pictor plus penicillo, quam sermone docet, ibid.
 Quid prodest simiæ, si leo existimetur, 902
 Manus manu eget, & pes pede, 903

RERVM ET VERBORVM ME-
morabilium index.

A
 Deo negocium omne inci-
 piendum 2.18
 à malo declinare, & bonum
 facere scripturæ præcepto iube-
 mur 5.47
 Aaron primas apud Deum secun-
 dum Mosẽ tenens 23.41
 Aaronis lingua Moses vtebatur
 39.34
 Aaron atque Hur Mosi manus in
 monte suffulciebant 46.32
 Aaron Mosi & corpore & spiritu
 frater 193.49
 Abaridis sagitta 173.10
 aberrare à fide veritatis studio
 12.9
 aberrans à recta doctrina, statim
 ad se redeat 540.8
 abiuratio in baptismo 302.34
 Abraham patriarcham Gregorius
 patrem suum vocat 25.30
 Abraham magnus, & patriarcha,
 & noui sacrificij sacrificator
 193.15
 Abrahæ sacrificium 230.26
 absinthium amarorem suum melli
 celerrimè impertit 5.35
 abstinentia parit candorem 71.21
 absurditas hæreticorum 685.d
 absurdam quæstionem quomodo
 soluere licet 319.50
 absurdus nihil est quàm cum ma-
 gno studio & cura reconditas
 opes conseruare, ac sexcentorū
 malorum occasiones sibi ipsi cu-
 stodire 581.a
 absurdum est extra tribulationem
 philosophari, in tribulatione
 debilitari 735.a
 acrimonia animi cum ad pietatem
 accesserit zelum parit 239.42
 acroama nullum tam iucundum
 est, quàm Christianus comicis
 cauillis suggilatus 22.13
 actio sine doctrina imperfecta
 181.47
 actio & contemplatio catena ve-
 rè aurea 212.50
 actio contemplationis fundamen-
 tum est 275.20
 aculeus diuini amoris, dulcis est
 879.3
 adamas percutientium ictibus non
 labefactatur 241.6
 Adam totus peccauit 679.d
 Adamus cur nudus erat 391.d
 Adamus per voluptatem ac mulie-
 rem deceptus 283.20
 Adamus rex harum rerum infe-
 riorum 390.a
 maximo adiumento ad salutem
 opus habemus 793. vers. 722
 admiranda inedia longitudo, 838.b
 admiratione qui vir dignus, 578.b
 admonitio pulchra 123.15
 adoranda diuinitas in tribus per-
 sonis 98.45
 adorandus crucifixus 523.d
 adorator Trinitatis quis verus at-
 que sincerus sit 302.4
 adoratores Trinitatis 297.36
 adoratio libidinis 456.2
 adulter animo, corpore pudicus
 non est nisi inuitus 324.19
 adulterium spirituale 324.15
 adulterini præfules quinam sint
 213.39
 Acacia 197. sch. 10
 ἀδελφὸς vox exponitur 38.1
 ægrotare infirmitatis est humane,
 sanari autè gratiæ diuine 82.19
 Egypti monasteria 217.16
 ex Egypto quomodo vocabimur
 filium 398.e
 Egyptiorum vasa diripere, alle-
 gor. 518.a
 aones fabulosi 256.6
 æquabilitas & prouidentia Dei in
 rebu ecclesiasticis 2.45
 æquitatem Dei si imitemur nemo
 erit pauper 124.14
 æreus amor in vitio est 891.d
 æternitas 482.c
 æternus pater, æternus filius, æter-
 nus spiritus sanctus 351.2
 Ætneus ignis 609.b
 æuum quid 483.a
 affectare vel detrectare imperium
 æquè perniciosum est 3.10
 affectus exactos non habere, hoc

vnum turpe est 325.2
 affectibus imperare valde expe-
 tendum 100.13
 afflictio ipsa nonnunquam opti-
 mum est ad salutem pharmaci
 84.38
 afflictionis tempore quid facien-
 dum 107.15
 afflictionum causae sunt vitia no-
 stra 106.45
 afflictiones nullas pati non egre-
 gium haberi debet 649.a
 afflictionum causae occultae 126.39
 afflictione Deus maximè mitiga-
 tur 157.30
 afflictionibus obsistantur p̄
 291.40
 agnus legalis, Christi figura. 503.6
 agnus cur in quintum diem asser-
 uaretur 505.c
 agnus cur festinanter cum lactucis
 agrestibus manducandus. 513.e
 agricultura 669.b
 Alexander in Poru beneficus. 597.d
 Alexandri vinum perdidit. 828.7
 Alexandria doctrinarum omnium
 officina 58.18
 Alexandrinorum natura 220.10
 Alexandrinae civitatis mos in ho-
 noribus publicis 221.1
 Alexandrinorum in Christianos cri-
 delitas 609.d
 Alcmaeon 197. Sch.9
 alienis in rebus libenter philoso-
 phamur 76.d
 alienorum criminum observatores
 21.22
 aliud est gregi praesse aliud homi-
 nibus 4.39
 alia aliis profunt 9.36
 alij non temere laudandi 90.1
 aliorum pennis erudiri vtile 110.9
 aliorum vtilitati servandū. 47.19
 alius alio magis speciosam larvam
 praetendit 37.33
 alius in Trinitate locum habet, at
 non aliud 679.a
 allegorias obiciebant ethnici Chri-
 stianis 636. Sch.147
 allegorias ubique quaerere ineptū,
 nusquam Iudaicum 500.c
 allegoriarum nimius vsus vitan-
 dus 30.35
 Alpheus fluvius 663.e
 altaribus honorem haberi Deus
 iubet 185.51
 altaris sacrosanctum mysterium
 209.52
 altaris sacra mensa 288.3
 altaria conspurcata 244.1
 amatorum quiddam cum cissy-
 bio cantilare 4.49

ambire praefecturam non oportet
 27.25
 ambitio demonū sceleratiss. 72.4
 ambulemus quasi in die honeste
 et compositē 455.a
 amentia infidelium 126.20
 amentes sunt catholici, nisi sint in-
 ter se concordēs 278.24
 amentis est seipsum fallere 437.c
 amicitia nihil venerabilius 37.1
 amicitiae verae descriptio 172.30
 amicitiae inter Basilium et Grego-
 rium principium 171.21
 amicitiae lex, omnia inter amicos
 communia esse vult 840.d
 amicitiae fructus 580.b
 amici fidelis laus 39.1
 amicorum paria aliquot 173.34
 amicorum omnia communia 738.a
 Ammonitis domini ecclesiam in-
 gredi non licebat 21.15
 amor nostri plurimum ad virtutē
 impediendi affert 7.18
 amor amorem gignit 25.27
 amor pudicus et Deo gratus est
 stabilis 172.18
 amor tyrannus dulcis 288.20
 amor naturalis omnium animan-
 tium erga prolem 844.b
 amor caecus, aereus 891.c
 Amorrhoeorum mensura quae. 104.1
 Amphionis lyra 851.d
 ἀναρχος in divinitatis doctrina
 quid significet 93. Sch.9
 Anaxarchus 663.c
 Anaxarchi patientia 735.b
 ancilla pectoris dominarum ima-
 gines 892.e
 angelus domini sacerdos 17.38
 angelus secundum lumen est. 425.1
 angeli secundum lumen 535.b
 angeli secundi a Deo 83.9
 angeli praesides ecclesiae 307.8
 angeli nos iuvant 453.e
 angeli virgines 788. ver. 47
 angeli ad malū immobiles. 564.e
 angelorum creatio 388.c 485.d
 angelorum cibus 788. ver. 60
 angelorum imagines 238
 angelorum officium 348.44
 angelus cur spiritus et ignis ap-
 pelletur 348.30
 anima morbo affecta Deo propin-
 qua 207.20
 anima mortuorum Deo commen-
 danda 65.50
 anima pura diaboli technas facile
 detegit 157.17
 anima rationalis cepit esse, sed
 nunquam desinet esse 355.22
 animae origo 323.12
 anima ex deo est, atque divina, super
 apum

naeque nobilitatis parriceps. 6.34
 anima duplici de causa corpori a-
 stricta 6.39
 anima prius purganda quam cor-
 pus 433.8
 anima nihil praestantius habemus
 7.50
 anima piorum norunt quae hic fi-
 unt 75.52
 anima pia ad Deū cōvolat. 64.30
 animarum curam suscipere peri-
 culosum 27.43
 animam purgare praestantius est
 quam corpus 325.9
 anima pia rebus divinis omnia
 submittit 136.50
 animae calamitates grauius lügen-
 da, quam quaevis alia incom-
 moda 773. ver. 306
 animaduersio immodica 419.a
 animalia illa quatuor Ezechielis
 quid significant 574.d
 animantia omnia in diem viuunt
 praeter hominem 827.4
 animi tranquillitas 571.b
 animus ad deum colligendus est
 799. ver. 319
 animi morbus grauior quam cor-
 poris 121.27
 animi candor et iniuriarum obli-
 uio 141.39
 animus potissimum flebitur morū
 probitate 137.20
 animus aeger voluptates respuit
 823.b
 animi postes vngere 106.22
 animi deiectione parens sublimitatis
 318.28
 animi acrimonia cum ad pietatem
 accesserit, zelum parit 239.42
 Annae votum 436.a
 anniuersarij honores 62.39
 annui martyrum honores 154.12
 anserum et gruuum cōcilia. 817.b
 antichristus 97.19
 Anthimus Anthiochēsis episcopus
 158.5
 Antimachus poeta prolixus 669.a
 Antiochus Epiphanes 230.3
 antiquior est misericordia quam
 lucrum 126.18
 antistes et simplex esse debet, et
 quam maximè varius ac mul-
 tiplex 13.12
 antistites impij ad plebis scelera
 conuiuent, modò illa haesim
 amplectatur 21.28
 Antisthenes 665.b
 Antisthenis arrogantia 241.32
 antitypi vox exponitur. 77. Sch.12
 anxietas mentis tenebrae. 37.43
 Apis 406.b
 apum

apum sapientia 545.b
 apocryphus liber citatur 124.10
 apocryphi libelli testimonio vti-
 tur 130. Sch.6
 Apollinarem notat 99.11
 Apollinarij error 678.c
 Apollinarij impietas 574.1
 Apollinarij haeresis 573.c
 Apollinarij de Trinitate error.
 682.7
 Apollinarius πλωζαφος 683.e
 Apollinarijstarū refutatio 679.c.
 Apollinarijste sarcolatrae 680.e
 Apollo toxica oracula edēs. 673.4
 apostoli linguis externis locuti.
 570.c
 apostolorum dispersio 254.15
 apostolorum festa 306.36
 apostolicarum constitutionum li-
 ber exauthoratus 131. Sch.27
 apud Deum nihil inaequale habet
 rerum vitae inaequalitas 127.14
 Apygi 666.b
 aquae superposita terra 261.24
 aquam salis dulci admiscere.
 185.19
 aquae baptisimi magna virtus.
 430.b
 aquosum nihil habeat doctrina fi-
 dei 509.c
 arbitrium hominis liberum. 390.e.
 491.7
 arbitrij libertas parem in vtran-
 que partem motum habet. 6.46.
 324.50
 arboris cilia bona tempestiue per-
 cepta 391.7. 491.a
 arca Noe ecclesia Nazian. 82.11
 arca veneratio 272.11
 Arcadica quaestio. 605.b. et 665.c
 arcana multa continet obscuritas
 veteris legis 126.10
 ἀρχεκατος 131. Sch.19
 Arethusij martyrium 610.b
 Ariadnes corona 673.b
 Aristaeus 601.d. 662.4
 Aristoteles 665.d
 Aristotelis prauum artificium ar-
 tium 267.30
 Aristotelica felicitas improbat. 735.a
 Arius Alexandrinus 11.12. 242.5
 Arius furor 11.19
 Arius a furore nomen habet. 176.
 50. 273.13
 Arius impietas 241.1
 Arius impia diuisio 267.51
 Arius naturarum diuersitas. 256.11
 Arius et Sabellij impietas par. 378.
 49
 Arius et Sabellius vincunt dae-
 mones incredulitate 395.b

Arius diuisio, et Sabellij contractio
 pares impietate 411.a
 Arius et Sabellij errores ex diame-
 tro oppositi 30.24
 Arius orationis viribus oppressus.
 215.10
 Arius petulatis et effrenatae lin-
 guae pœnas dedit in obscenis et
 impuris locis extinctus 215.9
 Arius mors 282.1
 Arianorum ambigua fidei profes-
 sio 218.30
 Ariani filium ex Deo factum non
 natum asserunt 690.b
 Ariani in suum errorem omnes fe-
 re pertraxerunt 219.1
 Ariani notantur 88.40
 Ariani patrem increatum et do-
 minum asserunt, Filium au-
 tem et Spiritum sanctum, crea-
 turas et seruos dicebant. 309.
 Sch.29
 Ariane tragœdiae initium. 215.32
 Arianorum gesta contra fideles.
 151.8
 Ariani scripturam impietati suae
 praetextunt 218.20
 Ariani bellum inferunt Athanasio
 215.34
 arma clericis illicita 98.43
 arma et praesidia Christianorum,
 spes in Deum 646.b
 arma salutis esse solent res incun-
 dae et tristes 65.49
 Armenij minime simplices. 171.20
 ars arrium est hominem regere.
 6.24
 ars coniectura ex somnijs facien-
 de 670.3
 ars diuinandi 670.7
 ars fabricandarum nauium 669.b
 Arsenij manus 243.17. 251.51
 ascriptij dij 679.b
 aspectabilem pulchritudinē tan-
 quam mensam quandam Deus
 nobis apposuit 849.d
 aspera via sequenda 798. ver. 88
 asperitas simplicitate temperata.
 143.5
 aspirant ad mercedem, qui magno
 et excelsio animo praediti sunt.
 431.e
 asidua de rebus maximis conten-
 tio cur vitanda 268.41
 Asyriorum percussio 244.7
 astra carne vestita, p̄ homines.
 840.c
 astrologia vnde et quomodo na-
 ta 347.30
 astronomia 669.d
 astronomia, multis periculosa,
 quomodo percipienda 58.38

Asyrius ad sacram mensam cōsu-
 gienibus. 185.40
 in Athanasio virtutes omnes.
 211.11
 in Athanasio vita et doctrina
 pulchre concordant. 221.20
 Athanasius ordines omnes eccle-
 siasticos assequitur. 213.9
 Athanasius columen ecclesiae.
 219.42
 Athanasius orbis oculus, sacerdo-
 tum antistes 243.12
 Athanasius falso crimine accusa-
 tus 215.51
 Athanasius exulat 217.15
 Athanasij reuocatus cum Christi ad-
 uentu collatio 221.14
 Athanasius templum sacrilegis re-
 purgat 221.39
 Athanasius prolapsam fidei do-
 ctrinam erigit 221.48
 Athanasius rursus in exilium mit-
 titur 222.18
 Athanasius reuocatur rursus ab
 exilio. 222.40
 Athanasij symbolum 223.4
 Athanasius patres inter se disti-
 dentes conciliat 223.48
 Athanasij mors 224.18
 Athanasius de celo res nostras a-
 sspicit, et nos iuuat magis, quā
 dum viueret 277.3
 atheismus 11.10
 Athenas inanem felicitatem no-
 minabat Basilus 172.4
 Athanas perniciosae alius, sed Basi-
 lius et Gregorio vtilis 173.14
 Atheniensium lex praecleara 733.c
 Atheniensis schola mos 170.44
 athletarum certamina 100.29
 Atlanticum pelagus quid signifi-
 cet 152. Sch.21
 auaritia insatiabilis 581.a
 auaritia quae laudanda 52.34
 auaritia belli sacri causa. 294.30
 auaritia plerumque zelus praete-
 xitur 187.20
 avari aurum et argentum ado-
 rant 109.40
 auarorum verba 126.29
 auarus inani labore torquetur.
 581.b
 auarus quis 580.a
 avari mercatores temporum diffi-
 cultates observant, et ex alio-
 rum calamitatibus messem fa-
 ciunt 178.39
 audire minus periculosum est, quā
 loqui 35.40
 auditorum varietas 121
 auditores leues et inconstantes
 12.27

auditor qualis esse debet 68.15
 auriginis causa 112. Sch. 35
 aurum exiguum grauiſſimo plum-
 bi ponderi anteponendum eſt
 19.46
 auſpicandum à deo 2.16
 authoritas vtriuſque teſtamenti o-
 mni ratione ſuperior 615.d
 wōdāne quis dicitur 490.d
 B
 Babylonica captiuitas 85.5
 Bacchi temulentia 672.e
 Bacchus 404.b
 Bacchus androgynus 675.d
 baptiſma multiplex 417.e
 baptiſma non differendum 431.a
 baptiſmo Chriſti aquæ purificatæ
 ſunt 396
 baptiſmus pœnitentiæ 418.a
 baptiſmus Chriſti 8.34
 baptiſmus ignis 420.d
 baptiſmus Moſis 477.e
 baptiſmus eſt medicina conueniēs
 omni ætati 431.e
 baptiſmus peccati diluuiū 423.a
 baptiſmus Dei beneficiorum om-
 nium præſtantiſſ. 423.8
 baptiſmi epitheta 423.a
 baptiſmus cur dicatur donum
 424.a
 baptiſmus initiationis diuinæ bo-
 num, commune beneficium, &
 ſecundæ vitæ fundamentum
 74.41
 baptiſmus, impietatis eſt abiura-
 tio, diuinitatiſq; cōfeſſio 302.33
 baptiſmus cur exemplo Chriſti nō
 ſit prorogandus 447.d
 baptiſmi vis & facultas 428.3
 baptiſmus aqua & ſpiritu conſtat
 427.e
 baptiſmus ſingulorū peccata pur-
 gat 427.b
 baptiſmi vis eadem eſt à quocun-
 que fideli conferatur 445.a
 baptiſmus vim habet delendi pec-
 cata 441.8
 baptiſmi ceremonie 465.b
 baptiſmo vitia obruuntur 453.a
 baptiſmus à Chriſto ſuſceptus quid
 indicet 415.b
 baptiſtæ dignitatem noli excutere
 444.e
 baptizatur Chriſtus vt veterem A-
 damum aquis obruat 416.a
 baptizantis improbitas baptiſmi
 vim non minuit 445.a
 in Baptizadis parvulis triennium
 expetendum monet Gregorius,
 niſi periculū impendat 447.a
 baptizandi magna egent præpa-
 ratione 415.b

Bafilii & Gregorius anima vna
 duobus incluſa corporibus
 172.46
 Baſilius leproſos oſculatur. 189.35
 Baſilii comparatio cū ſole. 190.49
 Baſilii præcipuum ſtudiū. 169.47
 Baſilii continentia 188.10
 Baſilii eloquentia 190.50
 Baſilius cum Gregorio ſecedit in
 Pontum, ibique monachis præ-
 eſt I 6.34
 Baſilius magnus paſtor longè præ-
 ſtantiſſimus 81.4E
 Baſilius hæreſes ſcriptis oppugnat
 181.37
 Baſilius ad præfectum adducitur
 183.12
 Baſilius & Gregorius impietatis
 inſimulantur 713.b
 Baſilius in omnibus artibus excel-
 luit 174.1
 Baſilius Beſeleel 181.50
 Baſilius omnib' lex virtutis. 165.7
 in Baſilio natura magnificentiæ
 ſuæ ſpecimen edidit 188.1
 Baſilius ſpiritus ſancti diuinitatē
 apertè docere non audent. 191.50
 Baſilii multi ſpecie tenuis 195.20
 Baſilio exilium decernitur 184.51
 Baſilii libri 191.10
 Baſilii mors 195.36. & 40
 Baſilii funus 196.3
 in Beatam iacere 618.d
 beata vita in Chriſto 66.15
 beatus quis 211.41
 beatorū gloria & ſplendor. 62.43
 beatiffimum pro Chriſti nomine
 pati 599.e
 belli & tyrannidis initia. 124.40
 belli nulla ſatietas 96.1
 belli ſacri turpitudine 186.40. &
 250.40
 bellum ciuile & ſacrum 200.1
 bellum egregium melius & opta-
 bilius eſt pace impia 21.48
 bellum gerens pro Chriſto ſecun-
 dum Chriſtum bellum gerere
 debet 301.20
 bellum ſacrum 304.27
 bellum Chriſtianis quomodo ge-
 rendum 40.30
 bellum vnum agnoſcamus, quod
 eum aduerſariis poteſtatibus
 committitur 100.25
 bellum cuiuſque inſteſtinum 23.6
 bellum inter ſe gerunt anima &
 corpus 46.41
 bellæ omnes non iisdem inſtitu-
 tionis modis delectantur 13.5
 bene mereri de aliis diuinum eſt
 125.15
 benediſtio materna 158.28
 beneficentia

beneficentia omnibus neceſſaria
 129.53
 beneficentia noſtra Deus maxime
 delectatur 110.15
 beneficentia, ac bene de hominibus
 merendi ſtadium, diuinū quid-
 dam eſt 209.2
 beneficentia nullam moram pati-
 tur 129.37
 beneficio multi afficiuntur, qui
 lædi videntur 731.6
 beneficii gratia promptitudine &
 celeritate congeminatur 129.42
 beneficium hilari animo conferen-
 dum 129.41
 beneficium diuinum latè patet
 51.23
 benevolentia vel odio veritas læ-
 beſactatur 2.26
 Berenices crinis 673.b
 Bethleem propter Edem 8.29
 βῆμα quid 152. ſch. 22
 bis dat, qui citò dat 129.41
 βλασφημία: vox explicata 31.47
 βῆμα: quid ſignificet 308. ſc. 24
 bonum facere ſcripturæ præcepto
 iubemur 5.47
 bonū nullū in hac vita purū 825.e
 bona hominum vera 578.d
 bonum omne tempore ac ratione
 confirmatum vim obtinet 88.37
 bona huiuſce vitæ cur Deus certa
 eſſe noluerit 121.28
 bonum id eſt, quod dominum me-
 liorem facit 240.1
 boni incuria mali principii 53.35
 bonum à natura datum, laudem
 non meretur 323.24
 bona ea quæ per ſe ſunt, niſi bene
 tractentur, boni gratiā perdunt
 330.52
 boni nomen obtinere quidquā nō
 poteſt, quod dominos ſuos non
 meliores, immo ſæpe etiam de-
 teriores reddit 240.1
 boni minime ſuſpicaces ſunt 710.a
 boni cur affligantur 152. ſch. 27
 bonum eſſe, & malum putari ma-
 gis expetendum eſt, quàm cōtra
 76. ſch. 7
 bonos in hac vita ſæpe Deus remun-
 neratur, vt certiori ſpe futura
 expectent 73.4
 bos & aſinus, allegor. 398.a
 breuis hominum vita 63.17
 Briarei manus iniicere quid
 ſch. 6
 bruta animantia poſt mortem ni-
 hil timent 827.4
 Buthanas 666.c
 Pylla 669.9
 Byzantij ſitus 252.38

cæcus noſtri amor plurimum ad
 virtutem impediendi affert
 7.18.891.c
 cæremonia Chriſtianorum 618.b
 cæremonia baptiſmi 465.b
 cæſarea ad ſeditionem procliuſ
 146.15
 cæſarea literarum gloria nobilis
 169.25
 cæſarienſes ad ſeditionem procli-
 ues 146.1
 cæſarij genus 57.6
 cæſarius in aula ſe cōtulit 59.38
 cæſarius in primo medicorum or-
 dine 58.45. & 60.2
 Caini pœna, ex Chryſoſt. 551.c.d
 calamitas interdum melior proſpe-
 ritate 120.5.185.20.706.b
 calamitates vnde 103.36
 calamitatum expers nemo in hac
 vita 854.d
 calamitates ob ſcelera inſtigi quàm
 ob probationem exiſtimare præ-
 ſtat 104.9
 calamitatem in lucrum & emolu-
 mentiū conuertunt boni 187.27
 calamitas ea, quæ præſenti ſenſu
 doloris afficit, grauior ſemper
 videtur 104.29
 calamitatis præſentis collatio cum
 plagis Ægypti 105.52
 calamitates nos erudiunt 207.21
 calamitates in mortalium vita cer-
 tæ, nobiſque ingente, nec vn-
 quam conſeſcentes 823.d
 calamitas reges etiā deiicit 185.11
 calamitoſi noſtri temporis imago
 21.4
 calamitoſi vix meliora ſperant
 148.20
 calceamenta ſoluenda 516.a
 calumniis vexari quæ conſolatio
 284.40
 calumniator vitia virtutibus vi-
 cina falſò bonis impingit 190.1
 cancelli eccleſiæ quid ſign. 819.b
 candor verus quem parit abſtinē-
 tia 71.21
 cantus templi 119.53
 cappadocum laus 177.47
 cappadocia in duas partes diuiſa
 187.1
 captiuitas Babylonica 85.5
 caput domiciliū ſenſuum purgan-
 dum eſt 457.b
 carbones ſpirituales 510.a
 Carmelus Helix 37.10
 caro animæ remora 795. ver. 309
 & pag. 809.c
 caro velut nubes quædam 211.4
 nec nimium reformidanda carnis
 natura, nec nimium ipſi fiden-
 dum 797. ver. 82
 carnis deſcriptiones 832.8
 carnem frenare difficile 23.12
 carnis contumacia 811.a
 caro plurimum ævis alieni ſecum
 circumfert 209.30
 carnis ſtimulum quid Paulo 204.
 ſch. vlt.
 carnis reſurrectio 64.38.691.8
 caro hoſtis blandus 824.8
 caſtalia 675.b
 caſtigari optat Gregorius, ſi peccet
 252.20
 caſtigatio indulgentiā plerunquē
 melior 207.30
 caſtigaciones priuatas ſunt qui ni-
 hil curent 9.50
 caſtitatis lex aqua viris & mu-
 lieribus 320.5
 κατὰ τὴν ἰσὴν
 κατὰ τὴν ἀποκαλυψίν
 verbum ex-
 plicatur 201. ſch. 62
 catechumeni ſunt in veſtibus pie-
 tatis 435.b
 catharos notat 99.4
 catholica fides mediā incedit in-
 ter hæreſes 273.4
 catholici amentes ſunt niſi ſint cō-
 cordes 278.24
 cauponum ritu veritatis doctri-
 nā adulterare 13.29
 cauſe reditus Gregorii 21.26
 cauſa cur epiſcopatum repudiarit
 Gregorius 3.37
 cauſa Dei nulla eſt 360.5
 cauſe afflictionum occultæ 126.39
 cecropiæ 197. ſch. 8
 cedere interdum expedit 902.e
 cedere nemini plurimum ad virtū-
 tem impediendi affert 7.18
 Celeus 659.c
 cenſura columbas vexat 40.6
 centenarius moritur Gregorius pa-
 ter 148.39
 centimani 674.c
 centurio chriſti potentiam flagita-
 bat, præſentiam autem depre-
 cabatur 43.49
 cerberus 667.e
 certaminum gentilitiorum præmiā
 163. ſch. 25
 chalcis 668.d
 chaos antiquum 788. ver. 77
 charitas totius doctrinæ chriſtia-
 næ caput 709.b
 charitas erga Deum operibus de-
 claranda 35.42
 charitatis potiſſima pars miſeri-
 cordia erga pauperes 116.44
 Charybdis 668.5
 Chimæra Paſarica 612.e

Chiron heroum sui temporis preceptor 169.5
 Chiron fœminea 856.e
 Christus primus martyr 135.10
 Christus sacrificium pro omnibus obtulit 502.b
 Christus rectè esurientium cibus 276.20
 pro Christo mortem oppetere, ad palmam est iter 22.33
 Christus quomodo honorandus 130.9
 Christi passio omnibus communis 253.29
 in Christo due nature 318.45
 Christus nunc quoq; ab impijs paritur 555.e
 Christus sequendus 399.b
 Christus quasdam quæstiones soluit, quasdam comprimit 319.45
 Christus cur nobiscum uersatus 182.30
 Christi natiuitas appellatur theophania 383.a
 Christi mandata apostolis prescripta 19.18
 Christi natiuitas 523.45
 Christus cur carnem induerit 53.11
 Christus cur homo factus 65.58
 Christi corpus 215.5
 Christi signum 60.51
 Christus sublimior ac prestantior, quam ut intra peccandi aleam esset 8.21
 Christus spiritualis legis absolutior et finis 8.14
 Christi exinanitio et mysteria 8.14
 Christi passio 8.40
 ad Christi nomen demones cohortescunt 22.23
 Christi exinanitio qualis 695.e
 Christi uox explicatur 380.a
 Christi principatus super humerum quomodo intelligendus 382.b
 Christus cur patris opes et uires 496.a
 Christum nescire diem et horam iudicij, quo sensu dicatur 365.24
 Christi descensus ad inferos 358.30
 Christi sanguis idè nobis fuit, quod lacti coagulatum 531.b
 Christus pro quibus frustra mortuus est 394.b
 Christi nomina 32.64
 Christus cur passus sit 811.b.824.c
 in Christo duplex natura et una persona 696.c
 Christus et uita et studiorum dux esse debet 852.d
 Christus immotum et mobile prius seculum dicitur, sed diuersa ratione 405.d
 Christus pro peccatoribus humanam formam assumpsit 855.e

pro christo christianè pugnandum 22.21
 christus cur sol dicitur, et sol iustitiæ, et corona benignitatis 504.a.b
 christiani permulti non cum christianis sunt, et contra 135.17
 christiani omnes fratres 724.4
 christianorum epitheta 181.13
 christianæ uitæ scopus 141.32
 christianæ uitæ regula 621.d.e. et 622.a
 christianarum ceremoniarum inimitabilis pulchritudo 618.b
 christiano gloriæ cupiditas abicienda 141.30
 christiano quid expetendum 141.35
 christiana pietas politices genus effecta est 282.10
 christiani ab uiscendi libidine alieni 614.b
 christianorum gloria in quo sita 122.21
 christianorum mutua similitudo in theatris ridebantur 22.11
 christiani pacis cultores discordias gerunt 95.48
 christianorum linguis cõpedes inuici non possunt 561.b
 christiani uocamur, quia Christum amore complectimur 323.42
 christianus philosophus onager in deserto 295. sch.4
 christianorum pugna qualis esse debeat 50.20
 christiano nullum exilium 183.43
 christianorum patria 159.27
 christianus libenter omnibus cedit, nisi cum Dei causa agitur 184.1
 christianæ philosophiæ subiectum 10.36
 christiano lilia et aues ob oculos habenda sunt 188.20
 christiani nulla vi prohiberi possunt, quominus Deum confiteantur 589.b
 christiana medicina ut difficilior, sic excellentior 7.40
 christianorum abstinentia et patientia 622.2
 christianus ad euangelij normam sese exigere debet 779. ver.17
 christiano non est satis, salutis suæ priuata habere rationem 610.c
 christianorum descriptio 181.10
 christianus exilium nullum agnoscit 183.40
 christianorum duorum mirantolerantia 561.d
 christianismus non ex personarum dignitate, sed ex fidei integritate dignoscitur 183.30

christianismi amplificatio 603.b
 chryssippi solutiones syllogismorum 267.29
 chryostomus multa à Gregorio, ut uidetur, accepta fusiùs explicat 36.1
 cibi delicati preciosus stercus 385.c
 cibi omnes in stomachum transmissi pari postea honore sunt 188.20
 cicadæ atheniensium 846.b
 cimmerij 701.c
 cissybius quid sit 29.12
 cleanthus puteus 666.3
 cledonij laus 839.b
 clementiæ laudes 859.4
 clementia uincamus oppressores nostros 650.c
 ad clementiam quæ nos excitare debeant 560.c
 clementia Deus magis, quam cunctis aliis rebus in unum collatis delectatur 209.10
 clementia Deus maximè delectatur 209.10
 clementia principum non est abutendum 207.44
 cleobuli sententia 187.47
 cleombroti saltus 663.c
 clericorum arma 98.43
 coactio parum utilis 6.20
 cælibum laus 812.d
 cælibatus 70.13
 cælibatus infectatio 790. ver.35
 cælitium opus laus Dei 410.e
 cælus saturni pater 672.c
 cæna euangelica lauta et magnifica est 34.40
 cænobia virginum 188.41
 cænobia charitatis legem communicatione ac societate colunt 217.11
 cogitationes hominum incertæ 577.c
 quid cogitandum cum aliena lingua nos oppugnant 97.51
 cogendus nemo 47.46
 columbas censura uexat 40.6
 cur in forma colubæ apparuit spiritus sanctus 417.6
 columbæ pennas cur expetat Dauid 205.44
 comice se habere non potest, quod tragicè se habet 230.d
 comminationes scripturæ in malos episcopos 16.37
 cõmunia quæ sint omnibus 253.21
 communis morbi communia quomodo sunt medicamenta 51.37
 commune quod est in contemptum uenit 618.e
 comparatio artis medicæ cum curandarum

condarum animarum ratione 6.28
 compassio calamitatem maximè leuat 126.7
 concilij impij infectatio 218.20
 concionandi munus difficile 11.46
 concionati triplex periculum 263.47
 concionatoris ueri scopus 817.b
 concionator frugalitati studeat 515.4
 concionator molli et assentatorio dicendi genere uti nõ debet 49.45
 concoctio spiritualis 510.b
 concordia post schisma 79.49
 concordia omnium rerum ornamentum est 99.50
 concordia priuatim publicè que uertilissima 100.5
 concordia optima 621.3
 concordia turpis et uitiosa contentione deterior 82.28
 concordies nisi sint catholici, amertus sunt 278.24
 concupiscentia etiam apud christianos peccatum 621.e
 conditio eadem uiri et mulieris 320.18
 condolecere, calamitatè magno pere iuuat 126.7
 condolentia tristis et acerba, indolentia lata 181.30
 condolentia amicorum maxima in dolore consolatio 869.a
 confessio peccati 429.a
 confessio peccati sola multis sepe salutem attulit 856.8
 confessio scelerum offertur deo ueneris loco 156.25
 confessio magna uitii est medicina 108.52
 confessio Trinitatis uera 11.36
 confitebantur baptizandi 445.c
 confitere ad salutem 267.37
 confusio in aere tonitrua, in terra tremores, in mari naufragia, in urbibus et domibus bella et dissidia, in corporibus morbos, in animis peccata procreauit 261.34
 coniugalis charitas 790. ver.322
 coniugij incõmoda 794. ver.790
 in coniugio uirtuti commodè inseruiri potest 790. ver.362
 coniugium mortales deo proximè adiungit 790. ver.338
 coniugij oratio 790. ver.278
 conuincere ad quadam errata interdum expedit 859.4
 conuincit ad plebis scelera impii antistites, modò illa hæresim amplectatur 21.28
 conuincere ad nonnulla in quibusdam fatius fuerit 10.5

conuincendum non est ad manifestam impietatem 86.4
 conuincere in deo 2.18
 consanguinei presertim iuuandi 136.7
 cõsciencia domesticum tribunal 104.7
 conscientia iudicium nemo potest effugere 284.52
 consilium salutare 379.31
 consilium Gregorij notandum 86.4
 consilium seruum est miserum 443.a
 consilium tutum 37.18
 consilium pium 63.47
 consilium uere christianum 734.a
 consolatio uera est Dei recordatio 206.15.20
 consolatio optima 150.10
 consolationis genu elegans 64.3
 consolatio doloris est, dolorem rare 818.c
 consolandi optima ratio 134.4
 conspectus est uicium in magnis uiris quam in plebeis 894.4
 Constantij zelus indiscretus 218.1
 Constantij laus 596.7
 Constantij zelus erga fidem 596.c
 Constantio imperante calamitates multe 242.17
 Constantium morientem trium rerum pœnituit 220.4
 Constantius qualis 623 sch.12
 consuetudo altera natura 88.36
 consuetudo improborum 294.7
 consuetudo uim legis obtinens 239.14
 consuetudo temporis loquiquitate confirmata p lege habita est 340.45
 consulta tarditas inconsulta temeritati anteponenda est 19.43
 contemnens omnia, rebus omnibus est prestantior 188.1
 contemplatio effrenata in precipitia impellit 408.b
 contemplatio præclara res est 116.30
 contendendi nimium studium 99.26
 cõtedendum nõ est de nominibus 411.7
 contentio uerborum pijs hominibus iniucunda 358.30
 contentio honesta praua cõcordia melior 82.28
 continetia præclara res est 116.13
 contra diabolum pugnandum 160.53
 conuentus ob animarum curationem instituti 119.30
 conuicia inexpleriles 100.31
 coquorum imposturis plerosque comprimere 121.15
 cordis uictimam muneribus et sacrificiis deus anteponeit 858.a
 corpus tale custodiendum quale creatum est 892.b
 corpori anima duplici de causa astricta est 6.40

corpus humile et caliginosum subigere difficile 23.13
 corpus animæ parere debet 7.8
 corpus et anima perpetuum bellum inter se gerunt 46.41
 corporis sanitas interdum nocet 130. sch.9
 corpus quando nobile, et quando turpe 65.22
 corpus cur flagitiosum et infidum dicatur 130. sch.8
 corporis delicias nõ indulgendum 547.b
 corpus metis tenebræ 773.V.274
 in Corpore aliud membrum principatum tenet, aliud subest 2.44
 corpus Christi 223.5
 corpus animæ tyrannus 5.2.4
 corpus hostis blandus, et insidiosus amicus 117.26
 corpus cur animæ iunctum 117.31
 corpori quatenus inferuendum ex Platone 130. sch.11
 corpus et sanguis Christi 516.e
 corporis rebellio quibus rebus cõerceatur 810.c
 correctio sit lenis et humana 269.9
 Corybantes 404.2
 κορυβαντες qui dicti sint 296. schol.5
 Crates 665.b
 Crates Craterem Thebanum libertate donat 188.10
 Cratetis simplicitas 60.10.66. schol.10
 Cratetis de matrimoniorum cõmunitate sententia 241.33
 creatio secunda 422.a
 creatio rerum spiritui sancto cõmunis cum filio 568.d
 creature aliæ alijs præstât 278.42
 creatura noua quò quis fiat 542.e
 credere ad iustitiam 267.37
 credere in aliquid, et de aliquo, non idem est 370.35
 Creta ferarum expertus 823.e
 crucifixus adorandus 679.a
 crucifixio et sepultura allegorica 384.a
 crudelitas tyrannorum est in mortuos 647.e
 crudelitas et nimia licentia in eodem sunt uitio 49.b
 crux Christi ferenda 457.c
 crux adumbrata, et antè indicata 22.36
 crux ferenda 399.b
 crucis apparitio in celo 639.d
 crucis trophæum olim præfiguratum 519.b
 crucis uis 624. schol.28
 crucis sarcina dulcis 837.c

crucis signi vis 879.d
 crucis coronatae miraculum in ex-
 tis animalium 600.c
 Christi crucem, rem omni sermone
 superiorem, per sermonum di-
 sputationumque facultate ena-
 cuare 268.9
 in crucis hostes 625.fch.29
 crucis signaculum in mensa. 608.e
 crucis victoria 521.c
 crucis signaculi virtus 601.I
 Ctesiphon arx valida 641.c
 cultus deorum ethnicis dignus
 385. c
 cupiditas non expleta animu ex-
 cruciat 872.a
 cur res huius vite instabiles. 826.a
 Cureti & Etoloru bellum 827.e
 Curetum plausus 403.c
 curiositas hominum 581.8
 curiosè non est inquirenda dei ge-
 neratio 303.17
 Cyclopes 669.a
 Cygnus 673.c
 cygnos tum cantafuros, cum grac-
 culi iacuerint 698.c
 cynicismus exiguis finibus circun-
 scribi non sustinet 239.36
 Cypriani duo extitere 163
 Cyprianus Carthagenensis episco-
 pus 158.18
 Cyprianus Iustinae amore capitur.
 156.40
 Cyprianus demonem sibi adiuto-
 rem aspicit 157
 Cyprianus olim demonum cultor
 & magus 156.20 & 30
 Cypriani conuersio 158.2
 Cypriani virtutes post conuersionè
 158.15
 Cyprianus magicos libros incen-
 dit 158.9
 Cypriani locus cum Gregorij loco
 comparatur 481.b
 Cypriani elegantissima similitudo
 a fabula ducta 658.fch.73
 Cyprianus suos ad martyrium co-
 hortatur 159.17
 Cyprianus obruncatur. 159.47
 Cypriani corpus reuelatu 160.10
 Cypriani corpus publicu orbis bo-
 num 160.10
 Cyprianus supra ceteros celebra-
 dus 155.24
 Cyrus Parysatis filius 674.9
 D
 Dædal⁹ insignis artifex. 349.f.17
 demones cur tenebris oblectentur
 66.d
 demonum est perditè peccare
 107.48
 demones ad Christi nomen coher-
 rescunt 22.23
 demones cupiunt habere multos
 exitij sui socios 157.11
 demonum liguratio 675.6
 demones honorè dei ad se attra-
 hunt 407.b
 demones verentur Christi nomen
 606.e
 Damasus Romæ episcopus 684.d
 Daniël de pastoribus malis 18.17
 David diuinus præclarè de nostra
 imbecillitate philosophatur
 63.34
 David propheta in dicendo ma-
 xime sublimis 49.50
 David cur pennas columbæ ex-
 petat 205.44
 David funda bellum gerens. 22.38
 Davidis clemètia & ad ignoscen-
 dum facilitas 859.a
 Decij persecutio 158.46
 declinare à malo, & bonum fa-
 cere iubemur 5.47
 delicatè viuendum non est, etiam
 si in pauperes liberales simus
 72.10
 deliciae laudabiles 50.11
 deliciae vere 386.a
 deliciae huius mundi, sterces pre-
 ciosum vocantur 385.b
 Delphica poma 161.14
 delphinus 544.d
 de Delphino historia memorabilis
 844. d
 Democritus habebatur insanus à
 vulgo 305.10
 denarius primus numerus perfe-
 ctus 505.e
 descensus Christi ad inferos. 358.
 30.526.2
 desiderantibus dies vnus vita est
 desperatio fortes reddit 642. a
 desperandū nō est de salute. 438 b
 derectare imperium vel affectare
 æquè perniciosum est 310
 deo nihil dignum offerri potest
 477. d
 deo Est, solum conuenit 478.c
 deus pelagus immensum essentia
 ibid.
 dei scientia duplex 480.d
 de Deo nihil cōprehendi potest,
 quàm quod immensus sit. 481.e
 dei cogitatio, opus ipsum est. 485.d
 deus caligo dicitur, & cur. 486 b
 dei tria nomina inducere veteres
 philosophi 486.d
 dei motus quis 487. a
 deus natura legibus ethnicis sub-
 seruit 488.c
 inter Deum & nos quid interie-
 ctum 490.a

dei ars triplex 490.b
 deus etiam inuitos ac repugnantes
 homines beneficio afficit. 736.e
 dei claritatem pati 490.e.4
 deus est in pœna inferenda miseri-
 cors 493. b
 dei descriptio 298.30 386.e.424.b
 de⁹ paruo numero gaudet. 299.30
 deus cur non statim peccatores pu-
 niat 646.d
 deus potentia accinctus quid signi-
 ficat. 515.d
 pro Deo pugnantibus nihil timen-
 dum 530. c
 deus sitit sitim 44.b.4
 deus lumen primum 535.4
 deus qualis 20.30
 dei definitio 327.40
 deus pacis, 41.36
 dei proprium est omni vitio carere
 107.45
 deo propius iungi non cuiusuis
 est 23.29
 deus necessaria omnia ad vitam
 communia esse voluit 266.30
 & 40.
 dei ira obliqua quid 112.fch.34
 deū esse, oculi & lex naturæ nos
 docent 336.44
 deus humano more nec creat, nec
 generat 274.2
 dei natura nec verbis explicari,
 nec mēte cōprehendi potest. 336.14
 dei semper meminisse oportet
 330.39
 deus ex rebus perditis ac deplora-
 tis iter secūdis aperit 298.43.
 deo quoque gratum est, quod vi-
 ribus respondet 196.50
 deus est summum lumen 404.d
 dei ratio in puniendo 103.29
 deus contraria per cōtraria curat
 162.fch.18
 deo quod consecratur quale esse
 debet 136.34
 deus qui ratione dicatur dormi-
 re, vigilare, & irasci. 375.42
 dei voluntas cum actione coniun-
 cta 274.26
 deus beneficentia nostra maximè
 delectatur 110.15
 dei ira 142.1
 deus omnium, quæ sunt, excelsis-
 simum 83.7
 deus natura sua propensus ad mi-
 sericordiam 107.34
 dei lenitas pœnitentiam nostram
 comitatur 107.34
 dei miracula 166.40 & 50
 deus in hac vita sæpe bonos remu-
 neratur, vt certiori spe futura
 expectent 73.4
 dei

bet 82.53
 deus pro lapsione nostra damnum
 accipit 82.52
 deus nostra causa humanam car-
 nem assumpsit, vt iacentē car-
 nem erigeret 65.38
 deus etiam accipit minima 51.4
 deus etiam puniens, à nobis mise-
 ricordiam exigit 53.48
 Dei æqualitas & prouidentia in
 rebus ecclesiasticis 2.45
 deo offerat vnusquisque quod po-
 terit 50.39
 dei benigna voluntate nobis Chri-
 stianus esse contigit 2.36
 deus cur obscurius & difficilius
 ab homine cognoscatur 264.1
 deus charitatis parens, immò ipsa
 charitas 41.39
 deo purum se exhibere præstat,
 quàm de eo disputare 263.1
 deus vnus necessariò retinendus
 est, et tres personæ cōsūtē. 11.36
 dei miracula 157.20
 in Deo conuiescere 2.18
 dii ascriptiij 683.4
 dii plures esse non possunt 694.a
 dextram imperatoris adorare. 608
 ad dextram vel sinistram decli-
 nare 10.35
 diabolo aditus nullus aperiendus
 89.28
 diaboli peruersitas 813.a
 diaboli descriptio 832.e
 diaboli opera 349.Sch.17
 diabolus eximios viros maxime
 infectatur 322.10
 diabolus schismata in ecclesia se-
 rit 819.a
 diabolus, quotidianus noster An-
 tiochus 235.36
 diabolus variè nos aggreditur
 162.Sch.24
 diabolus sanguisuga 114.Sch.59
 diabolus pacis osor 83.31
 diabolus per incarnationem dece-
 ptus 414.7
 diabolus benignitatis specie fallit
 430.a
 diabolus cur Christi tētavit. 157.4
 diaboli multos ruinae suæ socios
 querunt 157.10
 diabolus scripturarū perit⁹. 430.a
 diaboli figmenta 394.b
 diaboli inuidia in hominē 819.4
 diaboli caput quodnam sit, quinā
 item calcaneus 131.Sch.22
 diaboli ludi sunt, vt malum malo
 permutemus, & vt à bono ab-
 erremus 302.28
 diaboli consuetudo dolosa 434.1
 diaboli astutia 435.a

Diana 405.6. & 663.b
 Diana hospites odio habens. 673.1
 didrachmum antiquis siclus dice-
 batur 55.19
 dies iudicij 64.50
 dies domini formidolosus 585.e
 dies omnium maximus 478.6
 dies festi gentilium & Indæorum
 à nostris longè diuersi 41.14
 differentiae rerū summae duæ sunt,
 dominatio & seruitus. 278.30
 difficile scire hoibus imperare 5.1
 difficile est concionandi munus
 11.46
 difficile est hoī scire parère 4.53
 difficile est simul & domū auge-
 re, & pietatē colere. 136.15.16.17
 difficile bona præsentia tueri. 595.b
 quod difficilius expugnatur, stu-
 diosius expetitur 409.e
 difficultas subigēdi corporis. 23.12
 διχαία quid significet 325.Sch.3
 dilationem zelus ferre non potest
 154.40
 dilatio salutis periculosa 585.e.
 586.a
 dimidiata pietas improbada. 324.9
 Diogenes vt deliciosus viueret, in
 dolio ac medio foro habitabat
 188.12
 Diogenis helluatio 241.33
 Diogenis dicacitas 664.c
 Diogenis præclarum dictū 734.e
 discēdū lubētius q̄ docēdū. 35.40
 discēdū pri⁹ quàm docēdū. 303.28
 discendi docendiq; nullus est ter-
 minus 14.10
 disciplina vetus conuulsa 96.46
 discordia turpis ac pniciosa. 259.9
 omnium rerū satietas præter quàm
 discordiæ 95.52
 discordes esse malos præstat quàm
 concordēs 95.41
 dispensatione nimia orthodoxi po-
 tius amittuntur, quàm heretici
 recuperentur 714.a
 dispensatione non est vtendum in
 fide 543.b
 dispensationis vox explicatur. 22.7.
 Sch.39
 disputatores vituperantur qui de
 moribus nō verba faciūt. 331.40
 disputationes nimium subtiles ri-
 mendæ 246.47
 disputationes min⁹ piculose. 333.19
 disputationes de loco in deo locū
 non habent 338.30
 disputationis arcanum 171.38
 in disputationibus sacris maxime
 periculosa temeritas 350.1
 disputatione vinci nequaquā graue
 et calamitosū cēseri debet. 246.48

disputantium de deo regula 330.16
 disputare de deo periculofum 271.21
 disputandum de fide non est coram prophanis 218.40
 disputandi genus duplex 350.20
 disputandi libera facultas iis potissimum danda est, qui in disputationibus modesti, ac verè compositi & moderati sunt 270.2
 disputandi modus cum hereticis 560.4
 disputandi cupiditas vide 331.46
 disputandi immodica libido quid afferat 358.40
 dissensio filia est dissidij 83.14
 dissidia sacra 820.c
 dissimulare odium suum non est ingenui hominis 731.e
 diuersa sunt viuendi genera & instituta 332.25
 diuersa hominum studia 9.36
 diuites nature cuiusdam præstantioris se esse putant 124.5
 diuitis epulonis descriptio 121.3
 diuitis & pauperis nulla differentia apud deum 444.4
 diuinitatis doctrina morbi tres 11.10
 diuinitas adoranda in tribus personis 98.45
 diuinitatis hostes qui 301.19
 diuina imago & effigies, præstantissimum in homine 99.19
 diuina euocatio tripartita 490.d
 diuina curiosè scrutanda nõ sunt 275.20
 diuinum est de aliis bene mereri 125.15
 diuisio cauenda 82.4
 diuitias iniuste quærere nihil aliud est, quàm calamitatis arrhabonem accipere 621.b
 diuitie Basilij, nihil habere & crux 188.1
 diuitie & paupertas &c. quasi morbi quidam in mundum irrepserunt 124.44
 diuitie veræ in sola mandati obseruatione sitæ sunt 124.50
 diuitie veræ 136.5. 231.30
 diuitie iniuste partæ quales. 135.27
 diuitiarum fructus 123.16
 diuitiis nihil aduersus paupertatem concedendum 53.4
 diuitie male partæ tandem euomentur 52.30
 diuitiarum maiorem semper partem improbi possident 469.c

diuitiarum morbus 64.8
 dandum egentibus priusquam petat 125.28
 dandum hilariter 119.41
 dandum etiam indignis propriè dignos 140.26
 docere omnes volunt 4.27
 docendi nullus terminus 14.10
 docilitas quorundam animalium 803. ver. 823
 doctore considerandum cuius doctrina auditores sint capaces. 557.d
 doctrina, res inuidiæ maximè obnoxia 172.30
 doctrina Christiana velut carnes & ossa habet 513.4
 doctrina non mortis, sed iustitiæ nobis armatura sit 52.3
 doctrina cibis docentis 522.b
 doctrina fidei nihil aquosum habet 509.c
 doctrinæ amor 772. ver. 138
 doctrina sancta 80.21
 doctrinam alicui inspirare, in maiorem partem 332.40
 doctrina actionis expers imperfecta; & contra 181.40
 doctrinæ genus duplex 44.30
 doctrina trinitatis, fidei nostræ caput 11.10
 dominatio & seruitus, duæ summe rerum differentie 278.30
 dominica prima 137.d
 dominica noua sublimior sublimior 538.1
 dona deo grata 51.31
 dona nostra offerentium affectu metitur deus 51.24
 dona mystica deo offerenda 53.3
 draco quomodo sit vincendus. 458.c
 dubii in rebus ad humanitatem, clementiãque propensiores esse debemus. 216.1
 dubia & anceps bonorum huius vite voluptas 828.c
 duas de eadem re contrarias doctrinas veras esse impossibile est 574.4
 duplex vita, cælebs & coniugata 70.12
 duplex hominum genus 771.56
 duplex vite genus apud Christianos 240

E

Ecclesia quo tempore florebat, 214.50
 ecclesiæ præfectura non temerè usurpanda 263.10
 ecclesiam sacerdote orbare iniquum 721.c

ecclesiæ gubernacula omnes sibi deponunt 819.e
 ecclesiæ bona, pauperum bona sunt. 218.1
 ecclesiæ utilitas & salus spectanda 147.44
 ecclesiam quid labefactarit. 215.1
 ecclesiarum bona 742.e
 ecclesiæ Constantinop. incrementum 300.20
 ecclesiarum tēpestas sedata. 139.45
 ecclesiæ veteris consuetudo in nocte Pascha præcedente. 477.b
 ecclesiæ facies misera 21.10
 ecclesiam persecutiones illustriorum reddunt. 241.51
 ecclesiæ persecutio 297.24
 ecclesia dei quomodo collecta fuerit 219.2
 ecclesiæ diuisio 304.28
 ecclesiæ corpus, instar compositæ & inæqualis cuiusdam belluæ, ex pluribus variisque moribus coagmentatum 13.10
 duo ecclesiæ præstanda. 580. c
 Ecclesiastes de humana imbecillitate 63.37
 ecclesiasticum imperium seculari præstantius 208.30
 ecclesiastica vetus disciplina conuulsa 96.46
 Echeta crudelitas 667.c
 Edem 8.29
 edictum principis aduersus hereses plurimum potest 325.20
 egentibus dandum priusquam petat. 125.28
 Eleazarus, primitiæ eorum, qui ante Christum passi sunt 229.46
 electio sit regularis 147.48
 electio mali leuioris 438.9
 electorum est è peccati cæno emergere 107.49
 eleemosyna in omnes exercenda. 140.20
 eleemosynæ mandatum 128.33
 Eleusis 404.4
 eloquentibus debetur oratio. 164.40
 eloquenti viro congruentissimum munus est oratio 56.48
 eloquentia improbis vitij stimulus efficitur 594.e
 eloquentia venerationem amicis suis conciliat 851.e
 eloquentiæ laudes 851.a
 Elysij campi 644.d. & 674.c
 Emmelia mater Basilij 168.3
 emendata aliquot loca psalms 32. sch. 63
 Empedocles 601.d. & 662.4
 Empedoclis vanitas 883.3
 Empedo-

Empedotimus 601.d. & 662.4
 encæniorum solennitas 535.7
 encænna honoranda 532.e
 encænna quomodo celebranda 542.b
 encænna celebrantes nouum hominem induant 539.6
 Ens proprium est nomen Dei. 366.30
 Entheos quid 150.40
 Entheos quid 152. Sch. 25
 Entheos quis 490.d
 entusiasmo ethnicorum est demonomum participatio 601.a
 Epaminondas 663.d
 Epicteti crux 663.b
 Epicurus 665.a
 Epiphaniarum dies 184.26
 episcopatus non temere delegandus 138.46
 episcopatus præceps affectatio. 14.15
 episcopatum repudiavit Gregorius 3.37
 episcopatus plus molestarum quam voluptatum affert 46.50
 episcopatus virtutis exemplum est potius, quam vite adiuuentum 4.21
 episcopatu gerendo non nimis seruum tempus est senectus. 19.42
 episcopi officium 7.2
 Episcopum bonum habere quanti intersit 711.4
 episcopi & domitoris monstrosæ belluæ comparatio 12.53
 episcop. malorum descriptio. 16.25
 episcoporum bellum 186.45
 episcopi egregij laus 716. d
 episcopi munus metus & periculi plenum 25.4
 episcoporum vnctio 38.9
 episcopus singulari virtute præditus esse debet 5.47
 episcopi in Gregorij patris baptismo errorem admittunt. 137.40
 episcopus se hostiam viuẽtem Deo offerre debet 24.9
 episcopus quomodo sensus moderari debeat 24.15
 episcop. ecclesiæ lucerna est. 710.e
 episcopus tam sermone quàm opere, vitæq; exemplo docere debet 44.30
 episcopo turpe, factum videri velle 282.10
 episcopus quid primum curare debeat 27.11
 episcopi quales esse debent. 184.1
 episcopus sese ad Dei legem exigere debet 6.3
 episcopus simul cum Christo sacerdotio fungitur 20.6

episcopus animarum nymphagogus & pronubus 20.37
 episcoporum imperium præstat regum imperio 208.33
 in Episcopi electione non admodum curanda corporis infirmitas 711.d
 episcopi sunt ministri medicinae per Christum oblatae 8.49
 episcopis summopere laborandum 9.18
 episcopus à vitijis purus esse debet 5.4
 episcopi vitia facillè plebs imitatur 5.13
 episcopi mali 288.40
 episcopo viuente alius institui non debet 723.d
 episcopi fidei causam priuatis contentionibus postponunt. 336.a
 episcopus quanto in periculo versetur 10.37
 episcopi vnctur 179.40
 episcopi mali ad Deum accedunt, ut stipula ad ignem 288.1
 episcopi orthodoxi exulare iussi 182.35
 episcopi honore digni 314.51
 episcopi ventriloqui & vaniloqui, voluptatibus suis obsequentes 13.33
 episcopo vitium est non quàm optimum esse 6.10
 episcoporum malorum infectatio 819.b.c.d
 Epiphanius quid sit 308. Sch. 20
 Epiphanius quid significet. 574. sch. 2
 equa Thessala 670.b
 eremita à mundi consortio distrahit, Deo viuunt magis quàm ceteri omnes qui in corpore versantur 217.16
 eremita vitam prorsus solitariam & ab hominum societate remotam agunt, sui ipsorum tantum & Dei colloquio fruẽtes 217.18
 Ericapæus 671.a
 eruditio, mediæ vitæ primaria laus 851.7
 eruditio contemnenda nõ est, quòd ita quibusdã videatur. 168.47
 eruditio inter humana bona primas tenet 168.16
 eruditio iustitiæ, non mortis armatura sit 52.3
 eruditioribus quæ sint relinquenda 266.16
 Esaiæ locus explicatur. 152. sch. 19
 Esaias omnibus prophetis superior. 588.c
 Esaiæ locus explicatur. 132. sch. 44

esse optimum quàm videri præstat 72.4
 esse, non videri 76. Sch. 7
 essentia vna 223.30
 etæpæ vox 674.d
 ethnici de Spiritu sancto verba fecerunt 370.3
 Eua, dulcis illecebra, charum venenum 539.6
 Eua potius seducta quàm Adamus 391.4
 Eua pro adiutrice hostem se Adamo exhibuit 135.43
 euangelica lex leuior veteri lege propter spem & mercedem 514.b
 Euangelista inter se non pugnat 192.46
 Eucharistia 210. Sch. vlt.
 Eucharistiam olim Christiani domi afferuabant. 77. Sch. 13
 Eunomiani filium fatentur esse, sed æquiuocè & verbis tantum 355.33
 eunuchorum spiritualium tria genera 324.34
 eunuchorum impiorum descriptio 183.1
 eunuchos infectatur 218.20
 eunuchi, qui ex utero matris castrati sint 323.20
 eunuchi nec in virorum, nec in mulierum numero censendi sunt 242.16
 Euripi inter Christianos qui dicuntur 304.50
 Eusebius nondum baptizatus eligitur in episcopum inuitus. 146.12
 Eusebij samosatensis mors 716.a
 Eusebius nõ tam impius sectarius fuit, quàm hostis, & contentionis studio flagrans 218.16
 ex rebus perditis ac deploratis Deus aperit iter secundis. 298.43
 ex qui Excellentissimum vitæ genus profitentur, interdum corruunt 830.d
 excommunicare hominẽ nõ idem quod stirpem euellere 269.10
 excusationes in peccatis proferre solemus 7.25
 exemplo vitæ docere debet episcopus 44.31
 exemplum memorabile diuinæ vltionis 23.38
 exemplo aliorum erudiri vitale 110.9
 exercitia monachorum 78.49
 exemplum virtutis est episcopatus potius quàm vitæ subsidium 4.22

exilium nullum Christiano. 183.43
 exinanitio est, quasi gloria sub-
 missio & imminutio 319.10
 externa verba que 78. sch. 17
 externa inuicem que 78. sch. 17
 exorcismus in baptismo 445. d
 experientia stultorum magistra 85. 38
 experientia edoceri longa oratione
 opus non habent 82. 3
 minus expetuntur, quibus facile
 frui licet 288. 10
 expetendum est admissio peccato
 puniri 108. 6
 extremum omnium rerum expe-
 tendarum 211. 40
 extrema demencia est non pro-
 priis viribus, sed aliorum im-
 becillitate nisi atque confidere
 92. 31
 Ezechias sanitati restituitur
 143. 29
 Ezechiel magnorum mysteriorum
 enarrator. 18. 19. eius verba in
 malos pastores 25
 F
 faba Pythagorica 663. c
 fabula elegans de cygnis & hi-
 rundinibus 698. a
 facies ecclesie misera 21. 30
 facile contemnitur, quisquis Deo
 se humilem ac submissum præ-
 bet 34. 27
 facile est malum fieri 5. 18
 facile credimus leta 639. b
 facile vilescit, quicquid facile
 percipitur 128. 14
 facilius est aduersam fortunam
 ferre, quam secundam tueri
 95. 22
 facilius est constituta labefactare,
 quam labefactata in pristinum
 statum reducere 187. 14
 facilius semper est labefactare ac
 perdere, quam conseruare
 288. 46
 facultates in Christo partiendæ
 121. 41
 fallere seipsum per facile. 281. 40
 fama honestis rationibus collecta
 hominem ad altiores honorum
 gradus prouehit 60. 5
 fama sinistra laborare graue. 855. a
 fames 85. 15
 fames atrocissima tempore Basilij
 178. 30
 fames Dei verbi miserima. 276.
 43
 familiaritas etiã exigua magnus
 memorie igniculus 154. 30
 fascino sapientie fascinoari 7. 28
 fastus omnibus fere dominatur
 840. c
 fatum 127. 38
 faces accense gestantur in funere
 Cesarij 62. 18
 felicitatem inanem Athenas no-
 minabat Basilij 172. 4
 felicitas & excellentia hominis
 Deo deuoti 3. 48
 felicitate humana venti stabilio-
 res 207. 10
 felicitas hominum incerta. 207. 18
 fere fit vt vita rectitudo & intè-
 gritas hominem ad paupertate-
 tem ducat 581. e
 feruari nostrum quid sit 547. b
 fermenti vox in vtranque partem
 accipi potest 509. b
 festorum celebrandorum ratio
 384. b
 festa celebrantur, vt diuinas lau-
 des predicemus 410. e
 festa cur instituta 531. e
 festa celebranda, sed non Iudæo-
 rum more aut gentilium. 547. a
 festa carnis, mundi que amicorum
 421. d
 festa Christianorum quomodo ce-
 lebranda 649. c
 festi dies 41. 14
 ficta humilitatis descriptio. 141. 17
 fidei confessio, vt generosus factus,
 in lucem edenda 350. 10
 fidei obtentu; fidei integritatem
 violare 688. c
 fides præmium virtutum. 135. 30
 fidei diuersitas tollit animorum
 concordiam 250
 fidei triplex genus Athanasij tem-
 pore 223. 1. & 10
 in Fide non est claudicandum, nec
 dispensatione vtendum. 543. b
 fides instabilis, & ad tempus ac-
 commodata 139. 10
 fides sub dio laborans opulenta
 impietate præstantior. 299. 30
 fide simplici nisi satius est, quam
 impiis dogmatibus assentiri,
 vt rationi satisfiat 246. 40
 fidei prætextus 21. 53
 fidei confessio 463. b. c. d
 fides virtuti abrogatur 4. 14
 fidei nostræ caput 11. 1
 fidei brevis expositio 684. c
 fides palam profitenda 213. 10
 fides orthodoxa 139. 18
 fides potius quam ratio sequenda
 347. 19
 quedam Fidei soli donada. 98. 41
 fidem oppugnare inanis gloriæ stu-
 dio 12. 19
 fides molestiarum consolationem
 & voluptatum contemptum
 affert 459. c

fidem furtim haurire 294. 50
 à Fide aberrare veritatis studio.
 12. 9
 fides Deo potius seruanda quam
 regi 285. 43
 fides quorundam ægra 222. 50
 fide nostra nihil iniquius fingi pos-
 set, si in eruditos tantum cade-
 ret 267. 45
 fidei doctrina 245. 22
 fiducia immodica in audaciâ de-
 sciscit 849. d
 figmentum Dei nobile sumus, cum
 officij nostri numeros explemus
 65. 22.
 filia dulce onus 731. d
 filiatio 279. 12
 Filij Dei nomina. 319. 23. 366. 48.
 693. 4
 Filius est eiusdem essentia cum pa-
 tre 280. 1
 Filius Dei quod erat permansit,
 quod nõ erat assumpsit. 357. 36
 Filius Dei, hominis gratia fit ho-
 mo 413. d
 Filij diuinitas ex sacris literis col-
 ligitur 356. 49
 Filius Dei propter nos seruus
 360. 19
 Filij intercessio quomodo accipi-
 enda 365. 3
 Filius quomodo sit principij ex-
 pers & non expers 412. d
 Filij Dei vocantur pacifici. 100. 20
 finis vitæ humanæ incertus. 854. b
 fit enim fere, vt quod assequi non
 possumus, ne credibile quidẽ,
 quo animi liuore sumus, existi-
 memus 136. 28
 firmum nihil esse in rebus huma-
 nis 121. 51
 fixum & stabile hoc esse solet, in
 quo mens elaborauit 872. c
 flagitiosi non sunt nobiscum. 135. 18
 fluxus sanguinis, allegor. 451. b
 forceps propter curru. 312. sch. 59
 fœmina pauca loqui de summo nu-
 mine debet 800. ver. 414
 fœminam domi manentem laudat
 Salomon 70. 35
 formicæ Indis opes afferunt. 841. b
 fortes sumus in perniciem nostram
 7. 21
 fortis ac tolerans animus 148. 31
 fortes viri cogi nolunt 601. b
 fortius eo nihil est, qui omnia per-
 peti paratus est 232. 20
 fortitudo & audacia plurimum
 inter se differunt 640. d
 fortuna 127. 37
 fortunã aduersam ferre facilius,
 quam secundam tueri 95. 22
 fortunæ

fortunæ templum à Christianis e-
 uersum 153. sch. 36. & 612. b
 fortunata 705. sch. 1
 mutua Fratru cohortatio 232. 40
 frequens apud homines infelicitas
 581. c
 fretum traicere relicto magno &
 profundo oceano 190. 33
 frontem ad peccatum aperte per-
 fricare 7. 31
 quis Fructus ex mundi pulchritu-
 dine capiendus 879. b
 frugalitas mulieribus ad pudici-
 tiam conseruandam vtilissima
 869. d
 fucata pulchritudinis descriptio
 889. b
 fucus aduersus imaginem diuinã
 excogitatus 384. 5
 fuci mater libido 890. b
 fuga Ionæ causa 26. 13
 fuga in Ægyptum, allegor. 399. a
 fugere præfecturam, primariã cu-
 iusdam & singularis est pru-
 dentia 294. 14
 fugere Deum nemo potest 16. 37
 fugiendum in persecutione. 610. c
 funebris pompa, cantus, luminaria
 643. c
 funus Cesarij 62. 15
 funus Basilij 196. 3
 furor arma ministrat 186. 25
 G
 Galileos Iulianus vocabat Chri-
 stianos 605. d. 606. c
 Gallus verè pius 593. d
 garrere de rebus alienis iucundum
 2. 26
 gaudium stultorum quale. 582. a
 generatio filij est incomprehensi-
 bilis 352. 49
 generosi animi si rationis magiste-
 rium regantur, magnum ad vir-
 tutem momentum afferunt
 259. 35
 Γεννηται & υιοι 354. 49
 gentium dii à suis theologis con-
 uincuntur 373. 41
 gentiles ex libris Mosis hauscrunt
 174. 20
 gentiliu errores 127. 30. & 40
 gentiliu dies festi 41. 14
 gentiliu mysteria meræ nugæ
 402. e
 gentiliu discordia 880. 1
 gentiliu mos in funeribus. 62. 20
 gentiliu deorum epitheta. 224. 10
 genus vitæ sibi constituere magni
 est momenti 239. 46
 genus vitæ duplex 797. ver. 46
 Geometria 669. d
 Georgij heretici descriptio 218. 10

Georgius Ægyptum vastat Atha-
 nasio exulante 218. 2
 Georgius cappadox, genere malus
 animo peior 216. 7
 Georgius dat pœnas iustas 220. 15
 gigantum genus 124. 7
 gigantes quinam fuerint 131. sch. 26
 gloriæ inanis studium 601. d
 gloriam inanem nõ curet christia-
 nus 601. e
 gloria humana somno similis 772.
 ver. 28
 gloriæ cupiditas grauis dominus
 morbusque permolestus 59. 35
 gloriæ inanis affectatio 76. sch. 7
 gloria christiani in quo sita 122. 15
 gloria inanis statim euanescit
 885. a
 gloriam humanam in eleemosynã
 plerique spectant 140. 50
 gloriandum non est de ciuitatibus
 254. 2
 Gnosticorum sapientia 264. 46
 Gorgonia patria & parentes spi-
 rituales 69. 41
 Gorgonia fuci expers 71. 21
 Gorgonia prudentia 71. 24. in-
 genium 29
 Gorgonia esse, non videri stude-
 bat 72. 4
 Gorgonia virtutes omnes comple-
 xa 72. 32
 Gorgonia morbus 73. 45
 Gorgonia grauisimè vulnerata
 73. 9
 Gorgonia in morbo eum, qui super
 altare colitur, inuocat 74. 6
 Gorgonia mortis cupidissima
 74. 30
 Gorgonia plena dierum bonorum
 moritur 75. 6
 Gorgonia precatio in mortis exi-
 tu 75. 34
 Gorgonia miraculosè sanata
 74. 15
 Gorgonia ante mortem maritum
 baptizari cupit 74. 46
 Gorgonia diem mortis præuidit
 74. 38
 Gorgonia beata 75. 43
 graculus, eiusque penna 671. b
 Græcorum & Troianorum amen-
 tia 827. e
 gratia plus quam veritati tribui-
 tur 44. 52
 gratia fastum parit 44. 19
 gratia diuina in indignos non in-
 fluit 44. 12
 gratias agamus tam pro rebus iu-
 cundis quam tristibus 65. 48
 gratiarum actio 81. 17
 gratia dei in quo potissimum con-

sistat 855. d
 graue ac periculosum est, indul-
 gendi assiduitate clementiam
 exhaurire 207. 44
 graue & perniciosum est per ocu-
 los capi 160. 50
 grauisimum est meliorem non fie-
 ri plagis 108. 10
 Gregorius pater Gorgonia, Abra-
 ham dictus 89. 10
 Gregorius pater simplicitatem co-
 lumbæ cum serpentis prudentiã
 coniunxit 143. 10
 Gregorius pater Arianorum frau-
 de seducitur 139. 35
 Gregorij patris erga pauperes libe-
 ralitas 140. 10
 Gregorius pater ab ambitione a-
 lienus 140. 30
 Gregorius pater ecclesiam suã no-
 uam Hierusalem, aut aliam ar-
 cam nõ fecit 139. 30
 Gregorij patris præcipua virtus
 lenitas 141. 38
 Gregorij patris in moderanda ec-
 clesia studiũ & industria 138
 Gregorius pater aduersus iram se
 præmunit 142. 6
 Gregorij patris iracundia qualis
 142. 10
 Gregorius patris libertas 146. 50
 Gregorius pater multos lucratus
 est deo 141. 3
 Gregorij pater hereticis restitit
 139. 26
 Gregorij patris genus 134. 45
 Gregorij patris temperantia, inte-
 gritas & iustitia 135. 22
 Gregorius pater templum costruit
 148. 40
 Gregorij patris vita laudabilis in
 paganismo 135. 20
 Gregorius pater centenarius mo-
 ritur 148. 30
 Gregorius pater se opposuit tem-
 pestati ecclesie 145. 23
 Gregorius pater quomodo ad fidẽ
 adductus 137. 30
 Gregorij sermones meretricios di-
 cunt heretici 310. sch. 46
 Gregorius in fidei confessione sem-
 per magnanimus 350. 10
 Gregorius pater virtutum omniu
 domicilium 472. c
 Gregorius libentissimè episcopatu
 cedit 739. d
 Gregorius iniuriam sibi illatã non
 curat 740. a
 Gregorius ab amicis disungi per-
 moleste fert 740. a
 Gregorij zelus in ecclesia calamit.
 573. a

Gregor. paupertatis amator 773. schol. 97
 Gregor. cur odio habitus 822. d
 Greg. medicina in calamit. 823. a
 Gregorius cur vitam hanc odert 834. b
 Gregorio negotij loco est otium 719. b
 Gregorius à conciliis abhorret 730. a
 Gregorius nec bene nec male se habet 730. c
 Gregorius Ionam imitatur 731. d
 Gregorius morbo gaudet 738. a
 Gregorius cur Constantinopolim profectus 284. I
 Gregorius impiorū exitio discernitur 599. d
 Gregorio obiicitur patria ignobilis 252. 28
 Gregorius Deo promissus à matre antequam nasceretur 137. I
 Gregorius ab ostentationis nota vindicatur 194. IO
 Gregorius alienus ab arrogantia ad Basilium statim non accedit 180. 21
 Gregorius honorē recusat 180. 28
 Gregorius martyrij lauream expetit 569. d
 Gregorij consilium notandum 86. 4
 Gregorius grauisima tempestate iactatus miraculo quodam saluus euadit 145. I
 Gregorius solitudinis amantissimus 148. 20
 Gregorius patrem defunctum inuocat 149. 28
 Gregorius res omnes humanas committit 154. 41
 Gregorius in premium laborum postulat successorem 304. I
 Gregorij oratio ad impetrandam Dei misericordiam 107. 3
 Gregorius humana omnia abiicit 80. 20
 Gregorius iam morti fere proximus repete conualescit 143. 15
 Gregorius addubitat vitamne an mortem potius optare debeat 834. a
 Gregorij admonitio 82. I
 Gregorius gloriam aspernatur 59. 34
 Gregorius submissè de se sentit 49. 2
 Gregorius eloquentia studiosus 58. 17
 Gregorius solitudine semper delectatus 37. IO
 Gregorius episcopatum repudia-

uit 3. 37
 Gregorius vitam monasticam uoluit 3. 44
 Gregorij somnium 812. 5
 Gregorius semper optauit solitudinem 49. 7
 Gregorij pietas in parentes 25. 29
 Gregorius dissolui cupit 773. ver. 276
 Gregorij frugalitas 771. 97
 Gregor. uirginitatis cultor 872. e
 Gregorius à matre in munus Deo oblatas 20. 40
 Gregorius uerbi diuini amore flagrat 20. 46
 Gregor. à luxu abhorret 771. 96
 Gregorius cur alijs præesse nolit 19. 28
 grex Christianus initio exiguus fuit 297. 12
 grex Christi non coactè pascendus 6. 19
 gustare domini suauitatem quid sit 457. a
 Gygis annulus 613. a. & 68. a
 H
 Habacub in iniquos indices habitus in uitium & uirtutem diuisio 614. a
 hæreses uel facile uinci possunt, uel facile uitari 688. b
 aduersus Hæreses principis edictū plurimum potest 325. 20
 hæresis, maxima pestis 192. 19
 hæresis non in uerbis, sed in sensu 688. a
 hæresis tanquam serpentis uirus fugienda 251. 30
 hæreses castrandæ 325. II
 hæresis lethali poculo similis 691. a
 non cum Hæreticis sed cum hæresi conflegendum 301. 20
 hæreticos luget Gregorius 295. IO
 hæreticos qui leniter tractant, ecclesiam detrimento afficiunt 741. a
 hæreticos mitius quàm mereantur tractari cupit Gregorius 741. d
 hæretici detrimēt illo ducunt nisi omnes in exitium secum trahant 573. c
 hæretica conditio per uerisimilem confessionem suggeritur 68. b
 hæretici plerunque cum orthodoxis idem dicunt, sed non idem sentiunt 690. d. 691. a
 hæretici & secum, & cum ueritate pugnant 686. a
 hæretici quib. similes 309. sch. 17
 hæretici à Deo & Ecclesia Catholica alieni existimandi 684. c
 hæretici Apostolica citant, sed non

Apostolicè intellecta 685. e
 in Hæreticorum plaga nihil miserius, quàm quod exitium suum non sentiunt 590. d
 hæretici doctrinæ fideique peruersitate morui 356. c
 hæreticus quis commodè dici possit 685. e
 hæreticos quid in errorem sepe inducat 362. 20
 hæreticorum inter se consensus & disidium 369. I
 hæreticis ne uitalis quidem uita esset sine impietate 369. I
 hæretici scripturam impietati suæ prætexunt 370. IO
 hæretici eos qui Christiana lenitate secum agunt, suarum partium esse mentiuntur 678
 hæretici antistites ad suorum flagitia conuincunt, dummodo secum sentiant 332. IO
 hæretici pneumatici similes us qui mortis metu se suspendunt 374. IO
 hæretici pneumatici spiritum sanctum reuicēbant, ut à scriptura non receptum 3. 5. IO
 hæreticos quàm suauiter tractet Gregor. cum spes est resipiscētia 590. c. d
 hæreticorum fugiēda societas & communio 681. a
 hæreticorum cantilenæ & libri pro tertio testamento apud eos habentur 682. b
 hæreticorū impia concordia 571. a
 hæreticorum amentia 573. b
 hæreticorum conuentus haberi pati non debet episcopus 573. c
 hæretici sacris libris ad impietatis confirmationem abutuntur 573. d
 hæretici locos à sacra scriptura auulsos proferunt 573. d
 hæretici episcoporum consilio & imperatorum manu coercendi 574. a
 hæretici omnes qui aduersus Dei Ecclesiam arma ceperunt, erunt uelut umbra aut somniū 309. schol. 27
 hæretici minores lugeant, maioribus prolapsis 309. sch. 18
 hæreticorū libri abortus & aspidum oua 92. 49
 hæretici & schismatici satana notentiores 78. 33
 hæretici lupi 288. 30
 hæretici subuersio turbida 31. 46
 heretisum ad orthodoxam fidem reuocare difficile 12. 40
 hæreticorum:

hæreticorum subdola captiones D. Paulus uocet vocat 333. sch. I. G. piperieg.
 hæreticorum indoctorū arrogantia 264. 40
 hæretici in multis à se disident 369. I
 hæreticorum erga deum amor ridiculus 273. 18
 hæreticos quasi pestem & corruptelam ecclesiae, ueritatisque uirus abiicite 285. 30
 hæretici non aduersus homines, sed aduersus ueritatem arma induunt, atque aduersus sanā doctrinam insurgunt 12. 20
 hæretici syllabarum uerborū que captatores 161. IO
 hæretici orthodoxos secum idem sentire mentiuntur 678. 6
 hæretici deploratè ac perditè affecti fugiendi 86. 51
 hæretici secum pugnant 685. b
 hæreticorum circa ecclesiam nouandi libido magna, & insolētia 678. 3
 hæreticorum dogmata araneorum tela 246. 40
 hæretici priuatam cuiusque imbecillitatem communi consensu roborant 278. 20
 hæretici de non scripto obicere solent 375. 24
 hæreticorum mos in citandis scripturis 529. a
 hæreticorum malitia 684. d
 hæretici apostolica scripta citant, sed non apostolicè intellecta 685. b
 hæreticorum absurditas 685. d
 hæretici multos Christos faciunt 260. 19
 hæretici peruersè Christum amantes 99. 14
 hæretici scripturam sacram peruertunt 685. a
 hæretici linguam habent uolubilem 3. 9
 hæretici inconstantes 686. a
 hæretici nouas interpretationes comminiscuntur 685. 4
 hæretici unius diei theologos creare solent 332. 43
 hæretici de impietatis palma contendunt 89. 16
 hæretici spiritu aduersario afflantur 558. b
 hæreticis se opponit episcopus 148. 16
 pro hæreticis frustra mortuus est Christus 394. b. 527. b
 hæreticorum prætextus 218. 29

hæretici contumeliosè & conuiciis catholicos incessunt, & uicini hæretici principum lenitate sunt peiores 741. 4
 hæretici à litera decipiuntur 681. b
 hæretici librorum copia gloriantur 682. 7
 hæretici uarij 24. 42
 hæretici fugiendi 684. c
 hæretici mysticas quæstiones tractant spectante vulgo 218. 41
 hæretici puniendi 741. b
 Hebraei nō cuius ætati quosuis liberos concedunt 13. 51
 Hebraeorum mos laudandus 13. 50
 Helena scortum Lacænum 619. e
 Helia carmelus 37. IO
 Heliadori presbyteri in mari creati historia 242. 41
 Heraclii tristitia 666. 7
 Hercules triuesperus 621. c
 Hercules, eiusque incendium 662. b
 Herculis certamen decimum tertium 606. d
 Hero quali, canis 238
 Hero delicias, opes, & potentiam contempnit 239. 50
 Heronis in persecutione constantia 244. 28
 Heronis studium primariū 241. 15
 Hero martyr, & parentibus martyribus natus 2. 9. 33
 in Heronem persecutio 244. 25
 Hero cur laudetur 238
 Heronis elogium 239. 19
 Herodes a regor. quid 399. d
 Herodiadis tripudium 650. a
 Hesiiodi dictum de bona uxore 135. 34
 Hesiiodi Theogonia 6. 9. a. 670. c
 hiems infidelitatis 534. c
 Hieremias in peruersos antistites 18. 52
 Hieremias captiuitatem Babylonicam deplorat 85. 4
 Hieremias lamentationes Israël causa conscribens 22. 41
 Hieremias humanitate & condolentia parem ex omnibus prophetis habuit neminem 205
 Hierusalem superna magnis omnibus & excelsis uiris patria una est 154. 21
 Hierusalem superna 69. 46
 hilariter dandum. 129. 41
 Hilarij de Constantio testimonium 625. 30
 Hippocratis iuramentum 66. schol. 10

hirundinem sub tecto non habendam, unde natum prouerbiū 698. c
 historia conglobata quædam est sapientia 845
 Homerus irridetur 619. c. 671. a
 homo magnus mundus 488. d. & 489. a
 homo medius inter Deum & materiam creatus 494. a
 hominis consideratio 343. 40
 homo nautilus terrestris 349. sch. 18.
 hominum tres classes 724. c
 hominis uanitas 776. ver. 615
 homo cinis breui periturus 838. a
 hominis bonum certum 823. b
 homo iumentum in foueam lapsum 529. a
 homo dominicus, an Christus rectè dici possit 682. sch. 3
 homo sedes omnium affectuum 407. d
 homo animal mutabile 419. a
 hominis penitentia Deus maxime delectatur 420. e
 homines naturā ad malum proclines 821. I
 homines magna ex parte mali 830. e
 homines omnes fraudulentij 37. IO
 hominis creatio 390. 7. 487. a
 hominis instauratio, præstantior est creatione 427. b
 hominis resipiscētia & salute deus maxime delectatur 420. e
 hominis consideratio 827. a
 homo multis modis castigatus uel malitiam mutaret 392. b
 hominis arbitrium 431. b. 49. 7
 homo creatus ad opificem laudandum & imitandum 407. d
 homines necare in more habent quædam regiones 126. 21
 homo dei ludus 828. e
 homo post mortem, uermium patulum 87. 48
 hominum mores non statim cognoscuntur 172. b
 homo sine dei ope nihil aliud est quàm ludibrium ac uiuum cadauer 873. d
 homo tertium lumen est 425. 6
 homines omnes idem lutum sunt 862. a
 homo multis modis castigatus 494. b
 homo labore procreatur 288. 47
 hominis priuati uitium, turpia perpetrare 6. 9

homo quod ad hanc vitam attinet, animantium omnium miserimus 826.d
 homo totius hominis non est pater 791.ver. 476
 homo Dei templum 874.a
 homo quid maxime diuinum habeat 209.1
 hominis conditio 872.c
 homo quem procreaturus sit ignorat 792.ver. 590
 homines falluntur, falluntque 773.ver. 278
 hominem regere ars artium, et scientia scientiarum videtur 6.24
 homo, animal omnium maxime varium et multiplex 6.25
 quid prestantissimum in Homine 99.19
 hominum varia studia 9.20
 non hominum tantum, sed etiam dei filij sumus 849.a
 homo non est sine mente 679.e
 homines fallere, non item Deum possumus 7.25
 homines rerum nouatione quodammodo delectantur 187.13
 hominibus imperare difficile. 45.1
 homines Deus diuites reddit, et pro diuitiis suis habet 81.53
 homines vel aperte mali, vel hypocrite 98.12
 homo nascitur ad laborem 53.44
 hominis consideratio 65.30
 hominum vita breuis 63.17.28
 hominibus nihil tam suaue et iucundum est, quam de rebus alienis garrere 2.25
 hominibus cordatis plaga in documentum cedit 185.24
 hominibus profanis nulla res preclara fidem facit 137.53
 hominis elegans descriptio. 117.16
 homo sicut fenenum dies eius. 63.33
 hominis Deo deuoti felicitas et excellentia 3.48
 homines vehementer expetunt pecunias et facultates, et numerosam prolem 216.37
 hominibus preesse et gregi non idem est 4.39
 homini difficile est scire parere 4.53
 homo cur creatus postremus. 536.b
 homo si non peccasset, qualis fuisset 537.b
 homines ventriloqui et vaniloqui, suis voluptatibus obsequentes 13.33
 homo nihil tam diuinum habet, quam beneficentiam, ac bene de hominibus merendi studi-

um 209.2
 homo quomodo Dei pars sit. 131. schol. 13
 honeste et laudabiliter vinci prestat, quam nefarie vincere 25.44
 honor omnis gloriaeque cupiditas quasi grauis quidam dominus, morbusque permolestus. 59.34
 hospitium cedes apud Tauros. 662. d. 668. b
 hospitales domus 306.44
 hospitalitas inhumana 405. c
 hostis noster saepenumero se transfurat in angelum lucis. 771. 77
 hostibus non insultandum. 600. 5
 hostibus gratiae contentiones nostrae 97.29
 humanae vitae inconstantia. 872. d
 humanarum rerum inconstantia 206.40.707. d
 humana omnia dubia et incerta 845. 5
 rerum Humanarum contemptus 49.52
 humanarum rerum vanitas 49.51
 humanarum rerum instabilitas 121.51
 humana omnia cur fluxa et incerta 207.1
 humanum est peccare 595. e
 humanissimus quisque erga pauperes inhumanissimus 118.34
 humerus laboris significationem habet 519. a
 humilis quis vere 265.15
 humilibus Deus dat gratiam. 88.43
 humilitas via exaltationis 528. c
 humilitas media inter peccatum et respicientiam 585. c
 humilitas est iter ad sublimitatem 394. c
 humilitas sublimitatis parens 318. 20
 humilitatis fictae descriptio. 141. 17
 Hur et Aaron Moysi manus in monte suffulciebant 46. 32
 hydra pro vno capite nouem proferens 612. d
 hymnus triumphalis 591. a
 hymni in funere Caesarij cantantur 62.16
 hypocrite meretricibus comparantur 141. 10
 hypostasos tres, et personae tres 302.38
 hypostasos tres 213.30
 Hypsistariorum quinam, et quales sint 135.3
 Hypsistariorum haeresis 134.53
 Iacob scala 840. a

Iacob vir pius benedictionem paternam furto consecutus esse dicitur 25.38
 Iamnes et Iambres 12.20
 Icarus 669. c
 Idolianus 666. e
 idola surripienda ad imitationem Rachel 518. b
 idolorum cultus omnium malorum extremum 392. c
 idololatria vnde 340. 23
 idololatrae execrabiles duabus de causis 407. a
 ieiunia 136. 23
 ieiunium Christi 8.35
 ieiunij pharmacum 157.35
 ieiunium Christi dimidia ex parte sunt qui imitantur 838. b
 ieiunium animae auxilium. 72.15
 ieiunium Christianorum ante pascha 448. a
 Iephte sacrificium 235. 2
 Iesus magnus sacerdos 17.46
 Iesus baptisimi aqua tingitur, et superno testimonio coronatur 8.34
 ignis facultates in extremo iudicio diuidentur 131. sch. 14
 ignis purgans, vltor 454.4
 ignoscere interdum expedit. 209. 10.859.4
 ignobilis quis 254.30
 ignorantia iuris non excusat. 219.17
 ignorantia episcopum non excusat 219.10
 ignauum esse prestat quam curiosum 265.52
 imagines angelorum 238
 imaginem Dei quis vere gerat 809. a
 imbecilles naturae nil magni facere possunt 259.30
 imbecillitas humana quanta. 63.34
 imitandi martyres 50.21
 imitatores vitiosi 195.10
 imitatio summorum virorum pro bis viris et honesti studiosis non exiguam laudem affert 194.47
 immensitas bifariam consideratur 387. d. 482. b
 immolare Deo nos ipsos decet 523.5
 immisericordes 126.20
 Imperatores Romani simul cum fide Christiana creuerunt 596. d
 imperitorum hominum loquacitas potius silentio reprimitur quam sermone 49.16
 imperitia temeritatem comitem habet 12.23
 imperium episcoporum prestat regum im-

perio 298.33
 imperium affectare vel detrectare aequè perniciosum 310
 imperare hominibus difficile 5.1
 impiorum munera Deus repudiat 900. e
 impiorum supplicium 579. c
 impia dogmata velut virus fugienda 251.32
 impij anima Beliae pabulum 774. vers. 453
 impij antistites ad plebis scelera conueniunt, modo illa haeresim amplectatur 21.28
 impij homines poenas aeternas pro fabulis ducunt 824. d
 impiorum poena 828. a
 impietas audax et ingeniosa ad malum 215.36
 ad manifestam Impietatem conueniendum non est 86.4
 impietatis basiliscus 227. schol. 34
 impenitentes non sunt recipiendi 419. d
 impossibile est duas de eadem re doctrinas veras esse 574. a
 improbus hominibus improbitas mors est 902
 improborum consuetudo 294.7
 improbus promptius ac libentius malum sequitur, quam a bono cohibetur 601.7
 improborum hominum societas vitanda 852. d
 improbitas facile expugnatur 613. a
 improbitas ea est maior, quae ad multos porrigitur 5.9
 improbitas facile imitabilis 5.17
 impudens amor ex impudenti aspectu originem trahit 891. e
 inania studia 212.46
 inanis gloriae studium ad virtutis adeptionem hominibus plurimum obesse 15.7
 inanis gloriae studio fidem oppugnare 12.19
 inanis gloria fugienda 901
 inanem felicitatem Athenas nominabat Basilus 172.4
 incarnationis Verbi causa 495.1
 incarnationis filij duae causae 383. a
 inconstantes in fide 219.20
 inconstantes in atheiam tandem ruunt 12.35
 incruentum missae sacrificium 600.4
 indignis etiam dandum propter dignos 140.26
 indigni praesules 4.19
 indigniores ad sacerdotia promouuntur 286. schol. 4

uentur 175.32
 indoctorum arrogantia in disputando 268.10
 indocti omnes sui similes esse oportarint 168.48
 indoctos homines Christus elegit 878. d
 infantes sint ne baptizandi 447.2
 infantes baptizandi sunt 436.8
 infantes sine baptismo morientes poena sensus non mulctantur 441. c
 inferi gentilium 651. a
 infidelium amentia 126.10
 infidelitatis hiems 514. c
 infortunato magnus est remedium miseratio ex animo collata 126.6
 ingenium et genitum opponuntur ut habitus et priuatio 355.6
 ingenia magna et feruētia tumultus excitare solent 259.28
 ingenij solertia plurimum ad virtutem impediendi affert 7.18
 ingeniosi et periti esse solemus aduersus salutem nostram 7.22
 ingeniosus et industrius esse solet quisquis diuexatur 158.1
 inimicitiae modus sit, amicitiae nullus 902.6
 inimicus apertus facile caueri potest 304.15
 iniuria non referenda 9.38
 iniustitia omnium maxima, si praestantior pars in deterioris imperio esse permittatur 7.7
 Innocentes venerandi 398. d
 inobedientia grauissimum crimen 27.11
 insana studia quae 252.44
 instabilitas humanarum rerum ad sempiternarum rerum studium nos excitare debet 122.34
 instabilitas vitae humanae 776. vers. 620
 insufflatio mystica 553. a
 integritas vitae hominem ad paupertatem ducit 581. e
 intelligibilium rerum natura 680. a
 intelligibilium et incorporeorum nullum est nomen proprium 327.50
 intemperantia est, quidquid superfluum est, vobis que necessariis superest 385. b
 intercessio sanctorum 134.34
 intercessio Filij quomodo accipienda 365.3
 intestinum cuiusque bellum 23.6
 inuidia pro diabolo aliquando sumitur 286. schol. 4

inuidia cum quibus bellum gerat 852.4
 inuidia diaboli in homines 407. b
 inuidiae vox quid significet 66. schol. 5
 inuidia egregium virum sequitur 580.6
 inuidia parentis sui carnifex 828. c
 inuidia malum aequissimum et iniquissimum 283.12
 inuidia intestinum malum 829. a
 inuidus aperto hoste molestior 304.16
 inuisibilis tyrannus 507. b
 inuocatio spiritus sancti 369.12. 556.8
 inutiles quaestiones 98.53
 Ioannes Baptista martyrium suum praenouit 416. b
 Ioannes Baptista medius inter veteris et nouum Testamentum 416. d
 Ioannes magnus veritatis praeco, vox Verbi praenata 52.6
 Ioannis natiuitas silentium Zachariae soluit 80.50
 Ioannis desertum animo agitabat Gregorius 37.10
 Iob quam grauiter afflictus 216. 30. et 40
 Iob iustus affigitur 216.32
 Iob uxorem habebat perniciosiorum morbo consolationem afferentem 216.42
 Iob quispian inter agrotantes delitescens 128.23
 Ioel in malos altaris ministros 17.1
 Ionas cur fugerit 26.13. et 46
 Ioppe quid significet 26.50
 Iosue in aciem prodians 22.37
 Iouinianus Imperator 222.36
 Iouinianus successor Iuliani 643.3
 Iouiniani pietas 654. sch. 30
 Iouinianus durissimis conditionibus pacem emere cogitur 655. schol. 32
 ira Dei obliqua 112. sch. 34
 ira hominem insanum reddit 809. d
 ira prudens 582. a
 ira aduersus serpentem solum vitamur 540. b
 ira menti nebulam offundit 851. b
 ira iucunda pernicies 858. d
 ira prudentibus exitiosa 142.29
 Isis apud Aegyptios colitur 676. d
 Isis 406. b
 Israelitarum termini 14.10
 Israelitarum ob discordiam afflictio 84.30

israëlitæ pueri cur Assyrii dicatur 162. schol. 17	161.13	Isthmica pyrus itabyrium	16.39	Iubileus annus iucundum de rebus alienis garrere 2.25	549.d	Iudæorum multiplex captiuitas 572.4	84.51	Iudæorum dispersio vnde Iudæi Romanis subditi Iudæorum dies festi Iudæicæ paupertatis angustia cir- ca diuinitatem	85.25 41.14 11.21	Iudæismus iudices magnis & excelsis viris grauissima quæque facilius condonant, quàm humilibus quicquid vel leuissimi momenti 40.6	11.10	iudicia Dei cur contemnant im- pii iudicium Dei pluris faciendum quàm omnium hominum iudicia Dei in hominum prosperi- tate vel afflictione occulta sunt iudicia Dei nobis occulta iudicia Dei altius scrutantes ver- tiginis similes iudicia hominum de nobis quate- nus curare debemus parum curanda hominum de no- bis iudicia iudiciū quorundam prauū iudicium rationis peruertit simul- tas iudicij extremi descriptio iudicij dies Iuliani nomina Iulianus Christianos vocabat Ga- lileos Iulianus in summa crudelitate scripturæ verbis vitur Iulianus credulitatē obicit Chri- stianis Iulianus martyrum honores mar- tyribus inuidet Iuliani edicta contra Christianos Iuliani mira crudelitas Iulianus ihus idolis adolere iubet Iulianus statim post imperium fit impius Iulianus Imperator aduersus Chri- stum furore percitus, eoque a- mētia prouolutus, vt sacros li- bros cum impiis sacrificiis com- mutatis	606.1 614.5 602.a 588.e 597.a 242.28 593.d 60.33 104.4 846.1 415.c 612.d 601.b 222.29 145.20.26 642.d 645.b 639.7 601.c 222.8 589.a 589.c 642.b 605.d.606.c 613.e 615.b 222.10 609.d 610.a 612.a 228. sch. vlt 621.c 403.c 287 66. 583.a 157.31	Iuliani virtutes & vitia Iulianus quondam in Christi Ec- clesia lector Iuliani consilium in opprimenda pietate Iuliani sacrificia Iulianus ab impietate nobilitatem quæsiuit Iulianus in bello contra Persas cæ- sus Iuliani hypocrisis Iuliani apostatæ persecutio dolo- sa Iulianus apostata martyrum ho- nores Christianis inuidebat, nec hos vt Christianos, sed vt facinorosos supplicio afficiebat Iuliani versutia detegitur, qui Christianos aperte non perse- quebatur Iulianus occultè Christianis bel- lum indixit Iulianum impium & sacrilegum ad Persas vis numinis vltrix ablegat Iuliani persecutio Iulianus vult haberi Deus post mortem in Iuliani corpore nulla futura pietatis signa Iulianus alter Hieroboam, & A- chab, & Pharao Iulianus martyrum honorē Chri- stianis inuidebat Iulianus Imperator furore perci- tus in Christum Iulianus Christianos à sermoni- bus arcere voluit Iuliani edictum de Iuliani morte opiniones varie Iuno in æthere ac nubibus pen- dens, vinculisq; ferreis a stri- cta Iupiter ad pingue conuiuium cur- rens Iupiter aduersus Saturnum pa- trem insurgit Iupiter, propter mulieres quiduis efficiens Iupiter nubigena Iouis sepulchrum in Creta Iouis cognomenta Iouis intemperantia Iouis surreptio iuramentum iusurandum Hippocratis iusurandum fugiendum Iustina Mariam virginem obse- crat	Iustina Mariæ opem implorat 157.30 iustificatus nemo vnquam fuit si- ne fide in Christum iustitia Dei iustitiæ totius nulla est capitalior pestis, quàm eorum, qui tum cum maximè fallunt, id agunt, vt viri boni esse videantur 76 schol. 7 iusti persepe veniunt in impiorum manus & potestatem iustus cur affligitur, vel rebus pro- speris cumulat iuuenilis ætas literarum studiis a- prissima iuuenes non sunt ecclesiæ præfe- rendi iuuenes olim apud sapientes He- bræos à quibusdam scripturæ sacræ libris arcebantur iuuentutis affecla stultitia L Labarum vnde dictum labor sanitatem affert lactis alimonia quidam opus ha- bent Lacedæmonia mulier Lacedæmoniorum liberi lachrymæ scelerum expiatrix lachrymæ honestæ turpi atque ob- sceno risu præstantiores sunt Laconici adolescentes laconismus quid ledere facile est laici rebus ecclesiasticis ne se in- gerant laici pastorum munus ne assumat lapidum partus laruam magis speciosam alius a- lio præterdit λαρυσίζειν lasciuia oculi res non atrectandas pertingunt laudabilius est ea quæ dicēda & facienda sunt addiscere, quàm quæ nescimus docere laudandi boni, & cur laudandi potissimum mortui laudandi temerè alij nō sunt laudatores hominem non efficiūt meliorem laurus laus à propinquis generæque con- iunctis proficiscens suspicione non caret laudes proprias prædicare inui- diosum laude
---	--------	-----------------------------	-------	---	-------	--	-------	--	-------------------------	---	-------	--	---	--	---

laude non caret, qui egenum acer- bè non ablegat Lazarus pauper graphicè depin- gitur λαζαρος quid lenitate animi in viam mali redu- cendi sunt leo Leontius Leontius quem baptizati, sibi suc- cessurum clamat leprosi misericordia maximè digni leproforum calamitas leproso omnes auersantur & fu- giunt leproforum descriptio leues qui censendi leuis ac temerarius fortuna impet- tus leues & inconstantes in atheiam tandem ruunt leuitas est agrestis, & à societate abhorrens Leuitici locus allegor. explicatus lex diuina est, vt corpus anima pa- reat lex Dei propter nos blasphematur lex martyrij qualis lex martyrij lex velut maceria inter Deum & idola lex vetus futurorum & inuisibi- lium vmbra lex dura & grauis domina leges Pauli legis veteris obscuritas, arcana multa continet legis participes sumus non litera- liter, sed euangelicè legis doctores legem non intelligūt leges omnibus communes esse de- bent liber de imperatrice ratione liber viuentium & pereuntium liberos & seruos mores efficiunt liberos cura minor esse debet quàm pauperum liber aut seruus quis verè sit liberorum rectè facta ascribere, summæ est æquitatis liberum hominis arbitrium liberales & munifici in vitio sunt impij episcopi liberales Deo prius esse debemus, quàm hominibus	119.27 120.51 202. sch. 76 855.c 673.c 137.43 138.16 117.12 118.3 118.12 118.20 85.38 904.1 12.35 86.3 132. sch. 45 7.9 98.26 166.21 67. sch. 14 501.a 499.a 6.10 15.39 126.10 522.e 319.39 613.b 229. 41 53.51 902. d 140.45 862.a 230.1 390.e 21.29 742.d	liberalitas corporea anima quoq; prodest liberalitas diuina insuperabilis liberalitas in pauperes liberalitas proptia esse debet libertas arbitrij parem in vitam que partem motum habet libido adqrata à nobis libido fuci mater licentia effrenata, & immodica animaduersio, vitia paria lignum aduersus lignum Lindia sacra lingua promptissimū telum lingua maledica omnes æquè in- fectatur lingua procacitas innocentes etiā alioqui homines ledit linguam nihil coercere potest linguam qui domuit, sapientiæ ar- cem tenet lingua male descriptio lingua nihil fortius linguis improbis occurrendum lingua mala lingua libertas coerceri non potest lingua aliena cum nos oppugnat, quid cogitandum cum Linguis non est digladiandum lingua homines in lapsum facile impellit lingua moderanda lingua, telum paratissimū lingua ad ledendum nimium pro- cliuis literarum studium sibi Gregorius solum reseruauit litteris qui dant operam, ne doctri- næ atque eloquentiæ suæ ma- gnopere confidant liuor secundarum rerum cursum impedit loca aliquot psalmorum emenda- ta loquax quid loquacitatis fructus nullus loquacitas imperitorum hominum potius silētio reprimatur quàm sermone loquendum de Deo non est sine ti- more non bene loquentes, sed bene vi- uentes Deo grati sunt loqui prudenter præstat quàm co-	178.20 123.24 140.16 727. 6.46 456.2 890.b 774. ver. 8.38 882.e 773. 797. ver. 50 870.1 863.e 864.7 864.a 864.b 89.28 809.c 718 97.51 285.19 53.38 580.d 863. d 903.c 615.5 51.52 207.18 32.63 523.b 577.a 49.16 411.3 900.d 102.39 703. sch. 2 243.21 243.20 126.30 648. b 388. d. 485. d 457 516.1 515.7 401. b 453. d 455.2 423. a 288. 30 817. a 536.3 19.46 305.43 798. ver. 118 841. b M 557. d 235.18 231.2 233.17 233.31 231.20 229.15 231.24 232.22 230.15 52.10 281.40 649. b 213.5 146.49
---	--	---	--

magni viri ad commiserationem propensi 244.10
 magni est infortunato remedium miseratio 126.6
 Magi procumbentes munera offerunt, ut idolorum cultus hoc facto euerteretur 8.33
 maior est ea improbitas, quae ad multos porrigitur 5.9
 Malachias grauius et acerbè malos sacerdotes accusat 17.27
 maledictio vetus 108.47
 maleuolentia animi facile decipimur 96.39
 malitia res quaedam est considerationis expers, nec ulla ratio iniri potest, qua homines nequam et flagitiosos quisquam meliores efficiat 597.e
 malitia vulgi semper in peius procliuior 4.13
 malus suspicax esse solet 46.53
 malum esse per facile 96.44
 mali alios calumniando virtutis famam captant 191.30
 malum fieri facile 5.18
 mali nulla essentia 55.20
 malum de alio non facile suspicatur, qui non facile ad malum impellitur 46.53
 mali principium boni incuria 53.35
 mali etiam benignitas suspecta 142.30
 malus facile adducitur, ut bonum etiam virum condemnet 216.3
 qui mali aliquid iam perpeffus est, vix induci potest, ut sibi melius aliquando fore speret 148.29
 Mamas martyr 546.b
 mandatum ad amo datum lumen erat 426.7
 mandata Christi apostolis praescripta 19.7
 Manis tenebrae 241.47
 Manis vna cum tenebris materia 256.8
 Manichaeorum electi 684.d.686. schol.3
 Manichaeorum delirium 679.b
 mansuetudinem ethnici Christianis dabant vitio 6.4.c
 mansuetudo plurimum prodest 142.48
 Manue iudex 41.45
 Marcionis constans ex elementis et numeris Deus 256.7
 Marcionista 280. sch.4
 maris collatio cum hac vita 291.12
 Maria deipara 678.d
 Maria virgo Christi templum 881.b

maritos stupidos insectatur 890.c
 Mars irae praeses 672.d
 Mars adulter 672.b
 martyres ad vitam rectè instituentiam conducunt 155.2
 martyrum festa 119.33
 martyrum honores et memoriae 155.7
 martyrum laudes 191.28
 martyres imitandi 50.21
 martyres velut communes quidam nodi vniuersum terrarum orbem complexi sunt 50.13
 martyres diuinitatis mediatores 41.5
 martyres quomodo honorandi 40.55
 martyrum annui honores 154.10
 martyres quibus honoribus delectantur 161.5
 martyres vini 166.16
 martyrum baptismus 418.7
 martyrum descriptio 155.20
 martyrum splendor 41.26
 martyrii lex 67. sch.14
 martyrii lex praecipit, ut oblata occasione veritatis causa periculum adeamus, nec fidei pietatem per animi ignauiam deseramus 610.30
 Massalianorum haeresis 151. schol.5
 Mataza 736.c
 matres solius carnis 234.2
 matrimonij commoda 790. vers. 306
 matrimonium, grauius vitæ vinculum 771. vers. 92
 matrimonium humilium quidem et abiecius, ceterum minori periculo obnoxium 70.14
 matrimonium clarum 135.40
 matrimonij incommoda 793. vers. 678
 ex Matrimonio flagitiosissimi quique nati sunt 792. vers. 550
 matrimonium sanctos omnes procreauit 791
 matrimonium immortalem penè hominem reddit 790. vers. 285
 Maximini persecutio 166.1
 Megara Hercules vxor 675.b
 mederi aliis tentant, qui vlcibus sciant 5.41
 eadem Medicamenta et eadem alimenta non omnibus aequè offeruntur 6.28
 medicina corporis subiectum et finis 7.42.53
 medicina spiritalis eadem non semper vilis 10.20

medicina corporum comparatur cum ratione curandarum animarum 6.26
 medicina spiritalis finis 8.7
 medicina christiana vt difficilior, sic excellentior 7.40
 medicorum mos in morbis deploratis 431.c
 medicorum studium et labor 9.3
 medicorum munera et officia 6.50
 medici de morbo post mortem disputare solent 431.c
 medicas manus auersatur peccator 7.19
 mediocritas in allegorijs tenenda 500.c
 medicinae vitae primaria laus, eruditio 851.7
 mediam quandam viam sequi 47.28
 medios qui se proficiuntur 99.27
 media quae sunt 8.4
 mel dulcedinem suam non facile absinthio infundit 5.35
 Melampus 608.b.667.a
 Melampygi 666.b
 Melchisedech sine matre 381.7
 melior sapientia quae operibus, quam quae verbis splendet 102.52
 melior est contentio pietatis causa suscepta, quam turpis et vitiosa concordia 82.28
 membra quod inter se sunt, hoc quisque alteri, atque omnibus vniuersi 117.51
 membrum aliud in corpore principatum tenet, aliud subest 2.44
 memoria eius, qui patitur, tenacior esse solet 252.12
 memoriae igniculus magnus est familiaritas 154.34
 memoria rerum acerbam animo refrigeranda, vt cautiore in posterum reddamur 79.45
 mendacium querere quid significet 49.51
 mendesij horrei 280. sch.3
 Mendetes 676.d
 Menæceus 663.6
 mens hominis 680.c
 mens in Adamo prima peccauit 681.8
 mensa spiritalis et diuina 649.c
 mensa sacrosancta 4.20
 mensa mystica 449.4
 mensurae Dei mensuris nostris aequantur 842.b
 mercatores 100.32
 mercatorum auaritia 178.39
 Mercurius lucius Deus 672.d
 Mercurius

Mercurius rephoic dictus 132. sch.34
 Mercurius logius 615.b
 Mercurius lucifer 621.b
 meretrices ne aspici quidem sine scelere possunt 893.7
 meta curriculi humani deus 858.d
 metus, satis magna pena censerit debet 650.b
 nunquam sine Metu Christianus esse debet 801. vers. 493
 meum et tuum audiri non debent in ecclesia 304.37
 Micheas i malos sacerdotes 16.42
 micha quid 270. sch.1
 militum quorundam respicientia 609.1
 Minerva virgo draconem pariens 676.a
 Mineruae tibie 675.1
 miracula Christi 8.36
 miracula cur olim potius quam nunc edita sunt 179.1
 miracula mundi 189.16
 miraculum in Gregorij patris baptismum editum 138.10
 miraculis confirmata pietas 143.18
 miraculum diuina gratia editum 137.44
 mira tolerantia 838.c
 miser quis 211.47
 misera ecclesiae facies 21.30
 miserum est in aliorum imbecillitate spem ponere 92.31
 miseratio ex animo collata, magnum est infortunato remedium 126.6
 misericordia erga proximum 52.18
 misericordiae expers brutis animantibus sese adiungit 124.1
 misericordiam pra omnibus rebus a nobis requirit Deus 123.51
 misericordiam, qua ipsi egemus, Deo feneremur 189.30
 misericordiam legem sanxit natura 120.35
 misericordiam manuit dominus omnium quam sacrificium 130.13
 misericordiam exercenda nemini occasiones desunt 125.20
 ad misericordiam exemplo Christi excitari debemus 120.22
 misericordia Dei beneuolentiam nobis conciliat 116.47
 misericordia erga pauperes facultates sanctificat 121.42
 misericordia Christianos decet 120.32
 misericordia erga pauperes charitatis potissima pars est 116.44
 missa sacrificium quomodo sit offerendum 24.13
 missa sacrificium prodesse mor-

tuus testantur sancti patres 67. schol.19
 missa sacrificium, incruentum 600.a
 in Missa sacrificio Christi passionibus et diuinitati communicamus 600.a
 missa offertorium 164.30
 Mithra 662.d
 Mithrae supplicia 667.b
 Mithrae sacra 406.b.611.4
 Mithrae sacra Gregorij 56.24
 Moabitibus domini ecclesiam ingredi non licebat 21.15
 moderati viri cum Dei causa prodiunt per silentium, faciles non sunt 219.36
 modestus quis verè 265.15
 Modestus praefectus ad Basilium 183.20
 modus omnis optimus 187.47
 modus tenendus 260.30
 molestia multo plus in hac vita quam voluptatis 827.c
 molestia voluptate interdum melior 120.5
 molestiam praesentem in futuro auo abdere 134.16
 molliter et delicate nobis viuendum non est etiam si benignitate pauperes complectamur 72.10
 moly Homericum 851.d
 Momus non tantum viles et plebeios, sed etiam praestantissimos viros attingit 176.12
 monachorum exercitia 78.49
 monachorum piorum vita 838.4
 monachi caelibes 9.27
 monachi nazarei 176.10
 monachorum duplex genus 188.40. et 50. et 217.30
 monachi Deo melius viuunt quam ceteri 217.10
 monachi veri qui sint 54.2
 monachi ecclesiae pars selectior ac sacratior, qui seipsos a mundi consortio segregarunt, ac vitam suam Deo consecrarunt 176.13
 monachorum vita duplex 604.c
 monachorum habitus et vestitus 79.3
 monachi veri 79.1
 monasteria Aegypti 217.16
 monasteria a Basilio extructa 189.2
 monastica vita vt excellentissima est, ita longè difficillima, nec a multis suscipienda 59.44
 monastica vita nonnullis ludibrio

est 47
 monastica professio morum grauitate potius quam corporis secessione insignitur 217.33
 monasticae vitae leges 799. vers. 213
 monastica vita praecleara res est 116.16
 monasticam vitam viuunt Grego- monasticae vitae excellentia 349
 Montani 99.2
 Montani malus spiritus 241.47
 Motani perniciosus et muliebris spiritus 256.7
 morbi vnde 103.36
 morbus est vilis institutio 738.b
 morbi tres circa diuinitatis doctrinam grassantur 1.10
 morbo anima affecta Deo propinquae est 207.27
 in morbis desperatis quid agendum 143.38
 morbus sacer varie accipitur 130. schol.7
 morbus facilius contrahitur, quam sanitas impertiat 172.49
 morbi varij 124.44
 morbus animi corporis morbo grauior 121.27
 morbus diuitiarum 64.8
 morbus hominem vt nubes solem obscurat 725.a
 morbo vt sanitate rectè vtendum 734.d
 morbus internus sceleratorum potius lugendus, quam externus piorum 737.a
 morbus sapiens insolenti prosperitate melior 737.a
 morbus fortiter ferendus 738.a.b
 morbus nos docet fluxa omnia commemnerere 738.b
 mordicus quae sint retinenda 266.15
 mors omnibus communis 232.53
 mors impropre mors dicitur 150.1
 mortis ipsi nostrae auctores sumus 824.c
 mortis meditatio vita nostra esse debet 63.4
 mors vita nomine appellanda 823.d
 mortis dies festinus Gorgoniae 75.5
 mors nomine tenus formidabilis 150.4
 mors quid boni afferat 150.10
 mors nulla arte expellitur 583.b
 mors vera quae 150
 mors beneficij loco Christianis est 183.49
 mortem afferunt varij casus 434.6

mortui similes sunt his qui priores ad hospitium peruenierunt 134.20
 mortuus fidei peruersitate 396
 mortuorum animæ Deo commendandæ 65.50
 mortui potissimum laudandi 68.42
 mos gentilium in funeribus 62.29
 mores dignitati fidem astruere debent 213.47
 morum probitate potissimum flectitur animus 137.20
 Mos in similitudinem Dei gloriam concipere 23.30
 Mos laus 695.c
 Moses principum princeps, et sacerdos sacerdotum 39.33
 Mos tabernaculum 51.9
 Mos rubus 241.4
 Mos baptismus 417.e
 Moses manus in monte extendens 221.36
 mulieris egregia commendatio 70.45
 mulierum laus 841.7
 mulieris sapientia quæ 868.e
 mulieribus frugalitas utilissima est ad conseruandam pudicitiam 899.d
 mulierem qualem laudet Solomon 70.35
 mulieres potissimum morum simplicitas decet 869.a
 mulierum ornatus est ornatum aspersari 812.8
 mulier ad persuadendum aptior 493.a
 mulierum ornamentum in quo consistat 892.c.893.8
 mulieres fucum inter se studiosè celant 891.a
 mulier fucata idolum 889.d
 mulieres fucos gaudentes ut plurimum impudicæ 893.b
 multiloquium fugiendum 800. ver 369
 multitudo ex variis ætatibus habitudinibusque cõflata est 11.44
 multi ad piorum calamitates animum demittunt 877.d
 multa sunt quæ mens humana capere nequit 275.10
 multi vertiginem patientibus similes 117.24
 mundus verus qui 231.39
 mundi scelera 789
 mundi variæ significationes 55.10
 mundus, et mundi princeps diuinam imaginem in nobis arrodunt 771.45
 mundi affecta piorum luctus ridet 773. ver. 328
 mundi huius visibilis creatio 389.a

mundi prosperitas nauis vestigio similis 772. ver. 134
 mundi prosperitas prius quam te neatur, abscedit 122.33
 mundi prosperitas qualis 772. ver. 134
 mundus arummarum ferax 833.a
 mundi nomina ex Dauide 65.13
 mundus aranearum telis similis 886.b
 mundus pace conseruatur 83.45
 mundi duo 134.8
 munificentia monimētum 148.47
 munus concionandi difficile 11.49
 muneris sublimitas Gregorium ab episcopatu deterret 20.28
 muræna in vitroque elemento vitæ tam agit 252.34
 murus æneus 533.b
 mysterium altaris sacrosanctum 209.52
 mysteria sacrosancta profanis animis non sunt tractanda 4.18
 mysterium augustum 251.20
 mysteria Christi 8.14
 mysterium nouæ salutis 125.24
 mysteria nostra exteris efferenda non sunt 512.b
 mysteria irrita 244.5
 Mystica mensa 239.3
 mystica mysticè tractanda 331.19
 mystica dona Deo offerenda 53.3

N

Nabuzardus coquorum præfectus 185.7
 Nadab et Abiud nouo igne assumpti 23.38
 natalis Christi dies quomodo celebrandus 384.4
 natiuitatis genus triplex honorauit Christus 422.4
 natiuitatis triplex genus 858.b
 natiuitatis festum celebratur etiã in cælis 398.b
 natiuitatis Christi mysterium 52.47
 natura sic comparatum est, ut ea seignius concupiscamus, quibus facile liberèque frui licet 288.16
 natura ita comparatum est, ut suis quisque faueat 282.35
 nature sequitur semina quisque sue 733.c
 natura dux sequenda 733.c
 nature non obfistendum 733.d
 nature nihil violentius 95.2
 nature sensibiles à Deo alienæ 389.b
 nulla alia pulchritudo quam Naturalis 892.b
 nauis non nihil exoneranda ut leuius nauigemus 285.50
 nauilius 736.a

nauili descriptio ex Plinio 736.c
 Nazarenæ ecclesia noua Bethleem 139.30
 Nazarei quid 153 sch. 37
 Nazareorum chori 306.41
 Nazarenorum crimen 34.31
 necesse est præfectos esse in ecclesia 3.13
 necessitas beneficentia 129.53
 necessitas infirmos quoque fortes reddit 718.d
 necessitate quod extorquetur, firmum ac stabile non est 6.13
 necessitas quid faciat 718.d
 neganda statim non sunt, que cognitione assequi non possumus 353.10
 negociator magnus 80.20
 negotiatio præstantissima 159.24
 negocium omne à Deo auspiciandum 2.16
 Nemeæum apium 161.14
 nemo sapiens leto animo creatur episcopus 25.3
 nemo est qui sibi tam arroganter summam doctrinæ celestis assumet, ut putet se omnia mysteria liquidò comprehensa tenere 687.a
 nemo in hac vita calamitatum expers 854.d
 nemo sibi ipsi tantum viuere debet, sed et proximis 724.b
 nemo in procreata natura omnino à vitij labe purus est 126.45
 nemo sibi sufficere potest 903.b
 nemo scit an mors penitendi tempus dabit 429.a
 nemo legem Dei exactè assequitur 902.5
 nemo potest dicere se purum 420.d
 nemo cogendus 47.46
 nemo Deum fugere potest 26.37
 nepenthes Homericum 851.d
 ne quid nimis 330.47
 Nicea terræ motus 61.52
 Nicæna synodus 241.9
 Nicæna fides 684.b
 Nicenum concilium 137.41
 Niceni patres à Spiritu sancto congregati 215.26
 Nicetæ expositio improbat 162. sch. 15
 Nicodemus allegor. 524.c
 nihil nouum 577.c
 nihil æquè germanos Dei cultores inter se conciliat, atque consentientes de Deo sententiæ 82.47
 nihil est quod hominem ad altiores honorum gradus prouocat, res

quàm virtus et fama honestis rationibus collecta 60.5
 nihil magni faciendum est, quod nihil affert ad rectè honestèque viuendum, nec sui studiosos meliores reddit 173.3
 nihil est, quod persecutoris vim perinde frangat, ut patientis alacritas, animique promptitudo 239.21
 Nilus ab Ægyptiis honore afficitur 676.c
 nec nimis feruidi, nec segnes in dei causa sumus 260.40
 nimium contendendi studium 99.26
 nobilis quis 254.27
 nobilitas vera 69.51.136.3
 nobilitatè posteris relinquere præstat, quàm à maioribus acceptam labefactare 902.d
 nobilitas duplici nomine clara et maiorum imaginibus, et propria virtute 291.51
 nobilitas viritum expendenda 165.50
 nobilitatis triplex genus 292.5
 nobilitas ea vera est, quàm pietas, vitæque sanctimonia insculpit 239.30
 non solum res præclare gesta Nobilitatem hominibus affert, sed etiam virium gloriam improborum vincens 610.4
 nobilitas nobis indita diuinitus 332.2
 Noë arca 82.11
 nomen νετρεαγματων 366.5
 nomina Dei 339.53
 nomina filij dei 319.23
 nomina sola virtutis studium in hominum animis excitare possunt 69.11
 non cuiusvis est deo iungi propius 23.29
 Nonna simul et optima materfamilia et optima Christiana 136.13
 Nonna amor erga pauperes 140.40
 Nonna Solomonis sanguisugam in bonum emulatur 140.30
 Nonna fiducia in Deum 136.20
 Nonna mater Gorgonia, Sara dicta 69.11
 Nonna certiora habebat futura quàm alij presentia 137.26
 Nonna in spiritalibus conuentibus vocem tenet 136.31
 Nonna à gentilium consortio abhorret 136.38
 Nonna in calamitate fortitudo 136.45

Nonna filium nondum natum Deo offert 137.1
 Nonna maritum ad fidem suscipiendam impellit 137.20
 Nonna seipsum, sapientia summa 266.24
 Nouati audacia, et impura puritas 99.4
 Nouati temeritas 241.47
 Nouatus stuprum ita seue acerbè que condemnauit, quasi carnis ipse et corporis expers esset 419.d
 Nouati arrogantia, ac sita in verbis puritas 256.9
 Nouati penitentiam tollunt 419.a
 nouitatum cupidi homines 187.10
 noua fides 250
 nouum mandatum, ut alij alios diligamus 41.41
 nox sacra 507.8
 nudo capite ad flagitium omne prorumpere 7.31
 nutus superciliorum Iouis 672.a

O

Ob culpam quorundam viuens ordo damnatur 98.18
 obedientem inuocat Deus 27.31
 obiurgare cuiuslibet hominis est, consilium dare solius sapientis 350.10
 omnium Obliuio 577.d
 obsequentissima vxor pietatis magistram se præbet 135.50
 obscuritas veteris legis, arcana multa continet 126.10
 obrectatorum calumniis Christianus moueri non debet 797. ver. 60
 occasio calua 845.e
 Oceanus 671.c
 oculos cor sequitur 889.b
 oculi organum omnium promptissimum 156.40
 odisse eos solemus, qui nos corripiunt 7.34
 odio facile decipimur 96.40
 odio vel beneuolentia labefactatur veritas 2.26
 cauendum ne cuiquam Offendiculo simus 798. ver. 172
 officium imperatorum 285.30
 officio aliquatenus fungi præstat, quàm ei omnino deesse 258.40
 oleum sacerdotij 81.44
 Olympica oliua 161.12
 omnes ex eadem terra et massa coagmentati sumus 37.32
 omnes docere volunt 4.27

omnes præesse ecclesie affectant 819.d
 omnibus vnica patria, et genus idem 254.22
 omnium rerum satietas 859.d
 omnia manant à Deo 123.28
 omnibus eadem non conueniunt 6.6
 omnes sumus peccatores, 126.45
 non idem Omnibus vitæ institutum conuenit 831.6
 omnia ut pace conseruantur, ita seditione pereunt 84.28
 opibus, deliciis, et potentia excellentes, alios homines contemnere solent 239.49
 opes tute sunt, Deo et pauperibus opes suas effundere 136.5
 opes fluxas et fragiles cum firmis et celestibus comutare, quæstus est maximus 49.10
 ophiuchus 673.d
 opiniones non facile proiciuntur 12.7
 opinione sua sapientem esse 15.2
 opiniones de Deo tres 350.28
 opinionis publicæ præiudicium plerique sequuntur 855.4
 oppugnare fidem inanis gloria studio 12.19
 optimus esse, non videri stude 188.10
 opus fortius est sermone 285.24
 opus falsò ascriptum Gregorio 576.d
 Opus aduersus malos præfules 16.37
 ossa quid significant 512.e
 Ostris 406.b
 oracula ethnicorum 648.c
 oratio Gregorij ad Basilium 196.50
 oratio proluxa auribus molesta 421.d
 orationes vxoris cum multis ieiuniis et lachrymis pro salute viri 137.17
 oratio eloquenti viro munus est congruentissimum 56.48
 oratio ad impetrandam Dei misericordiam 107.3
 orationis sanctæ vis 286. sch. 1
 oratio copiosa non est utilior sapiente 102.25
 oratio non leue momentum affert ad augendum animi robur 159.13
 orbis miracula 189.16
 orci galea 613.9.668.a
 ordo in prefecturis seruandus 175.20.21
 ordo in ecclesia constitutus 250

ordo vniuersus damnatur ob quorundam culpam 98.18	ordo in ecclesia necessarius 262.18	ordo quis in spiritali negotio tenendus 78.4	nullus Ordo ecclesiasticus paruus censeri debet 3.30	ordinum perturbatio hominibus pestilentissima 3.4	ordo in omnibus creaturis seruatur 261.9	Orestes sanctus 187.17	orgia Thracum 406.4	orientalium & occidentalium disfidium 223.20	orientem cur respexerint veteres inter precandum 737.4	originale peccatum 37.32.99.23.501.4	ornamentum omnium rerum in concordia situm est 99.50	Orpheus 669. d. 671.1	Orpheus, eiusque nugacissima de diis conscriptio 675.4	Orpheus Græcis idololatriæ magister 657. sch. 61	orthodoxa fide ad firmandam amicitiam nihil potētius 82.48	orthodoxorum contentio 777. ver. 792	orthodoxorum calamitates sub Constantio 242.10	orthodoxi in calamitatibus opulenti 298.1	P	Pacifici soli vocantur filij Dei 100.20	Palæstinae academiæ florentes 58.17	palæstraleges 100.29	Palamedes 668.e	Palamedes multarum rerum inuentor 616.e	pallor egregius color 893.3	palma coniugij expertes non sunt 790. ver. 300	Pan 677.1	Pan venerandus 666.c	Panocratium 239.9	Pandion 698. b	Pandora 890. d	Pandoræ filie quæ pane etiam hostis Christum tentauit 316.40	panis benedictus 144.38	par malum cum omnes vel imperium affectant vel detrectant 3.10	parabola de operariis vineæ explicatio subtilissima 439.4	paradisum Græci cognouerunt ex	Mosaicis libris 174.21	paradisus terrestris 391.1	παράκλησις quid significet 309. schol. 31	παράκλησις quid 152. sch. 29	parcè & moderatè de Deo loquendum 265.27	parentes, velut dii quidam sunt 854.4	parcetes maioribus natu filiis plusculu amoris quæ ceteris debent 857.4	parentum vera pietas 57.36	parere præstat quæ imperare 13.38	parere homini difficile est scire 4.53	parentalia 62.31	pars exigua, modò honesta, diuitiis multis anteponenda est 19.45	paruis & abiectis animis ampliu & præclarum videtur pœnam vitare 421.e	Pascha festiuitas festiuitatum 476. b	pascha dies dierum maximus 143.20.478.4	pascha legale, figura figura 522.4	pascha quid significet 498. b	Paschatis festa 442. c	passio Christi 8.40	passio Christi in fine seculorum 509. c	passio compassionis mater 295.1	pastoris pia apud Deum petitio 41.44	pastor bonus quem populus vocet sum 277.36	pastores mali 288.41	pastori quæ cura debeant esse oues Christianæ 288.23	pastoribus lex præscripta, vt nec asperitate sua aduersariorum animos exulcerent, nec summisione insolentiores efficiant 301.33	pastores mali notantur 18.2	pastores dedecet salutis principia nescire 219.17	pastores virtutis exemplum esse debent 4.21	pastoris onium & animarum comparatio 4.39	pastoris vox qualis esse debeat 255.47	pastoris veri munus & officium 68.52	pastoralis muneris difficultas 4.30	Patarica chimera 667. d	Pater olim solus apertè prædica-	batur 377.8	Pater quomodo dicatur principiu Filij 273.44	Pater, Filius, spiritus sanctus, vnus Deus 302.8	Patris & Filij & spiritus sancti essentia rectius dicitur quàm natura 327.20	Pater principio caret, non Filius, nec sp. sanctus 245.30	pater expers principij 351.40	pater ingenitè, filius genitè simul erant 274.41	Pater solus ingenitus 245.47	Pater deus, quomodo pater 245.50	patris ira stipula flamma 859.4	patris ira, vitæ abruptio 857.e	patrum depositum seruandum 86.35	patrem referre vel ore solo gloriosum 846. b	patri incundum est à filio superari 848. d	patres Dei tantum organa sunt 849.4	patres plus corpora quàm animas amant 791. ver. 743	patres corporum tantum patres 791. ver. 486	paterna lex cum filiis remissius atque indulgentius agere postulat 100.46	patientie documenta 255.10.30	patientia inuicta manet 239.21	patria quæ 293.45	patriæ non est assignanda improbitas 215.41	patria vera, superna Hierusalem 231.40	pauca loqui de virtute sapiens soler 102.48	pauci Dei sunt, quamuis omnes ipsius figmentum sumus 212.3	Pauli pro pascendo grege labores & ærumna 15.22	Paulus cur dicat se non viuere 272.48	Paulus cur cum apostolis contulit euangelium 296	Pauli lex de episcopis & presbyteris 19.13	Paulus gentium concionator, & Iudæorum patronus 16.10	pauonis mos 890.4	pauperes nobis proponuntur, vt nos infirmitatis nostræ submo- neant 119.38	pauperi quod des, vètri subtrahere 286.1	pauper tibi relictus est vt deo 125.46	pauperes fratres nostri sunt 120.7
---	-------------------------------------	--	--	---	--	------------------------	---------------------	--	--	--------------------------------------	--	-----------------------	--	--	--	--------------------------------------	--	---	---	---	-------------------------------------	----------------------	-----------------	---	-----------------------------	--	-----------	----------------------	-------------------	----------------	----------------	--	-------------------------	--	---	--------------------------------	------------------------	----------------------------	---	------------------------------	--	---------------------------------------	---	----------------------------	-----------------------------------	--	------------------	--	--	---------------------------------------	---	------------------------------------	-------------------------------	------------------------	---------------------	---	---------------------------------	--------------------------------------	--	----------------------	--	---	-----------------------------	---	---	---	--	--------------------------------------	-------------------------------------	-------------------------	----------------------------------	-------------	--	--	--	---	-------------------------------	--	------------------------------	----------------------------------	---------------------------------	---------------------------------	----------------------------------	--	--	-------------------------------------	---	---	---	-------------------------------	--------------------------------	-------------------	---	--	---	--	---	---------------------------------------	--	--	---	-------------------	--	--	--	------------------------------------

pauperes non nimium seruandi 152. sch. 19	pauper nemo erit, si Dei equitatem imitemur 124.14	pauperes humanè secum agi putant, si non acerbè ablegentur 119.27	de pauperibus bene mereri cõpendiaria ad salutem via 189.20	pauperes omnes in vniuersum sumus 115.13	pauperi dandum priusquam perat 125.28	pauperum conditio melior quàm diuitum 266.47	pauperes copiosè gratias Deo agere possunt 314.30	pauperes non sunt contemnendi 540. c	pauperes & languentes fugimus, non autem homicidas, adulteros & sacrilegos 119.7	pauperes contemptissima pars naturæ pari honore afficitur 140.10	pauperes qui commiseratur, Deo fænorat 178.41	pauperem qui spernit, Deum spernit 129.3	paupertas instar opum est Christiano 293.40	paupertas & diuitiæ vnde 124.50	paupertas commodissimum virtutis organum 840.5	pax impia & à Deo distrabens 21.49	pax fidei dispendio quærenda non est 301.26	pacis studiosi ad Deum & angelos accedunt 83.29	pacem habens, Deum habet 83.18	paci non est studendum cum veræ & orthodoxæ fidei pernicie 301.28	pace mundus conseruatur 83.45	pace omnia conseruantur, seditione pereunt 84.28	pax & concordia, Dei & angelorum propria 83.13	pacis bonum diuinum est 100.5	pax præstantissima & vtilissima 259.8	pax quædam perniciofa 85.48	pacis, quæ intellectum omnem exuperat, Deus 86.53	pacem orationi concedere 153. sch. 43	nihil vnicuique tam expetendum, quàm vt animi Pace fruatur, affectibusque imperet 100.13	pax schismata parit 95.23	pacem latrones colunt 95.26	pax quare amplectenda 83.39	pacis excellentia 94.28	pacis amor & desiderium in Gregorio 94.40	pacis studiosi ab aliis contemuntur 99.37	pace nihil antiquius 686. b	peccantium diuersa ratio 7.22	peccare post baptismum grane est 429.7	peccare hominis est 427.4	peccare perditè demonium est ac reproborum, è peccati cœno emergere electorum est 107.48	peccator medicas manus auersatur 7.19	peccator cur puniatur, vel non puniatur 104.1	peccatores omnes sumus 126.45	peccatores facile ad excusationes confugiunt 415. c	peccato turpiter & abiectè superminimus 7.22	peccato carere soli Dei est 176.19	peccata hominum causæ sunt afflictionum 106.45	peccati confessio magna est medicina 108.52	peccata populi 109.4	peccati plumbo simile 114. sch. 56	peccati expers nullus est 126.45	à peccatis etiam leuissimis cauendum 901. b	peccatum sub mulieris forma conspicit Zacharias 114. sch. 56	in peccatis non demones accusandi, sed nos ipsi 903. d	peccati ianua 384. b	peccato vacare, humanam naturam excedit 649.4	peccati medicina 782. ver. 16	peccati primi pœna 53.32	peccata aliorum obseruare solemus 21.22	peccatum mors vna 150.8	pecunia ecclesiæ 294.39	pecunia occultus tyrannus 741. d	pellis leonina & vulpina 816. c	Pelopidæ 197. sch. 7	Pentecostes mysterium magnu & venerandum 555. d	Pentecostes festa 442. c	Pentecostes Iudæorum & nostræ differentia 554. d	penuria perniciofa cupiditatis mater 53.45	penuria efficit, vt ad eum, qui largiendi potestatem habet, nosmetipsos conferamus 107.28	perdere facilius, quàm seruare 288.40	peregrini non sunt contemnendi 340. e	peregrinatio est vita nostra 64.48	perfecta perfecti olim offerre solent 25.52	perfectius vitæ genus ordiri 176.26	cum Deo Periclitari egregiu 88.50	pericula nos Deo adiungunt 706. b	periculosum est frangere fidem Deo datam 428.4	periculosum est indulgenti auiditate clementiam exhaurire 207.44	perseuerare in malo perniciosum 707.1	persecutio nulla grauior quàm animarum 177.10	persecutiones ecclesiam clariorem effecerunt 819.9	persecutio in virgines sacras 243.47	persecutio Maximini 166.9	in Persecutionibus quid confiderandum 255.15	persecutionem frangit patientiæ promptitudo 239.40	personarum distinctæ proprietates 273.32	vna Persona nec magis, nec prius Deus est altera 373.21	non personarum dignitate, sed fidei integritate Christianismus dignoscitur 183.33	persuadere vtile, non per vim coercere 6.13	vera persuadet melius quàm oratio 900. d	perturbatio ordinum hominibus pestilentissima 3.4	perturbatio in episcoporum creatione 147.20	peruigilia 477.1	pestit quid 5.13	pestit omnium maxima est, si ab hereticis occupetur ecclesia 192.19	petra crebris ictibus cauatur 137.23	Petrus Athanasij successor 243.41	Petrus episcopus Alexandriae 276.52	Petrus ecclesiæ columen 43.45	Petri & Ioannis pulchra allegoria explicatur 525. b. c	Petrus & Paulus magni Christi discipuli 15.8	Petrus discipulorum charissimus 53.14	Petrus fundamentu ecclesiæ 265.2	Phalaridis crudelitas 667. c	Phalli 665.9	Phanes 671.4	Pharisæi noui, & nomine solo pu-
---	--	---	---	--	---------------------------------------	--	---	--------------------------------------	--	--	---	--	---	---------------------------------	--	------------------------------------	---	---	--------------------------------	---	-------------------------------	--	--	-------------------------------	---------------------------------------	-----------------------------	---	---------------------------------------	--	---------------------------	-----------------------------	-----------------------------	-------------------------	---	---	-----------------------------	-------------------------------	--	---------------------------	--	---------------------------------------	---	-------------------------------	---	--	------------------------------------	--	---	----------------------	------------------------------------	----------------------------------	---	--	--	----------------------	---	-------------------------------	--------------------------	---	-------------------------	-------------------------	----------------------------------	---------------------------------	----------------------	---	--------------------------	--	--	---	---------------------------------------	---------------------------------------	------------------------------------	---	-------------------------------------	-----------------------------------	-----------------------------------	--	--	---------------------------------------	---	--	--------------------------------------	---------------------------	--	--	--	---	---	---	--	---	---	------------------	------------------	---	--------------------------------------	-----------------------------------	-------------------------------------	-------------------------------	--	--	---------------------------------------	----------------------------------	------------------------------	--------------	--------------	----------------------------------

ri 439. A
 pharmacum illud magnum est, quod ab iis, qui eodem dolore affecti sunt, porrigitur 63. I
 Philagrius Cappadox 210. 35
 philantia, quidq; illa afferat 15. 2
 Philippijmus 720. b
 philosophari extra tempus, & in tempore philosophia expertem apparere 291. 30
 philosophia duas res nouit 721. a
 philosophia vox explicata 29. 10
 philosophia Christiana subiectum 10. 36
 philosophia operam demus, vel philosophiam certe honoribus ac laudibus efferamus 238
 philosophia precipuum studium est, ut de vita humana, mortaliumque genere, praecclare mereatur. 238
 philosophia nihil fortius 293. 10
 philosophia inepta Ecclesiam labefactauit 267. 30
 philosophia perturbationum animi domina 240. 3
 philosophorum nomine monachos intelligit 54. 21
 philosophorum secta 333. 1
 philosophi animi supplicii & de loribus generosior redditur, atque ut candens ferrum frigidae aspersione, ita periculis obdurefcit 245. 19
 philosophus verus quis 295. 44
 philosopho Christiano nihil fortius 283. 10
 philosopho quae sint necessaria 733. d
 Photini terrenus Christus, atque à Maria principiu trahes 256. 13
 Phrygum executio 604. 9. 662. e
 668. c
 pietatis femina in nobis 793. ver. 635
 pietas non in sermone sita 605. c
 pietas boni proprium 60. 23
 pietas non in multum & saepe de Deo loquendo posita est 35. 37
 pietas non in verborum sono, sed in rebus posita est 713. e
 pietas magni vitae praesid. 244. 50
 pietatis cultores in hac vita ridentur 216. 16
 pietatem promulgare maius est, quam adulterium coercere 325. 18
 pietas colenda potissimum in se-nectute 904. II
 piorum animae, quae hic sunt, non piis laborare, mercedis loco est

439. d
 pij in hac vita abiecti 838. b
 pij viri angeli potius dicendi sunt, quam homines 829. 8
 pij cur aliquando affliguntur 143. 19
 piorum memoria utilis 154. 17
 piorum sedes 579. c
 pij homines astra carne vestita 840. c
 pij alioqui mansueti, in Dei causa incallescunt 219. 30
 pios oppugnantes Deum oppugnant 232. 1
 pia anima rebus diuinis omnia submittit 136. 50
 pius heri, hodie impius 96. 17
 pia precatio ad Deum 106. 38
 piorum praemium quale 809. a
 pij in hac vita fumo similes 773. ver. 283
 piorum animae ab angelis abducuntur 195. 52
 piorum luctus vident mundi affecta 773. ver. 328
 piorum hominum vis ac potentia 879. d
 piorum laudes celebranda 212. 40.
 piscium natura 803. ver. 721
 plaga cordatis hominibus in documentum cedit 285. 24
 plagis affici non est graue, sed plaga meliorem non fieri est grauiissimum 108. 10
 plaga etiam nobis exprobratur in iudicio 105. 47
 plaga vnda 103. 36
 Planta per vim abstracta, statim ad suam naturam recurrunt 88. 27
 Platonis ideae quae 333. sch. 8
 de Platone historia 526. a
 Platonis in eloquentia praestigiae 267. 30
 Platonis ciuitas in verbis 618. b
 Platonis resp. in verbis sita 670. c
 Platonis liguratio 605. 4. 664
 Platoniorum metempsychosis 334. sch. 9
 plebei admonetur 266. 10. & 20
 plebeiis saluti est curiosos non esse 219. 15
 plebs vitia episcopi facile imitatur 5. 13
 plumbo simile est peccatum 114. 56
 plurimum deorum assertio 11. 11
 plus gratiae quam veritati tribuitur 44. 52
 paena 677. b
 paena omnium grauisima, à Deo eiici 599. d
 paena primi peccati 53. 32
 paena scelerum laudanda 550. e
 paenas aeternas impij homines pro fabulis ducunt 824. d
 paena peccati Adami 407. c
 paena impiorum 828. a
 paenitentia 428. a
 paenitentia emendari, atque in vitam reduci 3. 9
 paenitentia tempus Deus aperit 186. 13
 paenitentia baptismus 418. a
 paenitentes non sunt arcendi 419. b
 Polycratis historia 866. a
 Polypij 871. d
 Polypij natura 171. 20
 polypij similes qui sint 285. 14
 Polyxena Priami filia 663. 1
 ponere manum ad os, quid. 153. scho. 41
 populi peccata 109. 4
 populi consensus in electione episcopi 146. 7
 Porphyrius Deum accusat 492. b
 Porphyrij impietas 661. sch. 98
 posteriora Dei quid 335. 50
 postes animi vngere quid 106. 22
 potentiores thronis insident, non meliores ac digniores 875. 32
 Potidaea 665. e
 precepta comunia omni hominij generi 542. a
 praecclare cum eo agitur qui nemini scdali materiam praebet 2. 37
 praecclarum ac diuinum est diuinorum rerum commemoratione ad Dei amorem assidue extimulari 266. 10
 praedicatio verbi quam ardua & periculosa 10. 39
 in Praefecto maior virtus requiritur quam in plebeio 180. 1
 praefecti Ecclesiae quam dura conditio 263. 20. & 40
 praefectos in ecclesia esse necesse est 3. 13
 praefectorum malorum ecclesiae descriptio 213. 40
 praefectorum ecclesiasticorum tria genera 301. 44
 praefectorum vitio facile imbutur subditi 5. 13
 praefectura spiritalis finis 16. 1
 praefecturam fugere prudentiae est 294. 14
 praefecturam neque ambire oportet, neque oblatam repudiare 27. 25
 praemium peccati 53. 44
 praeparatione magna opus est ad verbum Dei tractandum 410. c
 praepositorum superbia 109. 49
 praeputium allegor. quid 399. d
 praescientia 579. c
 praesens calamitas semper grauior censetur 104. 29
 praesentem molestiam in futuro a-
 no abdere 134. 16
 praestat aliis parere, quam imperare 13. 38
 praestat sapienter & prudenter loqui, quam copiose 102. 37
 praestat honeste & laudabiliter vinci, quam nefarie vincere 25. 44
 praesulibus quid primum videntum 5. 38
 praesulis quae debeat esse prudentia 13. 23
 praesules prius sint doctrina instrueti, quam aliorum se magistros profiteantur 13. 46
 praesulis non satis est vacare peccato 5. 44
 praesules indigni 4. 19
 cur aliis praesse nolit Gregorius 19. 28
 praesse hominibus & gregi non idem est 4. 39
 praetextus eorum qui baptismum differebant 435. 1
 praetextus fidei 21. 53
 praetextus et duae vesello quid 521. a
 precatio pia ad Deum 106. 38
 precatio pro mortuis 66. 3
 precatio Gorgoniae in mortis exitu 75. 34
 preces pro viuus sancti fundunt 196. 22
 preces alternatim cantatae 618. 4
 precibus excantare vim fluctuum 145. 8
 preces pro defunctis 62. 41
 presbyterorum mors miseranda 181. 38
 Priapus 677. 1
 primitiae 236. sch. 5
 primitiae eorum, qui ante Christu passi sunt, Eleazarus 229. 46
 primogenita Egypti allegor. 508. b. c
 primum querendum est regnum Dei 136. 19
 primi dignitate qui sunt, sint primi virtute 286. 6
 primi peccati paena 53. 32
 prima & vera sapientia, est vita proba & honesta 102. 31
 primacura episcopi 27. 10
 principes Deum timeant 542. a
 principes veri conditiones 741. c
 principes Taneos 16. 25
 principibus subiiciamur propter

ordinem, publicae quae disciplinam rationem 207. 40
 non eadem Principi & privato conueniunt 608. a
 principium à Deo, & finis in eo 2. 16
 principis non perfectus de fine statui non potest 259. 10
 principis obstadium 268. 46. 800. ver. 367
 priuata utilitate neglecta commo-
 dis aliorum inferuire 16. 1
 priuatae castigationes aliquando profunt 9. 50
 probitas vitae doctrinae praeferenda 852. e
 probis viris & honesti studiosi magnam laudem affert summorum virorum imitatio 194. 47
 proclesio spiritus sancti 275. 7
 procrastinationem non fert zelus 154. 42
 proles cur expetenda 870. b
 Prometheus 677. d
 promptus ad vitium 443. c
 προσηγορια verba quae 78. sch. 17
 prophetae inter Christum & legem interiecti 8. 13
 προσηγορια 674. d
 propinquis non parce subueniendum 136. 6
 proprietates distinguens tres personas 246. 13
 propter dignos etiam dandum indignis 140. 16
 Proserpina 677. a
 in Prosperis rebus clementia Deo offerenda ut in aduersis patientia 277. 40
 in Prosperitate sola Deum amant improbi 207. 30
 prosperitas mundi priusquam teneatur, abscedit 122. 33
 prosperitas ecclesiam labefactauit 595. b
 Proteus 602. b. 662. b. 667. a
 prouidentia Dei 128. 5. 573. a. & 579. 2
 prouidentia Dei in rebus ecclesiasticis 2. 45
 prudentis est sese ad optimorum quorumq; vitam exigere 845. d
 prudentia & fortitudo principum necessaria 741. c
 prudenter quam copiose loqui praestat 102. 37
 prudenter faciunt, qui calamitatibus erudiuntur 207. 21
 psalmodiae in funere 196. 11
 psalmodiarum loca aliquot emendata 31. sch. 63

359. sch. 2
 publica reprehensio aliquando prodest 9. 50
 publicarum & domesticarum rerum cura 140. 11
 pudicitiae laude praestare 70. 10
 pudor gignit ruborem 71. 20
 pudor viris bonis adiutor datus 892. a
 pudor aeterni supplicij pars 445. c
 pudoris iactura scelerum omnium mater 869. b
 puellarum voluntatis vis non est adhibenda à parentibus 802. ver. 606
 pugna Christianorum qualis esse debeat 50. 20
 pugna exterioris hominis cum interiori 809. e
 pulchritudo animae praeferenda corporeae 136. 2
 pulchritudo vera in quo sita 153. 52
 pulchritudo Basilij, virtus 190. 50
 pulchritudini minime confidendum 891. 9
 pulchritudo externa temporis & mortis ludibrium 322. 1
 pullus gentilem populum significat 221. 9
 puniri admissio peccato expetendum est 108. 6
 puniri hic praestat quam in altero saeculo 105. 1
 punietur grauius qui amputatis peccandi occasionibus peccare non desinit 438. b
 punio saepe ad respiscenciam adducit 647. b
 purgans alios, sit ante purgatus 213. 42
 purgari & puniri hic praestat, qui in futuro saeculo 105. 1
 purgari primum vult Gregorius, ac deinde purgare 19. 34
 purgari prius oportet, quam ad Deum verum accedere 272. 20
 purpura 669. a
 puri est pura attingere 774. ver. 442
 puritas deo gratissima 40. 30
 Pyrrhones 215. 4
 Pyrrhonis disputationes aut assensus retentiones 267. 28
 Pythag. ipse dixit 615. c
 Pythagoras cur fabarum esu suis interdixerit 627. sch. 50
 Pythagore iuramentum 548. b
 Pythagore dictum 130. sch. 10
 Pythagoreorum opinio de anima 326. sch. 7
 Pythagoreorum μετεμψυχοσις 326. sch. 7

Pythagorica faba 663. c
 Pythia 675. b
 Pythij opes 713. e

Q
 Quæstiones quædam soluendæ, quædam comprimendæ 319. 45
 quæstiones inutiles 98. 53
 quæstiones quæ tractadæ, quæ relinquendæ 98. 32
 quæstus longè maximus ac certissimus est, fluxas & fragiles opes cum firmis & cælestibus commutare 49. 10
 quales pastores quærat mundus 396. 6
 qualis vita humana 63. 28
 quamobrem mærendum 65. 12
 quanto anima præstantior est corpore, tanto præstantius est animam purgare quàm corpus 325. 9
 quatenus de dictionibus curandû 192. 15
 quercum loqui defuisse 675. a
 quies cælestis sapientiæ cognata 838. b
 quis tutò suscipiat animarum curam 271. 43
 quisque prius se purget quàm cum puro colloquatur 409. 3
 quomodo certandum pro recta fide 301. 21

R
 Ad imitationem Rachel surripieda idola 518. b
 rationis iudicium peruenit simul- tas 96. 23
 ratio diuina in puniendo 103. 29
 ratio reddenda eorum quæ à nobis administrata sunt 296
 recta doctrina 139. 12
 regeneratio spiritalis 138. 1
 regia via episcopo est incedendum 10. 34
 regnare duobus modis dicitur 360. 41
 regnum breue tyrannidi diurnæ anteponendum est 19. 44
 regnum in se prius diuiditur, deinde tentatur 97. 21
 regnum cælorum quid 105. 37
 275. 37
 regnum cæleste 161. 10
 relaxandus interdum animus 290. 40
 reliquiarum virtus 604
 renes purgandi 458. b
 reprehensio publica aliquando prodest 9. 51
 reproborum est perditè peccare 107. 48
 res qualibet fit bona vel mala pro

uentium iudicio 168. 39
 res diuinas intellectu percipere arduum, verbis explicare perdifficile, & purgatas aures nancisci maioris laboris & difficultatis 263. 48
 rerum inuentores 632. sch. 116.
 rerum humanarum vicisitudo 206. 47
 respicere ac mutari turpe non est, sed in malo hæere perniciosum 307. 3
 respiciens summa admiratione dignus 578. b
 reip. causa priuati affectus domandi 177. 30
 resurrectio carnis 64. 38
 rex iuuenis 19. 51
 reges cum omni libertate alloqui 241. 17
 regi & magistro obediendum 585. b
 rex dierum 143. 24
 rex stolidus 580. b
 reges etiam calamitas deuicit 185. 11
 Rhenus fluuius, & de eo historia 848. sch. 8
 rhetores impudentes 733. e
 risus immoderatus & effrenatus 673. a
 risus effusus virgini fugiendus 800. ver. 408
 Romana ecclesia 244. 16
 Romana lingue inopia 223. 33
 rubor verus quem gignit pudor 71. 20
 vnicus ille Rubor, qui ex pudore nascitur, amabilis est 893. 1
 rubus Moysi 241. 4
 his qui se Deo vouerunt, Ruga vnica turpior est, quàm alius grauiissima vulnera 894. 1
 s

Sabellius Libycus xi. ii. diuinitatis euerfor 15
 Sabellij error 687. d
 Sabellij impietas 11. 15
 Sabellij contractio 176. 51. 215. 18. 411. a
 Sabellij nefaria vnus in diuinitate personæ assertio 241. 48
 Sabellij resolutio, & confusio, atque absorptio, tres personas in vnâ contrahentis 256. 9
 sacer luminum dies 401. b
 sacer morbus variè accipitur 130. sch. 7
 sacra functio viribus metienda 47. 34
 sacerdos omnipotentis domini angelus est 17. 38

sacerdos magnus Iesus 17. 46
 sacerdos iam nomen inane 21. 6
 sacerdotis munus est animarum curam suscipere, mediatorumque inter Deum & homines agere 23. 20
 sacerdotes Eleazarum imitari debent 235. 29
 sacerdotes honorandi 136. 22
 sacerdotum dignitas 54. 10
 sacerdotes mali viriorum exemplum sunt non medicina 816. b
 sacerdotum duplex genus 816. b
 sacerdotium 138. 43
 sacerdotium incontaminatum reuerentur angeli 209. 45
 sacerdotij dignitas 243. 2
 sacerdotia indignioribus fere committuntur 175. 30
 sacrificia 669. d
 sacrificium dignissimum 294. 29
 sacrificij nostri qui sint participes 505. c
 sacrificium missæ quomodo sit offerendum 24. 13
 sacrificium missæ prodesse mortuis restantur sancti patres 67. sch. 19
 sacrificium missæ incruentum 600. a
 sacrificium incruentum 182. 40
 sacrificium purum & incruentum 647. d
 sacrificia incruentia hominû cruentis refoedantes 182. 41
 sacrificare suæ sagenæ quid 114. sch. 51
 sacrosanctum mysterium altaris 209. 52
 sacrosanctæ mense ministri 306. 40
 Sadduceorum error de spiritu sancto 370. 1
 sagenæ suæ sacrificare 114. sch. 51
 Salamandra in igne saliens 173. 22
 salmones e corio tonans 673. d
 salus non proroganda 421. b. c. d
 salus cum lachrymis coniuncta est 206. 20
 salus nostra in rebus potius quàm in sermone consistit 192. 10
 salutis via non vna est 270. 14
 samiorum tyrannis 674. b
 samuel preces & sacrificia pro populo fundens 22. 40
 Samuelem sacrosanctum in ore habere 14. 24
 sancta sanctè tractanda 331. 19
 sancti sacrificia pro nobis offerunt 196. 20
 sanctorum intercessio 134. 34. 150. 40
 sanctorum reliquia 160. 15. 647. e
 sanctorum

sanctorum reliquia miracula edunt 604. a
 sanctorum reuerentia 603. e. honores & festa 604. 1
 sanctorum lapsus cur literis proditi 162. sch. 11.
 sancti pro vitis sacrificia offerunt, & preces fundunt 196. 21
 sanctorum historia ad quid conducant 196. 30
 sanctorum virorum memoria ad virtutis studium excitat 156. 10
 sanctorum memoriæ quomodo colenda 40. 23
 sanctum vitæ institutû idcirco non reprehendendum, quòd quidam indignam professione suam vitam agant 794. ver. 848
 sanguis Christi cui & cur fusus sit 520. b
 sanguisugæ tres sunt charissima filie 114. sch. 59
 sanitas non omnis expetenda 128. 21
 sanitatis stultæ fructus peccatum 128. 21
 quid debeat facere sanus 292. 31
 quis verè sapiens 102. 48
 sapiens, qui pauca loquitur, multa facit 102. 47
 sapientis obiurgatio 582. a
 sapientes qui sunt non libenter episcopi creantur 25. 2
 sapientes à stultis quid differant 54. 18
 sapientiores esse qui presentibus rebus minimè fidunt 122. 5
 sapientiæ participese se non possunt, nisi qui vitam sapienter instituerunt 618. c
 sapientia vera, Deum timere 293. 30
 sapientia imminuitur ex deliciis 578. b
 sapientia vnica est deum timere 293. 36
 sapientia est scire se non esse sapientem 281. 45
 sapientia ex seruis amicos & filios facit 213. 1
 ad sapientiam comparadam quidam solum velle afferunt 271. 20
 sapientia in malignam animam nõ ingrediatur 44. 14
 ad sapientiam comparadam multo labore ac studio opus 14. 37
 sapientia, diuinarû humanarumque rerum scientia 14. 37
 sapientiæ dona varia 80. 31

sapientia vera quæ operibus indicatur, non quæ verbis splendet 102. 52
 sapientia prima, est vita proba & honesta 102. 31
 sapientia postulanda à vera sapientia 127. 33
 sapientia creata & genita 360. 15
 non plus sapere quàm oportet 582. c
 sarram Gregorius matrem suam vocat 25. 31
 satanas Pauli 313. sch. 88
 satana astus 798. ver. 160
 satana conatus quo tendat 876. b
 satanas vult haberi lux, eum sit nox 455. 4
 satietas in amore potissimum arceda 868. d
 satietas omnium rerum 95. 52. 858. d
 satietas libidinis parens ac contumeliæ 241. 21
 satietas flagitij parens 154. 50
 satis superque est nobis fundamentum habere 266. 17
 satisfactio prorsus necessaria 450. a
 Saturnus 373. 46
 Saturnus cæli filius 672. c
 Saul inter prophetas 4. 29. 44. 6. 819. e
 scandalum vitandû 2. 39. 724. b
 scedasi filie 663. a
 scelerari bonos numero vincunt 792. ver. 577
 scelus illud, quod in homines generere coniunctissimos perpetratur, omnium atrocissimum esse indicatur 68. 31
 schisma 78. 32
 schismatum causa efficiens 259. 28
 schismatici 79. 34
 scholæ Atheniensis mos 170. 44
 scientiæ arbor explicatur 492. a
 scientia scientiarum est hominem regere 6. 24
 scientia duplex 491. d
 scientiam qui addit, addit dolorem 20. 22
 scindapsi & tragelaphi 247. schol. 9
 Scipio 663. d
 scipio in ficu quid sit 308. sch. 21
 scriptura diuina nihil inane aut superuacaneum continet 25. 48
 scriptura loca ad misericordiam erga pauperes hortantia 128. 42
 cui rei scriptura sacra similis 880. d
 scriptura sacra interna utilitas 774. ver. 366

cur spiritalis scripture sensus obscurus sit 880. d
 scylla 668. 1
 scythæ, qui aduersus heros suos rebellauerunt 670. a
 sebastiani ducis impietas 202. sch. 67
 secunda persecutio 428. a
 securis lignorum excisori maximû robur addit 847. b
 securitas hominum quibus consistat 25. 18
 ad seditionem redire grauisimû 85. 35
 seditio plurimas calamitates importat 85. 33
 seditione omnia pereunt 84. 28
 segnities & nimia acrimonia æque inutiles 260. 40
 Seleucus Antiochi pater 235. 24
 seleuciæ concilium habitum 218. 20
 Selligens est Dodonæa 663. e
 Semele 404. b. 679. d
 senectute nihil fortius 37. 1
 senectus veræ gloriæ corona 103. 2
 in senectute potissimum pietas colenda 904. 10
 senectuti cedere debet iuuenis 102. 19
 senectutis vitium loquacitas 892. 1
 senectutis præcepta optima 797. ver. 6
 senectus cum prudentia cõiuncta imperitæ iuuentuti anteponenda est 19. 42
 Senex etiam habet quod discat 741. a
 senem iuuenem stultiorem esse turpe est 904. 7
 sensuum instructio 539. b
 sensus omnes purgandi 455. e
 sensus quomodo moderandi ab episcopo 24. 15
 sensus virgini frenandi 798. ver. 104
 sententiæ de Deo consentientes amicitia firmat, & cõtra 82. 47
 septia atramentum ante se vomit 301. 24
 septenarius numerus 230. 5
 septenarij numeri laus 548. b. & 549. 7
 septenarius numerus virgo 509. a
 septenarius numerus mysticus ibid.
 sepulchris inolescere 254. 40
 sepultura nemini negari debet 243. 4

sermone minus eget qui recte vi-
uit 180.40
sermone domito, ira domita est
865.b
sermo diuinus panis angelorum
179.27
sermo animae idem quod corpori
cibus 205.20
sermo inclusus animum non arro-
dit 850.b
sermo omnis imbecillus 263.40
sermone nostri à Deo audiuntur
580.d
serpens ancus Christi antitypus,
non typus 521.b
seruire Deo libertas & regnum
est 92.12
seruicium aliorum utilitati 47.19
seruitus & dominatio, duae rerum
summae differentiae 278.30
serui heros acerbos odio prosequuntur,
bonos contemnunt 772.vers.196
seueritas nimia in castigando im-
pudentiam parit 859.8
Sexti & Pyrrhones 215.4
sexus in Deo nullus 370.50
signum Christi 60.51
silentij commoditas 263.40
silentio suo alios ad silendum in-
struit Gregorius 49.20
silentium Dei donum est 263.40
simile simili gaudet 725.d
similitudo rei veritatem assequi ne-
quit 372.10
simplicitas Cratetis 66 sch.11
simplicitas parum cauta 597.a
simulata omnia facile euanescent
141.20
nihil simulatum constans & du-
rabile est 141.11
simultas rationis iudicium peruer-
tit 96.23
sine ope diuina non potest Deus
concupi 499.d
sinus quid significet III. sch.17
Socratis cicuta 663.b
socraticus pulchritudinis amor
664.a
sol obsecratus patenti domino con-
dolesebat 531.a
sol oculorum hebetudinem prodit
43.53
sol oculus diei 536.a
solis forma praecessit materiam 536.7
solis statio allegor. 519.d
solers & ingeniosa ad excogitan-
dum malum est impietas 215.36
solitaria & caelebs vita Deo vi-
uentium 141.12
solitudine delectabatur Gregorius
37.10

solitudo ex homine Deum facit
34.9
solitudinem semper optauit Gre-
gorius 49.7
solitudo gratissima Gregorio 283.
51
solitudo praeclara res est 116.16
Solomonis deliciae & opulentia
578.a
Solomonis sapientia & studium
577.d
Solomon femina domi manen-
tem mulierculae extra domum
limen peruaganti opponit
70.35
solonis inexplebilis 664.5
solonis cupiditas 605.1
solus Deus ex omnibus rebus nec
fuga vitari, nec bello sustineri
potest 26.42
sola rei veritas curanda 284.16
somnia Gregorij 812.5
spectaculum miseratione dignum
118.20
spectaculum nullum tam iucun-
dum est, quam Christianus co-
micis canillis suggillatus 22.13
speculum & enigma 349.1
spes angustiarum rerum medicina
205.40
spes, vigilantium somnia 700.b
spes mutationis ante oculos posita
maximam opem afflictis homi-
nibus afferre solet 85.43
spes vnicum remedium afflictis
118.9
spes in Deum, arma Christianorum
646.b
spiruales fetus corporeis prae-
stantiores 79.20
spiritualis praefecturae finis 16.1
spiritus sancti diuinitas edocta
post ascensionem Christi 377.36
spiritus sancti diuinitas ex scri-
ptura probatur 378.3
spiritus sancti nomina 378.17
de spiritu sancto parca loquendum
557.d
spiritus sancti diuinitas 192.28
spiritu solo Deus intelligitur
II. 40
spiritus gratia erga concordem in
fide 277.42
spiritus sancti diuinitas confirma-
tur 279.28
spiritus sancti aeternitas 561.d
spiritus sanctus à prophetis pro-
mulgatus 567.e
spiritus sancti benignitas erga ho-
mines 569.b
spiritus, qui in Cynofarges abiicie-
bantur 668.d

statua muta 675.6
statuarum varietas 607.d
stercus preciosum, deliciae huius
mundi vocantur 385.b
stipendij nomine quid significetur
52.6
studendum ut optimi simus, non
ut videamur 874.a
studiorum coniunctio amoris pa-
rens 155.30
studia hominum varia 9.20
studia acriora sunt & feruentiora
circa rei cuiusque primordia
34.37
stultorum & auarorum verba
126.29
stultissimum mortalium cur Solo-
mon se appelles 272.40
stupor hominum in peccatis 7.32
suave & iucundum est de rebus
alienis garrere 2.25
subditi praefectorum vitio facile
imbuuntur 5.13
subigendi corporis difficultas
23.12
sublimius praestantiusque est in infi-
mo ordine apud Deum collo-
cari, quam apud terrenum im-
peratorem honoris primas te-
nere 59.42
successionis vera nota 213.28
summum bonum propter se expe-
tendum 288.1
superbia praepositorum 109.48
superbos Deus insectatur 875.e
superbis Deus resistit, humilibus
autem dat gratiam 774.vers.
481
supina segnitie iners est 86.3
suspicientes mali sunt 294.1
sua quisque amat 282.30
syllogismus Iudaeorum 329. sch.2
lymbama & parasymb. quid
247. sch.11
symbolum Athanasij 223.4
σωετοσλοι cane peius & angue
fugiendi 798.vers.135
σωετοσλοι qui 317. sch.4

T

Tabeel alienae sedis heres 243.42
tabernaculum Moysis 51.9
tabernaculum 534.a
tabula viuae 317. sch.3
tacere plus aequo satius est, quam
immodice loqui 850.b
talia audies, qualia in alios dixe-
ris 732.b
Taneos principes 16.26
Tantalus 677.b
tarditas consulta & prudens in-
consulta

consulta temeritati anteponen-
da est 19.43
tardus ad virtutem 443.6
Tauricredditus 187.16
Tauricremus 666.e
Tauroscytharum in hospites cru-
delitas 882.e
Taurus 673.c
ταυροσκυθη quid significet 326. sch.4
non temere disputandum est de
Deo 272.21
temere non sunt alij laudandi
902.a
templorum pecuniae, donaria, &
sacra suppellex 609.d
templa donariis ornata Gorgonia
71.39
templi cantus 119.53
templum dicatum Christi discipu-
lis 855.a
temporis nostri calamitas 21.4
temporis varietas, & rerum hu-
manarum inconstantia 579.a
tempus est explorator sapientiae
103.1
omnia tempus habent, certum &
definitum, baptismo excepto
433.d
tempus omnia conficit 120.48
tempus hominum magister 845.a
tentatur Christus, tentatorumque
superat 8.35
Terentius 698.b
terra communis omnium parens
345.45
terra motus maximus 219.33
terra motus ex omni hominum me-
moria maximus Niceae accidit
61.51
terror diis iniectus 672.1
testamenta duo cur terrae motus vo-
centur 376.34
in theatris ridebatur mutae Chri-
stianorum similitudines 22.11
Thecla virginis sanctae & egre-
gie fanum 218.21
Thecla virgo faminarum proto-
martyr, ut stephanus virorum
317. sch.6
theologiae vox explicatur 48.5
theologiae tractanda ratio 377.27
theologus quomodo quis vere fiet
275.27
Theophania appellatur Christi na-
tuitas 383.4
Threni Hieremiae 85.12
Threnorum lectio ad secundarum
rerum insolentiam coercendam
valet 85.20
thesauri irae Dei 104.30
Thesij filia 672.d
Thessala equa 670.b

Thetis 671.c
timendum hoc vnum est, ne argu-
tis nostris, disputandique sub-
tilitate fidem perfringamus
246.46
timere Deum 63.47
timor ad salutem magister 62.4
timidum esse praestat quam au-
dacem & temerarium 265.52
timor sapientis non inutilis 706.4
timor immodicus non à Deo manat
798.vers.84
timor Dei duplex 505.a
timor laudabilis 409.a
Tityus 677.c
tonitruum 675.d
traditio ecclesiastica 617.d
Tragelaphi 241.9
tragediae nostrae hostibus comae-
diae argumentum praebent
97.29
tranquillitas, fructus suauissimus
700.d
tranquillam vitam parca ac du-
riter agere praestat, quam epi-
scopum esse 25.10
transfiguratio 696.7
tres morbi circa diuinitatis doctri-
nam grassantur 11.10
trium personarum eadem essentia
302.22
tres ordines saluandorum 433.1
trium personarum vna deitas 256.38
Tribonius 665.b
tributa unde orta 53.46
Trinitatis articulus 82.37
Trinitatis adoratores 297.36
Trinitatis quis verus & sincerus
adorator 302.4
de Trinitate, quid sentiendum
215.20
Trinitas vnus Deus 83.5
Trinitatis doctrina variis simi-
litudinibus explicatur 328. per
totum & 379.10.20
Trinitas, margarita vndique ful-
gens 323.53
Trinitas prima virgo 788.vers.
28
Trinitas in vnitatem, & vnitas in
Trinitate adoranda 246.20
Trinitas perfecta in vnitatem confi-
sensus 687.e
Trinitatis doctrina fidei nostrae ca-
put II.1. & 86.35. & 89.22
Trinitatis vera confessio 11.36.
177.4.260.24
triplex hominum genus 590.1.
602.5
triplex vita via 850.c
Triptolemus 675.a
tristitia silenda 79.41

Triueesperus 606.d
Triueesperus Hercules 611.c.668.d
Trophonius 601.d.662.4
Trophonij antra 405.c
tunica Christi insecta 79.36
tumultus in ciuitate propter Ba-
silium 186.19
turba à Christo satiata, allegor.
555.b.c
turpe hoc vnum est, affectus ex-
ectos non habere 325.2
turpe non est mutari ac respicere,
sed in malo haerere pernicio-
sum 307.3
turpe est aliis dominari, & volu-
ptatibus seruire 286
turpe est libidinem cum aetate non
senescere 436.5
turturis viduitas 803.vers.715
tyrannis quid sit 441.b
tyrannis seruos à liberis distinguit
772.vers.116
tyrannus inuisibilis 507.b
V
Vae tibi ciuitas, ait salomon, quae
iuuenem regem habes 19.51
Valens Cappadoces secundum per-
sequitur 182.20
Valentis persecutio 176.40
Valens oneri & probro fuit Chri-
stianis 298.2
Valens orthodoxorum simul &
haeticorum in filij morbo pre-
ces postulat 185.10
Valens orthodoxos persequitur
177.11
Valens imperator hostis Christi
176.43
Valens mensa diuina offert mu-
nera 184.47
Valens ecclesiam inuadit 182.47
Valens orthodoxos & maxime
Basilium persequitur 182.23
Valentini haereticus 325. sch.5
vanitas hominis 823.b
vanitas rerum vite huius 826.1
vanitas vanitatum, & omnia va-
nitas 63.44
varia hominum studia. 9.20
vasa sacra 251.13
vasorum aureorum ablatis ex
Aegypto quid significet 517.b
purido vasculo vnguentum non
committendum 900.c
vaticinari hoc vnum non potue-
runt diuinitum, nimirum fore,
ut in perpetuum consilerent
405.d
vbi Deus ante mundum condi-
tum 338.44
veneranda mensa terga vertere
136.37

venia alienis peccatis danda ut
 nostris impetremus 209.30
 veniam dare magnopere interdū
 conuenit 142.40
 venter truculētus dominus 188.10
 ventris ingluuius brutorum est, nō
 hominum 188.10
 venter inexplebile barathrum
 858.c
 venter fons malorū 774. ver. 375
 ventri bellum indicendum 800.
 ver. 396
 ventri subtrahere quod des pauperi
 286.1
 venter spiritalis purgādu 458.3
 venter ingratus author malorum,
 sarcina grauis, bellua inexple-
 bilis 121.16
 venter Anaxarcho vter dicitur
 817. sch.4
 venter pro anima sepe sumitur in
 scriptura 205.21
 ventriloqui homines 13.33
 ventrilabrum quid significet 416.d
 ventis tutius confiditur, quā re-
 bus prosperis 207.17
 Venus vxor Vulcani 672.6
 Veneris mysteria 404.d
 ver multiplex 546.6
 veris descriptio 544.4
 verba turpia fugienda 581.1
 verbi prædicatio quā ardua et
 periculosa 10.39
 verbum Dei angelorum panis
 179.20
 Verbum caro factum 392.e
 verbum Dei sermones omnes hu-
 manos superat 879.a
 verbum Dei est formidolosum in-
 dignis 409.e
 Verbi incarnatio 789. ver. 189
 verbum diuinum melle dulcius
 456.b
 veritas sola curanda 284.16
 veritatis capones 13.29
 veritas beneuolentia vel odio la-
 befactari solet 2.27
 veritatis studio à fide aberrare
 12.10
 veritas omnium fortissima 89.38
 verecundia ad virtutem multum
 confert 259.50
 inter sordidas quoque Vestes deli-
 cia interdum sunt 893.d
 vestes molles et superflue 120.45
 vestes egregie quibus conueniant
 868.c
 vetus maledictio 108.47
 vetus disciplina ecclesiastica con-
 uulsa 96.46
 veterum dij terrestres, aut sub-
 terranej, aut caelestes 340.50

veteris legis obscuritas, arcana
 multa continet 126.10
 vexatio dat intellectum 157.50
 vexat censura columbas 40.6
 vi quicquid tenetur, prima occa-
 sione oblata se in libertatem af-
 ferit 47.48
 via salutis non vna est, sed plures
 270.14
 via ducens ad vitam vnica et an-
 gusta dicitur, propter sudores,
 et qui a non à multis teritur
 332.31
 via regia episcopo est incedendum
 10.34
 via facili et optima qui incedant
 850.d
 vicissitudo rerum humanarum
 206.47
 victoria moderatè vtendum 643.a
 viduitas acerbata res est 150.16
 vigilia 136.23
 viginti dies, totidemque noctes à
 cibo abstinere 838.b
 vinci interdum expedit magis
 quā turpiter vincere 52.1
 vindicta satis magna est, metus
 eorum qui nos laeserunt 650.b
 vindicandam non esse iniuriam
 650.a
 vinea Esaiæ explicatio 112.
 sch.36
 vinum Alexandri perdidit 328.7
 violenter quicquid cogitur, rursus
 ad sese redire consuevit 6.15
 vipera virus non est malitia 269.
 32.830.b
 vir pius ex periculis vires maiores
 colligit 2.17.17
 vir probus non facile condemnat
 improbum 216.3
 viri et mulieris eadem conditio
 320.18
 quis vir optimus 873.a
 virorum magnorum est res ma-
 gnas aggredi 25.14
 virga ferrea quid 85.2
 virginitatis Deo deuote descriptio
 790. ver. 263
 virginitas tota Deo dicata est 793.
 ver. 659
 virginitas coniugio præstantior
 790. ver. 260
 virginitas homines in anglorum
 classem euehit 188.30
 virginitatis laus 788. ver. 15. 792.
 ver. 502
 virginitatis scopus 791. ver. 442
 virginitas hortus clausus 162.
 schol. 13
 virginitas præstat matrimonio
 439.e

virginitatis et celibatus laudes
 188.34
 virginitas futura vitæ præludium
 788. ver. 162
 virgo operi studiisque sacris in-
 cumbat 800. ver. 431
 non satis est Virgini corpus à libi-
 dine purum rueri, nisi mentem
 quoque puram à vitiorum labe
 habeat 800. ver. 342
 virgo ne huc illucque vagetur, at-
 que aliena negocia curet 800.
 ver. 438
 virgo laudem humanam ne affe-
 ret 801. ver. 479
 virgo ab huius mundi curis libera
 esse debet 800. ver. 422
 virgines Deo sacrae, earumque vi-
 te ratio 840.e
 virginis Christianæ descriptio 156.
 30 et 40
 virginum cœnobium 188.41
 in Virgines sacras persecutio
 243.47
 virgines omnia sua offerant Deo
 541.e
 virgines angelicam vitæ rationem
 consecrantur 315.40
 virgines Deo consecratae 301.2
 Virgo deipara 351.37
 Virgo Maria corpore animoque
 purgata 393.6
 Virgo Maria animo et carne à
 spiritu purgata 495.5
 virtutis flos optimus 868.d
 virtus quomodo comparatur
 873.6
 virtutis potius opinionem quā
 virtutem ipsam consecrari, se-
 dum atque execrabile est 76.
 sch.7
 virtutis cura gregem aut armentū
 non tangit 450
 virtutis adeptio rara et ardua
 5.19
 virtus summo labore paratur
 5.28
 virtuti fides abrogatur 4.14
 virtutis exemplum est episcopatus
 potius, quā vitæ adiumentū
 4.21
 virtus et fama honestis rationi-
 bus collecta hominem ad altio-
 res honorum gradus prouehit
 60.5
 virtutem laudans Deum laudat
 211.20
 virtutis studium ob impiorū pro-
 speritatem, piorūque calami-
 tates nō deserendum 801. ver.
 487
 virtus in corpore mortali rectipes
 non

non est 204. sch. 99
 virtus priuati hominis differt à
 virtute præfecti 180.3
 virtus laudata crescit 164.40
 virtutis formam effigiemque con-
 seruasse non tam honorificum
 est, quā mutata vitæ ratione
 animum ad pietatis studium
 contulisse 159.51
 virtus omnes aequè veneratione
 sui afficit 160.8
 virtutis via non vna est 270.14
 virtus duplex 238
 virtutum exempla 115
 virtutis certamen cum inuido spi-
 ritu 216.51
 virtus etiam in hoste suspicitur
 184.20
 virtutum præmium fides 135.30
 virtus mediocritas optima 874.4
 virtus vna numeris omnibus ab-
 soluta plerisq; salutis fuit 830.d
 virtute, quā honoris gradu præ-
 cellere melius 147.10
 virtus cur laudanda 238.30
 virtus egregiorum hominum ho-
 stibus quoque ipsis admiratio-
 nem excitare solet 235.22
 visio nocturna diuinitus immissa
 137.30
 visitandi infirmi 125.31
 vitam monasticam vouit Grego-
 rius 3.44
 vita doctrinae consonet 285.32
 vitæ humana instabilitas 149.40.
 et 50. et 776. ver. 620
 vita verè Christiana quæ 840.c
 vitæ huius vanitas 826.1.9
 vita præsens meditatio mortis
 738.b
 vita hæc mors potius dicenda
 823.d
 vita hominum qualis 577.b
 vitam tutam ac tranquillam parce
 ac duritè agere præstat, quā
 episcopum esse 25.10
 vita monastica nonnullis est ludi-
 brio 4.7
 vitæ huius miserie 824.2
 vita quid 208.40
 vita ab hominum cœtu commer-
 cioque semota præclara 116.16
 vita mortis meditatio 63.9
 vita monastica difficillima 59.44
 vitæ probitas dux ad contempla-
 tionem 210.50
 vita præsens laboris est, futura
 præmij 50.31
 vita hæc nostra multis mutationi-
 bus obnoxia 103.4
 vitæ probitas doctrina præferen-
 da 852.d

vitæ hominum breuis 63.17
 vita verorū Christianorū 771.63
 vita beata in Christo 66.15
 vita nostrā peregrinatio est 64.48
 vitam doctrinae, et vitæ doctri-
 nam æquauit Basilius 896.b
 vita civilis et monastica 188.49
 vita media et communis nocti
 sublustris similis 850.d
 vita innouanda 540.d
 vitæ huius via sinuosa et præcep-
 ta 134.23
 vita duplex 578.c
 vitia obruantur baptismo 433.4
 vitium vitiosos vt rubigo ferrum
 exedit 181.1
 vitia virtutibus vicina 190.10
 vitia virtutibus proxima 640.d
 vitium non virtute sanāt, sed vi-
 tium virtute permutant, qui
 dū in pauperes liberales sunt,
 delicatè viuunt 72.13
 vitia nostra, impijque doctrina in
 causa sunt vt vexemur 95.12
 vitium in magnis viris cōspectius
 est quā in plebeis 894.4
 vitium nullo negotio paratur 5.17
 vitium in procliu 5.30. 880.30
 vitij conditio melior est hodie
 quā morbi 119.12
 vitij medicina confessio et pec-
 cati fuga 108.52
 nihil præter vitium turpe 881.d
 vitium cecitatem affert 891.a
 vitium fugisse nisi e-
 titia virtus colatur 797. ver. 78
 nullum vitium lene existimādum
 800. ver. 366
 vitia imitari facile 5.13
 viuunt Deo pij omnes etiam mor-
 tui 211.10
 viciendi potestatem insolentia
 sequitur 221.30
 vicienda iniuria potestatem ha-
 bere, bonis viris satis esse de-
 bet 277.40
 vlceribus scatentes alijs mederi
 tentant 5.42
 vmbatica purgatio 402.e
 vinctio baptismatis 434.a
 vinctio episcoporum 38.9
 vinctio sacerdotum 81.44
 vnde plagæ et calamitates et
 morbi 103.35
 vnguentorum infusiones 62.26
 vngere animi postes quid signifi-
 cet 106.22
 vnguntur episcopi 179.40
 vna trium personarum diuinitas
 223.1
 vnus Deus et trinus 273.25
 vnusquisque Deo quod poterit

offerat 50.39
 vocationi diuina statim obtempe-
 randum 443.d
 voluntas imperatoris pro lege 612.d
 voluntarium quod non est, diutur-
 num non est 376.40
 voluptates vanæ 577.e
 voluptates et deliciae Basilio à
 voluptatibus et deliciis ab-
 horrere 188.20
 ad vomitum non est redeundum
 797. ver. 73
 votum Gregorij in periculo maris
 145.18
 votum præstandum 580.e
 voto non viuunt vno 9.20
 vouendum Deo nihil vnquam est
 901.3
 vox nulla ouibus gratior pastoris
 voce 877.1
 vrbes condere, quā delere hone-
 stius 727.6
 vtilitas hominum spectanda po-
 tius quā gratia 282.6
 vtinam miser ille peccat, qui fla-
 gitiosos ac nefarios homines
 ad ecclesie thronū primus in-
 uexit 821.5
 Vulcanus Therfites Olympi 648.d
 Vulcanus vtroque pede claudus
 676.1
 vulgi malitia semper in peius pro-
 cliuior 4.13
 vulgus de hominibus pijs iudicat,
 vt gracculi de aquilis 737.c
 vulpina 667.6
 vulpes, hoc est, versuta quedam
 anima, fideque dubia prædita
 335.31
 vxorē quomodo coercere debeat
 maritus 320.48
 vxore bona nullā meliore posse-
 sionē viro obueneri posse 135.34
 vxor obsequētissima pietatis ma-
 gistrum se præbet 135.50
 vxor portus est viro in marore
 869.b
 vxor egregia 70.27
 vxor honoratum omnis 845.1
 X
 Xanthus 668.d
 Xanxaridis thermæ 741.a
 Xenocratis edacitas 664.c
 Xerxis insolentia 182.14
 Z
 Zacharias aduersus malos sacer-
 dotes 17.46
 Zachariæ verba in malos pastores
 18.1
 Zachariæ silentium Ioannis nati-
 uitas soluit 80.50
 Zamolxis 882.d

non est 204. sch. 99
 virtus priuati hominis differt à
 virtute præfecti 180.3
 virtus laudata crescit 164.40
 virtutis formam effigiemque con-
 seruasse non tam honorificum
 est, quā mutata vitæ ratione
 animum ad pietatis studium
 contulisse 159.51
 virtus omnes aequè veneratione
 sui afficit 160.8
 virtutis via non vna est 270.14
 virtus duplex 238
 virtutum exempla 115
 virtutis certamen cum inuido spi-
 ritu 216.51
 virtus etiam in hoste suspicitur
 184.20
 virtutum præmium fides 135.30
 virtus mediocritas optima 874.4
 virtus vna numeris omnibus ab-
 soluta plerisq; salutis fuit 830.d
 virtute, quā honoris gradu præ-
 cellere melius 147.10
 virtus cur laudanda 238.30
 virtus egregiorum hominum ho-
 stibus quoque ipsis admiratio-
 nem excitare solet 235.22
 visio nocturna diuinitus immissa
 137.30
 visitandi infirmi 125.31
 vitam monasticam vouit Grego-
 rius 3.44
 vita doctrinae consonet 285.32
 vitæ humana instabilitas 149.40.
 et 50. et 776. ver. 620
 vita verè Christiana quæ 840.c
 vitæ huius vanitas 826.1.9
 vita præsens meditatio mortis
 738.b
 vita hæc mors potius dicenda
 823.d
 vita hominum qualis 577.b
 vitam tutam ac tranquillam parce
 ac duritè agere præstat, quā
 episcopum esse 25.10
 vita monastica nonnullis est ludi-
 brio 4.7
 vitæ huius miserie 824.2
 vita quid 208.40
 vita ab hominum cœtu commer-
 cioque semota præclara 116.16
 vita mortis meditatio 63.9
 vita monastica difficillima 59.44
 vitæ probitas dux ad contempla-
 tionem 210.50
 vita præsens laboris est, futura
 præmij 50.31
 vita hæc nostra multis mutationi-
 bus obnoxia 103.4
 vitæ probitas doctrina præferen-
 da 852.d

offerat 50.39
 vocationi diuina statim obtempe-
 randum 443.d
 voluntas imperatoris pro lege 612.d
 voluntarium quod non est, diutur-
 num non est 376.40
 voluptates vanæ 577.e
 voluptates et deliciae Basilio à
 voluptatibus et deliciis ab-
 horrere 188.20
 ad vomitum non est redeundum
 797. ver. 73
 votum Gregorij in periculo maris
 145.18
 votum præstandum 580.e
 voto non viuunt vno 9.20
 vouendum Deo nihil vnquam est
 901.3
 vox nulla ouibus gratior pastoris
 voce 877.1
 vrbes condere, quā delere hone-
 stius 727.6
 vtilitas hominum spectanda po-
 tius quā gratia 282.6
 vtinam miser ille peccat, qui fla-
 gitiosos ac nefarios homines
 ad ecclesie thronū primus in-
 uexit 821.5
 Vulcanus Therfites Olympi 648.d
 Vulcanus vtroque pede claudus
 676.1
 vulgi malitia semper in peius pro-
 cliuior 4.13
 vulgus de hominibus pijs iudicat,
 vt gracculi de aquilis 737.c
 vulpina 667.6
 vulpes, hoc est, versuta quedam
 anima, fideque dubia prædita
 335.31
 vxorē quomodo coercere debeat
 maritus 320.48
 vxore bona nullā meliore posse-
 sionē viro obueneri posse 135.34
 vxor obsequētissima pietatis ma-
 gistrum se præbet 135.50
 vxor portus est viro in marore
 869.b
 vxor egregia 70.27
 vxor honoratum omnis 845.1
 X
 Xanthus 668.d
 Xanxaridis thermæ 741.a
 Xenocratis edacitas 664.c
 Xerxis insolentia 182.14
 Z
 Zacharias aduersus malos sacer-
 dotes 17.46
 Zachariæ verba in malos pastores
 18.1
 Zachariæ silentium Ioannis nati-
 uitas soluit 80.50
 Zamolxis 882.d

Zelus in spiritualibus 142.7	zelus iracundiam acuit 220.9	Zona temperantiam designat 515.b
Zelo pietatis à fide aberrare 12.10	Zelum habere, sed non secundum scientiam 218.7	zona duplex 515.d
Zelus pius languidos excitat 179.50	Zelus nascitur ex virtutis collatione 238	Zopyrus Babylonius 641.e.674.1
Zelus dilationem ferre non potest 154.40	Zeuippus 253.14	Zorobabel typus Christi 552.d

HÆC PRÆTERMISSORVM SUPPLEMENTA suis locis reponere.

Orat. de Cæsarij laudib. pag. 67. sch. 14. adde, Orig. tom. 28. comment. in Ioannem, ubi explicat illud, Iesus autem non iam in palam ambulabat. præclarum est, inquit, eum qui in certamen de Iesu professione descenderit, non recusare confessionem, nec dubitare mori pro veritate. Non minus tamen etiam hoc præclarum est, non dare causam tali periculo, et, ut ita dicam, tentationi, sed omni ratione ei obistere, non solum quod incertus est nobis eius euentus, verum etiam ne causa simus cur scelestiores sint, maioribusque peccatis se contaminent, qui non re, profusionis sanguinis nostri rei fient, si ea, quæ in nostra potestate sunt facientes, eos, qui vitæ nostræ insidias parant, vitæ atque fugiamur. Futuri sunt autem in graviore supplicio operâ nostrâ, si nosmetipsos amantes, neque illis consulentes, nos morti offeramus, cum ad hoc non præcurrent necessitas. Idem lib. 1. contra Celsum, qui fugam in persecutione, quam docet Christus, impugnabat. Vitæ constantia, inquit, nullo pacto instituit intempestivè aut temerè adeunda esse pericula, et c. Exemplum Aristorelis affert, qui cum ob dogmata quædam sua Athenis excessisset Chalcidem, amicis respondebat, Ex Athenis, inquit, recessimus, ne causam demus Atheniensibus secundò scelus committere, quale in Socratem commiserunt, ne ve contra philosophiam iteratò impietatis coarguantur.

In orat. de pauperum amore pag. 186. lin. 21. super his verbis, In quibusdam regionibus et c. Tauro scythæ, inquit Athanasius lib. 1. contra Gent. Dianæ homines mactabant, Ægyptij Lunoni, Phœnices et Creterfes Saturno, prius quoque Romani Ioni Latiali.

In locum illum Basilianæ pag. 175. lin. 40. Qui nihil didicerunt) Tanta, inquit Hieron. in epist. ad Fabiol. debet esse scientia et eruditio pontificis Dei, ut et gressus eius, et motus, et uniuersa vocalia sint, quicquid agit, quicquid loquitur, sit doctrina populorum.

In orat. Athanas. fol. 213. lin. 44. Heri sacrilegi et c.) Eadem est querela Hieronymi in epist. ad Ocean. quæ sic incipit, Nunquam Oceane sili, et c. Heri, inquit, catechumenus, hodie pontifex: heri in amphitheatro, hodie in ecclesia: vespere in circo, mane in altario: dudum histrionum fautor, nunc virginum consecrator.

In eadem orat. pag. 218. lin. 29. Hoc quidem prætextu, quasi scripturam vereretur, et c.) Hoc satana tribuit Hilarius lib. contra Constantium iam defunctum. Vt inquit, etiam nunc, ut in cæteris antè, artis suæ consuetudine, ut per recti speciem praua confirmet, et per rationis nomen insana constituat. Nolo, inquit, verba, quæ non scripta sunt, dici. Hoc tandem rogo quis episcopus iubeat, et quis apostolicæ prædicationis veter formam? Dic prius, si rectè dici putas, Nolo aduersum novos hostes noua bella, nolo aduersus nouas insidias consilia recentia. Hanc Arianorum blasphemiam apud Syrmium per Osum et Potamium conscriptam fuisse ait lib. de synod. cont. Arian.

Orat. de moder. disput. 267. 40. super his verbis, Tu maius aliquid et c.) G. αὐτῶν π τῆς ἁμαρτίας ἔντιος Sic enim habet Regina codex, et vera est hæc lectio. His autem verbis videtur Gregorius discrimen quoddam constituere inter ἡμετέρας et δόξας π τῆς ἁμαρτίας, id est, inter salute donari, et gloria cælesti frui: tanquam scilicet quidam sint in eo statu, gradūque futuri ut in altero æuo nec pena vlla afficiantur, nec rursus in sempiternam illam gloriam admittantur. Sic in ea orat. quam de Baptismo conscripsit pag. 431. Inter baptismum, inquit, ac mortem temporis aliquid intercedat, ut non solum gratiam habeas, sed etiam præmium consequaris, nec ignis tantum supplicium effugias, verum etiam gloria hereditatem percipias. Quæ quidem verba magnam mihi admirationem mouent. Nam si de his sermonem haberet, qui statim ut in lucem editi sunt, expertes baptismi è vita discesserunt, nihil id ab Ecclesiastica fide discreparet. Nunc verò cum de his loquatur, qui adulta iam ætate sunt, ac fide Christiana imbuti, imò etiam Christo per baptismum insiti, mirum videri debet cur salutem seu pænæ vitiationem à gloria separet. Nisi forte quis velit, eum per salutis vocem extremum beatitudinis gradum, atque infimam domus illius æternæ mansionem intelligere. Quamquam non me fugit Athanasium in eadem propemodum esse sententia. sic enim in sua Exhort. ad Monach. scribit: Et quidem ista tradens non de vulgi promiscua fide loquor, quod omnipotentis Dei tantum insinuata confessio, et innocentia singularis instillata doctrina venià solâ facit esse contentum. Ac paulò post gloriæ præmio veniam opponit: quasi verò possint cuiquam peccata à Deo condonari (de his loquor, qui adulta ætate vita excedunt) quin idem gloriam simul à Deo consequatur. sed et eo antiquior Origenes eandem sententiam apertè tenet. Homil. enim 35. in Matth. postquam hanc quæstionem proposuit, An Ecclesiastica omnis petere possit aliquem peccatorem, ut soluiatur à condemnatione peccati, sic respondet: Et si concedatur aliquis peccator ad preces Ecclesiæ, non tamen iustum est gloriam et beatitudinem consequi eum, qui huiusmodi est. Sufficient enim quod à pænâ dimittitur. Idem hom. 17. in eund. duplicem bonorum gradum facit, alterum eorum qui nec maculam nec rugam habent, alterum eorum qui inuocant nomen domini, et qui saluantur quidem in nomine

in nomine Iesu Christi, nequaquam tamen ab eo coronantur. In quo genere, non tamen sine grauisimo errore, digamos ponit. Sed hæc opinio nec vllò scripturæ testimonio, nec Ecclesiæ autoritate nititur.

Pag. 350. 10. præhæricatione nostra et c.) Existimabam, cum hunc locum verterem, allusionem fieri ad 20. Act. ubi ἁποστόλις meminuit Paulus. Post tamen mihi in mentem venit hæc verba Pauli esse Heb. 10. Vbi enim habet translatio nostra, Quod si se subtraxerit, Græci legunt, καὶ ἡμεῖς ἠκούσαμεν, hoc est, ut exponit Theologus, si in pietatis causa præuaticatorem egerit, nec omni animi contentione in eius defensionem incubuerit, sed de viribus suis consultò aliquid remisit.

Pag. 657. Ne quis nimia nostra in vertendis lambis licentia offendatur, hunc Euripidis locum ita rursus transferemus,

Etenim beatus (nec malam sortem exprobro)
si vera dicunt, Tantalus proles Iouis,
Capiti imminenti anxio perterritus
Timore saxi, pendet in cælo miser.
Ob idque pænas ille tam graues luit,
Ut fama narrat, cælitum conuiuio
Quod cum interesset, non tamen quiniuit suam
Domare linguam, morbus ille pessimus.

ERRATA SIC CORRIGES. PRIOR NUMERUS paginam indicat, posterior lineam: si vnus duntaxat numerus fuerit, versus prænotatæ paginæ intelligendus est. Vbi litera d, reperietur, indicabit delenda esse, quæ subsequenter.

Pag. 7. 13 d. nihilque 8. 17 cognā. 18. pro vno 9. 2 qui 5. alia ipsi summo 10. 27 quispiam polleat 11. 29 patrē 13. 34 d. aucupātes 35. occumb. 49. persent. 52. quā. 14. 11. cit. 1ord. 15. 38 vel acer. 17. 8. ciūm, 19. 38. demoti. 20. 25. hab. 30. concii 34 semper 52 d. nempe 22. 7. Ac 24. 30. ptam 25. 3 d. In 26. 18. ne in. 24 d. 1n 27. 44. vnquam diuina gratia 30. 14. distr. penult. Luciani. 31. vlt. confir. 35. 50. nos 15. protulit 25. etiam hostis 40. 27. iniquatione 50. hoc quoq. vlt. tri. 41. 40. nominis 48. vt mar. 42. 22. quamquidem 23. velut in 46. 34. prætermittam. 37. fulciui. 42. habent. 48. 35. Illis 49. 14. falsam 27. memet ipse 55. 1. falsam 32. velut 57. 28. truncare 60. 17. tibus quibus 61. 19. ciuit. 62. 20. d. vlt. finem tum libri 68. 11. liter. vera au. 69. 33. tes 70. 37. cūsq. 39 d. et colum 49. vtraque 72. 28. Ita se. 73. 49. verò medicorum 74. 18. raret. 75. 3. ea dedisset 82. 40. hæc. 84. 7. equas 18. confli. 88. 38. nature vim. 50. 36. illuc. 1. 8. etum 20. straque. 91. 2. cōcept. 19. grauisimū 94. 5. nature 96. 2. uantur 34. lis est 97. 33. Irvideat 38. ciant, 102. 2. lingue legi. 103. 2. verè 7. Is qui. 45. astuans 104. 6. admod. 34. Adhuc 1. 6. 14. argentarius 107. 1. Nos peccauimus 10. liceret. 109. 24. domi. 111. 20. curus et alij 24. scentem aiunt. 112. 39 d. sunt 116. 14. aqua. 15 d. et 17. me docet 32. cognā. 117. 9. In Dei 118. 13. aliquod 16. Idemque vobis 29. sibiipsis 119. 4. verbis vtitur 4. peruulg. 120. 1. luctus 10. equè 24. Christi 121. 20. vsque ad temulentiam. 55. satis amplum 122. 1. alias 3. cibisque 31. rante vlt. cruce 123. 42. temporum 46. mitem et 51. gigitus est 125. 32. tue sunt 127. 15 d. ab. 29. rarent 32. aucuparetur. seq. larent 128. 7. torem quoque 8. mundus 129. 50 d. Inter se 130. 37. fusa schol. 43. additione sua schol. 44. promanantem 134. 28. quidem nos 49. priora vlt. reiciunt. 137. 2. promisit 138. 42. cuiquam 43. his quæ. vlt. ratio. 139. 26. vt quod 140. 38. ticum 141. 39. vetustiore 142. 1. Ac 7. ac præsertim in 10. eum emou. 144. 19. pro restituata 37. quidē mihi 145. 17. periculi 21. In his 146. 34. delicti 37. habebat 147. 6 d. admiratus est 43. plus gratiæ, 149. 1. laquearia 47. tum. Ibid. ad illud 151. 40. lu. xata) sic 151. 4. illud 33. in qua. 34. crantur 48. At qui 154. 1. mons quidam 155. 39. quondā 157. 2. Iobum ad 17. et diuinæ 34. facem 41. dunis. Ibid. d. Igne 158. 41. qua et 159. 12. rent. 25 d. et 28. aliis aliisque vlt. illud 160. 5. vel def. 15. At verò 49. vt ang. Ibid. sempit. 161. 4. purior ac 162. sch. 23. preno. 164. 6 d. seu halluc. 16. A deo luc. 47. studium 166. 11. præcess. 37. dam 169. 14. hi nim. 22 d. prius antè 43 d. Id 51. nentem 172. 27. si à cubilibus. 28. diuellantur 173. 40. ad curriculum 174. 20. duxe. 40. Athenis relictus sum, partim, vt verè loquar 176. 25. Illi 178. 46 d. non 179. 51. affectus fuisset 180. 25. tum temp. 181. 17. transpl. 45. salus comparatur 183. 8. eius laud. 185. 18. remittit 40. mandum est 186. 26. quisque in re 188. 33. riora haberem 47. in somnes 189. 42. vigeat 48. regula ipsūm 190. 26. vitæque 192. 1. cum sua 193. 29. ratæ 30. felicitatem 194. 51. deserto habitauit: Ipse quoque noctū, vt homines lateret, cilicina veste tectus est: Ipse quoque eodem cibi genere acquieuit, Deo videlicet per continentiam sese purgans: ipse denique dignus est habitus, qui 196. 13. ūque 23. semifecit. vlt. omnem que 199. 2. Armene. pen. Lydiūm 206. 9 d. aduersus 207. 39. propter calamitates cadamus 209. 12. tans. 47. audendum 210. sch. 3. ominis habere schol. 9. aliud intellex. 212. 28 d. eo 35. optarem 215. 38. diuinitati 220. 47. perquam 221. 5. retroa. 222. 17. In ipsius 227. 37. leuis 224. 30. retineas 228. 23. Arius et Sabellius 231. 7. hæc laus 27. ne si 32. ter. 51. Nec enim. vlt. trā 236. schol. 9. miserare 239. 21. perseq. 49. opibus 240. 14. uersam 242. 22. vind. 245. 27. qui epulas propositas spir. 246. 29. vs 249. sch. 30. exectio sch. 35. trideinas 253. 8. neque 27. quam 254. 36. duc. 255. 6. indi. 7. mus? Quid autem ego? Ibid. et tum dicebam 256. 12. nouūque iud. 260. 4. externis 261. 52. opera 268. 7. innititur 36. animantium 279. 3. dep. 26. verum 31. ipse 41. quippe cum 270. 4. morboque sch. 1. candori 274. 5. Quod 9. tare 277. 9. non vs 46. gebas

278 48 d. non 279. 20. Impetunt 280 19 facit 20. Atq; Ibid. tribuit sch. s. vna. 281. vlt. excidit 283. 17 esset
285. 29 totum 287. 37 condidit 288. 4 gunt 22 ex dec 30 amoris flam. 289. 50 quanqua. 290. 35. Ipse 46 porro
eius 292. 2 at spi. ibid. illius 14 bebo 293. 13 videns 296 pen. dia. 297 25 rebus ac. 299. 46. dignum dari 300.
20 vnam 303. 20 haerentes 304. 12 ferre 19 vectores 318. 27 humilit. 319. 1 erat. si 6 Dei 324. 43 exect. 328. 17
dinem 329. sch. 4 nimium 331. 29 audit. 334. 4 pari 347. 7 ne rurs. 351. 42 nec Pa. 352. 40 rior 371. 34 vntas
377. 1. ci. Huius 16 a potest. 19 subuect. 394. 5 gura 398. 1 ruminas 403. 2 ab omni 29 prae-
ferunt 405. 11 missuram 409. 12 luminis 25 ipsis 416. 16 inittans 417. 46 specie 423. 2 corpora quidem inferne
excorporibus gignuntur: anima vero à patre spirituu, vt cum a postolo loquar, infunduntur. Quare quantam
quoq; nariuitatē adieciſſe videri poſſimus, nimirū corporeā, quæ re vera vna eſt, & c. 426. 27 garint 428. 12
multo cū 433. 3 teneas 438. 20 nō bene aud. 439. 1 eſt 48 prauisq; 440 lin. antep. ſeminali 441. 30 rarint 442.
32. Ergo poſtea q. 53 minimè fruſtr. 444. in marg. dele. Ritus eccleſiæ. & Cælibatus ſacerdotū 445. 10 beantur
52 compote 450. 53 d. id 457. 24 deiec. 459. 4 paruū 14 aff. 462. 31 extinguat 463. 53 perſiās 469. 8 d. ſuffigebar
36 noīe 475. 3 videre 477. 2 rantes 478. 18 oratio 480. 7 ſit. Sec. 10 principij 481. 15 admiratione 482. 9 poteſt,
485. 11. extēd. 486. 3. Motū 490. 11 ferri 492. 37 obiect. 47 velut 496. 47 curſus 501. 17 rat. pen. blāda 502. 16
poſt quē 34 potuiſſemus 503. 43 pio 44 d. & 505. 17 ſolūm im. 507. 39 parens 54. modus 508. 39 lū 509. 31 de
ciu. Dei 510. 12 feruētēs 513. 36 Ira inſt. 520. 12 præſcigntia 522. 20 dicere 22 bis 56 tempo. 527. 47 d. etiā 532. 1
tum vt 537. 55 niſcens ? 539. 55 d. atque 542. 1 fieri tamēn 2 tantūm 547. 44 ſenſūmque 549. 27 virginem 555.
8 lierunt. 561. 52 ſanctificans, non ſanct. 569 32 euer. 571. 12 d. Ipiſi 579. 12 ſtirp. 16 aſſer. 580 pen. At tu 585. 4
ſuijmet 588. 32 cum 41 creuiſſei 590. 31 d. autem 595. 22 ſummum 38 parens eſt: reſpiſcentiæ autem humilitas
600. 45 vt in cal. 604. 24 proponens 606. 28 ram 607. 43 adorantes 613. 45 tionēque 616. 20 uulg. 617. 5
anic. 622. 6 parte 625. 18 oſ ſacr. 627. 1 mancus 629 2 inopia comb. 631. ſch. 106 d. Is 634. 10 thes 19 captiuo.
636. ſch. 150 feruenti 637 13 quis nō videt 641 36 nec ſubito inc. 642 21 nec ſpes 647. 13 exitium 649. 31 hęc
ſocordia 651. 11 cant. 652. ſch. 8 ille Beren. 653. ſch. 11 are ibid. curribus 12 recreem 14. in ignob. 655 ſch. 34
omnino 661. ſch. 99 Miſopog. 665 in marg. alluſionem ſatiſ 668 num. 51 exitij num. 52. Oci ſeu Plut. 670
num. 70 at virg. 675 num. 18 modos 676 num. 31 ipſum 678. 1 char. 17 qui ſit 680. 9. modij 14 ctatur 21
poſſint 681. 13 à chr. 35 rem 682 ſch 3 Quæ tamen 686. ſch. 2. corrupt. 698. 17 eos ſch. 1. 1. 1. 699. c. amicitia.
Ita 702 ſch. 2 aſpicit. ſch. 4 illius ibid. Egæi ſch. 7 Heracl. 705. 6 imperite 39 oneremur 707. 8 quām
vt 710. 24. bas, nec Imp. 32 intermed. 712. 13 ne illam quidem 713. 23 Cætera 37 de ſpiritu. 714 ſch. 4 obtre-
ctator ille vlt. diuini. 716. c. aſſerend. 725. 25 ut exuuij 726. 47 potentia, 727. 17 expuncta 728. b. iter veſtrum
729. 40 habeo 730 epiſt. 55 ſch. 1. d. vt in Eroben. & adde, κερτανας lego. ibid. epiſt. 57. lin. 1 celebramus
731 epiſt. 60 nos eum non. 735. 28. fiſſe 38. d. a. 739. 7. bis. Hęc. 771. 14. Roſc. 772. 149 cauere. 152 ipſe 153
ſum 773. 357 ma. Namque 774. 454 capiti 468 propinque 775. 508 traxerat 568 designas 572 ſtolido 597
Lotio 777. 738 proper. 779. 83. Arua 781. 3. Fluxit. Vbi 782. 2. reone. Ibidem in cohort. ſui. car. 13. verſentur.
pag. 784 in priore tabula. Matham vxorem duxit ibid. hęc verba Iacob fratres vterini, præcedente linea
collocanda ſunt 786. 30 ſalſolabentes 787. 59. Aut cum 788. 8 ad exorſ. 31 ſemine 789. 198 Chriſtus 239
æuo 791. 463 cælūmque 793. 656 diſcuſſeris 668 dele punctum 794. 773 fluuiique. Ibid. purciq; verſ. 790
acritaque 800. 416 etenim 801. 470 huic. 621 tranſfixit 804 ver. 804 verſ. 895 præſtante. verſ. 913 ac
vite præſtancia ſch. 1 vera 805. 108 ſignificans ita 806. 666 ſinxit 807. 775 exub. 810. 32. vergat. 813. 26 le-
niter 814 ſch. 14 gerente, 818. 25 pedibus inſiſtentes 819. 22 inquam 51 pheta munus obit. 820. 10. At 822.
42 poſt prælatam 823 quām tum 27 ne is 133 ero, ſi tamen ero. Nihil 46-inanis 824. 5 at nullam 826. 49 in
imis denſiſſ. 50 & apri 827. 7 remis 24. Ac tum 40 refertum 44 paupertas 829. 13 præl. ſch. 5. ſuæ ſtruant.
832. 25 oppugnem 29 tis. Vent. 841. 2. tatis 845. 7 acerbus 846. 33 procūlque 44 diſtra 852 celerrimis 856.
27 aridi 859. 9 poſterum 860. ſch. 10 Bacchico 863. in argum. ſilētium ſibi 864. 40. finem ſi tarat. 865. 7. abſt.
867. 27 eloquar 872. 18 vnda eſt, verūm 875. ſch. 14. ſe effert 876. 27 callidē 878. 50 deliniunt 879 17
auuūmque ſim. 880. 9. las. Huius. 30 carmen. ibid. ctum 35 hęc 881. 39 accip. 885. ſch. 31. Didimæi ſch. 35
Hecate, vt 889. 33 portatilem ibid. delebilem 899 ſch. 3 iniquius etiam ſch. 11 ſibi fingunt 900. ſch. 23
καλαρι. i. ἀφειρῶ. c. incumbe. & hęc verba ſunt primi tetraſt.

AD MECENATEM SVVM D. IACOBVM

Billium huius operis interpretem & ſcholiaſtem

Ioan. Chriſtij epigramma.

Alcidæ veteres extollunt facta poëtæ;

Et ficto vocitant nomine ἀλεξικακον,

Quòd variis latum monſtris purgauerit orbem,

Vicerit & nuda monſtra cruenta manu.

Te ſed ἀλεξικακον potiori iure vocabit

Poſteritas, quoties perleget iſtud opus.

Innumeris etenim cœdiſque erroribus illud

Purgati, magno monſtra labore fugans.

EXCVDEBAT IOANNES MECENATVS PRIDIE
NONAS APRILES M. D. LXVIII.